Universidad de Deusto
Biblioteca

Universitetet i Bergen
Biblioteket

RVPERTI

OPERVM.

Tom. III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 9ª 1
Estante 3º
Plúteo 6 V

29,6

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI
ABBATIS MONASTERII TVITIENSIS, E REGIONE COLONIAE AGRIPPINAE, IN DEXTERA RHENI RIpa siti, ordinis D. Benedicti, summi disertissimique theologi, sacris duntaxat omnia probantis,

OPERVM TOMVS TERTIVS.

Quid hoc tomo contineatur, vide pagina sequente.



Del. Coll. Ad. Soc. Jesu Bibliotheca

COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD HAEREDES ARNOLDI BIRCKMANNI,
ANNO SALVTIS cIↃ. IↃ. LXXVII.
Cum Gratia & Priuilegio Cæsa. Maiestatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOC TERTIO TOMO CONTINENTVR

In Matthæum de gloria & honore Filij hominis Lib. XIII.
De glorificatione Trin.& processione Spiritus sancti Lib. IX.
Commentariorum in Euangelium Ioannis Lib. XIIII.
Commentariorum in Apocalypsim Libri duodecim.

SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA COLONIAE INFERIORIS

AD LECTOREM.

ACCIPE HIC LECTOR CANDIDISSIME COMPENDIOSVM INDICEM BREVEMQVE SVMMAM omnium fermè eorum, quæ digniora nobis notatu visa sunt. Quæ vt studiosissimo cuique quantociùs offerrentur, diuisimus vnamquanque paginã in quatuor partes, designatas per has literas, A, B, C, D, ita vt A principiũ folij, B partem inferiorem, C alteram superiorẽ, D finem paginæ demonstret. Fruere igitur hoc nostro labore, multoque magis subsequentibus ipsius Ruperti libris, sacro paracleti munere nobis omnibus diuinitùs dedicatis.

BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO

A.

Aaron in sacerdotio suo typum Christi gessit. 33.a
Abdias quinquagenarius fuit Ochoziæ, deinde factus propheta. 46.a
Abrahã sacerdos fuit, quia primogenitus Tharæ. 2.b
Abraham propheta, sed absque literis. 3.a
Abraham primus iurauit. 59.d
Abigail rectè eiecit festucam de oculo Dauid. 79.a
Achab ieiunauit propter sermones Heliæ. 72.a
Achitofel dedit consilium contra Dauid. 142.a
Adã in culpa est quod corporalibus indigemus. 76.b
Adam primus tentauit Deum quã tentatus fuit. 133.b
Adulatores nõ habent in prædicando potestatẽ. 84.a
Adulterij voluntas damnatur. 57.d
Aegyptus hic mundus, in quo peregrinantur à domino, est. 18.c
Aegyptus est infernum, ex quo captiuos eduxit Christus, denotat. 19.a
Affectus Dei sensibilis in hac vita, qualis est. 30.c
Ager figuli emptus in sepulturam. 146.b
Ager sanguinis, est ecclesia Christi. 146.c
Agni paschalis immolatio. 123.d
Ala ad alam percutitur. 170.b
Angariatio bona spiritualium hominum. 60.d
Angelorum congratulatio in natiuitate Christi. 15.c
Angeli cur nato Christo toties in somnis apparuerunt. 17.b
Angelorũ ministeria Christo & Heliæ exhibita. 17.c
Angelorum officium est, mitti ad homines, &c. 111.c
Anima audiendo & custodiẽdo verbum Dei, fit mater Iesu. 1.d
Animam inuenire quid sit. 106.d
Animalia reuertentia & non reuertentia. 178.b
Apparatio secunda Domini. ibid.d
Apostoli cæli rationales, cæli vocales fuerunt. 14.d
Apostoli simplices lucem comprehenderunt, non autem Iudæi. 41.c
Apostoli sunt cardines terræ super quos Deus posuit orbem. 42.a
Apostolis vsus gladij naturalis prohibitus qua de causa. 42.d
Apostoli assimilati & coæquati prophetis. 47.b
Apostoli lux mundi, & sal terræ. ibid.c.d
Apostoli fecerunt & docuerunt, sed non absque offensa sicut Christus. 52.d
Apostoli vtribus nouis designantur. 95.a
Apostoli quando ordinati & sacrati sunt. 75.d
Argentei triginta quales fuerint. 145.c
Arguendus est frater ex dilectione non odio. 78.b
Ariel ciuitatem expugnauit Dauid. 139.b
Armilla qua perforatur maxilla Leuiathan. 7.b
Aspergere digito septies. 152.b
Augustus Cæsar quomodo famulatus est prophetiæ Iacob de Christo. 15.d
Augusto etiam viuenti adhuc, diuini honores habiti sunt. 31.d
Aurum & argentum benè donatur à regibus in domum Dei. 17.c
Author huius libri non potuit non scribere. 79.d
Author libri duo opera simul absoluit. 92.b

B.

Baptisma Christi quale fuit. 25.c
Baptizare in spiritu sancto & igne, quid est. 34.d
Baptisma salutare præfiguratum fuit. 150.d
Beatitudo olim defunctorum qualis sit. 178.d
Beatorum status qualis sit. 180.a
Bethsaida interpretatur domus frugum, &c. 115.c
Blasphemiæ Iudæorum initium. 121.a
Bona temporalia dicuntur vana. 170.d

C.

Charitas Dei erga homines maxima. 177.b
Charitas patris & filij & spiritus sancti. ibid.c
Capharnaum interpretatur villa consolationis. 115.c
Calceamenta Christi portare quid est. 29.d
Cantus ecclesiasticus excitat gratiam spiritus sancti in nobis. 65.a
Caro Abrahæ absque fide Abrahæ nihil prodest. 29.c
Castitas summopere à Christo declamatur. 57.c
Cauere ab hominibus quid sit. 104.c
Cæci duo curati, designant Iudæos & Græcos. 96.b
Cæcus & mutus dæmoniacos, gentes designat. 120.d
Cælum cæli, locus beatorum spirituum. 72.a
Cœnam Domini Lucas aliter narrat. 130.c
Centuplum accipere quid sit. 163.c
Christus non tam carnis quàm fidei cognatos agnoscit. 1.c
Christus vt primogenitus, sacerdotium suscipere debuit. 6.b
Christi aduentus cur per ternas generationes quatuordecim dilatus est. 4.a
Christi generatio talis erat scilicet qualis nulla alia est aut fuit. 8.a
Christus cur nasci voluit in Bethlehem Iuda, & in diebus Herodis. 15.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus cur in Aegyptum fugere debuit. 18.c
Christus Nazaræus id est sanctus vel consecratus vocari debuit. 21.a
Christus verè de Bethlehem processit, quia ibi natus & oriundus. 22.a
Christus indiguit testimonio Ioannis Baptistæ, ne seipsum primo prædicaret. 23.b
Christus initium viuendi fecit à baptismo Ioannis prius latens. 24.a
Christus suscepit pœnitentiam pro peccatis nost. 25.b
Christi fortitudo maxima cuius ventilabrum in manu sua. 30.b
Christus quomodo impleuit iustitiam dum baptizaretur in aquis. 32.c
Christus cur potius in Iordane quàm in Enon baptizari voluit. ibid.c
Christus erat ille propheta quem Deus populo pro Moyse suscitauit. 33.c
Christus solus baptizat in spiritu sancto, quia de spiritu sancto conceptus. 34.d
Christus in deserto in tribus tentationibus vicit, in quibus victus fuit Adam in paradiso, et filij Israel per quadraginta annos in deserto. 36.d
Christus cur vltra 40. dies ieiunio affligi non debuit. 37.a
Christus cur ex solo Deuteronomio obijciebat diabolo. 38.c
Christus, secundus Israel, secundam legem maximè impleuit. 38.d
Christus per exteriores phantasias tentatus à diabolo. 39.b
Christus ante carcerem Iohannis non prædicauit publicè. 39.d
Christus cur potius in Capharnaum, quàm in Nazareth habitauit. 40.a
Christus cur potius pauperes, quàm diuites elegit discipulos. 41.d
Christus in miraculis à septem pietatis operibus initium fecit. 43.a
Christus quomodo vidit turbas vt misereretur & consolaretur eas. 44.a
Christus solus potuit adimplere legem et prophetas. 50.a
Christus quæ docuit, fecit. 60.c
Christus quomodo sanctificatus sit. 67.a
Christus aliter leprosum, aliter centurionis puerum curauit. 84.b
Christus portauit infirmitates nostras. 86.c
Christus appellabatur Dominus, magister siue Rabbi, &c. 87.d
Christus miseretur eorum quibus mali præsunt. 96.d
Christus prohibuit discipulis ne ipsum manifestarent. 97.d
Christus iam venisse concluditur ex propheta. 109.d
Christus ante sex dies paschæ venit Bethaniam. 21.c
Christus est sacerdos, aries, vitulus, et hircus. 149.b
Christi latus est ostium tabernaculi. ibid.d
Christi vulnera in cruce. ibid.
Christus extra castra passus est. 51.d
Cicero orator elegantiæ studiosissimus. 63.d
Circulus in naribus Leuiathan, quid est. 7.b
Ciuitas supra montem posita, sunt Apostoli & eorũ similes sancti. 49.b
Columba habet septem insignia pietatis. 43.a
Condonare Deo quid significet. 157.d
Confessio Christi omnium maxima. 119.c
Confessiones Augustini non contemnendæ. 156.c
Confessio opportuna Christi de seipso. 116.d
Confessio nonnunquam accipitur pro laude. 12.d
Confessio Iudæ similis confessioni dæmonum. 143.b
Cõsidere in homine, sicut solebãt Iudæi quid est. 28.b
Confugiendum est ad nomen Domini in tentationibus diaboli. 156.d
Coniugium cæleste inter Ioseph & Mariam. 6.d
Consolatio seruorum Christi. 103.c
Consiliũ Dei spernere, sicut fecerũt pharisæi q.d est. (30.a
Consilium Dei est, vt homines baptizentur in aqua ad humilitatem sui. 31.d
Cõsilium sacerdotium præuisum fuit à Iacob. 124.d
Correctio fraterna quomodo fiet. 78.b
Corona pretiosa in capite sacram scripturam significat. 86.d
Coroz aim, interpretatur mysterium meũ. 115.c
Crastinus dies solicitus erit sibijpsi. 77.a
Crastinus dies secundũ anagogẽ quid significet. ibi.b
Crastinus dies cui maledixit Iob. 77.c
Crastinus dies quomodo est solicitus sibi. 77.d
Creata sunt omnia propter filium Dei. 174.d
Cremari extra castra quid sit. 152.a (30.c
Cuius ventilabrum in manu sua, nullus ergo indiget.
Cuncta legis & prophetarum sacramenta, in Christo adimpleta. 49.b
Cuno huius operis exactor. 1.a
Cunonis episcopi commendatio. 163.c
Cuno in iuuentute monachus Sigebergensis. 1.a
Chusai fuit figura discipulorum Christi. 143.a

D.

Danielis vaticinium de aduentu Christi cui cõsonat Lucas. 23.c
Daniel mundo corde Deum videre meruit. 46.a
Dare debet, qui recipere velit. 61.a
Data spiritus sancti duo sunt. 36.d
Dauid testis Christi quod sit homo, Deus, rex, & sacerdos. 2.d
Dauid cur Abrahæ præponitur in libro generationis Christi. 3.a
Dauidi maior facta est promissio quàm Abrahæ. 3.a
Dauid iustus & pius, nolens occidere Saul Christum Domini. 9.b
Dauid sustinuit diabolum quem non dilexit. 73.d
Dauid comedit panes propositionis. 118.c
Dauid typum Christi gessit. 142.a
Dauid paruulus typum Christi gerit. 146.c
Debita rerum seu pecuniæ non tenemur dimittere.
Dæmonia increpata à Christo hæreticos præ- (68.d figurabant. 87.b
Deus nõ vult nec debet dici Deus aut Dominus diaboli. 38.a

Deuteronomium quomodo differt ab alijs libris legu. ibid.c
Diabolus & in Pharaone & in Herode quærebat perdere semen promissum Abrahæ. 19.c
Diabolus quomodo ostendit Christo omnia regna mundi. 93.a
Diei sufficit malitia sua. 77.d
Diligendus est nobis inimicus. 61.b
Dimittere debemus culpam debitoribus nostris. 68.d
Discipuli Christi fuere sicut oues in medio luporũ. 101.d
Discipulus non est supra magistrum. 103.d
Diuitiæ admodum periculosæ. 74.c
Dolores martyrum vt parturientis. 91.a
Dolores electorum de lapsu hominis. 172.d
Dominationis potestas interdicta est clero. 100.a
Dominus vnus Deus. 72.d
Doctor tempus, locum & personam attendere debet. 80.a
Docendi non habent potestatẽ qui sua quærũt. 83.a
Dominus de Sion rugiet, exponitur. 170.a
Donum spiritus sancti ad explanandas scripturas. 160.d

E.

Ecclesia Christi offert Christo aurum thus & myrrham. 16.c
Ecclesia per Rachel plorantem filios suos designata. 19.d
Ecclesiæ persecutiones præsignurantur tempestate maris. 89.c
Electi transcribuntur in librum vitæ per fidem in Christum. 3.
Eleemosina primum & principiũ opus bonum. 65.c
Eleemosina quomodo sit eroganda. 61.a
Eluidij error contra perpetuam virginitatem Mariæ. 13.b
Emere aquas sapientiæ absq; argento quidsit. 31.a
Excusatio discipulorũ de cõfricatione spicarũ. 118.c
Exterminare quid significet. 70.d
Euangelij prædicatio vbiq; solicite fienda 60.d
Euangelistæ non tam ordinem in gestis Christo obseruant quàm mysterium. 85.d
Euangelij ministerium non licet recusare. 166.b
Eucharistiæ sacramentum cur in cœna instituatur. 130.d

F.

Facies leonis cur in Ezech. & Apo. primo loco ponitur. 4.b
Facies hominis in Christo, decus est generis humani 8.b
Facies quatuor vnius animalis, sunt quatuor sacramenta Christi. 16.c.125.b.135.a
Facies vituli sacramentũ est passionis Christi. 123.b
Facies vituli à sinistris propter diuersa passionis eius 146.d
Facies vituli in passione despecta. 147.a
Facies vituli, leonis, aquilæ. 153.c
Facies leonis, sacramẽtum resurrectio. Christi. 168.b
Facies leonis à dextris. 169.a
Febricitantis socrus Petri cura, mysterium habt 85.b
Festuca in oculo Dauid. 58.b
Fidei magnæ exemplum. 75.c
Fides cur exigatur à curandis. 96.a
Fiducia hominis ad Deum habenda. 177.d
Filij Leui vice primogenitorum vsi sunt sacerdotio. 3.d
Filij Leui fuerunt vicarij primogenitorum vsque ad Christum. ibid.
Filij Israel in deserto tentabant Deum & tentabantur ab eo. 37.c
Filij Dei à filijs diaboli differunt. 62.b
Filijs Israel data fuit lex & terra Canaan sub conditione. 144.b
Filius Dei naturalis differt ab adoptiuis. 61.d
Filius Dei incarnatus fuisset etiamsi Adam non peccasset. 177.b
Filia archisynagogæ typus Iudæorum. 95.c
Fimbriæ Christi tactus, mysterium est. 95.b
Flagellum inundans super quosdam. 122.c
Fremitus leonis, vox magnæ commotionis. 169.a
Fœmur Iacob emarcuit, nato Christo. 14.a
Fortes in superbia, auferet ventus, tollet aura. 30.b
Fortitudine sua Iacob cum angelo luctatus est. 80.d
Frame a mortem corporis significat. 140.c
Fugiendum est in persecutionibus. 103.b
Fures olim in cælo fuerunt. 72.b

G.

Genealogiarum quæstio, post Christum natum vana est. 14.a
Generatio Christi multum dissimilis à generationibus aliorum quamuis iustorum. 8.a
Generationum tribuumq; supputatio propter Christum nasciturum fuit. 14.a
Gladius naturalis quando sanctis necessarius. 113.b
Gloriam Christi præcessit humilitas pœnitentiæ & passionis. 25.b
Gloria Christi in baptismo inchoata, sed non consummata. 32.b
Gloriatio de carne Abrahæ vana est & maledicta. 28.a
Gloria Domini benedicta est verbũ Domini. 170.b
Golias exprobrans typus diaboli. 173.a
Gulæ vitium, seua pestis, ex qua multa oriuntur seua. 37.a

H.

Harundinem quassatam non cõfringere, quid significet. 120.b
Helias cur prophetas Baal occidit. 45.c
Hæreticus primus in Actibus Apostolorũ Simõ. 86.c
Hæresiarcharum sal infatuatum & peccatum irremissibile. 84.d
Hæretici sal euanidum ad nihil vtile, foras mittendum. ibid.
Hæretici circa Eucharistiam præfigurati sunt in lege. 134.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Herodis homicidia & parricidia cõtra gẽtes Dauid. 16.a
Herodes similis Pharaoni in occidendis pueris. 19.b
Hirci duo quid significent. 150.a
Hilaritas regis sicut ros super herbam. 169.a.b
Hypocrisis interpretatur deauratio & quid significet. 63.a
Hypocrita quis dicatur. ibid.
Hymnus Ruperti elegantissimè ac planè diuinus ad Sanctum Spiritum. 180.c
Hominum tumor, vt sint sicut dij, & habeantur pro dijs. 31.d
Homo nõ de virtute, sed de vitio in vitiũ cecid. 175.b
Hospitalitas exemplis commendatur. 107.d
Hospites pauperum Christi magnam mercedem recipient. ibidem.
Humiles, vt triticum manebunt: superbi vt palea auferentur. 30.c
Humilitas Abrahæ & Dauid. 1.d
Humilitas episcopo tenenda est. 167.a

I.

Iacob in sacerdotẽ consecratus à patre suo Isaac 3.b
Iacob quomodo luctatus est cum Deo: fletu & oratione. 13.c
Iacob mutatum est nomen à Deo, sicut & Petro & nulli alij. 42.b
Ieiunare vt quid Iudæi debuissent. 93.d
Ieiunare Domino qui dicantur. 94.a
Ieiunandi causæ apud Iudæos diuersæ. 94.b
Ieiunium sunt inchoatio sacrificij seu oblationis Christi. 33.c
Ieiunium primus omnium cœpit Moyses. 70.b
Ieiunij bona causa fuit antiquis. ibid.c
Ieiunium hypocritarum triste est. 71.a
Ieiunantium triplex differentia. 71.b
Ieiunantes medij inter bonos & hypocritas. 71.d
Iesus Deũ, Christus regẽ & sacerdotẽ significat. 2.a
Iesus consurgit in diuersis iudicijs. 90.a
Iesus cur plus solito diutius mãserit in Hieruſ. 128.d
Iesus ingressus Hierusalem in die palmarum. 129.a
Iesus orauit solus & seorsum. 135.c
Iezabel regnauit in Samaria, &c. cum filia. 102.b
Iezabel scripsit literas nomine Achab. 138.c
Ignis perpetuus in altari. 180.a
Illusio alia vitulorum, alia canum. 147.a
Illusio Christi à gentibus. 148.a
Imago crucifixi veneranda. 162.a
Imagines venerandæ sunt. 156.a
Imprecatio in hircũ quid significet mysticè. 150.c
Indignatio discipulorum contra Magdalenã. 126.b
Indignatio quorundam contra authorem. 127.b
Infirmitate alia laborabant Iudæi, alia gentiles. 84.d
Inimici dilecti o à Christo consulitur. 57.c. 61.a
Inimici quomodo vel ad quid diligendi. 62.c
Inimicis id & nobis facere ac cupere debemus. 82.a
Inimici hominis domestici eius. 106.a
Intestimonium illis & gentibus. 102.c
Iniuriæ perpessio à Christo consulitur. 57.c
Intentio Magdalenæ vnguentum effundentis. 126.a
Intentio Dei in operatione suæ bonitatis. 117.d
Intẽtio diaboli. 172.b
Interpretatio nominũ duodecim Apostolorum. 98.b
Ioannes Baptista duplex datum spiritus sancti accepit mox ab vtero matris. 10.c
Ioannes Baptista valdè magnus, de quo & alij prophetauerunt. 33.b
Ioannes Baptista cur non vocalis, sed vox clamantis dictus. ibid.d
Ioannes Baptista testis Christi necessarius, tum ad Iudæos, tum ad omnes gentes. 23.c
Ioannes Baptista, quomodo nesciebat Iesum secundum faciem, sciebat autem spiritu. 24.b
Ioãnes Baptista quomodo venit in testimoniũ. 25.a
Ioannes Baptista per spiritum propheticum agnouit Christum ad se venientem. ibid.d
Ioannes Baptizatus est à Christo in cruce pendente. 26.b
Ioannes Bap. multipliciter sanctus, quia primogenitus & Nazaræus. ibidem.d
Ioan. Bap. moribus & vestitu similis Heliæ. 27.a
Ioan. Bap. verè humilis fuit. 30.a
Ioan. Bap. tentatus à Iudæis inuidiæ ac zeli contra Iesum stimulis. 35.c
Ioan. Ba. in deserto erat vt lucerna sub modio. 57.a
Ioan. Bap. cur interrogauit Christum per discipulos. 108.a
Ioan. Bap. pro quare solicitus fuerit. 109.a
Ioan. Bap. sciuit Christum venisse, sed non agnouit faciem eius. 110.a
Ioan. Bap. propheta, & plus quàm propheta. 111.b
Ioan. Bap. humilitas erat admodum magna. 112.a
Ioan. Bap. venit in spiritu Heliæ. 113.a
Ioseph supremus scalæ gradus, cui innixus est Dominus. 5.d
Ioseph rectus est in Euangelio vir Mariæ & pater Christi. 6.c
Ioseph vir iustus & pius nolẽs traducere Mariã. 9.a
Ioseph filius Dauid propter duo dicitur. 9.b
Ioseph virgo permansit. 13.b
Ioseph primus à fratribus venditus, typus Christi et martyrum. 20.a
Iosue typum Christi gessit. 33.a
Ire ad oues quæ perierunt domus Israel iussi sunt Apostoli. 50.d
Ira quæ reum facit iudicio, qualis est. 53.b
Ira regis sicut fremitus leonis. 168.d
Isaac & Iacob filij promissionis. 3.b
Isaac sacerdos & hostia, quia typus Christi. 3.c
Iudas abijt & totus recessit à Christo. 128.a
Iudas non interfuit communioni sacræ. 130.b
Iudas an fuerit de crimine conuictus. 131.a
Iudas similis est Achitofel. 142.c
Iudas voluit personam Christi perire. ibid.c
Iudæi ex fornicatione nati, quia de Iuda ex Tamar. 4.d
Iudæi maledicti quia ponũt carnẽ brachiũ suũ. 28.a
Iudæorum duplex excisio. 28.d
Iudæa primo tẽpore alleuiata nouissimo aggrauata
Iudæi Episcopatum perdiderunt & propria sententia se condemnauerunt. 52.c
Iudæorum racha & insultatio contra fratrem suum Christum. 54.a
Iudæorum munera & sacrificia frustra fiunt, quia non sunt reconciliati fratri suo Christo. 55.a
Iudæi malè negligunt consentire aduersario in via. ibidem.b
Iudæorum auaritia in negotiationibus templi & pretio iustorum. 56.a
Iudæorum qui sunt à Christo saluati. 84.b
Iudæi porcis comparantur. 90.b
Iudæi sunt pueri stulti. 114.a
Iudæi cunctis gentibus deteriores. 115.b
Iudæorum clamosa est pertinacia. 120.a.b
Iudæi blasphemabant propter gentium conuersionem. 120.d
Iudæi propter continuatam blasphemiam iudicati sunt. 122.b
Iudæi confœderati diabolo. ibid.c
Iudæi appropinquabant Deo labijs & ore tantum. ibidem.b
Iudæi quid iuris habuerunt ad bona Chananæorum. (145.d
Iudicium diuinum quomodo differt ab humano. 75.c
Iudicium de ouibus Christi. 99.b
Iudicium contra blasphemiam Iudæorum. 122.b
Iudicia quomodo tractare licuit de morte Christi. 123.d
Iugum domini suaue est. 117.c
Iuliano Imperatori rectè dixerunt, fatue, Christiani, quia non erat frater. 53.d
Iurare quomodo liceat aut prohibitum sit. 59.a
Iuramentum non recipit euangelica veritas. ibid.d
Iuramentum primum fecit Abraham. ibid.
Non iurare omninò consilium est. ibid.a
Iustitia operum absque fide filij hominis nihil prodest. 28.a
Iustitiæ exempla sex. 57.b
Iusti dicuntur superbi. 93.b

L.

Lapides de quibus suscitantur filij Abrahæ, quinam sint. 29.a
Legis præcepta quædã bona, quædam nõ bona. 50.c
Lex gratiæ plus exigit à Christianis, q̃ vetus. 61.b
Lex summa diligere proximum sicut seipsum. 81.d
Lex duplex. 179.b
Liber generationis duplex, terrenus in Adam, cælestis in Christo. 1.a
Liber generationis Iesu Christi, secundum promissionem attendi debet. ibid.b
Libellus repudij olim dabatur. 57.c
Libellus repudij quare permissus fuerit. 58.d
Liberari petimus à multiplici malo. 69.b
Lilium designat in scripturis puritatem. 75.a
Linea Christi secundum Matthæum est, sicut linea piscatoris. 7.b
Linea Christi secundum Luc. est sicut circulus. ibi.c
Loquitur Deus specialiter quibusdam. 68.a
Loth pacem assecutus quod angelos hospitio recepe-(rit. 101.a
Lucas pulcherrimi prudens author eloquij. 23.c
Luctus multiplex filiorum Israel iudicum temporibus. 45.c
Lucerna super candelabrum posita, est prelatus in ecclesia prædicans. 50.a
Lux vera, Christus lux naturaliter non ex accidenti dono lucens. 49.a
Lux illuminata duplex, vna vt stellæ, altera vt splendor firmamenti. ibid.

M.

Magorum historia quid præfigurauit. 15.a
Magis cur stella in signum data est. 15.c
Magi cur in Hierusalem potius, quàm alibi quæsierunt Christum. 16.a
Magorum munera rectè dicuntur thesauri. 17.a
Maledictiones Iudæ pro triginta argenteis. 143.d
Mammon est falsus Dominus. 73.d
Manna in solitudine, typus Christi concepti ex virgine. 11.d
Manna vescimur quotidie, tum in verbo Dei, tum in Eucha. 52.a
Mandata minima quæ sunt. 52.b
Mariatam carne quàm fide filia Dauid & Abrahæ. 1.d
Mariæ magna fides & humilitas. ibid.d
Maria desponsata est Ioseph ex consilio spiritus sancti. 8.c
Maria est illa prophetissa, ad q̃ accessit Esaias. 15.c
Maria dicitur cælũ, cuius duæ sunt ianuæ quas Deus aperuit. 11.a
Maria sponsa Dei patris, hortus conclusus, fons signatus. 18.b
Maria tẽpus tacendi & tempus loquendi habuit ib.
Maria Apostolis post passionẽ multa enarrauit. ibid.
Matthæus id est donatus, mysticum exhibuit conuiuium. in Prolog.
Matthæus non sine pondere verborum loquitur. 5.d
Matthæus valdè conuenienter vtitur prophetarum testimonijs. 22.b
Matthæum quibus oculis viderit Christus. 92.d
Matthæus qualis fuerit ante conuersionem. 93.a
Melchisedech Primogenitꝰ Noe, q̃ dicitur Sem. 3.d
Mœror authoris propter tyrannidem diaboli. 155.c
Minor in cælo qui sit, maior Ioanne quis sit. 112.b
Minimum vocari in regnum cælorum, est Episcopatum suum perdere. 52.b
Miracula Christi & Moysi differunt. 89.a
Mola inferior & mola superior. 136.d
Monasticorum ægrotatio describitur. 87.b
Moyses rogando, sicut Iacob, imaduit contra Deum. 13.d
Moyses mitissimus fuit in causa sua, in causa autem Dei zelosus. 45.a
Moyses non fecit propria virtute miracula. 89.a
Moyses omnibus prælatis imitandus est. 97.a
Mulier fimbriam Christi tangens, gentes designat. 95.c
Mundus totus quomodo visus est vno intuitu à Sancto Benedicto. 39.a
Myrrham afferunt martyres, thus sacerdotes, aurũ reges. 16.c.d
Mystica munera Magorum. 16.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

N.

Nathan propheta emundauit Dauidem. 79.b
Naucula iactatur fluctibus. 135.d
Nazareus à Iacob & prophetis dictus est Christ. 21.a
Nazarænus est etiã à malis spiritibus et Iudæis. 21.c
Negatio Petri præfigurata fuit. 28.a
Niniuitæ egerũt pœnitentiã metu exterminij. 108.
Nomen Dei quomodo sanctificetur. 67.b
Nomen Petro mutatum est in nouo testamẽto. 98.a
Nominũ duodecim Apostolorum interpretatio. ibi.b
Nomina noua sunt, filius Dei, filius altissimi, spiritus sanctus. 9.c
Nomina octo de Christo apud Esaiam pulchro ordine posita. 11.b
Numa Pompilius sacrorum causas penes se habuit. 172.b

O.

Oblationis ritus describitur. 148.c
Obsequiũ spirituale in effusiõe vnguẽti. 127.a
Oculus dexter pro castitate seruanda proijciendus est. 58.a
Oculi scandalum præcaueri oportet. ibid.
Oculum pro oculo, dentem pro dente est permittentis. 60.a
Oculus simplex, intentionem bonã significat. 72.c d.
Oculi ante & retro quid significent. 125.b
Odio habere inimicum lex non præcepit, sed permisit. 61.c
Opus censetur bonum ex bona intentione. 71.d
Opus seruile quid sit. 118.d
Operum bonorum radix est dilectio. 63.a
Operum bonorum ordo. ibid.
Opera misericordiæ sunt sex. ibid.b
Opera bona ducunt ad sabbatismum cælestem. ibid.
Operibus bonis redimitur quis in die iudicij. 72.c
Opera Christi spiritualiter facta magis respicienda. 110.d
Operarij pauci sunt in messe Domini. 97.a
Operarij eijciendi in messem. ibid.b
Oratione ornata verbis compositis non flectitur Deus. 63.d
Oratio sit non solum ad accipiendum, sed ad occurrendum Deo. 64.b
Oratio longa cum affectu laudabilis. 64.c
Oratio musicalis, plus afficit auditores. 65.a
Orationis tres modi Deo placent. ibid.b
Oratio dominica videbatur Apostol. nimis breuis. ibid.b
Ordo Melchisedech est offerre in pane & vino iure primogeniti. 3.d
Oratio dominica ab omnibus oranda est. ibid.
Oratio dominica breuior est apud Lucam, quàm apud Matthæum. 56.a
Oratio dominica est exemplar omnium orationum. 69.c
Ordines Christianorum tres sunt. 151.a
Os domini, sacra scriptura est, quod Iudæis clausũ, Discipulis aperuit Iesus. 44.b
Ouum mysticum beata virgo. 81.c

P.

Pacifici ministri reconciliationis facti sunt Apostoli. 46.d
Pacem mittere non venit Christus. 145.b
Panis supersubstantialis quis intelligatur. 68.b
Panis cæli panis angelorum, non mana patrum, sed Christus est. 11.c
Panis triplex reperitur in scripturis. ibid.
Panis conuertitur in corpus Christi. 134.d
Parabolicæ locutiones congruebant Iudæis. 94.d
Parabola de malis agricolis. 144.b
Paralytici curatio mysteriũ ecclesiæ significat. 91.d
Participatio in idipsum erit sanctis, post resumpta corpora. 20.c
Partes duæ dispergentur. 140.d
Paschalis temporis obseruatio. 13.d
Pastor magnus ouium est Christus. 99.a
Pastores diuersi sunt Christus & Moyses. 151.c
Passio Christi quomodo fuit triduana. 124.c
Passio Christi quomodo saluauit antiquos. 132.a
Passio Christi nobis gloriosa est. 147.b
Passus mille concedit lex sabbatizanti. 149.b
Patrem & matrem relinquendos vetus mandatũ est. 106.c
Patrẽ Christus dupliciter nominat in euãgelio. 83.d
Pater noster vnde sit Deus. 63.d
Pater noster dicere & non pater mi debemus. 67.a
Pater mi solus Christus dici debuit. ibid.
Pater malus Adam & Herodes. 81.b
Pater bonus est Deus. ibid.
Pater in passione tenebat dexteram filij. 169.a
Paupertas grande instrumentum, quo creatura subijcitur creatori. 41.d
Pauperes spiritu fuerunt Abraham, Isaac & Iacob. 44.d
Pauperes Christi lilijs agri comparantur. 75.a
Pax euangelistarũ super receptores eorundẽ. 101.a
Pax duplex scilicet Dei & mundi. 105.d
Peccatores dicuntur humiles. 93.c
Peccatum Iudæorum maximum. 148.a
Pœnitentia duplex, & quæ Deo sit curæ. 115.a
Percutiam pastorem exponitur. 136.b
Peregrinatio nostra in Aegypto huius seculi præfigurata in filijs Israhel. 17.c
Peregrini aliter nunc sumus, quàm ante fidem susceptam. 145.b
Perfectio Christianorum qualis esse debeat. 62.b
Perfectionem veram quis habeat. 87.c
Perfectio Iohannis & Iacobi describitur. il id.d.
Persecutiones Deus non diu permittit. 89.c
Petitio bona Ruperti. 162.d
Petro cur nomen mutatum est à Deo sicut olim, & Iacob. 42.b
Pharisæi quibus pro legibus deuteroses erant, ab alijs diuisi fuere. 27.b.c
Pharisæi non baptizabantur à Ioanne, sed insidiabantur ei. ibid.c
Pharisæi & scribæ malè iudicabant. 78.c
Plagæ in medio manuum quæ sint. 139.d
Plagatus in domo eorum, &c. 140.b

Ploratus,

Ploratus duplex, bonus & malus. 20.a
Pœnitentia Petri alia quàm Iudæ. 141.b
Pœnitentia duplex. ibid.c
Pœnitentia Iudæ qualis fuerit. ibid.d
Porcos alienos dedit Christus dæmonibus. 90.b
Porta clausa principi, per quam vir non transiet. 11.b
Potestas Christi contra dæmones. 90.b
Potestas Christi longè maior quàm Moysis. 97.d
Præcepta Christi sunt nobis possibilia. 62.a
Pratium venditionis Christi vile fuit. 127.d
Prædestinatio diuina quid efficiat in homine. 93.b
Prædicatores non debent cogitare quid aut quomodo loquantur. 102.d
Prælati ecclesiæ habent potestatem peccatores tradere ministerio malo Satanæ. 55.b
Presbyteratum cur sero acceperit Rupertus. 161.c
Primogeniti ius perdidit Ruben & datum est filijs Ioseph. 3.c
Primogenitorum vicarij fuerunt filij Leui vsq3 ad Christum. 3.d
Progenies viperarum quod Moyses vocat fel draconum. 27.c
Prophetæ falsi absq3 gratia cognosci nequeunt. 82.a
Prophetarum officium est aduẽtum Christi communiter pronunciare. 111.c
Prophetæ qui & quales fuerũt ablati de terra. 137.d
Prophetare vltra quid sit. 138.a
Prophetæ confundentur. ibid.b
Prophetia falsa de Roma. 139.a
Prouidentia Dei circa pauperes quæ sit. 76.c
Prouidẽtia Dei magna circa omnes creaturas. 105.b
Prudentia donum spiritussancti. 82.b
Prudẽtes esse sicut serpẽtes iubentur Apostoli. 102.a
Puerorum cantantium primus Christus. 114.a
Puerorum lamentantiũ primus erat Ioannes. ibid.b
Pugnandi modus mutatus est, quia ante natũ Christum ferro pugnabant fideles, post non ferro sed verbo Dei, gladio spirituali. 41.a

Q.

Quadrantem nouissimum in inferno nemo reddere potest. 56.a
Quadruplex genus hominum in extremo iudicio. 148.b
Quatuor insignia Christi, Deus & homo rex & sacerdos. 2.a
Quatuor sacramenta pietatis nobis necessario credenda. 2.b
Quatuor hæc sacramenta faciesq3 describit etiam Moyses. 4.b
Quatuor mulieres in generatione Christi reprehensibiles. 5.a
Quatuor facies vnius animalis sunt quatuor sacramenta Christi. 16.c
Quatuor personæ circa crucem Christi. 148.c
Quærere regnum Dei quid sit. 67.c
Quæstio ardua de omnipotentia & voluntate diuina. 175.c

Qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur. Hic est Christus. 52.d
Qui dixerit fratri suo racha, reus erit concilij. 53.c
Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ. ibid.d
Quis ille minor in cælo qui maior Ioanne. 112.b

R.

Rachel plorans, ecclesia & omnis anima compatiens tribulatis. 19.d
Rachel idololatra per virum saluata est. 55.b
Receptacula pauperum quæ sint. 107.a
Recipitur Deus in pauperibus. ibidem.b
Recipere nolẽtes prædicatores anathematizan. 101.b
Regnum Iudæorum in se diuisum. 121.b
Regnum cælorum vim patitur. 112.d
Regnum cælorum primus prædicauit Iohannes præcursor Domini. 24.c
Regnum cælorum omnes beatitudines complectitur. 47.a
Regnum Dei siue cælorum quomodo aduenit. 67.d
Regnum Dei est verbum Dei. 52.b
Regnũ Dei intra vos est, quomodo intelligitur. 112.c
Regula Ticonij sexta quæ fuerit. 130.b
Relapsi post baptismum cura. 85.a
Religiosi passeribus designantur Christo. 74.c
Reprobi scripti sunt in libro terreno electi in cælesti. 1.b
Renunciandum à seculo esse. 57.c
Responsio dissimilis data est Petro & scribæ. 88.a
Respõdit Iesus patri pro vocib. sacræ scripturæ. 116.a
Resurgere à peccatis nemo potest sine gratia. 85.c
Respexit dominus Petrum. 141.b
Respectus domini duplex. ibid.c
Retributio mala. 144.c
Reuelare vult Deus electorum virtutes. 104.c
Reuelauit & pater & filius. 117.b
Reuelationes narrat author. 154.d
Romanum imperiũ, bestia quarta, quomodo comedit & comminuit regnum Iudæorum. 23.d
Rota habens quatuor facies sacram scripturam significat. 153.a
Rupertus mortem suam præsciuit. 158.b
Rupertus petijt sibi finem vitæ reuelari. 159.a
Ruth inter duas leges compugnantes, in salutem euasit. 5.a

S.

Sabbatum spirituale cuiusmodi sit. 60.c
Sabbatismus in contemplatione. 76.a
Sabbati violatio quomodo fiat. 118.d
Sacerdos magnus non debet in amicis pollui. 58.b
Sacerdotium primogenitorum cessauit in Iuda & fratribus eius. 4.c
Sacerdotium Israeliticum cur cessauit in Aegypto. ibidem
Sacerdotiũ Christi præstantius quàm Aaronis. 33.b
Sacramenta quatuor necessaria ad salutem. 175.a
Sacramenti absconditi dispensatio. 174.c
Sacramenta abscondita fuerunt angelis. ibidem
Sacrificium verum, munus sanctũ, corpus & sanguis Christi. 55.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacrificium iuge per singulos dies fiebat. 118.d
Sadducæi, id est iustit, solum quinq; libros Moysi recipiebant. 27.c
Salis commendatio in scripturis. 40.b
Sal terræ, Apostoli. 48.a
Sal doctrina euangelica contra carnales legis cæremonias. ibid.b
Sal insatuatum, Pharisæi & hæretici, scientia subientes. ibid.d
Salustius historiographus elegantiæ studiosus. 64.d
Sanctus multifariam dicitur. 26.d
Sanctificatio propriè adscribitur spiritui sancto. 9.d
Sanctificatio nominis Dei quomodo fiat. 67.a
Satanas arrogat sibi genus humanum. 54.d
Satanæ intentio in nequitijs suis. 55.a
Scala Iacob typus lineæ generationis Christi. 5.d
Scalæ huius mysterium in angelis ascendentibus, & descendentibus per eam. 6.a
Scriba minus præsumptuosus fuit. 88.a
Scribæ & pharisæi cunctis virtutibus vacui. 51.c
Scribæ & pharisæi dixerunt fratri suo Christo Racha & fatue. 53.d
Scripturæ hæreticis in laqueum sunt. 54.a
Scripturæ Christi sunt quia in ipsum tendunt. 33.a
Scripturæ dicuntur os Domini, & fuerunt olim clausæ & signatæ. 44.b
Scriptura sacra non exigit fucum verborum. 63.d
Scriptura sic condita est, ne ab omnibus intelligatur. 80.c
Scriptura quare obscurè tradita est. ibid.
Scripturæ sacræ cum maxima humilitate studendũ. 81.a
Scripturis sacris nihil addendum nihilque subtrahendum. 82.b
Scripturæ absque phaleris verborum tractãdæ sunt. 102.d
Scriptura sacra dicitur columba. 137.a
Scripturæ sacræ diuulgatæ sunt post passionẽ Christi. 154.a
Secundus homo de cælo cælestis. 5.c
Sententiæ doctorum diuersæ de Iuda. 129.d
Septem matres steriles antea, in scripturis. 8.a
Sermonem eundem Christus sæpe repetiit. 97.a
Sermo Christi mundificauit Apostolos. 132.a
Sermo Domini in monte, de quatuor virtutibus cardinalibus. 51.b
Seruire duobus hominibus, non autem Domino idẽ potest. 73.b
Simala cũ melle humanitas Christi cũ deitate. 12.c
Simplices debent esse apostoli sicut columbæ. 102.a
Solitudo hirci Hierusalem fuit mysticè. 150.b
Solicitudo rerum temporalium scandalizat. 74.b
Solicitudo rerum in Deum collocanda est. 76.a
Solicitudo diuitiarum fugienda est. ibidem.d
Solicitum esse in diem crastinum quid sit. 77.d
Solicitus est Dominus pro suis amicis. 106.d
Spiritus sanctus primum ab angelo ad Mariam & Ioseph sic dictus est. 9.c
Spiritus sanctus vocabulum est venerabilius, quàm spiritus Dei. 10.d
Spiritus sanctus de meo accipiet, i. de scripturis. 33.a
Spiritus S. eduxit filios Israel de Aegypto. ibid.d
Spiritus S. super alios in specie ignis, super Christum in specie columbæ apparuit. 34.a
Spiritus sancti data sunt duo. 152.c
Spiritus sanctus in specie ignis apparuit. 159.c
Spiritus sancti illapsus in pectus Ruperti. 110.d
Stella Magis apparuit propter fœdus & promissionem Dei ad Abraham. 15.c
Suspensio Iudæ dirum portentum fuit. 143.b
Suspensio Iudæ quid significet. * Ibidem c
Syllogismo vsus est Christus contra Iudæos. 175.c
Synagoga filia latronis dicitur. 147.d

T.

Temperantiæ virtus docetur. 56.b
Templo maior est filius Dei. 118.b
Tempus passionis Christi prædestinatum fuit. 124.b
Tentationes tres filiorum Israel in deserto quibus victi & infideles inuenti sunt: quibus victor euasit Christus 36.d
Tentationes sunt variæ. 96.a
Tentat Deus hominem multipliciter. ibid.
Tentatio circa sacramentum eucharistiæ. 132.c
Tentatio Dei. 133.a
Tentatio Dei duplex. ibid.
Tentatio magna circa ecclesiam. ibid.d
Testamenti veteris quatuor partes. 115.
Testimonium Esaiæ, verbis modicum, virtute multum. 12.a
Testimonium de Christo triplex in ipsius baptis. 35.b
Testimonia quæ citant euangelium, amplificanda sunt. 40.d
Testimonium perhibent de Christo opera eius 109.d
Testimonia maiora de Christo, quàm sunt testimonia hominis. 110.b
Testimoniũ reddit Christus Iohanni Baptistæ. 111.a
Thesaurus alicuius vbi fuerit, illic & cor eius. 72.c
Thesaurizare quid sit. ibid.a
Thesaurizare in cælo quid. ibid.a
Thesaurũ inuenire, est sacras literas intelligere .76.c
Timendum non est prauorum iudicium. 104.a
Titulus Christi in cruce per Pilatum, spiritu Dei agente scriptus est. 21.b
Trabs in oculo proprio non cernitur. 72.a
Traditio seniorum de paschate. 106.d
Tradere iudici, est excommunicare, & foras mittere quos Deus iudicat. 124.
Tradita sunt Christo omnia à patre. 126.d
Tres Reges Iuda cur à linea Christi succisi sunt. 5.b
Tres Magi, tribus partibus orbis exemplar ad Christum fuerunt. 17.a
Tribunal Christi in cruce mirabile fuit. 141.b
Trinitatis confessio nunc maior quàm olim exigitur. 11.a

V.

Vanitas vanitatum est altitudo Satanæ. 171.a
Vanæ dicuntur diuersæ res diuersi modi. 176.d

Ventis imperare quid sit. 89.d
Vergilius poetarum studiosissimus vocũ compositor. 63.d
Veritas opponitur vanitati. 170.c
Via ad cælum malis angusta, non autem bonis 82.a
Vinum & sicera datur mœrentibus. 155.a
Vindicta Deo committenda est. in Prologo.
Vindicta Dauid de Semei iustè & secundum legem. 56.c
Vindicta duplex in Iudæos. 122.d
Vindicta de velatione faciei. 147.b
Virga altera Regum, altera pastorum. 110.a
Virga Domini duplex. 148.c
Virtutes veræ Philosophis incognitæ erant. 62.d
Visio & auxiliũ Spiritus sancti cõtra dæmones. 159.b
Visio filij Dei facta est authori. 156.a
Visiones diuersæ authori factæ. 156.d
Visitatio Spiritus sancti circa Rupertum. 159.a
Visio diuinæ charitatis enarrari non potest. 179.c
Visio hic ignis est, illic caminus erit. ibidem
Vnanimitas est principium iustitiæ. 57.b
Voluntas est accepta secundum id quod habet. 60.c
Voluntas Dei quæ sit. 68.a
Volucres cæli dæmones significant. 88.b
Votum monasticum consilij est, non autem præcepti. 87.c.
Vox & rugitus Domini differunt. 170.a
Vngere caput cõsueuere Palæstini diebus festis. 70.d
Vngere caput nostrum & exhilarare cor. ibid.
Vnguentum Magdalenabis effudit. 125.d
Vrias, id est, lux mea Deus, populum Iudaicum significabat. 10.b
Vulpes significant Dæmones. 88.a
Vxor ob quas causas dimitti queat. 58.b
Vxor ob fornicationem dimitti potest inuita. 58.c

Z.

Zacchæus volens videre Iesum quid designet. in Prologo.
Zacharias, id est, memor Domini, populũ Gẽtilem designat. 01.b
Zelus Dei bonus per ignem, quo Spiritus sanctus apparuit designatus. 44.b
Zorobabel in Babylone natus, de Iudæa recta dicitur. 22.a.

FINIS INDICIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS SVPER MATTHAEVM PROLOGVS.

EXigis à me,ô philochriſte Cuno,venerabilis quõdam Abbas Cœnobij Sigebergenſis, nunc autem Præſul Eccleſiæ Ratiſponenſis,nouum condere opus,De Gloria & honore Filij hominis,conſtituti ſuper opera manuum Patris,ſiue ſedentis ad dexteram maieſtatis in excelſis, vt omnia ſubijciantur ei,& huiuſce operis ædificium conſtruere ſuper Euangelij fundamentum, Euangelij ſecundum Matthęum.O quàm optabile mihi eſt,& tibi eſſe dicis,vt, quoniam nouiſſimum, te monitore & penè præceptore,nuper edidi opus de Victoria verbi Dei, ſcribere nunc merear dignè de Gloria & honore (vt iam dictum eſt) Filij hominis, propter ſpem repoſitam in veritate eiuſdem DEI & hominis, dicentis: Ex verbis tuis iuſtificaberis.Tute ſcis, quàm impatienter hactenus te hoc exigentem audierim,quàm aſper & penè intractabilis econtrà fuerim. Vnde hoc? Videlicet ex multis cauſis.Multis namque modis me non minùs quàm te anguſtat cura domus Domini,quæ credita eſt mihi.Præterea non facile eſt homini peccatori os ſuum aperire & attrahere ſpiritum,cùm ſit hoc illorum duntaxat,qui deſiderant mandata Domini. Adde(quod ipſe noſti, quod audiſti & vidiſti)quia ſcripta mea ſic plerique legunt, vt inſidientur mihi.Vnde & contingit eis illud,quod hic Idem Filius hominis glorificandus & honorandus dixit:Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit.Poteram ego iam hic in capite ſermonis,illi,quem benè noſti,reſpondere iuxta quod meruit:qui,quoniam non ſimplici oculo legit,ambulauit in tenebris,& ita offendit,vt ſemetipſum non ſolùm inuidum,verùm etiam demonſtraret ſatis imperitum.Maledictis,quæ in me concitauit,nõ iuſtum elogium ſcripto redderetur.Sed,mihi vindicta & ego retribuam, dicit Dominus.Cùm Semei filius Gera, filij Lemni,maledictione peſſima malediceret Dauid,mittens lapides aduerſus eum,terramq; ſpargens:dimittite eum, ait Dauid,vt maledicat,ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam,& reddat mihi bonũ pro maledictione hac hodierna. Dixi cauſas, quæ benevolum circa Scripturas ſacras perturbãt animũ. Sic turbæ præcedentes atq; ſequẽtes volẽtẽ videre Ieſum quis eſſet,& currentẽ ad videndũ impediebant Zacchæũ, ſtatura puſillum.Sic Phariſæi murmurabant,propterea quòd diuertiſſet IESVS ad hunc ipſum futurum Apoſtolum & Euangeliſtam Matthęum, id eſt, donatum.At ille perſeuerans,magnum fecit ei conuiuium in domo ſua. Similiter quiſquis de ſupernis ſpirituali donatus eſt gratia, perſeuerantiam habens inter turbas curarum, inter detractiones inuidorum,currere debet ad videndum Ieſum,ad contemplandum ſaluatorem ſuum, vt in domo pectoris ſui ſuſcipiat eum,faciatq; illi,ſi plus non poteſt, ſaltem boni ac fidelis ſermonis Conuiuium.Quia ſermo bonus ſuper datum optimum.Igitur adſit ipſe qui hunc hominem Publicanum vidit, & videndo Apoſtolum atque Euangeliſtam fecit:& tunc demum quod exigis,mihi. que eſſe optabile ſenſi,conabor aſſequi,propoſita ſpe ſupernæ conſola tionis.

Hebr 1

Matth. 12. Exactor operis Cuno.

Pſal. 118.

Matt. 6. Vindicta Deo committenda.

Deute. 32. Roman. 12. 2. Reg. 16.

Exemplũ Zacchæi. Matthæ. 1. Luc. 19. Matthæ. 9.

RVPER.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS.

LIBER PRIMVS.

Duplex liber, vnus terrenus in Adam, alter cæleſtis, in Chriſto.

LIBER GENERATIonis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham. Liber iſte, liber cæleſtis eſt:& econtra,liber generationis Adam,liber terren' eſt, de quo ſic ſcriptum eſt:Hic eſt liber generationis Adam in die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum,maſculũ & fœminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam, die in quo creati ſunt. Sicut primus ille homo de terra, terrenus: nouiſſimus verò iſte de cœlo,cœleſtis:ita liber ille generationis Adam,liber terrenus:& iſte liber generationis Ieſu Chriſti, liber eſt cœleſtis. In illo libro terreno omnes reprobi ſcripti ſunt, iuxta illud: Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te,in terra ſcribentur. In iſto ſcripti ſunt omnes electi, quibus ipſe Dominus: Gaudete inquit,quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et omnes quidem, tam electi quã reprobi,in terra ſiue terreno libro conſcripti fuerunt, ex peccato primi illius hominis,in quo omnes peccauerũt:ſed per iuſtitiam nouiſſimi huius hominis,omnes electi tranſcripti ſunt in libro vitæ,libro generationis Ieſu Chriſti, per quem iuſtificati ſunt.Quomodo in iſto tali libro tranſcripti ſunt? Nimirum credendo in hunc Ieſum Chriſtum, quemadmodum de primo patrum generationis huius Abraham ſcriptũ eſt: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiã. In quo enim credidit Deo vt iuſtificaretur, niſi in promiſsione ſeminis,quod eſt hic idem Ieſus Chriſtus? Dixerat enim illi Deus,Suſpice cælum & numera ſtellas,ſi potes:ſic erit ſemen tuum. Et in hac promiſsione fuerat egreſſus de terra & de cognatione ſua:In ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes,quod Chriſtus eſt. Cum igitur audis, Liber generationis Ieſu Chriſti,filij Dauid, filij Abraham, Abraham genuit Iſaac &c. ne paruum tibi facias librum hunc,non illud ſolum attendas,quod Abraham ſecundum carnẽ genuit Iſaac, & Iſaac ſecundum carnem genuit Iacob,ſimiliterq; de cęteris:ſed hoc potius,quod & Abraham ſecundum promiſsionem genuit Iſaac, & Iſaac ſecundum promiſsionem genuit Iacob.Hoc nanq; animaduerſo, prolixius liber & grandis pagina per ſingulas ferè generaturas apparet,dum promiſsionis verbum in memoria repoſitum, recogitare facit quid & qualiter ad illos patres ſanctos Deus locutus eſt. Iam hic conſiderandũ eſt de hoc ipſo generationis libro, quòd ita terminatus eſt:Iacob autem genuit Ioſeph. Nonne illam potuiſſet lineam ſequi, qua perueniret ad eum, qui Mariam ſecundum carnem genuit,niſi potiorem illam æſtimaret genituram,quæ eſt fidei ſiue promiſsionis, quæ eſt auditio ſiue obſeruatio verbi Dei? Siquidẽ & ipſe dominus hoc atteſtatur,noſq; cognoſcere vult,qui,vbi extollens quędã mulier vocẽ de turba,dixit beatus vẽter qui te portauit,& vbera quę ſuxiſti, Quinimò ait, Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.Et alibi: Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus & frater & ſoror & mater eſt. Felices itaque quorum etſi caro patres ſiue generationem Ieſu Chriſti non contingit, anima tamen audiendo & cuſtodiendo verbum Dei, mater facta eſt eiuſdem Ieſu Chriſti: feliciſsimi verò, qui vtroq; modo patres ſiue parentes ſunt tanti filij,quorum notiſsimi ſunt hi duo magni patriarchæ, quorum nomina ſic inſigniter enunciantur in capite libri huius filij Dauid, filij Abraham. Et de genitura quidem carnis veritas noſtra aſſertione non indiget, quod ſecundum illãbeata virgo Maria ipſorum filia ſit vel fuerit: de illa verò, qua ſecundum fidem ſiue obſeruationem verbi Dei quælibet anima ſit mater eiuſdem Ieſu Chriſti, non ſuperfluũ eſt memorare, quomodo illorum filia fuerit: videlicet habendo fidem, habendo humilitatem, facta eſt filia Abraham filia Dauid, habuit enim fidem, quæ angelo, ſibi inaudita cunctis ſeculis Euangelizanti, immò Deo, cui Abraham crediderat, loquẽti ſibi per angelum, velociter credidit. Habuit humilitatem, quæ audiens & credens ſeſe fieri matrem Domini, ancillam profeſſa eſt: Ecce inquiens, ancilla Domini, ſecundum ſimilitudinem patrum ſuorum, iam dictorũ, Abraham atque Dauid: quorum quanta fuerit humilitas, ex ipſorum verbis palàm innoteſcit: Deniq; pater eius Abraham, dum

Gene. 5.

1. Cor. 15.

Hier. 17.

Lucæ 10.

Rom. 5.

Per fidem tranſcribimur in librum vitæ.

Gen. 15.

Rom. 5.

Liber generationis ſecundũ promiſsionem

Christi parentes secundum fidem.

Luc. 11.

Matth. 12.

Dauid & Abraham præcipui parentes.

Maria filia Dauid & Abrahæ, tã carne quã fide.

Luc 1.

Humilitas Abrahæ & Dauid.

Gen. 18.

1. Reg. 24. Deus cum ipso, & ipse cum Deo sermocinaretur, & amicus haberetur, inter cætera dixit: Quis semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis. Porrò Dauid cum esset vnctus Rex electione Domini, & Saul persequeretur eum: Quem persequeris, ait Rex Israel? quem persequeris? Canem mortuum & pullicem vnum. Iam deniq; intus docuerat eos Deus inuisibilis, qui ex eis nasciturus erat homo visibilis, mitis & humilis, sicut dicturus erat ipse: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: similemq; sibi matrem præparauerat, quæ veraciter diceret, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Considera nunc initiũ hoc siue caput Euangelij, quantis vel qualibus titulis illustratum sit. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Quatuor insignia sunt notissima gloriæ & honoris huius filij hominis, quia Deus est & homo, rex & sacerdos. Sirite consideres, nihil horum hic tacitum est. Nam ipso nomine, quod est Iesus, id est, saluator, cuius nominis siue vocabuli causa est, quia saluat à peccatis, dicẽte angelo ad Ioseph: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ: ex ipso, inquam, nomine, quod est Iesus, ex ipsa causa nominis, quæ est saluare à peccatis, quod facere est solius Dei, Deus esse asseritur, Deus verus esse cognoscitur. Porrò sequenti nomine, quod est Christus, & interpretatur vnctus, predicatur vnctus Rex, vnctus sacerdos, rex & sacerdos, qui patribus suis iure successit, patri regi, patri sacerdoti, regi Dauid, Abrahæ sacerdoti, quod prædicat hic titulus rutilans, & taliter enuncians, filij Dauid, filij Abraham. Rex nanq; Dauid, sacerdos Abraham fuit: quippe qui obediens & fidelis, filium suum Deo in holocaustum obtulit. Primogenitus quippe fuit Tharæ Patris sui: & secundum morem, quo primogeniti vsque ad id temporis sacerdotes fuisse traduntur, ipse sacerdos fuit, & post illum Isaac: sed hæc primogenita Esau propter gulam perdidit. Horum patrum siue patriarcharum, qui vtique homines fuerunt, iste filius & ipse homo est, siue filius hominis, quia veram de carne illorũ carnem assumpsit. Sunt igitur quatuor (vt iam dictum est) insignia præsenti titulo spectanda: quia Deus est & homo, rex atque sacerdos. Hic homo & in Siõ natus est, & ipse fundauit eã altissimus. Iste sacerdos semetipsum obtulit, & sacrificatus est tanquã vitulus. Iste rex tanquã leo siue catulus leonis, ad prædã ascendit, apertis in morte sua dormiens oculis, & spoliato inferno surrexit à mortuis. Hic Deus, vt aquila volans, super omnes cælos ascendit. Secundum quatuor ista naturę vel officij sui nomina, quatuor nobis sacramenta pietatis necessario credenda proposuit, scilicet incarnationis siue natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis, quorum nullum Christiano ignorare licuit vnquã aut licebit. Ex istis cognoscitur Iesus Christus qualis sit, scilicet verè bonus, & verè fortis: quia tanquam bonus propter nos homo fieri, & passionem subire voluit: & tanquam verè fortis, victa morte, resurrexit & in cælum ascendit. Et quia talis exinde cognoscitur, ecce quatuor vnius animalis facies intuemur, vbi Ezechiel propheta loquitur: Similitudo vultus animalium, vultus eorum facies hominis & facies leonis, facies vituli & facies aquilæ desuper. Nam licet quatuor animalia dixerit, in primis tamen animal vnum vult intelligi, quemadmodum longè infra, cùm dixisset, Facies vna facies Cherub, & facies secunda facies hominis, & in tertia facies leonis, & in quarta facies aquilæ, ipsum est (ait) animal quod videram iuxta flumen Chobar. Animal vnũ, vnus est Iesus Christus: Quatuor facies siue quatuor animalia, quatuor iam dicta sunt vnius eiusdemq; Iesu Christi sacramenta. Faciesistæ fulgent super iustos, quia Iesus Christus videt eos, sicut scriptũ est: Oculi domini super istos. & videndo illo conformes facit sibi, siue cuilibet ex istis faciebus suis, multò efficacius quàm specular penetrat, suamq; in il?. imaginem formatat. Vidit iustum beatum Matthæum, sicut ipse de semetipso. Cùm, in quit, transiret Iesus, vidit hominem sedentem in theloneo, nomine Matthæum, vidit, inquam, istum solverus, & in specular pectoris eius faciẽ formauit hominis: vidit alium & in illo figuravit faciem suam, faciem leonis: vidit alium, & in illo expresit faciem aquilæ volantis. Isti sunt quatuor euangelistæ, qui secundariè quatuor animalia dicuntur. Nam prima quatuor quæiã dicta sunt, sacramenta, quatuor facies sunt, & animal vnum est Iesus Christus. Dauid hunc hominem siue homi-nis mysteria, hominis inquam & sacerdotis, regis & dei sacramenta mirabiliter ore prophetico simul cũ psalterio decachordo cecinit, calamoq; conscripsit, & ipsa quatuor vocabula, Deum, hominẽ, regem, sacerdotem, pariter expressit. Exempli gratia: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, illic hominem enunciauit. Ascendit deus in iubilatione, illic deũ hanc ipsam personam nuncupauit, nam qui descendit, ipse est & qui ascendit. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius: Item: Domine, saluum fac regẽ. Domine, in virtute tua lætabitur rex. Et alibi: Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Illic regem pronunciauit. Iurauit dominus & nõ pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternũ, secundum ordinẽ Melchi-

Quatuor insignia maxima gloriæ & honoris filij hominis.

Matth. 1.

Abraham sacerdos fuit.

Gene. 22.

Psalm. 86.

Gen. 49.

Quatuor sacramẽta pietatis nobis necessaria.

Quatuor Euangelistæ secundũ quatuor facies animalium.

Ezec. 1. 10.

Psalm. 33.

Matth. 9.

Testimonia Dauid de ijs quatuor animalibus seu sacramentis.

Psal. 6. 46.

Ioan 3.

Psal. 2. 19. 20. 23. 109.

Melch. illic sacerdotẽ edixit. Itidem sacramenta siue mysteria hominis siue seminis Abrahę, Dei, siue volãtis aquilę, sacerdotis siue vituli, regis siue leonis: sacramẽta, inq;, siue mysteria incarnationis vel natiuitatis, passiõis, resurrectionis & ascensiõis eiusdẽ Iesu Christi filij sui, ꝓphetico (vt iam dictũ est) & corde concepit, & ore peperit anima huiꝰ beati Dauid, cũctisq; venturis post se seculis legenda vel canenda conscripsit. Hoc Abrahã non fecit, licet ꝓpheta fuerit, quippè q nec literas habuit. Primus nanq; Moyses longè post illũ, scribẽte digito Dei, literas accepit. Rectè igitur, licet Abrahã fuerit anterior q̃ Dauid, non dixit Euangelista, Iesu Christi filij Abrahã, filij Dauid: sed ordinem prępositerãs, filij Dauid, inquit, filij Abrahã. Præterea & illud sciendũ, quia cũ isti duo sint patres, ad quos eiusdẽ Iesu Christi ꝓmissio facta est, verbũ eiusdem promissionis ad Dauid non parũ auctũ est. Nam ad Abrahã dictum est: In semine tuo benedicentur oẽs gentes. ad Dauid: De fructu ventris tui ponã super sedem meã. Plus est esse regẽ seminis Abrahæ, quã esse semen Abrahę. Vnde rectè dixerim, quia verbũ promissionis nõ parũ auctum est ad Dauid. Sed & hoc inferã, quia plus est esse patriarchã regẽ, prophetam, atq; psalm..tã, ꝙ fuit vel est Dauid quã esse tantũmodo patriarchã, & prophetam, ꝙ fuit vel est Abraham. Ita per omnia rationabiliter diuinus euãgelista prouidit, vt dicere mallet, filij Dauid, filij Abraham q̃ filij Abraham, filij Dauid. His in titulo latius præmissis, nũc in ipsum generatiõis lib. pergendũ est. *Abrahã genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Iacob.*) De vtroq; cũ dicit, genuit, perpulchrum est subintelligere, quẽ in promissione accepit, & in sacerdotem Deo sacrauit. Quæ pars decoris siue genituręe decẽtis, maximè decet lib. generationis Iesu Christi, qa videlicet quemadmodũ Apost. dicit, Nõ qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt ꝓmissionis, æstimãtur in semine. Quomodo Isaac quẽ genuit Abrahã, & Iacob quem genuit Isaac, non filij carnis, sed filij sunt promissionis? Videlicet, quia non solummodo susceperunt hæreditatẽ paternæ fidei, verũ etiam nõ tam vsu nature, q̃ dono gratiæ provenit hoc ipsum ꝙ geniti sunt. Deniq; & Abraham sterilẽ coniugem Sarã, & Isaac sterilem habuit Rebeccã. Deprecatꝰ est (ait scriptura) Isaac dominũ pro vxore sua, eò ꝙ esset sterilis. Qui exaudiuit eũ, & dedit cõceptum Rebeccæ. Et Isaac quidẽ filium suum Iacob sacerdotẽ verbo sacrauit, indutũ vestibus Esau valdè bonis, quas Rebecca apud se habebat domi in quib. ille cũ esset primogenitus secundũ morem (de quo iam supra dictum est) debuerat sacerdotio fungi: ipse autem, videlicet Isaac, vt verbo cõsecrare-

Cur Dauid præponitur Abrahæ.

Ex. 24. 32

Gen. 22.

Psal. 131.

Isaac et Iacob filij promissionis.

Rom. 9.

Gen. 35.

tur vel benediceretur à patre, opus nõ erat, quia cùm fuisset oblatus in holocaustũ Domino, in typũ huius filij venturi Iesu Christi, extunc plus quã sacerdos erat, id est, non tantum sacerdos, verum & hostia. De eo ꝙ iam dixi, quia & Abraham Isaac, & Isaac Iacob in promisione accepit, Apost. ita scribit: Promissionis enim verbum hoc est: Secundũ hoc tempus veniã, & erit Sarę filius. Non solũ autem, sed & Rebecca, &c. vsq; ad id. Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, ꝙa maior seruiet minori, sicut scriptũ est: Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. *Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.*) In generatione Iudæ & fratrum eius cessauit mos ille antiquus, quo (vt iam dictum est) eatenus primogeniti sacerdotio fungebantur. Ruben quippè, qui erat primogenitus, ipse peccauit: & propterea benedictionem sacerdotalem nõ promeruit, imò diminutionẽ acquisiuit. Effusus es (inquit pater) sicut aqua, nõ crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratũ eius. Nec vero ita cessauit prior ille mos sacerdotij, vt saltem iunior quisquam ex illis fratribus sacerdotio fungeretur, velut idem iunior Iacob amoto Esau: sed & ipsum sacerdotium omninò cessauit, quam diu in Aegypto fuerunt, vbi vendiderãt Ioseph fratrem suum, vsq; dum vociferantibus illis ad Dominum & dicentib. Eamus & sacrificemus Domino, surgeret sacerdos Aaron frater Moysi, de tribu Leui. Tribum illam tulit Dominus pro cunctis primogenitis filiorum Israel: fueruntq; filij Leui interim sacerdotes & ministri scriniarij pro cunctis primogenitis, donec veniret primogenitus iste filius hominis, sacerdos, gloriæ & honoris suumque amotis vicarijs susciperet sacerdotium. Quod innuens diuinus euangelista, cùm dixisset de Maria, quam vtique virginem concepisse narrauerat: Et peperit filium suum, continuò nõ otiose addidit, primogenitum vt subintelligat prudens auditor, & idcircò sacerdotem dignum, in quẽ dictum est: Iurauit Dominus & nõ pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Quis autem ordo Melchisedech fuit, nisi offerre sacrificium panis & vini iure primogeniti? Primogenitus nanque fuit Noe, vt doctissimi perhibent, idem, qui alio nomine dictus est Sem. Quæ ergo fuerunt primogenita, quæ data sunt Ioseph? Sic enim in Paralipom. scriptum est: Ruben quippè fuit primogenitus Israel, sed cùm violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph, filij Israel, & non est reputatus in primogenitum. Quæ, inquam, fuerunt primogenita quæ data sunt filijs Ioseph? Nimirum non ipsum sacerdotium quo nullus eorum (vt iam dictum est)

Rom. 9.

Exod. 5.

Filij Leui pro cunctis primogenitis.

Mat. 1. Luc. 2.

Ordo Melchisedech.

1. Paral. 5.

Primogenita data filijs Ioseph

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen. 48. in Aegypto functꝰ fuisse legitur, sed illa pars vna, quã dixit ad eundem Ioseph filiũ suũ benedicẽs filijs eius, & cõstituens Ephraim ante Manassen: Ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetq; vos ad terram patrum vestrorum. Do tibi partẽ vnã extra fratres tuos quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo. Partis illius euangelista meminit, cùm dicit. *Ioan. 4.* Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prędiũ, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Ergo vsq; ad tempora illa vtrũq; primogenitis veniebat, & honor sacerdotij, & extra fratres suos possessiõis vna pars. Et quidẽ benedixit eum Iacob benedictionibus dulcissimis, ita concludens. Fiant in capite Ioseph & in vertice Nazaræi inter fratres suos. Sed quia nihil tale de illo scriptum est, quale est, ædificare altare Domino, & inuocare nomen Domini *Gen. 49.* qꝑ fecisse patres, Abraham, Isaac, & Iacob, *Gen. 12. 26. 35. 38.* scriptura patenter astruit, decimasq; & hostias offerre, quod votũ primus Iacob Domino vouit, palàm constat, quia sacerdotiũ primogenitorũ (sicut iam dictum est) in Iacob cessauit, & interim filij Leui primogenitorũ fuêre vicarij, donec veniret iste primogenitus & vnigenitus virginis, primogenitus & vnigenitus Dei. Quoniã intentio præsentis operis iuxta propositũ tendit ad gloriam & honorem filij hominis, & quatuor facies (de quibus iam supra dictum est) insignia summa sunt eiusdem gloriæ & honoris, nõ prꝫterire libet, quia iam hic in benedictionibus Iudæ, prima sese offert facies illius animalis, facies leonis. Nam vt Ioannes *Cur facies leonis primo apponitur.* ait in Apocalypsi, animal primũ simile leoni. Et quidem Ezechiel prius enunciat faciẽ leonis, sed illam esse, vel non esse faciem primam, nequaquam dicit, vbi sic ait: Similitudo vultus eorum, facies hominis & facies *Apoc. 4. Ezech. 1.* leonis, facies bouis & facies aquilæ. Sed & alibi prius neq; hominis, neque leonis, sed vituli faciem dicit: Facies vna, facies Cherub, id est, bouis siue vituli: & facies secunda, facies hominis: & in tertia facies leonis, *Ibidem 10.* &c. Cùm ergo solus Ioannes faciem primã dicit faciem leonis, constat quia non secundum ordinem, quo celebrata sunt sacramẽta incarnationis, passionis, resurrectionis & *Apoc. 4.* ascensionis Iesu Christi, sed secundum ordinem scripturæ Moysi taliter exprimit: Et animal primum simile leoni, & secũdum animal simile vitulo, & tertium animal habẽs *Gen. 49.* faciem hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. Nam ecce primo loco facies leonis: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti. Requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Ecce autem facies secunda, facies vituli, quemadmodum dicit: Et secundum animal simile vitulo. Si sacerdos *Leuit. 4.* peccauerit delinquere faciẽs populum, vel si omnis turba Israel ignorauerit, & perierit imperitiam fecerit quod cõtra Domini mandatum est, offeret pro peccato vitulum immaculatum Domino, &c. quæ miro modo & ordine verè sacro & mystico figurant sacramentum passionis Iesu Christi: cuius sanguis secundum quod ritus ille significat, emundauit cõscientiam nostram (ait Apost.) *Hebr. 9.* ab operibus mortuis. Porrò facies tertia facies hominis, sufficiẽter exprimitur in Deu- *Deut. 18.* his verbis: Prophetã de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominꝰ Deus tuus, &c. Cùm enim dicit, sicut me, nihil illi deesse testatur de veritate naturæ humanæ. Faciem quartam, faciẽ aquilæ volantis, patenter habemus in verbis istis cantici *Deut. 32.* Deuteronomij: Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitãs, expandit alas suas, & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis. *Lex Moysi de Christo.* Planè ad gloriam spectat & honorem filij hominis Iesu Christi, quod non solùm prophetę & Psalmi, de quibus iam supra dictum est, verum etiam primus ipse Moyses, quatuor hæc scripsit sacramenta pietatis: quorum sine fide homo non viuit, quorũ ex notitia cognoscitur bonitas & fortitudo talis hominis, tanti Dei talis regis tanti põtificis. Quæ *Luc. 24.* ꝙ ignorãs ipse, quoniam necesse est, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & ꝓphetis & Psalmis de me. *Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar.*) Nota Historia est, quod Thamar nurus fuerit Iudæ, & quod ex ea genuerit Phares & Zara, nesciens quod esset nurus sua; *Gen. 3.* quædum concepissẽt hos geminos, nunciatum est Iudæ, Forni cata est Thamar nurus tua, & videtur vterus eius intumescere. Et ille: Producite, inquit, eam vt comburatur. Nec mora rem cognoscens, Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Quis autẽ nesciat, ꝙ ex illa fornicatione nati sunt *Iudæi ex fornicatione nati.* Iudæi, imò & tota ferè nobilitas Iudaici generis, vniuersa progenies regalis? Quid igitur Iudæi, omnib. hominibus molesti, cum molesti essent Deo ac Domino nostro, iactitabant, dicentes, Semen Abrahæ sumus, nos ex fornicatiõe nõ sumꝰ nati? Et ille quidem: Scio, inquit, quia filij Abrahæ estis. nõ tamen dixit, scio qa ex fornicatione natinõ *Ioan. 8.* estis. Nam reuera fornicata est Thamar, quę concepit eos. & istud commemorando poterat confutare superbos, nisi quòd prior ipse facere debuit, quod docet per Apostolum suum, dicentem: Nemini dantes vllam *2. Cor. 6.* offensionem. Porrò nebula fornicationis illius, non solùm non obscurat gloriæ & honoris filij hominis claritatem, verum etiã illustrat bonitatis eius dignationẽ, quia sicut pro peccatoribus homo fieri, ita de peccatricibus nasci dignatus est. Hanc eius gratiam Euangelista non parui pendens, nosq;

Quatuor mulieres in genealogia Christi reprehensibiles. nosq; eam agnoscere volẽs, solas eiusmodi mulieres assumit in hac genealogia saluatoris, quales scriptura repræhẽdit, Thamar & Rachab, Ruth & Bethsabe. Nã Salomõ (ait) genuit Booz de Rachab, q̃ constat fuisse meretricẽ, & de ruinis Hierico saluatã esse per fidem. Booz genuit Obed ex Ruth, q̃ con- *Iosuæ. 2.* stat fuisse Moabitidẽ. In qua mirabile con- *Ruth Moabitis.* tigit illud, ꝙ cũ pugnantibus inter se duab. legis diuinæ sententijs, ipsa in salutẽ euasit. Nã lex dicit Ammonites & Moabites etiam post decimã generationẽ non intrabunt Ecclesiam Dñi in æternũ, quia noluerunt vo- *Deut. 23.* bis occurrere cũ pane & aqua in via, quãdo egressi estis de Aegypto, & quia cõduxerũt cõtra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi. Itẽ lex dicit: *Deut. 25.* Si fuerit mortuus vir absq; liberis, vxorem defuncti frater eius vel ꝓpinquus accipiet, & suscitabit semen fratris sui. Itaq; lex ipsa quę damnabat eã, quoniam Moabitis erat, suffragabatur illi vt acciperet eã Booz, quoniam vxor propinqui fuerat: & taliter non solùm intrauit ecclesiã Domini, verumetiã principalem obtinet memoriam in ecclesia Domini, ita vt semen ꝙ ex ea suscitatum est, statim secũda generatione generaret Dauid, principẽ & regem Ecclesiæ Dñi. Siquidem Obed ex ea gẽneratus genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Et Booz quidem nõ solùm excusatus, verumetiam iustificatus est, ducẽdo vxorẽ Moabitidem. et- *Necessitas excusat. Ruth. 1.* enim lex (vt iam dictũ est) iustificat eum. At illum qui prior duxerat illam, nõ lex iustificat, sed necessitas excusat, scilicet fames, quæ facta fuerat, & propter quã (vt scriptura refert) abijt homo de Bethleem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua ac duob. liberis. Ipse vocabatur Elimelech, & vxor eius Noemi, & de duob. filijs, alter vocabatur Maalon, & alter Chelion. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarũ vna vocabatur Orpha, altera Ruth: manseruntq; ibi decem annis, & ambo mortui sunt. Cæterũ, nisi necessitas illos excussasset, nec ipsi vxores ducere debuissent Moabitidas, nec Booz lege teneretur, vel cæterorũ aliquis, vt eam acciperet iure propinqui. Econtra sicut peccatrices & alienigenas propter fidem lex Dei assumpsit, & euangelista hic nominare dignum duxit, ita quosdã domesticos seminis propter impietatem remouit atq; reiecit. Ait enim: Ioram *Tres reges à linea Christi succisi.* autem genuit Oziam. Tres de medio succidit, videlicet Oziam, Ioras & Amasim. Quã ob causam? Nimirum propter impijssimam Athaliam matrẽ suam, cuius imitati sunt homicidia, occidẽdo prophetas Dñi, sicut illa *4. Reg. 1. 2. Par. 22.* & mater eius Iezabel in Samaria. Et quidẽ Manasses quoq; multũ sanguinẽ iustũ fudit: verũtamẽ reseruatus est, quia pœniten- tiam egit. Et hoc reuera multũ attinet ad intentionẽ euangelistę, de qua supra dictũ est, quia nisi potiorẽ illam æstimaret genituram, *4. Reg. 21.* quæ est fidei vel promissionis, quæ est audi- *2. Para. 33* tio siue obseruatio verbi Dei, q̃ illam quæ est carnis, poterat genealogiã sic texere, vt patrẽ illum cõtingeret, qui beatam Mariam secundũ carnem genuit. Qualẽ enim locum habere deberent inter parentes carnis Dñi, *2. Par. 24* hi sub quib. nec saltẽ loqui licuit prophetis verbi Domini? Deniq; prophetã Domini, quia fuit ausus loqui in nomine Dñi, prophetã & sacerdotem Zachariã filium Ioiadę sacerdotis, Ioas interfecit, & nõ est recordatus misericordiæ, q̃ fecerat Ioida pater illiꝰ secum, sed interfecit filiũ eius. Post hunc A- *Ibidem. 25* masias prophetæ dicẽti sibi à Domino, cur adorasti deos qui nõ liberauerũt populum suum de manu tua, respondit. Num cõsiliarius regis es? Quiesce ne interficiã te. Et quidem cæteri quoq; præter Dauid & Ezechiã & Iosiam, oẽs peccauerunt, veruntamẽ sub illis prophetare licuit prophetis, ꝙ pertinebat ad huiusmodi genealogiã, quorũ vnus dicit. A timore tuo Domine cõcepimus & peperimus spiritũ salutis tuæ fecimus super *Esa. 26.* terrã: Atq; id circò isti soli de memoria prę- senti, de lib. generationis Iesu Christi repulsi sunt, qui verbũ audire vel præcones verbi Dei viuere passi non sunt. *Iacob autẽ genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus* Ecce scala illa quæ in somno Iacob apparuit, quando parentibus obediens ibat *Scala Iacob genera tio Christi est.* in Syriam, vt de sua cognatione acciperet vxorem. Ecce, inquam scala stans super terram, &c. acumẽ illius tangens cælũ, & Dominus innixus scalę, qui dixit ad eũ: Ego sum Dominus Deus Abrahã patris tui, & Deus Isaac, &c. Licet & alius secundum moralẽ intellectum possit illius scalæ sensus vtilis, nihilominus tamẽ scala illa, ista est generatio Iesu Christi: & latera scalę, summi patres vel principes sunt huiꝰ generationis, Abraham atq; Dauid, ad quos ꝓmissio facta est, cũ iuramento eius qui repromisit. Supremꝰ scalę gradus, cui Dñs innixus est, iste est beatus Ioseph vir Mariæ, de qua Iesus qui vocatur Christus, natus est. Quomodo iste Deus & Dominus huic innixus est? vtiq; tanquã tutori pupillus, quippè qui in hoc mundo sine patre natus est, Ita innixus est huic beato Ioseph, vt esset infantulo iste pater optimꝰ, vt huius solatio paterno puer cum virgine puerpera sustentaretur. *Omnes ergo generatiões ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim. & à Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis, generationes quatuordecim. & à transmigratiõe Babylonis vsq; ad Christũ, generatiões quatuordecim* Quid sibi vult tã diligens generationũ cõputatio, tam diligenter facta quasi per cõplexionẽ siue conclusionem cõputationis diuisio? *Nõ sine põdere verbo tur Matth.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Pet. 1. Matt. 9. Galat. 1.

Num frustra, vel sine rationis pondere taliter digessit vel complexus est generationes euangelista diuinus, in quo, vel per quē sine dubio spiritus sanctus locutus est, quippe qui cùm publicanus fuerit, & homo sine literis, non ab homine, neq; per hominem, sed per spiritum sanctū doctus est, vt scriberet? Sine dubio quicquid loquitur, pondus habet, & hoc ipsum quod nunc ait. vim sensus continet, quam non præterire libet. Arbitramur. n. imò & experimento didicimus plerosq; mirari, cur benignitas Dei promissionem suā implere. s. incarnationem filij sui, verbi sui, mundo exhibere tā diu distulerit. Nimirū qui paratus studet esse vel cupit rationem reddere omni poscenti de iustitia fidelis Dei, qui repromisit, ecce per istas

2. Pet. 1. τεσσαρεσκαιδεκάδας

subtiliter animaduertere potest, illud magis esse mirandū, in gloriam & laudem iusti, &, vt iam dictum est, fidelis Dei, quod immutabilis perstitit, & stabilis in promisso vel proposito suo permansit, cū ab illis, quibus promiserat, multipliciter & nimis grauiter offensus fuerit. Offensiones illas numerus iste quatuordecim generatio nū triplicatus subtiliter insinuat. Quærat ergo aliquis: Cur Deus tam diu Christū suum distulit? Cur non primis parentibus, quibus promiserat, continuò dedit? Cur non statim vel in breui de aliquo illorum B. virgo nata est, quæ Christū conciperet & pareret? Hoc enim desiderabat ille, qui cū mitteretur ad Pharaonē: Obsecro (inquit) Domine, mitte quem missurus es. Et continuò sequitur: Ira tus Dominus in Mosen ait: Aarō frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit, &c. Ac si diceret: Me dicente, obsecro Domine mitte quem missurus es, Dominus iratus erat: & idcirco de eo, quod obsecrabat, nec saltem respōsum vllū dedit, sed alia dixit: Et quam ob causam Dominus iratus erat? Videlicet propter peccatum domus Abrahæ, Isaac & Iacob, quib. promiserat, quia filij Iacob fratrem suum Ioseph, per inuidiam, in seruum vendiderant, & ille quatuordecim annis seruierat. Cùm enim sedecim esset annorum, tunc venditus est, & quando eductus de carcere fuerit in cōspectu Pharaonis, triginta annorum erat. Itaq; sicut quodā loco iustus iudex, id est, Dominus dicit: iuxta numerum dierū quadraginta, quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, ita & illic iustū esse arbitremur iudicium, vt diceret: Iuxta numerum quatuordecim annorum, quib. seruiuit vænundatus Ioseph. generatio pro anno imputabitur, & quatuordecim generationibus semen, quod promisit patrib. vestris, differetur, quod est Christus. Igitur ab Abraham (inquit) vsque ad Dauid generationes quatuordecim, subauditur &

Quæstio. Psalm. 88. Exod. 4. Gen 37. Responsio. Num. 14.

Christus non venit, & eo vsq; distulit eum iratus Dns, vnde & Moyses loco supradicto congemuit. Porrò Dauid, in quē generationes quatuordecim terminatæ sunt, cū iam & ipse promissionē accepisset eandē cum iuramento Domini, peccauit & ipse non minus, quàm priores illi, Vriā Aethæum percussit gladio, & vxorē illius tulit, & interfecit eū gladio filiorū Ammon. Itaq; non minus super hoc irasci debuit Dominus, quā dudum fuerat iratus, & idcirco à Dauid vsq; ad trāsmigrationē Babylonis ait, generationes quatuordecim, & Christus non venit. Porrò in transmigratione Babylonis, quæ pœna fuit, transmigratis illis non minoris erat peccati vel criminis, quod reges Iuda maximeq; Manasses, sanguinem innoxiū fuderant multū, donec implerēt Hierusalē vsq; ad eos absq; peccatis suis, quibus peccare fecerunt Iudā, vt facerent malum coram Dño. Igitur te à transmigratiōe Babylonis, ait, vsq; ad Christū generationes quatuordecim subauditur & nisi post tot generationes idē Christus venit. Et quidē tunc temporis funestus Herodes multo sanguine terrā cruentabat: sed impietas eius, generi Abrahæ vel semini Dauid imputari non debebat, vt propter illū Christ⁹ differretur, quippe qui nō Iudæus, sed alienigena erat, vtpote p. tre Idumæo, & matre ortus Arabica: *Iacob (inquit) genuit Ioseph virū Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Virum Mariæ cū dicit, magnum & verum nomen B. Ioseph attribuit, quia si est vir Mariæ, est & pater Domini. An non & lex hoc edicit, quòd ea, quæ despōsata est, iam vxor sit? Si puellā, inquit, virginem desponderit vir, & inuenerit eā aliquis in ciuitate, & concubuerit cū ea, educes vtrumq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruētur. Puella quia nō clamauit, cū esset in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi sui. Ergo vir Mariæ Ioseph, & ipsa vxor illi⁹. Proinde nec iste ineptè dixit: Ioseph virū Mariæ, nec alius Euāgelista mentitus est patrē illū eius, qui ex ea natus est, Christi appellando: Et erant (inquiēs) pater eius, & mater eius mirātes super his, quæ dicebantur de illo. Non solùm autem Euāgelista Ioseph virum Mariæ dixit, verùm etiam prior angelus, quod æqui pollens est, Mariam coniugem Ioseph enunciauit: Ioseph (inquit) fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. O coniugium verum & sanctū, coniugium cæleste, non terrenum? Quomodo enim, vel in quo coniugati fuerunt? Nimirum in eo, quod vnus spiritus, & vna fides erat in eis, sola illic desinit corruptio carnis. Propterea verissimè dixit Apostolus Paulus: Quia primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis, non quòd iste IESVS CHRISTVS, qui ex Maria natus est

Peccatum Dauid. 2. Reg. 11. Peccata regum Iuda. 4. Reg. 2. Matth. 2. Vir Mariæ Ioseph. Deut. 22. Luc. 2. Cōiugium cæleste, inter Ioseph & Mariā. 1. Cor. 15.

natus est de cælo cum carne venerit, & per Mariam quasi per fistulam transierit, sicut quidā dixerunt hæretici, sed q̄ coniugum vita siue cōiunctio tota fuerit cælestis, & spiritus sanctus amborū coniugalis amor, quorum vtiq; cōuersatio erat in cęlis, in ambobus præsidens, coniugē viri huius fidei commiserit, & de carne virginis hominē formās paterno viro huic eius, qui nascebatur, infantis amorē penitus infuderit. Omnes ergo generationes, ab Abrahā vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim, &c. vt supra. Quomodo per hominis scalā angeli Dei ascenderunt & descenderunt? Iam enim supra diximus, quia scala quam vidit Iacob in somnis stanté super terrā, & cacumen illius tangens cælū angelos quoq; Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dñm innixū scalę, mysteriū fuit incarnationis huius Iesu Christi, & Ioseph cuius cura paterna Dominus de Maria natus, indiguit, gradū illum scalæ fuisse, cui videbatur inniti. Quid ergo significabat, q̄ angeli quoq; Dei ascendebāt, & descedebant per eam? Nimirū vt subintelligas illud quod non dubium est: quia vnus idemq; qui de Maria natus est, vno eodemq; tempore, quādo natus est, & angelis maior, & angelis erat minor. Ascendentes ergo vidit angelos, id est, Deū habere supra se. in quem desiderant prospicere, q̄ reuera est ascendere: descendētes vidit eosdem, id est, minorem cōsiderare q̄ se, hominem vnū & eundem, quemadmodum Psal. dicit: Minuisti eum paulò minus ab angelis. An nō erat descendere, tanquā ad minorem siue inferiorem, id quod refert euangelium: quia dum fact⁹ in agonia, prolixius oraret, apparuit illi angelus de cælo confortans eū? Veruntamē eo modo iam non descendunt, nō minorem aspiciunt, ex quo resurgente illo à mortuis, & ascendente in cælū factum est quod itidem præscriptū fuerat: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarū. Hic nec illud præterire libet, q̄ apud beatum Iob de diabolo Dominus loquitur: An extrahere poteris Leuiathan hamo? Et fune ligabis linguam eius? Item: In oculis eius quasi hamo capiet eum. Hęc nanq; generatio Iesu Christi, ab Abraham vsq; ad Ioseph virū Mariæ, de qua Iesus, qui vocatur Christus, natus est, quasi lōga piscantis linea est, cui videlicet lineę ferreus hamus subligatus, carne adoperitur, ob hoc vt piscis edulio prouocatus q̄ foris patet, ferro seipsum strangulat, q̄ intus latet. Diuinitas Iesu Christi quasi ferrum diabolo extitit, & hæc ex Maria veram assumendo carnis naturā, ibi fortitudinem suam abscōdit, sine dubio futurū sciēs, quod ille homicida ab initio carnem suam morte appetiturus foret, & ita quasi ferro

Paternum. Quæstio. Gen. 28. Responsio. 1. Pet. 1. Psal. 8. Luc. 22. Psal. 8. Quid est extrahere Leuiathan hamo Iob 40.

quod intus latebat captus, atq; extractus, foras mitteretur, sicut factū esse credidimus, propter q̄ & loquimur. Et ista quidem secūdum Matth. genealogia Iesu Christi, linea est eiusmodi: illa verò secundum Luc. sursum ascendēs, textura genealogię prolixioris, reuera quasi circulus extitit: ita vt nihil rectius, quā eiusdē generationis excursum putemus posse intelligi in verbis illis, quæ itidem ad beatū Iob Dominus dicit: Nunquid pones circulum in narib. eius? & armilla perforabis maxillā eius? Quid enim? Nónne cū sic incipit: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, & sic finit, qui fuit Adam, qui fuit Dei, nónne (inquam) initium & finem cōiunxit, & circulū fecit? Cū enim vno dictu linea sic flectitur, vt eius initium & finis coniungantur: nónne circulus, verbi gratia, qualis est armilla, formatur? Eccē Iesus Christus, de quo sic incepit: Ipse Iesus incipiens quasi annorum triginta vt putabatur, filius Ioseph Deus & homo est. Incepit autē ab homine, & in Deo ductus sui finem fecit. Nónne igitur quasi lineam, siue virgam longè subtilem siue subtiliter lōgam auream, siue ferreā, à Iesu Christo incepit, & in Iesum Christum reduxit, dicendo qui fuit Adam, qui fuit Dei, cùm vnus idemq; Iesus Christus, Deus & homo sit, nec alterius plasma fuerit Adam, quàm huius Dei? Verum igitur ô diabole iste est circulus, quem Deus in narib. tuis posuit: ista est armilla, qua maxillā tuam perforauit. Iunxit se initium fini, id est, Deus homini, & ita hæc scilicet initium & finis occurrerunt sibi in vtero virginis, vt nares tuas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, & maxillam tuam voracem perforaret armilla talis armilla gloriæ & honoris, vnde nunc vsque fatuus traheris, & quod auidè momorderas, retinere non valens, per maxillæ foramen emittis. Vbi vel quando hæc initij atque finis coniunctio facta sit, & idē Lucas vberius scribit, & iste breuius eloquitur, cùm dicit: *Christi autem generatio sic erat: Cū esset desponsata mater eius Maria Ioseph antequam cō uenirent, inuenta est in vtero, habēs de spiritu sancto.*) Hic amplius splendet iste liber generationis, & in hoc tota est vtilitas libri, omni genti, vel audienti credere, quia Christi generatio sic erat, quia de spiritu sancto Maria virgo priusquam conuenirent conceperat. Quàm dissimilis generatio hæc generationibus cæteris, generationibus quamuis rectorū vt fuit Abraham? vt fuit Isaac? vt fuit Iacob? vt fuit Dauid? Et quidem fuerit aliqua similitudo generationis, quia patres isti omnes steriles habuēre coniuges, vnde & qui generati sunt, in plerisque factis suis typū gesserūt huius Iesu Christi qui verè natus est

Generatio Christi secundū Lucam. Ibidem. Luc 3. Insultatio contra diabolum.

Universidad de Alcalá
Biblioteca

Septē matres steriles in scriptu-ris.

tus est de vtero sterili. Quid enim tam sterile, quā virginitas? Septē matres fuisse steriles, sacra scriptura memorat: Sarā, & Rebeccā, Rachel, & eā q̄ peperit Sampson, Annam matrē Samuelis Bethsabe, quæ fuit mater Salomonis, vxor Vriæ Aethæi, & Elizabeth quæ peperit præcursorē Domini. Qui ex istis nati fuerunt, magni fuerūt, & in plerisq; (vt iam dictū est) factis suis admirabiles quasdam similitudines Domini prætulerūt de virginitate nascituri, quæ naturaliter sterilis est, & non parit, videlicet Isaac & Iacob, Ioseph & Sampson, Samuel & Salomō. Ioanne, qui septimus extitit, maior inter natos mulierum nō surrexit, quiq; ipsum Dominū nō tam factis suis, vt cęteri, signicauit, quā digito demonstrauit. Octaua sterilis, id est, virginitas de cognata sua sterili Elizabet proximū accepit testimonium, quia nō erit (inquit angelus) impossibile apud Deū omne verbum. Fuerit itaq; aliqua (vt dictū est) similitudo in illis verūtamē rationabiliter hic Euangelista dicat: Christi autē generatio sic erat: Quod est dicere: Cuiusque cæterorū generatio sic fuit, vt nullus eorū generaretur aliter, nisi conuenientib, viro & muliere, sicut naturæ vsus est, Christi autem generatio sic erat, vt antequā vir & mulier cōuenirent, inueniretur mulier in vtero habēs. Hoc est illud mirabile & inauditū, quod Hier. præuidens: & faciet (inquit) Dominus nouū super terrā, mulier circūdabit virum. Perspecto hucusq; hoc lib. generationis Iesu Christi, magnū & euidens ostiū apertum est, ad contemplandas per ordinē facies quatuor vnius animalis, quod viderā (inquit Ezech.) iuxta flumen Chobar, ita videlicet, vt contemplatio hæc summa sit nostri propositi, quod insinuat titulus præfixus huic operi, de gloria & honore filij hominis. Nam idem Ezech. cū dixisset, Et gloria Dei Israel erat super eam, videlicet portam domus Domini orientalis, protinus significans q̄ diceret gloriam Dñi, ipsum est (ait) animal quod vidi subter Deum Israel iuxta fluuium Chobar, quatuor vultus vni, &c. Iam ex hoc capitulo facies hominis, qualis, quàm pulchra, q̄ glorioſa sit, debet animaduerti, cū Euangelista dicit. Cū esset desponsata mater eius Maria Ioseph antequam cōuenirent, inuenta est, in vtero habens de spiritu S. Ex hoc (inquam) capitulo, & deinceps vsq; ad passionis eius seriem, quæ (vt superius iam dictum est) facies est vituli, cō siderare libet pulchritudinem faciei huius, faciei hominis, quantum se ipse ostendere dignabitur: cui corde & ore clamamus ostē-de faciem tuam, & salui erimus. Quanta est hæc faciei huius, faciei hominis pulchritudo, q̄ inuenta est mater eius in vtero habēs de spiritu sancto? Magnus hic honor generis humani, quod homo nostræ naturæ, nostræ conditionis, passibilis atq; mortalis, incarnatus, vel cōceptus est de spiritu sancto, id est, non de semine virili, sed de virtute, & operatione sancti spiritus. Rectè ergo facies ista, tantæ pulchritudinis cōscia, dicit in Cāticis Canticorum: Ego flos campi, & lilium conuallium, id est, honor humani generis, & decus parentū humilium. Tantā pulchritudinē, tantæ claritatis margaritam, iam tūc oculis inuidis, propalari non expediebat. Ibi enim erat, q̄ dicere habebat: Nolite mittere margaritas vestras ante porcos, ne fortè cōculcent eas, & conuersi, elidant vos. Et enim, vt de cæteris interim taceā, qualis tūc erat porcus Herodes? Quales erant porci omnes eius funesti satellites? Nónne ergo fuisset hoc margaritā valdè splendidam ante porcos mittere virginē pregnantem siue parientem de semetipsa prædicare, vnde haberet in vtero, scilicet de spiritu S. Fieret enim inquisitio vnde concepisset, vel à quo impregnata esset, si virū non habens peperisset. Igitur laudi deputandum est eius, de quo in vtero habebat, scilicet spiritus S. spiritus consilij, q̄ mater eius desponsata erat, quia verè secundum hoc ipsum nomen vel præconium quod dicitur: & est spiritus consilij, dignum se fecit, d; nè prouidit, vt illa desponsaretur, & per hanc occasionem ab omni quæstione liberaretur. Spōsus vel nomen sponsi cælestibus nuptijs secretum fecit: ianuas cubiculi clausas custodiuit: ita vt non foris omninò pateret transeuntibus lux claritatis, quæ intus erat, nisi quantum per subtiles radios exrimis, siue fenestris obliquis significari non postulabat. Idcircò erat desponsata, idcircò illam sponsum habere spiritui S. cōplacuerat, vt quomodo falsus fuit Saul, cùm vngeretur rex Dauid, ita falleretur Herodes siue habitans in Herode diabolus, in hoc sacramento regis, & Domini, filij Dei, filij Dauid, incarnati siue nascentis ex vtero virginis. Qualiter falsus fuit Saul cùm vngeretur rex Dauid? Cùm diceret Samuel quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Vitulum (ait Dominus) de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandū Domino veni. Nimirum iuxta hanc similitudinem spiritus Domini spiritus consilij, ita ordinauerat, ac si diceret in secretis suis: Virum vnum de populo accipiat virgo hæc, & sit ei desponsata, vt dum conceperit, & pepererit dicat, quia virum duxi, quia nuptias celebraui, atq; ita sicut tūc Samuelem liberauit immolatio vituli, quasi ob causam nullam aliam venisset in Bethlem, ita virginē hanc ab omni quæstione liberet existimatio carnalis commertij, quasi nihil aliud in ea natum sit, quàm quod solet in cōiugio vel de

Iud. 3.
1. Reg. 1.
2. Reg. 11.
Luc. 1.
Matth. 11.
Ioan. 1.
Luc. 1.
Generatio Christi lō-gè ab alijs differt.
Hier. 31.
Ezech. 1. 10.
Psal. 70.
Facies hominis in Christo de
Cus generis humani.
Cant. 2.
Consilium spiritus S. in desponsatiōe Mariæ.
Matth. 7.
1. Reg. 16.

vel de cōiugio nasci, veruntamē hoc prius Ioseph nesciuit, sed pòst Angelo in somnis euangelizante didicit. *Ioseph (inquit) fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.* Timebat enim eam accipere, nolebat eam traducere, sed volebat occultè dimittere. Hæc ille cogitabat cùm esset iustus, ait Euangelista. Et reuera hoc erat iusti hominis, nec tantū iusti, verùm etiam pij, quod hinc timebat consentire peccatis alienis, & inde abhorrebat vti permisso vel seueritate legis, dicentis: Quòd si non est in puella inuenta virginitas eijcient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis eius, & morietur, quoniam nefas fecit in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui, & auferas malum de medio tui. Neutrum horum facere, scilicet neque traducere, neque in iudicium voluit producere. Hoc vnum prælegit, hoc maluit, videlicet occultè dimittere eam, quod ad perfectam pertinet iustitiam. Hīc percontari libet: Quare timorem eiusmodi Deus illi euenire permisit? Quare non peruenit? Quare hunc ipsum angelum, quem tandem missurus erat, non misit antèa, tunc scilicet, quando misit ad virginem, quæ ei desponsata erat? Videlicet vt tentaretur, & manifestum fieret cum sanctis angelis, quàm nobis hominibus de ipso, quòd esset iustus, & talis, qui dignè sic deberet appellari, Ioseph fili Dauid. Sic etenim idem pater eius Dauid, maluit exulare, quàm vti permisso legis dicētis: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Tradiderat Dominus in manu eius Saul odientem, & persequentem, & nunc (ait Abisai) persodiam eum lancea in terra semel, & secundò opus non erit. Ait ille: Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut in prelium descēdens perierit, propitius mihi sit Deus, ne extendam manum meam in Christum Domini. Et pòst hęc surrexit Dauid, & abijt ad Achis regem Geth, & habitauit cū Achis in Geth. Quomodo iste iustus Ioseph occultè dimittere eam voluit, quam habebat despōsatam, nisi proficisceretur in regionem aliquam, sicut fecit ille Dauid, & sicut propter aduersos casus fecerunt pleriq; alij? Amplius autem ex eo filius Dauid tam insigniter, tali in re, tali in tempore, dignus fuit appellari, dicente Angelo, Ioseph fili Dauid: quia fidem habuit eandem, quam habuit pater eius fidelis Dauid: Quippe qui prius inaudita credidit, videlicet quòd ipsa, quæ conceperat, virgo esset: secundū verba hæc eiusdem angeli, quod. n. in ea natū est de spiritu S. est &c. Nā promisionis, siue repromisionis, in qua credendo pater Abrahā iustificatus, & amicus Dei appellat⁹ est, consūmatio est hic sermo āgeli, quē in somnis accepit, & statim obediuit Deo, credul⁹, puellæ benēuolus, eatenus vir iustus, exinde iustissimus. Spiritus S. maximè ex hoc facto suo nominatur, quia quod in ea natū est (ait Angel⁹) de spiritu sancto est. Antehac spiritus Dei, siue spiritus Domini dicebatur, nec facilè in omni sermū ab aurie veteris instrumenti, reperies hoc intig-gelo sic dine vocabulum. s. spiritum sanctum. præter ctus. quod Dauid: & spiritum tuū ne auferas, inquit, à me. Nec ipse, sic absolutè spiritū sanctum dixit, sed tuū addidit, sicut in scriptu- *Psalm. 50.* ris legalibus, siue propheticis, ousquā absolutè spiritus sanctus, sed relatiuè scribitur, (vt iam dictū est) spiritus Dei, siue spiritus Domini. Ab hoc loco ferè primū sonuit in auribus nostris, hoc reuerendum & insigne vocabulū, proprium atq; absolutum, spiritus sanctus: vbi angelus & ad Mariam, spiritus sanct⁹ (ait) superueniet in te, & ad Ioseph quod enim in ea natum est (inquit) de spiri- *Luc. 1.* tu sancto est. Quā ob causā? nisi quia (quod *Matt. 1.* cum magna reuerentia cogitandū est) maximè ex hoc opere, q̄ in Maria operatus est, claruit hic spiritus Domini, quod verè sanctus sit. Quærat aliquis: Cū & pater spiritus, & filius spiritus, & pater sanct⁹, & filius sanctus sit, quā ob causam vocabulū hoc, quod *Quæstio.* est spiritus sanctus, propriū adscribitur personæ huic, & sola hæc persona sic vocari debuit? Ad hæc inquā: Nimirū, quia tota persōnæ huius operatio, non aliud nisi sanctificatio est. Hæc operationū distinctio diligēter *Responsio.* animaduertēda est, quia De⁹ omne quod factū est, per filiū fecit, & omne quod sanctum est, per spiritū suum sanctificauit. Quid. n. est spiritus eius, nisi amor ei⁹? Et quomodo creatura quæcūq; rationalis aliter, nisi amādo creatorem, potuit vnq̄ vel potest sanctificari? Igitur quāuis & pater (vt iam dictū est) spiritus, & filius spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus sit, rectè tamē hæc sola persona, spiritus sanctus debuit nuncupari, cuius *Sanctificatio propria* operatio propria, creaturæ sanctificatio est *spiritus sancti.* sine quo nec angelus sanctus, nec homo sanctus, quem non habens angelus diabolus *&c.* est, quem non habens homo, Antichristus vel membrum diabolī est. Huius sanctificationis summā esse nemo est qui nesciat, id q̄ in B. Maria natū est, imò & principium eiusdem operationis, id est, sanctificationis illa conceptio est. Deniq; ipsa est prima, in quam *Duplex datum spiritus sancti.* iste spiritus illo cū dato superuenit, propter quod & dicitur spiritus sanctus, quod videlicet datū, remisio est peccatorum. Et quidem ante illam super multos venit hic idem spiritus Domini, sed alio dato, quod est gratiarum diuisio. Duo quippe spiritus huius data sunt, alterum quod est remisio peccatorum; alterum, quod iam dictum est, scilicet diuersarum diuisio gratiarum, de quo *1. Corinth.* Apostolus: Alij quidam (inquit) per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autē sermo

Ioseph vir iustus & pius.
Deut. 22.
Quæstio.
Responsio.
Leuit. 19. Matt. 5. 1. Reg. 26.
Ioseph filius Dauid

scientiæ, alteri fides, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ: huiusmodi gratias ante beatam Mariã plures habuerunt, & nonnulli ex his, qui habuerunt, non sancti fuerunt, exempli gratia vt Saul & Balaã. Datum aliud, quod est remissio peccatorũ, spiritus Domini distulit in Christi aduentum: Et de hoc est dictũ illud. Nondũ enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Datũ hoc, beata Maria prima omnium mortalium accepit in ipsa hora cõceptionis, dicente angelo: Spiritus S. superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et reuera, vt omninò sanctum esset, q̃ ex ea nasceretur, oportebat ipsam sanctificari, id est, emundari ab omni peccato, tam actuali quod maius erat, scilicet originali. Nec verò solũ hoc tunc accepit spiritus datũ, q̃ est remissio peccatorũ, verumetiam illud alterum, quod est diuisio gratiarũ, videlicet ita vt operationem virtutum omnimodã, maximeq; fidẽ & prophetiam, siue omnem haberet propheticã gratiam. Nã ipsa est prophetissa illa, de qua dicebat Esa. Et accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Præmiserat aũt: Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandẽ & scribe in eo stylo hominis, velociter spolia detrahe, citò prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotẽ & Zachariam filiũ Barachiæ. Quis erat ille liber grandis, quẽ vt sumeret, & stylo hominis in eo scriberet, dictum sibi asserit, & adhibitis testibus, accessi (inquit) ad prophetissam, & concepit, & peperit? Quis (inquã) erat liber ille grandis, nisi vniuersa scriptura sancta, quanta vsq; ad tempus illud conscripta fuerat à Moyse & prophetis? Hunc librum sumere fuit illi, & in eo scribere stylo hominis, propheticam accipere gratiã, & portionẽ suã scribere de aduẽtu Christi filij Dei, taliter vt ab homine posset legi & intelligi. Et quid erat illi hoc facto accedere ad pphetisã, q̃ cõcepit, & peperit, nisi ab ista beata virgine illũ cognosci, & sicut cæteras scripturas, ita & librũ Esaiæ mente eius cõprehendi, docente illam repentina illuminatione superuenientis in eam spiritus sancti? Inde gratulatur q̃ taliter ad hanc prophetissam accesserit, & quod huius rei testes habeat Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, id est, omnes credentes de vtroq; populo, gentili atque Iudaico. Vrias nanq; quod interpretatur lux mea Deus, ipse est anterior populus, scilicet Iudaicus, cui soli quõdã notus erat Deus, vnde & dicere poterat, lux mea Deus. Zacharias verò, quod interpretatur memor Dñi, ipse est posterior populus videlicet gentilis, qui nunc est memor Dñi, quia quod ille populus expectabat futurũ, iste nouit ac meminit iam esse factum, scilicet q̃ hęc prophetissa concepit & peperit filiũ. Vterq; populus hodie testis est illi, q̃ in illo libro grandi veritatẽ scripserit. Igitur vtrumq; spiritus datum simul accepit hæc beata virgo Maria, prophetarũ prophetissa, & hæc est gratia plena, iuxta salutationẽ angeli dicentis: Aue gratia plena, quia videlicet dum suscepit, vel cõcepit verbum Dei, verbum Dñi, simul accepit vtrumq; spiritus Dei datũ. Secundo loco Ioannes amicus sponsi, præcursor Dñi vtroq; eiusdem spiritus dato meruit participari ex vtero matris suę, sicut prædixerat idem angelus, qui ad beatam Mariã locutus est: Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suę, q̃ videlicet tunc mater eius præsensit, quando exclamans voce magna, & ipsa spiritu S. repleta: Ecce enim (inquit) vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Vnde sicut veraciter huic beatæ virgini dixit angelus, gratia plena, ita verissimè Dominus de illo dixit: Inter natos mulierũ maior nõ surrexit. De plenitudine gratiæ, qua dictum est: Aue gratia plena, primò ille accepit, & eodem spiritu sanctificati sunt & hęc mater Dñi, & ille amicus Dñi. Et extũc qui prius dicebatur spiritus Dei, vel spiritus Domini, spiritus S. cœpit altius enunciari, primũ ex ore angeli, & deinde ex omni Euangelio Christi q̃ vocabulũ venerabilius sonare nõ dubito omni habẽti aures audiẽdi, licet & hoc nomẽ, spiritus Dei, spiritus Dñi, satis & multũ venerabile sit. Rationem nominis spiritus sancti quã diximus, scilicet remissionẽ peccatorum, ipse angelus protinus euidenter exponit, cũ dicit: *Pariet aũt filium & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluũ faciet populum suũ à peccatis eorũ.*) Quã nouũ nomẽ est spiritus S. tam noua est hęc ratio nominis, ipse enim saluũ faciet populũ suum à peccatis eorum. Nusquam enim in lege aut prophetis remissio peccatorũ (q̃ datum est spiritus S. præcipuum) verbis enũciatur tã manifestis. Quã aliam siue meliorẽ quærere debemus nouitatẽ in verbis illis sancti & veri dicẽtis: Qui vicerit, faciã illũ columnã in tẽplo Dei mei & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meũ nouum: siue in illis apud Ezechielem promissis Domini: Et dabo cor nouũ & spiritũ nouũ ponã in medio vestri. Quęcunque vel quantacunq; dicantur ad sanctã nouitatem pertinentia, summa omnium est remissio peccatorum, quæ hinc habet initium, vbi dixit angelus: Ipse enim saluũ faciet populum

Ioan. 7. Maria datum spiritus S. inre missionẽ peccatorũ prima accepit.

Esa. 8. Maria prophetissa.

Testes Vrias & Zacharias.

Ioannes Baptista.

Luc. 1.

Matth. 11.

Spiritus S. nomen venerabilius est quã spiritus Dei.

Nomẽ nouum. Apo. 3.

Ezech. 36.

lum suum à peccatis eorũ. Nihilominus, & hoc nomen filius Dei, siue filius altissimi, nouum est: Sicut enim iam de nomine spiritus sancti dictum est, ita & de isto nomine perpendere vel reminisci non otiosum est, quia non facilè quisquam hoc reperiet in veteribus scripturis legalibus, siue pphetics. Deniq; sicut qui in lege siue prophetis docebatur spiritus Dei siue spiritus Domini, nunc ex euangelio prædicatur spiritus sanctus, ita qui in illis scripturis dicebatur verbum Dei, siue verbum Domini, nunc dicitur filius Dei, ex quo sic angelus prænuncia uit, ideoq̃ & quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei. Itemq̃ hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: Erat planè in principio, erat de patris corde natus hic filius, hic Deus: sed erat filius occultus, Deus absconditus, dicebatq; interdum de futuro tale quid: Dominus dixit ad me filius meus es tu, postula à me, & cætera, sed vulgo non audiebatur, palã non loquebatur, neque cognoscebatur. Et idcircò cõfessio nominis eius, non eo iure, quo nunc exigitur, ab hominibus exigebatur. Ex quo is, qui erat ex Deo genitus, factus est nostræ naturæ filius, ex eo tam huius filij quã eius, de quo conceptus est spiritus sancti, à nobis confessio iure exigitur, sicut & patris, cuius & hic filius, & iste est spiritus sanctus, vt nõ dicamus tantum, sicut prius, Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob, sed quod clarius est Deus pater, Deus filius, Deus spiritus S. in quo viuimus, mouemur, & sumus. Solenne est, & illud hic perpendere cùm dicit: Pariet autem filium, quia beata Maria cælũ illud est, de quo fuerat præscriptum: Et ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad mãducandũ. Si enim cuiuslibet iusti anima cælũ est, quanto magis hæc singularis Dei habitatio vel sedes? Quot aũt vel quę sunt ianuę huius cæli, quas Dñs Deus aperuit? Duę, altera mentis, altera ventris. Ianuam mentis Deus aperuit, quia beata hæc credidit quæ dicta sunt ei: Ianuam ventris aperuit, quia sine viro virgo concepit, virgo peperit, & post partum virgo permansit. Quis enim alius, nisi Deus ianuam ventris sic aperiret, vt & pareret, & virgo permaneret? Hinc est illud apud prophetam Ezechielem: Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem: & erat clausa. Et dixit Dominus ad me. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingredietur per eam, eritq̃ clausa principi: Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino. Per viam vestibuli portæ ingredietur, & per viã eius egredietur. Notum est ecclesiasticæ fidei celebre, & visitatũ est in laudib. Christi, & sanctorum patrũ scriptis, quia hæc porta clausa mater est incorrupta, clausa principi, id est, ad honorẽ principis Iesu Christi, qui videlicet princeps in ea sedit, quippè q̃ à die conceptionis, in sacri ventris hospitio nouẽ mẽsibus habitauit, & p viã vestibuli, id est, per auditum fidei ingressus, ita per viam eius egressus est Deus & homo, vnus idemq; Dominus Deus Israel, vt per eã vir non transiret, id est, neq; in concipiẽdo sese insereret, neq; nascituro viã aperiret. Sed ad prioris prophetiæ capitulũ reuertamur. Ianuas cæli aperuit & pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo. Iudæi putauerũt psalmistam hoc dixisse de manna illo transitorio aq̃ patres eorum manducauerunt in deserto. Cũ enim curiosè agentes, & otiosè viuere volentes, dixissent: Quod ergo tu facis signũ, vt videamus, & credamꝰ tibi? quid operaris? Patres nostri mãducauerũt mãna in deserto, cõtinuò subiũxerũt: sicut scriptũ est: Panem de cælo dedit eis manducare. Verum ita putando vel sentiendo multum errabant, si tale cibo viuere existimabant etiã angelos, quoniã cõtinuò sequitur: Panẽ angelorum manducauit homo. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panẽ de celo, sed pater meus dat vobis panẽ de cælo verũ. Et sensus est: Panẽ illũ, de quo scriptũ est illud q̃ mihi obijcitis: Panẽ de cælo dedit eis manducare, non prętĕrito tẽpore datũ est, nec Moyses dedit sed prętĕnti tẽpore pater meus dat vobis. Et enim ego sum panis viuus & verus, q̃ de cælo descendi, & de isto tẽpore dixit spiritus in Dauid, panẽ angelorũ mãducauit homo, quãuis verbo sit vsus prętĕriti tẽporis, dicẽdo, manducauit, sicut mos est frequens prophetis, futura nũciare verbis prętĕriti temporis. Igitur quando factũ est, q̃ dixit angelus pariet aũt filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesum, tũc ianuas cæli Dñs aperuit, & pluit nobis manna ad manducandũ, panẽ cæli, panẽ angelorũ. Secundũ similitudinẽ illius facti, q̃ ita scriptum est: Mane quoq; ros iacuit p circuitum castrorũ, cumq; operuisset superficiẽ terrę, apparuit in solitudine minutum, appellauitq; (ait scriptura) domus Israel nomen eius Man, secundum similitudinẽ in q̃ illius signi factũ est hic. Spiritus S. superuenit in beatã virginem, qui in sanctis scripturis per rorẽ solet significari. Et hoc fuit vtiq; rorem iacere in solitudine, viscerib. infundi virginis solitarię, nulliq; viro peruię. Ille vterũ virgineũ cælitus irrorauit, non de sua substantia, sed de naturali humore ipsius incorruptę carnis. In quo mira & magna distantia est, ab omni conceptu vniuersæ carnis, quia vim sementinam sacri corporis, nõ vir extrinsecus accedens, sed spiritus sanctus intus

Filius altissimi nomẽ nouũ.

Psal. 2. Nũc maior quã olim exigitur cõfessio trinitatis.

Actor. 17. Maria cælu dicitur.

Psal. 77.

Duæ ianuæ huius cæli. Ezec. 44. Porta clausa principi.

Panis cæli verus, non manna pa trum, sed Christus est. Psal. 77. Exod. 16. Ioan. 6.

Similitudo concepti Christi ad manna. Exod. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intus operans, excitauit. Tunc in eadem solitudine apparere minutum, hoc fuit adesse in eodem secreto verbum subtilissimum atque fortissimũ, quod eidem se humori miscuit tanquã coagulũ, vnde sicut filij Israel dixerunt adinuicẽ manhu, ita nos & multo magis nos dicamus quid est hoc? Dicam⁹ etiã propter hoc: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, quia videlicet mulier omnis concipiens de amore viri concipit: tu sola de amore Dei, id est, de spiritu sancto concepisti. Hoc appellamus nos domus Israel man, gustusque eius nobis quasi simile cum melle, quo epulamur quotidie, tam auditu cælestis doctrinæ, quã perceptione sacræ eucharistiæ. *Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur, quod dictum per prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium & vocabitur nomẽ eius Emanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.*) Dictum hoc propheticum, quis non audiuit, quis nõ intellexit? Vbicunque prædicatum est euangelium libri huius generationis Iesu Christi, prædicatum est etiam hoc insigne præconium, recitatumque competens hoc testimonium veritatis. noctumq; factum est, & in vsu habitum paruulis quoque ecclesiæ catholicæ filijs. Noli autem ô lector siue auditor præsentis euangelij noli hoc tãtillum respicere quod calamus hic expresit, de propheta grandi, de vate magno & nobili: Ecce virgo in vtero habebit, siue concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, licet hoc tãtillum de illo scripserit. Nõ scripti quantitatem, sed scribentis perpendi intentionem, & scito, quia dum tantillũ scribit, ad legendum ea quæ sequuntur te mittit. Quasi ianuã pulchrè domus aperuit, & admota lucerna, quid sit intus, familiariter significauit. Quid enim intus est? Quid vides? Trinam vocationem siue vocabuli positionem vides huius filij, de quo dictũ est hic per angelum: paries autem filium & vocabis nomen eius Iesum. Primo, illic dictum est. Et vocabitur nomen eius Emanuel, Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Secundo, ibidem dictum est: Voca nomen eius, accelera spolia detrahere, festina prędari. Tertio, itidem dictum est: & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, Igitur verè diuinus & spiritu sancto euangelista illuminatus, lucem introrsus in propheticam veritatem breui quidem dicto iniecit, sed latã & longam domũ eiusdẽ propheticę veritatis illustrauit. Cũ multa scripta sint in lege, & prophetis, & psal. de puero hoc, q & ipse sciens, quoniam oportet, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis, & psal. de me, sciendũ quod apud nullũ prophetarum, in nullo psalmorũ, nusquam in tota lege, ita vt hic apud Esa. designatur ex nomine. Vnde animaduertendum, quia sanctus euangelista non segniter elegit, qui hoc testimonium propheticum præ cæteris in causa præsenti assumere maluit. De nomine Emanuel, quoninã hoc intepretatur, nobiscum Deus, quã interpretationem apponere non superflue curauit, idem sentimus quod de illo dicto alterius euangelistæ: & verbum caro factum est & habitauit in nobis: hoc tale vocabulum & hic sensus pulchrè nobis aperit, quid mysterij contineat illud, quod vbi (sicut supra meminimus) appellauit domus Israel nomen cibi siue panis, quẽ Dominus dedit, man, quod erat quasi semen coriandri album, ita subiunctum est, gustusque eius quasi simile cũ melle. Quid enim est iuxta mysterium supra dictum simila cũ melle, nisi caro huius Emanuel cum diuinitate? Qualis est gustus, vbi talis Emanuel videtur? Etenim vitio eius, & sanctorũ angelorum & omnium beatorum spirituum siue hominum vitalis est cibus, & immortalis indeficiens gustus, quod nos & si credimus, & vtcunque scimus, tamen impossibile est scire sicut est, donec videndo manducemus, atque ita mãducando experiamur, quia verè est simila cum melle, id est, ve & munda est humanitas, cum dulci & suaui diuinitate. Et vide huius & cæterorum nominum quã pulcher & quàm rationabilis ordo sit, quem dudũ in alio quodam opere ita breuiter me anno tasse memini. Primum, Emanuel, id est, nobiscum Deus pro causa videlicet quę prima est in ordine, quia habitauit in nobis Deus homo factus. Secundum accelera spolia detrahere, festina prędari, ea videlicet pro causa, quia moriendo fortem armatum diabolum superauit, & spolia distribuit. Tertiũ quia admirabilis videlicet, quia surrexit à mortuis & ascendens in cælum, gloria & honore coronatus, sedet à dextris Dei. Quartum, consiliarius ex eo scilicet quod dans paracletum sanctum Apostolis suis, consilium habuit cum eodem spiritu consilij, de repellendis Iudæis, & vocandis gentibus. Quintũ, De⁹ quia exinde omni modo verè adoratur vt Deus, 6. fortis, quia verè fortis in iudicio, quo expectatur, apparebit. Septimum, pater futuri seculi, quia nimirũ per acto iudicio non iam vt Dominus seruorũ sed vt pater filiorum regnabit. Octauum princeps pacis, quia reuera laudabitur in æternum, & grates habebit vt autor pacis qua Deo sumus recõciliati per mortẽ eius qui eramus inimici. *Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit angelus Domini, & accepit coniugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum & vocabit nomen eius Iesum.*)

Esa.7. *Testimonia Esaiæ verbis modicum virtute multũ*

Luc.1.

Esa.8.9.

Luc.24.

emmanuel

Ioan.1.

Exod.16. *Quid sint hæc cũ melle* *humanitas cũ diuinitate.*

Ordo pulcher in nominib. filij Dei.

Rom.15.

Psal.10. *Scriptura hæreticis in laqueum fuit.*

Eluidius contra perpetuã virginitatem Mariæ.

Cõfutatio Eluidij.

Psal.144. *Psal.32.*

2.Cor.1.

Iesum.) Pluit super peccatores laqueos ait spiritus S. in psal. statimq; subiungit, ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Et est sensus, Dominus cuius palpebræ interrogant, id est, probant filios hominum, taliter suam condidit scripturam, per quam illaqueentur peccatores, qui dilegendo iniquitatem oderunt animam suam, qũorum curiositas velut ignis quorũ expositio qua scripturas peruersè exponunt, veluti sulphur, quorum verbositas in disputãdo, velut spiritus est procellarum, & ista omnia sunt in præsenti pars calicis eorum, alia verò pars reseruatur eis in futurum. Ex his fuit impurus Eluidius, cuius aduersus blasphemias virginitatẽ beatæ Mariæ insigni epistola defendit vir illustris beat⁹ Hieronymus. Illum, quoniam erat peccator, & iniquitatem diligebat: hoc dictum Euangeliste, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, sic illaqueauit, vt diceret: Donec siue vsque, aduerbiũ, certum tempus significat, quo completo, fiat id, quod vsque ad illud temporis quod præscriptum est non fiebat, velut in præsenti, & non cognoscebat eam donec peperit filium. Apparet ergo, inquit, cognitam esse post partum, cuius cognitionem filij tantũ generatio deferebat. Deinde nisus est approbari primogenitum non posse dici, nisi eum qui habeat & fratres, sicut vnigenitus ille vocatur, qui parentibus solus est filius, & illos qui in Euangelio memorantur fratres Domini, genitos fuisse ex matre Domini & Ioseph, post generationem Iesu Christi, procaci & hæretica lingua contendit. Monstrũ illud, scilicet Eluidium totus orbis execretur, sicut execratus est, atq; sufficienter confutauit iam dictus vir catholicus atque orthodoxus, dicens inter cætera: Tu dicis Mariam virginem non mansisse? ego mihi plus vindico, etiam ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariã, vt ex virginali coniugio virgo filius nasceretur. Si enim in virum sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum vxorem habuisse non scribitur, Mariæ autem, quam putatus est habuisse, custos fuit potius quã maritus, relinquitur virginem eum mansisse cum Maria, qui pater Domini meruit appellari. Igitur natus est Christ⁹, & in natiuitate eius fidelis & verax comprobatus est ipse q promisit Deus: Gratulamur omnes dicentes cum Psalmista: Fidelis Dominus in omnib. verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Item: Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide. Quotquot enim promissiones Dei sunt, ait Apostolus, in illo est. Ideò & per ipsum dicimus: Amen Deo ad gloriam vestram. Verè ad gloriam vestram quodammodo superatus est Deus licet fortior, & vicit volentem vincì fortis colluctator noster per fidem pater Iacob. Quòd dicimus ita scriptũ est: Cũque matureſurrexisset Iacob, & trãsductis omnib. remansisset solus, ecce vir luctabatur cũ eo vsq; mane, qui cùm videret quod eum superare non posset, tetigit neruũ femoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eũ: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et ille: Si contra Deum, inquit, fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? Et benedixit ei in eodem loco. Dixitq; Iacob: Vidi Dominũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Iuxta magnum & mirum illud præsagium factũ est, nascente Iesu Christo, & victor inuẽtus est homo, siue genus Iacob, promissum exigẽs à Deo, & quasi iurè superatus est Deus, promissi sũi debitor. Num praua fuit aut ignota est colluctatio? Nónne saltem ex eo cognosci potest quod ait ad Moysen, cerno quod populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos? Ibi nanq; fortis fuit & inualuit Moyses eodem modo, quo pater eius Iacob loco vel tempore iam dicto, de quo & in Osea taliter scriptum est: In fortitudine sua directus est, cũ angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus est, fleuit & rogauit eum, in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. Hinc manifestum est, qualis lucta illa fuerit, quia fleuit & rogauit eum. Secundũ illud præsagium futurum erat & factũ est, vt iratus Deus, quia sæpè fuit offensus, & iratus multis eorum adinuentionibus, minaretur quod recederet, immò & genus Iacob disperderet atque deleret, & nunquam defuerunt in populo illo homines, quamuis pauci, in quibus esset fortitudo, id est, fides Iacob, luctans & inualescens ad fortitudinẽ Dei, & quodammodo dicens, non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Talium quisque fleuit & rogauit eum, & hoc fuit inualescere, & fortem esse contra Deũ. Hic ille Moyses, de quo iam exemplum prælibatum est, fortiter luctabatur stans in confractione, id est, in nimia mentis humiliatione in cõspectu eius: cũ dicente illo, dimitte me, ipse obrabat Dominum Deũ suum dicens: Cur Dñe irascitur furor tuus contra populum tuum? Recordare Abraham Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temet ipsum, &c. Sic multoties idem Moyses fleuit & rogauit eum, sic Dauid fleuit & rogauit eum, sic & alij plures fleuerunt & rogauerunt eum, quorũ fletum & rogatum per ordinem narrare nimis longum est. Quid multa? Contra Deum fortis fuit Iacob nec dimisit eũ nisi benediceret, & benedixit ei in eodẽ loco: Et itidẽ contra Deũ siue cõtra ira dei fortis fuit ꝓgenies eiusdẽ Iacob, nec dimisit

Exod.23.

Quomodo homo inualescit ad Deum.

Gen.32.

Luctatio Iacob cum Deo.

Exod.23.

Gen.23.

Generationum computatio propter futurũ Christum facta est.

dimisit eum, nisi daret Christum suum, qui est omnium gentiũ benedictio. Tunc tetigit neruũ femoris Iacob, vbi benedixit eum & statim emarcuit. Quid est hoc, nisi quia sic rationabiliter futurum erat, vt postquã promissio compleretur, postquã hic Iesus Christus nasceretur, iam extũc omnis apud Deum genealogiarum vetus diligentia pro nihilo, imò & pro stultitia vel fabulis haberetur? Sciendum quippe, ꝙ omnis tam diligenter facta in lege tribuum ac familiarum siue generationum, domorũ atq; cognationum distinctio, verbi gratia, quod dictũ est

Num. 1. & vltim.

de filijs Iuda per generationes & familias, ac domos, & cognationes suas, tot erant milia, maximeq; illud, quod iussũ est, vt vnusquisq; de tribu ac familia sua duceret vxorem, in vnũ & solum omninò Christum tendebat, propter veritatẽ Dei, ad confirmandas promissiones patrum, vt dum veniret, dum nasceretur, nõ incertũ sciri posset, aut dici ad gloriã & ad laudẽ iusti & fidelis dei, quia sicut promisit & iurauit, sic & fecit benedictione, qua benedicẽturomnes gentes mittendo de semine Abrahæ, de tribu Iuda, de stirpe seu de domo ac familia Dauid.

Nunc vana est genealogiarum quæstio.

Postquã ergo venit, postquã natus est, quæ cura de illo femore, de illa tribuum, generationũ, familiarum, domorum, atq; cognationũ diuisione, seu supputatione? Imò pro extrema stultitia totum illud reputandum est: Stultas, inquit Apostolus, quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & vanę. Igitur omnium genealogiarum finis iste sit, quod idẽ Apostolus ait: Paulus Seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quod si ex semine Dauid, ergo & ex tribu Iuda, vt confirmetur veritas Dei, dicentis per os patriarchæ Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quod si ex tribu Iuda, ergo ex semine Abrahæ, ad quem primum dictum est: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Iam de cætero femur Iacob marcidum fit, sicut verè est. Nam reuera emarcuit, ita vt iam neque Rex, neque Dux, neq; Propheta, neq; Sacerdos possit inde sperari, & omninò vigor, siue viror eiusmodi sic defecit in illo, vt sit infidelis, imò & infideli deterior, qui spem habet in carne eiusdem populi, recepturus Antichristum, sub nomine Christi.

Tit. 3.

Rom. 1.

Genes. 49.

Gen 22. Femur Iacob emarcuit.

LIBRI PRIMI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS,

LIBER SECVNDVS.

GLORIAM Dei, gloriam, quam prædicare intẽdimus, & honorem filij hominis enarraturi erant quidam cæli, iuxta illud Propheticum:

Psalm. 18.

Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum. Eius gloriæ & honoris principium illud est, vnde hactenus sermo habitus est, scilicet, quia in sole posuit tabernaculũ suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quod expositione iam non indiget, quia quod sit tanquã spõsum processisse de thalamo suo, paruuli quoq; audierunt, infantes elocuti sunt, qui de illius sponsi virginalibus nuptijs nati, imò renati sunt, & adoptionis filiorum Dei spiritũ acceperunt. Nihilominus &

Rom. 8.

hoc ferè omnibus notum est, quod cæli illi, qui gloriã hanc enarraturi erant, Apostoli fuerunt cæli vocales, cæli eloquentes: quia non sunt loquelæ, neq; sermones, quorum non audiãtur voces eorum: in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Quorsum istud? videlicet ad concilij diuini, pulcherrimæq; dispositionis laudem atq; admirationẽ, quia futuram postmodum talium cælorũ enarrationem, talisq; firmamenti annũciationem & auditum, siue ob auditionem gentium, quæ creditуræ erant per voces eorundem cælorum continuò præsignauit, vbi natꝰ est Christus in his, quæ confestim narrat diuinus Euangelista: *Cũ ergo (inquit) natus esset Iesus in Bethlehem Iuda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: & venimus adorare eum.* Nõnne iam tunc cæli gloriam istam enarrauerunt? Vtique enarrauerunt &

Cæli vocales, Apostoli.

Cap. II.

Præfiguratio in Magis.

runt & alios cælos, de quibus iam dictũ est, enarraturos esse significauerũt. Et sicut tũc Magi, id est sapientes vtiq; gentiles, claritatẽ siue illustrationẽ istius cæli inanimati, scilicet stellam cognoscentes atq; sequentes, venerunt dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorũ? sic futurum erat, vt gentes illuminationẽ cælorum, rationaliũ, id est, Apostolorum, videlicet donum spiritus S. quod acceperant, intelligentes, venirent & pœnitentiã sibi ad vitã donari postularẽt. Item sicut tũc Herodes propter Magos seu Magorũ inquisitionem turbatus est, & omnis Hierosolyma cũ illo, & quæsiuit puerũ ad perdẽdum eum: sic futurum erat, vt gentib. euangelium Iesu Christi suscipientibus, eadem ciuitas Hierusalẽ, totumq; regnũ Iudaicũ, seditionibus turbatum, conaretur funditus exterminare prędicationẽ Apostolorum, & ipsum quodammodo occidere Christũ, occidẽdo & crucifigendo, flagellando, & de ciuitate in ciuitatem persequendo, plerosque ex prophetis & sapientib. & scribis, quos ille misit. Nihilominus, sicut tunc dictum est Ioseph: surge & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ, & sic fecit Ioseph secedẽs cum puero & matre eius in Aegyptum, sic futurũ erat, vt loquens in Apostolis suis Christus diceret, vobis quidem oportebat primum loqui verbũ Dei, sed quomodo repulistis illud, & indignos vos iudicastis eterna vita, ecce conuertimur ad gentes. Itidẽ sicut defuncto Herode, rursus consurgens accepit puerum & matrem eius, monitus ab angelo & venit in terram Israel, sic futurũ est, quod Apostolus ait: quia cùm plenitudo gentiũ subintrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Sed vt ad inceptum reuertamur quid pertinuit ad istam gloriam Dei signũ eiusmodi. Vidimus, aiunt, stellam eius in oriente? Ad hæc, inquam. Multum ad rem ta

Mat. 23.

Actor. 13.

Rom. 11.

Fœdus Dei cum Abraham.

le signum pertinuit, si rite recorderis, quia quando pepigit Dominus cum Abrahã fœdus, à quo liber generationis Iesu Christi cœptus est, & ad quem beati seminis repromissio facta est, tunc etiam eduxit eum foras, & ait illi: Suspice cælum & numera stellas, si potes. Ac deinceps: Sic erit semen tuũ. In die illo, ait scriptura, pepigit Dominus fœdus cum Abraham dicens: Semini tuo dabo terram hanc, &c. Hinc Apostolus: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christus. Hic vnus est, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in illam gloriam adducere veniebat. Vt sicut in cælo stellę innumerabiles sunt, sic essent splendidi & incommutabiles per ipsum, atq; incõpleretur quod fidelis & verax promisit: sic erit semen tuum. Rectè igitur non qualecũ

Gen. 15.

Galat. 3.

Hebr. 2.

que signum, sed nouum sydus cæli dederũt, videlicet propter eiusmodi præmissum, quodammodo dicentes nobis: Laudate & congratulamini, quia fœdus, quod pepigit Deꝰ cum Abraham, non fecit irritum: impleuit quod promisit: suspice stellas, sic erit semẽ tuum. Hoc angeli scientes, eadem nocte primi glorificauerunt eum, quorum grandis exercitus, & magna fuit multitudo laudantium & dicẽtium: Gloria in altissimis Deo, qui etiam congratulantes nobis, subiunxerunt: & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Illud quoque ad rem pertinuit, quod euangelista cùm dixisset: Cùm ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, statim & locũ natiuitatis & tempus expresit dicendo in Bethleem Iudæ, in diebus Horodis. Quam ad rem hoc pertinuit? Nimirum ad veritatẽ eiusdem Dei, qui per os patriarchæ Iacob, taliter prælocutus est: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, quiq; sicut Abrahæ, ita & Bethleemitæ Dauid promisit atque iurauit, hunc Iesum Christum de semine eius nasci. Non ante debebat auferri sceptrum & dux de Iuda, donec iste veniret alioquin fidelis & verax nõ appareret deus, qui in patriarchis & prophetis locutus est, quique in patriarcha memorato tempus fere præfiniuit, & in propheta, videlicet Michea, locum præsignauit: Et tu, inquit, Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Nónne sceptrum ablatum erat de Iuda, & dux de femoribus eius defecerat cùm regnaret Herodes patre Idumæo, & matre ortus Arabica? Igitur dicendo in Bethleem Iudæ in diebus Herodis, scienter argumenta prębuit veritatis, breuiter & sufficienter edicens, sic oportuisse fieri, id est, tunc temporis debuisse nasci Christum, quo tempore narrauerat eum esse natum, & illum debere natiuitatis esse locum propter veritatem Dei & confirmandas voces prophetarum, fuerat autem conceptus in ciuitate Galileæ, cui nomen Nazareth. Quamcunque ob causam in illa ciuitate Galileæ tunc fuerint vel habitauerint Ioseph & Maria, cũ essent de domo Dauid, nihilominus vt nasceretur Iesus in Bethleem Iuda, Deus miro prouidit modo, videlicet propheticæ veritati famulante Romano imperio, Denique Cæsar Augustus hoc modo famulatus est illi, vt & auferret sceptrum & ducem de Iuda, dando regnũ Iudææ Herodi alienigenæ, Antonio suffragante, vnde & hic dicitur, in diebus Herodis regis, & edictum proponeret, vt describeretur vniuersus orbis: quæ causa effecit, vt ascenderet Ioseph cum Maria desponsata sibi vxore prægnante, in Bethleem

Gen. 12.

Cur stella Magis apparuit.

Luc. 2.

Tempus & locus natiuitatis Christi an tea prædicta sunt.

Gen. 49.

Mich. 5.

Cæsar Augustus famulatus est prophetiæ de Christo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitatem Dauid, eo quod esset de familia & domo Dauid. Sic miro modo famulatũ est natiuitati Iesu Christi & propheticæ veritati, tam Romanum imperium nesciens, q̃ cælum inanimatum sentiens. Romanũ, inq, imperium, tale edictum proponendo, cælũ autem, tale signũ, id est, nouam stellam proferendo. Vnde propheticum illud impletũ est: Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel. Locũ ipsum Magi, licet diuinitus inspirati, nescierunt, quippè qui nõ in Bethleem, sed primum Hierosolymam venerunt dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Magis in sublimi q̃ in humili loco, magis in regia ciuitate quã in vico mediocri, magis in turba diuitũ quã in silentio pauperum nasci posse, & quærendũ esse putauerũt regem Iudæorum, itaq; Hierosolymam venerunt, sed hoc tale erat, ac si paruũ non attendentes virgultum, ad excelsa suspicerent ligna syluarum. Dixerat autẽ spiritus S. per prophetam: Excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabũtur, & subertentur condensa saltus eius ferro, & Libanus cũ excelsis cadet. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet, &c. Et est sensus: Inter superbos erunt iurgia, contra semetipsos dimicabunt & cadent: quod tunc maximè factum est, quando Herodes homicida, imò & parricida ad omnem Dauidicæ stirpis odorem sæuiés & contra omne regium genus dentib. stridẽs, nec vxori pepercit, nec socero, qui erant regij generis, & proprios quoq; filios crudeliter morte damnauit. Vane furebat, frustra insaniebat diabolus in illa sua securi, in qua secabat: quia non de excelsis cedris aut robustis quercubus, sed dẽ gracili virga, quæ inter arbusta latebat, flos erat ascensurus, id est, non de superbis & purpuratis diuitibus, sed de humili virgine, qualis in plebe vix cognosci posset, Christus erat nasciturus. Hoc illi videlicet Magi, nescierũt, & quidẽ poterat facere Deus in primis, q̃ fecit postmodum, vt scilicet venientes illos ab oriẽte, continuò stella q̃ viderant, antecederet, vsq; dum veniẽs staret supra vbi erat puer: sed dilatio hæc vtilis erat, vt interim qui de cælo acceperant signum, audirent etiam de scriptura testimonij firmamentum, q̃ æquè nunc prodest nobis, ꝓpter quos est scriptũ, vt profuit illis, propter quos tunc fuit recitatum. Quid tandẽ de muneribus dicendũ, quæ illi obtulerunt? Auditum & celebre factum est in vniuerso orbe gaudium ipsorũ. *Quia videntes stellam antecedentem se, quam viderant in oriente, & stantem supra domum vbi erat puer, gauisi sunt gaudio magno valdè. & intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham.* Verè cælitus inspirati, verè cęlesti magisterio docti, veráq; & cælestem habentes materiam gaudendi. Quid, inquã, hic dicendum, nisi quia prophetæ ipsi & prophetica ipsorum munera fuerunt. Veritatem & mansuetudinẽ & gloriam & honorem protestati sunt, veritatem assumptæ carnis, mansuetudinem, id est, humilitatem passionis, gloriam regni, & honorem diuinitatis, vnius eiusdemq; Iesu Christi. Quatuor facies vni erant, ait propheta, *facies vnius* facies hominis, facies leonis, facies vituli, & facies aquilæ volantis. Quatuor istas facies, quatuor constat esse sacramenta, quæ nescire non licet homini Christianæ professióis, scilicet incarnationem, passionem, resurrectionem atq; ascensionẽ eiusdem Iesu Christi, quarum circa inspectionem facierum tota versatur intentio præsentis opusculi. Faciem vnam ex his, videlicet faciem hominis præsentem inuenerunt, quam & procidentes adorauerunt, cæteris mysticis munerib. mirabiliter præsignauerunt. Myrrha faciem vituli, id est, sacramentum passionis, qua ipse sacrificandus atq; mixtura myrrhę & aloes condiendum erat in sepultura corpus eius. Aurum faciem leonis, id est, gloriã resurrectionis per quam caro, quam ex nobis mortalem susceperat, tantum meliorata est, quantò aurum puluere seu limo terræ, pulchrius atq; pretiosius est. Thure faciem aquilæ volantis, id est, sublimitatem ascensionis, & confessionẽ ad dexterã patris, ex quo dato hominibus spiritu S. cognitus est ꝙ Deus sit idem filius Dei, cuius sacrificium incensi legitimũ iure debeat auferri, æquè vt patri, & sancto spiritui. Et eiusmodi myrrhã tota quidẽ illi offert sancta ecclesia, dũ credens & cõfitens, ꝙ verè passus, mortuꝰ & sepultus fuerit, vitiorũ in se mala ꝓpter eũ mortificat, maximè autem exercitus martyrum, qui gustu mortis amaro passioni eius cõmunicauerunt. Item thus eiusmodi, tota quidem illi offert ecclesia credens & confitens, quia verè Deus est, & omnis in eo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat: maximè aũt sanctorum ordo sacerdotũ, qui propter eũ cælibem ducentes vitã, semper altari præsto sunt, offerre illi incensum dignũ, & omne sanctũ iugiter exequi sacri altaris eius ministeriũ. Itidem aurum eiusmodi tota quidẽ illi offert ecclesia, credens & confitens, quia surrexit, & immortaliter regnat qui mortalis & mortuus fuerat, maximè aũt regũ & principum potentia, diuitũque fideliũ opulentia, quiad cõstruẽdas nomini eius ecclesias, aurum & argentum illi fideliter obtulerunt, domumq; eius, qui cũ diues esset, ꝓpter nos pauper factꝰ est, largis donarijs ditauerunt, iuxta illud prophetícum, quod tam secundum literam, quàm secundum spiritum verissimum est. Et viuet, id est,

Num. 2.

Magi cur in Hierusalem quæsierunt Christum.

Esa. 10.

Mystica munera Magorum

Quatuor facies Christi.

Ezech. 10.

Ioan. 19.

Quomodo munera illa offert ecclesia.

Colos. 2.

1. Cor. 3.

Psal. 7.

Munera illa thesauri dicta sunt.

id est, resurget, & dabitur ei de auro Arabię: Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Rectè igitur munera hæc ore sacro euangelista magnificauit, & sic magnificè enunciauit, vt dicturus, obtulerunt ei munera, permitteret, & apertis thesauris suis. Nã verè thesauri fuerunt, & thesauri merentur appellari, nõ tam sistartia seu thecæ qualescunque, quib. clausæ portari poterant species eiusmodi, q̃ corda ipsa offerentium, quorũ ex abundantia potuerũt inuisibili Deo inuisibiliter ꝓferri causæ tã sanctæ, quas ecclesia S. in illis specieb. visibilib. venerabiliter intelligit. Nihilominus & gaudiũ illorum sic magnificauit, vt non contentus dixisse, gauisi sunt gaudio magno, adderet valdè, qa reuera gauisi sunt, gaudio magno gauisi sunt, & gaudium eorũ fuit in spiritu sancto, qui & iucunditatẽ & exultationem thesaurizauit sup eos, quib. nihil defuit de plenitudine scientiæ vel fidei, quæ à nobis exigitur diuina sanctarum scripturarũ lectione instructis, ꝙ comprobatur ex ipsorũ muneribus benè consideratis. Et vide, quanta sit distantia in modis discendi, quantum distet inter eruditionem illius qui per angelũ siue per hominem & illius qui per solã spiritus sancti reuelationem meretur erudiri. Pastores itaq; Iudæi, quippè qui in regione eadẽ erant vigilãtes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suũ, non per hominẽ, sed (quod maius est) per angelũ, natum sibi esse saluatorem Christũ Dñm didicerunt: & tamen nõ adeo docti siue eruditi fuerunt, vt procidentes adorarent, aut munera offerrent, sed tantũmodo venerunt & cognouerunt de verbo, ꝙ dictum erat illis de puero hoc, & reuersi sunt glorificãtes & laudãtes Deum. Isti primitiæ gentiũ, neq; per hominem docti, neq; per angelum, sed per spiritũ sanctũ, modo de quo iã dictũ est, laudẽ ꝓferunt, & tres homines, trib. partib. orbis, Asiæ, Europæ atq; Africæ fidei vel cõfessionis atq; adorationis exẽplar existere meruerũt. Interea decet reuerẽter intueri, q̃ veraciter sancta scriptura dixerit de isto tali filio hominis: Minuisti eum paulò minus ab angelis. Deniq; vt factus erat ex muliere, factꝰ sub lege, ita & factus est sub legib. naturæ, sub legibus infantiæ nihil pro semetipso visibiliter agens, nihil hominib. per semetipsum loquens, patronos habere dignatus angelos, qui agerent pro puero loquerentur ꝓ infantulo, & hoc duntaxat in somnis, quo non præcellentior est modus visionis. Ante & post minorationẽ talis filij, manifestè vidimus esse angelos legimus hominib. seruis & ancillis huius Domini interim autẽ dum minor est, nõ manifestè, sed in somnis vbi descẽderat in vterũ virginis, angelꝰ dñi in somnis apparuit Ioseph dicẽs: Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariã cõiugem tuã: in somnis nihilominus eidẽ beato Ioseph: Surge, inquit, & accipe puerũ & matrem eius, & fuge in Aegyptum. In somnis itidẽ: surge & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel: in somnis rursus, dum timeret in Iudæã ire, eò quòd Archelaus regnaret pro Herode patre suo, admonitus secessit in partes Galileæ. *Sic & magi isti in somnis acceperunt responsum, ne redirent ad Herodem, & per aliã viam reuersi sunt in regionẽ suã.* Ita quasi dedignentur manifestè loqui, loquuntur in somnis sancti angeli, seruis Dñi sui nõ dedignãtes, sed ꝓ volũtate eiusdẽ Domini sui scripturã veritatis honorãtes, vt seipsos nõ tantum seruis Dñi sui, verũetiam ipso Domino suo sciãt & recognoscãt esse maiores, cuius videlicet maioritatis nouissimum illic fuit indicium siue testimoniũ, vbi eidem Domino in passione agonizanti apparuit angelus de cælo confortans eum. Legimus quidem angelos ministrasse illi, cũ adhuc esset minor angelis, sicut scriptũ est, reliquit eũ tentator & accesserunt angeli & ministrabant ei: sed illud huic sensui non valdè repugnat cũ Heliæ semel & iterum angelus eo modo ministrauerit. Proiecerat se Helias & obdormierat in vmbra iuniperi, & ecce angelus Dñi tetigit eum, & dixit illi: Surge comede. Respexit & ecce ad caput suum subcinericius panis & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rursus obdormiuit. Reuersusq; est angelus Dñi secũdo, & similiter fecit. Quo modo Heliæ ministrauit angelus, vt deinde ieiunaret quadraginta dieb. & quadraginta noctib. quid mirũ si eodem modo ministrauerunt angeli huic filio hominis cũ ieiunasset quadraginta dieb. & quadraginta noctibus? Hęc idcircò dicta sunt, quia valere nõbis debent ad cognitionẽ cælestis disciplinę, ad veneratione magistri huius qui dicit, & discite à me qa mitis sum & humilis corde: qui sicut natura vel humana conditiõe, ita & ipso vsu naturæ dignatus est angelis suis minor existere, iuxta q̃ ipse testificatus est dicens, quia filijs hominis nõ venit ministrari, sed ministrare. Quid porrò ipsa mater? Nunquid non saltẽ ipsa loquebatur, aut loqui poterat? Imò ipsam valdè illud decebat, q̃ alius euangelista semel & secũdo memorat dicens: Maria aũt cõseruabat omnia verba hæc in corde suo. Tempus tacendi ait Salomon, & tempus loquendi. Discretionẽ eiusmodi virgo sapiens & prudens nõ ignorauit. Inde collaudãs eam sponsus, q̃ vtiq; fuit illi Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, cui concepit & peperit, dicit in Canticis. Hortus cõclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Denique hoc quidem sponsus Christus Dei filius, conuenienter dicit sponsæ suæ ecclesiæ, sed hoc ipsum

Magi spiritu sancto edocti.

Infantia Christi.

Psal. 8.

Galat. 4.

Cur in somnis tunc angelus apparebat, & nõ manifestè.

Luc. 2.

Mat. 11.

Mat. 28.

Cur' Maria tacebat tunc.

Luc. 2.

Eccl. 3.

Cant. 4.

Ministeria angelorũ.

3. Reg. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

psum non minus cõgruè dicat persona Dei patris, dilectæ sibi beatæ Mariæ, statim subiungés. Emissiones tuæ, paradysus malorũ Punicorũ, cum pomorum fructib. Etiã hoc præmiserat: Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua. Quandiu filius hominis manere decuit minoratus paulò minus ab angelis, ferè tã diu fuit beatæ virgini tempus tacendi, & tamdiu tacuit, tãdiu in silentio fuit, velut hortus conclusus: Hortus, inquã, cõclusus, fons signatus: quo accedere, cuius secretũ audire nullus meretur nisi cognitus, nullus cui talis hortus, talisq; fons, clausurã vel signaculũ oris sui, aperire indignũ arbitraretur. Vbi aũt gloria & honore coronatus est filius hominis resurgẽdo, & in cælũ ascendẽdo, vbi sedet ad dexteram patris, extunc eidem beatæ virgini fuit tempus loquendi, & hoc amicis, id est, sanctis Apost. & talia loquendi, qualia pr9 portare non potuissent: q̃ sciens ipse filius hominis, dixerat quodã loco: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Vbi venit spiritus veritatis, prim9 quidem & princeps ipse illos omnem veritatem docuit: sed & ipsa beata virgo testimoniũ suæ vocis adhibuit, & taliter locuta est auribus fidelib. vt proinde rectè dicat dilectus eius Deus. Fauus distillãs labia tua mel & lac sub lingua tua: Emissiões tuæ paradysus malorũ punicorum cũ pomorum fructibus, Cyprus cũ nardo, nardus & crocus, fistula & cinamomũ, cũ vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnib. primis vnguentis. Fons hortorum, puteus aquarũ viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Igitur Deus Dei filius, homo vel filius hominis factus, & ita paulò minus ab angelis imminutus, somniantib. magis & beato Ioseph nutricio eius, vigilantib. aũt angelis in custodia eius, Herodis homicidæ malitiã elusit, & in Aegyptum fugit, eratq; ibi vsq; ad obitum Herodis. Vt quid hoc? *Vt adimpleretur (ait euangelista) q̃ dictum est à Domino per prophetam dicentẽ: Ex Aegypto vocaui filium meum.* Puta dixisse illum, vt per omnia fratrib. assimilaretur, iuxta q̃ Apostolus loquitur: Nusquam enim angelos appræhendit. Vnde debuit p omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deũ, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse tentatus, potens est eis qui tentãtur auxiliari. Quis enim filius, quis est de cunctis fratribus eius, quẽ non ex Aegypto vocauerit Deus? Nouit sanctorũ fides, & in ore fidelis ecclesiæ frequentissimũ est, quia cunctis filijs Dei mundus iste in quo, quamdiu sumus in corpore, ait Apost. peregrinamur à Deo, Aegyptus est, & hoc in illa parte mundi, quæ vulgo vocatur Aegyptus, figuratum est, qualiter vocet Deus omnẽ filium ex Aegypto huius mundi, id est, de tenebris in admirabile lumen suum, per illud, q̃ sicut sacra narrat historia, populum illum, qui in Aegypto seruiuit carneo Pharaoni, vocauit Deus exinde tã admirabili ordine in terram promissionis. Præter hanc vniuersalẽ peregrinationem, q̃ vniuersi peregrinamur in Aegypto huius seculi, propter præuaricationẽ Adæ, in quo oẽs peccauerunt, ait Apostolus, hocilli plus habuerunt q̃ in illa Aegypto peregrinati sunt, & carneo Pharaoni in luto & latere seruierunt propter peccatum ꝓprium, quia vendiderant illuc in seruum Ioseph fratrẽ suum. Ergo quia debuit filius iste vnigenitus per omnia fratrib. assimilari, excepta duntaxat participatiõe peccati, oportuit illum fugere, & in illa Aegypto peregrinari, & ita incipiendo, taliter totum peragere cursum vitæ præsentis, in tentationibus suis, vt verã in semetipso præsentaret similitudinẽ vtriusq; peregrinationis necnõ & vtriusq; vel vocationis, vel reuersionis fratrum suorum, qui sunt oẽs electi, scilicet & illius, qua, & illi filij Israel in Aegypto peregrinati, & exinde vocati sunt, & huius, qua oẽs in Aegypto huius seculi peregrinamur, & hinc q̃ a filij sunt, quotidie vocantur. Igitur vt adimpleretur (ait) q̃ dictum est à Dño per prophetã dicẽtem: Ex Aegypto vocaui filium meum, id est, vt adsimilaretur per omnia fratrib. & pro illorum similitudine per omnia tentaretur absque peccato, quia ad verã promissionis terram vocati vel vocandi sunt, oportuit illũ in Aegyptum fugere, & illic peregrinari, peccatum nec originale habentẽ, propter q̃ exul in hoc mundo esse deberet, vt sumus nos oẽs, nec actuale, propter q̃ in illa Aegypto peregrinaretur, vt peregrinatus est propter domesticum (de quo iã dictum est) peccatum populus ille, de quo ipse secundum carnẽ natus est vbi seruiuit exul ille, q̃ post eam quæ Abrahã facta est, promissionẽ primus persecutionem pertulit, scilicet Ioseph & deinde Iacob, & omnis domus eius intrauit, illuc exulando, iste passionum vel tentationum suarum initium sumpsit. Ille populus Israel ex illa Aegypto vocatus, mare transiuit, & deinde in deserto quadraginta annis tentatus est, quia Dominum tentauit. Iste puer Israel, sicut ꝓpheta dixit: Quia puer Israel est, & ego dilexi eũ, vocãs ex Aegypto post modũ, quali oportuit modo mare transiuit, id est, baptizatus est baptismo Ioan. statimq; ductus est in desertum à spiritu, non 40. annis tentauit, sed tentatus est quadraginta dieb. Itidẽ ille populus Israel nõ ante, sed postq̃ tentatiõibus exercitatus fuit, terrã repromissiõis introiuit: iste puer Israel, nõ ante, sed postquam tentationes sũ perauit, regnum Dei appropinquare prædicauit, &

Quando fuit Mariæ tẽpus loquendi.

Ioan. 16.

Christus q̃ omnia fratrib. assimilatus, excepta peccati participatione.

Hebr. 2.

2. Cor. 5.

1. Pet. 2.

Rom. 5.

Euocatio eius ex Aegypto.

Osee. 11.

Mat. 4. cauit, & ecce regnũ Dei intra vos est, inquit. Itaq; assimilatus erat fratrib. illis, id est, electis prioris populi, sed nec dũ assimulationis pfectio vel finis. Ventum est ad aliã Aegyptum cuius illa terra Aegypti fuit exemplum. Quæ est illa Aegyptus, nisi infernus? Illic detinebatur captiuus fratrũ eius, id est, sanctorum populus, quos oẽs statim transduxit per mare rubrũ, id est, per sanguinis & aquæ decurrentis ex latere suo sacramentum, & inimicos eorũ, id est, peccatũ eorum operuit mare illud & vsq; nũc operit inimicos nostros, qui eodẽ sacramento baptizati sumus. Nónne ergo per omnia fratrib. assimilatus est, vt debuit, vt eos assimilaret sibi, qui ad fratres suos per multas tentatiões vsq; ad infernum descẽdit, vt eos faceret cohæredes & cõparticipes sui. Eorũ omnium quę pertulit, principiũ fuit illud, q̃ in Aegyptum fugit, & idcircò cõpetenter euangelista meminit illius testimonij, & retulit ad eum. Vt adimpleretur (inquiens) q̃ dictum est à Dño per prophetã dicentem. Ex Aegypto vocaui filiũ meum. Ad summũ quoniã non illi vbi narrauit dixisse angelũ: Surge, & accipe puerum & matrem eius & vade in terrã Israel, q̃ & scit Ioseph: sed vbi narrauit, quia cõsurgẽs accepit puerũ & matrẽ eius nocte, & secessit in Aegyptum, illic assumpsit hoc testimonium propheticũ. Ex Aegypto vocaui filiũ meum. Quid si ipsam Iudæam propter persecutiões Aegyptias, sive ipsam Hierusalẽ appellari voluit Aegyptũ? Scriptũ est enim in Apocalypsi: Et corpora eorũ ponent in platea ciuitatis magnę, q̃ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegypt9, vbi & Dns eorum crucifixus est. Et ad ipsam Hierusalẽ loquitur Dns per prophetam: Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vbi bibas aquã turbidã? Plura sunt exẽpla huiusmodi, q̃ vt præsenti loco possint cuncta conscribi, per quæ comprobari queat illa terrena Hierusalẽ, & Sodoma & Aegyptus, & populus Iudaicus iure & Aegypt9, & Chananęus, sive Cethæus magis, q̃ Israel fuerit appellatus. Quare aũt loco præsenti Iudæam sive Hierusalẽ illã magis Aegyptum q̃ Sodomã sive Chanaan placeat appellari? Videlicet propter similitudinẽ prẽsentis peccati, quia turbatus est Herodes, & oĩs Hierosolyma cum illo, quoniã audierat in Bethleẽ natum esse regẽ Iudæorum. *Et mittens, occidit oẽs pueros qui erant in ea, & in omnib. finibus eius.* Nónne hoc simile est illi, q̃ præcepit obstetricib. Aegypti, dicens. Quãdo obstetricabitis Hebræas, & part9 tẽpus aduenerit, si masculus fuerit, interficite illũ, si fœmina, reseruate. Itemque populo suo: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen ꝓjcite: quicquid fœminei, reseruate? Nimirum, & hic in Herode, & illic in Pharaõe vnus erat diabolus, in vtroq; vnus idemq; bacchabat malignitatis spiritus. Illic idcircò necari volẽs omnes masculos, vt nõ esset semen, vnde secundũ promissionem, quę ad Abrahã dicta fuerat, Christus nasceretur: hic aũt idcircò pueros oẽs occidere properans in Bethleẽ, & in omnibus finib. eius, vt dũ omnes occiderentur, non euaderet ille q̃ solus timebatur. Igitur non absurdũ, imò rationabile est & verum, si dicas, tunc ex Aegypto vocatũ esse filium istum, quando fugit Ioseph puerũ deferens ad illã, quam scripturæ autoritas spiritualiter & Sodomam vocat, & Aegyptũ, & idcircò Euangelistã rectè nõ tunc, quando reuersus est in terrã Israel, sed tunc quãdo secessit in Aegyptũ, dixisse adimpletum hoc propheticum, ex Aegypto vocaui filium meũ, vt sit sensus: De manu Herodis eripui eum, & de manu omnium q̃ quærebant animam eius, qui verè Aegyptij fuerunt. Difficilè & nimis lõgum est, ea quę apud ꝓphetã Osee præcedunt, & ea quæ sequũtur hoc dictum. Et ex Aegypto vocaui filiũ meũ, discutere & tractare, vt manifestè cõstet, q̃ pertineat ad tempus & rem pro qua sumptum est ad testimonium veritatis euangelicæ. Proinde his omissis, videndum est & illud q̃ deinde subiungit: *Tunc (inquit) adimpletum est quod dictum est per Hier. prophetam, dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.* Hoc taliter apud Hier. scriptum est: Hæc dicit Dominus: Vox in excelso audita est lamentatiõis, flet9 & luctus Rachel plorãtis filios suos, & nolẽtis cõsolari, quia non sunt. Paucisq; interpositis, quæ pertinẽt ad cõsolationem lamentantis sive plorantis, causam illam satis euidenter dicit, propter q̃ pueros iuxta veritatẽ euangelij funestus Herodes occidit. Quia creabit Dominus nouũ super terrã, fœmina circundabit virum, id est, nõ deforis semen admittet, sed intus de spiritu sancto cõcipiet & pariet filiũ. Nunquid verò propter istum quẽ fœmina circundedit virum, propter istum qui de virgine natus est regẽ Iudæorum, soli infantes illi in Bethleẽ & in omnib. finibus eius occisi sunt? imò innumera in orbe terrarũ millia martyrum, sed illi primitiæ fuerunt, quos oẽs Rachel, id est, mater ecclesia, nunc vsq; deflet, & nõ vult consolari, quia non sunt, donec resurgant, & immortaliter cũ illo viuant qui est, quẽadmodum dicit: Ego sum qui sum. Quare autem talis mater, scilicet ecclesia, prẽsenti loco nominari debuit Rachel? Videlicet quia mater illius, qui primus à tẽpore promissionis persecutionem propter iustitiam passus est. In seruum quippè venundat9 est Ioseph, humiliauerunt in cõpedibus pedes eius, ferrũ pertrãsiuit animã eius: mater (inquã) illi9 dicta est Rachel. Itaq; & mater ec-

Iudæa & Hierusalẽ est, spiritualiter Aegyptus et Sodoma

Apocal. 11.

Hier. 2.

Herodes similis Pharaoni.

Mat. 2.

Exod. 1.

Hier. 31.

Rachel plorans matẽ ecclesia.

Exod. 3.

Psal. 104.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis persecutiõem patiẽs propter iustitiam, Ioseph dicitur.

Amos 6.

lia siue omnis anima, quæcunq; Christiano persecutionẽ propter iustitiã patienti cõpatitur, rectè apud prophetã istum dicitur Rachel, & omnis ille, quicũq; persecutionem propter iustitiam patitur, rectè nihilominꝰ apud alium prophetã, videlicet Amos dicitur Ioseph: Sicut Dauid, inquit, putauerunt se habere vasa cantici bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Non dixit, nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph, vt quilibet frater siue matris ecclesiæ filius, proprio significaretur eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara est, vel in malis, quæ pendit, vel in bonis, quæ rependit. Et hoc miro decore dixit, videlicet quia (vt supra dictũ est) primus iste à tempore promissionis contritionẽ, id est, persecutionẽ propter iustitiã passus est, ita vt ferrum eius animam pertrãsiret. Porrò, ista mater qualiter & ploret, & consolari nolit, melius sentiri potest per experimẽtum, quã per solum lectionis auditum. Quid enim? Nõne ploratus eiusmodi dulcior est omni consolatiõe præsentis seculi? Dicit namq; ille, quisquis est, qui ploratum hunc, quàm sit dulcis, expertus est: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. Sed dicit aliquis: Si bonum est matri huic filios suos plorare, si optimum est consolari nolle siue consolationem renuere, quomodo ploranti dominus ibidem apud eundẽ prophetam verba consolationis ingerit, & eam à ploratu compescit? Vbi enim dixit: Vox in excelso audita est lamentationis, fletus & luctus Rachel plorantis filios suos, & nolẽtis consolari super eis, quia non sunt, continuò sequitur:

Ploratus bonus & dulcis.

Psal. 41.

Quæstio.

Hierem. 31 Hæc dicit dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur à terra inimici tui, & est spes nouissimis tuis, ait dñs, & reuertẽtur filij tui ad terminos suos. Quomodo & Dominus eã consolatur, & ipsa consolari non vult? Si bonus (vt iam dictũ est) illius est ploratus, quomodo dicitur ei: Quiescat vox tua à ploratu? Adhæc inquã: Non vnus, idemq; est ploratus ille, cuius vox in excelso audita est, & ille, cuiꝰ vocem Deus audire non vult, dicẽs: Quiescat vox tua à ploratu. Ploratus namq; alius est veniens ex spiritu Dei, & alius veniẽs ex spiritu huius seculi. Huius Apostо. Quæ enim secundum Deũ tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilẽ operatur, seculi autẽ tristitia mortẽ operatur. Non multis opus est, nã qualem ploratũ interdicat Dominus, dicẽs Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, ipse in eo de Apostolo determinat cùm dicit: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spẽ non habent. Deniq; & quod hic subiunxit consolãdo, quia est spes nouissimis tuis, & reuertẽtur filij ad terminos suos idẽ est, quod ibidẽ subiungit in Apost. Si enim credimus, q̃ Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierũt per Iesum, adducet cũ eo, &c. vsq; ad id: Itaq; consolamini inuicẽ in verbis istis: Ploratum alium, ploratum siue luctũ tristitiæ, quæ est secũdum Deũ, non solũ non interdicit, verùm etiã beatificat idem dñs: Beati, inquiẽs, qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Igitur & laudabiliter plorat, & laudabiliter consolationẽ renuit Rachel, & cur ita faciat causam rationabiliter habet, videlicet quia non sunt, i. quia nondũ ad immutabilitatẽ filij eius peruenerunt, de qua videlicet immutabilitate in Psalmo dictũ est: Hierusalẽ quæ ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Quanuis in cælo sint animæ sanctorũ, nondum est illis idipsum, quia videlicet adhuc in puluere dormiunt corpora ipsorũ, adhuc in hoc seculo peregrinatur pars ipsorũ, adhuc nascituri sunt quia pertineant ad numerum ipsorũ. Quando (sicut in propheta Dominus dicit) filij, quos plorat Rachel, reuertẽtur ad terminos suos, id est, quãdo Deus (sicut ipse in Apost. loquitur) eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cũ eo, tunc erit idipsum, tunc consolabitur mater super filijs, quia sunt, quia tunc videbũt sicuti est, eum, qui dicit: Ego sum, qui sum.

Matt. 5.

Psalm. 121.

Hierem. 31

1. Thess. 4.

1. Ioan. 1.

Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, & c. vsq; ad id: & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur. Cùm cætera satis per se clareant, illud solũ quæstione indiget, cur cũ dixisset, & habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, causam hanc subiunxit: Vt adimpleretur quod dictum est per ꝓphetas: Quoniã Nazaræus vocabitur. Quid enim? Nisi habitasset vel nutritꝰ fuisset in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, non esset Nazaræus. i. Deo consecratus? Ad hæc inquã. Esset quidẽ, esset planè Nazaræus, hoc est, cõsecratus, siue Nazaræus. i. sanctus, sed non ita vocaretur. Oportebat aũt illum ita vocari, quoniã ita per ꝓphetas spiritus S. prænunciauit, q̃ sanctus, imò & sanctus sanctorũ ipse sit. Exempli gratia: Væ (inquit Esaias) genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam filijs sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerũt sanctum Israel, abalienati retrorsum. Itẽ: Ipsi autem ad iracundiã prouocauerunt, & afflixerũt spiritum sancti eius. Et ad Daniel. angelus loquitur: Vt consumetur prævaricatio, & finẽ accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sem-

Quæstio.

Respõsio.

Esa. 1.

Esa. 63.

Daniel. 9.

stitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorũ. Ipsum quoq; verbum Hebraicũ Nazaræus, quod hic Euangel. posuit, de prophetis siue prophetijs reseruatum accipimus: Benedictiones patris tui confortatæ sunt (air propheta & patriarcha Iacob) benedictionibus patrũ eius, donec venerit desiderium collium æternorum, quod sine dubio Christꝰ est, desiderium angelorum, & sanctorum omniũ, in eum prospicere desiderantium, cuius typum gesserat ille Ioseph in eo, quòd in seruum vænundatus, & post carceris angustias dominus siue princeps terrę Aegypti factus est. Statimq; subiungit: Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos Possumus & hoc dicere, quòd iuxta veritatem Hebraicam in Esaia scriptum sit: Exiet virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius ascendet. Moyses quoq; cùm legẽ Nazaræi scribit, dicẽs inter cætera: Tunc radet Nazaræꝰ ante ostiũ tabernaculi, fœderis cæsarię consecratiõis suę. & subinde: Post hæc potest bibere Nazaræus vinũ. quò, nisi in Christum tendit? Alioqui nisi cuncta, quę ibi dicuntur, referri debeant secundũ spiritum vnificantẽ ad spiritualia sacramẽta huius verè cõsecrati, & vere sancti, quæ vtilitas in litera huiusmodi? Oportebat inquã (vt iã dictum est) illũ ita vocari, quoniã ita spiritus sanctus per prophetas prænũciauit. Et quare hoc prænunciauit? Videlicet quia necessarium est ad æternam salutẽ omni credenti, scire & confiteri, quòd solus iste sanctus sit, quòd peccatum non fecerit, nec inuentus sit dolus in ore eius, & ita sanctus, ita sine peccato, vt etiam tollat & tollere possit peccata mundi. Igitur vt materia daretur tanti nominis, vt quod erat, hoc diceretur, scilicet Nazaræus siue Nazarenus. i. consecratus siue sanctus, dignè factũ est, quòd admonitus in somnis Ioseph secesserit in partes Galilææ, & habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth. Hinc nanq; occasione accepta, imò agente spiritu Dei, qui etiã malis benè nouit vti, Pilatus famosum & prędarũ illum titulũ, Hebraicè, Græcè, & Latinè, super crucem eius scripsit: Iesus Nazarenꝰ rex Iudæorum. Huius tituli non parua spiritui sancto cura vel prouidẽtia fuit, ne corrumperetur à pontificibus Iudæorum, dicentibus ad Pilatum: Noli scribere, Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Quis enim nisi spiritus Dei, maligni illius animam stare fecit, vt responderet eis: Quod scripsi, scripsi? Ibi nanque seruus malus propheticis quorũdam psalmorum benè seruiuit titulis, scilicet quinquagesimi quinti, quinquagesimi sexti, quinquagesimi septimi, quinquagesimi octaui, & quinquagesimi noni, qui videlicet tituli ferè omninò homini sunt. In finẽ ne corrumpas, ipsi Dauid in tituli inscriptione. Nomen Nazareni in illo titulo & si cæteri Euangelistæ prætermierunt, at Ioannes aquilino perui dẽs oculo, quòd multum pertineret ad nomen crucifixi, vt verè saluatoris (quod est Iesus) & vt verè regis, quod ei pro crimine adscribebatur, ita & verè sancti, quod est Nazarenus, non prætermiuit, totumq; nobis perscripsit titulũ, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Ad summum, memoriter illud tenendum, quòd Euangelista, cùm dixisset, habitauit in ciuitate Nazareth, non ita causam apposuit, vt diceret: vt adimpleretur, quod dictum est per prophetas, quoniam Nazareus erit, sed quoniam Nazaræus vocabitur. Siquidem non inde sanctus erat, vel est, quia habitauit in Nazareth, imò quia de spiritu sancto conceptus est, sed hoc effecit inhabitatio ciuitatis illius, qui competenter secundum sanctimoniã suam vocatur Nazaræus siue Nazarenus, & sic eum vocat omnis lingua, Hebræorum, Græcorum, atq; Latinorum, nec solũmodò hominum, verùm etiã angelorum malorum pariter & bonorũ, hominum piorum pariter & impiorum. Et q̃ magis mireris, mali angeli siue maligni spiritus, per eius præsentiã torti, primi hoc nomine illum vocasse legũtur. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus perdere nos. Porrò, angeli boni gratulantes in resurrectione eius, non istud soleniter prædicauerũt: Nolite expauescere, Iesum quęritis Nazarenum crucifixum: Surrexit, non est hic. Homines impij, nõ solus Pilatus, vbi titulum scripsit suprà memoratũ, verùm etiam illi, qui compræhenderunt eũ, confessione sua prouexerũt, vimq; vocabuli eiusdẽ protinùs experti sunt. Interrogati nanq; ab eo, quẽ quæritis, responderunt ei semel & iterũ, Iesum Nazarenũ, & eo dicente, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderũt in terrã. Hoc ordine ꝓcesit iste gloriosus, & honore dignꝰ filius hominis, vsq; ad annũ ætatis Christi tricesimũ, iuxta quod Psalm. prędixerat: Intẽde, ꝓsperè procede, & regna. Quẽ videlicet ordinẽ non recogitãtes, imò recogitare, aut requirere nolentes Phariſei, & idcirco voluntariè errãtes, quippe quos excæcauerat malitia ipsorũ, dixerunt quodã loco ad Nicodemũ, qui nocte venerat ad eũ: Nunquid & tu Galilæꝰ es? Scrutare scripturas, & vide quia ꝓpheta à Galilæa non surgit. Dixerat. n. ille: Nunquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit, q̃ faciat? De turba quoq; cũ propter sermones eiꝰ alij dicerẽt. Hic est verè ꝓpheta, alij Christus, quidã dicebant: Nunquid à Galilæa Christus venit? Nónne scriptura dicit, qui ex semine Dauid, & de Bethleẽ castello, vbi erat Dauid, venit Christus? Quasi verò fieri non

Christus Nazaræus. Gen. 49.

Gen. 41. 49

Esa. 1.

Num. 9.

Esaiæ 53.

Titulus Christi in cruce. Ioann. 19.

Nazaræus vocabitur.

Marc. 1. Mat. 16.

Ioan. 18.

Processus ætatis Christi.

Psal. 44.

Ioann. 7.

1. Reg. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri non posit vt aliquando factũ non sit, vt inde alio loco natus quispiam, in alio nutriatur. Imò & si in Galilęa, vbi fuerat cõceptus, fuisset etiam natus, nihilominus veraciter de Bethleẽ castello venisset Christus, quam Bethleemitis de domo & familia Dauid, erat mater eus. Alioqui mentitur scriptura, Ephrateũ, id est Bethleemitem fuisse dicens Helchanan patrẽ Samuelis, qui fuit dux populi in reuersiõe à Babylonica captiuitate: Quicq; ob hoc dictus est Zorobabel, quia natus est in Babylone, de Iudæa non erit, neq; alij quicunq; nati sunt illic per septuaginta annos captiuitatis. Hæc aduersus improbitatem illorum, qui quasi ædificantes lapidem hunc reprobauerũt, vnde & de peccato suo inexcusabiles sunt, qa si voluissent, citò scire potuissent, quod nos iuniores scimus, & prædicamus, quia quamuis in Nazareth nutrit⁹ fuerit, nihilomin⁹ de Bethleem castello venit, vbi erat Dauid, nec quomodocũq; venit, sed ibi natus fuit. Prophetícis libenter immoramur testimonijs, quoniam illa sunt quæ maximè operãtur ad clarificationem filij hominis, cuius gloriam & honorem prædicare præsens opus intendit. Quod non nescíens ipse cùm dixisset, adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, continuò subiunxit: Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quæcũq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Ex illis erat iste Matthęus, quondã publicanus, & idcircò nondum poterant portare cuncta illa, quæ de scripturis habebat eis dicere, quia erant homines sine literis & idiotæ. Factum est quod promisit, venit spiritus veritatis post resurrectionem & ascensionem eius, & docuit eos omnem veritatẽ, sicut apparettã ex istis quæ iam hic posuit, propheticis quinq; testimonijs quã ex alijs quib. & iste & cæteri Euãgelistę valdè conuenienter vtuntur, in causis locisque oportunis. Hoc erat quod dixit, quia de meo accipiet, & anũnciabit vobis, quia videlicet suum est omne scripturarũ sacramẽtum, sua sunt, huius filij hominis sunt, & in ipsum tendunt omnia, quæ habet pater, sub auditur, in thesauris legis, & Prophetarum & Psalmorũ. Quoties aliquid eorum rectè intelligimus, quod vtique fit per spiritum veritatis, toties fit quod promisit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis, atq; ita clarificatur ipse in cordibus nostris, dũ per testimonia scripturarum, quæ non possunt solui, cognoscitur id esse, quod est, verus scilicet filius Dei, verus quoque filius hominis. Quomodo autem potuisset decẽter vel congruè fieri vt solus ipse, cùm esset inter homines, paruus & humilis, solus (inquam) velut primus testimoniũ sibi ferret ipse tantæ magnitudinis? Si prodiret in turbas, si veniret in cœtũ Pharisæorum & scribarum, quibus vt erat magnum superbiæ subsidium, sic nihilominus magnum erat inuidiæ tormentum, & diceret eis: Ecce ego quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, ecce ego Messias, creditis in Deum, & in me credite, quomodo consequenter diceret nobis, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde? Profectò sic illum procedere nõ decebat, qui est ipsa sapientia, sed nec filiorum sapientiæ quenquam decet, vt ipse primus gratiam prędicet, qualiscunq; sibi fuerit collata, decebat ipsum, cuius hæc sententia est: Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me, dare operam, vt omnis auferetur occasio scandali, illis duntaxat, qui non libenter vellẽt scandalizari, vt maximè volebant scribæ & Pharisæi. Idcircò factũ est, & reuera fieri oportebat, id quod hactenus enarratis Euangelista continuò subiungit:

CAP. III.

In diebus autem illis venit Ioannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum: Hic enim qui dictus est per Prophetam Esaiam, dicentem: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius. Esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. Tunc exibat ad eũ Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabãtur in Iordane ab eo cõfitentes peccata sua. Iste ergo Io. homo magnus, ꝓ ipsa magnitudine sui, multũ debet humilitati filij hominis, quippè q̃ ꝓpter indigentiã eiusdem, pauperis & egeni propter nos facti, ꝓpter nos testimonio magno indigẽtis, tã magnus & talis venit, q̃ testimoniũ perhibẽs dignus esset audiri imò non posset contemni. Qualis enim vel q̃ magnus est ꝓpheta hic, de cui⁹ magnitudine ꝓphetauerũt alij ꝓphetę magni & sancti, teste ipso q̃ ipsos ꝓphetas misit. Hic est enim (ait) de quo scriptũ est: Ecce mitto angelũ meum ante faciem tuã, qui præparabit viã tuam ante te. Nã scriptũ est in Malac. propheta, ꝙ ipse magnificè cõfirmans, taliter de eodẽ ꝓnunciabit: Amen dico vobis nõ surrexit inter natos mulierum maior Ioan. Bap. Et ipse Ioan. non nimis vltroneꝰ, imò nimis discussus, & nimis improbe pulsatus ab inquirẽtib. Ego (inquit) vox clamãtis in deserto, dirigite viam Dñi, sicut dixit Esa. propheta, cuius & hic euangelista ꝑsenti loco meminit, & euangelistæ cæteri. Quãdo venit iste angel⁹, ista vox clamantis, tã magnificè venit, vt cõcept⁹ vtero senectutis & sterili Gabriele archãgelo prenũciante, spiritu suo repleretur adhuc ex vtero matris suę tantis natiuitatẽ eius comitãtib. sig. nis, vt timerẽt oẽs vicini, & sup omnia mõta na Iudeæ

Confessio secretorũ.

Mat. 11.

Malac. 3.

Mat. 13.

Luc. 3.

Esa. 10.

Luc. 2.

Ioh. 16.

Matthæus ex telonio vocatus est.

na Iudeæ diuulgarẽtur hæc & ponerent oẽs q audierãt in corde suo dicentes: Quid putas puer iste erit? Etenim manus Dñi erat cũ illo. Sed fortassis hæc documenta magnitudinis eius nos quidẽ scimus, quia legimus. Illi autem qui tunc erãt presentes, quoniã à deserto venit, nesciebãt aut obliti fuerant à lõgè præterita, quia tricesimus annus erat. Ad hoc sciendũ, quia propter hoc illis non minus reuerendus erat, imò & hoc maximè reuerentiã illi augebat, quia veniebat ignotus, quia cũ hominib. non fuerat conuersatio eius. Inde erat q̃ Helias esse putabatur, & quod eo maius est, existimabat populus & cogitabãt omnes in cordibus suis de illo, ne forte ipse esset Christus. Horũ omnium, quæ magnitudinem eius indicant, hic Euangelista primum hoc posuit: Hic est enim qui dictus est per Esaiã Prophetam, dicentem: Vox clamantis in deserto, &c. Magnũ hoc est præconium Ioan. quia est vox. Non dicitur vocalis siue vocẽ habens, sed vox, sicut ipse confessus est, dicẽs: Ego vox clamãtis in deserto. Et vox vtique altius vox est. Cuius ergo Ioannes est vox? Vtiq; clamantis Et quis est clamans, nisi ille, cuius omnis vita, omne tempus, quo hic in carne degit, clamor siue inclamatio fuit? Hinc enim Apostolus dicit: Qui in dieb. carnis suæ preces supplicationesq; ad eum qui posit illũ à morte saluum facere, cũ clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Huius ita clamantis Ioannes prima vox fuit. Humilitas quippè vocẽ non habebat, sed in ciuitate Nazareth secum habitabat, & annus ætatis eius iã tricesimus incipiebat. Hoc est quod dicere molitur, quia sicut verbum cuiusq; nostrum clara vel sonora voce indiget, vt melius audiatur, ita verbum Dei caro factũ est, testificante Ioan ne indiguit, vt homines minus in eo scandalizarentur, quod & factum est. Non solũ enim apud simplices, verumetiam apud inuidentes, & voluntarium scandalum patientes, autoritas Ioannis causam eius persepè defendit, vt illic, cùm dicerent ei, in qua potestate hæc facis? Respõdens, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quẽ si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis vnde erat? E cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes: Si dixerimus de cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si aũt dixerimus, ex hominibus, timemus turbã. Omnes enim habebant Ioannem sicut Prophetam. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis, & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Nec verò illa tamen tempora siue illius tẽporis aut gentis homines attendere quis debet, sed oẽs gentes, siue nationes vsq; ad finem seculi, quia quocunq; & quãdiu prædicatur Christi aduẽtus, adest, hic idem testis Ioan. & testificans, digito suo cõfirmat, quia Christus alius non fuit, nec est, nec erit, nisi is qui putabatur filius Ioseph. Hoc voluit magnitudo siue autoritas illius amici & testis, vt reciperent tunc filiũ saltem pauci, saltem duodecim, incipientes ab ista voce, quia dixit: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Et si non plures illum recepissent, receperũt aũt etiam alij nonnulli, sufficere poterant huic sancto Israeliti ad propagandam gentem spiritualẽ tot spirituales filij, quot secũdũ carnẽ filios primus Israel pater eius habuit. Lucas euãgelista pulcher rimi prudens autor eloquij, huncaduentũ huius Ioannis taliter edicit. Anno quinto decimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galileæ Herode. Philippo autẽ fratre eius tetrarcha, Ituręæ & Trachoniditis regiõis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principib. sacerdotum Anna & Caipha, factũ est verbum Dñi super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnẽ regionem Iordanis, &c. Quã pulchrè narratio hæc illi Propheticæ Dan. visioni concordat: Aspiciebã in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habẽs magnos, cõedens atq; cõminuẽs, & reliqua pedib. suis conculcãs. Et subinde: Aspiciebã ergo in visione noctis, & ecce in nubib. cæli, quasi filius hominis veniebat & vsq; ad antiquũ dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eũ, & dedit ei potestatem, & honorẽ, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius ꝙ non corrumpetur. Quid enim erat videre illã talem bestiam, non solùm comedentẽ, sed etiam comminuentẽ, nisi quod hic pulchrè cõmemorat Romanum imperiũ, non solùm vt cęteras gentes Iudęo rum regnũ suæ ditiõi subdidisse, verumetiã in tetrarchas cõminuisse? Vt enim Iudaici regni cõmineret potẽtiam, propter nimiã gentis illius insolentiam, idcircò in tetrarchas illud, id est, in quatuor principes dissipauit, videlicet Pontium Pilatum, Herodem, Philippum, & Lysaniam. Nec verò solummodo regnum, verumetiam sacerdotij principatum, in duos, scilicet Annam & Caipham, diuidendo comminuit. Futurum autem erat, vt reliqua pedibus suis cõculcaret, quod tunc fecit, quando gentem & locum tulit, & eos qui bello superfuerunt, in captiuitatem dispersit. Nunc igitur leuemus oculos nostros, oculos mentis, & prospectum fidei, quia quod illic Propheta videbat in visu noctis venientẽ in nubibus, quasi filium hominis, dum cõedisset

atque

Ioannes vox clamãns in deserto.

Ioan. 1.

Hebr. 5.

Christus indiguit voce Ioannis

Mat. 21.

Testis Christi necessarius Ioan.

Lucas & Dan. concordant de aduentu Christi.

Luc. 3.

Dan. 7.

Regnũ Iudæorum à Romanis cõminutũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Initium veniendi à baptismo Ioã nis.

atque cõminuisset illa bestia terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, hoc est quod hic narrant Euangelistæ, venisse & manifestum esse in Israel hunc verè filiũ hominis, & initium veniendi fecisse à baptismo Ioannis, dum regnum Iudaicæ gentis sibi subdidisset, & in tetrarchias (vt iam dictum est) comminuisset magna potentia Romani imperij.

Actor. 10. Incipiens enim (ait Petrus Apostolus) post baptismum, quod prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eũ Deus spiritu sancto & virtute, &c. vsq; quia ipse est qui cõstitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum: huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomẽ eius omnes qui credunt in eum. Initium ergo faciendi veniens à Baptismo Ioannis, qui latuerat eatenus, habitans cum parẽtibus Nazareth, & subditus illis, quousque processit? Vsq; ad antiquũ dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & ipse est (ait Petrus, vt iam dictum est) qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum, & sicut ait Dauid:

Psal. 8. Gloria & honore coronauit eum, & constituit eum super opera manuum suarum, omnia subiecit sub pedibus eius. Hoc est, vnde præsenti opere loqui propositum est, ad gloriam & honorem filij hominis, cui sermo bonus est super datum optimum, quem

Cant. 8. & ipse exoptans dicit ad dilectam animam: Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac

Luc. 3. me audire vocem tuam. Factum est verbũ Domini (ait iam dictus Euangelista Lucas) super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & idem Ioannes apud alium euangelistam, quid ad se dictum fuerit, vel ad quid verbũ Domini super se factũ fuerit, prædicat hoc modo: Et ego nesciebam eum,

Ioan. 1. sed vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Item: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc ex præteritis, quæ scriptura narrat euangelica, satis euidẽter constat, quia Ioannes nesciebat eum, videlicet eo modo, quo inuicem sciuntur, vel sciri possunt facies hominũ, qui vel pariter commanent, vel aliquando mutuos sibi aspectus præbuerunt. Iesus nanque adhuc infantulus nec dum biennis, fugerat in Aegyptum, & Ioannes puer, nesciens quot annorum, veruntamen in teneris annis fecesserat in desertum. Ergo secundum faciem nesciebat eum, licet secundum spiritum scire potuerit eum iam aduenisse, quo agente exultauit in gaudio, clausus in vtero matris suę. Sed vt manifestaretur (ait) in Israel, Propterea veni ego in aqua baptizans, subaudiur & prædicans, quod hic Matthæus primus exprimens: Venit (ait) Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicẽs: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Hæc eius prædicatio viã parauit, vt manifestaretur in Israel iste filius hominis, & apparere in nubibus cæli, peruẽ

Esa. 60. turus (vt supra memoratum est) vsque ad an

Actor. 1. tiquum dierum, id est, eligeret sibi Apostolos, de quibus dictum est per prophetam: Qui sunt isti, qui vt nubes volant? Testes illos habiturus, & videntibus illis ascensurus in cælum, & cum illorum testimonio prædicandus per mundum vniuersum. Et notandum, quod primus iste præcursor Domini nomine expresso prædicat regnum cælorũ, sciendumque solum & vnicum regnum cælorum, regnum esse legitimũ: rapinam autẽ fuisse omnia regna terrarum, præter solam sedem Dauid, quæ huius regni cælorum prę

Regna terrarum rapina fuerunt. paratoria fuit. Regna terrarũ, illa dicimus, quæ absque Deo fuerunt, & sine spe regni cælorum pertransierunt, quorum maxima erant capita leæna & vrsus, pardus, & illa sine nomine quarta bestia, quas videlicet bestias Daniel vidit in visione supra memora-

Dan. 7. ta, per quas intelligimus quatuor principalia regna, quorum primum, regnum Babyloniorum, populum Dei captiuauit: secundum regnum Persarum & Medorum, agente Aman superbissimo populum eundem funditus delere voluit. Tertium, regnũ Grę corũ, mala in eodem populo gessit illa, quę Machabęorum narrant libri. Quartum, regnum Romanorum, & ipsum filium hominis, tradentibus eum Pontio Pilato Iudæis,

Idem. & martyres eius vsq; ad tempora Constantini crudeliter occidit. Quod illic post bestias illas datum siue dandum esse vidit Daniel regnum filij hominis dictumq; est ad eum, suscipient autem regnũ sancti Dei altissimi, & obtinebunt regnum vsque in seculum & seculum seculorum, hoc est regnum quod prædicans Ioannes, præmittit, pœnitẽtiam agite, & tunc demum causam subnectit, appropinquabit enim regnum cælorũ. Hic iam nec illud prætereundum quod hoc sit propheticę gratiæ singulare præconium, vbicunq; legeris vel audieris ad quempiã factum esse verbũ Domini, & hinc prophetas sanctos esse vel dici, quia factum est ad

Luc. 3. eos verbum Domini. Nouissimus omnium illorum iste est Ioannes, super quem scribit Euangelista factum esse verbum Domini, vt veniret prædicans & baptizans, & sic manifestaretur in Israel filius hominis. Primus autem omnium fuit pater Abrahã, de quo

Gen. 13. sic scriptum est: Factus est sermo Domini ad Abraham per visionem dicens: Noli timere Abrahã, ego protector tuus sum. & subinde: statimque sermo Domini factus est ad eum, di-

eum, dicens: Non erit hic hęres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredẽ, &c. quibus vtique verbis promittebatur aduentus eiusdem filij hominis. Igitur cũ dicit hic, In diebus illis venit Ioannes Baptista subaudiendũ est in testimonium. Sic enim alius Euangelista sublimiter enuncia

Ioan. venit in testimonium. Ioan. 1. uit, prę mittens, fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, statimq; subiungens, hic venit in testimoniũ, vt testimoniũ perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Nec verum solummodo ex deserto in omnem regionem Iordanis, verũ & ex matris vtero in lucẽ vitæ præsentis in testimonium venit, idcircò senibus iustis datus est, idcircò sterili vtero conceptus, idcircò adhuc in vtero matris suæ spiritu sancto repletus est, idcircò cum gaudio multorũ & admiratione plurimorũ natus est, idcircò duce spiritu sancto in desertum à seculo fugit & vitam angelicam duxit, omnemq; ordinem vitæ irreprehensibilẽ gessit, victu atque vestitu venerabilis, & omni sanctitate mirabilis, vt esset idoneus testis & omnibus his modis in testimonium venit. Sacerdos erat, & patri sacerdoti sucedere iure debebat, sed vetera sacerdotij veteris insignia respuens legemqu cæremoniarum in diebus suis esse finiendam optimè sciens solum præelegit prædicare & in semetipso dedica-

Luc. 2. re pœnitentiã, quæ sacerdotalis officij pars optima est. Nouerat quippe, sicut beatus ille & iustus Simeon, nouerat (inquã) & respõsum acceperat ab eodem spiritu S. qui hominem talem, pulchrum gratiæ suæ vehiculum parauerat, non visurum se mortem, nisi prius videret Christũ Dominũ, & illum regni cælorum regem quę rendum sibi esse, non per ostensionem siue promissionem au

Ioan. 1. Christus suscepit pœnitentiã & peccatis nostris. licæ purpurę, sed per prædicationem austerę pœnitentiæ. Nam vt manifestaretur (ait) in Israel propterea veni ego in aqua baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ. Dicit aliquis. Non poterat alio modo fieri, vt manifestaretur in Israel, nisi prædicando pœnitentiam? Ad hęc, inquam, Poterat quidem, sed omnium modorũ, quibus hoc fieri poterat, iste modus erat optimus, & pro re magis congruus, magisque necessarius. Quid enim? Nónne ad hoc venerat filius hominis, nónne ad hoc natus erat agnus Dei, vt pœnitentiam susciperet pro peccatis totius generis humani, & vt pœnitentiam incipiens à ieiunio quadraginta dierum, perseueraret agendo illam in laboribus plurimis, vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis?

Psal. 117. Ioan. 19. Nónne illa morte à Dño factum est illud, & est mirabile in oculis nostris, quod cũ lapis ille reprobatus esset, cũ foras ciuitatẽ proiectus ille filius hominis in cruce penderet, iamq; spiritum emisisset, patefactũ est latus eius militis lancea, & continuò exiuit sanguis & aqua? Hoc fuit, hoc est baptisma ipsius, de quo dixit ipse iam dudum baptisma te Ioannis baptizatus: Ego habeo baptismo *Luc. 12.* baptizari, & quomodo coartor vsq; dũ perficiatur? Illo baptismate nos baptizandi eramus & baptizati sumus. Hinc Apostol. Qui- *Rom. 6.* cunq; enim, ait, baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Modus ergo manifestationis hic erat optimus & valdè congruus, vt gloriã humilitas præcederet, humilitatem gloria sequeretur, atque illic præmonstraretur, quali cũ fructu susceptam pœnitentiam foret consummaturus. Humilitas quippè fuit, q venit Do- *Prouer. 15.* minus ad baptisma serui, & inter peccatores pœnitentiam suscipientes, qui peccatum nõ fecerat, baptismũ pœnitentiæ suscepit. Quę vel qualis humilitatem gloria continuò secuta est? *Eccę* (inquit) *aperti sunt ei cæli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cælo dicẽs: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Hoc & miraculum glorioſum, & maioris fuit gloriæ signum. Similiter nanq; humilitatẽ mortis, quæ (vt iam dictum est) pœnitentiæ propter nos susceptæ consummatio fuit, secutura erat gloria resurrectionis, qua effulgente, nimirum aperti sunt ei cæli, & ipse in cælum ascendit, & gratia spiritus sancti, non iam super eum, sed super credentes in eum & baptizatos in nomine eius descẽdit. Alias autem & verè super eum descendit, quoniam ipse est caput, & ipsi sunt corpus eius, super quos spiritus sanctus descendit, nec ob aliud super eos descẽdit, niti quia Christus ipse est in eis, quemadmodum Apostolus di- *Ephe. 3.* cit habitare Christum per fidem in cordib. nostris. Vnde autem huic Ioanni, vt tam citò cognosceret eum, diceretque venienti ad se illud memorabile ex humili corde, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. *Vis prophetica in Ioã ne Baptist.* Dixit enim secundum Ioannem, vt supra memoratum est, dixit (inquam) semel & iterum, & ego nesciebam eum. Vnde ergo tam citò cognouit eum? Ad hæc breuiter respondendum, quia per vim prophetici spiritus cognouit eum, vtique volentem cognosci, quia iam tempus aderat cognoscendi eum. De illa vi prophetici, spiritus loquitur Apostolus: Si omnes prophetent, *1. Cor. 14.* intret autem quis infidelis vel idiota conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, etiam occulta cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciẽ, adorabit Deũ pronuncians q verè Deus in vobis sit. Hoc in laudem propheticæ gratiæ dicit, quod illi occulta cordis alterius manifesta sint. Erat autem Ioannes propheta, iamque ex vtero matris suæ gratiam propheticam acceperat, spiritu prophetico repletus fuerat.

Universidad de Piura
Biblioteca

Sed vt & hoc inferam, quòd aliud verbum Domini factũ fuerat, vt Lucas meminit, super Ioannẽ, Zachariæ filium in deserto, nisi ipsum, quod caro factum fuerat, ex Mariæ virginis vtero? Ergo ne verbum, quod factũ fuerat super eum, vt veniret, & assumptum hominẽ siue carnem, quam assumpserat, manifestaret ille in Israel, non ostenderet illicito quẽ quærebat, & propter quem vt manifestaretur, obediens verbo aduenerat? Igitur quum ista sit vis prophetici spiritus, vt iã dictum est, manifesta facere occulta cordis, etiã nolentis, quantò magis manifesta fieri debuerunt Ioanni occulta cordis Dñi Iesu, præsertim volẽtis, vt non ex facie mentẽ, sed (quod mirabilius est) ex mẽte cognosceret eius faciẽ? Et ille quidẽ, quisquis est, cuius occulta cordis ita manifesta fiunt, cadens in faciẽ (ait Apost.) adorabit Deum.

Matt. 3. pronuncians q̃ verè Deus in vobis sit, Dominus autẽ Iesus, cuius non est adorare, sed adorari, quo debuit modo, gratiã illam, gratiam prophetică honorauit, cui manifesta facta fuerant occulta cordis sui, quatenus Ioannes dicere posset, ego à te debeo baptizari. siue illud secundũ Ioann. Ecce agnus

Ioann. 1. dei, qui tollit peccata mundi. Et quomodo gratiam illã honorauit? Videlicet pronunciando, q̃ verè Deus. verè spiritus sanctus, verè spiritus propheticus, & plus, quã propheticus, esset in mente Ioannis. Dixit enim

Matt. 11. vbi oportunũ fuit: Sed quid existis in desertum videre? prophetam? Etiã dico vobis, & plus, quã prophetam. Hic est enim, de quo

Esa. 40. scriptum est: Ecce mitto Angelũ meum ante faciẽ tuam qui prepărabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, inter natos mulierũ non surrexit maior Ioãne Baptista, &c. vsq; Et si vultis recipere, ipse est Helias; qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Vbi verò factum est eidẽ Ioanni, quod dixit: Ego debeo à te baptizari? Oportet nanque verum & statera rationis esse ponderatum, quod tali in tempore, talẽ ob causam, tali, tantoque filio hominis dixit propheta veritatis, homo tanti meriti, angelus tã magni præconij. Vbi ergo factũ est ei? Vbi baptizatus est ab illo, qui ad baptismũ eius venìebat, filio hominis? Illic nimirum, vbi peccata mundi tulit idem agnus Dei, quẽ digito demonstrauit. Vbi hoc? Profectò vbi agnus ipse immolatus est, & nostros sanguine suo postes sacrauit, & Pharaonem cum suis

Exod. 12. Aegyptijs ita flagellauit, vt vinceret, qui victus non fuerat decẽ præceptorum legalium plagis magnis. Pharaonẽ non carneum sed spiritualem, scilicet diabolum principẽ tenebrarum. Vbi traduxit illum palã confidenter affigẽs cruci, & mare magnum, mare rubrum, scilicet sanguinem & aquam de

Coloss. 2. latere suo lancea percussus emisit. Ibi factũ est Ioanni quod sperabat & sciebat, dicens: Ego à te debeo baptizari, nec soli Ioãni, verùm etiã sanctis & electis omnibus, qui expectabant eũ ab origine mundi. Et quidẽ scire poterat, quòd ex vtero matris suæ sanctꝰ esset, quippe qui S. spiritu adhuc ex vtero

Psalm. 33. matris suæ repletus est, sed quia erat illi Dominus, sicut scriptum est: Iuxta est Dñs his, qui tribulato sunt corde, & humilis spiritu saluabitur, quia (inquã) iuxta illi erat Dominus, & de prope sciebat in contritione cordis, & in humilitate spiritus, quòd Dominus solus sine peccato esset de virgine natus: ipse autem, quamuis magno munere sanctificatus, tamen de commixtione maris & fœ-

Nulli sua sanctitas sufficit ad regnum cælorum. minæ fuisset procreatus, sanctitatem illam quasi nescire voluit, nec sibi sufficere indicauit, nisi pro eo funderetur sanguis illius agni, quem videbat, cui loquebatur,

Hierem. 2. agni solius sancti, solius immaculati. Et reuera, nisi mare illud inimicos nostros operuisset, nisi sanguis ille fusus fuisset, & aqua illa inundasset, sanguis redemptionis, & aqua emundationis, neque huic, neque illi, cui ante hunc dictum est, prius, quàm te formarem in vtero, noui te, & antè, quàm exires de ventre, sanctificaui te, neque aliquem sanctorum sanctitas vlla

Psal. 10. suffecisset, quicunque sancti sunt sancti, vt Aaron, de quo Psalmista dicit: Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum Do-

Luc. 2. mini. Sunt enim plures modi, quibus quidlibet sanctum dici consueuit, ne cùm sanctum audieris, statim perfectum & ab-

Exod. 13 omni putes esse peccato liberum. Scriptum

Deut. 15. quippe est in lege Moysi, quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domini vocabitur. Sanctifica mihi, ait Dominus, omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Israel, tam de hominibus,

Num. 6. quàm de iumentis, mea enim sunt omnia. Et in lege Nazaræi scriptum est: Sanctus enim erit, crescente cæsarie capitis eius. Omnes dies separationis suæ. sanctus erit Do-

Ioanne 1 primogenitus & Nazar. & 16 Luc 1. mino. Et Ioannes quidem istis quoque modis sanctus fuit, vtpote primogenitus, ante quem sterilis mater nullum genuit, idemque Nazaræus, vti angelus locutus est, vinum & siceram non bibet. Sed nunquid omnis eiusmodi sanctus, qui inde sanctus est, quòd primogenitus, immunis à peccato existimabitur? Aut nunquid Nazaræus, quoniam siceram & vinum non bibit, & nouacula super caput eius non adscendit, siue Samson, siue alius quis eiusmodi, ideo consummatæ sanctitatis erit? Veruntamen secundũ illũ sanctitatis modum, quẽ infusio *Matt. 11.* Sancti spiritus operatur, Ioãne sanctior inter natos mulierũ nemo quidem surrexit, sed nihilo minus sancti sanctorum Iesv christi baptismate, id est, sanguinis effusiõe vel eius

vel eius morte indiguit, & idcircò veraci humilitate dixit: Ego à te debeo baptizari.

Matth. 11. Nunc vide hunc sanctum, hunc primogenitum, hunc Nazaræum, quãtum deceat sic esse vestitum (vt euangelista refert) dicens: I-

Ioannis & ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum. *Heliæ vestitus.* Et laudari à Domino, dicente: Quid existis in desertum videre hominem mollibus vestitum? vbi subauditur non, & sequitur: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Verè talis habitus decebat eum vestimentum de pilis camelorũ & zona pellicea circa lumbos, sicut & Heliam,

4. Reg. 1. de quo itidẽ scriptũ est: Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Tales enim vtriusq; fuerunt mores, & zelus austerus, talisque vita, qui non indulgebat sibi, vt esset remissior, fluentibusq; delicijs luxuriaretur. Hoc de isto confestim scriptura presens testatur, quia nõ molliter peccatoribus blãdiebatur. Dixit enim: Videns multos Pharisæorum & Saducæorum venientes ad baptismum suum. *Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Ecce verè hominem non mollibus vestitum, quippè cuius sermo pilis camelorum, quibus vestitus erat, multò est asperior vnde & non potuit esse in domib. regum, imò in domo regis Herodis & reginæ Herodiadis decollatus est propter sermones eiusmodi, sermones veritatis, quib. ipse non mollis, peccatorum molles auriculas & adulatiõis auidas arguendo nimis offendit. Apud Lucam sensus quidem & verba ipsa penè sunt eadem, nili quod hic manifestius designat propter quos maximè sic

Hæretici Iudæorum inceperit, Progenies siue genimina viperarum, videlicet propter Pharisæos & Saducæos, qui erant hæretici Iudæorum. Nã pharisæi ex Hebræo in Latinum interpretãtur diuisi, eò quòd traditionum & obseruationum, quas illi deuteroses vocabant, iustitiã præferebant, vnde & diuisi vocabãtur à populo, quasi per iustitiam. Saducæi interpretantur iusti. Vendicabãt enim sibi quod nõ erant. Corporis resurrectionem negabant, & animam cum corpore interire prædicabant. Hi quinque tantum libros legis recipiebãt, prophetarum vaticinia respuentes.

Luc. 3. Igitur cùm dicit Lucas. Dicebat ergo ad turbas, quę exibant vt baptizarentur ab ipso genimina viperarum: hic autem præmisso. *Tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudæa & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.* Tunc demum sic incipit: *Videns autem multos Pharisæorum & Saducæorum venientes ad baptismum suum dixit eis: Progenies viperarum.* Constat quod pariter quidẽ totam, sed non æqualiter totam gentem malitiæ sæuientis arguit, quod scilicet inuicem inuidendo & inuicem mordendo, Iudæi forent ab inuicem consumendi, maximè autẽ Pharisæi, & Saducæi futuri essent autores vel causa sibimet tanti mali & iræ superuen- *Deut. 32.* turę. Vt pro miraculo debeat esse rarus quisque, qui illã sciret vel posset effugere. Nec verò ita denotauit eos solus vel primus. Si quidẽ prior Moyses inter cętera dixit: Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Nunquid minus est dicere, fel draconum siue venenum aspidum, quã progenies siue genimina viperarum? Et illos quidem Pharisæos, quibus hæc & cætera dixit, putaremus sic venisse ad eum, vt vel lent percipere baptismum, quoniã sic Euangelista dixit, videns autem multos phariseorum & Saducæorum venientes ad baptismũ suum, sed repugnat illud quod alius euangelista magis illos insinuat venisse ad insidiandum. Miserunt (ait) Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, tu quis es? Cumque interrogantibus tandem respõdisset, ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias propheta, post hanc illius responsionem statim subintulit: Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Hoc dicto, deinde sequitur, & interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu nó es Christus, neq; Helias neq; propheta? Per hoc melius intelligitur istud quod ait Matthæus: Vidẽs multos Pharisæorum & Saducæorum venientes ad baptismum suũ, scilicet quia venerant, non vt ipsi baptizarentur, sed vt baptizantem calumniarẽtur, præsertim cùm & alius Euangelista dicat: Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis: Pharisęi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsis, nõ baptizati ab eo. Quod erat illud vel quale

Progenies viperarum

Pharisæi nõ baptizabantur à Ioanne Baptista. Ioan. 1.

Luc. 7. bãtur cęteros, sicut attestatur locis oportunis veritas Euangelij. Vnde apud Lucam *Pharisæi* diligẽter animaduertendum, quia interro- *iusti apud* gabant turbę dicentes, quid ergo faciemus? *se ipsos, cõ* interrogabant publicani veniẽtes vt bapti- *filium Dei* zarẽtur, & dicebant mãgister, quid facie- *spreuerũt.* mus? interrogabant & milites dicentes, quid faciemus & nos? Turbę interrogabant, publicani interrogabant, milites quoque interrogabãt dicentes, quid faciemus? Pharisęi verò nusquã interrogasse legũtur & dixisse, quid faciem⁹? claret igitur q̃ vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.3. quale consilium Dei, quomodo consilium Dei spreuerint pharisæi, non baptizati baptismo Ioannis, quia videlicet erãt superbi, confidentes in se tanquã iusti, suam iustitiã statuere volentes, & iustitiæ Dei non subiecti, vnde & magno supercilio magistrũ pietatis, filiumque patris misericordiarũ Iesum Christum redarguisse leguntur, dicẽdo discipulis suis, quare manducat magister vester cum publicanis & peccatoribus? Porrò quem tu erudieris Domine & de lege tua docueris eum, illa desiderat, vt sciat pœnitẽtiam agere, desiderat vt possit dignos pœnitentię fructus facere. Ille scit, ille confitetur quod iustitia nulla sit, q̃ omnis ex operib. iustitia vana sit, nisi testimonium habeat ex fide huius filij hominis Iesu Christi, cuius sanguis cum aqua fluens de latere eius, vt superius dictum est, nisi iustos omnes emundasset, immundæ & sordidæ essent oẽs iusti tiæ, iuxta illam veridicam confessionem iusti & iustificandi prophetæ Esaiæ: Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannꝰ menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. At illi falso iusti, & verè peccatores, ne istã cognoscerent iustitiam, scutũ sui cordis habebant patrem sue carnis, Abraham, quasi caro Abrahæ, quoniam de illa ꝓfluxerant, sufficere posset eis ad iustitiam. Proinde cùm dixisset: Facite ergo fructum dignũ pœnitentiæ, subiũxit atq; ait: Et ne velitis dicere vos patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radices arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum excidetur & in ignẽ mittetur. Hęc eo dicente, o-

Hier.17. portunè reminiscimur sermonis illiꝰ ꝓphetici ex ore Hier. Maledictus vir qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, vtà Dño recedat cor eius. Erit enim quasi mericæ in deserto, & nõ videbit cùm venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in Dño, & erit Dominus fiducia eius, & erit tanquã lignũ quod transplantatur super aquas, q̃ ad hũmorem mittit radices suas, & nõ timebit cũ venerit æstus. Et erit folium eius viride, &

Iudæi confidebant in homine. in tempore siccitatis non erit solicitũ, nec aliquãdo desinet facere fructũ. Quid (quæso) aliud est velle dicere intra semetipsos, Patrem habemus Abrahã, siue pater noster Abraham est, & hoc aduersus Dominum, ni si confidere in homine, & ponere carnẽ brachium suum, vtà Dño recedat cor eorum? Nam veracĩter vtà Domino corde recederent, imò vt Dominũ in sermone caperent idcircò nõnunquam dixisse leguntur. Pater noster Abraham est, & illud: Nos ex fornicatione non sumus nati. Itemq̃: Semen Abrahæ sumus. Et: Nos aũt Moysi discipuli sumus. Nónne hoc est confidere in homine, & *Ioh.8.9.* ponere carnem brachium suũ. Fiducia Moysi & carnis Abrahæ, spernere consiliũ Dei, & gloriari cõtra filiũ Dei, qui sola & vnica est gloria Abrahæ, siue Moysi, qua remota, inglorius est Moyses, Abrahamq̃; non nisi puluis & cinis? Ne ergo velitis (ait) ita dicere intra vos. Maledictꝰ enim quisq; ille est, qui in carne contra cõsilium Dei gloriatur, *Cunctis a-* vt non faciat dignos pœnitẽtiæ fructus. Ma- *genda est* ledictus est ille sicut Chanaan, de quo dixit *pœnitentia* pater ipsius hanc sententiam maledictionis, Seruus seruorũ erit fratribus suis. Etenim *Gen.9.* ille talis eidem Chanaan similis est, Chananæus & non Iudæus est. Hæc enim dicit Dominus ad Hierusalem apud Ezech. Radix *Ezech.16.* tua & generatio tua de terra Chanaã. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, ille (inquam) non quasi oliua est fructifera in domo Dñi, sed quasi mericæ in deserto in terra salsuginis & inhabitabili, q̃ videlicet arbor ex amaritudine nominata est, gustꝰ enim eius nimis amarus est, & hæc in solitudine & saxosa humo nascitur. Iam (inquit) securis ad radicem eiusmodi arborum posita est vt quę fructum bonum non facit, excidatur & in ignem mittatur, siue illa oliua, siue merica sit. Etenim etiam si de radice bonæ oliuę creuerit, siue oleaster aut merica sit, exciderunt propter sterilitatẽ, propter incredulitatẽ. Inde Apostolus: Si enim (in- *Rom.11.* quit) Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. vide ergo bonitatẽ & seueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate, alioqui & tu excideris. Hoc de inuisibili excisione dixit, *Duplex ex* qua proijcitur incredulus à regno Dei, se- *cisio Iudæorum.* curi excisus diuini iudicij. Veruntamen & alia excisio illorum propter quos vel quibus dicebat, & ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham, & cætera videlicet illa, qua corporaliter quoque excidẽdi erant & extirpãdi de terra sua, securi visibili, scilicet manu Romana. Hinc Psalmi- *Psal.73.* sta prædixerat (Quasi in sylua ligno rum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum, in securi & ascia deiecerunt eam, incenderunt igni sanctuarium tuũ, & cætera. Quid porrò est quod ait, Dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ? Quos vel quales videbat siue digito demonstrabat lapides? Non *Lapides Gentiles.* enim solummodo dixit de lapidibus, sed signanter ait, de lapidibus istis, quo videlicet pronomine solemus vti, quũ digito demonstramus vel demonstrare possumus ipsas res, de quibus nobis sermo est. Et quidem sensus verus est, per lapides rectè intelligi homines gentiles, lapidea simulacra colentes,

lentes, de quibus & nos fuimus vel sumus in filios Abrahæ suscitati per fidem Iesu Christi, sed non leguntur tunc adfuisse vel

Lapides isti, prophetæ & Apostol. veniisse ad Ioan. in Iordanem eiusmodi lapides eiusmodi homines. Quos ergo videbat vel demonstrabat in Iordane lapides? Putas ne illos, quos de Iordane tulit, & quos in medio Iordanis Iosue alueo Domino iubẽte posuit? Elige (inquit Dñs) duodecim viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterũt sacerdotũ pedes 12. durissimos lapides quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria. Fecerũt autem filij Israel sicut eis præceperat Ios. portantes de medio Iordanis alueo 12. lapides, vt ei Dominus imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsq; ad locũ in quo castrametati sunt, vbiq; posuerũt eos. Alios quoq; 12. lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo vbi steterũt sacerdotes qui portabãt arcam fœderis, & sunt ibi vsq; in præsentẽ diem. de hoc & de cæteris constat autoritate Apostoli, quia omnia in figura contingebant illis. Quod cùm ita sit, nónne spiritualiter nobis lapides illi, prophetæ sunt & Apostoli, lapides viui, lapides magni, qui fidem nostrã velut fundamentum portant, necessariamq̃; nobis factis & dictis operum Domini memoriã semper suscitãt? Nam de illis lapidib. cur sicà Domino præceptũ & sic est factum? Quomodo (inquit) interrogauerint vos filij vestri cras dicentes, quid sibi volunt isti lapides, respõdebitis eis. De-

Iosue.4. fecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Dñi Dei nostri, cùm transiret eum. Idcircò positi sunt lapides isti in monumentũ filiorum Israel vsq; in æternum. Nihil verius, q̃ lapides istos, scilicet prophetas & Apostolos, qui significabantur per lapides illos, in monumentum nobis vsq; in æternũ esse positos. Si veraciter dixit Apostolus Christi,

1.Cor.10. petra autem erat Christus, cũ de petra inanimata, de qua populus biberat, fuisset locutus, quomodo nõ veraciter dicat præcursor Christi, lapides isti quos Iosue Dño iubente pro monumẽto posuit, prophetæ sunt & Apostoli: quorũ alios, videlicet prophetas, olim posuit: alios scilicet Apost. sine dubio continuò positurus est? Et prophetæ quidẽ quia profundiora vel obscuriora sacramenta continent, quasi in medio Iordanis alueo sub aquis latẽt. Apostoli verò, quia nuda & aperta facie saluatoris opera testantur, quasi in Galgala positi, quod interpretatur reuelatio, semper sub dio conspectib. omniũ patent. Igitur ne cœperitis, ait, dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę, id est, ne argumẽtemini vos pœnitentia vel pœnitentiæ fructibus non indigere, siue regnum cælorum vobis hæreditarium esse, quoniam secundũ carnem estis filij Abrahæ, quia profectò sola caro Abrahæ ad consequẽdum regnũ cælorum, non magis valet q̃ isti lapides imò cũ de carne Abrahę multi sunt filij diaboli: per verbum illorũ, quorũ in figura positi sunt lapides isti, multi nascentur, qui verè sint filij Abrahæ, verè filij Dei. Nam fides est, quę sola facit filios Abrahæ, caro autẽ sola non prodest quicquam, & talium quisq; virorũ benedictus est, iuxta prophetã supra memoratum, quia cõfidit nõ in homine, sed in Domino, in quo confisus est & Abraham non Deus, sed homo, quia non ponit carnem Abrahæ brachium suum, vtà Domino recedat cor eius, sed Dñs est fiducia eius, & idcir cò non erit, quasi mericæ in deserto, neq; habitabit in siccitate in terra salsuginis & inhabitabili, sed erit quasi lignũ quod transplãtatur super aquas, & q̃ ad humorem mittit radices suas, vt dignos pœnitentiæ fructus facere non desinat. Interea cùm hæc & his similia, quæ cæteri Euangelistæ non tacent, loquereturturbis, hic amantissimus prę cursor Domini, non ignorabat propheticã habens scientiam, qui non esset illi tẽpori vel officio destinatus. quo prædicandum erat cunctis gentibus, qui ex vtero virginis supra naturam hominis natus esset ipse quem præcurrebat mediator Dei & hominum homo Iesus Christus. Hoc vt erat verè instructus spiritu humilitatis, confitetur humiliter, suæq; reputat indignitati, dum præmittens: *Ego quidẽ vos baptizo in aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est, fortior me est.* subiungit continuò: *cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto.* Per calceamenta quippè, cùm sint ex corijs mortuorũ animalium significatur humanitas eiusdem filij hominis Iesu Christi, in qua erat mortalis & passibilis. Vnde est illud: In I-

Psal. 107. dumæam extendam calceamentum meum, id est, notum faciam gentibus incarnationis meæ sacramentum. Hoc per Apostolos erat faciendum, ipse autem Ioannes non erat victurus vsque ad illud tempus, quo Apostoli taliter calceamenta Domini porta-

Ioan.1. uerunt, id est, publicè prædicare cœperunt natũ esse de virgine Deũ & hominẽ Iesum

Matth.1. Christum, quia verbum erat in principio Deus apud Deum, & verbum caro factum est, & sicut angelus locutus est ad Ioseph, quod in beata virgine natum est, de spiritu sancto est. Igitur cùm dicit, qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, prõptum est animaduertere, quam libenter hominis officium subiret, quãta cum dilectione gloriã istam filij Dei, filij hominis, cum illis cælis annunciare & enarrare pergeret:

Caro Abrahæ sine fide nihil prodest.

Hier.17.

Non cadẽ Ioannis & Apostolorum prædicatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Humilitas Ioannis Baptistæ.

Et ipse quidem de seipso ita sentiendo, ita indignum semetipsum iudicando, regulam custodiebat veræ humilitatis, quia nõ considerabat q̃ ipse solus esset præcursor Domini, imò & angelus Domini, sicut de ipso *Malach. 3.* in Malachia spiritus propheticus prædixit, sed illud considerabat, quòd illi futuri essent cæli, qui (sicut iam dictũ est) calceamẽta portando Iesu Christi, enarrarent eius dẽ gloriam Dei. Hæc est regula, quam Apost. *Philip. 2.* breuiter præscribit ad Philippenses his verbis: Nihil per contentionẽ, neq; per inanem gloriã, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorũ. Ipse (inquam) ita iudicando, ita non quæ sua, sed quæ aliorum erant, considerando: & superiores sibi futuros Apostolos arbitrando, regulam custodiebat sanctæ & veræ humilitatis, semetipsum deprimens, tanquã minor esset omnibus illis. Sed nunquid ita iudicabat dominus illis? Nequaquã, sed, Amen *Matt. 11.* dico vobis, ait, non surrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Bapt. Ergo & nullus omnium illa Dñi calceamenta portantiũ, illã dñi de vtero virginis incarnationẽ suo tẽpore publica prædicatione sequẽtib. signis prædicantiũ, maior te est ô Ioannes Bapt. Porro fortitudinem, quã intendit dicẽdo: Qui aũt post me venturus est, fortior me est, miro *Marc. 16.* modo non quidem exprimit, quoniam exprimi non potest, & ineffabilis est, sed parũper significat, ita dicendo: *Cuius ventilabrum in manu sua, & præmundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreũ, paleas autẽ comburet igne inextinguibili.* Quanta (quæso) est fortitudo i- *Fortitudo Christi. Esai 9.* sta, ventilabrum suum habere in manu sua? Non enim saltẽ ita dixit, cuius ventilabrum in manu Dei. Simile illud est, quod in Esaia legimus: Cuius imperium super humerum eius, siue, Et factus est principatus super humerum eius. Neq; iste dicit, cuius ventilabrum in manu Dei. Neq; ille dixit, imperiũ eius, siue principatus eius fact' est super humerum Dei, sed vt animaduertas ipsum in sua fortitudine sufficientem esse sibi, & iste cuius ventilabrum in manu sua, dicit, & ille principatum eius super humerum eius factum esse asserit. Neque ita dicit iste, & prẽmundabit aream dominI, & congregabit in horreum triticum Domini siue Dei, sed aream suã prẽmundabit, & triticum (inquit) suum congregabit. Ergo dominus est areæ, & possessor est totius tritici, & Deus fortissimus ipse est, cuius ventilabrum est, & cui ad ventilandum ipsa manus sua sufficit, sicut humerus suus ad imperium siue principatum tenẽdum satis est, satisq; valet absq; impẽdijs alienis. Igitur Deus est, Deus (inquam) & Dominus omnipotens ipse est, qui auxilio nullius indiget. Quid dicemus fortibus? quid dicemus superbis? Nimirũ quia palea ipsi sunt, humiles autem, & qui timẽt Dominũ, ipsi sunt triticum, verbum autem Domini, verbum incarnatum, verbum plenarie manẽs, & inhabitans in pectore, & spirans de ore huius filij hominis, prq similitudine illis est, & erit venti vehementis, quod tam facilè, imò & multò facilius reprobos & superbos omnes exterminabit, quàm vehemens aura ventus quẽlibet fortis paleam de area cuiuspiam eliminare possit. Omnes eos (ait ipse Dominus per prophetã) auferet *Esa. 57.* vẽtus, tollet aura. Quos eos, nisi omnes fortes fortitudine fallaci, de quibus & ita præmisit, cùm clamaueris, liberent te congregatu tui? Præmiserat etiam & ipsis, effudisti libamen, obtulisti sacrificium. Ergo omnes eos (subauditur, malè fortes) visibiles seu inuisibiles, auferet (ait) ventus, tollet aura, & ita dicendo, magnam diuinitatis fortitudinem, & magnam contrà omnis creaturæ infirmitatẽ esse designat. Multa sunt in scripturis dicta homini, secundum similitudinem sufflantis, exiccatũ est fœnum, & ceci- *Esa. 40.* dit flos, quia spiritus Dei suffiauit in eo. & in Iob, vidi (ait Eliphar Themanites) eos, *Iob 4.* qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Et his similia, per quæ hoc intendit sanctus sacræ scripturæ spiritus, vt facilitatẽ diuinæ omni potentiæ cognoscamus, quòd multũ facilè sit ei, deijcere citò, quicquid contra fortitudinem eius fortiter stare videbatur. Ibidem quoq; apud Esai., vbi præmiserat quod iam *Esa. 57.* dictum est, & omnes eos auferet vẽtus, tollet aura, postmodum subiunxit: Quia spiritus meus à facie mea egredietur, & flatus ego faciã. Frequens est lectio, sed experimẽtum in vita præsenti valdè rarum, vt experiatur quispiam, quẽ diuinitas ad experiendum admittere dignatur, tangendo pectus siue labia eius in momento, siue in ictu oculi, taliter afficiatur tactu sensibili, quẽ B. papa Grego. ibi vult intelligi, vbi ad Heliam loquens dñs dicit: Et post spiritum commo- *3. Reg. 19.* tio, Non in commotione Dominus. Et post commotionem ignis, Non in igne Dñs. Et post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi Dominus. Et quidẽ subtilitas diuinitatis, omnem non solùm corporis, verũ etiam animæ sensum excedit: sed cùm vult, non tantùm animam, verũ etiam corpus tactu suo sensibiliter afficit. Qui videlicet tactus, dum vult, suauis; & dum vult, valdè est terribilis, ita vt quisquis illum sensit, iam penè non sit illi opus verbis edoceri, quæ verè Deus fortissimus spirituum sit, nec penitus ignorat, licet omninò effari non possit, qualis ille sit tremor, quo maiestatem Domini tremere dicuntur etiam sancti angeli.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS,

LIBER TERTIVS.

Esa. 55. OMnes sitientes (ait spiritus sanctus) venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite. *Prou. 5.* Aquę præsenti loco scripturæ sunt quibus spiritualium continẽtur mysteria gratiarum, sicut & illic, Bibe aquã de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuẽtur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Aquæ istę aquæ Domini sunt, & qui cunque emerit eas, eius fiunt, nec Domini esse desinunt. Quid rogo est, quæ cũ omnes *Emere aquas sapiẽtiæ absque argento quid est.* sitientes inuitauerit ad aquas, illos maximè inuitat ad emendum, qui non habent argentum? Ait enim: Et qui non habetis argentum, properate, emite. Certè in omni negotiatione terrena regis illi solent inuitari *Exodus 4.* ad emendum, qui habent vel habere videntur argentum. Hæc autem negotiatio tota cælestis, tota spiritualis est. Quid ergo est argentum non habere, nisi in philosophia seculari, siue prudentia eloquij non confidere? talibus nanque non habentibus eiusmodi argentum, ipsa humilis conscientia, magnum est emptionis pretiũ. Talis erat Moyses, cùm diceret ad Deum: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum? Et in parabolis sapiens loquitur: Stultissimus *Prouer. 30.* sum virorum, & sapientia hominum nõ est mecum: Non didici sapientiam, & non noui sanctorum scientiam. Quid igitur ô æmu- *Contra æmulos & detractores.* le subsannas? Quid obtrectator me laceras? Fateor quia catygetas tuos audiui, omnes sapientes & prudentes eloquij mystici, & omninò nullas habeo diuitias argenti eiusmodi, & si quid percepi de secularibus philosophis, nõ sunt mihi pro diuitijs, siue pro nummis argenteis. Sed nunquid ob hoc mihi ab aquis istis erat desperandũ? imò magis sperandum, quoniam inter omnes sciẽtes, illos qui non habent argentum audio maximè inuitari ad emendum. Subsanna quantum vis, licet scripta mea non nisi insidiando legere velis, & si libet etiam illud dic. *Ioh. 7.* Quomodo hic literas scit cùm non didicerit? Si enim cum illo, in quẽ hoc dictum est, participes fuerimus opprobrij, erimus etiã gloriæ & honoris. Proinde dissimulanda est præsens amaricatio ventris, & commestione libri, quẽ qui deuorauit, erat, inquit, in ore meo tanquam mel dulce, & cùm de- *Apocal. 10.* uorassem tum amaricatus est venter meus & itinere cœpto peragendum est in opere Dei, in intentione quã significauit titulus præscriptus operi, de gloria & honore filij *Luca 7.* hominis. *Ego quidẽ, ait Ioannes, baptizo te in aqua.* Quam vel qualem habet rationem baptizari siue baptizare in aqua? Consilium Dei erat in aqua baptizari, sicut alius euangelista significans, pharisæi autem, inquit, & legisperiti cõ filiũ Dei spreuerũt in semetipsis, num baptizati baptismo Ioannis. Quid ergo habet rationis tale consilium Dei, quod nobis scire prosit? Sunt quidem incõpræhensibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, vt Apostolus ait, sed hæc & his similia *Roman. 11.* non nos prohibent, ne simus laudatores, aut ne velimus habere scientiam viarũ Dei, verum hoc tantum, ne simus nimij scrutatores maiestatis. Quam ergo rationem habeat *Prou. 23.* tale consilium Dei quærimus, non scrutan- *1. Cor. 13.* do nimium, sed laudare optando maiestatẽ Dei, & sicut cætera ex parte scimus & ex parte prophetamus, ita de isto quoq; gratulemur, quod non quidem ad perfectũ cognoscimus, sed ex parte aliquid sublucet, quo delectemur. Quid ilud est? Nimirũ, quia ta- *Consilium Dei, homines baptizari in aqua.* li cõsilio benè disposuit Deus, vt ad ordinẽ suum creatura humana reduceretur. Fuerat quippè homo supra se nimis elatus, quoniã voluit esse sicut Deus, secundum illud fallax serpentis susurium, comedite & eritis *Gen. 3.* sicut dij, scientes bonum & malum. Illum primi hominis tumorem, multi ex eo progeniti homines imitati, deos sese appellari voluerunt. Et nonnulli quidẽ ex eis post mortem suam stulto errore hominum pro dijs habiti sunt, ille autẽ Cæsar Augustus, cuius tempore natus est iste filius Iesus Christus, viuens quoque pro Deo haberi nõ timuit. Vnde adulando illi Flaccus dicit: Præsenti tibi maturos largimur honores, iurandaq; *Horat. epist. lib. 2. epist. 1.* tuum per nomen ponimus aras. Hæc prima fuit altitudo cordis nostri, vt vellent esse homines sicut dij, & hoc est Adæ peccatum, *Rom. 5.* in quo, ait Apostolus, omnes peccauerunt. Porrò humana conditio, siue conditionis humanæ principium, non solùm creatore Deo, verumetiam creatura Dei inferius est, & vt manifestius dictum sit, non solũ Deo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

verumetiam aquæ elemento. Formauit enim Deus hominem de limo terræ, quod vi delicet elemẽtum elemento aquæ inferius
Gen. 1. est & erat, & sub eo latebat, donec diceret Deus: Congregarentur aquæ quæ sub cælo sunt in locũ vnũ, & appareat arida. Multũ ergo terra intumuerat, ordineq; excesserat, vbi homo terrenus altissimo similis esse cõcupierat. Reducendus erat ad ordinem, & docendus, vt sciret confiteri cuius esset conditionis, atque in testimonium eiusdem cõfessionis submergeretur elemento aquæ, quo grauius atque segnius elementum terra est, vnde homo principium sumpsit, & q̃ (sicut iam dictum est) totum in initio sub aquis latuit. Grande habet momentum in ratione iustitię, conditionis huius meminisse, & abrenunciando superbiæ diabolicæ, sub aqua corpus deprimere, ac deinceps memo
Gen. 3. ria tenere, quod Deus propter superbiam dixit homini, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Proinde diligenter animaduertendum est, quod. *Cùm venisset Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, & Ioannes prohiberet eum, dicens, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. respondens ipse, dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Nam verè
Decet nos implere omnem iustitiam. mitis & humilis corde considerabat, quod quamuis sanctus sanctorum esset, nullumque omninò peccatũ haberet, tamen de terra sumptum corpus haberet, quodq; ad iustitiam pertineret, vt humilitatis remediũ, propter quod docendum venerat, ipse in se metipso demonstraret, submittendo aquas, quam assumpserat carnem nostram quæ se ad similitudinem creatoris omnium, extol lere affectauerat in Adã, & sic ait, decet nos implere omnem iustitiã. Respiciebat Ioannes quod de spiritu sancto cõceptus fuerat, & hoc illi ad plenam sufficere iustitiam, nõ inaniter æstimabat. At ille non quidem contradixit Ioanni dicenti: Ego à te debeo baptizari, sed nihilominus vt esset plena humilitatis satisfactio, corporis quoque habitu in semetipso significare voluit, quod longè sit homo inferior Deo, subdẽdo aquis corpus suum, quod secundum materiam terrenam habet fundamentum quo aquæ superiores sunt & in initio fuerunt. Quicunque in hoc non imitantur eum, vt volentes de-
Psal. 62. scendant pœnam recipient, vt nolentes descendant. Scriptum est enim: Introibunt in inferiora terræ. Spreuerunt consilium Dei, sed non vacabit eis spernere iudicium Dei. Iam erat hoc testimonium vnũ testimoniũ aquæ, quod verè esset mitis & humilis corde: Accessit autem & alius testis eiusdem mansetudinis, scilicet species columbæ. *Vidit enim spiritum Dei descendentem sicut columbam, & ve-*
Ioannis 1. *nientem super se.* Ego (inquit Ioannes) vidi, & testimoniũ perhibui, qa hic est filius Dei. Splẽ

Gloria filij hominis.

dida gloria, & gloriosus honor filij Dei, filij hominis, quod dum se submittit aquis, aperiuntur ei cæli, & spiritus sanctus visibili specie super eũ descendit, voce simul audita de cælo. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Veruntamen in his omnibus
Luc. 12. non iam consummata gloria, imò gloriæ initium fuit, cuius vtique finis postmodum huic initio futur⁹ erat similis, ita vt baptizatus illo baptismo, de quo dixit, ego baptismo habeo baptizari, & quomodo creator vsque dum perficiatur: confestim ascenderet de sepulchro ascensu resurrectionis, & aperirentur ei cæli, vt intraret in gloriam
Psal. 109. suam, atque inde spiritum sanctum mitteret discipulis suis, dicente sibi patre, sede à dexteris meis. Verè igitur ait, sic enim decet nos implere omnem iustitiam, quia secũ
Rom. 4. *Ioh. 3.* dum similitudinem illorum quę illic gerebantur, futurum erat postmodum, vt more retur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostram. Quamuis in alijs quibuslibet aquis hoc idem mysterium potuisset celebrari, verbi gratia: in
Cur in Iordane voluit baptizari Christus. Enon iuxta Salin, vbi Ioannes postea baptizasse legitur, quia aquæ multæ illic erant, tamen magis placet magisque delectat factũ hoc esse in aquis Iordanis. Quam ob causam? Videlicet quia signum siue figura horum olim in eisdem perfulserat aquis. Nam fluui⁹ ille, scilicet Iordanis, ex eo cœpit esse memorabilis, quod mortuo Moyse & succedente Iosue, diuisis aquis transitum filijs Israel per alueum suum præbuit sacerdotibus, qui portabant arcam fœderis Domini stantibus super siccam humũ in medio Iordanis. Portaueruntque, ait scriptura, filij Israel de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus imperarat, iuxta numerum filiorum Israel vsque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Io-
Iosue. 4. sue in medio Iordanis alueo, vbi steterant sacerdotes qui portabant arcam fœderis, & sunt ibi vsque in præsentem diem. Lapides illos bis duodenos, prophetas intelligimus
Matth. 11. & Apostolos. Omnes prophetæ (inquit Dominus) & lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt. Benè ergo duodecim lapides in medio Iordanis alueo positi sunt: positi (inquam) non transpositi, neq; Iordanẽ transierunt, quoniam, prophetæ non nisi vsque ad baptismum Ioannis prophetauerunt, aut prophetare debuerunt, Christum esse venturum. Porrò à baptismo Ioannis incipiens,
Actor. 10. duodecim Apostolos elegit, & non perdidit ex eis quenquam, & præcepit nobis (ait Petrus) postquã resurrexit à mortuis prædicare populo & testificari, quia ipse esset, qui constitutus est à Deo iudex viuorũ & mortuorum, huic omnes prophetæ testimoniũ perhibent.

perhibent. Benè ergo duodecim alios lapides portauerunt, de medio Iordanis, vsque ad locum, in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos Iosue, quod interpretatur
Iosue typũ Christi gessit. saluator, qui Mosi successit, & filios Israel in terrã promissionis introduxit, quod Moses non fecit, ipse est iste filius hominis, qui Mosaicæ lege euangelium succedere iussit, & per illud credentibus in se regnum cælorum aperuit. Sacerdotes, qui stabant in medio Iordanis, vt omnia complerẽtur, & donec festinãs populus transiret, nulli melius intelliguntur, quàm hic idem filius hominis primus sacerdos noui, & Ioannes vltimus sacerdos veteris sacerdotij, siue legis & prophetarum finis. Igitur quanuis, vt iam dictum est, in alijs quibuslibet aquis baptizatus Dominus baptismo Ioannis, sacramẽtum designare potuisset baptismi sui, iure magis placet, & ad honorem scripturarum magis pertinet, quod baptizatus, & baptismo illo manifestatus est in aquis Iordanicis. Hîc illud pulchrè occurrit, quod Apo-
Heb. 5. stolus, cùm dixisset, nec quisquam sumit sibi honorẽ, sed qui vocatur à Deo tanquam
Aarõ quoque typum Christi gessit. Aaron, subiungit, atque ait: Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus
Exod. 29. es tu. & c. Denique illa prædicatione pœnitentiæ, & baptismo Ioannis vocatus & clarificatus est à Deo filius hominis Iesus Christus, vt pontifex fieret tanquam Aaron, id est, iuxta quod præfiguratum est in Aaron. Aaron quippe non nisi prius aqua lotus, sa-
Leui 8. cerdotio fungi iussus est, & vestimenta suscepit sacerdotalia, scilicet fœminalia linea, subuculam lineam, baltheumque & tunicã, Superhumerale & Rationale, Cydarim quoq; , & in fronte laminam sacræ venerationis, habentem inscriptum tetragrammaton, ineffabile nomen Dei, quod octauum decus pontificis, maximè illam designat ecclesiam & honorem, de quo loquimur, filij hominis, de quo Apostolo. ait: Propter quod
Philip. 2. & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, & c. De alijs indumentis, quid gloriæ, quid honoris singula mysticè significẽt, perscribere, præsentis non est negotij, nisi hoc solùm, quia quod primum, siue in initio consecrationis suæ, sacerdos Aarõ iussus est aqua lauari, in figura contigit illi, huius summi & veri sacerdotis, qui in initio suæ functionis,
Sacerdotium Christi præstantius, qi. ã Aaron. siue sacerdotij sui, habebat baptizari baptismo Ioannis, & cætera quidem veteris illius sacerdotij ministeria, figurę vel vmbrę fuerunt mysteriorum cælestis & veri huius sacerdotij, sed ex magna parte similitudo deficit. Ille nanque & cæteri sacerdotes, quia morte prohibebantur permanere, habebãt quotidiè necessitatem, quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populis. Hic autem eiusmodi necessitatẽ non habuit, sed semel hoc fecit, offerendo se non pro suis, sed pro populi delictis. Inchoatio sacrificij siue oblationis, qua semetipsum obtulit, ieiuniũ fuit quod continuò ieiunauit, & cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctib.
Luc. 4. postea esurijt. Ita namque incipiens agere pœnitẽtiam non pro suis, vt iam dictum est, sed pro populi delictis, laborare non desijt,
Deut. 18. operans opus salutis, in omnibus obediens vsque ad mortem, morte autem crucis. Verè ergo fidelis & verax De⁹, impleuit quod locutus est. Timebat olim populus audire vocem Domini Dei, & vltra, inquit, non audiam vocẽ Domini mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. & ait Dominus Moysi: Benè omnia sunt locuti: Prophetã suscitabo eis de medio fratrum
Prophetæ pro Moyse suscitatus Christus. suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi. Hunc prophetam esse iustum filium hominis, certum est. Quomodo hũc populus ille petiuit, aut petere sciuit? Cùm enim dixisset Moyses prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies: subiunxit, atque ait: Vt petisti à Domino Deo tuo in Oreb, quãdo concio congregata est.
Exo. 20. Non inuenimus aliter petisse populum, nisi ita, vt scriptura refert. Cunctus autem po-
Exod. 4. pulus videbat voces & lampades, & sonitũ buccinæ, montemque fumantem, & perterriti, ac pauore concussi, steterunt procul dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Si ergo verba hæc populi propetitione Deus accepit, huius prophetarum domini, tanquam populus ita petere, vt petierat ipse Moyses: Obsecro Domine, mitte quem missurus es, quid nisi abundãtiam intelligere debemus gratiæ exaudiẽtis, qui vbi & humiliter petitur, superabundanter
Ephes. 3. dare consueuit? Hinc enim Apostolus dicit: Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generation⁹ seculi seculorum, amen. Fidelis, inquam, & verax Deus, hic impleuit, quod illic locutus est, & hoc testatur columba, imò spiritus Dei, quem vidit descendentem sicut columbam, & ve-
Ioann. 1. nientem super se vidit, & Ioãnes, sicut alius Euãgelista testatur, ait: & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.
Fortitudo Dei per speciem ignis designata. Quàm dissimiles species hic atque illic: Hic species columbæ: illic voces & lampades. Sic ue maximus ignis, & mons fumans, et sonitus buccinæ. Proinde non leuiter accendendum, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 1. dum, quod apud alium euãgelistam Baptista Ioannes cùm dixisset, ego baptizo in aqua, subiunxit, medius autem vestrũ stetit, quem vos nescitis, &c. Puta illum respexisse ad iam dictam promissionem dicentis ad Moysen, prophetã suscitabo illis de medio fratrum suorum, similem tui, & idcircò dixisse, medius autem vestrum stetit, quem non scitis, vt ita subintelligas, ac si dixerit: Ille, cuius fortitudinem sustinere non potuit populus, significatam sibi per speciem ignis, & dixit ad Moysen, vltra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar: loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus ne fortè moriamur. Ille, inquam, abscondita fortitudine zeli ignei similis factus Moysi, id est, homo verus vt Moyses fuit, medius vestrũ stat, tolerabilis atq; affabilis, mitis & humilis sicut colũba, non sicut ignis, & nunc talis de medio vestrũ suscitatur vobis, vt & loquatur vobis Dominus, & non magis moriamini, quam si Moyses loqueretur vobis, si hunc audire vultis. Nam si audire nolueritis, & illic dictum est, ego vltor existam, & hic dico vobis quia ventilabrum in manu sua, & permũdabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Nusquã sacra canonica refert scriptura quod super aliquem sancto rum, siue in aliquibus operibus suis spiritus sanctus, spiritus Domini, tale præsentiæ suę signum dederit. Quis alius nisi spiritus iste Domini per Moysen operatus est in exitu filiorum Israel de terra Aegypti? Denique hoc non soli confessi sunt Magi, dicendo, digitus Dei est hic, verùm etiam Esaias ita declamando dicit: Vbi est qui eduxit nos de mari, cum pastoribus gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritũ sancti sui? Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum, qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens? Spiritus Dñi ductor eius fuit. Ergo per Moysen operatus est iste spiritus in exitu Israel de terra Aegypti, & vbi quinquagesimo die, præsentiæ vel operationis suæ signum dare voluit, non species columbæ, sed species ignis apparuit, ita vt diceret populus id quod iam supra dictum est, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Item vbi post resurrectionẽ huius filij hominis, quinquagesimo die super discipulos eius venit, & præsentiæ suæ signum dare voluit, nõ species columbæ apparuit, sed apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis. Item qui tollere solebat Heliam, sine dubio erat iste spiritus Domini, vnde & abdias, cumque recessero à te, inquit, spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro, & vbi gratię, quam Heliæ contulerat, signum dare voluit non species columbę, sed species ignis apparuit. Cùm enim pergerent, & incedentes sermocinarentur, videlicet Helias & Helisæus, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumq;, & ascendit Helias per turbinem in cælum. Neq; hic, neq; illic ipsa spiritus sancti substantia visa est mortalibus, aut videri potuit, sed vbi & quomodo voluit, competens operationis vel præsentię suæ signũ dedit, ita vt nusquam super ipsum Dominum in specie ignis, nunquam super aliquẽ sanctorum in specie columbæ visus sit. Quare? Videlicet quia diuina natura, quæ vel cuius plenitudo in isto filio hominis Iesu Christo corporaliter inhabitat, satis per semetipsam feruida est, iuxta illud: Etenim Deus noster ignis consumens est, & idcircò nobis expediebat vt fortitudinem eius pietas temperaret, & hæc congruè per speciem columbæ significata est. Porrò nostra, id est, humana natura per semetipsam tepida, imò & nimis frigida est, iuxta illud: Etquia superabundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. & idcircò expediebat, homines Dei zelo bono calefieri, qui videlicet zelus congruè significatus est per speciem ignis. Nullo libentius modo illud intellexerim, quod & Ioannes apud Lucam dicit. *Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni.* Et Esaias: Si abluerit, inquit, Dominus sordem filiarum Sion, & sanguinem eius lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris: quã vt duo data spiritus sancti, duabus dictionibus istis putem significari, in spiritu sancto & igni, siue in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Iste nanque vnus idemque Dominus & spiritus sanctus est & ignis, vnus idemq; & spiritus iudicij & spiritus ardoris: iudicij (inquam) id est, discretionis, quia fidelẽ ab infideli discernens, remissionem peccatorũ per fidem tribuit, quòd est datum primum: ardoris autem, quia purgatum à peccatis homine, deinde boni zeli igne accendit, quod est datum secundum. Vtroque dato perficitur atque consummatur baptismus Christi, cum aqua quæ de latere eius exiuit: & idcircò Ioannes, cùm de semetipso dixisset: Ego baptizo vos in aqua: continuò, vt declararet quanto melior baptismo suo foret baptismus Christi: ipse (inquit) vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Hanc Ioannis, imò suam vel patris promissionem ipse Dominus ante passionem suam confirmare solebat Apostolis suis, sicut & post resurrectionem suã eum cõmemorasse Lucas hoc modo describit. Et conuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent

Spiritus in specie ignis

Exod. 8.

Esa. 63.

2. Reg. 18.

4. Reg. 2.

Coloss. 2.

Deut. 4.

Deut. 18.

Matth. 3.

Hebr. 12.

Mat. 24.

Leuit. 3.

Esa. 4

Baptizare in spiritu sancto & igne quid est.

Actor. 1.

Ioan. 20.

Actor. 1. pectarent promissionem patris: quam audistis (inquit) per os meum, quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto nõ post multos hos dies. Iam quidem patrem illius promissionis, id est, primum acceperant spiritus sancti datũ quod est remissio peccatorum, quia stans in medio illorũ, qua die resurrexit, insuffla

Ioan. 20. uit & dixit: accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & tamen cõuescens præcepit eis, vt expectarẽt promissionem patris, quia videlicet restat secundum eiusdem spiritus sancti datum, de quo & postmodum dixit, sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, &c. Sicut solus de spiritu sancto conceptus est, ita solus hic in spiritu sancto baptizat: nam Ioannes adhuc quidem ex vtero matris suę, spiritu sancto repletus est, sed nõ de spiritu sancto conceptus est, & idcircò in spiritu sancto baptizare nõ potuit, sed cũ cæteris sanctis, gratiã spiritus sancti de plenitu

Ioan. 1. dine huius accepit, sicut ipse quodã loco testatur, & de plenitudine eius nos omnes accipimus. Quid tandem sibi vult, vel quam ob causam de cælo venit vox dicentis, hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè

Luc. 3. complacui? Quid (inquam) nisi hoc idem, quod spiritus Dei sicut columba descendẽs & veniens super eum, & hoc idẽ quod verbum factum, vt Lucas meminit super Ioannem Zachariæ filium: Ad hoc deniq; & verbum Domini super Ioannem factum est, ad hoc spiritus sanctus descendit, ad hoc vox patris de cælo audita est, vt sufficiens legitimumq; perficeretur testimonium super i-

Testimoniũ de Iesu à tota trinitate. sto, quod Christus esset, quod filius Dei esset, non alius, sed iste pauper, iste Iesus à Nazareth, iste qui putabatur filius Ioseph. In testimonium veritatis huius hoc totum

Deut. 19. factum est, vt secundum legem diuinã stabile fieret testimonium, quia scriptum est

1. Ioan. 5. in lege: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Hinc Ioannes Euangelista dicit: Et tres sunt qui testimonium dãt in cælo: Pater, & verbum, & spiritus sanctus. Persona patris ex voce, quę de cælo venit, audita est: persona spiritus sancti, cælis apertis, sicut colũba descendit, persona verbi præsens quidem aderat in carne, sed silebat, neque illa hora qua loquebatur testimonium sui: licet quodam loco dicat, ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: In Ioanne autem testimonium perhibebat,

Ioan. 8. quia super Ioannem, sicut iam dictum est, propter hoc perhibendum testimonium, verbum Domini factum fuerat. Horũ triũ

Ioan. 5. attendens testimoniũ ipse, aduersarijs suis dicebat: Si ego testimoniũ perhibeo de me: vbi subintelligendum est, sicut solent homines de semetipsis testimonium perhibere & per inanem gloriam semetipsos commendare: testimonium meum nõ est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autẽ nõ ab homine testimonium accipio, ego autẽ habeo testimonium maius Ioanne. Hæc & cætera aduersus malitiosam illorum iuidẽtiam dixit, qui accipere nolentes, & se scire dissimulantes testimonium Dei, qui in testificando non potest falli, & cuius testimonium ex manifestis operib. poterat cognosci, miserunt ad Ioanem hominem, quẽ sperabant posse falli, at ille non falsus est, sed testimonium perhibuit veritati. Tunc vtique miserunt ad eum, sperando eum posse falli & agere, volendo vt posset falli, quando facta est quæstio ex discipulis Ioannis, cum eis scilicet Iudæis de purificatione, & venerunt ad Ioannẽ, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Idcircò namq; sic inceperunt, vt inuidiæ aut zeli flamma vreret animam Ioannis, atq; ita cõformatus illis, id est, inuidens factus cũ inuidis, diceret aliquid quod esset contrarium veritati. At ille testimonium perhibuit veritati: nõ potest, inquiens, homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo, & cætera, vsque, qui crediderit in filium, habet vitam æternam, qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Magnitudo testimonij, & ex specie columbæ, & ex eo quod cùm dixisset pater, tu es filius meus dilectus, addidit, in quo mihi benè complacui, reuerenter debet agnosci: Nã species columbæ, id est, spiritus sanctus, descendens & manens super eum in specie columbæ hoc testificatur, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, sicut columba totum quiddam est, cui pars corporis nulla deest. Et hoc dictum, in quo mihi benè complacui, hoc testificatur, quia talis hic filius sola & vnica Dei patris gloria est, & verè in isto solo gloriatur cuncta cleſiæ,

Iesus tentatus à Iudæis per discipulos Ioannis.

Ioan. 3.

Coloss. 2.

Christus gloria & delitiæ patris.

Coloss. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IIII.

celsiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatū tenens, quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter habitare, & per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris sunt, siue quæ in cælis. Rectè igitur pater glorioſus & hic dicit, in quo mihi benè cōplacui, & eundem in psalmo gloriā suam appellat, dicēs ad eum: Exurge gloria mea. De manifestatione eius, hactenus pro posse dictum est. Manifestatus autem, quo vel quali ordine procedere incepit? *Tunc Iesus, ait euangelista, ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo, & cùm ieiunasset quadraginta dieb. & quadraginta noctibus, postea esurijt.* Ecce quale, quam pulchrum medicantis diuinitatis consilium, vt duceret hunc secundum hominem in desertum ad ieiunandum, & ad tolerantiam tentationum, & non iam in paradisum ad manducandū, vbi posuerat hominē primum. Dubitatum est super hoc à quibusdam, propter hoc quod subditur: Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Et rursum: Assumpsit eum in montē excelsum. Sed verè & absq; vlla quæstione conuenienter accipitur, vt à sancto spiritu in desertum ductus credatur, vt illic eum, suus spiritus duceret, vbi hunc ad tentandum malignus spiritus inueniret, & eisdem modis à secundo homine vinceretur, quibus primum hominem se vicisse gloriabatur. Contra primum quippè hominem parentem nostrum in tribus se tentationibus erexit, quia hunc videlicet, gula, vana gloria, auaritia tentauit, & tentando superauit: sed eisdem modis, vt iam dictum est, secundo homini tentato succubuit. Igitur ipse Dominus Deus, qui tulit hominem, quē formauerat, & posuit eum in paradyso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum, præcepitque ei dicens, ex omni ligno paradysi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: permisitq; eum tentari, vt manifesta fierent & angelis & omnibus superuenturis seculis quæ erāt in corde eius, ipse hunc hominem secundum, quem de ventre virgineo formauerat, tulit, siue vt alius euangelista scripsit, expulit in desertū, expulit, inquā, tanquam reum, & illius primi hominis portātem reatū, qa ipse posuit in eo iniquitates omnium nostrum, vt inciperet vapulare ieiunando quicquid in illo vno comedente peccauerunt. Perpulchrum est collationem facere illius primi hominis & secundi in eo quod ille positus fuit in loco amœnitatis & satietatis, & excepto vno ligno appositæ sunt ei omnes delitiæ paradysi, & tamen in illa tali & tanta satietate, de gula in vno tentatus tam facilè succubuit. Hic autem expulsus est in locum horroris & vastæ solitudinis & quadraginta dierum ieiuniū impositum est ei, quo peracto esurijt, & tamen in illa esurie de necessario pane tentatus, tantationi non succubuit, vt vtiliter demonstraret insidiatori per miracula sua, q̄ esset filius Dei, vnde postmodum plenius dicendum erit. Perpulchra, inquam, vt iam dictum est, collatio ex comparatione huius secundi & illius primi hominis: veruntamē quoniam non solùm illud originale peccatum, verumetiam actuales Deus posuit in eo iniquitates omnium nostrū, & ipse puer ille est, de quo propheta prædixerat, quia puer Israel est, & ego dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meū, cuius prophetici præconij præsens euangelista superius meminit, libet latius explanare sacramentum hoc tentationū, quas p nobis puer iste sustinuit: & quia tres fuerūt tentationes, singularum causas siue rationes, per ordinem de sacris proferre scripturis. Igitur vocatus ex Aegypto puer Israel, filius Dei, Dominꝰ Iesus, postquam habitauit Nazareth, vbi & nutritus est, & postquā aquas baptismi trāsiuit, ductus est in desertum à spiritu & cùm ieiunasset quadraginta dieb. & quadraginta noctibus, tentatus ipse, & fidelis inuentus est in tribus tentationibus, vt patrū suorum, filiorum Israel, totidem & easdem tentatiōes euacuaret atq; deleret: qui educti de terra Aegypti, postquam aquas maris rubri transierunt, quadraginta annis per desertū circumducti sunt, & tentati sunt, quia tentauerunt & infideles inuenti sunt. Easdem & totidem fuisse tentationes illorum: quas & quot puer iste iam dictus sustinuit, puer Israel quem ego dilexi, ait in propheta Dominus, ex ordine per scripturam demōstrādum est. Prima fuit tentatio de panibus, sicut scriptum est. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine: Dixeruntque ad eos filij Israel: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame. Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, &c. Tentatio fuit hæc non fidelium, sed infidelium, non quia panem petierunt, sed quia malè & absque fide petierunt. Hinc est illud, saluo sacratiore intellectu, & tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animab. suis, & malè locuti sunt de deo, Dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Nunquid panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Quia sic tentauerunt, idcircò tentati sunt in eo ipso, in quo tentauerunt. Cùm enim dixisset Dominus: Ecce ego pluam vobis panes de

Psal. 107.

Collatio primi & secundi Adæ

Ieſus ductꝰ est à ſuo ſpiritu in deſertum.

Gen. 2.

Mar. 1.
Esa. 53.

Osee. 11.

Tres tentationes Christi, contra tres tentationes in deserto.

Exod. 16.

Deut. 25.

Psal. 77.
Exod. 16.

nes de cælo egrediatur populus & colligat quæ sufficiant per singulos dies, subiunxit atque ait: vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea an non. Die autem sexta parent quod inferant, & sit duplū quam colligere solebant per singulos dies. Quod cū fecissent, duobus modis cōprobatum est quod in lege Dei nō ambularēt, quia cū dictū esset eis, nullus relinquat ex eo in mane, non audierunt, sed dimiserunt quidam ex eis vsq; mane & scatere cœpit vermibus atque computruit. Item cùm dictum esset eis, sabbatum Domini est, idcircò non inuenietur, nihilominus ingressi sunt vt colligerent, & non inuenerunt. Dixit autem Dominus: Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam? Sic incipiens populus ille per hoc vitium, scilicet per gulæ intemperantiam deliquit, & si rectè cōsideres, pestis ista scilicet vitium gulæ permaxima est vexatio generis humani, ex quo suboriuntur plurima sæua atque mortifera vitia carnis, & hæc iniquitas accidit ex radice peccati, quo primus homo, de quo supra dictum est, vetitum lignum momordit. Quomodo iste puer Israel nostrum hoc vitiū in semetipso puniuit & emendauit? Primū quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & deinde cùm esuriret, comedere noluit ad suggestionem tentatoris. Quadraginta, inquā, diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & vlterius siue diutius ieiunando illum affligi, nimiæ fuisset sæuitatis. Dicit enim sacra lex, cui per omnia Deus homo factus obedire dignatus est: Sin autem iudices eum, qui peccauit, dignū viderint plagis, prosternent & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat vt quadragenarium numerum non excedat, ne fœdè laceratus ante oculos tuos habeat frater tuus. Vnus idemq; puer iste sæpè dictus, scilicet Christus & iudex erat & quasi reus, & coram iudicante diuinitate sibimet insita vera humanitas eius prostrata, ieiuniorum plagis verberabatur, non quia peccauerat, sed quia peccata gulæ nostræ super se susceperat. Vlterius non debebit extendi ieiunium, quia, sicut iam dictum est, sacra iubebat lex, vt plagarum modus quadragenarium non excederet numerum. Itaque humilitatem flagellati iā debuit gloria sequi, nō gloria inanis, sed gloria vera, gloria Dei. Inanis gloria fuisset, si secundum suggestionem tentatoris fecisset, dicentis. *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Fortè enim putas, quia gloriam suā manifestauisset, si ad eius dictum lapides facti fuissent panes, sicut in eo gloriam suam postmodum manifestauit, quod ad eius nutū aqua in vinum cōuersa est: sed non ita est. Vbi enim hoc fecit inimium signorum, & sic manifestauit gloriam suā, nō gloria fuit inanis, sed gloria cū fructu quem videlicet fructū protinus euangelista præsentat dicens, & crediderunt in eū discipuli eius. Nunquid crederet in eum tētator insidiosus, aduersarius antiquus, si lapides conuertisset in panes? Dicit aliquis: Nobis ad fidem vel ad cognoscendam Dei gloriam profuisset, qui legeremus si ita factū fuisset. Imò magis hoc nobis ad gloriā Dei prodest quod legimus, quia testimoniū suæ diuinitatis Dei filius diabolo communicare dedignatus, hoc potius respondit, *Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Et remoto diabolo à participatione siue præsentia refectionis, accesserunt angeli & ministrabant ei. Scriptum est autē taliter in hoc libro Deut. Adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei. Secunda tentatio fuit afflictio sitis & penuria aquæ, de qua sic scriptū est. Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Syn p māsiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametata est in Raphidim. Vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moysen, ait, Da nobis aquam vt bibamus, & cætera, vsque & vocauit nomen loci illius tentatio propter iurgium filiorum Israel, & quia tētauerunt Dominum dicentes, est ne Dominus in nobis, an non? Ita miro modo populus & tentabat & tentabatur, & idcircò quia tentabat, iusto iudicio tentabatur. Nā quod populum tentaret Dominus, Moyses loco supra dicto testatur, vt affligeret te, inquiens, atque tentaret Dominus Deus tuus & nota fierent, quæ in tuo animo versabantur. Quod autem ibi quoque populus Dominum tentauerit hoc dicto satis innuit, & vocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerunt Dominum dicentes, est ne Dominus in nobis, an non? Super hac re, id est, super penuria aquæ, non tantum semel, verumetiam & alia vice tentauit & tentatus est & in illam tentationem Moyses quoque & Aaron inciderunt, ita vt dicerent: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquam poterimus elicere? Dixitque Dominus ad eos: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me, coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hoc fuit curiositatis vitium, quia tentauerunt Dominum dicentes, est ne Dominus in nobis, an non? Quomodo hic sæpè dictus puer Israel super hoc vitio tentatus est. *Assumpsit eum DIABOLVS in sanctam ciuitatem*

Vitium gulæ sæua pestis.

Cur non vltra quadraginta dies Christus ieiunauit.

Gloria christi vera non inanis.

Tres tentationes Christi, contra tres tentationes in deserto.

Deut. 8.

Tentatio secunda in siti.

Exod. 17.

Num. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& stat uit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mãdauit de te, & in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum. Ait illi Iesus: Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

Deut. 6. Exod. 17.

Hoc itidem, sicut & primũ responsum, scriptum est in libro Deuteronomij: Non tentabis, ait Moses, Dñm Deum tuum. statimq; subiungit, sicut tentasti in loco tentationis qui videlicet locus non alius intelligendus est, nisi ille iam dictus, de quo ait: Et vocauit nomen loci illius tentatio, qui tentauerunt Dominum, dicentes: Estne dominus in nobis, an nõ? Sanè quod hic dicit: Scriptum est: Non tẽtabis Dominum Deum tuum. & postmodũ: Scriptum est, ait: Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, non sic accipiendum est, tanquam ipse diabolum corrigere voluerit, & sic eum docere, ac si diceret: O diabole, noli me tentare Dominum Deum tuum, quia scriptura tibi contradicit & ab hoc te compescere intendit, tu mihi dicis: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, sed tu potius me Dominũ Deum tuũ adorare debes, quia scriptura dicit tibi: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hoc vel suspicari nimis absurdum est. Nunquid enim Deus aut Dei filius, diaboli Deus aut dominus vocari dignatur? Absit hoc. Magnæ namque est gratiæ, Dominum Deum creatorem omnium velle cuiuspiam vocari Deum. Hinc Apostolus cùm de fide Patrum multa fuisset præclarè locutus: fide inquiens, qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exijt, nesciens quò iret, &c. Interea sic intulit: Ideo nõ confunditur Deus vocari eorum Deus, parauit enim illis ciuitatẽ. Si nec diaboli cõfunditur vocari Deus aut Dominus, quæ gratia, vel quæ beatitudo resonat in hoc dicto de patribus, ideo nõ confunditur Deus, vocari eorum Deus? Cũ igitur dicit diabolo: Scriptũ est: Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies, cùm, inquam dicit, Scriptum est, subaudiendum est homini, quia reuera non diabolo, sed homini scriptũ est, quicquid loquitur aut præcipit lex. Est ergo sensus: Nec ego homo, nec quisquam alius homo tibi aurem præbere debet, vt Dominum Deum suum tentet, siue vt cadẽs ò diabole te adoret, sed audire debet vocem scripturæ dicentis, nõ tentabis, & solum Dominum Deum tuum adorabis. Tertia tẽtatio fuit illius populi, qui quoniam tentauerunt, iure debebat tentari, vbi Aaron in tentationem quoq; incidit, vt contra hoc dictũ legis faceret: Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Nam sicut puer aliquando voluntati suæ dimittitur, vt remoto magistro siue pædagogo pareat ex occasione licentiæ, quale sit stu-

Deus non debet dici deus aut dominus diaboli.

Heb. 11.

Tertia tentatio in vitulo conflatuli. Deut. 6.

dium eius: ita dimissus sibi est idem populus, ascendente Mose in montem, vbi & fuit quadraginta diebus & quadraginta noctib. & non fuerat præfinitum, quando foret reuersurus. Tunc illud contigit, quod scriptura refert: Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moses, congregatus aduersus Aaron ait: Surge fac nobis deos, qui nos præcedant. Mosi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Tunc reuera populus cecidit, & in forma vituli diabolũ adorauit, & quis non audiuit, quis legẽdo admirari non potuit, quam pertinax, quã pronus in illo tali casu suo semper fuerit. Sed venit hic alter Israel, qui legem solus impleret, qui cuncta faceret præcepta iustitiæ quę præcepit lex. Vnde notandum, quia cuncta, quibus tentatorẽ relidit, testimonia tantùm de Deuteron. sumit, quod videlicet Deuteronom. quod dicitur, hoc est, id est, secunda lex, sicut & ipse alter siue secundus Israel dicitur & est, iuxta illud propheticum (cuius & hic euangelista meminit, & nos in locis suis tractauimus) testimoniũ, quia puer Israel est, & ego dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum. Ergo iste alter siue secundus est Israel, post illum Israel patrem duodecim tribuum, qui primitùs in Aegyptum descendit, & multitudinem Israeliticam, quæ inde ascendit: & hæc secunda lex huic maximè posita est. Nam illi præuaricatori populo Israel posita est lex cæremoniarum carnalium, quarum circa ritum cæteri versantur Mosi libri. In isto libro Deuteronomij, id est, secundæ legis, ferè nihil de cęrimonijs agitur, sed cuncta sunt præcepta iustitiæ, præcepta charitatis: & cuncta ferè ad personam numeri singularis familiariter dicuntur, ea, quæ spiritualia continent mysteria vitæ & salutis, & sic Israel compellatur quasi vnus homo, quia hic verè futurus erat vnus homo, qui fideliter & perfectè cuncta persolueret, quæcunq; Deo debebat homo, & hic est verus Israel, verè directus cum deo. Exempli gratia: Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasque mandata Domini, & cęremonias eius, quas ego hodiè præcipio vt benè sit tibi. Hæc & his similia, quæ tã familiariter & sic dicuntur, quasi vni, iste vnus benè audiuit, & benè impleuit, easdemque tentationes, in quibus ille prior Israel, id est, populus Israel, pro parte reproborum inuentus est infidelis, & etiam pro parte electorum repertus est vix parumper fidelis: easdem, inquam, iste sustinẽs, inuentus est fidelis, sic præsens testatur

Exod. 32.

Osee. 1.

Adde, pòst.

Deut. 10.

locus eu-

locus euãgelij, vnde & cõpleta est illi fides conuentionis, quã innuens, cùm dixisset, vt custodias quæ ego hodie præcipio, protinus addidit, vt benè sit tibi. Porrò illa ostensio diaboli qualis putas extitit? Qualiter omnia regna mundi & gloriam eorum, homini diabolus simul ostẽdere potuit, &, vt ait Lucas, in momento temporis? Neq; enim natura rerum siue oculorum hoc admittit, vt de monte quolibet, quãtumuis excelso, cuncta terræ regna regnorumq; omniũ gloria simul & in momento possit ab homine perspici. Nihil tale vspiam sacra scriptura gestũ meminit, quin quod beatus papa Gregorius vno vitę venerabilis viro, nomine & gratia Benedicto, refert, quia dum quiescentibus fratribus instans vigilijs nocturnæ oratiõis tempora peruenisset, ad fenestram stans & omnipotentem Dominum deprecans, subito vidit fusam lucem desuper cũctas noctis tenebras effugasse, tantoq; splendore clarescere, vt diem vinceret lux illa, quæ inter tenebras radiasset. Mira autẽ valdè res in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narrauit, omnis etiam mundus, velut sub vno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Verùm ista res admirationem habet aliam, quia (sicut iam dictum est) animæ videnti creatorem angusta est omnis creatura, & quòd ante illius sancti oculos collectus fuisse mundus dicitur, hoc egit cũ homine omnipotens Deus, & non cælum & terra contracta est, sed videntis animus dilatatus est, qui in Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne quod infra Deum est. Cùm hæc dicit, addens etiam hæc, in illa ergo luce, quæ exteriorbus oculis fulsit, lux interior in mente fuit qui videntis animũ, quia ad superiora rapuit, ei quam angusta essent omnia inferiora monstrauit, cùm, inquam, hęc dicit palam astruit, quia prospectus ille mẽtis magis quàm oculorum fuit. Illud mirantes veneramur, quod egit cum homine omnipotẽs Deus: de isto verò quid dicemus, quod circa hominẽ Deum dei filium tentator egit diabolus? Si qua vobis scriptura narraret similiter eum fecisse circa quemlibet hominum, vt in momento tẽporis mundum illi ostenderet vniuersum, non dubitaremus dicere, ostensionem spiritualis nequitiæ visumque fuisse phantasticum. Nunquid & hunc hominem, quem explorabat vtrũ esset filius Dei, per suas phantasias diabolus est ausus aggredi? Animus fidelis hoc vel cogitare perhorrescit. Sed ne abhorrescas, quia quanto maior tentatoris iniuria, tanto gloriosior victoris patientia. Confer phantasias eiusmodi cũ phantasijs quas patimur, quoties tẽtamur omni quod in mundo est, ex concupiscẽtia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitę.

Quæstio.

Grego. in dialo. lib. 2. cap. 35.

Responsio.

Quotus quisque est, qui non in tentatione qualicunq; concupiscentię lenocineo mulceatur, fortè etiam inuitus? Nec mirum, nã nos phantasias intus patimur, eiusmodi autem phantasiæ, quę de foris veniunt vel foris fiunt, aliquando non solũ non delectant, verumetiam sensib. corporis molesta sunt: & si à tentatore huic filio hominis adductę sunt, indubitanter absque peccato eius, & accesserunt & recesserunt, vt dicas cum Apostolo, tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato *Cùm aũt audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secesit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum maritimam in finibus Zabulon & Neptalim vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetã: Terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trans Iordanem Galilæa gentiũ: Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cælorum.* Quãdiu Ioannes prædicauit nequaquam Iesus publicæ prędicationis officium subijt, sed postquam in traditione eius clausum est os prophetarũ & legis, omnes enim prophetę & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, tunc demum id, quod prophetatũ fuerat successit, id est, euangeliũ Christi effulsit. Fecerat quidem aliqua, iamq; habebat discipulos, & docebat eos, sicut euangelista Ioannes latius meminit, feceratq; signa multa coram discipulis suis, quorum fuit initium, quod aquas in vinum vertit & decè. quibus idem euangelista dicit, quia cũ esset Hierosolymis in pasca, in die festo, multi crediderunt in nomine eius, ex quibus Nicodemus, nemo enim, inquit, potest hęc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo: & nondum missus fuerat in carcerem Ioannes, sed (sicut iam dictũ est) nequaquã publicum prędicandi officium subierat, neque ipsos discipulos qui ad eũ venire & audire cœperant, ad hoc vocauerat, vt relictis omnibus ipsum sequerentur. Ab eo prę sens euãgelista narrationem suam inchoat, quod in Galilæam Iesus secesit, prætermittens, cum autem audisset, quòd Ioannes traditus esset. Præter sensum supra dictum, hoc etiam in hac temporis designatione considerandum est, quod exemplo suo docuit, sicut per Apostolum suum dicturus erat, nemini dandam vllam offensionem, quia videlicet offendebantur qui offendi volebant, scilicet maximè Pharisæi, qui spernebant cõsilium DEI, non baptizati baptismo Ioannis, & hoc optabant existimari, quod inter Iesum & Ioannem, & inter discipulos eorum per contentionem & per inanẽ gloriam fieret aliquid. Hinc est illud apud Euangelistam Ioannem: Facta est ergo quæstio ex discipulis Ioannis cũ Iudæis

1. Ioan. 2.

Hebr. 4.

Esa. 9.

Christus ante carcerem non prædicauit publicè.

Matth. 11. Ioan. 2. 3.

2. Cor 6.

Luc. 7.

Ioan 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de purificatione, & venerunt ad Ioan. & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. *Ioan. 4.*

Item post aliqua: Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Ioannes: quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Vtrumq; ergo rationabiliter obseruatum est in eo, quod non nisi postquam Ioannes traditus est prædicare cœpit Iesus, scilicet vt ordinatè legi & prophetis quorú Ioannes finis erat, euangelium succedere, & inquantum fieri poterat, quod ex ipso erat, nemini vllam offensionem daret. Quæ autè causa fuerit, vt secedens in Galileam tam ei tò relicta ciuitate Nazareth, veniret & habitaret in Capharnaum, Lucas manifestius enarrat. Dicebant enim illi: Nónne hic est filius Ioseph, & repleti sunt, ait, omnes in synagoga ira, & surrexerunt, & eiecerunt illú extra ciuitatem, & duxerunt eum vsque ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent illú. Ipse autem transiens per medium illorum ibat, & descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat. Hoc ita factum est, vt adimpleretur, ait, quod dictú est per Esaiam prophetam: Terra Zabulon & terra Neptalim, &c. Hoc taliter per prophetam dictum est. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordané. Quid est quod sumptum testimonium non ad integrum scripsit. Duas nanque omisit partes præcipuas, primo tempore alleuiata est, & nouissimo aggrauata est. Quid, inquàm, est, quod istas partes omisit? Videlicet, quia nó erat hoc in intentione, seu voluntate prædicantis, & euangelizantis, vt primo tempore alleuiata terra illa, nouissimo aggrauaretur, id est, vt præsentis Domini prædicatione, & miraculis illustrata Iudæa, tandem assumpti in cælum euangelium repelleret, & vitæ æternę indignam se iudicaret. Futurú quidem erat, & idcircò Esaias, reuelante spiritu prophetico, prædixerat, quia sic futurú erat: veruntamen non ea Dñs intentione illud prædicare cœpit, vt nouissimo tempore, id est, consummatis omnibus salutis nostræ sacramentis, Iudæa cor suum aggrauaret ac repelleret vebum fidei. Testes sunt illæ lachrymæ, testis illa lamentatio videntis ciuitatem & flentis super eam, quia voluntatis eius non fuit, quod illa taliter cor suum aggrauauit, quod tempus visitationis suæ cognoscere noluit. Hoc solú erat in intentióe prædicátis, illuminare, vt Zacharias quoq; cecinit, his qui sedebant in tenebris & in vmbra mortis ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Rectè igitur prouidus euangelista solú hoc in intentione eius fuisse significauit, dicendo, vt impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, &c. Terram Zabulon & Neptalim, viam maris trans Iordanem Propheticus spiritus oportunè in tanta re declamauit, quia videlicet non nihil pertinuit ad felicitatem nuncij tam boni, nominare locum, vnde primo auditum fuerit, quod omnes sancti tanta expectabãt attentione, quantam insinuare contendit in eodem propheta mirabilis eloquentia sanctæ sapientiæ, dicendo: Et eleuate signum ad populos, ecce Dominus auditú fecit ab extremis terræ. Puta, vel ipsum Ioannem, qui tunc traditus erat mox, vt postmodum decollatus est, ad inferos properando signú eleuasse ad omnes sanctos, qui hũc expectabant ab origine mundi in tenebris & in vmbra mortis, & dixisse: Ecce Dominus auditum fecit à terra Zabulon, & à terra Neptalim, & à via maris trans Iordanem Galileæ, id est, secus mare Galilææ. Sicut alio iam loco dictum est, non solú illud tantillú, quod euangelista de propheticis præscribit testimonijs, respicere debet lector studiosus, siue auditor attentus, verumetiam illa, quæ assumptis adhærent capitulis, quæ precedũt siue quæ sequũtur, velut si domui, quæ fortè per industriam absq; fenestris subobscura facta est, lucerna intromissa videre debeas qualis sit intº, qualis sit situs in medio vel in circuitu eius, & quidem sicut euangelistę, quoniam breuitate opus erat, amplitudinem testimoniorum vel scribere non vacauit, ita & nobis, quia fortè fastidiosum fieret opus, non vacat cũcta prosequi, quę ipse breui significatióe illustrauit: verútamen in aliqua parte eorum, libet hac aliquantisper immorari. Præmisso, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, subinde idem propheta inter cętera, dicit: Iugú enim oneris eius & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis. Onus siue iugum oneris eius, scilicet populi qui ambulabat vel sedebat in tenebris, peccatum erat, virga humeri eius, peccati erat, exactor eius diabolus erat: sceptrum exactoris illius, ius vel principatus mortis erat: Quomodo hæc Domine superasti? Nimirum nouo genere prelij, sicut in die Madian, id est, secundum mysticam similitudinem prelij, quo (sicut habemus in lib. Iudicum) dux Gedeon cũ trecentis viris superauit Madian. Non enim sic in illo die pugnatú est, sicut antè vel post pugnauerunt cęteri duces iudices & reges Israel: sed diuisis trecentis viris in partes tres, dedit tubas in manibus eorum, lagenasq; vacuas ac lampades in medio lagenarum. Cumque per gyrum castrorum in tribus

Esa. 62.

Testimonia euangelij amplificãda sunt.

Esa. 9.

Quæstio.

Responsio.

Luc. 19.

Luc. 1.

Addo, pœna seu reatus, aut similem quid.

Iudic. 7.

tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamauerunt que, gladius Domini & Gedeonis. Omnia itaq; castra turbata sunt, immisit Dñs gladium in omnibus castris, & mutua sese detruncabant. Prædixerat autem eis Gedeon. Quod me facere videritis, hoc facite. Secundum similitudinẽ illius prælij pugnare debere à tempore euangelicæ prædicationis, & regnum exactoris diaboli superandũ esse propheta prædixit. Quam ob causam? Paruulus enim, inquit, natus est nobis, filius datus est nobis. Antequam paruulus iste nasceretur nobis, antequam filius iste daretur nobis, non solùm licitum, verumetiam laudabile erat, regibus, sacerdotibus, prophetis, patriarchis, ferro dimicare & sangui ne præliari, sicut fecit Dauid, sicut fecerunt insignes Machabæi contra gentes, quæ contendebant exterminium facere Israeliticæ gentis, agente spiritu diabolo, vt exinaniretur verbum promissionis, vt non esset vnde paruulus iste nasceretur nobis, sicut patribus, primoq; fideli Abrahæ fidelis Deus repromisit. At nunc, quoniam paruulus iam natus est nobis, quoniam filius datus est nobis, paruulus siue filius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, quid opus est materialib. armis? Quid periculi est in hoc, si extirpetur arbor, quoniã fructus omnis assumptus est, & turo repositus loco? Mutetur modus prælij & pugnetur sicut pugnatum est in dieb. Madian. Sint lampades in lagenis fragilib. in vasis fictilibus, id est, dona gratiarum cę lestium in corporum mortalium membris corruptibilibus, sint & tubę verbi Dei, quarum sonitu hostes visibiles & inuisibiles terreantur. Lagenæ in sinistris, tubæ habeãtur in manibus dextris, id est, in minore corpora, in maiore vebum Dei prædicandum habeatur, cura vel diligentia. Quid si corporum fragiles hydriæ confringantur? Nirimirum tunc amplius flammabit miraculorũ clarissima luce, & martyres pretiosa mor te coronati, exinde fortius pręliabuntur. Fecit hoc primus ille Gedeon secundũ litecram, & quod me facere videritis, ait, hoc facite: fecit hoc primus iste filius hominis secundum spiritum, & hoc est, ait, præceptũ meum, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos, maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, quã vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quoniam ergo sic pugnandum erat, quoniam materialis gladius iam necessarius nõ erat, videamus quales sibi milites, siue militiæ duces elegit. *Ambulans iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piscatores, & ait illis. Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. At illi continuò relictis retibus, secuti sunt eum: & procedẽs inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.* Sicut sol visu suo, specularia non solũ vidit, verumetiam suam in illis imaginem format, & imago eius ex ipsis relucet: ita quodammodo verus iste sol vidit Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem, simplices & tenebrarũ partem nullam habẽtes, & idcircò lux ab eis compræhensa est, imago veræ huius lucis in eorum cordibus per fidem formata est. Ista virtus tenebrarũ non fuit ad compræhendendum, sed obtusa corda gerentes, repulerunt. Exempli gratia, ita vt dicerent: Vnde huic hæc omnia: & quæ est sapientia quę data est illi, & virtutes quę per manus eius efficiuntur? Nónne iste est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis, & non poterat, ait euangelista Marcus, ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manib. curauit, & mirabatur propter incredulitatem illorum. Et qualès istos inuenit, aut vidit, quorum cordis puritatem, & lucidam fidem penetrauit? Mittentes rete in mare, vidit eos, siue retia sua reficiẽtes, erant enim piscatores. Quare autem pauperes potius quàm diuites Deus elegit, Imò quos elegit ante cõstitutionem mundi, quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, quos vocare, iustificare & magnificare ꝓposuerat quare pauperes in hoc mũdo nasci vel fieri voluit? Nimirũ propter eruditionẽ ipsorum, quia videlicet cõscientia paupertatis grãde est instrumentũ, & valens documentũ, vt creatura teneat vel cognoscat id, quod coram creatore perpulchrum & valdè iustum est, scilicet ordinem suum. Quem vel qualem ordinem suum? Profectò illum, quem Apostolus magno clamore, grandi exclamatione, nobis intimare nititur dicens: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incõpræhensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Dñi? Aut quis cõsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei? Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorũ. Amen. Iste est ordo legitimus, ordo necessarius, vt creatori creatura subijciatur, sciendo & confitendo, quia ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia quęcũq; bona beatus homo vel sanctus habet angelus, & ad huius sanctæ rei cognitionem siue cõmonitionem multum valet, vt iam dictũ est, memoria retentus priscæ paupertatis caminº, de quali & filij Israel vocati sunt & in quali Pet. & cæteri Apost. hões sine literis & idiotę & ꝓterea censu pauperes inuẽti sunt,

Simplicitas primorũ Apost.

Matth. 13.

Marc. 6.

Quæstio.

Rom. 8.

Responsio.

Rom. 11.

In omnibus humiliari oportet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid multa? Nimirum quanto plura sancti dona Dei percepturi erant, tanto maioris conscientia paupertatis indiguerunt, vt eadem dona portarent stabiles & firmi, fundati in spiritum humilitatis. Nam domini sunt cardines terræ, pro quo in Hebræo scriptum est, vt ait beatus HIERONYMVS afflicti terræ, & posuit super eos orbem. Afflictio hæc humilitas est, quæ ad portandum orbem constantes eos facit & fortes. Denique quod facit in corporibus, siue rebus corporalibus, vt aliud tardius, aliud citius moueatur, flante vento seu mouente manu: hoc facit in mentibus humilitatis virtus, vt succedentib. prosperis spiritualibus, non extollatur animus pristinæ paupertatis, seu cuiuslibet infelicitatis sibi conscius. Orbis, quem super huiusmodi afflictos Dominus posuit, ecclesia ipsius est, quam illis regendam commisit. Hinc est illud, quod huic Simoni Petro dixit: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Super petram fidei, quam confessus est Petrus, ecclesiam suam ædificauit, eamq; regendam illi, cæterisque Apostolis, eorumque similibus commisit.

1. Reg. 2. Cardines terræ, Apostoli.

Quid tandem de mutatione nominis dicemus, quam (vt suprà iam dictum est) & alius euangelista scripsit manifestius, & iste non omninò tacuit, dicendo, Simonem qui vocatur Petrus. Quæ causa vel ratio fuit mutationis huius? Nunquid enim otiosè, id est, sine causa, sine ratione mutaret vocabulum hominis sapientia Dei Iesus Christus? Dum de vno quærimus, alterius quoq; recordemur. Qui enim dixit huic, tu es Simon filius Ioanno, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, ipse idem quondã dixerat cuidam alteri: Quod nomen est tibi? Illo respõdente, Iacob, ait ille: Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel. Præter duos istos, quorũ alter in veteri, alter in nouo testamento notissimus est, alios in sanctis nõ inuenimus scripturis, quorum Deus vocabula cõmutauerit: licet quibusdam posuerit, vt Isaac: alijs adauxerit vel minuerit, vt Abraham & Sarai, hunc Abraham, & illam vocando Saram. Quæ igitur causa vel ratio fuit in istis mutãdorum nominum? Arbitrari licet, quod in ambobus mutationis nominum causa fuerit, instans mutatio rerum. In illo priore, cui dictũ est: Nequaquã Iacob appellabitur nomẽ tuum, sed Israel, mutãdarũ sententia rerũ fuit hęc. Quoniã si contra Deũ fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? Nã contra homines prævalere, quid aliud est, quã homines interficere? Extũc genus Iacob siue Israel non solũmodo permissum, verùm etiam præceptum habuit peccatores occidere, & in primis Chananæos, quos iustè terra debuit euomere. Exempli gratia: Vade, inquit Dñs ad Saul, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius: Non parcas ei, sed interfice à viro vsq; ad mulierem, & paruulum atq; lactantem. Hoc non tantummodò permissum, verũ etiam vsq; adeò fuit præceptum, vt cùm ille pepercisset, diceret Dominus ad Samuel: Pœnitet me, quòd constituerim Saul regẽ, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. ab initio autem nonita fuit, sed omnis qui occiderit Cain, ait idem Dñs. septuplum punietur. Quomodo respondit Dominus dicẽtibus sibi, quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere vxorem: ferè similiter respondendum est, si quæras, quid Dominus homines mandauit interfici, dicendo, quanto magis cõtra homines prævalebis? Respondens ait: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliã duxerit, mœchatur. In isto posteriore mutandarum sententia rerum hæc est: Conuerte gladium tuum in locum suum. Exemerat enim gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotũ, amputauit auriculam eius. Si ergo quæras, vt iam dictũ est, quid Dominus mandauit, peccatores interfici: & quid dixit, quanto magis contra homines prævalebis: ferè similiter respondendũ est, vt de libello repudij, quoniam Dominus ad duritiam cordis hoc mandauit fieri, ab initio autem nõ sic fuit. Quorum ad duritiam cordis? Nimirum hominum talium, quales fuerunt Amalechitæ siue Chananæi, & cæteri, quorum diabolus cor obdurauit, vt nõ solùm seruirẽt creaturæ potius, quàm creatori, verùm etiam vnicum cultorem creatoris populum Israel conarentur omnibus modis aut facere conformem sibi, aut omninò extirpare radicem gentis eiusdem, vt non esset, vnde compleretur benedictio, quam Deus Abrahæ repromisit, quamque exigebat ille Iacob dicendo, non dimittam te, nisi benedixeris mihi: & audiuit, quoniã contra homines prævalebis. Propter eiusmodi duritiam cordis mandauit Dominus peccatores interfici, & qui hoc fecerunt, iudices Israel, & patriarcha Dauid, & præclari laudantur Machabæi. Ab initio autem non sic fuit, sed quicunque occiderit Cain, septuplum punietur, ait DOMINVS. Et nunc idem loquitur ad istum, cuius mutauerat vocabulum, significans (vt iam dictum est) mutationem rerum. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, subauditur, nisi pœnitentiam egerint, & apud

Cur Petro mutatum nomen.

Ioann. 1.

Gen. 32.

Cur Iacob dictus est Israel.

Leui. 20.

1. Reg. 15.

Gen. 4.

Mat. 19.

Vsus gladij cur Apostolis præceptus.

Matt. 26.

Luc. 22. & apud alium euangelistam, dicentibus Apostolis, Domine, ecce gladij duo hic, dixit eis: Satis est. Item sinite vsq; huc. Quod prudens auditor sic intelligere debet, ac si diceret, Gladijs materialibus iam satis factũ est, & in illis huc vsq; necessario pugnatum est, ob defensionem carnis, de qua me Iesum Christum oportebat nasci: iam sinite gladios eiusmodi, & pugnate nouo genere prælij, sicut pugnatum est in die Madiã, id est, sicut significatum est illic, vbi Gedeon superauit Madian. De illo prælio iam superius dictum est. *Et circuibat Iesus totã Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnẽ languorem, & omnem infirmitatem in populo, & abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, varijs languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant & lunaticos & paralyticos, & curauit eos, & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & Hierosolymis & Iudæa & trans Iordanem.* Opera huiusmodi opera pietatis, quorum hæc inilumbã prætia fuerunt, portendebat signum illud, siue figurata. significatio præsentiæ spiritus sancti, quæ super eum apparuit, scilicet species columbæ, quæ nimirum auis naturaliter mitis est, & septem habet insignia pietatis, quæ numerare solent Physici, quia sine felle est, & gemitum pro cantu habet & in foraminibus petræ siue cauerna macerie nidificare solet, & nihil viuum comedit, & grana candidiora eligit, & pullos alienos nutrit, & iuxta fluenta plenissima residẽs, inuidiosum prævidet atq; effugit accipitrem. Omnium pietatis operum, quæ per hæc septem columbę naturalia bona significantur initia fuerunt hæc, quæ hoc loco narrantur, septem comprehensa dictionibus: quæ sunt, sanare omnem languorem, & omnem infirmitatem, & omnes malè habentes, varijs languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos. Itidem qui secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & Hierosolymis & Iudæa & trans Iordanem, initium fuit populorum siue gentium multarum, quæ habebãt ad illum concurrere, iuxta illud Esaiæ: Et gentes, quę tenõ nouerunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum & sanctum Israel, quia glorificauit te: Et in hoc initio finem vel consummationem propositi suimeditabatur incarnata sapientia Dei, vnde adhuc plenius dicendum erit.

Iudi. 7.

Mat. 19.

Operæ pietatis per eo lumbã prætia fuerunt figurata.

Esa. 55.

LIBRI TERTII FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS,

LIBER IIII.

Cant. 5. Christi studia in scripturis vt eas adimpleret.

ECclesia in Canticis dilecti sui pulchritudinẽ prædicans, dicit inter cætera: Oculi eius sicut colũbæ super riuos aquarũ, quæ lacte sunt lotæ, & residentiuxta fluẽta plenissima. Quid est hoc dicere, nisi qui studia eius quamdiu in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est, sacra semper intendebant scripturæ, sicut in Psalmo primo prædictum fuerat, sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Eiusmodi studia eius spiritum sanctum decuit ita significare, vt descenderet super eum in specie columbæ, quia in eo requieuerunt omnes spirituales gratiæ, & anima eius apertis cunctarum gratiarum oculis, residebat iuxta fluenta plenissima, id est, cunctas contẽplabatur, vt adimpleret veritatis scripturas, quicquid de ipso in lege Moysi, & prophetis & Psalmis scriptum fuerat: & quod cum magna reuerentia cogitandum nobis est, secundum dispositionem rerum, quas meditabatur, habitum vel actiones suas disponebat exterius. Hinc est id quod post ea quæ supra dicta sunt, continuò sequitur.

CAP. V.

Videns autem turbas, ascendit in montem: & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cælorum. Futurum quippè erat, nec ipsum latebat, & hoc sine dubio meditabatur, imò & (sicut quodam loco dixit) artabatur vsque dũ perficeretur, & vt ascenderet in cælum, & ibi sederet ad dexteram maiestatis in excelsis, iuxta illud: Ascendẽs in cælum, captiuam duxit captiuitatem. siue illud: Dixit Dominus domino meo, sede à dextris. Pulchrè autem, quia ascensurus erat in altitudinem cæli, ipse in montem, id est, excelsum terræ locum, ascendit, quem

Luc. 12. Ephe. 4. Psal. 109.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel Thabor vel quælibet alium in Galilæa montem excelsum oportet intelligi, quia postquam finiuit sermones suos, statim sequitur. Cùm autem introisset Capharnaũ. In montem eiusmodi, videns turbas, ascendit, quia futurum erat, vt visis turbis, ascenderet (sicut iam dictum est) in altitudinem cæli. Quid enim fecit hic tota vita sua, nisi qui vidit turbas? Vidit planè, vidit turbas generis humani, & non quomodocunque vidit, sed ita vt miseriarum nostrarum caperet experimentum, iuxta illud: Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, id est, ipse suscepit, & in semetipso expert⁹ est, quia fragile est mortale corpus nostrum. Ita vidit, vt misereret, ita misertus est, vt miserias nostras consolaretur, id est, beatitudinem salutis æternę per passionem & mortẽ suam nobis operaretur. Hoc facto, iamq; sedente eo ad dexteram patris, accessuri erant ad eum discipuli eius, videlicet accessu mentis, & profectu fidei, perseuerãdo in spe ꝓmissi quod promiserat eis, & expectãdo ꝓmissionẽ patris, quã audistis (inquit) per os meum, &c. Pulchrè igitur sic factũ & sic dictũ est, & cũ sedisset, accesserũt ad eũ discipuli eius. Itidem futurum erat, vt illic sedens ad dexteram patris, magis ac magis aperiret illis sensum, vt intelligerent scripturas, videlicet docendo illos omnem veritatẽ per spiritum sanctũ quem dedit illis sicut promiserat. Eius rei congrua significatio est in eo, quod hic ait Euangelista: Et aperiens os suum docebat eos, &c. Nunc iam literæ vel sermonis huius seriem ingrediamur. Aperiens (inquit) os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cælorum. Huiusmodi locutio siue dictio, aperiens os suum, in secularibus literis pro vitio ducitur, & pleonasmos, id est, adiectio vnius verbi superuacua dicitur, vt illic: Sic ore locuta est. Neq; enim quisquã loquitur nisi ore, nec aliter loqui potest, nisi aperiat os suum. Porrò, in sacris literis, & maximè hic, nequaquam adiectio superuacua est, sed multum ad negotium pertinet, si illud os Domini cogites, quod Euangelistam diuinum attendisse decet. Quod est illud os Domini, nisi scripturæ per quas nobis loquitur spiritus Dñi? Istæ clausæ fuerant, clausæ (inquam) & signatę pro ratione temporis erant, & vt claudereẽt eas, ipsi qui scripserunt, præceptum Domini habebant. Exempli gratia: Tu autẽ Daniel claude sermones signa librum, vsque ad tempus statutum. Et ad Esaiam: Liga testimonium, signa legẽ in discipulis meis. Quomodo vel quibus scripturæ Christum prænũciantes, clausæ erat? Vtique spiritualia sic annũciando, vt carnalia sonare viderẽtur, illis præcipue, quorũ carni subditus & terrrenis cupiditib. dedit⁹ erat animus. Exempli gratia: Et dominabitur à marivsq; ad mare & dabitur de auro Arabiæ. Hæc & his similia Iudæi legentes, aureamque & gemmatam Hierusalem terrenam, regnante Messia, se habituros sperantes, beatos putabant esse diuites, cæterisq; rebus vel modis prosperatos, quibus mũdus inaniter gaudet. Clausum ergo erat os Domini, id est, scriptura, quæ est os Domini, nec nisi docente ipso, poterat eiusmodi os aperire. In aperiendo quid primũ dixit? *Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Hoc primum cecinit canticũ beatitudinis cithara gloriosa, cithara sonora & dulcis, cui tota erat, & est insita musica patris, vniuersa sapientia Dei, qui & dicebat ad eum iamdudum in propheta: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: Octo chordis antiquus citharæ fiebant, & quæ per primam, eadem vox resonabat per octauam, secundum musicæ naturalem vim, quia tantũ septem sunt discrimina vocum, & octaua vox eadem quæ prima est, quod cantoribus peritis, id est, musicis, non incognitum est, & quod non minime delectat in ista beatitudinum cantilena, quæ prima, eadẽ octaua sententia est, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Celeberrima est apud doctores ferè omnes decantatio hæc octo beatitudinum, nec opus est superaddere quicquam ad ipsorum tractatum, nisi hoc solum, vt ostendamus, quia sicut cætera Dominus noster, ita & hoc secundum certam locutus est autoritatem scripturarum. Nam quod paupes spiritu verè beati sint, vel quòd ipsorũ sit regnum cælorum Abraham, Isaac, & Iacob pro exemplo vel testimonio sunt, qui pa uperes spiritu fuerũt, sicut enarrat sacræ historiæ textus, & memorat Apostolus. Cõfitentes (inquit) quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere, & siquidem illius meminissent, de qua exierãt, habebãt vtique tempus reuertendi, nunc autem melior ẽ appetunt, id est, cælestẽ. Nónne hęc est paupertas spiritus nõ appetere patriã in terris, & humiliter expectare repositã in cęlis in manu Dei. Ideo (inquit) non confunditur vocari eorum Deus. Parauit enim illis ciuitatem. Quid aliud est illa ciuitas, nisi regnum cælorum? Quod mites verè beati sint & quo ipsi possideant terrã, Moyses pro exemplo vel testimonio est, de quo veridica dicit

Psal. 102.

Actor. 1.

Luc. 24.
Ioan. 16.

Os Domini sacra scriptura est.

Dan. 12.

Psal. 17.

Psal. 56.
107.

Beati pauperes spiritu.

Hebr. 11.

Beati mites.

dicit scriptura: Erat enim Moyses, vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra: simulque Iosue & Caleph, qui tanquã mites non detraxerunt terræ, quam luctrauerant per quadraginta dies, sicut detraxerunt immites alij, qui exasperauerunt Dominum, & idcirco non possederunt eam sed pleni alio spiritu laudauerunt, & idcirco possederunt eam. Non quidem Moyses possedit terram, ad quam ingrediebatur Israel possidendam, terram trans Iordanem, terram Chanaã, sed possedit & possidet terram viuentium, quam solam in spiritu Psal mista suspirans: Credo (inquit) videre bona Domini in terra viuentium. Portio mea in terra viuẽtium. In hoc ipso, qui terram illã Chanaan non possedit, mitis fuit, id est, semetipsum non defendit, quod est mitis animi. Nam dicente sibi Domino, qui in illam terram non intraret, propter illud, quod accideratad aquas contradictionis, continuò respondit: Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, ne sit populus Domini, sicut oues sine pastore. Et in sua quidem causa mitis fuit, in causa verò dei qualis fuerit, testatur zelus, quo zelatus est pro reatu vituli, & hiatus terræ, qui nathan & abiron absorbuit, cùm ille dixisset ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum. Quòd lugentes verè beati sint, & qui ipsi consolabũtur, testantur gesta Iudicum, qui post Moysen & Iosue fuerunt vsque ad Samuel, quorum luctum atque clamorem, quo clamauerunt ad Dominum, confitentes, quòd propter peccata sua traditi fuissent, & toties traderentur in manus gentium, gloriosæ consolationes subsequutæ sunt. Primus luctus illorum temporum loco quoq; nomen dedit, sicut scriptum est: Ascenditq; Angelus Domini de Galgala ad locum flentium. Cur (inquit) hoc feciſtis? Cumque loqueretur Angelus Domini ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt, & vocatum est nomen loci illius flentium siue lachrymarum. Luctus vltimus luctus fuit Samuel, qui lugebat Saulem, sicut scriptum est: Pœnitet me, ait Dominus, qui constituerim Saul regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatusq; est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte. & subinde: Veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat, quòd constituisset eum Regem. Dixitque Dominus ad Samuelem: Vsquequo tu luges Saul, &c. Consolationes, quibus illi lugentes consolati sunt, tam glorioſe fuerunt, vt illi, quorum per manus Dominus clamantes ad se consolatus est, vocarentur etiam saluatores, vtpote saluatoris vnici, saluatoris venturi quandam vicem & typum gerentes, salute temporali saluando Israel. Vltimus Samuel lugendo talem consolationem consecutus est, vt missus à Domino vngeret Dauid regem, & salutis temporalis ducem, & salutis æternæ fontem, siue originem, id est, patrem saluatoris Christi, nomi natum post Abraham secundum carnem. Quòd esurientes & sitientes iustitiam, beati sint, quòd ipsi saturabũtur, pro exemplo vel testimonio sunt prophetæ, vel prophetarum filij, & qui timentes Dominum, qui sub regibus Israel, sub Achab & Iezabel, & cæteris, qui prophetas Domini occiderunt, & altaria suffoderunt, per loca deserta diffugientes & latitantes, egestate & fame afflicti sunt, quorum Helias est notissimus, qui propter minas Iezabel fugitans, ambulauit in fortitudine vnius cibi quadraginta diebus & quadraginta noctib. de qualibus & Apostolus ingemiscens loquitur: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ. Verè ergo beati, de quibus ita veraciter annunciatur, dignus enim non erat mundus. Esuriebant & sitiebant corporali esurie & corporali siti, propter iustitiam esuriebant, & sitiebant spirituali esurie & spirituali siti ipsam iustitiam, id est, Christum quem expectabant. Etenim quid faceret esuriens & sitiens in eum, qui tolleret sibi panem vnicum, vel potum necessarium? Vtique si posset, occideret eum. Similes huic existimauit sacerdotes & prophetas Baal Helias vnus vel notissimus esuriẽtium & sitientium iustitiam, id est, Christum. Et idcirco occidit ex eis quadringentos & quinquaginta viros in die vna, quia quãtum in ipsis erat, indignum faciebant populum Israel, cui secundum promissionem, quę ad patres facta est, conferretur vel daretur Christus iustitia sempiterna. Hic vnus vel præcipuus ex illis, postquam esuriuit & sitiuit mente iustitiam, igneo curru raptus est, & translatus in locum, vbi non esuriat neque sitiat: vnde & pro argumento satis est, vt credas verum esse, quod veritas loquitur, beatos esse esurientes & sitientes iustitiam, quoniam ipsi saturabũtur. Quòd misericordes verè beati sint, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Abdias ille pro exemplo sit, qui misericors fuit, & misericordiam fecit cum illis, qui esuriebãt & sitiebant iustitiam, vt suprà dictum est, fugientes persecutionem regis Achab & impiissimæ Iezabel. Nunquid (ait ipse ad Heliam) non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim, cùm interficeret Iezabel Prophetas Domini, quòd absconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis,

Num 12.

Ibid. 13. 14

Psalm. 26.

Num. 27.

Exod. 32.
Num. 16.

Beati qui lugent.

Iudi. 2.

1. Reg. 15.

1. Reg. 19.

Beati misericordes.

Abdias.

3. Reg. 18.

4. Reg. 2.

3. Reg. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spelunc is, pauerim eos Pane & Aqua? Dicitur hic fuisse tertius ille princeps quinquagenarius, cui pepercit Helias dicẽti: Homo Dei, noli despicere animam meam, & animam seruorum tuorum, qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant. Sed nunc obsecro, vt miserearis animæ meæ. Misericordiam consequutus est, quia misericors fuit, neque solummodo, siue vtcunque misericordiam, verùm etiam gratiam magnã, videlicet propheticam, completumque est in eo illud per Salomonem dictum: Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur, de panib. enim suis dedit pauperi. Postmodum enim relicto Ochoziæ regis ministerio, factus Heliæ discipulus prophetauit: & hic ille esse perhibetur, qui in ordine duodecim prophetarum quartus est. Ergo & ab eius exemplo verè constat, beatos esse misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõ sequentur, itemq; verum esse, quod alibi dictum est: Qui recipit Prophetam in nomine prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Quod mundi corde verè beati sint, quoniã ipsi Deum videbunt, deinde Daniel & socij eius pro exemplo sunt. Studium eius vt esset mũdo corde, ex eo cognoscimus quod scriptum est: Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, & de vino potus eius, & rogauit eunuchorũ præpositum, ne contaminaretur, & dixit: Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, &c. Pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni verbo & sapientia, Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Inter cætera, quæ vidit ille mundo corde maximum atque pulcherrimum est, quod Deum vidit, quomodo à mortali homine videri potuit, Aspiciebam (inquit) donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius, quasi lana munda. Aspiciebam, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in cõspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem: & regnum, & omnes populi tribus & linguæ ipsi seruient. Qui adhuc viuens & mortalis, sic propter munditiam cordis vidit Deum, quomodo vel quam feliciter post hanc vitam videt eum? Ergo in isto præsens testatur experimentũ, beatos esse mundos corde, quoniã ipsi Deũ videbunt. Quod pacifici beati sunt, quod q; filij Dei vocentur & sint ipsi qui hanc apertionem oris Domini viderunt, & hanc eius doctrinam præsentes audierunt, in semetipsis experti sunt. Nam ipsi sunt, & fuerunt primi pacifici, & ministri perfectæ pacis, vtique pacis inter se & omnes homines. Quo modo inter se, & omnes homines? Videlicet eo modo vt sicut cætera omnia reliquerant, sequendo principem pacis, ita vt arma materialia, cuncta belli vasa, de manibus illis excuteret idem princeps pacis, dicẽdo ad vnum vel primum ex eis Petrum: Converte gladium tuum in locum suum, Nusquã omninò deinceps arma belli attrectauerũt, nisi gladium illum, gladium spiritualem, qui est sermo Dei viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Beati illi hactenus nominati, scilicet, & pauperes spiritu, & mites, & lugentes, & esurientes, atque sitientes, armis interdum bellicis vsi sunt, & nihilominus beati fuerunt vel sunt, quoniã secundum tempus pro Domino zelabãtur, & occidendo impios viam vitæ venturæ aperiebant, quæ est Christus, videlicet defendendo arborem generis sui, ne pro voluntate diaboli penitus à gentib. extirparetur, de qua nasciturus erat fructus, sicut iam plenius alio loco diximus. Tempus belli, dicit Ecclesiastes, & tempus pacis. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus denique belli & tempus occidendi tunc fuit, magis quæ expediebat occidere quàm occidi, quãdo conabatur diabolus per impios homines exterminare radicem, de qua venturum sperabatur semen, quod est Christus, incipiẽs per Pharaonem, qui præcepit omni populo dicens: Quicquid masculini sexus natũ fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminei, reseruate. Tandemque Pharao alter quidẽ in persona, sed idem in malitia persequens recedentem Israel. Euaginabo (inquit) gladium meum, interficiet eos manus mea. Mitissimus quidem (vt supra iam dictum est) erat Moyses super omnes homines qui morabantur in terra: sed tamen libenter extendit manũ suam sæuã super mare, vt reuerterentur aquę ad Aegyptios super currus & equites eorum, & pro hoc facto gloriosum Domino cantauit canticum, & ipse pugnauit & vicit Amorrhæum & vltus est filios Israel de Madian. Cætera persequi nimis lõgum est. Hoc tamen erat demonstrandum, quod tunc & exinde vsque dum nascente Christo promissio impleretur, tempus belli & tempus erat occidendi, & qui bellauerunt & occiderunt, meritò prædicantur in ecclesia Dei, maximè Dauid & inclyti Machabæi. Postquam autẽ natus est Christus, tempus cœpit esse pacis, & tempus sanandi: quod ministerium prioris susceperunt Apostoli, & ecce beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, ait, & vtique fratres mei. Vade (inquit) ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrũ. Quomodo pacis inter Deum & homines ministri fuerunt? Missa à Christo resurgente à mortuis, & dicente, quod antea nusquã dixit, semel & iterum ac tertio, secundum Ioannem pax vobis. Deus (aiunt) reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministeriũ reconciliationis. Quoniam quidẽ Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam de exhortante per nos: Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, & multa his similia. Et nota, qui in ordine beatitudinum septimo loco sabbatismus pacis est. Octaua beatitudo quam dicit, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum: vniuersos cõplectitur, & pauperes spiritu, & mites & lugentes, & esuriẽtes & sitiẽtes iustitiam, & misericordes, & mũdi cordes, & pacificos: qa videlicet omnes persecutionẽ passi sunt, & patiuntur quicunque illos imitari volũt. Omnes enim (inquit Apostolus) qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Similiter promissio, quoniam ipsorum est regnum cælorum, q̃ ipsa prima & octaua est, cunctas interiores cõplectitur promissiones, qa videlicet regnũ cælorum, & terra est q̃ mitib. promittit, quoniã ipsi possidebunt terram: & consolatio, q̃ promittit lugentibus, dicendo, quoniam ipsi consolabuntur: & saturitas, quam pollicetur esurientibus & sitientibus iustitiam, dicens, quoniam ipsi saturabũtur: & misericordia, quam spondet misericordibus, quoniam ipsi misericordiam consequentur: visio Dei, quam promittit mundi cordibus, quoniam ipsi Deum videbũt: & gloria filiorum Dei, quam pacificis pollicetur, dicendo, quoniã filij Dei vocabũtur. In beatitudinibus istis & si discipulos suos, qui præsentes aderant, non præteriuit, sed eos quoque tetigit, maxime dicendo, beati pacifici: non tamen sic locutus est, aut ita dixit, vt enunciaret eis, qualem ad gratiam siue gratiæ gradum præ destinati fuissent, atque vocati, quia non ad secundam personam verba fecit, protinus autem in sequentibus facere incipit. *Beati estis, cùm maledixerint vobis & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui erant ante vos.* Ecce de persona tertia facta cõuersatione ad secundam, ad eos qui præsentes aderant, discipulos suos verba facit, eosque assimilat vel coæquat prophetis, quorum vtique magnum & gloriosum erat memoriale apud viuentes filios, quorum patres illos maledixerunt, & persecuti sunt, & plerosque ex eis etiam occiderunt. Magnificentia est summi gradus & honoris optimi in hoc dicto, sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Veruntamen pro magnificentia rei parum erat hoc dixisse, sic enim fecerunt prophetis. Sed ad quod protinus ait: *Vos estis sal terræ, Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, vos estis lux mundi.* Quo pertinuit, sedendo in mõte, statim post apertionem oris, in exordio tanti sermonis mentionem facere salis & lucis, taliter, vt diceret, vos estis sal, vos estis lux? Quo respexit, vel quales ad thesauros sapientiæ & scientiæ suos auditores præmittere voluit? Nimirum ad montem illum, imò ad legem sanctam & iustam & bonam, quam ipse olim dedit in monte Synai, vbi lux quædam apparebat, sicut scriptum est: Iam aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura. Item: Cunctus autem populus videbat voces & lampades, &c. Inter illius, quæ tunc data est, legis mysticæ sacramenta, diligentissimè salem commendat Quicquid (ait) obtuleris sacrificij, sale condies, ne auferes sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Tertio, repetiuit in vno eodẽq; scripturæ loco commendationem salis, ne fortè primam aut secundam vicem non intellexeris, aut curæ non magnæ putes Deo esse mysterium salis. Cùm igitur sedens in monte & dicturus, non veni legem soluere, sed adimplere, præmittit, vos estis sal, vos estis lux, vtique discipulos suos intelligere vult, sicut postea spiritum S. accipientes, & illuminati ab eo, sine dubio intellexerunt, quod ea quæ visa vel facta sunt in monte Synai, cognata fuerunt his, & ad rationẽ pertinuerunt horum, quæ facere incipiebat, sedẽdo in monte, & docendo discipulos suos, quæque perfecturus erat sedendo in excelsis, ad dexteram maiestatis, & mittendo illis spiritum S. in linguis igneis, vnde & factum est, vt essent lux mundi. Vt nunc interim differam de ratione salis, profectò in eo q̃ dicit, vos estis lux mundi, hoc dat intelligi, quod ista lux mundi per fulgura & lampades illas designata fuerit, quæ tibi lucebant in medio fumi siue densissimæ nubis, sicut illic manifestè dictum est, quia cœperunt micare fulgura, & nubes densissima operire montem, itemque cunctus populus videbat voces & lampades, & sonitum buccinæ montemque fumantẽ. Fulgura & lampades in medio fumi, & densissimæ nubis, Apostoli fuerunt, doctrina lucentes, & miraculis coruscantes in medio Iudæorum, quos inuidiæ fumus excæcauit, & incredulitatis densissima nubes operuit. Sed iam per ordinem literam sequentes, sermonem hunc ipso duce ingrediamur, qui locutus est: Cũ dixisset, sic enim persecuti sunt prophetas, qui fue-

* Reg. 1.
Prou. 22.
Matth. 10.
Beati mundo corde.
Dan. 1.
Dan. 7.
Beati pacifici.
1. Cor. 1.
Octaua beatitudo omnes alias in se complectitur.
2. Tim. 3.
Mat. 23.
Tempus belli fuit ante Christum.
Eccle. 3.
Tempus pacis post natum Christum.
Ioan. 20.
Exod. 1.
Exod. 15.
Num. 15.
Exod. 14.
Nu. 21. 31
Exod. 19.
Salis commendatio in sacrificijs.
Leui. 2.
Vos estis lux mũdi.
Exod. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui fuerunt ante vos, continuò quasi quærerent beati illi, quibus inter maledicta & persecutiones gaudendum, atque exultandum decernebat, quoniã merces vestra (inquit) magna est in cælis, & dicerent: quid sumus, & quis finis erit eorũ, qui Prophetas ante nos persecuti sunt, & nos persequentur, dixit eis: Vos estis sal terræ, breuiter dixit, sed in breuitate dicti grandis est sensus, & rationis magna vis. Non dixit tantummodo, vos estis sal, quo dicto sola poterat significari benè vtentium commoditas, sed dixit sal terræ, quo dicto quid portendit, nisi vastationem hostilis terræ? Legimus enim vrbes quasdam ira victorum sale seminaras, vt nullum in ipsis germẽ oriretur. Sic ergo accipiẽdum est, ac si diceret: Omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, confluens cum sanguine vestro, quos persequẽtur sicut persecuti sunt Prophetas ante vos, sic erit generationi isti tanquam seminatio salis, vt sit sterilis & nullius boni ferax germinis, sicut ciuitas ira victorum sale seminata est, sterilis fit & inhabitabilis. Hoc aduersus illos, qui salẽ in terra sua seminare potius, quã in cibum sumere, id est, doctrinam Apostolicam persequi, & quãtum in ipsis fuit maluerunt ad nihilare, quam venerari & suscipere, indignos se iudicantes vitæ æternę, præuaricatores legis sanctæ, dicentis: Quicquid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Huius præcepti quod ne paruum aut paruipendendum putes, scriptura triplicauit, & sic sublimiter extulit, vt diceret, sal fœderis Domini Dei tui, præuaricatores futuri erant Iudæi, contemnendo, imò & persequendo doctrinam Euangelicam, quæ per istos vel cum istis incipiebat administrari. Quomodo sal superfluos siue nocituros humores carnium deficcat & à putredine purificat, sic Apostolica doctrina necessaria decalogi præcepta, cunctaque iustitię legalis instituta, deficcatis carnalibus cæremonijs, purificare habebat, & vbiq; terrarum consilio castitatis salire credentium corpora, quatenus non putrescerent, aut vsquequaq; putrescẽti corrumperentur luxuria. O quantas salierunt puerorum quoque aut puellarum turmas, ita vt carnes eorum omninò deficcarentur, & vsque ad decrepitam senectutem, vsque ad finem vitæ incorruptæ perseuerarent atque durarent imputribiles continentia, & sani virginali pudicitia. Secundo, post Apostolos meriti vel gratiæ loco viri Apostolici, patres orthodoxi & doctores catholici sal dicuntur & sunt atque lux mundi: quia videlicet sapienter atque fideliter tractando atque retractando sacram legis & Prophetarum scripturam, quicquid in ea, quasi carnaliter sonat, ita sermone mundo condiũt, vt spiritualiter sapiat, & quod erat clausum, patescat, quod obscurum & tenebrosum videbatur, clarum & lucidum fiat. Magna igitur dignitas, magna in hoc dicto gloria, vos estis sal. Sed audi quid sequitur: Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Noli ergo altum sapere, sed time, ô tu omnis qui te ad ordinem illorum pertingere confidis, quibus dictum est, vos estis sal, conscius tibi sermonis sapientiæ vel scientiæ, qui fortè tibi super alios abundat. Nonnunquam enim accidit, vt euanesceret sal, nõnunquam accidit, vt scientiam quis habens, abuteretur ea in superbia, & per mentis elationem loqueretur scientiæ vel conscientiæ suæ contraria, sciens veritatem, dum alteri inuidet, & alteri cædere, qui fortè prior locutus est, aut cui iuniori reuelatũ est, quod melius est, damnum suum putat, & quasi tormento grauatur, quia superbus & eleuatus est. Taliter niti, hoc est veritatem in iniustitia detinere, hoc est, veritatem Dei commutare in mendacium, hoc est verbum dicere contra spiritum S. Et hoc fuit peccatum Pharisæorum, quando dixerunt: Hic non ejcit Dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ, ita per inuidiam loquentes, cùm scirent, quod in digito Dei, id est, in spiritu Dei ejceret Dæmones. Hoc peccatum Arrij, peccatum hoc omniũ Hæresiarcharũ fuit, quoscunq; remedio pœnitentiæ spiritus S. indignos iudicauit, quia cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, sicuti sub nomine Christiano peccatores antiquos, peccatores paganos, qui commutãrunt (ait Apostolus) veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & seruierũt creaturæ potius quã creatori, qui est benedictus in secula, Amen. Vbicunque taliter acciderit, vbi Doctor vel Magister secundum talium exemplum desipuerit, dicito, quia sal euanuit. vbi autem taliter euanuerit, in quo salietur? Quo doctore alio emendabitur? Verè nullo, & frustra effundes sermonem, quia non est ibi auditus. Eum qui eiusmodi est, Hæreticum hominẽ post primam & secundam admonitionẽ (ait Apostolus) deuita, sciens, quia subuersus est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Ad nihilum valet vltra (ait Dominus) nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et idcircò talium patres ac præcessores Pharisęos foras misit, non solùm à regno Dei, verumetiam à regno loci terreni, & tẽpli manufacti, quia non erat vnde saliretur, quod euanuerat sal infatuatum, quia dicebant & dicere non sinebant verbum contra spiritum

Vos estis sal terræ

Matth. 23

Leui. 2.

Sal doctrina euangelica.

Ne quis superbiat

Rom. 11.

1. Cor. 14.

Rom. 1.
Mat 12.
Luc. 11.
Peccatum hæresiarcharum.

Rom. 11.
Tit. 3.

Spiritum sanctum, id est, quia non per ignorantiam negabant, sed per inuidiam blasphemabant eum, qui venerat, Iesum Christum. Nunc enim, ait, & viderunt & oderũt me, & patrem meum. Secundo similiter gratiæ vel meriti loco dictum sibi non dubitent, vos estis lux mundi, quicunque habendo scientiam Dei, sic lucẽt, & adeò sunt illuminati, vt alijs lucere, & alios illuminare possint. Vna est lux non illuminata, sed illuminans, lux naturaliter lucens, non vnde luceret ex accidenti dono habens, & idcirco vel proinde lux vera, sicut habemus apud alium Euangelistam, erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum, quæ & illuminando hoc effecit, vt veraciter dicere posset istis, vos estis lux mundi. Ad illam lucem veram, quæ illuminat, lucis huius, quæ illuminata est, nulla comparatio, quam sit aliqua similitudo. Porrò ad istos, qui sic illuminati sunt, vt alios verbo doctrinæ illuminare possint, eorum, qui illuminati sunt quidem, sed illam facultatem non habent, vt alios illuminare & erudire possint, talis est comparatio, quasi si stellis comparetur splendor firmamenti. Sic enim & istis ad Danielem dictum est: Qui autem docti fuerint, fulgebũt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam eruditum multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Ioann. 15.

Lux illuminata duplex.

Ioann. 1.

Dan. 15.

Quid porrò sibi vult, quod præmisso, vos estis lux mũdi, continuò subiungit: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accedunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt: sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Quid nisi humilitatem contingit, & humilitati respondet eorum, qui tali nomine sunt digni, vt lux mundi nominẽtur & sint? Denique talium quisque paruulus est in oculis suis, latere vult, quia dignum se aspectibus hominum, aut hominem esse non arbitratur, & vix animaduertere audet, quod altissimus, quamuis omnia videns, eum scire vel videre dignetur. Et quàm magna, quàm ampla ciuitas, quam is, quem cælum, & cæli cælorum capere non possunt, Deus inhabitat? Et quo in monte, nisi in altitudine cæli, ciuitas huiusmodi posita est, iuxta illud: Nostra autẽ conuersatio in cælis est? Non potest abscõdi, nõ patitur ordo vel ratio iudicij seu cõsilij diuini, vt abscondatur & incognita sit, quæ ad hoc ædificata est, & ad hoc mille clypei pendẽt ex ea, omnis armatura fortium, vt omnes qui inter aduersarios periclitantur, qui inter Iudęos, paganos, atque hæreticos, pro fide agonizantur, recurrere sciant ad ciuitatem hanc, & in ea communiri, de ea sumptis sententijs armari vt habeant, vnde animam, pro qua illis res est, possint. Ecce alia similitudo: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, & super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt, iuxta hanc similitudinem, quibus dixi: Vos estis lux mundi, non idcirco illuminati estis, non idcirco sapientiæ & scientiæ Dei claritatem accepistis (quod fieri tunc incipit: perficietur autem, quando accipietis donum superuenientis spiritus sancti in vos, linguis apparentibus igneis) vt sub silentio tegamini vel abscondamini, perpetuis contẽti latibulis, nec vos, nec aliquis illorum, qui ante vos habuerunt vel post vos habituri sunt gratiam eiusmodi, vt per eorum ministerium Deus mundo innotescere possit. Etiã si quislibet eorum in speluncis & in cauernis terræ delitescere voluit, & ad tempus delituit, nihilominus tamen, vbi causa poposcit, foris prodijt, in publicum, Deo iubente vel ordinante venit, vt ei, cui prædestinatus, ad quod fuerat vocatus, insistens officio, beneficium lucis, cuius erat particeps, plurimis impartiretur. Exempli gratia: Ioannes lucerna ardens & lucens in deserto latere voluit, & illic à teneris annis vsque ad annũ ferè tricesimum hominibus incognitus, vitam suam detriuit. Nónne interim lucerna quasi sub modio latuit? Sed profectò lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hũc mundum, de quo habebat Ioannes, vt lucerna existeret, quod & ipse profitetur, dicendo: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, non idcirco illum sic illuminauerat, non idcirco de spiritu sancto adhuc ex vtero matris suæ repleuerat, vt illic soli, si aut viueret, soli sibi sub modio vitæ eremiticæ, lucem bonæ conscientiæ taciturnus insumeret. Vbi patri eius cælestis nuntius natiuitatem eius euangelizauit, nomen quoque & & vitæ seriem gerendæ ordine deprompsit, nihil tale denuntiauit, sed hoc, quod erat in proposito DEI venerabiliter pronunciauit. Ipse (inquiens) præibit ante illum in Spiritu, & virtute Heliæ. parare DOMINO plebem perfectam, id est, cum zelo iustitiæ redarguendo & corripiendo peccatores prædicare pœnitentiam. Illud dẽserti latibulum sponte subijt, istud publicæ prædicationis officium obedienter suscepit ab eo, quem dicit: Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto, & cæt. Igitur verbis & exemplis diuinæ authoritatis perdocemur, vt sciamus, quia DEVS cuicunque sapientiæ vel scientiæ suæ lucidam gratiam dat, idcirco vtiq; dat, vt super candelabrum aliquod ponatur eiusmodi lucerna

Philip. 2.

Cant. 4.

Non debet lucerna poni sub modio.

Acto. 2.

Ioann. Baptista diu latuit priusquàm lucere ret.

Ioann. 1.

Luc 1.

Ioann. 1.

e quatenus

quatenus luceat omnib. qui in domo sunt, & plures lucri faciat. Aliquod autem candelabrum ideò dixi, quia iuxta Ioannis Apocalypsim septem sunt candelabra aurea, quorum in medio filius hominis deambulat, & septem candelabra (inquit) septem ecclesiæ sunt. Porrò, septenario numero, quo significari solet vniuersitas, vniuersas intelligimus, quas per orbem terrarum, Christus habet ecclesias, & hoc vtique vult, vt qui dono ipsius Apostolica præpollet fide & scientia non discrepante vita, nec ipse negligatur, vel contemnatur alieno, neque ipse proprio refugiat iudicio, quin ponatur super candelabrum, & in domo DEI luceat verbo & exemplo, memor per omnia dicti huius: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Hoc etenim dicto, & inanis gloria propellitur, & vtilitas multorum desideratur, cùm ea iubetur esse intentio benè operantis coram hominibus, vt non ipse, qui operari videtur, sed DEVS qui per eum operatur: DEVS pater luminum à quo est omne datum optimum, & omne descendit donum perfectum, laudetur & glorificetur. His præmissis, in exordio sermonis, per quæ præparati esse poterant, vt ad audiendum existerent attenti, dociles ac benevoli, ingreditur amplà spacia profundi sermonis cælestis magister, & dicit. *Nolite putare quia veni soluere Legem aut Prophetas. Nõ veni soluere, sed adimplere.* Postquam enunciauit alijs, cuius forent dignitatis, & sic minores suos discipulos suos honorauit, vt diceret eis, vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, de semetipso quoque quid deberet sperari, quàm humiliter significare voluit, & hoc sciri non inaniter idoneum duxit. Nam magnum est quod de semetipso dicit, legem adimplere veni, sed magnitudinem rei, ne iactantiam sermo redolere videtur, pulcherrimè temperauit modum docendi, dum in prima fronte excusationem præmittere, & iustam suimet æstimationẽ quodãmodo flagitare curauit, dicendo: Nolite putare quoniam veni soluere Legem & Prophetas. Profectò si solam legẽ posuisset ita, Nolite putare quoniam veni soluere legem, & tunc demum dixisset, Non veni soluere, sed adimplere, magnum (vtiam dictum est) hoc esset, & longè plus quam aliquis hominum de semetipso vnquam potuit dicere veraciter. Cùm autem addit, & Prophetas, & de vtrisque, scilicet Lege & Prophetis, dicit quod hæc adimplere venerit, rogo quantum est. Nónne æquipollés est, ac si diceret, cuncta in me adimplebuntur Sacramenta Legis & Prophetarum, etenim cuncta quæ de me scripta sunt? Sed (vt iam dictum est) magnitudinẽ rei suauiorem audientibus efficit modus locutionis, similiter & in eo quod protinus subiungit. *Amen quippè dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Quanto suauius ac reuerentius, sonat taliter dictum, donec omnia fiant, quam si ita diceret, donec omnia compleam? Quæ omnia? Videlicet quæcunque loquuntur Lex & Prophetæ. Non (inquit) præteribit iota vnum aut vnus apex donec omnia fiant. Et quousque vel quanto tempore fient? donec transeat cælum & terra, id est, vsque ad consummatio nem seculi, vsque in diem iudicij, quando non prætereunte siue iam præterita, quæ nunc est, figura mundi, erit terra noua & cæli noui. Quid ergo est quod Apostolus dicit, reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatẽ, quoniam hic ait ipse DOMINVS, Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant? Ad hæc sciendum, quia nonnulla est distantia rerum, quæ significantur nomine legis. Ne longum in respõdendo funem traham, aliud est legem dedisse Deum pro bene placito suo, quod fecit ante reatum vituli: aliud legem imposuisse non sine animaduersione vel sæuero iudicio, post reatum vel in ipso reatu vituli. Hic iam verba eiusdem DOMINI ad prophetam Ezechiel memoranda sunt. Eieci eos, inquit, de terra Aegypti, & eduxi in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciat hómo & viuat in eis. Et irritauerunt me domus Israel in deserto!, & cætera vsque, & post idola patrum suorum fuerunt oculi eorum. Statimque sequitur, Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus nõ viuent, & populi eos in muneribus suis. Præcepta & iudicia, quæ faciat homo & viuat in eis, se illis dedisse vel ostendisse dicit: præcepta videlicet, non habebis deos alienos coram me, non facies tibi sculptile, & cætera verba decalogi. Iudicia verò, si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis, & cætera quæ Moyses plebi omnia narrauit & scripsit, ita concludens: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus suis. Postquam autem fecerunt vitulum, & sicut apud prophetam iam dictum habemus, post idola patrum suorum fuerunt oculi eorum (vbi intelligendum est vituli peccatum, quod fecerunt secundum morem Aegyptium sicut patres eorum) præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent, quæ se illis dedisse dicit, illa sunt de quibus ferè totus existit liber Leuit. Verbi gratia, de mũdis & immundis animalibus comedẽdis & non comedendis, de lepræ contaminatione & leprosi emundatione, & cæteris eiusmodi, in quibus, sine dubio vita non consistit, sicut nec in sacrificijs carnis & sanguinis, taurorum & hircorum & arietum siue agnorum, de quibus & apud Hieremiam DEVS ipse dicit: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc verbum præcepi eis, dicens: audite vocem meã, & ero vobis DEVS, & vos eritis mihi populus. Cùm igitur hic Dominus dicit, Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege: illic autẽ Apostolus ait. Reprobatio fit mandati præcedentis propter suam infirmitatem & inutilitatem, operæpretium est scire hanc distinctionem legis, vt hic intelligas præcepta bona & iudicia, quæ faciat homo & viuat in eis: illic autem præcepta non bona & iudicia in quibus nó viuent, de quibus ibidem Apostolus: Nihil enim, ait, ad perfectum adduxit lex. Et alibi: Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos ijsdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter, nunquam potest perfectos facere. Et multa in hunc modũ lex. Cæterum etsi secundum literam siue mandatum eiusmodi infirmum erat & inutile, propter quod & reprobatio eius facta est, attamen his qui secundum spiritum sentiunt, qualium habuerit vmbram futurorum bonorum, notum ac perspicuum est, quia nec de lege eiusmodi quicquam præterijt aut præteribit, quin iam cuncta ferè in CHRISTO vel per Christum adimpleta sint, & quod residuum est, nunc adimpleatur, & adimplendum sit vsque in finem seculi, Veruntamen loco præcedenti cùm dicit, Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, maximè legem præceptorum & iudiciorum illorum oportet intelligi, quæ (vt supra dictum est) primum dedit vel ostendit eis, vt apud Ezechielem dicit, nequaquã irritarent eum, id est, ante reatum vituli. Nam de huiusmodi tractat in sequẽtibus, incipiendo sic. *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit hic maguus vocabitur in regno cælorum.* In primis in quatuor diuisiones totum sermonem distinguere libet, nimirum secundum quatuor virtutes principales, quas Ethnici nominare quidem potuerunt, sed non secundum cælestem vel spiritualem ipsarum dignitatem cognoscere meruerũt, scilicet iustitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiam. Prima distinctionis huiusce diuisio siue pars hic incipit, vbi ait. *Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Et illic finitur vbi dicitur, Esto ergo perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. totaque huius partis series ad perfectionem tendit iustitiæ, iuxta propositu dicentis, quod iam pertractum est, Non veni legem soluere, sed adimplere. Secunda inchoatur ab eo, quod protinus ait, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis, & illic terminatur vbi dicit, nolite ergo soliciti esse in crastinũ, sufficit diei malitia sua & tota hęc tendit ad virtutem temperantiæ, & maximè vt temperetur ab appetitu inanis gloriæ, & deinde à ventris vel corporis solicitudine, simulq; à seruitio mammonæ. Tertia ab eo quod ait, Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, vsque ad id, intrate per angustam portam, quam angusta porta & arcta via, quæ ducit ad vitam: sine dubio tendentia ad regnum cælorum demõstrat habere fortitudinem perseuerantem, perseuerãtiam fortem. Quarta ab eo quod ait, attendite à falsis prophetis, vsque ad finem sermonis, indubitanter auditorem ad prudentiam adducit, & informat Christianum, vt prudens ac prouidus sit. In singulis partib. isti ex opposito virtutem, scribas & pharisæos cunctis virtutibus vacuos acerrimè culpat, & nominibus quadrifariam diuersis denotat Nam prima quidem parte sermonis, manifestis eos nominibus scribas & pharisæos nuncupat, dicendo: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum. In secunda semel & iterum ac tertio hypocritas, insuper Ethnicos quoque vocat, dicendo: Noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt, & cũ oratis non eritis sicut hypocritæ, & orantes autem nolite multum loqui sicut Ethnici, & cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Et quidem de gentibus quoque fuerunt & sunt hypocritæ; quos & præsens sermo damnat intemperantiæ, quoniam adeò sunt festini ad mercedem suam, vt malint perdere sempiternam, quæ differtur, quam carere temporali, id est, laude hominum, quæ præsens habeatur. Sed omnium maximi hypocritarum, omnisque hypocriseos erant magistri scribæ & pharisæi, & maximè contra illos præsentem saluator sermonem dirigit. Similiter in tertia diuisionis huius parte, dum dicit. Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas vestras ante porcos, omnes quidem de quacunque gente sint, tali appellatione illos denotat, quorum fœdis

Cãdelabrũ ecclesiã aliquam denotat.

Apoc. 1.

1. Cor. 12. Iaco. 1.

Humilis et magna professio Christi de seipso

Hier. 7.

Cõcordãtia inter verba Christi & Pauli de lege. Heb. 7. 10.

Ezech. 20.

Tractatus de 4. virtutibus.

Scribæ & pharisæi cũ eius virtutibus vacui

1. Cor. 7. 2. Petri. 3. Hebr. 7.

Legis præcepta quædam bona quædã non bona.

Exod. 24. 32.

Leu. 11. 13. 14.

Exo. 20. 21

Ezech. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum fœda est fortitudo, mordere scilicet more canum, & irruere more porcorum ad conculcandum & disrumpendum, sed talium quoque maximè Scribæ & Pharisæi fuerunt. Nihilominus in quarta illorum, quos denotat dicendo, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: illorum, inquam, scilicet falsorum prophetarum Scribæ & pharisæi maximi fuerunt. Itaque virtutibus, quarum singulas in singulis huius sermonis diuisionibus sublucere perspeximus, scilicet iustitia, temperantia, fortitudine, prudentia, penitus vacui demonstrãtur, per hæc nomina, quibus in singulis earundem partium denotãtur, quia videlicet scribarum & pharisæorum nulla est vera iustitia: hypocritarũ, quales erant ijdem, nulla est à recipienda mercede sua temperantia: porcorum margaritas conculcantium, & homines disrumpentium, quales ipsimet erant, nulla est fortitudo vera falsorum prophetarum, immò luporum sub ouina pelle latentium, nulla est prudentia, nam quæ illorum putatur prudentia, malitia est. His prælibatis, iam velut magno & euidenti ostio pulcherrimi sermonis aperto, ipso duce quia aperuit, introrsus incedendum est. *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Ergo quoniam (inquit) non solùm non veni soluere legem, verumetiam adimplere veni, meum est facere iudicium, sententiamque dicere super eos, qui non solummodo non adimplent, verumetiam soluunt. Quinam illi sunt vel erant tunc? Vtique scribæ & pharisæi, quos continuò per totum sermonis huius textum, alijs quoque Euangelij locis vehementer tangit. Quæ autem sunt mandata ista minima, quæ quasi digitum intendens, dicit vnum de mandatis istis minimis? Nimirum ista quæ subiecta sunt: *Audistis quia dictum est: Non mœchaberis, & cætera.* Ergo ne ista sunt minima? Vtique minima. Alioqui quid opus erat adimplere ea, quẽ admodum dicit non veni soluere, sed adimplere, si erant grandia & sufficientia? In quo autem vel in quantum minima sint cõmodius in subsequentibus dicetur. Quid autem est, magistrum eiusmodi minimum vocari in regno cælorum. Vtique non intrare in regnum cælorum. Sequitur enim: Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, nõ intrabitis in regnum cælorum. Quàm verè minimus est, qui de alto cadit, & episcopatum suum perdit. Fiant, inquit Psalmista, dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Hoc primum Iudas proditor pertulit, cuius Apostolatum malter accepit, & post illum scribæ & pharisæi, quorum ille, sicut dux in compræhendendo Iesum, ita & exemplar fuit in perdendo episcopatum, & in suspendendo vel strangulando semetipsum. Sicut enim ille abiens laqueo semetipsum suspendit, & Apostolatum siue episcopatum eius (vt iam dictum est) alter accepit: ita cœtus pharisaicus, cunctusque populus Iudaicus per suasus & ab illis & à pontificibus, propria sese sententia damnauit, clamando, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Et pontificatum siue sacerdotium eius populus alter, populus Christianus accepit. Et sicut ille triginta argenteos sanguinis pretium retulit, ita & huic cuilibet, qui nõ est aduersario consentiens, post pauca dicitur hic: non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Igitur cùm dicit, minimus vocabitur in regno cælorum, sic accipiendum est, minimus, tanquam improperium maximum, vt minimus idem sit quod contemptibilis, iuxta illud in visione Abdiæ, vbi cùm dixisset ad Edom, Ecce paruulum te dedi in gentibus, statim subiunxit, Contemptibilis tu es valdè. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Quid fecerit & docuerit? Nunquid vnum de mandatis istis minimis? Non sic vtique, non sic. Si enim qui totam legem obseruat, offendit autem in vno, factus est omnium reus: quanto magis qui facit vel obseruat vnum, fortè autem offendit in alijs omnibus. Proinde ergo dicendo, qui autem fecerit & docuerit, nec vnum de minimis, nec vnum de magnis mandatis istis expresè dicit: sed contentus dixisse, qui fecerit & docuerit, quasi manum vel digitum mitis & humilis corde reducens in semetipsum. Hic, ait, magnus vocabitur in regno cælorum. Hoc enim & huic simlia de semetipso profitetur, non iactanter, sed (sicut ait Apostolus) ille fidelis permanet, negare semetipsum non potest. Et quidem fecerunt & docuerunt quam plures, qualium optimi fuerunt beati illi auditores dicentes: Vos estis lux mundi, luceat lux vestra coram hominibus, & cætera, sed non adeo fecerunt, & non adeo stabiles vel assidui siue inuariabiles in faciendo fuerunt, vt de facto suo magnificari omninò debuerint, si absque misericordia vocarentur ad iudicium. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnum. Hic vnus & solus est, qui integrè fecit & integre docuit per semetipsum, perillos autem, quantum fuerat gratiæ suæ complacitũ. Et proinde magni quidem illi quoque vocantur siue vocabuntur in regno cælorũ sed eorum magnitudo ad huius magnitudinẽ non attingit, quã significat in

Mandata ista minima.

Minimus vocabitur in reg. calo.

Psal. 108.
Actor. 1.

Mat. 27.

Abdia 1.

Iaco. 2.

qui fecerit et docuerit

2. Tim. 2.

nificat in sermone isto toties dicendo: Dictum est antiquis, ego autem dico vobis. Inter magnum istum qui fecit & docuit, & illum minimum qui soluit & docuit, medij sunt, & ille qui fecit & nõ docuit, quia sciẽtiam siue facultatem docendi non habuit, & ille qui nec fecit nec docuit, fortè quia tẽpus faciẽdi nõ habuit. De omnibus his magnus iste iudicabit, ita vt minimus ille, qui soluit & docuit, non intret in regnum cælorum, quamuis videbatur sibi esse filius regni: ille autem qui nec fecit nec docuit, quia nec potuit nec sciuit, per gratiam sit nõnullus in regno cælorum, qualem considerans Apostolus: Ei verò, inquit, qui non operatur, credenti autẽ in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, &c. Ille qui fecit & non docuit, videlicet omnis qui in populo fuit adiutor, & nõ potuit esse doctor, locum vel ordinem suum in eodem regno cælorum habebit, nonnihil differentem ab illis qui fecerunt & docuerũt: qualium primi fuerunt Apostoli, & his quoque magnus iste (vt iam dictum est) longè præerit. Ex illa suæ magnitudinis autoritate protinus ait. *Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorũ, non intrabitis in regnum cælorum.* Ergo scribæ & pharisæi non intrabunt in regnum cælorũ, & hoc dico vobis (ait) tanquam magnus tãquam regni cælorũ arbiter, velut ille cuius dictum in potestate, cuius in dicto potestas summa est. Et quare scribæ & pharisæi non intrabunt in regnum cælorum? Videlicet quia non abundat, immò deficit & nulla est iustitia illorum. Quid enim, si manibus suis me non occidunt? *Audistis quia dictũ est antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.* Et hoc dictum siue præceptum se non transgredi fingunt, dum suis me manib. nõ occidũt. *Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio* Quæris quare? Videlicet quia ira voluntas occidendi est. Et quoniam occidere vult rectè iam homicida esse iudicatur, iuxta illud. Omnis qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Nõ enim qualemcunque irã, Verbi gratia, repentinum calẽtis animi motum leuiter surgẽtem, leniter nihilominus residentem hic intelligere debemus: sed irã eiusmodi, quali scribitur iratus fuisse Cain: Iratusq; est Cain (sait scriptura) vehementer, & cecidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eum. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Sic nanque iratus est, vt occidere cogitaret. Qui similiter irascitur, quisquis ille est, reus erit iudicio, subauditur duntaxat diuino: quia videlicet humano necdum teneri potest homicida iudicio, latet enim homines odium quod in corde est, scriptura dicente: Homo videt in facie, Deus autẽ in corde. Quod si odium, quod prius latebat, signo aliquo proditum fuerit, iam non solùm diuino, verum etiam humano reus erit iudicio. Ait ergo. *Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio.* Concilium nanque cõuentus est hominum ad iudicandum, eorũ, qui de peccatis agendi siue iudicandi ecclesiasticum sortiti sunt ministerium. Racha enim nonnulli dixerunt esse vocem non significantem aliquid, sed indignãtis animi motum exprimentem. Has interiectiones grammatici vocant partes orationis significantes commoti animi effectum, velut cùm dicitur à dolente, heu, vel ab irascente hem. Alij dixerunt hoc verbum proprie esse hebraicum. Racha enim dicitur inanis aut vacuus, quem nos possumus vulgata iniuria, absque cerebro nuncupare. Igitur qui dixerit fratri suo, Racha, id est, qui odium intus in corde conceptum, tali signo vocis vel oris sui prodiderit hominibus, quale est Racha, vt non dubium sit, certisq; testibus argui possit qui fratrem suum oderit, reus erit concilio. Legitimumque fiet super eum iudicium ab hominibus, ita vt etiam ab altare Domini iure amoueatur, donec & satisfaciat Deo, & reconcilietur fratri suo. *Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Insultantes malis alienis, solent dicere, fatue. Exempli gratia: Iuliano apud Persas interempto dum nunciatus fuisset eius interitus in vrbe Antiochia, putantes cuncti habentes festiuitatem, & non solùm in ecclesijs & sepulturis martyrum, sed etiam in theatris exultantes, & victoriam Christi prædicantes, communiter clamabant omnes: Maximè fatue, vbi sunt vaticinia? Vicit Deus & Christus eius, verum sic illi rectè insultauerint & rectè dixrint, vtpotè non fratri, quinimo hosti & inimico acerrimo, fratris nostri, fratris optimi Iesu Christi, de cuius fide procedit omnis fraternitas siue paternitas vtitilis, quæ in cælo & in terra nominatur. Fratri autem taliter insultare, taliter dicere, fatue, peccatum est nimis grande, vtpotè testimonium cordis obdurari, quod habeat odium insatiabile. Igitur iusta sententia dicentis, reus erit gehennæ ignis, & subaudiendum est, nisi pœnitentiam egerit. Ad hunc peccati modum pertinuit illa maledictio Semei, quando regem Dauid fugientem à facie, filij sui Absolon, flentem & operto capite nudisque pedibus incedẽtem maledicebat, dicens: Egredere vir sanguinum & vir Belial, ecce premunt te mala', quoniam vir sanguinum es. & ita grediebatur, maledicens, & mittens lapides aduersus eum, terramque spargens. Scribæ & Pharisęi prę cunctis hominib. maligni, & (vt Propheta prædixit) in diem malũ separari, sic irati sunt fratri suo, sic dixerũt fratri suo Racha, sic dixerunt fatue, filij gehennæ, rei ge-

Aliqui medij inter faciẽtem & non faciẽtem.

Scribæ & pharisęi oderunt Christum.

1. Ioan. 3.

Gen. 4.

1. Reg. 16.

Qui dixerit fratri scilicet Racha.

Qui dixerit fatue.

Ephe. 3.

2. Reg. 16.

Amos. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei gehennalis incendij, cùm nihilominus in se considerent tanquam iusti. Non occiderunt fratrem suum manibus suis, sed irati sunt fratri suo, qui dicit in psalmo: Et odio habuerũt me gratis. Irati sunt ei nimis odio implacabili, nõ aliam ob causam, nisi quam Sapientia testatur eos dixisse, quoniam contrarius est operibus nostris. Vniuersa Ecclesiæ schola legit & concinit, longoq; vsu iam detriuit, quia qui iratus est Cain vehementer, & concidit vultus eius, cùm non aliam haberet causam, nisi quia opera ipsius maligna, fratris autem eius iusta erãt, typus fuit huius odij, quo hunc fratrem suum secundum carnem Iesum Christum oderunt scribæ & pharisæi, non aliã ob causam, nisi quia huius bona, ipsorum autem mala erant opera, & auaritiam eorũ in doctrina sua redarguebat. Nõne pro huiusmodi odio rei iam erant iudicio? Addiderunt autem huic peccato, vt non tantùm illum haberent odio in corde suo, verùm etiam dicerent Racha eidem fratri suo, scilicet omne verbũ malum quodcunque suggerere potuit hostilis indignatio. Exempli gratia: Nónne hic est filius fabri? Et alibi: Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Et multa his similia. Et si nihil plus fecissent aut dixissent, nomine rei iam fuissent non solùm iudicio diuino, verùm etiam Ecclesiæ concilio? Propterea quippe sententiam haberet in eos omne patriarcharum & prophetarum concilium, vt dicerent, væ his, qui dicunt bonum malum. Addiderunt etiam adhuc, vt insultarent ei in ipsius passione, & subsannarent in ipsa morte, quod erat (vt suprà demonstratum est) dicere, fatue. Cùm enim moreretur frater ille, qui dicit in Psalmo: Quasi proximum, quasi fratem nostrum, sic complacebam, prætereuntes blasphemabãt eum mouentes capita sua, & dicẽtes: Vah qui destruit templum Dei, & in triduo reædificat illud. Salua temetipsum. Antea quoq; cùm cepissent eum, sic illudebant ei tanquam fatuo, sic deridebant eum tanquam fatuum, cædendo colaphis, & dicendo: Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit. Inter hæc omnia videbãtur sibi, aut videri volebant iusti, & nõ transgressores legis dicentis, non occides: quum dicerent: Nobis non licet interficere quenquam, & non occiderent eum manibus suis, sic iusti, sic integri factores legis, vt non saltem introire vellẽt in prætorium gentilis hominis, vt non contaminarentur, ait Euangelista, sed manducarẽt pascha. Rectè igitur & verè dixit, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus, quàm scribarum & pharisęorum, non intrabitis in regnum cælorũ. i. nisi nõ solùm manus vestras contineatis ab occidẽdo, verùm etiam liberetis animum vestrum ab ira vel odio, & (quod plus est) os vestrum ab indignationis quolibet sono. & (quod abundantius est) linguam vestram ab insultando fratri cuilibet, in quocunq; fuerit malo. Quid tandem distat inter iudicium, quod dictum est antiquis, qui autem occiderit, reus erit iudicio: & iudicium istud, quod hic audimus, Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio? Non enim nulla debet esse distantia iudicij, vbi tanta distantia est reatus iudicandi, quanta hic intelligitur inter homicidiũ quod est perpetratum manibus, & homicidium, quod vt fieri possit, animo vel cogitatione versatur. De homicidio, quod perpetratur actu, iudicat homo lege constitutus: de homicidio, quod non est opere peractũ, sed vt fiat, mente tractatur, solus iudicat Deus, saltem per legem naturalem, quæ in cordibus scripta est, quæ est huiusmodi: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Hoc iudicium primò in Cain sancitum est, qui cùm iratus fuisset vehemẽter, dixit Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? &c. Illud autem iudicium, vbi homicidij manifestum est opus, sic iudicat homo, vt se habet causæ modus, quemadmodum lex loquitur: Qui (inquit) percusserit hominẽ, volens eum occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illũ tradidit in manus eius, &c. quæ prosequi longum est. Quid igitur supereſt consilij? Iudicium audiuimus, quia cuius ira in tantum progressa est, vt diceret fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis, qui videlicet gehenna iam non tantummodò iudicium, sed extrema iudicij sententia est. Nunquid hoc tempore, dum in euangelio prædicatur iudicium, misericordiæ vnquam obliuiscitur euangelium? Non vtique, sed semper & vbique, antequam terminetur iudicium, misericordiæ porrigit manum, quærendæ indulgentiæ præbet consilium. Hinc est illud quod protinùs subsequitur: *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Sicut cætera, ita istud quoq; sic sibi putet consuli omnis peccator siue reus homicidalis odij, quacunq; ex gente vel natione sit, vt sciat primum esse in intentione sermonis huius Iudæorum siue Scribarum & Pharisæorum cœtum, quoniam ad illos, imò & contra illos totus ille ferè hic sermo habitus est, sicut ex ipsa serie cognosci promptum est. O igitur collegium malum, concilium malignantiũ Scribarum & Pharisæorum, Pontificum & Seniorum: si vis, potes recordari, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, frater quem odio habuisti gratis, cui multa indignanter

Psalm. 34
Sap. 2.
Gen. 4.
Matt. 13.
Ioan. 10.
Esai. 5.
Matt. 27.
Psalm. 34
Matt. 27.
Exod 10.
Ioan. 18.
Differẽtia inter iudicium Dei & hominis
Gen. 4.
Exod. 21.

gnanter exprobrando dixisti Racha, multũ crudeliter insultando dixisti, fatue. Quid munus tuum ad altare contendis offerre? Nunquid nescis? nunquid non audisti? Dicit enim in propheta Deus: Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra, & alibi: Ne afferatis vltra sacrificium frustra. Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. Cùm exten deritis manus vestras, auertã oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationes non exaudiam. Quam ob causam? Manus enim vestræ plenæ sanguine sunt. Hoc est quod nunc dicit, quia frater tuus habet aliquid aduersum te. Si ergo huius recordatus fueris & munus instanter offerre cupis, relinque munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari huic fratri tuo, videlicet secundum consilium Petri quoq; Apostoli, dicentis: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: hoc enim est reconciliari fratri huic. Hoc facto, tunc veniens offeres munus tuũ, munus sanctum, sacrificium verum, nó sicut carnes tuorum, sanguinem hircorum aut vitulorum: sed ipsum fratris eiusdem, cui reconciliatus es, corpus viuificum, sanguinem verum, sacrificium sanctum & immaculatum. Quotus ex illo scribarum & phariseorum concilio vel ordine supercilioso atque odij pleno, recepturus erat istud humilitatis consilium, istud gratiæ consulentis beneplacitum? Et quidem recepturi erant aliqui, quamuis pauci, vt auditis Petri cæterorumque sermonibus Apostolorum, reconciliantur fratri huic, baptizati in nomine eius: sed inter ipsos quanta diuisio, quanta fuit dissensio, sicut Actuum Apostolorum liber testatur, maximè de relinquendo siue immutando munere vel ritu, quo antea munus offerebatur? Sequitur ergo. *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, nõ exies inde donec reddas nouissimum quadrantẽ.* Huic dicto Apostolus consonans: Qua propter, ait, sicut dicit spiritus sanctus, hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, &c. quibus promisisis longam & optimã ingreditur disputationem de relinquendo (sicut iam dictum est) prisco munere, & offerendo meliore, sic inter cætera dicens: Reprobatio quidem sit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Denique aduersarius eorum, qui erãt eiusmodi, sermo fuit euangelij & omnis prædicator euangelicæ veritatis, potestatem habens, non consentientem sibi tradere iudici & non solũ iudici, verumetiam malo ministro, sub præsentia vel iudicio iudicis, quemadmodum vnus illorũ iam memoratus Apostolus ad Corinth. dicit: Ego quidẽ absens corpore, præsens autem spiritu, iudicauit vt præsens eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu cũ virtute Domini Iesu, tradere huiusmodi Sathanæ in interitum carnis. Et ad Tim. scribit: Ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare. Et quid mirum, si sermo Dei vel quiuis sermonis Dei minister in euangelio, dicatur peccatoris maximeq; Iudęi siue scribę & pharisęi, rebellis & incredituli aduersarius, cũ inimicus autoritate prophetica dictus sit eiusdẽ ipse Deus vel Dei spiritus? Ipsi autem (inquit Esaias) ad iracundiam prouocauerunt & afflixerunt spiritum sancti eius, & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Et Hieremias lamentãdo loquitur: Factus est Dominus velut inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius. Itemq; ait: Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis. Igitur ô scriba literæ occidentis, ô pharisæe magni supercilij refuga spiritus viuificantis, ô Iudęi declamator manifestę circumcisionis, cum sacerdotibus & pontificibus tuis carnarijs atque sanguinarijs, noli obdurare cor tuũ, sed esto consentiens aduersario huic, sermoni huic gratiæ & veritatis, & linguæ eius & ori eius, in quo tibi cœpit aduersari linguæ Apostolicæ, ori euangelicæ prædicationis: ne fortè excutiendo puluerem pedũ suorum in te, tradat te iudici illi qui per Moysen dixit: Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. Iudex & vltor ille ministrum habet, ministrum inquã & seruum de quo ad Iob loquitur: Nũquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruũ sempiternum? Ille seruus, ille minister, si traditus ei fueris, mittet te in carcerẽ, in inferiorem infernum. Quandiu illic eris? Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Tu triginta argenteos appendisti precium sanguinis eius, & donec eos reddas vsq; ad nouissimũ quadrantẽ.

Donec red. nouiſ. qd.

nia, neq; deſcendet cũ eo gloria eius. Ergo non exies inde, donec reddas vſq; ad nouiſsimum quadrãtem, id eſt, nõ inde exies in æternum. Quadrans habet duo minuta. Veruntamen in rationib. ponderũ, quas abaciſtæ in vſu habẽtes & iam ſcripſerũt, quadrãs tres vncias habet, vncia verò duodecima pars aſsis eſt. Porrò aſsis totũ quiddã eſt, ſiue libra, ſiue quippiã aliud, quod in duodecim partes æquas diuidendũ eſt. Proinde non tandũ quia non dixit, donec reddas vſq; ad quadrantẽ, ſed vſq; ad nouiſsimum quadrãtem, vt per quadrantem nouiſsimũ intelligas de minutiſsimis, quale apud illos dicitur chalcus ſiue ſiciliquis, in quæ extrema & vncię & vnciarum particulæ diuiduntur. Nam & apud alium euangeliſtã ita ſcriptũ eſt: Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouiſsimũ minutum reddas. Non ſolũ autẽ ſupra dictos argenteos pretium ſanguinis fraterni, ô infelix & inrecõciliate negociator, à te putes in illo carcere exigendos, verumatiam prędam vniuerſam quam feciſti tanta inſania, tanta cupiditate lucrãdi, vt ipſam domum Dei, quę domus orationis vocari & eſſe debuit, ſpeluncam faceres latronum. Et proinde quia frater iſte contra tuã diſputabat auaritiam, implacabile aduerſus eum mente cõciperes odium. Ab initio quo patres tui viginti argenteis vendiderunt fratrem ſuũ Ioſeph, vſq; nunc auaritiæ morbo languidus inceſsiſti, & hucuſq; proceſsiſti, vt diſputantem (ſicut iam dictũ eſt) fratrem iſtum interficeres, ita vt in pretium ſanguinis triginta argenteos dares & recipere res. Totam tantorũ malorum exactionem potuiſſes euadere breui & compendioſa reconciliatione, & amica voce confeſsionis lucrari remiſsionem vniuerſi delicti. Secũdo loco frater tibi eſt omnis qui tecum vnũ eundemq; Deum colit, & benè dicit Deũ & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, patrem miſericordiarum & Deum totius conſolationis. Si fratri eiuſmodi iratus es, ſi dixiſti Racha, ſi dixiſti fatue, etiã ꝓ illo reus es gehennæ ignis, vtpotè homicida, ſicut teſtatur Apoſtolus Ioan. quia omnis qui odit fratrem ſuũ homicida eſt. Si ergo offers munus tuum ad altare, ſi orationem, ſi quamlibet oblationem, feſtina ſecundum præſens conſilium auferre huiuſmodi fermentum: quia † & ſecundum ſanctam ac myſticam legem fermentatum malitiæ & nequitiæ. Forte vel ipſe frater quẽ odiſti, ſiue alius quis, ſolus ſciens ꝙ pecces, iraſcẽdo fratri vel odiẽdo fratrẽ, corripit te inter te & ipſum ſolũ & quia corripit, quodãmodo tibi aduerſarius eſt, & aduerſari nõ deſinit, adhibẽdo alium ſecum ſi ſolum audire noluiſti, dicẽdo etiam eccleſiæ, ſi nec duos audire voluiſti, iam ex eo tibi cauendum eſt, ne aduerſarius tradat te iudici, id eſt, ne fias ei ſicut ethnicus & publicanus, ſi nec eccleſiam audire volueris. Nam hoc eſt ſine dubio tradere iudici, reputare cũ his qui foris ſunt, de quibus Dñs iudicabit. Quid enim mihi, ait Apoſtolus, de his qui foris ſunt iudicare? Nõne de his qui intus ſunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt Deus iudicabit. Porrò frater quiſquis ille eſt, cui iratus es, quem odiſti, & per odiũ malo vel contumelioſo verbo læſiſti, non erit tibi difficilis reconciliationem flagitanti, propter illum qui dixit: Si peccauerit in te frater tuus, & conuerſus pœnitẽtiam egerit, vel dixerit, pœnitet me, dimitte ei. Et multa his ſimilia. Veruntamẽ non propter hæc iniuſtus inuenitur in facto ſuo Dauid, ad quem venit Semei, qui maledixerat ei, & proſtratus dixit, Ne reputes mihi Domine mi iniquitatem, ne memineris iniuriam ſerui tui. Agnoſco enim ſeruus tuus peccatũ meum, &c. Et tunc quidẽ dixit, non morieris, iurauitq; ei, ſed poſtea cũ appropinquaſſent dies, vt moreretur, dixit inter cætera filio ſuo Salomoni: Habes quoque apud te Semei qui maledixit mihi maledictione peſsima, quando ibam ad caſtra, vir autem ſapiens es, & ſcies quæ facies ei, deduceſq; canos eius cũ ſanguine ad infernum? Non (inquam) iniuſtus in hoc facto inuenitur Dauid, quia non vero corde reconciliationem quæſiuit Semei, nõ præ deſiderio iuſtitiæ pœnituit, ſed ſeruiliter metu pœnæ concidit, quia rex qué oderat in corde ſuo, cui profugienti maledixit, iterum ſalutatus in regno ſedit. Mutauit vocẽ, non mutauit mentem. Hoc quoq; innuit ſcriptura cùm dicit, Ipſe quoq;, videlicet Banaias filius Ioiadæ, interfecit virum Aegyptium, virum digno ſpectaculo, habentem in manu haſtam. Aegyptium moribus, non genere, dixit illum Semei, & habentem in manu haſtam, id eſt, datam in poteſtate ſua propriæ mẽtis ſententiam, quam hoc modo dedit Salomon: Quacunq; autem die egreſſus fueris & tranſieris torrentem Cedron, ſcito te interficiendũ. Dixitq; Semei: Bonus ſermo. Itaq; ſic fecit Dauid, tanquã nõ ſuimet, ſed Dei & legis vindex, cuius hoc edictum eſt: Principi populi tui non maledices. Sic illum puniri iuſsit, vt nihilominus ſecure dicat, Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis.

Luc. 12.
Auaritia Iudæorum
Mat. 21. Ioan. 2. Gen. 37.
2. Cor. 1.
Lege, eſt.
Mat. 18.
1. Cor. 5.
3. Reg. 2.
2. Reg. 23.
3. Reg. 2.
Exod. 22.
Pſal. 8.

LIBRI QVARTI FINIS.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS,

LIBER V.

Quæſtio.

QVM plurima dicta ſint antiquis, & omnia compræhendãtur vno nomine leges, quam Dominus ipſe, non veni (inquit) ſoluere legem, ſed adimplere: rationem non fruſtra quærataliquis, cur pauca de plurimis, id eſt, tantummodò ſex dicta pro exemplo poſuerit, vt appareret, quibus modis agenda foret adimpletio, quam dixit: & cur iſta potius, quã cętera hîc aſſumpſerit, taliq; ordine digeſſerit. Primum eſt, non occides: ſecundum, non mœchaberis: tertium, quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det illi libellum repudij: quartum, non peierabis: quintum, oculum pro oculo, & dẽtem pro dente: ſextum, diliges proximum tuum, & odies inimicum tuũ. Hæc (vt iam dixi) non fruſtra quęrat aliquis, cur potius iſta, quàm cætera tali ordine digeſſerit, per ſingula ſubiungens, ego autem dico vobis? Ad hæc

Reſponſio.

breuiter dicẽdum, quia quæ ſub iſtis continentur dictis ſiue præceptis, ita ſunt neceſſaria Chriſtiano homini ad perfectionem iuſtitiæ tendenti, vt ſine his perfectus eſſe non poſsit eadẽ perfectione, quam poſt eodem dicto diligenter commendãs tandem dicit: Eſtote & vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Hoc nanque primum eſt opus iuſtitiæ, eſſe vnanimes in fide, & fraterna dilectione. Quid aliud nobis intimare curauit, dum præmiſſo, dictum eſt antiquis, non occides, adiecit, ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, & cæt. vſq;, eſto conſentiens aduersario tuo? Poſt hoc initiũ iuſtitię, quid tam pulchrum, tam Deo dignum, quàm pro adipiſcenda caſtitate laborare? Hoc planè vehementi intentione declamat, dum præmiſſo, dictum eſt antiquis, non mœchaberis, adiecit, ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, &c. vſque, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Porrò ſtudium caſtitatis ſic diſcretè erat exercendum, vt nullum ipſi naturæ generaret ſcandalum, id eſt, ne prædicatio caſtitatis occaſio fieret adulterij, quod & Apoſtolus præcauẽs, his autem, qui matrimonio vincti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere. Super hoc nimirum confeſtim nos inſtruit, dum præmiſſo, dictum eſt, quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, det illi libellũ repudij, ſubiũgit, ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſertt vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eã mœchari. Cùm autem hucuſque Chriſtianus profecerit, vt caſtitatis virtute præcinctus ſit, confeſtim & illę iuſtitiæ ſucceſſus eum delectare poterit, vt cunctis quoad poteſt ſeſe eximat negotijs ſeculi. Hoc intendens cùm deinde dixiſſet, dictum eſt antiquis, non peierabis, adiecit, ego autem dico vobis, non iurare omninò, &c. Denique ſine iuramentis quomodo tractari poſsint negotia ſeculi? Cùm ergo dicit, non iurare omninò, liberum eſſe vult ab omni ſeculari negotio. Profectò qui hanc ſuſceperit partem conſilij, conſequenter & illud ſuſcipiet, vt iniuriam non ſolùm non facere, verũ etiam pati propter Deum velit. Mox itaque præmiſſo, dictum eſt, oculum pro oculo, & dentem pro dente, adiecit, ego autem dico vobis, non reſiſtite malo, &c. Poſt hæc vnum adhuc neceſſarium eſt iuſtitiæ ſignaculum, quod protinùs ſuperponens, dictũ eſt (ait) diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum, ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui vos oderũt, &c. quæ ita concludit: Eſtote & vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Nunc horum omnium ſeries iuxta propoſitum ſiue inceptum diligentius percurrenda eſt. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eã, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo.* Quomodo ſuprà homicidij, ita hîc adulterij vocabulo ſuprà homicidij, ita hîc adulterij vocabulo ſequente effectus damnatur, etiam non ſequente effectu. Videre nanque mulierem ad concupiſcendum eam, quid aliud eſt, niſi contemplari mulierem, habendo voluntatem adulterandi eam? Rectè ergo, ſicut qui iraſcitur fratri ſuo, vel qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & idcirco reus erit iudicio, ita qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iã (inquit) mœchatus eſt eã in corde ſuo & idcirco nihilominus reus erit iudicio. Verum tamen adhuc parum eſt, eiuſmodi viſum continere, ſi vis in te veracẽ facere eum qui hæc proloquens, dixit, non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Proinde audi quod ſequitur adhuc: *Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te,*

Sex dicta legis, pro exemplo iuſtitiæ.

Non mœchaberis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

addo est Quid est oculu dextrum proijcere.

daliz.at te,erue eum,& proijce abste. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Etenim hic * sensus, Vt sis in castitate perfectus, non solum ministrum oculum eruere. verumetiam dextrum debes proijcere abste, si tamen scandalizat te, id est, non solum adulterij concubitus concupiscentiam fugere, verumetiam licitum amorem, licitam coniugij copulam soluere, & abijcere, si duntaxat tecum non consentit mulier habitare, aut si propter cohabitationem eius periculum tibi subeundum est vitæ vel salutis æternæ. Nam hoc modo reuera dexter oculus tuus scandalizat te, si vel te virum mulier, vel te mulierem vir coniunx non patitur in fide Christi permanere.

1. Cor. 7. Huic fundamento fideliter insistens Apostolus, infidelis(ait) si discedit, discedat. Nō est enim seruituti subiectus frater aut soror eiusmodi. Exempli gratia. Pone Iudæum siue Gentilem virum siue mulierem conuerti velle ad Christum, siue iam credidisse in Christum & de coniugali copula pati homini scandalum, vt aut soluendum coniugium, aut fidei subeundum sit dispendiū. Nonne huic incunctanter, & certissimè dicas, expedit tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuū mittatur in gehennam? Sic & fratrum & liberorum atque affinium & propinquorum in causa hac nescire debemus affectum, immò truncare expedit homini portiones, nedum volumus lucrifacere cæteros, ipsi in æternum pereamus. Vnde & de sacerdote magno dicitur, cuius anima cultui dei dedicata est. Super patre & matre & filijs non polluetur, id est, nullius affectū sciet, nisi eius,

Leuit. 21. cuius cultui dedicatus est. *Dictum est autem:*

Deute. 24. *Quicunque dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari. Et qui dimissam duxerit, adulterat.* Ne ergo nimium sis festinus, ô auditor euangelicæ pacis, ad eruendum oculum tuum dextrum, ne multum festines quasi propter euangelium rumpere coniugij vinculū, quod supra diximus competenter significari per oculum dextrum. Dixit tibi supra, erue oculum tuum dextrum, si scandalizat te, & non dixit, erue oculum tuum dextrum ne fortè scandalizet te. Vt manifestius fiat, qđ dico, non tibi dicit euangelium, dimitte vxorem tuam, quam tecum Christiana fides inuenit, ne fortè seducat te: sed dicit tibi, dimitte eam, si propter fidem odit te, & tecum non consentit habitare. Adiuuat sensum vestrum Apostolus ad cautelam necessariam, cum dicit: Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc quidem consentit habitare cū illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic quidem consentit habitare cum illa, non dimittat virum, & subinde: Vnde enim scis mulier, si virum saluum facies? Aut vnde scis vir, si mulierem facies saluam? Fieri nanque potuit, & nonnunquam factum est, & nonnunquam futurum Apostolus scire poterat, vt per mulierem vir, & per virum mulier salua fieret. Rachel verò vxor Iacob per idololatriæ culpam penè perdita erat, quippe quæ & cum viro proficiscens, furata fuerat idola patris sui Laban, sed saluata est per virum dicentem paulò antequam moreretur, periclitata partu, Abijcite deos alienos, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & fuit socius itineris mei: Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant. At ille infodit eos subter Therebinthū, Ergo

Quomodo licet infidelem coniugem dimittere.

Gene. 31. Gene. 35.

1. Cor. 7. coruscāte Christi Euāgelio ô tu quicūq; cōiugatus, quęcūq; cōiugata inuenta es cōparē siue thori consortem ad fidem Christi præueniens, expecta: nec desperes quandoque sequi posse quamuis tardantem. Habes nanque non solum rationem, verumetiam exēpla, cur de salute compatris desperare non debeas. Sanctificatus est enim vir infidelis, in muliere fideli, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, videlicet, vt illa, quam dixi, Rachel. Sed hoc aliquando factum est, & adhuc fieri potest. Vna duntaxat causa est, propter quam dimittere liceat etiam inuitā, & tecum habitare consentientem, scilicet fornicatio. Sola enim causa ista te liberat, vt non iudiceris feciſſe illā mœchari, cum alius eam duxerit, quia prius illa mœchata est, quam tu illam dimitteres. Lex quoq; vbi dixit antiquis dare libellū repudij non omnino de isto iudicio tacuit, quod scilicet & qui dimisit & dimissam duxit, vterque adulterij reus fuit. Quid ergo amplius hic dixit, quam dictum est antiquis? Videlicet quod in Euangelio causa ista non recipiēda sit. vt vxorem suam propter odium dimittat quis, nec aliam prorsus ob causam hoc licitum sit, nisi ob illam, quam dixit, causam fornicationis, quæ sola cum interciderit, reatu mœchiæ non inuoluitur is qui dimisit. In posteriori parte huius euāgelij plenius exponit saluator, quod Moyses libellum repudij dari iusserit propter duritiam cordis maritorum, non dissidium concedens, sed auferens homicidium. Multo enim melius est, licet lugubrem, euenire discordiam, quam fundi sanguinem per odium, *Iterum audistis, quia dictum est antiquis, non peierabis. Reddas autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas*

Euangelium non admittit libellum repudij.

Matth. 15.

Leui. 19.

vitas est magni Regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrū. Sit tamen sermo vester, est est, non non. Quod autem his abundantius est à malo est. Sciendum hic in primis, quia dictum hoc Domini, non iurare omninò, nonnihil in rationibus nostris differt à cæteris dictis eiusdem Domini. Denique, vt non irascaris fratri, vt non videas mulierem ad concupiscendū eam, vt non dimittas vxorem excepta fornicationis causa vt non resistas malo, quinimò percutienti dexteram maxillam præbeas & alteram, vt benefacias his, qui oderunt te, & ores pro persequentibus & calumniantibus, nec litera, nec spiritus legis vsquam contradicit. At verò vt non iures omninò, non videtur lex in tuo reliquisse arbitrio. Dicit enim: Si latet fur, dominus domus, à quo sublatum est furto quippiam in custodiam sibi commendatum applicabitur ad Deos, id est, Sacerdotes, & iurabit, quòd non extenderit manum in rem próximi sui, ad perpetrandam fraudem. Item: Si quis commēdauerit proximo suo quodcunq; iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit, iusiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ād rem proximi sui, suscipietque Dominus iuramētum, & ille reddere non cogetur. quomodo ergo dicit nobis, non iurare omninò, nisi ita duntaxat, vt velit nos eorum, quæ occasionē, siue etiam necessitatē prębent iurandi, nihil proprium possidere in mundo? Et reuera hic est ordinatus ad perfectionem iustitiæ profectus, vt postquā erueris abs te oculum dextrum eo modo, quo suprà dictum est, totum dein de sequaris consilium, quod homini est: Si vis perfectus esse, vade, & vende vniuersa, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Cùm enim hoc feceris, in tuo iam erit arbitrio non iurare omninò. Quod deinde dicit, neque per cælum, neque per terram, neque per ciuitatem Hierosolymam, neq; per caput tuum iuraueris, iam non solummodo consilium, verùm etiam præceptum est, quia videlicet per elementa mundi iurare, omninò delictum est. Hanc per elemēta iurandi pessimam consuetudinem semper habuere Iudæi, sicut Prophetalis sermo eos frequens arguit, vtpote creaturas, resq; carnales venerātes honore & obsequio dei. Qui enim iurat, profectò aut veneratur, aut diligit id, quod iurat. Porrò, hic veneratione circa hæc habendam videtur augere, cùm dicit de cælo, quia thronus Dei est, de terra, quia scabellum est pedum eius, de Hierosolyma, quia ciuitas est magni Regis, & idcirco per ista ne iuraueris, inquit. Nunquid hoc sensu res istas magnificat, vt ad earundem rerum non sit ausu iurandi temeranda maiestas? Imò hæc iurisiurandi vocibus indigna iudicat. Solus enim Deus solus creator est, per quem iurandum sit, si necessitas iurare compellat. Ait enim lex: Et per nomen externorum deorum non iurabitis, nec audietur ex ore vestro. Itē: Dominum Deum tuum timebis, & ei seruies, ipsi adhærebis, iurabisq; in nomine illius. Et hoc quasi paruulis fuerat lege concessum, vt quomodo victimas immolabant Deo, nec eas idolis immolarent, sic & iurare permitterentur in Deum, non quòd rectè hoc facerent, sed quod melius esset Deo id exhibere, quàm dæmonijs. Cùm igitur dicit neque per cælum iuraueris, & causam istam subiungit, quia thronus Dei est, itemq; de terra quia scabellum est pedum eius, idem est, ac si dicat, quia cęlum tantò minoris est eo, per quem solùm iurare concessum est, quantò minoris est sedente sua sedes, itemq; terra tantò minor illo est, quantò minoris est scabellum eo, cuius sub pedibus est. Similiter Hierosolyma, quæ, vt multum dicam, ciuitas magni regis est, fortè Dauid, qui illam cepit, aut Salomonis, qui illam ampliauit, siue etiam DEI, propter fundatum in ea templum DEI. Quid ergo per ista iuras, cùm cælum non Deus, sed tuo sensu scabellum pedum Dei sit, propter illud, quod in Propheta dicit, cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum, cū de Hierosolyma nō Deus, sed ciuitas sit regis magni? De capite tuo quid dicam? Quid iuras per caput tuum, id est, per temetipsum, cùm tu non feceris temetipsum? Illum nanq; solum iurare decuit per semetipsum, quem alius non fecit, quia maiorem se (ait Apostolus) per quem iuraret non habuit. Hæc secundum tempus illud maximè contra Iudeos dixerit, qui per Angelos & vrbem Hierusalem & templum, & elementa iurantes, creaturas, resque carnales venerabantur honore & obsequio Dei. Denique considera, quòd hîc Saluator non per Deum iurare prohibuerit, sed per cælum, & terram, & per Hierosolymam, & per caput tuum. Porro euangelica veritas non recipit iuramentum, cùm omnis sermo fidelis pro iureiurādo sit. Dicit enim: Ego autē dico vobis, non iurare omninò. Sit autem sermo vester, est est, non non. Quod autem his abundantius est, à malo est, subauditur illius, cuius infirmitate seu duritia iurare coactus est. Exempli gratia: Vt is, qui primus ex hominibus iurasse legitur Abraham. Quod enim iurauit, à malo eius fuit, qui dixit: Iura ergo per Dominum, ne mihi noceas, & posteris meis, stirpique meæ, sed iuxta misericordiam, quam feci tibi, facias mihi & terræ, in qua conuersatus es aduena. Rex enim erat ille, & nisi rogatus ab eo iurasset

Non iurare omnino differt ab aliys dictis Domini

Exod. 22.

Ibidem.

Matt. 22.

Non iurandum est, neq; per cælum, neque per terram &c.

Esa. 66.

Heb. 6.

Sit sermo vester, est est, nō non.

Gene. 21.

Abraham

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor. 11. Abraham, magis illi suspectus esse poterat. Similiter quod Apostolus iurauit Corinthijs, si tamen nihil minus habet à iuramento quod dicit, Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, 2.Cor. 11. scit quod nó mentior, itemq; quotidie morior per vestram gloriã fratres, à malo fuit ipsorum, quos ipse culpans, ait: Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim debui à vobis commendari. Postquam consilium hoc sequi cœperit Christianus homo, vt nõ iuret omninò, quod (sicut iam supra dictũ est) tunc demũ obseruare poterit, si semetipsum expediat ab omni seculari negotio, quod iam sequitur secundum propositum eius ad perfectionem iustitiæ tendentis, ni-
Exod. 21. si hoc, vt nulli malum pro malo reddere velit, nec saltem resistere iniuriam facienti? Sequitur ergo. *Audistis quia dictum est, oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo.* Sicut illud dictum antiquis,
Deut. 8. quicunque dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij, ita & istud, oculum pro oculo, dentem pro dente, non præcipientis, sed concedentis siue permittentis fuit, videlicet ob duritiam cordis, cui nequaquam sufficit æqua repẽsio, nec requiescit, nisi de pœna crudelitatis satiata fuerit. Ergo & in hoc est adimpletio legis, dum non solùm vicariam non reposcere docetur pœnam, verumetiam ad omnis iniuriæ vir ecclesiasticus formatur patientiam. *Si quis* (ait) *te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et ei qui vult tecum iudicio cotendere, & tunicam tuam tollere, remitte ei & pallium. Et quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. Qui pe-*
Matth. 11. *tit à te, da ei. Et volenti mutuari à te, ne auertaris.* Verè propter huiusmodi doctrinã saluator quodam loco dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Etenim qui contra faciũt, qui percutientem in maxillam quo ad possunt, repercutiũt: qui pertinaci contentione agunt, ne vincantur ab eo, qui vult tollere tunicam vel palliũ, nónne laborant? Nónne onerati sunt? E contra, qui præsens sequuntur consilium, nónne
2.Cor. 9. requiem etiã in præsenti seculo inueniunt? Iam fiet illud q̃ dicit, qui petit à te, da ei,
Actor. 3. si hilariter fiat, quoniã (vt testatur Apostolus) hilarem datorem diligit Deus, quanta ibi iucunditas? Quanta festiuitas? Verunta men notandum, quod non ita dixit, & qui petit à te, da ei quicquid petit. Quis enim hoc facere potuit? Fortè petit aurum, tu aurum nõ habes vel argentum. Propterea dic illud, quod Petrus Apostolus dixit, dum claudus mendicans intenderet in eum, sperans ab eo se aliquid accepturum: Argentũ & Aurum non est mecum, quod habeo, hoc dõ tibi. Etenim si voluntas prompta est (ait 2.Cor.8.
Prouer.15. Apostolus Corinthijs) secundum id quod habet, accepta est, nõ secundum id quod nõ habet. Et si non est aliud, sermo responsionis porrigatur bonus, quia scriptum est: Sermo bonus super datum optimum. Scien- *Christus*
dum quia Dominus noster, qui hæc docet, *quæ docuit*
in primis vel maximè fecit quæ docuit. Pe- *ipse in primis fecit.*
tenti dedit, immò non expectauit vt peteretur, sed vltro dedit plus quam petere sciret aliquis. Quomodo cœpit: Scitis enim 2.Cor.8.
(ait idem Apostolus) gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est cùm esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Ipse percutienti maxillam præbuit non solùm & alteram, verũ Thr. 3.
etiam totũ corpus, vt saturetur opprobrijs, sicut dictum fuerat per prophetam Hieremiam: Ipse volenti cum eo contendere iu- Ioan. 19.
dicio, videlicet Pilato siue populo Iudaico, non respondit verbum, tollentique tunicam eius inconsutilem, & desuper contextam per totum, remisit & omne vestimen- Psal.21.
tum, vt facerent quod scriptum est: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Porrò, quod adhuc dicit, & quicunque te angariauerit mil
le passus, vade cũ illo alia duo, subauditur Actor.3.
millia passuum, multò insignius quam lite ra sonat, ipse paulò ante fecerat. Hic primo sciendum, quia mille passus sabbatizantẽ lex sacra concedit. Quod autem vel quale est, aut esse debet spiritualis viri sabbatum, nisi secreta, & quieta meditatio rerum spiritualium? Nimirum eiusmodi sabbatum Mat. 4.
sabbatizabat ipse in deserto, quando accessit ad eum tentator. Veraciter hoc fuit mil- Luc. 4.
le passus angariari, cũ tentatore in illo tali sabbato altercari. At ipse tantummodo mil
le passus angariari, id est, non tantummodo semel passus est tentari, sed iuit cum illo alia duo, quia duas, præter priorem tentationes pertulit, assumptus ab illo in sanctam Bona angã
ciuitatem, & ductus in montem excelsum riatio Apo
valdè, & tunc dixit ei: Vade Sathanas. For- stolorũ &
tè & tu ô anima magni Apostoli, siue cuiuscũq; viri apostolici, sabbatizare vis. Ex spo- similium.
liasti te tunica tua, lauisti pedes tuos, & in cubiculo secretæ contemplationis sabbatizare vis. Sed ecce vox dilecti tui pulsantis: Cant. 5.
Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Hæc dicens: Vtique angariare te vult mille passus, quod est sabbati iter, vt ante iam dictum est: Angariare (inquam) te vult, vt postposita quam elegeras solitariæ cõtemplationis requie surgas. Ille aperire, vadas euangelium eius annunciare, & hoc in vna parte orbis terræ in Asia, vbi sita est Hierusalẽ siue Iudæa, vbi Euãgelium eius primum loqui oportebat. Va-

noli

de cum illo alia duo millia passuum, id est, noli contentus esse in vna Asia prædicare, sed & in Aphrica, & in Europa prædicando labora, laborando prædica Euangelium, & hoc modo pulchrè angariatus es, vadens cũ illo non solùm mille passus, sed & alia duo,
Date, et dabitur vobis fiuntq; tria millia passuum, quia tres sunt partes orbis terrarũ. Nũquid in huiusmodi angaria plus iniuriæ tu pro illo, quam ille pro te passus est? Illum quippè Deum & hominem Diabolus tentator, te purum hominem angariauit ipse Deus saluator. Interea iustificare debemus Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi, ipsumq; filium
Psal. 144. qui hic loquitur nobis, & dum non accipimus quod ab ipso petimus, nihilominus
Ioan. 16. cum Psalmista dicere: Fidelis Dominus in omnibus verbis suis & sanctus in omnibus operibus suis. Quid enim? Nunquid illud
Luc. 11. solum dixit: Amen amen dico vobis, si quid
Luc. 6. petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, petite & accipietis, petite & dabitur vobis? Nónne & hoc dixit: Date & dabitur vobis, & quod hic in præsenti loco habemus, qui petit à te ne auertaris? Volumus audi-
Esa. 1. re, petite & dabitur vobis: & dissimulamus date & dabitur vobis. Profectò sicut apud Esaiam, vbi præmittens quærite iudicium, subuenite oppresso, &c. tunc demum subiungit, & venite & arguite me: ita & hic iurisperitus esse debebis, vt cùm feceris quod dicit: Qui petit à te, da ei, & volenti mutua re à te, ne auertaris, tunc demum venias & arguas eum, eò quòd non acceperis, iuxta promissum hoc, petite & accipietis. Adhuc vnum supereſt (ô Christiane) dictum, vel dicendum tibi, & sex erant dicta Domini, & cũ sex quasi diebus dictorum homini benè operatus fueris, legemque adimpleueris, tunc demum vir emeritus iure introire in requiem Domini, & sabbatismum filiorum Dei, sabbatizare dignus sis. Quid est illud? *Audistis* (inquit) *quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est,*
Actor. 23. *qui solem suum oriri facit super bonos & malos, et pluit super iustos & iniustos.* Poteras percutienti maxillam dextram, etiam iratus præbere alte
2.Tim. 4. ram, & dicere non (vt Apost.) prænunciando, percutiat te Dñs, sed imprecando, percutiat te Dñs paries dealbate: poteras auferenti tunicam, etiam iratus remittere & pallium, & dicere, non, vt idem Apostolus, cõminando siue prænunciãdo, reddet illi Dominus, sed maledicendo siue imprecando reddat illi Dñs secundum opera eius vt nõ esset contra hoc legis mandatum adhuc minimum: Diligesamicum tuum, neque contra hoc legis permissum, & odies inimicum tuum. Porrò tendenti tibi ad gradum optimum vt sis filius patris tui, qui in cælis est, permisso vti non conuenit, vt odio habeas inimicum tuum, imò expedit vt diligas eũ iam, dum adhuc inimicus est, & pro illo o- *Quæstio.*
res. Quare ergo lex dixit, & odies inimicũ tuum? Nónne ipsa eiusdem vox est, cuius & Euangelium? Quare ergo tam diu distulit dictum hoc tam benignum. Dilige inimicum tuum? Videlicet, quia hoc impossibile erat legi, & in hoc infirmabatur per carnẽ, sicut Apostolus ait: Quorum per carnem in *Rom. 7.*
firmabatur? Nimirum eorum qui sub lege *Responsio.*
erant, quia carnales erant. Sicut ad duritiam cordis eorum permisit eis dare coniugibus libellos repudij, ita nihilominus ad duritiã cordis eorum & propter infirmitatem carnis eorum alia quoq; multa permisit, quorum de notissimis est hoc vnum, & odies inimicum tuum, siue ita, propinquus occisi statim vt homicidam appræhenderit, interficiet eum. Dicis itaque mihi: Nónne & hominibus eadem est tam duritia cordis quã infirmitas carnis? Est quidem, sed exemplũ *Num. 35.*
accessit, quod antiquis defuit. Debet plus valere doctrina, vbi docentem sua commẽdant opera. Audiri debet præceptum, quod *Cur Christianis minus licet quã licuit Iudæis.*
præceptoris roborauit exemplum. Ecce filius Dei præceptor & doctor de cælo venit, quod præcipit, fecit, quod docet, opere ostendit. Dilexit inimicos, nam cùm inimici essemus (ait Apostolus) reconciliauit nos *Rom. 5.*
Deo. In ipso mortis articulo pro persequen- *Luc. 23.*
tibus & calumniantibus se, orauit pater (inquiens) ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt, cunctisque credere volentibus reatum suæ mortis indulsit. Hoc exemplum doctrinam eius adiuuat, quod quia defuit quando data est lex, erat ipsa lex infirma: simulque quia spiritum dilectionis dare nõ poterat, tale quid illi efficere, & ad perfectionem cogere homines impossibile erat. Iste quia & perfectionis exemplum & dilectionis spiritum dedit, idcircò iam extunc verè à nobis imitationẽ exigit grandi pro- *Rom. 8.*
posita spe, quæ cùm venerit, profectò meritum omne excendit, vt sumus filij Dei, fratres & cohæredes vnici filij Dei. Et in hoc *Differẽtia inter vnicũ filiũ Dei, et multos filios Dei.*
dicto cùm dicit, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, magna subiungitur distantia filiorum multorũ, & ipsius vnici filij Dei. Ille nanque, nõ vt esset filius Dei, sed quia erat filius Dei, dilexit inimicos, secundum naturam suę bonitatis alij omnes, non quia sunt, sed vt sint filij Dei, diligant inimicos imitatione illius bonitatis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hoc si sensu duplici intelligas, abundantius valet: Nam est quidem magnum bonitatis siue benignitatis eius experimentum, quod solem iustum vi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibilem facit oriri super bonos & malos, & pluuiã terræ necessariã pluit super iustos & iniustos, sed maius multò est, quod solem iustitiæ, solé verũ, Christum filiũ suum notum facit bonis & malis, tam qui ex Iudæis quàm qui ex gentib. sunt, & volũtaria prędicationis Euangelicæ pluuia cunctos irrigans, cohortatur eos facere bonũ fidei vel pœnitentiæ fructum. *Si enim diligitis eos tantum qui vos diligunt, quam mercedem habetis? Nónne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tãtum, quid amplius facitis? Nónne & Ethnici hoc faciũt? Estote ergo perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Vbi opus laboriosius, vbi labor est operiosior ibi vel inde merces maior, & corona acquiritur glorioſior. Porrò, multi præcepta Dei, imbecillitate sua non sanctorum viribus æstimantes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt, & dicunt sufficere virtutibus, non odisse inimicos cæterum diligere plus esse, quàm humana natura patiatur. Non sunt impossibilia, sed possibile est obseruare hæc omnia, quippè cùm de iustis hominibus exempla nonnulla sunt, qui hæc obseruauerunt. Stephanus prothomartyr deprecatus est pro lapidantibus inimicis, & Paulus optabat anathema esse pro persecutoribus suis. Sed & ante exemplũ huius filij Dei, cuius est dictum, quique fecit hoc ipsum, dicens: pater ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt. Dauid iniussus planxit Saulẽ, luxit Absalon, ambos persequentes, ambos ipsius animam quærentes. Iniussum Dauid idcirco dixi, quia lex non iusserat inimico parci, siue doleri de inimico. Euangelium autem, sicut in cæteris ante dictis, ita in isto supplet defectum legis. Dictum hoc, estote ergo & vos perfecti, sicut & pater vester cęlestis perfectus est, quantæ gratiæ sit, ex opposito magis elucet, scilicet, ex eo q̃ Serpens primis parentibus nostris dixit, suadens transgredi præceptum, comedite, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Malam viam quasi ad perfectionem ille sibilando susurrauit, bonam viam ad veram perfectionem iste demonstrando prædicauit. Estote (inquit) perfecti, estote non dico sicut dij, sed sicut filij Dei. Estote (inquam) ita perfecti, secundum modum perfectionis, quo pater vester cælestis perfectus est, id est, non odiendo amicum Dei, quod vt fieret, serpens suasit, sed diligendo etiam inimicos, cuius rei vobis exemplum præbet ipse pater cælestis. Illius doctrina nequam, abduxit hominem ad omnimodam Dei dissimilitudinem. Hæc doctrina æqua conformabit vos ad eiusdem Dei similitudinem, vt fiat quod scriptum est, ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. In hoc (inquit Apostolus Ioannes, manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli. Nam filij Diaboli sunt, qui nec amicos diligunt: in hoc imitantes Diabolũ, qui non dilexit, immò odio habuit creatorem suum, cùm ille gratis & magnum & speciosum & sapientem, sicut apud Ezechielẽ testatur, fecisset, & in monte sancto Dei, id est, in cælo, posuisset eum: persuasitque homini, vt neque fidem, neque dilectionem haberet erga eundem creatorem suum, suoque exemplo contemneret eum, habendo peruersum similitudinis, id est, diuinitatis, eius appetitum. Filij Dei sunt econtra, qui etiam inimicos diligunt, optando vt amici fiant, imitantes ipsum Deum, qui cùm inimici essemus, vltro nobis obtulit recõciliationis gratiam, tanta dilectionis abundantia, vt proprio filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus traderet eum. Ad huius imitationem suos filios Dei auditores inuitans, cùm dixisset, estote & vos perfecti, protinus non quantitatem, sed qualitatẽ perfectionis proponens, addidit, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Quod est dicere: Sicut ille vos dilexit, cùm esset etis inimici, vt amicos faceret de inimicis, ita & vos diligite inimicos, dando operam, quoad potestis, vt conuertantur & efficiantur amici.

Ezech. 28. 31. Gen. 3. Rom. 5. 8.

Christi præperfectus est.

Actor. 7. Rom. 9.

Luc. 23. 2. Reg. 1. 2. Reg. 9.

Gen. 3.

Psal. 81. 1. Ioan. 3.

Quomodo differũt filij diaboli à filijs dei.

His explicitis, protinus dicit: *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrẽ vestrum qui in cælis est.* Post illa quæ hactenus tractata sunt, dicta iustitiæ, dicta legis adimplendæ, secundum propositum dicentis, non veni soluere legem, sed adimplere, nũc aduersus intemperãtiam loqui incipit, exhortando suos, & informando ad virtutem tẽperantiæ. Hoc ita facere incipit, vt attentos nos esse velit, dicẽdo, attendite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominib. vt videamini ab eis. Venerabilis igitur & verè cælestis tẽperantię virtus hic inchoatur prędicari, q̃ nescierũt. sicut & cæteras virtutes, Ethnici id est, gentiles, philosophi inanes: qui nomina quidem earum circa res aniles declamauerunt, sed naturam vel dignitatem ignorauerunt & fundamentum, super quod eas ædificarent, non habuerunt. Ego (inquit) vobis supra dixi, luceat lux vestra corã hominibus, quod sine dubio est iustitiam facere coram hominibus: sed non dixit, vt videamini ab eis, quod esset, sine Deo velle sabbatizare siue gloriari: immò dixi, vt videntes opera vestra bona, glorificent patrem vestrum qui in cælis est, quod est quærere gloriam Dei, & tendere ad sabbatismum eius, vbi requieſcit & ipse ab operibus suis. Alioquin si mercedem hic recipere festinatis, mercedem momentaneam, quæ in vsu hominum, in laude vel fauore popularium, quàm lenis, quam exilis est, mercedem (ait) non habebitis apud

Philosophi non vere cognouerunt virtutes.

CAP. VI.

apud patrem vestrum qui in cælis est. *Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suam.* Ergo (inquit) quoniam mercedem nõ habebit, qui idcirco iustitiã suã facit coram hominibus, vt videatur ab eis, cùm facis eleemosynam, &c. Operum bonorum ex radice dilectionis prodeuntium, primum vel præcipuum eleemosyna est, sequens oratio, deinde ieiunium. Paulò ante radicem dilectionis intus in corde plantatam, vel fixam esse volens, dixit, audistis quia dictũ est, diliges proximum tuum & odies inimicum tuum, ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, &c. Si ergo fixa est, in corde radix dilectionis, bona est eleemosyna, bona oratio, bonum & vtile ieiunium: de quibus hic agit ipse plantator eiusdem dilectionis, quia fructus vitalis sunt, & mercedẽ vitę æternæ acquirunt. Possunt autẽ hæc eadem foras extrudi, absq; radice dilectionis, sed tali prouẽtu omnis horũ fructuum pulchritudo est hypocrisis. Interpretatur enim hypocrisis, deauratio, quod nomen latinum sic à nobis intelligitur vt res quælibet in superficie colore lucens aureo, sentiatur esse intus sine auro. Vt ergo vicinius dictum sit, ille hypocrita est qui eleemosynam quidem dat & orat & ieiunat, sed intus aurum dilectionis non habens, dupliciter ambulat, penetralibus siue interioribus fœtidis, superficie aurea. Eleemosyna quæ non eiusmodi est, quæ non hypocrisis, id est, deauratio, sed tota aurea, tota ipsa aurum est, cuius vena seu venarum principium dilectio est, vnde aurum verum misericordiæ manu effodi solet, hæc preciosa est, hæc in cælum ascendit, & ibi Regem Regum, Dominumque dominantium delectabiliter pascit, potusque illi est delectabilis, eumque velut vestimentum cooperit, sicut & ipse ore proprio testificabitur in die iudicij. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, & cæt. vsque quando fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Et notandum, q̃ huius gratiæ sex opera sunt, quandam habentia similitudinem sex dierũ, quibus Deus mundum perfecit & omnia quæ in mundo sunt, in eo videlicet, q̃ & ipsa suum promeretur sabbatum, vt qui hæc fecerit, etiam ipse requiescat ab operibus suis, ait Apostolus, sicut & à suis Deus. Primum est, esuriui & dedistis mihi manducare: secundum, sitiui & dedistis mihi bibere: tertium, hospes eram & collegistis me: quartum, nudus, & operuistis me: quintũ, infirmus & visitastis me: sextum, in carcere eram & venistis ad me. Ingredientur enim in sabbatum, id est, in requiem Domini, qui hæc sunt operati, vocante ipso qui post sex dies in septimo requieuit, ac dicente: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Tali ac tanto illius sabbatismi bono, animam suam intemperans hypocrita defraudauit, quia faciens eleemosynam, tuba cecinit ante se, voluit videri in synagogis, voluit audiri in vicis, cupiuit ab hominibus honorari, & hanc mercedem vanus ambiuit, vacuus recepit, inanis tulit. *Te autem (inquit) faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Quid enim opus est sinistram adhiberi vbi sola dextera sufficit? Quid opus est totum corpus moueri siue inquietari discurrẽdo, clamando, tuba canẽdo, cũ sola manus dextera leui ductu sese porrigẽdo, plus fundere possit, quã pauper petere ausus fuerit, plus ingerere quam tuum posse aut velle sit? Vtinam quieta manente sinistra tantum dare velis quantum porrigere valet priusquam lassetur aut deficiat protenta dextera. Idcirco sic facito. *Vt sit eleemosyna tua in absconso.* Olim in parabolis quoque sapientia dixerat: Munus absconditum extinguet iram, & donum in sinu indignationem maximam. Hæc est illa redditio Dei, quam protinus familiariter promittens. *Et pater tuus, inquit, qui videt in absconso reddet tibi.* Vnde pater tuus? Nimirum ex eo, quod nõ contentus es obseruare illud antiquis dictum, diliges amicum tuum, & odies inimicum tuum, sed ad illius dicti supplementum, si esuriuit inimicus tuus cibasti illum, si sitiuit dedisti illi potũ, vt vinceres in bono malum, quæ totius eleemosynæ laudanda perfectio est. Inde est ille pater tuus, & tu tanti es patris filius, iuxta conditionem dicentis, benefacite his qui oderunt vos, *vt sitis filij patris vestri qui in cælis est.* Eadem de oratione, eadem de ieiunio ratio siue sententia est, cauendam scilicet esse in eis nequitiam hypocriseos, qua fermentabatur omnis iustitia scribarum & pharisæorum, & eleemosyna videlicet & oratio & ieiunium: quippè qui sicut eleemosynam faciẽtes tuba canere ante se, ita & *in synagogis & in angulis platearum amant*, inquit, *stantes orare, vt videantur ab hominibus.* Et cùm ieiunant tristes fiunt, vt pareant hominibus ieiunantes. Vnam eandemque per singula iustus iudex depromit sententiam. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Nunciam quid dicat dignæ orationis formator & institutor pensandum est. *Orantes*, inquit, *nolite multum loqui sicut Ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.* Ethnicorum non paruum circa voces cõpositionesque verborũ fuit studiũ, qualium maximi vel notissimi sũt inter poetas Verg. inter historiographos Salust. inter Orato-

Radix bonorũ operum dilectio est.

Mat. 25.

Sex opera misericordiæ perducũt in sabbatum Domini.

Hebr. 4.

Rom. 12.

Sup. cap. 5

Vnde Deus est pater noster.

Universidad de Deusto
Biblioteca

res Marcus Tullius. Taliũ ſcripta ſi ſanctis ac diuinis ſcripturis conferas, ea maximè diſcernuntur diſtantia, quod apud illos res exiles atque ignobiles vtpotè terrenæ, & de cæleſtibus ſiue ſpiritualibus nihil habentes, verbis ornantur: in ſanctis autem ſcripturis non res verbis, immò verba rebus venerabiliter decorantur. Ibi verba conquiſita † eiuſque ſequẽtia rebus caducis maieſtatem quandam afferre coguntur: hic autem res magnas, res diuinas ſpontè verba ſequũtur, & quamuis pulchra ſint, ita rerũ maieſtate operiuntur, vt niſi diligenter attendas, vix appareat eloquẽtia, quod præſens adſit, dominamque ſuam ſapientiam libenter comitetur. Nolite ergo, inquit, aſſimilari eis, nolite putare, quemadmodum ipſi q̃ in multiloquio exaudiamini, Deumque iudicem magis longa & eleganti oratione quam rerum veritate flectere aut vincere poſsitis, aut quod docilem facere ſiue docere Deum opus ſit. Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum. Conſurgit in hoc loco quædam hæreſis philoſophorum quoque dogma peruerſum, dicentiũ: Si nouit Deus quid oremus, & antequam petamus, ſcit quibus indigeamus, fruſtra ſcienti loquimur. Quibus breuiter reſpondendum eſt, nos nõ narratores eſſe, ſed rogatores. Aliud eſt enim narrare ignoranti, aliud ſcientem petere. In illo iudicium eſt, hic obſequium. Ibi fideliter referimus, hic miſerabiliter obſecramus. Plus adhuc dicendum & venerabiliter ſentiendum eſt, quia ſpecioſum hoc inter Deum & homines commercium, ſcilicet oratio non debet eſſe ſolummodo ad accipiendum, verumetiam ad occurrendum, ſcilicet vt beneficijs Dei venientibus, donis altiſsimi gratis affluentibus, ſolennem & religioſum oratio ſancta præbeat occurſum, iuxta illud Pſalmiſtæ: Et mane oratio mea præueniet te. Exempli gratia: Ecce ancilla Domini, ait Maria, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Denique iam fiebat, iam ex ore Angeli verbum audierat & concipiebat: & tamen orando dixit, imprecando ſibi clamauit clamore cordis inenarrabili, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Hoc propemodum eſt tale, ac ſi perſonam dignam chorus excipiat, aut cœtus ſolennis procedens obuiam, nõ iam vt veniat, ſed quia venit. Hinc eſt quod quotidie cibum tam ſpiritualem quam corporalem cum oratione percipimus, iamque habentes præ oculis aut propè tenentes in manibus panem dominicum vitæ æternæ, panem victualem neceſſarium huic temporali vitæ: nihilominus oramus & dicimus, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, quia videlicet benigna voluntas Dei omnia tribuentis, ſimiles optat ſibi eſſe vultus interioris hominis accipientis: vt quod datur diuinæ charitatis beneficio, ſuſcipiatur cũ deſiderio, deſideriumque ipſum teſtatur oratio, ſocialiterque orationem ſubſequens gratiarum actio. Cũ igitur dicit, ſcit enim pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum: non otioſum aut ſuperfluum nos exiſtimare vult orationis ſtudium, ſed vitare multiloquiũ, ſcientes quod & olim de Behemoth ad beatum Iob dixit, non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. Quid ſi ex affectu diuinæ inſpirationis oratio protendatur? Nunquid pro multiloquio reputabitur, & erit contra inſtitutionem dicentis, orantes autem nolite multum loqui ſicut Ethnici? Nequaquam: Alioquin quid fiet de orationib. pſalmiſticis, id eſt, Pſalmis pluribus modo locutionis oratorio vel deprecatorio currentibus, & non adeo breuibus, nec parum benè compoſitis? Taceo de multis orationibus eccleſiaſticis, quas religioſus paſsim conuentus priuatim ruminare & publicè perſonare conſueuit, pleraſque prolixas & luculẽto ſermone à ſcholaſticis compoſitas: de Pſalmis duntaxat nunc dico, quos eſſe compoſitos non dubitamus authore ſpiritu ſancto, ſpiritu prophetico. Nunquid debebunt contemni pro hac authoritate dicentis, nolite multum loqui? Proinde diligenter animaduertendũ eſt, qui non tantummodò dixit, nolite multum loqui, ſed addidit, ſicut Ethnici: & ſic intelligendum, ac ſi dixiſſet, nolite multum loqui, niſi fortè affluant verba precũ ex affectu diuinæ inſpirationis. Ecce aliud: Scientia inflat, inquit Apoſtolus, ſubiungens, charitas autem ædificat. Nunquid hoc dicto ſcientiam condemnat? Non vtique, ſed charitatem commendat, eamque ſocialiter cum ſcientia nobis ineſſe deſiderat. Scientia namque ſine charitate, verum quidem eſt, quia inflat, eſt enim ſecularis ſcientia, cum charitate verò ſcientia multũ ædificat, eſt enim donum Dei cùm ſit ſpiritus ſcientiæ vnus de ſeptem ſpiritib. Domini, quintus in ordine, quem prophera taliter præſcripſit Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & ſpiritus timoris Domini. Itaque ſicut ſcientiam non propter ſemetipſam, ſed propter viduitatem quandam, dum ſine charitate eſt, vituperat Apoſtolus dicens, ſcientia inflat: ita longã & facundam orationẽ Dominus, nõ propter ſemetipſam vel propter ſuimet longitudinem reprobat, ſed propter ſimilem ignobilitatem, dum deſiderium ſanctum non habens, quilibet more Ethnicorum verba multiplicat. Nam ſi vtrunq; adſit, non ſolùm orantem iuuat, verum etiam audientem

† Lego vix quę

Obiectio hæreticorũ.

Solutio breuis & elegans de orando Deũ

Pſal. 87.
Luc. 1.

Apta ſimilitudo.

Iob. 41.

Oratio longa cũ affectu laudabilis.

Eſa. 11.

Similitudo 1. Cor. 8.

audientem ædificat: vtque abundantius ædificet, pleraque oratio eccleſiæ muſicæ dulcedinis ſuauitate condita eſt. Valet enim auditis muſicæ dulcedinis pſallendo atque orando ad inuitandam ſiue excitandam in pectore noſtro ſpiritus ſancti gratiam, ſecundum Heliſeæ prophetæ exemplum, de quo taliter ſcriptum eſt in libro Regum: Viuit dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto, ait ipſe ad Ioram Regem Iſrael, qui ſi non vultum Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerem, nec attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem. Nunc autem adducite mihi pſaltem. Cumque caneret pſaltes, facta eſt ſuper eũ manus Domini, & ait: Hæc dicit Dominus: Facite in hoc alueo torrentis foſſas & foſſas, &c. Non dubito pleroſque eſſe, qui huius rei experimentum quantulumcunque affecuti ſunt & ſecundum illud exemplum nonnunquã perſenſerint in auditu ſiue decantatione laudis ſiue orationis benè & moroſe cum muſico modulamine ſonantis, quid ipſorum viſcera concuteret impetus ſpiritus ſancti, inũdans affectus diuinę inſpirationis, vis magna ſanctæ compunctionis. Fit deniq; neſcio qua naturæ vi, vt multo ampliusafficiar audiendo ſublimiter canentem eccleſiæ chorum cum multitudine ſonorum. Exempli gratia: illam orationem Moyſi, obſecro Domine, dimitte peccata populi tui, itemq; quod orauit idẽ Moyſes eũdem Dominum & dixit, ſi inueni gratiam in cõſpectu tuo oſtende mihi teipſum manifeſtè, vt videam te, quam ſi ſimplicẽ eiuſdem orationis literaturã vt in lib. hiſtorico ſcripta eſt, legam vel audiã. Quid igitur valet nobis hæc inſtitutio breuitatis, qua nos informare volens. Sic ergo, inquit, vos orabitis? Hoc nimirum quod iactantiæ ſiue elationis vitium, quæ in multiloquio ſolet obrepere, per compendium ſiue breuitatem melius poteſt animus infirmus effugere: & præterea quia modus hic orationis, qui breuitati ſtudet, cæteris modis facilior, cunctiſque puſillis pariter atque maioribus magis accõmodatus eſt. Sunt nanque tres orationis modi in quibus Domino beneplacitum eſt, quartus illi omninò diſplicet. Primus modus eſt, cũ oratio, ex affectu (ſicut iam dictum eſt) diuinę inſpirationis protenditur, ſicut fiebat Annæ, quæ in tantum multiplicabat preces, vt eam æſtimaret Heli temulentam. Factum eſt, inquit ſcriptura, cũ illa multiplicaret preces corã Domino, vt Heli obſeruaret os eius. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantumque labia eius mouebantur, & vox penitus nõ audiebatur. Aeſtimauit ergo eam Heli temulentam, dixitque ei: Vſquequo ebria eris? Digere pauliſper vinũ quo mades. Secundum ſimilitudinem illius, eccleſia de gentibus, quæ dudum ſterilis Deo erat, nunc autẽ peperit plurimos, preces coram Domino benè multiplicat, & ex quo ſic cœpit loqui, æſtimauit eam temulentã Heli ſcilicet vana ſapientia veteris ſacerdotij. Dixerunt enim, quia muſto pleni ſunt iſti neſcientes & deridentes gratiam quæ poſtea ſterilem iſtam parere fecit. Secundus orationis modus, quem Dominus loco præſenti cõmendat, vt videlicet ſciat orans quod non in clamoſa voce, non in multiloquio, ſed in contritione cordis Dominus exaudiat: quodq; oratio breuis & pura eſſe debeat, vt iſta: Pater noſter qui es in cælis, &c. Tertius modus eſt dũ nõ ſolũ ſine clamoſa voce, verumetiam abſque motu labiorũ quis orat intrinſecus oratione clauſa ſicut orabat Moyſes, quãdo perſequẽte Pharaone dixit ad eum Dominus: Quid clamas ad me? Nihil enim tũc ore loquebatur ad Dominum, ſed magnus clamor magnum erat deſiderium. Hinc Pſalmiſta: Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationis cordis eorũ audiuit auris tua. Quartus orationis modus omninò (vt iam dictũ eſt) Domino diſplicet, videlicet vbi multiloquium eſt abſque affectu diuinæ inſpirationis, quem ſolum habens vel habere poſſunt hypocritæ, multũ loquentes ſic Ethnici, in ſynagogis & in angulis platearũ ſtantes, vel ſtando orantes, & videri volentes, de tribus iam dictis modis orandi facilio-rem modum tam puſillis quàm maioribus magis commodum vel aptum, ſcilicet breuiorem pauciſque verbis contentum, præſcribit dicẽs. *Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cælis ſanctificetur nomen tuum, &c.* Hæc oratio forſitan diſcipulis Domini adhuc rudibus ob ſui breuitatem inſufficiens viſa eſt. Nam ſicut Lucas memorat, cùm eſſet in loco quodam orans, vt ceſſauit dixit vnus ex diſcipulis eius ad eũ: Dñe doce nos orare, ſicut & Ioan. docuit diſcipulos ſuos. Quale hoc erat diſcipulos Dñi rogare, vt ſicut docuerat homo, Io. ita doceret orare, Ioan. ènim homo erat. Vt aũt ſicut oportet, oremus, nemo docere poteſt, niſi ſolus Deus. Hinc Apoſt. Nã quid oremus ſicut oportet neſcim⁹, ſed ipſe ſpiritus poſtulat p̃ nobis gemitib. inenarrabilibus. Ergo quoniã docere volebãt, ſicut homo hominem docere poteſt ſicut homines diſcipulos ſuos docere potuerat homo Ioan. quid vel quomodo eis reſpondit? Cũ oratis, inquit, dicite: *Pater nõ Pater, ſanctificetur nomẽ tuũ, adueniat regnũ tuũ, panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie, & dimitte nobis peccata noſtra, ſi. quidẽ & ipſi dimittim⁹ omni debẽti nobis, & ne nos inducas in tentationẽ. Si parũ cõ-*

Oratio multa ſicalis plus afficit.

Exod. 31.
Exod. 32.

Actor. 2.

Pſalm. 9.

Quartus modus hypocritarum eſt.

Luc. 11.

ſter, breuius apud Luc. quã apud Matthæum

Universidad de Deusto
Biblioteca

positus vel insufficiens videbatur illis modus orationis, quē secūdū hunc Euāgelistā Matth. ipse vltro in monte docuit, & idcirco in loco alio rogauerunt se doceri, sicut Ioan. orare docuit, pulchrè nimirū illis cō positionē siue longitudinem orationis nō solū non auxit, verumetiā diminuit. Nam de septem petitionibus duas omisit, tertiā & vltimam, fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra, sed libera nos à malo, & laudē breuissimam, quam hic in Matth. premisit, vti solenne est orationē à laude inchoare, post primā appellationē, pater noster qui es in cælis. Nec mora, vt magis ac magis notum sit oranti, qui cum Deo verba facit, q̄ non opus sit ei longo vel cōposito sermone fatigari. Quis vestrū habebit amicū, & ibit ad illum media nocte & dicet illi, amice cōmoda mihi tres panes, quoniā amicus meus venit de via ad me, & nō habeo quod ponā ante illū. Nimirū qui sic venit ad amici sui ostium, nō sermonem affert longum præmeditatū, diligenter conpositum siue accuratū, sed & si tota nocte standū sibi & rogandum est, vnus idemq; sermo est, breuis est, & hoc idem repetit centies, resonat que millies, amice commoda mihi tres panes. Secūdum hoc exemplū, petite, inquit, & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Quid petimus? Quid quærimus? Spiritū bonū ait: Si enim vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonū petentib. se, subaudi tur qui doceat vos orare? Dixistis enim, Domine doce nos orare, sicut & Ioannes docuit discipulos suos, ignorātes quia doctrina huiusmodi nō est Ioan. siue alicuius hominis, sed solius spiritus boni, spiritus sancti. Proinde si cōpendiosum quæris iter ad cōsequendam orandi scientiā, nec ista secūdū Matth. breui, nec illa secūdū Lucā breuiori oratione adeò opus tibi erit, tantummodo persistas rogans patrē, postulās amicum, da mihi spiritū bonū, da mihi spiritū S. Quē cùm ille dederit tibi, iam verè orandi scientiam habebis, & miro modo sic in oratione veheméter occupatus eris, vt verbū aliquod proferre vix possis: quia non vacabit gemitu cōtinuo totū prēoccupante officium vocis. Hinc est illud: Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deū postulat pro sanctis. Igitur hanc orationem dominicā, partesq; eius, id est petitiones septem, quarū prima est, sanctificetur nomen tuū: vltima, sed libera nos à malo: sic rectè accipimus tāquam prima scientiæ vel doctrinæ huius, qua ad orandum sumus informati, elementa, quoniam veluti pueris hæc tradita sunt, cū necdum accepissent spiritū paracletū, dicentib. interdum, Dñe doce nos orare, sicut & Ioan. docuit discipulos suos. Etiam si fuerimus perfecti, ita, vt (sicut iā supra dictū est) spiritus ille gemitibus inenarrabilib. oret vel postulet pro nobis, non tamen oratio hæc oratio dominica, prima cunctarū orationum ab ore nostro cadere debet, ne videamur nobis ipsis magni & orationis huius non indigentes, quę quasi pueris, id est, incipientibus, ppositā sit, vt habeāt aliquod initium dissimilitudinis, ab improbitate hypocritarū, quorū tota oratio est multiloquium. Et quidem breuis & paruis apta est, sed & magnos delectare atq; exercere potest, & in primis appellatio hæc, pater noster. Qui enim, cui dicim⁹, pater noster? Nos quondam filij iræ, filij gehennæ, filij mortis, filij diaboli dicimus pater noster, patri misericor diarū, patri cælestis patriæ, patri vitæ sempiternæ, patri Domini nostri Iesu Christi, Dei sibimet coæqualis & coæterni. Gratia huius vnici filij sic loquimur patri huic, ex quo sumus renati, quia malè fueramus nati, & mirabili compendio mala sors nostra sic mutata est, qui effecti sumus filij Dei, credendo in eum, qui cùm solus filius Dei esset, naturæ nostræ particeps factus est. Gratiā istam miratur omnis creatura, prædicat per orbem sancta ecclesia, venerantur angeli, reuerētur archangeli, magnificant throni, glorificant dominationes, laudant principatus, adorant potestates, benedicunt virtutes, desiderant in eā prospicere Cherubin atq; Seraphin. Admirationem tantæ gratiæ nos quoq; habere innuit laus ista quā breuis, qui es in cælis. Quis enim docilis ad orandum, puer docilis ad inuocandū patrem, nō admiretur, q̄ iste pater cum in cælis, id est, tātum inuisibilib. quę nobis inuisibilia sunt, posit videri, hic in isto seculo visibili, vbi eū non videt homo, nos genuit: quē admodum Apost. Iacobus: Voluntarie enim, inquit, genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturę eius. Quāuis aūt cælorū nomine patria significetur inuisibilis, vbi sancti habitāt angeli, & quo Christ⁹ quadragesimo post resurrectionē suam die, videntib. Apostolis, ascendit: nihilominus tamen cæli dicuntur & sunt supra memorati nouem ordines angelorū & in eiusmodi cælis hic pater noster est, quod est beatitudo illorum: quia videlicet Deum in illis esse, hoc est, permanere & non mutari, quemadmodum dicit ad Moysen, ego sum qui sum, & huius essentiam inuariabilem in semetipsis semper habent, semper & absque vllo fine beati & immortales habebunt, & immortaliter pascentur hoc summo bono, quo pleni sunt, quo pleni permanebunt. Hinc omnes Christiani, magni & parui, diuites & pauperes, nobiles & plebei, domini & serui, reges & mendici, principes cum vulgo ignobili, omnes omninò absq; vlla distinctione gentis siue cōditionis, sexus & ætatis, ordinis vel officij. pater noster dicimus huic, & nemo nostrū dicit, pater mi. Vnus est filius primogenitus & vnigenitus, non vti nos gratię, sed solus naturę filius, cui cōuenit dicere, pater mi, & dixit cùm traderetur, mi pater si possibile est, trāseat à me calix iste, & pater noster nusquā legitur dixisse, Cur hoc? Videlicet quia dissimiliter illi & nobis Deus pater est: Illū genuit, non adoptauit. Tali appellatiōe præmissa, prima petitio hæc est. *Sanctificetur nomen tuum.* Sanctū semper fuit & est nomen Domini, verūtamen modus quidā est sanctificationis eius nobis vtilis, quem per prophetam hoc modo promisit: Sanctificabo nomen meum magnum, dicit Dominus, vt sciant omnes gentes, quia ego Dominus cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis. Protinus ac si quæreretaliquis, quomodo nomen tuum sanctificabis? ait: Tollam quippè vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram, & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & cætera: quibus vtique verbis gratia præsignatur baptismi Christi. Ergo tolli de gentibus, & congregari de vniuersis terris credentes in Christum, & baptizari eos in remissionem peccatorum; hoc sanctificari est nomen tuum ô Deus pater omnium: quia sic sancti fiunt hi, super quos inuocatur nomen tuum. Et enim sanctificatio hæc reuera nominis tui sanctificatio est, quia non tam ipsis datur, quam tuo nomini, iuxta illud quod dictum est per Psalmistam: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Vtautem sanctificatio hæc in plures redundaret, primus ipse Christus sanctificatus est, eodem baptismo quo moriendo baptizatus est, sicut prædixerat, ego, inquiens, baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur? Et sub ipso passionis articulo, cùm dixisset orans ad patrem, sanctifica eos in veritate, subinde, & pro eis sanctifico, ait meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Quid enim sanctificari ipsum sanctum sanctorum, nisi sanctificari pro peccatis omniū & auferri illi quas posuerat in eo Deus, iniquitates omnium nostrum? In illo sanctificationis actu, ô Deus pater, sanctificatum est nomen tuum, quia per effusionem sanguinis & aquæ de latere eius sanctificati sunt, & remissionem acceperunt hi, super quos inuocatum erat nomen tuū. Igitur q̄ dicimus, sanctificetur nomen tuum, hoc dicere est, conuertantur gentes & remissionem peccatorū accipiant per nomē tuum, & omnium orationum quascunque offerimus siue pro catechumenis nostris, siue pro hæreticis & schismaticis, siue etiā pro perfidis Iudæis, & pro paganis nunc vsque incredulis, vt cōuertantur ad Deū verum & viuum, & vnicum filium eius Iesum Christum, Deū & Dominum nostrū. Summa hæc est, sanctificetur nomen tuum. Secunda petitio est. *Adueniat regnum tuum.* Quando hac oratione discipulos suos informabat, sicut baptismi sacramentum q̄ nobis est sanctificatio nominis Domini, necdum conditum fuerat, ita & regnum Dei nondum venerat, sed appropinquabat iuxta hoc euangelicæ prædicationis initiū, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorū. Ex eo namque regnū Dei aduenit & intra nos est, ex quo princeps mundi huius foras missus est, quod per passionem & resurrectionē suam mox fore prænuncians, ecce enim, inquit, regnum Dei intra vos est. Eatenus mors regnabat. Quamuis lex subintrasset, nihilominus tamen peccatum tyrānizabat, quemadmodum Apostolus cùm dixisset, sed regnauit mors ab Adā vsq; ad Moysen, &c. demum subintulit: Lex aūt subintrauit, vt abundaret delictum. Quid ergo adhuc oramus, adueniat regnum tuum? Videlicet vt regi regni eius omnia sint subiecta, totumque compleatur illud, quod Psalmista cùm dixisset, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, addidit adhuc: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Hinc Apost.: Nūc autem, ait, necdū videmus omnia subiecta ei, eum aūt qui modicū quam angeli memoratus est, videmus Dñm Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Et alibi dicit: Deinde finis, cū tradiderit Christus regnum Deo patri, cū euacuauerit omnem principatum, & potestatem & virtutem, & dominationem. Oportet autem illū regnare donec ponat inimicos suos sub pedib. eius. Nouissima autem inimica destruetur mors. Igitur quāuis iam aduenerit, iamq; sit intra nos regnum Dei, ex quo Christus propter passionem mortis gloria & honore coronatus est: nihilominus tamē adhuc oramus, adueniat regnū tuū, id est, nouissima destructiōe mortis perficiatur, nihilq; relinquatur illi nō subiectū nullūq; remaneat scandalū, iuxta q̄ alibi dicebat.

Ibidem.

Rom. 8.

Omnes tū magnū tum parui, orare debent, pater noster.

Ephe. 2.

Rom. 6. Galat. 3.

1. Pet. 2.

Qui es in cælis.

Exod. 3.

Nos pater noster, christus, pater mi, dicere debuit.

Matth. 26

Prima petitio, Sanctificetur nomē tuū.

Ezech. 36.

Psal. 13.

Luc. 12.

Ioan. 17. Esa. 53.

Secunda petitio, Adueniat reg.

Mat. 4.

Luc. 17.

Ioan. 12.

Rom. 5.

Psal. 8.

Hebr. 2.

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et colligẽt de regno eius omnia scandala.
Matt.13. Tertia petitio. *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Iuxta sensum iam dictum fere superabundat, vnde & apud Lucã studio breuitatis prætermisit eam, vt supra iam dictum est. Quis enim regnat & non sit eius voluntas? Veruntamen non nihil interest, quia videlicet regnat super bonos & malos, super eos quoque qui dixerunt, nolumus hunc regnare super nos, quemadmodum in propheta dixit: Et regnabo super vos in furore meo: in solis autem bonis & sanctis voluntas eius est. Hinc ad Hierusalem dicit: Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata, sed
Luc.19. vocaberis, voluntas mea in ea. Econtra re-
Ezec. 20. probis loquitur: Non est voluntas mihi in
Esai. 62. vobis. Rectè igitur cùm dicimus, aduenia regnum tuum, quoniam super aduersarios quoque regnabit, oramus: vt faciat ipse, quatenus nostra sit subiectio voluntaria, dicendo, fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. In cælo nãque, id est, in beatis spi-
Malach. 1. ritibus, facta est & fit voluntas eius, nihilque illi repugnat, deiecto cum suis satellitibus aduersario, qui idcirco cecidit, quia repugnabat rebellione volũtatis malæ, vnde & vocabatur diabolus & satanas. Et si sunt plurimæ voluntates eius, quia plura sunt præcepta eius, vnde & in psalmo dicit:
Apoc.12. Sanctis qui in terra sũt eius, mirificaui om-
Psal.15. nes voluntates meas in eis. Hæc summa est voluntas eius, vt viuamus, & salui fiamus. Hinc ipse filijs loquitur: Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, patris, vt omne
Ioan.6. quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Et rursum: Hæc est autẽ voluntas patris mei, qui misit me, vt omnis qui videt filiũ & credit in eũ, habeat vitam ęternã. Quarta petitio. *Panem*
Quarta petitio, Panẽ nostrũ &c. *nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* Hic quidem supersubstantialem, in Luca vero panem legimus quotidianum. Possumus supersubstantialem panẽ intelligere, qui super omnes substantias sit, & vniuersas superet creaturas, qui & dicit: Ego sum pa-
Ibidem.
1.Timot.6. nis viuus qui de cælo descendi. Alij simpliciter putant secundum Apostoli dictũ, habentes victũ & vestitũ his contenti sumus, de præsenti tãtum cibo sanctos curam gerere, vnde & in posteriorib sit præceptũ nolite cogitare de crastino. Huiusmodi panem à Deo petisse vel speransse primus legi-
Matt.6. tur Iacob peregrè proficiscens: Si, inquit, fuerit Dominus mecum, & custodierit in
Triplex panis. via per quã ambulo, & dederit mihi panẽ ad edẽdum, &c. Alius est panis sermo Dei,
Genes. 28. de quo Moses dicit: Non in solo pane viuit
Deut.8. homo, sed in omni verbo qđ egreditur de ore Dei. Cuius defectum comminatur per Prophetam Deus populo peccatori: Mittam, inquiens, vobis famem audiendi ver-
Amos.8. bum Dei. Tertius est panis, caro Christi, q̃ nobis de sancto altari dat quemadmodum
Ioann.6. dixi: & panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Quidlibet horũ triũ cogites, Dei donum est, nec alius quis prẽter eũ dare potest. Si de pane victuali quæras, qs alius facit, vt eũ terra producat? Si de pane spirituali quod est verbũ Dei, quomodo, nisi per Dei aspirationem datur? Quomo-
Rom.10. do, inquit Apostolus, prædicabũt, nisi mittãtur. Si de pane sacramenti, quis nisi Deus facere potest, vt tibi ad vitam detur, & in remissionem peccatorum à te percipiatur? Igitur panem nostrum quotidianũ da nobis hodiè, sic dicat sapiens etiam rex, vt veraciter confiteatur, nec erubescat confiteri dicens, Ego autẽ mendicus sum & pauper.
Psal.39. Quinta petitio. *Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Qualiter
Quinta petitio, Et dimitte nobis &c. nos, quorũ multa sunt debita, dimittamus debitoribus nostris, ipse huius orationis author exẽplo suo docuit, qui nulli quic-
Luc 22. quam debuit. Cùm enim crucifigeretur,
Actor.2. dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciũt quid faciunt. Sciebat enim inter eos esse nonnullos, nescientes quid facerent, eosq; dicturos esse ad Petrum & ad reliquos Apostolos. Quid faciemus viri fratres? Crediturierant ex illis plurimi, & dimissus est illis sanguis eius, secundum petitionem dicẽtis, pater dimitte illis. Similiter optare debemus cunctis debitoribus nostris, & nõ quærere vltionẽ ex eis, & tunc ore libero, mẽte secura, dicere poterimꝰ: Dimitte nobis sicut & nos dimittimꝰ. Quid, si nesciũt quid faciunt, sed inuidendo persequuntur nos & occidunt, maximè propter Christũ? Nunquid exigitur à nobis, vt dimittamus eis, si volumus nobis debita nostra dimitti? Imò non solùm inculpabiliter, verum-
Psal.78. etiã iustè clamanus id quod valdè notum & vsitatũ est: Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorũ qui effusus est, & redde vicinis Domine septuplum in sinu eorum. Nónne his similia, immò & fere grauiora, ipsa Christi persona loquitur in propheta:
Hierem.18. Fiant, inquit, vxores eorũ absq; liberis, & viduæ, & viri eorum interficiãtur morte, &c. quę ita cõcludit: Ne propitieris iniquitati eorũ, & peccatum eorũ à facie tua non deleatur. Fiant corruentes in cõspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis. Debita pecuniæ seu quarumlibet rerũ, quæ nobis iure debentur, vt dimittamus debitoribus nostris, cõuentio nos ista nõ cogit, nisi fortè pro misericordia, si debitor attenuatus paupertate, reddere non possit. Siquidem & ipse Dominꝰ, quod iure sibi debetur vel quod ei semel quispiã vouit, nequaquam dimittit, siue bonum, siue malũ sit, sed nec altero

Leuit. 27. altera commutari concedit, immò dicit: Si quis mutauerit, & hoc quod mutatũ est & ꝓ quo mutatũ est, sanctificabitur Domi-
Sexta petitio, Et ne nos in, &c. no & non redimetur. Sexta petitio. *Et ne nos inducas in tentationem.* Ergo ne Deus inducere solet in tentationẽ, vt dicamus ei, & ne nos inducas in tentationem? Non vtique in ten-
Iacob. 1. tationem mali, tentationem concupiscentiæ siue peccati. Nemo cùm tentatur, ait Iacob. Apostolus, dicat quia à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse aũt neminem tentat. Vnusquisq; verò tentatur à cõcupiscẽtia sua abstractus & il-
Sapien. 3. lectꝰ. Est alia tẽtatio, scilicet tribulatio, quę ab hoc seculo multis infertur modis & eiusmodi tentatiõe Deus sanctos suos tẽtare cõsueuit. Hinc est illud per sapientem dictũ: Deus tentauit illos, tanquam aurum in fornace probauit eos. Rectè & sapienter sic tẽtari, id est, tribulari metuentes, & pauidi dicamus Deo, rogemus patrem, & ne nos inducas in tentationẽ. Sed dicit aliquis: Nónne & gloriosum & optabile est in tribulatione tentatos & probatos coronari? Nónne ex huiusmodi tentationibus martyres sancti facti sunt glorioſi? Nónne ergo magis optare debemus tentationem? De tentatione quoque peccati si placet hic intelligi, non aliter intelligendum est, & ne nos inducas in tentatiorem, nisi ac si diceretur, &
Septima petitio, sed libera nos à malo. ne nos permittas induci in tentationem. Septima petitio. *Sed libera nos à malo: Amen.* Hanc, vt superius iam dictum est secundum Lucã, sicut & tertiam illam: Fiat volũtas tua sicut in cælo & in terra, studio breuitatis omisit, dum plenius inculcare vult eis, qui nõdum intellexerant ex hac prima institutione, quod orantes non oporteret multum loqui. Et quidem vnum idemque videntur significare, & ne nos inducas in tentationẽ, sed libera nos à malo: quoniam in tentationem non induci: id planè est à malo liberari: veruntamen magis vniuersale nomẽ est malum eorum quæ nocent, & naturæ vel saluti humanæ aduersa sunt. Nam, vt de cæteris taceam, mors ipsa malum est, & infernus malum est, & diabolus malus est, à quo gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum nos liberet: Amen. Hoc signacuIum orationis dominicæ interpretatur verè vel fideliter. Ecce hæc est oratio domini-
ca, septem distincta partibus, id est, petitionibus, & ipsa est cunctarum exẽplar oratiõ. *Pater nonum*, vt quicquid à patre nostro Deo petefter, exemre volumus, hic probemus vtrum Deo pla*plar omniũ* citum, vel ad salutem nostram sit idoneum *orationum* quod postulamus. Nam si ab istarum qualibet petitionum petentis intentio discordat, nequaquam in nomine saluatoris postulat: & idcircò non arroget sibi sponsionem dicentis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et in cunctis quidem petitionibus claret patris bonitas, in quinta autem quæ est, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, bonitas simul & seueritas, q̃ protinꝰ ita confirmat. *Si enim dimiseritis hominib. peccata* *Ioan.16.* *eorũ, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Quàm benè bonitas & seueritas pij patris, & iusti iudicis per istam conditionem prouidit cunctis reconciliationem quæsituris, sicut ipse superius dictauit dicens, si ergo offers munus tuum ante altare, & recordatus fueris qa frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi mu-
Matth. 5. nus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Legimus hunc ipsum Dominũ, vbi præcepta & iudicia sua populo suo per Moysen proposuit, ita dicentem: Qui percusserit hominẽ volens eum occidere, mor-
Optima ciuitas refugij, dimittere fratri. te moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locũ, in quẽ fugere debeat, sub auditur, ne propinquus occisi interficiat eum, quod alibi constituens plenius edicit: Quæ fortior vel magis munita ciuitas reis ad refugiendum esse potuit, quam ista coniunctio iustitiæ seu charitatis, si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis? Quis enim patris huius filius esse volens, ciuitatis huiusce vectes & seras effringere audebit, & in eum vindicare qui in illam confugit, cupiendo reconciliari? Igitur quoniã dixerat superius, vade prius reconciliari, & *Matth. 5.* ille poterat causari de difficultate reconci- *Exod. 21.* liationis, puta dixisse Dominũ, constituã tibi locũ in quẽ fugere debeas, id est, ponã cõditionem de peccatis dimittendis, in quam timens incidere frater tuus, satisfactionem tuam suscipiat. *Num. 35.*

FINIS LIBRI QVINTI.

RVPER-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. VI.

Psal.83. MIsericordiam & veritatem (ait Psalmista) diligit Deus. gratiã & gloriam dabit Dominus. Secundum hoc veridicum carmen hęc loquitur Dei filius, quæ nũc tractauimus & tractamus. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscõso, & pater tuus qui videt in abscõso, reddet tibi. Et: Tu autem cùm orabis, intra in cubiculum, & clauso ostio, ora patrem tuum: & pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. Ibi misericordia, ibi veritas est, quã Deus diligit. Et quid nisi gratiam & gloriam reddet tibi? Et contra similatores & callidi prouocant iram Dei, qualium videlicet maximi erant hypocritæ illi, scribæ, & pharisæi, contra quos dicit: Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut faciunt hypocritæ. Et: cũ oratis, non eritis sicut hypocritæ. In trib. hĩc operibus veritatẽ se diligere testatur. Etenim tertiũ hoc est. *Cũ autẽ ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminãt enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuũ, et faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscõso, & pater tuus qui videt in abscõso reddet tibi.* Primus omnium ieiunasse legitur Moyses. Nã ex quo primus homo cõtinentiæ legem transgressus est, non obaudiens vt ab vno se ligno contineret, nullus recogitasse legitur, vt per ieiunium faciem DOMINI vtcunque complacaret, quam ille per cibum vetitum inobediens offenderat. Nam ille iam dictus Moyses, iussus esse non legitur, vt ieiunaret, sed spontè ieiunauit, vt sermonem ex ore Dei procedentem, in quo viuit homo, accipere atque conscribere dignus existeret. Rursus ieiunauit, vt dimissionem peccati populo impetraret quemadmodum dicit ipse Moyses. Et procidi ante Dominum sicut prius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra, quæ gessistis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocastis. Peccatum autem vestrũ quod feceratis, id est, vitulum arripiens, igne combussi. Est ergo ieiunium diuinæ authoritatis res, nõ quod Deus illud præceperit, aut digit⁹ eius in tabulis scripserit, sed quia non sine virtute Dei mortalis homo quadraginta diebus & quadraginta noctibus semel & iterum ieiunare potuit, & ieiunando multũ Deo appropinquauit, à quo primus homo manducando nimis longè recessit. Causam vel intentionẽ ieiunandi Moyses & Helias & Daniel bonam, & Deo dignam habentes, gloriosum, & laudabile ferunt ieiunium, videlicet hoc intuentes, hoc expectantes, vt mitteret Deus illud, q̃ Abrahæ promiserat semen, id est, Christũ. Qui vbi venit, iam non fuit ieiunandum donec auferetur ab eis, quemadmodum ipse dixit Pharisæis, facientibus quæstionẽ, quare discipuli eius non ieiunarent. Nunquid (ait) possunt filij sponsi lugere, quam diu cum illis est Sponsus? Venient autem dies, cùm auferetur ab eis Sponsus, & tunc ieiunabũt. Causam istam ieiunandi non habuerunt nec habent hypocritæ tristes, & tamen ieiunauerunt, & ieiunant frequenter desiderium Christi non habentes, & mira vani cordis duritia nonnunquam plus ieiunando laborant, quam hi qui Christum & vitam æternam desiderant. Verbum exterminant, aliud multum significat, quàm vulgo intelligitur. Exterminatur quippè exul, qui mittitur extra terminos. Pro hoc ergo sermone, demoliuntur semper debemus accipere. Demolitur autem hypocrita faciem suam, vt tristitiam simulet, & animo fortè lætante, luctum in vultu. Quod deinde dicit, tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, iuxta ritum prouinciæ Palestinæ loquitur, vbi diebus festis solent vngere capita. Præcipit ergo, vt quãdo ieiunamus lætos nos & festiuos esse mõstremus. Quid autem faciemus nos, quibus consuetudo non est nec fuit, diebus festis vngere capita? Quomodo faciemus id q̃ dicit: Tu autem cùm ieiunas vnge caput tuum, ne videaris ab hominibus ieiunans? Ergo non superfluum est, anagogicum hic admittere sensum, vt vngere caput nostrũ, hoc sit exhilarare cor quod est principale nostrũ, & enim sicut de eleemosyna, ita & de ieiunio rectè dictum intelligitur. Hilarem enim datorem diligit Deus. Denique gaudere in Spiritu sancto, hoc est vngi Oleo, quia Spiritus Sanctus Oleum dicitur, vt illuc: Vnxit te Deus Deus tuus Oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Hoc autem gaudio tunc gaudere possumus in ieiunio, si con-

Matth. 6.

Primus omnium ieiunauit Moyses.

Deut.8. Exod.23. Deut.9.

Causa ieiunandi bona & Deo digna.

Matth. 9.

Exterminare demoliri

2. Cor. 9.

Psal.44.

Ieiuniũ hypocritarũ triste.

Zach.7.

Vnge caput tuum.

Ieiunantiũ triplex distantia.

si conscientia nostra testimonium habet, quod inter ipsum ieiunium pascatur sponsi, qui ablatus est à nobis, sancto desiderio. Gaudium istud hypocritæ non quærunt, & idcircò tristes hic dicuntur, illi autem nescierunt, de quibus Propheta Zacharias ita loquitur: Miserunt ad Dominum Dei Sarasar & Rogomelech, & viri qui erant cum eo ad deprecandum faciem Domini, vt diceret Sacerdotibus & Prophetis Domini. Nunquid flendum mihi est in mense quinto, vel sanctificare me debeo, sicut feci iam multis annis? Videlicet quia soluta erat captiuitas Babylonica, templumque manufactum reædificabatur, causam nullam putabant superesse, cur flere deberent aut ieiunare. Quasi verò sola captiuitas illa defienda fuerit, & nõ potiꝰ vniuersalis captiui tas generis humani, quæ in Adã contigit: & quasi reædificatio templi illius manufacti. malorũ omniũ finis fuerit, & non potius tẽ plũ futurũ, tẽplũ dominici corporis, q̃ tandẽ fabricari, & deinde solui, & post triduũ oportebat excitari. Propterea sic respõderi debuit, & sic respõnsum est illis: Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cùm comedistis & bibistis, nunquid non vobis comedistis & vobismetipsis bibistis? Quod est dicere: Nónne hoc pacto non Dei, sed vestram gloriam quæritis, dum pro rebus temporalib. quia desunt, siue vt affluant, lugetis & ieiunatis, & de regno Dei, quod differatur, quod nondum venerit, non curatis? Non ita, sed ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, & lætitiam, & solennitates præclaras, vsquequo venient populi, & habitabũt in ciuitatib. multis, & appræhendent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam viri Iudæi, &c. Quod hic in Euangelio dictum est ieiunanti caput vngere, & faciem lauare, hoc illic in Propheta dictum fuerat ieiuniũ in gaudium & lætitiam & solennitates præclaras esse debere. Est igitur ieiunantium distantia triplex, dũ ieiunant alij propter Dei regnum, quia differtur, & nondum venit eis per occultum diuinitatis consilium, iustum que iudicium, alij propter infaustam memoriam casuum aduersorum, qui circa res temporales acciderunt, alij propter humanæ laudis appetitum, vt glorificentur ab hominibus tanquam iusti, quia misera ambitione repleti sunt. Secundum distinctiones istas sequitur adhortans suos, & dicit: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furant: Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Nunquid enim thesaurizare id solummodo est, pecuniam congregare? Immò & opera qualiacunque, seu bona seu mala facere thesaurizare est. Nam sicut qui bona agit, gloriam æternam thesaurizat, quapropter & de timente Dominum, scriptum est, iucunditatem & exultationem thesaurizauit super eum, sic & qui mala agit, rectè iram dicitur thesaurizare. Vnde & Apostolus: Tu autem (inquit) secundum duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ. Maximè de bonis hic sentiendum est, videlicet de eleemosynis, orationib. & ieiunijs, quia de his hactenus sermo fuit. Denique qui ieiunantes, caput suum nõ vnxerunt, nec faciem suam lauerunt hi sunt, quorum thesauros in terra thesaurizatos tinea vel ærugo demolita est, quia videlicet valdè tineosum caput est & æruginosa facies, vbi totus ieiunij fructus est, videri & glorificari ab hominibus, dum propter tristitiam tristemque vultus maciem, hypocritæ nequam sancti putãtur. Ecõtra qui caput suum vnxerunt oleo supra dicto, & faciem suam lauerunt, iuxta illud. Hilarem enim datorem diligit Deus, qualium hilaritas est spes quæ in cælo repo sita est: hi sunt quorũ thesauros in cęlo thesaurizatos, nec tinea, nec ærugo demolitur, quia videlicet aridꝰitas tineæ nunquam cõtingit caput, quod in Spiritu Sancto delectatur. Ferè medij sunt, quorum ieiunij causa terrenum quidem habet fundamentum, sed non vsquequaque, non sicut causa hypocritarum, sed simpliciter & penè pueriliter, sicut illi supra memorati, qui soluta captiuitate Babylonica dum templum reædificaretur, dixerunt: Nunquid flendũ mihi est in die quinto vel sanctificare me debeo, sicut feci iam multis annis? Nam & qui eiusmodi sunt, non quidem habent rite ieiunandi scientiam, sed propter hoc non imputamus eis hypocritarum malitiã, quia videlicet aliud est, propter damna rerum temporalium veraciter dolere, & absque fictione lugere: aliud, sine vlla mentis vel spiritus contritione propter adipiscendam sanctitatis opinionem, caput inunctum quasi circulum cõtorquere, & sacco, & cinere sternere. Sic enim ieiunare etiam potuerunt crudeles homicidæ, in ipsa crudelitatis vel homicidij meditatione. Exempli gratia: Prædicate ieiunium (inquit Iezabel) & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios Belial contrà eum, & falsum dicant testimonium, benedixit Naboth DEVM & regem, & educite eum, & lapidetur, sicque moriatur. Aliud fuit hoc, atq; aliud, quod cùm audisset ACHAB sermones Heliæ,

Thesaurizare quid est.

Ecclesi. 15. Rom. 9.

2. Cor. 9.

Ieiunantes medij inter bonos et hypocritas.

Zach. 7.

3. Reg. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem. Heliæ, scidit vestem suam & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco, & ambulabat demisso capite, vt malũ non induceretur in diebus eius. Ibi Achab

Ieiunium Achab. ieiunando non quidem hypocrita fuit, thesaurizans sibi aliquid, vt diceret Dominus: Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, veruntamẽ hoc ipsum in terra thesaurizauit, vbi fures

4. Reg. 9. effodiunt & furantur. Qualis vtique extitit Iehu, quia videlicet, quamuis iubente Domino. deleuerit domũ illius, non tamen

Cælum cæli locus spirituum beatorum. gloriæ Domini, sed suæ cupiditati studuit, quippè cùm regnaret, non fecit voluntatẽ Domini, vt vitulos, quos fecit Hieroboam desereret. Quid tandem thesaurizare in cælo? Vel certè quod est illud cælum, in quo nobis est thesaurizandum? Non vtique cælum æreum, neque illud quod secundo die

Gen. 1. factum est, sicut scriptũ est: Dixitq; Deus: Fiat firmamentum in medio aquarũ, & vocauit Deus firmamentum cælum: sed cælũ tertium, quod in principio factum est, sicut itidem scriptũ est: In principio creauit Deus cælum & terrã, cælũ inuisibile est, inuisibilis

Thesaurizantes in cælo. patria spirituũ beatorũ, diciturq; cælũ cæli, qa videlicet cõparatióe eius terra est, & hoc cælum, & quicquid videri potest oculis terrenis. Quomodo in illo cælo debemus thesaurizare thesauros? Nimirum idcircò ieiunando, & eleemosynas faciendo, cæterisq; modis omnibus lugendo, quia illuc abijt, & nondum redijt sponsus, qui ablatus est nobis filijs suis. Causa ista cælestis est, & p-

Fures olim in cælo. inde qui hanc habet, rectè in cælo thesaurizare dicitur, nimirum tuto in loco, quia fures ibi non effodiunt, nec furantur, neque ærugo, neque tinea demolitur. Fuerunt ibi olim quidam fures, scilicet, diabolus & angeli eius, qui quasi effodientes diuinitatis honorem furari voluerunt, sed non valuerunt, imò quicquid honoris vel pulchritu-

Ezech. 28. dinis habebant à creatore sibi collatum, ærugo & tinea nequissimæ hypocriseos demolita est, quia (sicut illi per Prophetã exprobratur) in medio lapidũ ignitorum ambulauit perfectus in vijs suis quæ perfectio fuit hypocrisis, vt videretur esse quod non erat, altissimo similis, & illa hypocrisi æruginatus, iam non splendidus angelus, sed teter est diabolus, tineosum vtique præferens caput. Eiusmodi fures ibi fuerunt, sed iam ibi nõ sunt, nec erunt, nec tineã siue ærugi-

Vbi thesaurus tuus ibi & cor tuu. nem admisit postea, nec admittet vnquã illud cælum casu illorum purificatum. Illic thesaurizate (inquit) ac demum familiariter conscientiam cuiusque conueniens, vbi est enim (inquit) thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quod dictum quale sit, ille aliquantisper intelligit per similitudinẽ sui, qui solicitudinem hominis voti seu promissi, vel cuiuscunque debiti necessitate duct⁹ vel cõmonitus, corde suo illuc sæpe respicit, vbi nouit se reposuisse aliquid, per q̃ se se liberare possit. Et quis eum iure repellere possit, quin thesaurum suum recipiat, cũ voluerit, vel tempus fuerit? Porrò, in cælo nulla vnquam iniuria fit, quin cùm tempus fuerit, cor eius, id est, ipsemet admissus, accedat illuc, vt fruatur thesauris suis, quos thesaurizauit illic. Et interim dũ viuit, semper cor eius illic est, vbi in manus Domini commisit ac præmisit qualiacunque bona opera, per quæ redimi possit in die iudicij.

Homo per bona opera redimitur in die iudicij.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Etenim sensus iste est: Idcirco non dixi, sic vniuersaliter vobis omnibus facientibus eleemosynam, sit eleemosyna vestra in absconso. Et: Vos autem cùm oratis, intrate in cubiculũ, & clauso ostio, orate patrem vestrum. Et: Vos autem cùm ieiunatis, vngite capita vestra, sed dixi singulariter: Te autem faciente eleemosynam, & &c. quia videlicet non omnibus dico hoc, neque omnibus dicendum est hoc, sed tibi vni vel alteri similiter vnicuilibet, cuius oculus fortè infirmus est, cuius intentio nõdum satis firma est. Etenim lucerna corporis tui est oculus tuus, & subaudire debes, quia secundum huius rei similitudinem, lucerna operis tui, est intentio tua. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, & subintelligere debes, quia secundum rei huius similitudinem, si intentio tua fuerit absque hypocrisi, & absq; nebula cuiuslibet miseræ vanitatis, tunc opus tuum totum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: & similiter scire debes, quia si intentio tua fuerit in hypocrisi, totum opus tuũ tenebrosum erit, siue ieiunium, siue oratio, siue eleemosyna sit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Quod est dicere: Si opera bona, quæ facis coram hominibus, propter hypocrisim reproba sunt, ipsa opera mala quæ in occulto sunt. quale iudicium merentur? Proinde simplicem oculum, id est, intentionem bonam in corde habeas, & quomodo vis fac. Nam si fuerit simplex oculus eiusmodi, tũc profectò acceptum est Deo quod facis, siue cinere aspergas, siue oleo perungas caput tuum, dum ieiunas, siue longam, siue breuem orationem facias siue multis videntibus, siue nullo sciente pauperi eleemosynam porrigas. Hic autẽ oculus simplex, hæc intentio bona est, cupere vt homines opera tua videntes, glorificẽt patrem qui in cælis est, sicut e contra nequã

oculus

oculus, intentio mala est, ambire vt ab hominib. glorificeris, quo fit vt tenebrosum sit quod cunq; facis, siue cinis, siue oleum in capite tuo sit, siue longa siue breuis oratio tua sit, siue publica siue occulta eleemosyna tua sit. Interim dum nondum purificatus est oculus, dum fieri potest, vt leui vento vel aura miseræ vanitatis intentio lædatur, facito (vt dixi) vt non videaris hominibus ieiunans, aut eleemosynas faciens, aut orans. *Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Ideò dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.* Hactenus temperandum esse debuit à maligna superfluitate hypocritarum, quorum in ipsa temperantia ciborum grande est intemperantiæ vitium: nũc addit quod adhuc melius & perfectius est, vt hi, qui spiritualibus studijs idonei sunt, soluti ac liberi esse cupiant ab

Luc. 10. omni occupatione curarum secularium, ab omni solicitudine rerum quoque venalium, iuxta illud: Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnũ est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc ita incipit: Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Hanc generalem de Dominis sententiam quam veram esse ratio spontè concedit, idcircò præmisit, vt specialem opportunè subinferret, eadẽ nixam veritatis firmitate, non potestis Deo seruire & Mammonæ. Sciendum quippè est, quod non idem sit duobus Dominis, ac si dixisset, duobus hominibus siue duobus Regibus aut potestatibus. Nam duobus hominibus duobus regibus siue potestatibus potest vnus homo seruire, quia possunt duo Reges, duo Principes sibimet cõcordes existere, vt fuerunt Salomon & Hiram Rex Tyri inuicem fœderati, & ambobus seruire potuit artifex Hiram in ædificatione domus Domini, quem misit Rex Hiram prudentem & scientissimum, qui nouerat operari in auro & argento & ære & ferro, marmore & lignis, purpura quoque & hyacintho & byssо & coccino, & adinuenire prudenter quodcunque in opere necessarium esset. Porrò, duobus dominis neminem posse seruire, idcircò dictum est veraciter, quia dominatio superbiæ fassus est, & dualitas dominationis nunquã absque scissura contrarietatis esse potest. Vnus enim Dominus, vnus Deus est, cæteri qui dicuntur dij vel domini, putatiuè dicuntur, & non sunt. Attamẽ vsus obtinuit, vt in suo quisque iure Dominus dicatur & sit, vt exempli gratia, in suo regno Dominus & Rex dicebatur Rex Dauid. Duo do

Duob. hominib. idẽ seruire potest. *3. Reg. 5.* *2. Para. 2.* *Duobus dominis nemo seruire potest.* *Ephe. 4.*

mini tunc ibi esse cœperunt, quia domina *2. Reg. 16.* tionis vnitas in dualitatem scissa est quando filius eius Absalon dominationem cõtra eundem patrem suum arripuit. Vtique duob. illis nemo seruire potuit. Aut enim vnum odio habuit, & alterum dilexit, vt (verbi gratia) ille Chusai, qui quoniã seruus erat bonus, bonum Dominum dilexit, & malum odio habuit, apud Absalon degens, & saluti Dauid miro atque amabili artificio consulens ac deseruiens. Aut vnũ sustinuit, & alterum contempsit, vt ille Achitofel, qui vtique non dilexit Absalon, sed idcircò sustinuit eum, vt Dauid Dominum legitimũ contemnere posset. Nunquid enim diligebat, aut diligere nouerat, qui talia quæ legimus, illi consilia dabat? Imò & de toto penè Israel ita sentiendum est, quod videlicet neque Absalon, neq; Seba filium Bochri, neque Hieroboan, cæterosque Reges, quos habuit, dilexit, quippè quos toties occidit & mutauit: sed ob hoc tamen dominationem illorum sustinuit, vt contemnere posset legitimam do- *2. Reg. 20.* minationem domus Dauid, toties dicendo, vt scriptura meminit: Quæ pars nobis in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai? Non ergo (ait) potestis Deo seruire & Mãmonæ. Hi nanque sunt duo domini valdè *3. Reg. 12.* sibi contrarij, sicut veritas & mendacium, sicut iustum & iniquum, quia videlicet Deus verus est Dñs, & hic solus iure dominatur. Mammon aũt, id est, princeps huius mũdi, falsus est dñs, & iniquè dominatur, & omninò mentitur de omni gloria mundi, dicés quia mihi hæc omnia tradita sunt, & cui volo, do illa: quia non ipse, sed solus excelsus dominatur in regno hominum, sicut Nabuchodonosor dictum est cælitus, *Matth. 4.* & cuicunque voluerit, dat illud. Istis duo *Dan. 4.* bus dominis nemo potest seruire, ambos istos nemo diligere, ambos istos nemo potest odio habere vel contemnere. Si enim Dominum verum diligit, falsum o- *Psal. 118.* dio habet, vt su pra dict⁹ Dauid, qui in Psal mo loquitur: Iniquitatem odio habui, lemo loquitur: Iniquitatem odio habui, legem autem tuam dilexi. Si autem falsum diligit, verũ Dñm odit, vt Iudæi, de quib. saluator: Nunc autẽ (ait) & viderunt & o- *Ioan. 15.* derunt, & me & patrẽ meum, quiq; dicunt iuxta Esa. vaticiniũ: Percussimus fœdus cũ *Esa. 28.* morte, & cum inferno pepigimus pactum. Horrisonum est hoc, & ipso audito nimis asperum, quempiam odisse Deum, & cum Diabolo & cũ inferno pepigisse pactum, & hoc omninò est impiorum atque desperatorum. Porrò, vnum sustinere & alterũ contemnere, & non solũ sustinere Deum, cõtemnere autem diabolum, etiam electis

Universidad de Deusto Biblioteca

Exempla de Dauid.

interdum accidit, exempli gratia, vt ipsi iã dicto Dauid. Aliquando enim ille Diabolũ sustinuit, quẽ nunquã dilexit. Deum autem contempsit, tunc videlicet, quando tẽ tatus est, & in Vriam peccauit. Quare ergo (inquit Dominus) contempsisti verbum Domini, vt faceres malũ in cõspectu meo? Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eo q̃ despexeris me, &c. Bonum ergo Dominum ipse contempsit, malum sustinens Dominum propter emolumentũ praue delectationis, qui & peregrinus dicitur illic, eò quòd lõgè sit à ciuitate Dei. Quod enim dictũ est illic per Nathan, quia diues parcens sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuiũ peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouẽ viri pauperis, parabolica locutio est, significans qualiter malum Dominum sustinuerit, bonum autem contempserit. Rursus verò idem Dauid, malum Dominum contemnens, vt in omnib. solitus contemnere fuit, præter illum sermonẽ Vriæ Ethæi, bonum Dominũ sustinuit, subaudi

2.Reg. 24. tur corripientẽ, eò quòd numerasset populum, & dixit: Coartor nimis, sed melius

1. Para. 23. est vt incidam in manus Domini, multæ enim misericordiæ eius, quã in manus hominis. Quoniam ergo non potestis duob.

Solicitudo rerũ tempo ralium scã dalizat plerunque. dominis istis seruire, ideò dico vobis, ideò suadeo vobis, à malo dño scilicet à Mammona tam longè recedere, vt ne saltem solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis neq; corpori vestro quid induamini. Multos enim solicitudo ista scandalizauit, vt malum Dominum sustinerent, & bonum Dominum contemnerent, & non ad horã tantum, sicut scandalizauit tentatio sanctũ Dauid, sed vsque in finem, sicut Saulẽ qui ante illum fuit. Ille enim nimium solicitus de honore seculi, & de vita præsenti, malũ Dominum non solùm viuens inuitus sustinuit propter contemptum Domini, verũetiam in fine vitæ suæ volens subijt, consulendo Spiritum Phytonis, & comedendo

1.Reg. 28. vitulum, quem Phytonissa mulier apposuit. Alius plus, alius minus à curis huius seculi, à solicitudinibus huius vitę scandalizatur. Est quidem licitum, & lege concessum, habere facultates, prouidere quod domui vel rei familiari necessarium est,

Varia pericula in diuitijs. inter filios ac nepotes, inter seruos & clientes curare, quod Dominum vel patrem decet: sed hæc via periculosa est, ne fortè dũ quasi ex necessitate cœperis, ad hoc peruenias, vt ex amore seruias Mãmonę, id est,

† Lego illis diuitijs, & nõ tu † solus, sed illæ dominentur tibi & dum putas ire fortiter contra ictum fluminis, victus cupiditatum seruus ad inferiora deuoluaris. Fortè dicis: Si istud perfectionis cõsilium secutus fuero, si omnibus quæ possideo venditis, & in pauperes erogatis, te Christe secutus fuero, vnde esca? vnde vestimentum? Ad hæc *Mat. 19.* inquam: *Nónne anima plus est quam esca, & corpus plus est quam vestimentum?* Qui maiora præstitit, vtique & minora præstabit. *Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neq; congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa. Nónne vos magis estis pluris illis?* Si ergo volatilia absque cura & ærumnis, Dei aluntur prouidentia, quæ hodie sunt, & cras non erunt, quorum anima mortalis est, cùm esse cessauerint, semper non erunt, quanto magis homines, quibus æternitas repromittitur, Dei reguntur arbitrio? Nónne in Psal. *Psal. 103.* cantatis: Saturabuntur ligna campi & cedri Libani, quas plantauit, illic passeres nidificabunt herodij domus dux est eorum? *Herodius Christus passeres pauperes Christi in monasteryis.* Nolite timere. Sub nominibus & verbis illis de vobis Prophetia est, quod patri vestro cura sit de vobis, cũ pauperes omnibus relictis, nullam habentes solicitudinem, quid manducare, aut quo indui debeatis, quasi passeres fueritis effecti, qui nõ serũt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit eos. Magister enim vester vnus est Christus, & hic tanquam herodius, auis magna, & fortis ad deuincendum etiam Aquilam Reginam auium, quamuis in cælũ volauerit, nihilominus tamen vobiscum est omnibus dieb. vsque ad consummationem seculi. Domus *Matth. 28.* huius herodij, vita est Apostolica, quam ipse magister vester Christus extruxit. Si passeres esse cupitis, si relictis omnibus, hunc magistrum sequi vultis, domus eius præcedet volatum vestrum, clamans ad ligna campi, dicens ad cedros Libani, præcipiẽs potentib. & diuitib. huius seculi: Expandite ramos vestros, & suscipite passeres istos, effundite thesauros vestros, & pascite volũtarios pauperes istos. Nidificent apud vos passeres isti, constituite cœnobia, fundate eccleśias, vbi habitẽt pauperes isti, vt vacet illis vespere & mane & meridie narrare, & annũciare, & exaudiet Deus vocem eorũ, tam p̃ vobis, quã pro semetipsis clamantium atq; exorantiũ. Quid ergo de esca vestra soliciti estis, & præ solicitudine *Psal. 54.* huiusce rei tuæ relictis omnib. sequi timeatis? Nónne vos magis pluris estis illis? subauditur passerib. quorum per similitudinem vos inuitaui ad sapientiã fidei. Homo quippè vn⁹ ad imaginẽ Dei fact⁹, pluris est, plus valet apud Deũ, multis & magnis bubalis aut bobus, ne dicã passeribus paruis. *Quis aũt vestrũ cogitans potest adijcere ad staturam suã cubitũ vnũ?* Fortè enim dicis: Passeres parui sunt, paruũ habent corpusculũ, & idcircò de modico pasci possunt: nos aũt grãdes sumus & idcircò plurib. & grandiorib. alimentis

mẽtis indigemus. Dico aũt: Quis vestrum cogitans potest adijcere ad staturã suam cubitum vnum? Noui enim vos, quia dum erubescit alter altero apparere breuior, extendit se quisquis ille vel illa sit, sed quã tumcunque extendat, non potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum: & multum est, si per extensionem possit adijcere palmum vnum. Cùm ergo dicit, quis autem vestrum potest cogitans adijcere ad staturam suam cubitum vnum, & tu respõdes nemo, siquidem nemo potest hoc facere cogitans, facit autem annos adijciens, & proficiens per naturam de infantia in iuuentutem perfectam, non cogitatione, sed posita à Deo lege naturæ, iterum argueris, quia qui te grandem fecit, & crescentem vltra quantitatem vel modulum passeris, ipse & escam tibi augere potest vltra quam necessarium sit. *Et de vestimento quid soliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis.* Qui passeribus propter voluntariam

Pauperes Christi, vt lilia agri. paupertatem, & cælestem conuersationem, ipsi lilijs cæterisque pulchris floribus similes dicuntur in scripturis propter

† sapiens. Eccl. 39. castitatis pulchritudinem cæterarumque virtutum pulchram varietatem. Hinc † Esaias loquitur: Audite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarũ

Cant. 2. fructificate. Quasi Libanus odorem suauitatis habete, florete flores quasi lilium, & date odorem. Et in Canticis Christus dicit: Ego flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Et multa in hunc modum. Congruè ergo dum victus atque vestitus interdicit solicitudinem, ad quorum mittit suos electos consideration em, scilicet passerum atque liliorum, quorum in antiquis scripturis diuina authoritas, asscripserat similitudinem. Considerate (inquit) lilia agri, quo modo, & cæt. quæ ita concludit. *Si enim fœnũ agri, q̃ hodie est, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic vestit, quãto vos magis minimæ fidei?* Plane multo magis, & subaudiendum est, in regno Dei. Nam vt isto seculo sic vestiri velimus, pro stultitia reputatur, quia nec Salomon (inquit) in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Quid porrò sibi vult, quod tam acriter edicit, quanto magis vos minimæ fidei? Aut quid est esse minimæ fidei? Non enim leuiter aut negligenter at-

Matth. 15. tendendum est, quod & hic dicit, vos minimæ fidei, & alibi collaudat magnitudinem fidei, vt illic: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Certos ergo terminos nosse cupiamus, quos cùm attigerit fides, magna fit: cùm nõdum attigerit, parua vel minima sit. Ne longũ in quærendo circuitũ faciamus, prõptũ adest signaculũ fidei. Exemplũ magnæ fidei, vbi ad Nabuchodonosor regem dixerunt beati illi tres pueri, eadem hora mittendi in fornacem ignis ardẽtis. Ecce enim Deus, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manib. tuis rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus. In hoc quippè agnoscitur magnitudo fidei, fortitudo fidei, fortitudo fidelis animi, quod cũm dixissent, potens est Deus eripere nos, addiderunt. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia non colimus, nõ adoramus deos tuos. Secundum quorum exemplum quicunq; dicunt, potens est Deus, quẽ colimus, pascere nos, quoniam & passeres pascit: potens Deus vestire nos, quoniam & fœnum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, sic vestit, & adhuc adijciunt, quod si noluerunt pascere vel vestire nos, nihilominus tibi ô Mammon nequaquam seruiemus: immò relictis omnibus, ipsum sequemur, non soliciti quid manducemus, aut quid induamur: nimirum isti magnæ sunt fidei, quia fides illorum in futurum seculũ totam se extendit. Econtra, minimæ sunt fidei, quia scandalizãtur, nisi à cunctis protegantur, vel defendantur aduersis, cunctisq; fruantur prosperis nec putant, quod de ipsis Deo cura sit, vel quod vlla sit prouidentia Dei. Et dixerunt (ait Psalmista) *Psal. 72.* quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores & abũdantes in seculo obtinuerunt diuitias. Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Tales quique quoniam de victu vel vestitu ni *Psal. 58.* mium sunt soliciti, & murmurant nisi fuerint saturati: in ipsa professione perfectorum, qui relictis omnib. Christũ sequũtur, rectè dicũtur minimæ fidei, congruitq; his illud q̃ quibusdã ad se venientib. ipse dixit: Amẽ amen dico vobis queritis me, nõ quia vidistis signa, sed quia mãducastis ex panibus meis, & saturati estis. Certos igitur mã- *Ioan. 6.* gnę fidei, certos minimę fidei terminos ingressi esse nos arbitramur: qa videlicet hęc dicit, & sentit simile quid illi dicto beati Iob: *Iob 13.* Etiã si occiderit me, in ipso sperabo. Hæc *Exod. 17.* aũt tale quid, vt est hoc: Timeo & nõ possũ exire de Aegypto, ne aquæ penuriã patiar & sitiã in deserto. Magna res & vtilis est, q̃ nobis intimare molitur, & idcircò non semel dixisse contentus, iterũ ac tertio repetit hoc ipsum dicẽs: *Nolite ergo soliciti esse dicẽtes: quid mãducabimus, aut q̃d bibem⁹, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gẽtes inquirũt. Scit enim pater vester, q̃ his omnib. indigetis: Quærite ergo primũ regnũ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi. Sufficit diei malitia sua. Quia valdè vtile est & necessarium hoc vnum, quod est sabbatizare vel requiescere in studio siue contemplatione verbi Dei, quæ optima pars est, quã (vt ait ipse Dominus) Maria elegit, idcirco (vt iam dictum est) nõ tantùm semel, sed & iterum ac tertio sententiam repetiuit de abijciendo grauione re solicitudinis, quam venter inducit, & occasio plerisq; miseræ seruitutis, vt seruientes Mammonæ, Deo seruire non possint. Vbi secundò dicit, nolite soliciti esse, duas rationes continuò subiungit. Hæc enim omnia gentes inquirunt, scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Altera terrore compescit, altera plena est cõsolationis. Quid est enim dicere, hæc omnia gentes inquirunt, nisi ac si dicatur, eritis enim gentibus similes, quorum Deus venter est, si solicitudini huic, quam interdico, postponitis Deum? Cùm enim dicit, hæc omnia gentes inquirunt, pariter subintelligendũ est, & præter hoc seculũ nihil amplius quærunt. Promptuaria eorum plena sunt (ait Psalmista) redundantia ex hoc in illud, nõ est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum, & beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Hæc enim tanquam beatitudinem summam quærunt. Hæc ergo sententia veluti iurgio nos percutit: & deinde, quoniam victu & vestitu indigemus, volens nos omnem solicitudinem nostram proijcere in eum, quoniam ipsi cura est de nobis, scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Scit (inquam) & benè scit. Quid enim ille nescit? Causam quoq; ipse scit, propter quam euenit istud quod omnibus his indigetis. In paradiso erant patres nostri, sola innocentia bene vestiti, vt non indigebant pane, quo nunc in sudore vultus vestri vescemini, sufficienter solis impleti pomis paradisi. Præuaricati sunt oculis concupiscẽdo, & ore comedendo fructum ligni vetiti, & ex tunc omnibus his indigetis, victu ad repellẽdam famẽ, vestitu ad abigendũ frigus & tegendam turpitudinem. Nunquid verò solummodò scit, quia indigetis, & nõ etiam vult, cùm sit pater vester, ea prouidere quibus indigetis? Nunquid voluntas deest illi, nisi vos murmuraueritis, & murmurando cõpuleritis, vt velit? Hæc enim paterna eius prouidentia testimoniũ habet ex alijs multis scripturarum locis, quòd circa iustos, & perfectæ fidei viros semper adsit, & nunquam eos derelinquat, & ibi magis vtatur virtute sua, virtute inusitata, vbi humana sibi ,uidere nullatenus potest industria. Exempli gratia, Heliã alibi Dominus per angelum, aliàs rapaces quoque corui, alibi vidua de parua farinæ hydria pauit. & Helisæus paucos habens panes: Da, inquit ad puerum, populo vt comedat, & comederunt, & superfuit iuxta verbum Domini. Quærite ergo (ait) primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Quid est regnũ Dei, nisi verbũ Dei? Nam per quod facta sunt ómnia, per ipsum verbum regũtur omnia, & in hoc seruire, vtiq; regnare est. Quoties ergo ad audiendum, siue tractãdum verbum Dei conuenimus, quoties lectiones sanctas legimus, aut libẽter audim⁹, & eas opere adimplere studemus, toties quærimus regnum Dei & iustitiã eius. Et hic quidem dum viuimus, quærimus & quærere possumus, inuenire autem ad plenum, nisi post hanc vitam nõ valemus. Thesaurus est hoc Dei regnum in agro absconditus, thesaurus in agro literæ legalis atq; propheticæ, literæ magna ex parte parabolicæ, siue ænigmaticæ, diligenter clausus atq; signatus. Hunc thesaurum inuenire, est scripturas sacras intelligere & prægaudio thesauri omnia vendere & emere agrum, hoc est, præ dilectione cælestium bonorum, vel regni cælorum, quale in sanctis scripturis promittitur, omnem solicitudinem abijcere secũdum hoc præsens euangelicum consilium, solumq; earũdem amplecti studium scripturarum, vt semper homo sit expeditus ad verbum Dei tractandum, siue audiendum. Hoc facite primum, & hæc omnia (inquit) adijcientur vobis. O quantos studium huiusmodi non solùm vsq; ad sufficientiam horũ, scilicet victus & vestitus, verumetiam vsq; ad amplissimos honores citò prouexit. Super salutem & omnem pulchritudinem (ait quidam) dilexi sapiẽtiam, & proposui pro luce habere illam. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibi. Sufficit diei malitia sua. Iam semel & iterum dixerat, nolite soliciti esse. Quid adhuc tertio repetit, nisi quia magnũ est negotiũ quod intendit, & difficile valdeq; operosum est, euellere de profundo cordis nostri hanc radicem amaritudinis, radicẽ cupiditatis? Et nota q̃ terribiliter hac tertia repetitione solicitudinem interdicit. Cùm enim dixisset, nolite ergo soliciti esse in crastinũ, protinus ait: Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. Audiat hoc homo ille diues, vel quicunque similis eius, cui, cũ fructus vberes ager suus attulisset, cogitabat intra se, dicens: Quid faciã quod nõ habeo quo congregem fructus meos? & dixit: Hoc faciam, destruã horrea mea, & maiora faciã, & illuc congregabo oía, quę nata sunt mihi & bona mea, & dicã animæ meæ: Anima, habes multa bona, reposita in annos plurimos, requiesce, cõede, bibe, epulare. Multum ille de crastino solicitus erat, qui solicitudinem suam tam delectabiliter in annos plurimos extendebat. At verò crastinus dies, non futurum dico tempus breue aut longum, pro quo solet dici cras, vt illic. Et respondebit mihi cras iustitia mea, sed crastinus dies, vt vulgo dici solet, dies qui noctem proximam subsequitur secundum occasum & ortum solis, qui quotidianus est, solicitus erit sibijpsi. Nam sequitur: Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti, cuius erunt? Puta quod dixerit: Stulte, quid solicitus es, non dico in annos plurimos, sed in diem crastinum? Crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi. Quod idẽ videtur esse, ac si dicatur illi: Crastinus dies alia solicitudine plenus erit, non tibi, sed sibijpsi, nec tibi cócedet status diei crastini, diei mali, quicquam habere rationis, ne dicam solicitudinis, quia sicut Ecclesiastes dicit, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas, hac nocte anima tua abs te repetita. Dira occupatio, quę totum hominem sic inuoluit, vt nec rationis, nec scientiæ nec sapientiæ solatium quærere vel admittere possit. Aliter: Crastinus dies, id est, ille qui crastino die venit, solicitus erit vel esse poterit, siue in eo, vt habens Moysen & Prophetas, audiat illos, siue in eo, vt maiora sibi facere cogitet horrea sicut tu cogitasti. Quod si cogitauerit, dicetur & fiet illi, sicut dictum est & factum illi, qui præcessit, siue tibi, siue alij. Stulte, hac nocte repetunt animã tuam abs te, quæ autem parasti, cuius erunt? Nam quotusquisque est seruorum Mammonæ, qui non etiam pridie quàm anima eius ab ipso repetatur, & sub ipso ferè mortis articulo in annos plurimos malè pseuerat solicitus? Cũ multa his similia de die crastino possint dici, & à priorib. nostris dicta sint, sensus anagogic⁹ magis placet, & expeditius ꝓcedit. Nã iuxta anagogen dies crastinus, dies malus & maledictus est, dicit præsenti oppositus, dicit quem benedixit Dominus, de quo in Dauid loquitur Spiritus S. Hodie si vocem eius audieritis, cuius meminit Apostolus his verbis: Quapropter sicut dicit spiritus sanct⁹, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: Videte fratres, ne sit in aliquo vestrũ cor malũ incredulitatis, descendẽdo à Deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis. Ac deinceps: Et quidem ab operibus ab institutione mundi factis, dixit quodam loco de die septimo sic: Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam. Quoniã ergo hi, quib. prioribus annunciatũ est, non introibunt propter incredulitatem, iterum determinat diem quendam, Hodie dicendo in Dauid, & c. Huic hodierno diei, quẽ benedixit, & in quo requiescit Deus, contrarius est dies ille crastinus, scilicet diabo lus siue mammon, contra quem dixerat su pra, nemo potest duobus dominis seruire; non potestis Deo seruire & mammonæ. Nam quem alium diem putas esse diem illum, quem maledicit Iob? Aperuit enim os suum Iob, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, cõceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eũ Deus desuper, & non illustretur lumine, & c. In illo namque die nascitur omnis homo, quia nascitur in peccato, viuit in peccato, & moritur in peccato, nisi visitetur à die isto, diei hodierno, sancto & benedicto, & ab hoc visitatus siue illustratus, mutet originem, renouet natiuitatem, vt natus in Adam, renascatur in Christo: mortuus peccato, viuat Deo. Dicitur autem dies ille crastinus eò quòd interueniente iniquitatis nocte, ab isto die hodierno sit omninò separatus. Porrò non verè est, sed dicitur & videri vult ille dies, nam reuera nox est. Propterea sanctus ille maledicens, hoc vtrunque dixit: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Nunc iam dicendum, quomodo sit vel nõ sit solicitus quis in illum diem crastinum, quomodo ille dies semetipsi sit solicitus, & quomodo sufficiat ei malitia eius. Nam hæc tria dixit Dominus, nolite ergo soliciti esse in crastinum, crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi, sufficit enim diei malitia sua. Solicitum esse in illum diem crastinum, est seruire Mammonæ, seruire cupiditatibus, diligere mundum & ea quę in mũdo sunt. Quod idcircò rectè ꝓhibetur, quia sicut profecto nemo potest vtrunque præsentem & crastinum diem simul videre, ita nemo potest mundum simul & Deũ diligere, Deo seruire simul & Mammonæ. Quam ob causam? Crastinus enim (inquit) dies solicitus erit sibijpsi. Quid est, crastinus dies solicitus erit sibijpsi? Nimirum Diabolus, Mammon, siue princeps huius mũdi, nihil Deo de sua solicitudine cõmunicabit, nihil cum Deo commune habebit. Et quidem si ita dixisset, solicitus est sibiipsi, id est, esse videretur, sed futuro tẽpore dictũ, solicitus erit, hoc pl⁹ habet, qa sempiternitatẽ innuit diuisionis siue separatiõis:

Sabbatismus in contẽplatione. Luc. 10.

Philip. 3.

Psal. 143.

Causa cur bis indigemus ex Adam est.

Genes. 3.

Dei prouidentia erga pauperes suos.

3. Reg. 17.

& 19.

4. Reg. 4.

Quid est regnũ Dei quærere.

Matth. 6.

Sapient. 7.

Fugienda solicitudo diuitiarũ.

Luc. 12.

Gen. 30.

Luc. 12.

Crastinus dies solicitus erit sibi ipsi.

Eccl. 9.

Luc. 16.

Sensus anagogicus de crastino.

Psal. 94.

Hebr. 4.

Iob. 3.

Solicitus in quo diem crastinum.

Philip.3. quàsicut nunc est, ita semper & in æternũ à Deo diuisus & separatus erit, & absq; vllo fine seorsum quæret, quæ sua sunt, non quæ sunt Dei, nec vlla vnquam respectione Deo cupiet rursus confœderari. Vnde hoc illi? Vnde tanta separationis perseuerantia? Ait: Sufficit diei malitia sua. Quomodo vel in quo sufficit huic tali diei malitia sua? Videlicet in eo, vt dicat, nullius egeo, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, & ero similis altissimo, & cætera his similia. Igitur sufficit(ait)diei malitia sua, id est, hoc superbiæ videtur quod sibi sufficiat. Humilitas autem dicit: Non quod sufficientes simus cogitare aliqd à nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est. Et alibi: Satiabor cùm apparuerit gloria tua. *Nolite iudicare, & non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Non mandatum nouum est hoc, sed mãdatum vetus, quod ab initio audiuimus. Nã per Moysen dixerat hoc idem Dominus. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. Denique quod de iudicij odio Dominus hic dixerit: nolite iudicare, vt non iudicemini, & cætera, quæ iam dicta sunt, protinus manifestat, cùm dicit per similitudinem huiusmodi. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui. & trabem quæ in oculo tuo est non vides? aut quomodo dicis fratri tuo, sine, eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* Igitur quod dicit, nolite iudicare, vt non iudicemini, hoc dicere est, nolite in iudicando habere odium in cordibus vestris. Nam vt omninò non iudicemus, siue arguamus vel corripiamus, & euangelica simul & legalis repugnat authoritas. Legalis, vt eodem capitulo protinus, cùm dixisset, ne oderis fratrem tuum in corde tuo, subiunxit, sed publicè argue eum, subauditur hac intentione, vt velis eũ lucrari, quod non est odij, sed dilectionis. Euangelica, vt illic: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te nó audierit, adhibe adhuc vnum tecum vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si nec eos audierit, dic Ecclesiæ. Simul & hoc euangelica suppleuit authoritas, quod in legali minus apparebat, quia videlicet legalis hoc tantũ dixit, sed argue publicè: Euangelica verò perscripsit, quali ordine debeas ad hoc peruenire, vt arguas publicè, siue dicas Ecclesiæ peccatum quod nó est publicè admissum, sed te solo sciente. Cauendum est ergo iudicium, quod ex odij radice procedit: & si non amore iustitiæ, at saltem metu vicissitudinis iustæ, quam protinus subiungit: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Etenim si per odiũ nõ causæ, sed personę iudicaueritis, iudicabimini & vos, iudicio nõ dilectionis, sed odij Dei, qui odit omnem odiosè iudicantem, imò & omnes odisti (inquit Psalmista) qui operãtur inl quitatem. Veruntamen hæc & cætera ferè omnia maximè cõtra Scribas & Pharisæos hypocritas dicuntur, vt ab illorum similitudine quàm lõgissimè recedãt, qui discipuli veritatis esse volunt, & Christiano no mine censentur. Illi namque tunc temporis malè iudicabãt, & iniqua mensura metiebãtur, peccatores & publicanos condemnantes, & ipsum Dominum reprehendentes, pro eo quod illos suscipiebat, seq; coniungebat illis, & dicebant: Quia hic peccatores recipit, & manducat cùm illis, & his similia. Profectò ipsi potius erant iudicandi, quia peccatum illorum tanto maius erat peccato publicanorum & meretricum, quanto magnitudo trabis paruitate festucę maior est. Proinde cuilibet eorum aptissimè dicit: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Huic simile hoc est: Quid ignorantiam publicani detestaris, vt dicas, verbi gratia, Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt, non attendens odiũ quod in corde habes, quia vidisti & odisti & me & patrem meum? Non solùm me vel patrem meum, verumetiam qualemcunq; fratrem odisse, hoc est trabem in oculo habere. Quomodo ergo dicis fratri tuo. Sine, eijciam festucã de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Et fortè quod vides, aut videre te putas in oculo fratris tui, nõ festuca, sed festucæ vmbra est: tu aũt malè vides, & malè discernis, quia trabem in oculo tuo vides. Sed esto, vt veraciter festuca sit in oculo cuiuscunq; fratris, festuca iræ repentinæ, siue concupiscentiæ subitò irruentis, sicut fuit in oculo Dauid, quando iratus propter maledicta Nabal, semetipsum vlcisci voluit, quãdo vxorem Vriæ Ethæi lauantem se de solario prospiciens, vidit & cõcupiuit. Tu cùm sis quasi Semei, quomodo de eiusmodi festucis iudicare vel consilium dare poteris, aut istud conueniet tibi tantam habenti in oculo tuo trabẽ odij, vt maledicens & lapides mittens, terramque spargẽs dicas tale quid, vt est hoc, Egrẽdere vir sanguinum & vir Belial, reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem, quem effudisti. Nempe etiam si mitius loquaris, cum tua trabe inueterati odij, vt dicas tale quid, vt est hoc. Increpationem ergo ne reprobes Domini, quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus

Ezec.28. Esai.14.

2.Cor.3.

Psal.16.

CAP.VII.

Leuit.19.

Quomodo arguendus est frater, nõ ex odio, sed ex dilectione.

Matt.18.

Psal.5.

Scribæ & Pharisæi hic præcipuè reprehendũtur.

Matth.9.

Ioann.7.

Festuca in oculo Dauid.

1. Reg. 25.

2.Re.11.16.

Trabs in oculo Simei.

Iob.5.

nus eius sanabunt, siue illud. Non ergo te superet ira, vt aliquem opprimas, nec multitudo † locorum inclinet te. Dicetur tibi: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Denique, quia sapiens Abigail, vxor Nabal insipientis & stulti, trabem eiusmodi nõ habuit in oculo suo, idcircò perspexit & perspicere potuit, qualiter eijceret festucam de oculo Dauid repentè irati, quod & fecit ratione huiusmodi: In me sit, ait, Domine mi hæc iniquitas, & cætera vsque. Cùm ergo fecerit tibi Dominus Domino meo omnia quæ locutus est bona de te, non erit tibi hoc in singultũ & in scrupulũ cordis Domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris. Ille nanq; purgato statim oculo, id est, sedato iræ impetu, dixit ad Abigail: Benedictus Dñs Deus Israel, q̃ misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea. Vnde illa secundum nomen suum Abigail, quod interpretatur patris mei exultatio, memorabile exemplum esse debet omni animæ fide li, quatenus studeat paci, & recõciliet siue mitiget iratum quemcunque potest, ante effectum vel opus peccati, quod ira suggerit, quod studium reuera est patris altissimi. Item Prophetã Nathan, quia trabem illam in oculo suo non habuit, idcircò perspexit & perspicere potuit, qualiter festucam peccati, quod per concupiscentiã commiserat Dauid in vxorem Vriæ Ethæi, educeret de oculo eius, incipiẽdo ita quasi de alio loqueretur, & ad hoc illũ suauiter perducendo, vt diceret ille pœnitens, peccaui Domino. Porrò suprà dictus Semei, quia magnam habebat in oculo suo trabẽ odij non solùm non eduxit festucã, † quasi tũc erat in oculo Dauid, verumetiã zeli iusti longęuũ siue diuturnũ iniecit ignem, vt mox dormiturus cũ patribus suis, dicere ad Salomonem filium suum: Quia descendit mihi in occursum cùm transirem Iordanem, & iurauit ei per Dominum dicens nõ te interficiam gladio, tu noli eum pati esse innoxium. Vir autem sapiens es, & scies quę facias ei, deducesque canos eius cum sanguine ad infernum.

†alias donorũ. Abigail rectè eiecit festucam de oculo Dauid. 1.Reg. 25.

Similiter & Nathan propheta. 2.Reg. 12.

† Lego, quasi

3.Reg.2.

FINIS LIBRI SEXTI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. VII.

Modus specialis, quo Deus homini conuenienter loquitur.

EXperimento didici, sed hoc ipsum timẽs confiteor, confitens timeo, quia didici & expertus sum quippiam, licet exiguum, de modo quodam locutionis, quo dilectis sanctis & dilectis loqui solet animabus, sicut audiuimus in Canticis, dum quilibet illarum dicit: En ipse stat pòst parietem nostrum respiciens per fenestras, & dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Item hoc ipsum repetens, surge amica mea, speciosa mea, ita subiungit: Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis & facies tua decora. Et quæ me necessitas cogit istud confiteri, qui tale quid experimento didicerim? Existimo nonnulla, quia peccat aliquis, dum penè scandalizatur in me, hoc ipsum qui scribo, qui scripturarum mysteria pertracto, præsumptioni reputans, & vanæ gloriæ, & subsannando quæritans, quid opus sit vt scribam istis, quum sancti patres tam multi ante nos tam multa tamque sufficientia scripserunt. Quid igitur? Scribã ne etiam illud experimentum dilecti, quo modo dicat, Surge, propera: quomodo dicat, Sonet in aurib. meis vox tua? Verè nó ausim, sed hoc tibi ô amice, qui & ipse me ad scribendum sæpè hortaris, in aurem dicere non veritus sum, nec verebor, si iterũ audire volueris. Cæteris dico & hoc dixisse satis sit, quia reuera etiam si tacere siue à scribendi studio cessare voluero, non valeo, & hoc non concedi mihi scio & benè sentio, & hoc gaudio. Veracem esse didici, si virtutem discretionis habuisset, amicum beati Iob, vbi dixit: Sed conceptum sermonem tenere quis possit? Et quidem concepta sermonem superfluum siue malum non posse tenere, vitiosum est & stultum, iuxta illud sapientis. Sagitta infixa in fœmore canis, sic verbum in corde stulti: sed econtra conceptum sermonem bonum & necessarium non posse tenere, gloriosum, quemadmodum Hieremias tenere non valens, quum dixisset. Et factus est mihi ser-

Cant. 2.

Ibidem.

Autor iste non potuit scribere sic ut Hier.

Iob.4.

Eccl.19. Hier.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo Domini in opprobrium & in derisum tota die, & dixi, non recordabor eius, neq; loquar in nomine ipsius, ita subiunxit: Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. Veruntamen quomodocunque volunt præsentes de nobis iudicent, futuri clementius iudicabunt. Dum enim viuimus (ait vir illustris Hieronymus) & vase fragili continemur, videntur amicorum prodesse studia, & nocere æmulorum opprobria. Postquam autem reuersa fuerit terra in terram suam, & tam nos qui scribimus, quã eos qui de nobis iudicant, pallida mors subtraxerit, & alia venerit generatio, primisque cadentibus folijs virens sylua succreuerit, tunc sine nominum dignitate sola iudicantur ingenia. Nec considerat qui lecturus est, cuius vel quale sit quod lecturus est, siue ille episcopus siue sit laicus, Imperator & Dominus, miles & seruus, aut in purpura aut serico aut in vilissimo panno iaceat, non bonorum diuersitate, sed operum merito iudicabitur. Nunc cœpta prosequamur. *Nolite sanctũ dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis,* *Matth. 13.* *& conuersi elidant vos.* In doctrina sua seruus Domini scientiam habens scripturarum, vnde & dicitur scriba doctus in regno cælorum, magnam habere debet temperantiam, maximeque illi congruit attendere locum, tempus, personam. Nam si absque consideratione horum sermonem effundat intemperans doctor, immoderatus prędicator, sæpè contingit illi dare sanctum canibus, & mittere margaritas suas ante porcos. Nónne etiam plerosque illorum, qui margaritas, de quibus agitur, diligenter pro tempore & loco absconderunt canes & porci, id est, homines immundi & proterui, iniuriosè discusserunt ac perscrutati sunt, & conculcatis margaritis, ipsos diripuerunt? Multos enim occiderunt, quam plures persecuti sunt, nõ vt ipsi margaritas haberent, sed vt margaritæ ipsæ nusquam comparerent. Magnũ cautelæ huius exemplum primus ipse, qui hæc loquitur, in facto suo præbuit: quia videlicet scripturam suam ita condidit, vt non ab omnibus vel à quibuscunque posset intelligi. Non ei sufficere visum est, quod labium, quod omnib. vnum erat, & sermones quos eosdem habebat omnis terra, confundit in constructione Babylonicę turris, atque ita remouit omnes gentes à lectione scripturarum, quas erat traditurus vni scilicet Hebrææ genti. Nam & in illa Dei gente vnica, quæ legem accipiebat, cui credebãtur eloquia Dei, non defuerunt nec defuturi erunt porci vel canes huiusmodi, margaritis cælestium sacramentorũ indigni, & quibus omne sanctum non deberet dari, quod fieret vel factum esset, si nudo sermone absque figuris & ænigmatibus lex & prophetæ fuissent elocuti. Proinde igitur talẽ scripturam condidit, quæ non facile posset intelligi quo tenderet, vel quale contineret mysterium regni Dei: & sicut ipse tunc fecit, ita docet cùm dicit: Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Quare? Ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant vos. Duplex causa est, videlicet ne & margaritis fiat iniuria, & nobis vitæ periculum siue mortis occasio nostra indiscretio fiat. *Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.* Nil ergo obest aut oberit sancto gregi humilium, quod porcis & canibus margaritæ absconditæ sunt, & quod propter canes omne sanctũ intus repositum est. Nam qui habet clauem, immò qui ipse est clauis Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, semper præsto est, qui & sicut nouit quibus vel qualibus claudendum, ita & optimè scit qualibus sit aperiẽdum, qualibus dandum. Petendo, quærendo & pulsando semetipsos manifestant hi q̃ digni sunt. Hic fortitud ine op⁹ est. Qua fortitudine? Illa nimirum vel simili illi, qua pater fortium Iacob cum angelo luctatus est, & victor existens, dicenti sibi, dimitte me, nõ dimittam te, ait, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. Qualis ergo fuit illa fortitudo? Quid senserat ipse qui dixit, quoniam si contra Deũ fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? Nimirum fortitudo illa gemitus fuit inenarrabilis, fletus fuit Spiritus contribulati, & rogatus cordis contriti & humiliati, quo & Moyses eũdem Deũ dicentem, Dimitte me, tenere potuit. Denique & hoc testatur Osee, imò & ipse Deus loquens in Osee, qui cùm dixisset de illo, in vtero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cũ Angelo, & inualuit ad Angelũ, & cõfortatus est, addidit dicẽs, fleuit & rogauit eũ. Igitur humili fortitudine, forti humilitate hic opus est, vbi sanctum absconditum & in litera obfirmata clausæ tenentur margaritæ sensuũ cælestium. Et sicut ille Iacob luctatus est cum illo Angelo, in quo sine dubio Deus erat, qui & victum se fatebatur: ita luctari debet verbi Dei amator cum sermone vel scriptura quæ est ex Deo, nec dimittere antequam vincat vinci volentem, sensumq; comprehendat vtilem in litera latentem. Lucta enim pulcherrima est, tam diu perseuerare petendo, donec inueniat pulsando, do-

Fiducia bona conscientiæ autoris.

Gen. 6.

Cur scriptura obscurè tradita sit.

Apoc. 3.

Fortitudo Iacob luctãtis cum Deo.

Gen. 32.

Exod. 32.

Osee 12.

do donec sibi aperiatur. Quantum sibi placeat huiusmodi lucta, quam veraciter vincí cupiat ipse, qui reluctari videtur, dum non citius aperit, nos animaduertere vult, cùm protinus dicit: *Quis ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem dabit illi? aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?* Argumentum hoc suam habet intentionem, nec dubium est, hanc esse, *1. Cor. 4.* vt non simus filij diffidentiæ propter hoc, si pater vester petentibus dare & pulsantibus distulerit aperire. Non vult hoc pater, sed istud potius, vt vbi magis clausum est, ibi magis te exerceas, spemq; tuam in exercitio roboris ex ea cõsideratiõe quia pater est, & cùm differt dare siue aperire, idcircò differt vt experiaris quia nihil habes q̃ nó acceperis, & non in teipso glorieris, tanquã *2. Cor. 3.* sufficiens tibi sis, quæ gloriatio fuit vel est maligni, sed cogites & loquaris secundum exemplũ Apostoli, qui dixit: Fiduciã autẽ talem habemus, non quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Si ergo *Matth. 16.* vos (inquit) cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester? Et qualis pater? Vtique bonus, & solus bonus, cuius cõparatione vos oẽs mali estis, & nihil boni, nisi ex accidentali dono eius habetis. Adam pater vtique malus, *Patres mali. Adam et Herodes.* quippè qui & se & omnem posteritatẽ suã morti addixit, hic tamen filio suo petenti panem, non daret lapidem: petenti piscem, non porrigeret serpentem. Herodes quidem, sub quo natus est hic ipse Dominus, qui hæc loquitur, filijs suis plus quam lapidem, scilicet mortiferũ præbuit ensem, sed hoc nõ fecit petentibus panẽ aut piscẽ, *Deus pater bonus.* immò (vt videbatur sibi) patri machinantibus mortem. Quanto magis (inquit) pater vester vobis ad intelligendum scripturam, quæ verè est panis, petentibus apertionẽ cordis, nequaquam ecõtrario faciet, vt cor obtusum & lapideum det vobis? Simili ter si petieritis piscem, id est, si legentes volueritis cognoscere Christum, cuius sacramentum quodammodo ita latet in scriptura legali atque prophetica, sicut piscis in aqua, nequaquam porriget vobis serpentẽ, inducendo vos in errorẽ & sensum à Christo, quem in scripturis pio quæritis desiderio, longè recedentem. Non est hoc suum, *Luca 11.* vt petentibus spiritum veritatis, spiritum det erroris. Apud alium euangelistam ad huc scriptum est: Aut si petierit ouum nũquid porriget illi scorpionem? De hoc dicere delectat, quia sancti omnes antiqui, sicut panem verbi Dei, & sicut piscem, id est, Christum, petebant & quærebant, ita & ouum à patre misericordiarum desideratissimè postulabant, & prophetica oracula sine dubio dandum esse confirmabãt. Quod vel quale ouum? Illud mirum, cui Spiritus Sanctus obumbrare dignaretur, superueniens in illud in modum volucris ouo suo supersedentis, donec pullus in eo formentur: Sic enim futurum erat, & sic factum est. Spiritus Sanctus ó beata virgo Maria, superuenit in te, & virtus altissimi obumbrauit tibi, & ita concepisti & peperisti filium volucrem, id est, non terrenum, sed cælestem, non carnalem, sed spiritualem, quamuis veram carnem & terrenum corpus habentem. Huiusmodi ouum petebant sine dubio priores filij maximè qui non solùm fidem, verumetiam Pro- *Gen. 32.* phetiam habebant tanti sacramenti. Exempli gratia. Qui (vt supra iã dictũ est) luctabatur cum viro vsque mane, nec dimittam te, ait, nisi benedixeris mihi: sine dubio be- *Hier. 31.* nedictione illa, vt de stirpe mea fiat illud nouũ, vt obũbrante sancto spiritu fœmina circũdet virũ. Nos quoq; dum de scripturis diligẽter & desiderãter quærimus testimonium, vt certo sciamus q̃ ita iam sit factum, profectò patrem petimus ouum, nec pater nobis porriget scorpionẽ, vt de beata virgine quicquam suspicemur quod sit contra veritatem, quod pertineat ad hæreticam prauitatem. *Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Propheta. Intrate per angustam portam, quia lata & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem. Et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.* Ergo, inquit, quoniam in patre vestro promptum est bona petentibus dare, petite rationabiliter, quærite sapienter, pulsate prudenter. In quo? In eo videlicet, vt quęcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos faciatis eis. Si enim vos nõ dederitis, quo iure dabitur vobis? Si non dimiseritis, qua rectitudine dimittemini? Facite ergo vt dixi. Hæc est enim Lex & Prophetę. Hæc tota est summa illo- *Summa legis est Diliges proximum sicut teipsum.* rum, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Hinc Apostolus, Qui enim diligit proximum, legem impleuit: Nam no adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum *Rom. 13.* sicut teipsum. Plenitudo ergo legis est dilectio. Quàm laboriosum hoc est carni & sanguini? Hæc enim regula. Quodcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, siue, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris, vsq; ad inimicum hominem se extendit. Nónne tu vis, vt inimicus tuus si te inuenerit, parcat tibi, sicut Dauid pe-

percit

percit Sauli? Ergo & vsque ad inimicũ hæc
Hæc regula etiam ad inimicũ extenditur diligendum. regula se extendit, præsertim quia sapien
tia dicit, & Apostolus meminit: Si esurierit
inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei a-
quam bibere. Et Dominus: Benefacite his
qui vos oderunt. Quàm laboriosum (inquam) hoc est? Ait ergo: Intrate per an-
Prouer. 12 gustam portam. Non negat esse laborio-
Rom. 12. sum, qui hæc dicit, intrate per angustam,
&c. Sed qualibus angusta est hæc porta, &
Luc. 6. arcta hæc via? Vtique superbis & tumidis,
qui multi fuerunt & sunt. Tales per latã
& spaciosam viam ierunt in perditionem.
Humilibus non est via angusta. Nunquid mitibus & humilibus similiter
hæc porta angusta & arcta est hæc via? Nó
vtiq;, sed sicut dicit eis: Iugum enim meũ
suaue est, & onus meum leue, ita veraciter
Matth. 11. dicat eisdem, porta mea via mea, & si inci-
Psal. 118. pientibus angusta videtur & arcta, post-
modum talis inuenitur, vt dicas, illud q̃
dicebat Psalmista, huius habens experimẽ
tum: Viam mandatorum tuorum cucurri
cùm dilatasti cor meum. *Attendite à falsis Pro phetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrin secus autem sunt lupi rapaces.* Hic prudentia o-
pus est prudentia spiritus, quæ vna est ex
diuisionibus gratiarum, est enim discretio
spirituum. Neque enim absque gratia ista
falsi Prophetæ cognosci possunt, quia du-
plices sunt, introrsum turpes, speciosi pel-
le decora: intrinsecus lupi rapaces, extrin-
Prudentia donum spiritus. secus quasi oues simplices, omnem humi-
litatem & mansuetudinem mentientes. Ta
les olim venerunt & venturi erant ad sub-
uertendum, si fieri possit, pariter & nouũ
testamentum. Vnde sumenda discretio siue discretionis huius certitudo? *A fructibus*, inquit, *eorum cognoscetis eos.* Fructus eorum
opera sunt. Possunt enim cognosci & diju
dicari ex verbis suis. Hic (vt iam dictũ est)
prudentia opus est, quæ armata sit verbo
Dei, & oculata oculis scientiæ scripturarũ,
Cant. 5. quales laudantur in Canticis, quod sint
sicut columbæ residentes super riuulos
aquarum iuxta fluenta plenissima. Quic-
quid dicat quis, conferendum est cũ scri-
pturis, quas non ab homine, neque per ho-
minem, sed à Spiritu Sancto per reuela-
tionem Iesu Christi acceperunt, vt loque-
rentur & scriberent homines sancti, & li-
1. Cor. 12. cet nos (ait Apostolus) aut Angelus de cæ-
lo euangelizet vobis præter id quod acce
Galat. 1. pistis, anathema sit. & iterũ anathema sit.
Hoc dictum, hæc sententia similiter om-
nium illorum est, qui neque ab homine,
neque per hominem acceperunt, sed per
Spiritum Sanctum, vnde & scripturæ illo-
rum omnes solę canonicæ dicũtur & sunt.
Apocal. 28 Si quis (ait Ioannes in calce suæ Apocaly-
pseos, & alij cuilibet Prophetarũ & Apo-
stolorum dixisse congrueret) si quis, ait,
adiecerit supra hæc, adijciet Deus supra il
lum plagas quæ scriptæ sunt in libro hoc: &
si quis diminuerit de verbis Prophetiæ
huius, auferet Deus partem eius de libro
vitæ. Sed iam ipsa Domini verba sequa-
mur. A fructibus, inquit, eorum cognosce-
tis eos. *Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tri-bulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mitte-tur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.* In his
omnibus sensum quidem habemus euidẽ-
tem, sed principalem quærimus intentio-
nem. Boni auditoris officium est, animad
uertere cælestis oratoris non solùm quid di
cat, verumetiam quid maximè intendat.
Est itaque hic sensus vel hæc intentio in i-
stis verbis eius. Sicut discernere scitis li-
gnum vnde ficum vel vuam colligitis, q̃
spina vel tribulus aut mala arbor non sit:
ita & me, cuius ex ore veritatem simul &
opus veritatis accipietis. Exempli gratia, *Matth. 8.*
cum dico cuidam Centurioni, vade, & sic- *Ioan. 4.*
ut credidisti fiat tibi, itemq; cuidam alij, *Luc. 5.*
vade, quia filius tuus viuit, cũ dicam cui-
dam leproso, volo, mundare, & statim fit,
& multa alia multo maiora his: me (inquã)
per hæc discernite à falsis prophetis, quia
non potest vtrunque esse, vt & de corde
meo confingendo, & falsum loquendo in
nomine Domini, arbor mala sim & fruct9
faciam tam bonos, vt vosipsi sentitis, quia
multa bona opera operor in medio vestri.
Ecce loquor in nomine Domini, scilicet
profitendo quod Dominus nomen meũ
sit, vel quod non semper me, sed in me sit
nomen Domini, teste Domino patre meo, *Deut. 18.*
patre Deo, cùm dicit de me quodam loco *Exod. 23.*
sic: Obserua eum & audi vocem eius, nec
contemnendum putes, quia non dimittet
cùm peccaueris, & est nomẽ meum in illo.
Sic, inquam, loquor in nomine Domini, vt
profitear quod Dominus nomen meum
sit, & quod de Prophetis ego Propheta ma
gnus dominando prædicaturus sim, Dico
enim: *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit regnum cælorũ. Multi enim dicent mihi in illa die Domine Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite à me qui operamini iniquitatem.* Ergo
& Dominus & inuocantium me Dominũ
iudex ego sum, adeo tutus & dominatio-
nis meæ compos ipse, vt cauendum sit his,
qui inuocant me dominum, ne indigni iu-
dicentur à me, quem inuocant, ipsa huius *Assentatio nis repulsio.*
nominis mei inuocatione. Mira assentatio
nis repulsio, qua plurimum delectari so-
lent, ma-

lent, maximè in initijs suis reges gentium,
& qui dominantur eorum. Nam quotus
Ioan. 18. quisque tunc erat, qui iam sciret dicere
illi. Domine, Domine, nisi fortè qui cura-
tione indigebant, & virtutem eius senti-
re incipiebant. At ipse de talibus non cu-
rans, quoniam in hoc natus erat, & ad hoc
venerat in mundum, vt testimoniũ perhi-
Ioann. 8. beret veritati: id est, sibimetipsi: ego enim
sum (ait) qui testimonium perhibeo de
meipso, & testimoniũ perhibet de me, qui
misit me pater, ità loquebatur, vt erat dig-
num se, scilicet, iam cum potestate magna
& maiestate. Vnde postmodum Euangeli-
sta, admirabantur (inquit) turbæ super do-
Matth. 7. ctrina eius. Erat enim docens eos, sicut po-
testatem habens non sicut scribę eorum &
Scribæ & Pharisæi suam, non Dei gloriã quærebant. Pharisæi. Non (inq̃) sicut scribę & Pharisæi,
quia videlicet non eum delectabat assen-
tatio vel adulatio hæc, vt vocaretur ab ho-
minibus Rabbi. Illi & similes eorum qui-
cunque alij, quam vel qualem in docendo
habent potestatem? popularis auræ serui,
glorioſæ cupiditati, qui totum curant de
opinione sermõis sui, de profectu audien-
tium nihil. Verè impotes, verè nullam po-
testatem habẽtes, quos si laus ventosa per-
Ioann. 5. flauerit, tristes extenuantur. Iste, qui lucrũ
solum quærit animarum, & claritatem ab
hominibus non accipit, magister & exem-
plum omnium, qui non suam, sed Dei glo-
riam quærũt, facit prior ipse quod doceat,
assentationem tàm præsentium, quàm fu-
turorum repellens, & dicens: Non omnis
qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit
in regnum cælorum, sed qui facit volunta-
Duplex modus loquendi de patre. tem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit
in regnum cælorũ. Pater eius vna est per-
Psal. 44. sona, quæ in Psalmo dicit de isto filio suo,
verbo suo: Eructauit cor meum verbum
bonum: nobis autem adoptionis filijs pa-
Ioann. 14. ter est vnus Deus pater & filius & spiritus
sanctus. Vnde animaduertendum, quia fe-
rè vbicunque absq; determinatione pos-
sessiui huius pronominis meus vel mei, di-
cit pater vel patris, ea quæ loquitur, mino-
ra sunt maiestate suæ diuinitatis, vt illic:
Et sicut mãdatum dedit mihi pater, sic fa-
cio, quia pater maior me est. Vbi autem de-
terminat, pater meus, vel patris mei, non
sine indicio loquitur diuinæ maiestatis,
quemadmodum hic, sed qui facit volunta-
tem patris mei, qui in cælis est, subauditur,
cum eo quod dicit mihi, Domine, Domi-
ne, ipse intrabit in regnũ cælorum, addens
adhuc: Multi dicent mihi in illa die, Do-
mine, Domine, nónne in nomine tuo pro-
phetauimus? &c. vt suprà. Quamobrẽ con-
fitebor illis, quia nunquã noui vos: Disce-
dite à me, qui operamini iniquitatem. Ni-
mirum, quia quod prophetauerũt, sibimet
prophetauerunt, id est, non prophetando
Dei, sed suam gloriam, suumq; temporale
commodum quęsierunt, sicut Balaam, qui *Nume. 24.*
cùm bona & vera prophetasset, malum de-
dit consiliũ, nam ad suggestionẽ eius mu-
lieres Madian deceperunt filios Israel in
Beelphegor. Similiter multi in nomine ei9
dæmonia eijciẽtes, siue de hominib. exor-
cizando & baptizando, siue de aris & tem-
plis dedicando illà Deo vero, in quibus ha
bitabat & colebatur dæmonũ multitudo,
& multas virtutes homini faciẽtes, quæ vi-
debantur quidem, sed non erant verè vir-
tutes, imò virtutum simulationes merce-
dem aliam, quàm Domini quæsierunt &
mercedem suam receperunt. Idcirco con-
Esai. 42. fitebor illis, quia non noui vos. Confite-
bor (inquam) id est, dicam id, quod priùs
cælaui, permittens illos sibi iustos vide-
ri, iuxtà illud: Tacui, semper silui, patiens
fui, quasi parturiens loquar. *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur viro, qui ædificabit domum suam supra petram. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit, fundata enim erat supra Petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, et non facit ea, similis est viro stulto, qui ædificauit do-mum suam super harenã. Et descẽdit pluuia, & vene-runt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domũ illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.* Formida
bilis confessio, quæ in illa die sic reuelabit
vel conscięntias fundamẽta pseudoprophe-
tarum & omniũ, qui operantur iniquita-
tem, quemadmodũ tempestas pluuiarum
& inundatio fluminũ, & flatus ventorum
irruentium, reuelant fundamenta domus,
qui nõ supra petram, sed super dissolutam
& fluxam fundata est harenam. Cadent e-
nim & ruent ruina magna in turbine vo- *Matth. 25.*
cis huius: Discedite à me maledicti in ig-
nem æternum, qui paratus est diabolo &
angelis eius, non quia audistis verba mea,
sed quia non feciſtis ea. Domus autem
illorum, qui audiendo & faciendo posue-
runt fundamenta supra petram, firmiter
stabit: neque enim hi, qui à dextris erunt,
cadent eundo cum sinistris, in supplicium,
imò ascendent in vitam æternam ad perci-
piendum regnum sempiternũ, ab origine
mundi sibi paratum. *Et factũ est cùm consum-masset verba hæc Iesus, admirabantur turbæ super do-ctrina eius. Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, nõ sicut scribæ eorum & Pharisæi.* Qualem,
quam vehementem dicit rationem admi-
rationis illius, qua admirabãtur turbæ su-
per doctrina eius. Erat enim (inquit) do-
cens eos sicut potestatem habẽs, non sicut
scribæ eorum & Pharisæi. Quidnam (rogo)
est potestatem habere in docendo? Immò
quid est potestatem non habere in doce-
do? Nam ex hoc oppositio melius cogno-
scitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scitur, quid sit potestatem habere in docẽdo. Ergo potestatẽ nõ habere in docendo est bona loqui, & esse malos scribas & pharisæos, volendo placere hominibus, & adulando diuitibus, vt ex eis aliquid commodi adipiscantur. Contra tales apud Ezechielem sermo propheticus hoc modo grauissimè inuehitur. Hæc dicit Dominus Deus: Vę qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas quę non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Quid enim est viuificare ànimas quæ non viũnt, & interficere animas quæ non moriuntur nisi iustificare impium, & condemnare pium pro mulierib̃us? Hoc namq; tale est, quale esse consuere puluillos sub omni cubitu manus, & facere ceruical sub capite vniuersæ ætatis, & hoc propter pugillum ordei & fragmen panis, id est, propter emolumentum vel commodum temporale, vile nimis & exile cõparatione detrimenti iustitiæ, quod sibi talis adulator peccati alieni scienter adquirunt. Num ergo hi tales in docendo potestatem habent? imò serui seruorum, impotes & venales clientuli sunt. Iste magister verax, & viam Dei in veritate docebat, qui inter cætera quæ contra auaritiam illorum disputauit, adeo nulli vnquã adulatus est, vt in Hierosolyma, ciuitate magna & opulenta, nec saltem vnius noctis hospitium aliquando habuerit. *Cùm autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum, dicẽs. volo mundare.* Et ante & post sermonem habitum in monte, valdè multos narrat euangelista Dominum Iesum infirmos curasse, non exprimens singilatim, qualiter & quibus ab infirmitatibus fuerint liberati.

Adulatores & sua quærentes, non habent potestatem in docendo. Ezech. 13.

CAP. VIII.

Math. 4. Ante enim dixit: Et circuibat totam Galilæam docens in synagogis, & prædicans euangelium verbi, & obtulerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus & tormentis compræhensos, & curauit eos. Post sermonem verò facta de tribus narratione singilatim, scilicet, de isto leproso, & de puero Centurionis, & de socro Petri, rursum dicit: Vespere autem facto, obtulerũt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curauit. Pauca ergo de multis cõscripta sunt, sed secundum intentionem scribentis euangelistæ pro suscepto negotio sufficientia sunt. Iste ergo gloriosus filius Dei, honorabilis filius hominis, propterea de mõte cæli descenderat in campum huius mundi, vt infirmitates, id est, peccata sanaret omnis hominis, Iudæi primũ, & deinde gentilis. Curationem Iudæi meditabatur in emendatione leprosi, qui & Iudæus erat, propter quod & dixit ei, tanquam alumnolegis. Vade, ostende te sacerdoti, & offermunus, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Porrò, curationem gentilis meditabatur in sanatione pueri Centurionis, qui & ipse gentilis erat. Propter quod & indignũ se introitu Domini iudicauit, & sicut Lucas meminit, seniores Iudæorum quasi suffragium ferebant ei, dicẽtes, quia dignus est, vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Rectè igitur leproso, non solùm, volo, vel solũ, mundare, dixit, verumetiam manum extendit, eumque tetigit: puerum autem Centurionis non tetigit, & nec saltem ad eum introiuit, quia videlicet Iudæum ita curauit, vt ex ipso carnem assumeret, & in medio eius habitaret, quod nimirum tangere fuit, ad gentiles autẽ per semetipsum non accesit, sed postquam totam salutem operatus est, & in cælum ascendit, suos eis prædicatores misit. Cùm autem dicimus aut legimus prius Iudæum, id est, Iudaicum populum, per præsentiam saluatoris esse curatum, non solos illos paucos attendimus, qui tũc in corpore inuenti, ante vel post passionem eius crediderunt, sed vniuersam populi illius electionem omnes qui iam à seculo migrauerant, à tempore promissionis quæ facta est ad Abraham, vsq; ad tempus illud: quia tunc saluati, & ab inferis educti sunt per ipsum, cuius venturi fidem habuerant. Proinde & ipsa infirmitatum diuersitas nõ negligenter pensanda est, quia videlicet ille ex Iudæis tantũmodo erat leprosus: puer autem Centurionis & paralyticus erat, & malè torquebatur. Hoc enim secundum similitudinem illorum duorum hominum, plus mali populus gentilis, quàm populus Iudaicus, quia possidebatur à diabolo, dæmonia colens pro Deo, neq; enim notus illi erat Deus. Iudæus autem tanquam ratione non priuatus, in ipsa lepra sua Deum cognoscens, legi erat subditus. Cui enim gratiæ quã leproso lex dominabatur? Scribuntur fuisse graues manus Moysi, & reuera nulli magis quã leproso grauis fuit manus legis literalis. Quicunq; (ait) maculatus fuerit lepra, & separatus ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, & caput nudum, os veste contectum, contaminatum, ac sordidum se clamabit omni tempore quo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra. De cæteris quoq; immunditijs, scilicet, de fluxu seminis &

Christus nulli prorsus adulatus est vnquã.

Christus diuersimode curauit leprosum & puerum Cẽturionis.

Quos tu. dæos curauit Christus.

Diuersa infirmitas Iudæi & Gentilis.

Exod. 17. Leui. 13.

Leui. 15. Leuit. 21.

nis, & de menstruis est iudicium legis, sed & de alijs corporalibus maculis, videlicet si cæcus fuerit, si claudus, si paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore vel hernioſus: nõ accedet (inquit) offerre hostias Dño: nec panes Deo suo. Porrò de illo, qui malè torquetur, id est, qui dæmoniosus est, vt erat puer iste Centurionis, nullum vsquam iudicium lex decreuit. Per omnia igitur congruè, sicut iam dictum est, per leprosum legis alumnum Iudaicus, & per gentilis hominis puerum gentilis populus, à suis curandis peccatis, significabatur: per gratiam huius filij hominis, qui in operibus suis exterioribus sine dubio saluté animarum, propter quam venerat, die ac nocte meditabatur salutem, & eorum qui sub lege erant, vt ille leprosus, & eorum qui sine lege erãt, vt iste puer à proprio sensu captiuus. Quid si vel Iudæus postquam à lepra pharisaica mundatus est, vel gentilis postquam à dæmonio, id est, à cultura dæmonũ liberatus est: quid (inquam) si vel ille vel iste per fidem Iesu Christi, per lauacrum regenerationis spiritus sancti saluus factus, iterũ peccauerit? Nunquid & postea saluari vel ad salutem reuocari poterit? Poterit planè, si dignos pœnitentiæ fructus fecerit. Filioli mei (inquit Ioannes Apostolus) hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustũ, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autẽ tantum, sed etiã pro totius mundi. Exemplum huius rei mysticum, diuinus Euangelista cõtinuò subordinauit. Ait enim: *Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacẽtem & febricitantem, & tetigit manũ eius, & dimisit eam febris. Et surrexit, & ministrabat eis.* Quid enim domus Petri, hominis vtiq; fidelis & fidei ardentis, nisi Ecclesia est Dei viuentis? Ergo socrus Petri febricitãs, anima est habẽs quidem fidem Christianam, sed alicuius peccati, seu vitij passione cum periculo vitæ laborans. Lucas Euangelista hoc etiam memorat, qui rogauerunt illum pro ea. Ingitur socrus Petri, cuius in domum Dominus Iesus venerat, anima est, vtiã diximus, Christiana vel fidei domestica, quæ cum vitijs & peccatis febricitare cœperit, & penè spiritũ vitæ amiserit, rogant fideles pro ea, & orando ab omnibus cõfirmatur charitas in ea. Præterea & hoc Lucas meminit, quia stans super illã imperauit febri, & dimisit illã, Matthæus dicit quia tetigit manũ eius, & dimisit eam febris. Lucas autem, vt iam dictum est, stãs (inquit) super illam, imperauit febri, & dimisit illam. Vterque surgentis hoc exprimit opus, quia surrexit continuò, & ministrabat eis, videlicet Domino & discipulis eius. Hinc breuiter dicendum, quia super febricitãtem stare, est, eiusmodi animam respectu timoris sui valdè terribiliter concutere, iudicijq; futuri memoria conturbare, ita vt dicat: Conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valdè. Non enim sicut ante, notitiã veritatis lactatur anima dulcibus gratiæ mammillis, vt creatorem suum cognoscat: nõ (inquam) ita, cùm post veritatis agnitionem & susceptam fidem aliquid criminale peccauerit, rursus tam facilè prona indulgentia sese illi Iesus impẽdit, sed quasi desuper stantis terretur animaduersione iudicis, verbi gratia dicentis: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo quem scripsi. Porrò iacentis manum tangere, est confortare & adiuuare volentem violentiæ peccati resistere. Quo enim alio modo quispiã liberaretur de corpore mortis huius? Denique cum vult, potest homo iacere & febricitare, vel qualemcunq; passionem corpori suo adducere: sed vt de lecto surgat, eademq; passione careat, nõ in sua voluntate, sed potius in medici positũ est curatione. Similiter cùm vult, potest sine lege viuere, id est, sine timore Dei mala securitate in peccatis iacere, sed vt surgat, & animæ sanitatem recipiat, non in virtute sua, sed in sola positum est gratia liberatoris. Etiam si velle adiaceat, non inuenit bonum perficere, postquam malo volens tradidit se. Hinc est illud Apostoli, sub persona talium suspirantis. Condelector legi Dei, secũdum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum. Igitur secundum mysterium, seueritatis quidem est, quod vt Lucas scribit, stetit super illam, adiuuãtis autem siue liberantis gratiæ, quod (sicut ait hic Matthæus) tetigit manũ eius. Porrò & apud illum & apud istum, sicut in cæteris, ita & in isto facto manifesta & rata est astipulatio veritatis, quia credendum est illi in sermonibus suis, quia sicut Dominus potestatẽ habens vitæ & mortis, siue vitæ & sanitatis, tantummodò stetit & imperauit, stetit & tetigit, & febris fugit. Interea, & hoc dicendum tibi, quicunque es vel esse cupis prudens auditor Euangelij, ne ordinem requiras factorum in omnibus, quæ ab Euangelistis conscripta sunt. Non enim ordini intendunt rerum gestarum, siue temporibus describendis, quibus res gestæ sunt,

Rom. 21.

Quæstio de relapsis in peccatum post baptismum.

Responsio.

1. Ioann. 2.

Quid est stare super febricitantem.

Psal. 6.

Exodi. 32.

Rom. 2. 7.

Roma. 7.

Non tã ordini intendunt quã mysterium in

Mysterium in febricitante socru Petri & in eius curatione.

Universidad de Navarra Biblioteca

gestis Christi abeuangelista obseruatur.

Ezech. 1. 10 Apoc. 4.

stæ sunt, sed prouisum singuli sequuntur cæleste mysteriũ, vtpotè Animalia Spiritualia, quæ ante & retro oculis plena sunt. Nũquid enim ordo factorũ apud hũc & apud Luc. tã diuersus esset sicut perpẽdere potes, nisi causa mystica subesset? Imò sicut periti artifices, sicut optimi aurifices, dum quisq; illorũ vas quodcunq; pretiosum, siue decorã regio capiti fabricare cupit coronã, appositis sibi gemmis non curat attẽdere de singulis, quo tẽpore vel quali pretio cõparatę fuerint, sed hoc solũ intendit, qualiter auro supordinatę, varietate sua melius placere possint intuentium oculis. Ita isti fidissimi fabricatores Euãgelicę veritatis, non tantum attendere debuerunt, quibus temporibus vel quo temporum ordine miracula gesta fuerint, quantum eorundem miraculorũ qualitates, quæ sumpta de innumerabilib. gestis, & subordinata competentibus locis, sufficere possent ad splendorem veritatis, ferendumq; suffragium gloriæ & honori huius filij hominis, quod sicut verus homo, ita & verus Deus sit. Hinc est illud in Psalmo: Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso. Quid est enim corona de lapide pretioso in capite, nisi scriptura hæc testimoniorum eius opifex diuinis illustrata miraculis, in initio prædicationis euangelicæ? Non igitur magnopere requiras in gestis ordinem temporum, vbi longè pulchriorum fulget ordo mysteriorũ, de quo iam dictum est, & adhuc dicẽdum. Dictum quippè est, quia futurum erat, vt de populo Iudaico prius à lepra sua pars aliquantula, & deinde gentilis populus à phanatico errore suo curaretur: ac deinceps quisque iam fidelis, iam Christianus peccatis actualibus iterum oppressus, gratia miserentis Dei liberaretur. Secundum similitudines istorum, videlicet leprosi mundati, & pueri Centurionis à Dæmonio liberati, & socrus Simonis quam febricitãtem, idem Dominus potenti imperio

1. Ioan. 2. sanauit. Nónne & hoc futurum erat, de hæreticis, quod factum est? sicut Ioannes Apostolus dixit: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Sequitur ergo: *Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, eiciebat verbo spiritus, & omnes malè habentes curauit.*

Luc. 4. Dæmonia quæ increpabat Iesus hæreticos præfigurabant.

Hoc ipsum Lucas scribens: Exibant autem (inquit) dæmonia à multis clamantia & dicentia quia tu es filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. In præsenti facto manifestum magnumque & euidens erat diuinitatis siue diuinę fortitudinis experimẽtum, quia sicut cætera, sic & istud in potestate faciebat, & hoc ad testimoniũ pertinet veritatis, vt veraciter posset dicere: Opera q̃ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipsa testimoniũ perhibent de me. Porrò, iuxta mysteriũ iã præscriptũ, spiritus vel dæmonia, quæ verbo ejiciebat, & quæ exibant à multis clamãtia & dicentia, qa tu es filius Dei: Ipse aũt increpans non sinebat ea loqui, hæretici sunt, vel fuerunt homines ficti, simulatores & callidi, qualiũ primus in Actibus Apost. Simon extitit, qui & ipse credidit, sed fides vel cõfessio eius & similiũ clamãtium, tu es filius Dei, similis est cõfessioni dæmoniorũ, quæ nõ sinebat loq filius Dei, quia non est speciosa fides vel confessio in ore, si dilectio non sit in corde. Quid autẽ est, quod cùm dixisset euangelista, & omnes malè habentes curauit, statim subiunxit: *Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiã prophetam dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotationes portauit.* Deniq; vbi hoc per Esa. Prophetam dictum est, de passione eius sermo Propheticus erat, sicut manifestè docent sequentia hæc. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatũ. Ipse aũt vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eũ, & liuore eius sanati sumus, &c. Et reuera hoc fuit illi infirmitates nostras accipere, & ægrotationes portare, scilicet, vulnerari propter iniquitates nostras, & atteri propter scelera nostra, flagellis cẽdi, vsq; ad liuorẽ sanctissimi corporis sui, & in similitudinẽ ouis siue agni ad occisionẽ duci, & in ipsa occisione cũ sceleratis reputari: quę oĩa illo prophetię loco cõscripta sũt, de quo capitulo hoc euãgelista sumpsit. Quid ergo est talis capituli præsens cõmemoratio, nisi pia & prudens tanti medici vel propositi eius cõsideratio? Nã quia propositũ eius hoc erat, vt peccata nostra portaret, quę verè infirmitates, verè sunt animarũ nostrarũ ægrotatiões, valdè pium atq; pulcherrimũ fuit cordi huius euangelistę, considerare, scriptoq; suo nobis innuere, quia suũ opus, q̃ est ægrotationes (vt iam dictũ est) animarũ portare siue sanare, ab ægrotationib. corporũ cœpit operari: vt prius ab illis, dũ visibiliter curaret medicus verę innotesceret, & tunc demũ ad curãdas ægrotationes animarũ peruenire. Nam fecit quidẽ initium signorũ coram discipulis suis, cõuertendo aquas in vinũ, sed hoc fuit publicũ prędicationis suę officiũ, cùm nec dum Ioan. suum impleuisset cursum. Postquam Ioannes traditus est, tunc siue exinde ipse & prædicare regnũ Dei, & miracula facere cœpit Simoni, scilicet, curare corporũ infirmitates, & perinde (sicut iã dictũ est) ad curationẽ animarũ peruenire. Et de potestate quidẽ huius filij hominis, potestate diuina

Ioan. 1.

Actor. 3.

Esa. 53.

Christus ægrotationes nostras portauit.

Ioan. 2.

huius Dei & hominis, & ea quæ iam dicta, & ea quæ adhuc sunt dicẽda, magna & mystica experimẽta siue testimonia sunt. Sed quid sibi vult hæc interpositio, quam rebus gestis Euangelista taliter interposuit. *Videns autem (inquit Iesus) turbas multas circum se, iussit ire trans fretum. Et accedẽs vnus Scriba, ait illi: Magister, sequar te quocunq; ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autẽ de discipulis, ait illi: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quid (inquam) hoc sibi vult, quod hæc dicta filij hominis ad duos homines tam diuersa, rebus gestis, id est, mirabilibus eius interposuit? Nam hactenus potestatẽ eius euidenter demonstrauerat, quomodo cum potestate dixisset ad leprosum, volo, mundare, quomodo dixisset Centurioni, vade, & sicut credidisti fiat tibi, quomodo tactum siue imperium eius fugisset febris, quomodo spiritus verbi eiecisset, & omnes malè habentes curauisset, inter quos exeuntia dæmonia, sicut Lucas meminit, increpans, non sinebat ea loqui, & continuò dicturus est, quomodo surgens imperauit ventis & mari, vt fieret tranquillitas, & obedierunt ei. Quid ergo dicemus? Planè si in his rebus gestis, rerum in Ecclesia gerendarum processum, qualem exponere cœpimus, diuinum Euangelistam attendisse præsentis, causam habes in promptu, cur hæc ad duos homines dicta tam diuersa prętereire, vel tali loco inserere voluerit. Futurum quippe erat, vt curata animarum lepra in Iudæis, sedata in gentibus dæmoniaca vexatione phanatici erroris, dum rursus in domo Petri, quæ est Ecclesia, curatur vitiorum febris, & de Ecclesia eliminantur Hæretici, spiritum malum habentes, & idcirco indigni loqui de filio Dei. Futurum (inquam) & hoc erat, vt multi arriperent, aut susciperent viderentur propositum perfectionis. Alij per improuidã præsumptionem, alij per timoratam deuotionem. Nimirum eorum qui præsumptionem accessuri erant, exemplũ est ille, qui dixit, Magister sequar te quocunq; ieris: eorum autem qui cum timore vocati siue admoniti accedunt, ille qui ait: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Quantos putas in Ecclesia fuisse vel esse, qui secundum horum vtrorunque exempla tam diuersa diuersos exitus habuerũt, vel habent professionis suæ? Dignè igitur & hoc Euangelista non prætereundũ existimauit, vt deinde futuras in Ecclesia seditiones prospiciens, siue ex falsis fratribus, siue ex manifestis aduersarijs persequentibus subiungeret, dicens: Et ascendẽte eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, &c. Nunc eadẽ dicta perspiciamus: Videns (inquit) turbas multas circũ se iussit ire trans fretũ. Sicut tunc turbas multas circũ se videbat, ita & multitudines gentiũ oculis suæ diuinitatis, cui omnia præsentia sunt, crediturus in se fore pręuidebat. Item quod venerabiliter aspiciendum est, sicut plerisq; credentium in se dicturus erat per spiritum sanctum, diffusum in cordibus ipsorum, per inspirationem sancti desiderij, in quo fastidium est præsentium, & appetitus cælestiũ, siue futurorum: sicut (inquam) dicturus & ineffabili dictione sua facturus erat, vt transirẽt vel relinquerent seculum, tumultumque effugerent curarum secularium (vt faciũt nunc hi, qui cœnobialem, siue solitariam vitam eligunt) ita tunc iussit ire trans fretum. Nõ dictum est, iussit turbis multis, quæ circũ se erant. neque dictum est, iussit discipulis suis, qui tunc admodum pauci erant, sed dictum est ab Euangelista indiffinite, iussit ire trans fretum. Cur hoc? nisi quia iussio hæc iuxta sensum hunc mysticũ non tam præceptum est, quàm consilium. Sicut enim quodam loco dicentibus discipulis eius, si ita causa est homini cum vxore, non expedit nubere, respondens ait: non omnes capiunt verbum istud, ac deinceps, qui potest (inquit) capere, capiat: ita de omni freto curarum secularium, quibus licitò quidem fideles implicari possũt, sed cum illis perfecti esse non possunt, prudẽter aut discretè sentiendum est, quòd sic quosdam iusserit vel iubeat ire trans fretum, vt tamen non omnibus imponat necessitatem omninò relinquendi coniugium, curamq; omnium rerum familiarium. Et taliter quidem transfretare, Christum sequi est. Sed attende diligenter, quid vel quomodo fortis ille scriba dixerit. Magister (inquit) sequar te quocunque ieris. Primum ipsa appellatio insuauis est, cùm dicit, Magister, & non domine: insuauis (inquam) & sine dilectione. Nam si ritè recolis, eorum appellatio, qui cum dilectione appellauerũt, talis erat, vt dicerent, Domine. exempli gratia: Vt appellatio Petri dicentis, Domine, si tu es, iube me venire ad te. Talis appellatio magister siue Rabbi pharisaica extitit, quibus delectabile erat sibi salutare, & sic salutari, vocare & vocari ab hominbus Rabbi. Iudas impius sic appellare potuit, vt cæteris singulatim dicẽtibus, nunquid ego sum Domine, ille (vt erat cordis amari & perfidi) diceret, nunquid ego sum Rabbi? Et quidem bonum & suaue est vtrumque dicere simul, magister & Domine, vnde & dicit ipse, vos vocatis me Magister & Domine,

Quinta egrotatio in monasticis.

Votum monasticũ cõsilij est, non præcepti, quia non omnib. imponitur.

Matth. 19.

Triplex appellatio, Domine, magister Rabbi, seu magister et Domine.

Matth. 14.

Matth. 23.

Matth. 26.

Ioann. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine,& benè dicitis, fam etenim, sed solũ hoc dicere magister siue Rabbi, & non dicere, Domine cordis est longinqui, id est, remoti à familiaritate dilectionis. Deinde quantæ est præsumptionis dicere vel dixisse Magistro & Domino huic, sequar te quocunque ieris? Quis enim vnquam fuit qui sequeretur eum quocunq; iuit, vel cui diceret ipse ore suo, sequere me quocunque iero? Sed non mirum, Scriba enim fuit cuius ordinis homines de iustitia sua valdè fuere præsumptuosi, & gloriabundi: vnde & ab ipso Domino sæpè grauiter notati sunt. Exempli gratia, cũ dicit: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, & his similia. Quomodo ergo illi respondit? Nimirũ vt debuit: Vulpes (inquit) foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quàm dissimilis responsio hæc responsioni illi, qua postea Petro respondit, nimis adhuc forti, & confidenti plus quam oportuit. Nam qui dixerat, Domine, tecum paratus sum, & in carcerem & in mortem ire: itemque quare nõ possum te modo sequi, animam meam pro te pono: respondit illi: Animam tuam pro me ponis? Amen amen dico tibi, non cantabit Gallus, donec me ter neges. Verè responsio dissimilis, quia fuit illa corripientis, ista autem est omninò reprobantis. Et rectè debuit esse dissimilis, quia confidentia Petri, de radice dilectionis: huius autẽ præsumptio de radice superbiæ & nequitiæ prodijt. Planè poterat dicere sicut vulpes occultè cubãt in foueis, & sicut volucres cæli suauiter sibi sedent in nidulis, ita maligni spiritus propter malitiam vulpeculæ propter elationem, volucres cæli iure nominandi, cuncta occupauerunt diuersoria pectoris tui, & idcircò falsum loqueris, dicendo, sequar te quocunque ieris. In quo dicto & dolus est & superbia simul, dum & me fallere, & ambitione nimia cupis sanctus videri: sed sanctæ discretionis, & temperantiæ Magistri venerabilis, malignorum spirituum nomen tacuit, & rem nihilominus eandem satis edixit. Quanti hodieque sunt, horum enim meminisse oportuit, quorum in cordibus, cùm in ore sanctam conuersationem profiteantur, maligni Spiritus ita cubant, sicut vulpes in foueis, sicut volucres in nidulis, & locus in eis non est vbi filius hominis caput suum reclinet? Simplices non ita Magister iste & Dominus repellit, imò & quasi vim faciẽs, ad se trahit. Sequitur enim: Alius autem de discipulis ait illi: Domine, permitte me primũ ire & sepelire patrem meum. Iesus aũt ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. In Deut. Moyses dicit, benedicens Leui. Qui dixit patri suo & matri suę, nescio vos: & fratrib. suis, ignoro vos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ó Iacob, & legem tuã ó Israel. Hoc de perfectione dixit. Præmiserat enim: Perfectio tua & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in perfectione, & iudicasti ad aquas contradictionis. Ergo iste qui dixit: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum, aliquid minus à perfectione habebat, qui non dixerat patri suo, nescio te, præsertim tali patri, propter quem diceret ei Dominus cum suæ charitatis imperio, dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Non vtiq; talis erat pater huius, qualis extitit Iacobi & Ioannis pater Zebedæus, alioquin non diceretur mortuus à mortuis sepeliendus. Attamen illi, scilicet, Iacobus & Ioannes, vocanti Domino vt sequerẽtur eum, non dixerunt Domine, permitte nos primum ire, & sepelire patrem nostrum. Non igitur eiusdem perfectionis iste iam erat, cuius illi fuerunt in ipsa vocatione sua, qualem in Deuteronomio Moyses (vt iam dictũ est) collaudat. Sed quid? Nimirũ talis & taliũ exemplum fuerit, quales hodieque nõnulos sumus experti, qui cùm desiderent, perfecta conuersatione Christum Dominum sequi, retrahuntur per affectum carnis, per affectum Patris & Matris, vel cuiuscunque propinquitatis, cuius dilectioni tunc demũ sancta scriptura vel Dei charitas contradicit, si propinqui illi Deo mortui sint, id est, si aduersentur viæ Domini. Adiuuantis igitur est gratiæ, quod verbũ incarnatum dicit infirmo, sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Proinde secundum hoc exemplum rectè dicas illi, cuius desiderium conuersionis cognoscis retardari per affectũ carnis. Verbi gratia: Per affectum patris secundum carnem viuentis, & idcircò mortui. Relinque mortuos sepelire mortuos suos, tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Quod si & patrem innoxiũ, qualis iam dictus erat Zebedæus, relinquat alijs sepeliendũ, vt sequatur Christum, tunc multo magis cum Apostolis facit, scilicet cum Iacobo & Ioanne, qui patrem Zebedæum reliquerunt. *Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum Discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse verò dormiebat. Et accesserunt, & suscitauerunt eum, dicentes Domine salua nos, perimus. Et dicit eis: Quid timidi estis modicæ fidei? Tũc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.* Vt cętera, sic & istud in potestate fecit hic filius hominis, vnde & cõtinuò: *Admirãtes dixerũt: Qualis*

Nimia præsumptio huius Scribę.

Matth. 23.

Dissimilis responsio ad Petrũ et ad Scribã.

Matth. 26. Ioan. 13.

Vulpes & volucres cæli, maligni sunt spiritus

Deut. 33.

Apostolorum Iacobi & Ioannis perfectio.

Matth. 4.

Qualis est? quia venti & mare obediunt ei. In hoc genere virtutum Moyses claruit, scilicet, vtendo elementorum officijs contra Pharaonem in terra Aegypti, de hoc iam supra dictum est, quia signa quæ fecit, non eiusmodi erant, vt ea quæ maximè operatus est hic filius hominis, qui sicut prædictum fuerat per Esaiam, & hic Euangelista meminit, infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit, circa substantiã hominis suarum beneficia virtutũ maximè impendit incipiens à curatione corporum, vt deinde peruenire ad curationem animarum. Nunquid verò nõ & in ista parte virtutis, scilicet, in imperando elementis, & Moyse & omnibus virtutum operator maior est hic? Verè incomparabiliter maior, quia nullus eorum quicquam imperando fecit, nec ipse Moyses imperio vsus est, sed de plenitudine alterius accepit, scilicet Dei vel verbi eius, de plenitudine (inquã) huius, de quo solo dictum est, & dici debuit, quia imperauit: Non enim Moyses imperauit, sed ab hoc imperatum est illic dicendo, extende manum tuam super aquas Aegypti, & vertantur in sanguinem, extende manum tuam super fluuios, & educ ranas super terrã Aegypti, & post multa his similia tandem, inquit: Eleua virgam tuam, & extende manum super mare, & diuide illud, vt egrediãtur filij Israel in medio mari per siccum, & rursum extende (ait) manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios, super currus, & equites eorum. Cuncta hæc alterius imperio fecit, scilicet Dei, suo aũt imperio nihil. Homo enim & non Deus erat. Hic solus suo imperio imperauit Ventis & Mari, Deus enim erat, & obedierunt ei. Porrò, vt de mysterijs cœptum tenorem sequamur, pulchrè diuinus Euangelista miraculum hoc tali ordine scripsit, quia videlicet post illa, quæ hactenus dicta sunt, futurum & hoc erat in ecclesia, vt manifestæ persecutionis violentia per magnos principes in gentib. quasi per magnos ventorũ motus in mari tempestas excitata detonaret, ipsamque ecclesiæ nauiculam, quasi dormiente Iesu, penè vsque ad periculum vitæ & salutis vehementer vexaret. Quid enim est dormire Iesum in nauicula? nisi subtrahi auxiliũ gratiæ adiuuantis ab ecclesia? Hoc autem cũ fit, ideo vtique fit, vt & qui probati sunt, manifesti fiant: & qui per prosperitatem falli poterant, per aduersitatem instruantur: & qui in peccatis erant, purgentur: & multi martyres coronentur. Igitur toties Dominus Iesus in nauicula quasi dormit, aut dormiuit, motus ique magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, quoties tardante illo per ordinatissimam dispositionem, & necessaria ad tempus subtrahente præsidia, diabolus ventorum huius seculi agitator inquietus (qualis vtique ventus Nero fuit aut funestus Decius, vel certè Diocletianus siue Maximinus) persecutiones excitauit, & in mortes siue oppressiones sanctorum, mare, id est, multitudines gentiũ per ipsorum leges & edicta cõmouit. Heu, quoties motu huiusmodi facto nauicula operta est fluctibus? quoties persequẽtib. & occidẽtib. paganis crudelissimis, ecclesia sãcta calamitatib. oppressa est innumerabilibus? Tunc nimirũ accesserũt discipuli, & dormientẽ suscitauerunt Iesum, inuocãtes eundẽ saluatorem. Exempli gratia, dicendo illud Dauidicum: Exurge, quare obdormis Domine, exurge, & ne repellas in finem. Et rursum: Exurge Domine adiuua nos & libera nos propter nomen tuum. Et alibi: Adiuua nos, ne fortè ducant in gentibus, vbi est Deus eorum. Debuit autem semper & esse debet suscitatio ista suauis & dulcis, & non molesta, id est, cũ fide sine desperatione, cum perseuerantia absq; impatientia. Alioquin suscitantibus se ipse dicit: Quid timidi estis modicæ fidei? Ac si patenter dicat: Nonne scriptũ est, quia non relinquet Dominus virgã peccatorum super sortem iustorum, vt non extendãt iusti ad iniquitatem manus suas, & quid est, non relinquet, nisi diu durare non permittet? Recordamini priorum & nouissimorũ Aegyptiorum atq; Assyriorũ siue Babyloniorum, Medorum atque Persarum, cæterarumque gentium Barbarorum, regumque hominum impiorum, quicunque virgam suam, id est, potentiam suam vel dominium extenderunt atque eleuauerũt super sortẽ iustorum, ad affligendos siue delendos illos, qui sorte, id est, gratuita electione misericordię ad vitã æternã prædestinati sunt. Núquid diu durauerũt? Nunquid nõ hoc ipsum q; ad tempus preualere visi sunt, cooperatũ est in bonũ iustis & diligentib. Deũ? Quid ergo timidi estis? Nũ quia Nero Petrũ crucifigit & Paul. gladio cędit? Nolite timere, nolite timidi esse, sed in patiẽtia vestra possidete animas vestras, quia non tã diu durabit virga hęc vt necessaria non tã diu durabit virga hęc vt necessaria non tã diu durabit virga hęc vt necessaria

Universidad de Deusto
Biblioteca

quieuit, cùm exurgeret in iudicio Deus. Præterito namque pro futuro tempore vsus est, quod propheticis locutionibus familiare est, dicens: de cælo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit, pro eo, vt diceret, de cælo veniens auditum facies iudicium, subauditur dicendo, venite benedicti patris mei percipite regnum, & cætera. & tunc terra tremet & quiescet, id est, impij timebunt & sanctos persequi desinent. Tunc vtique contra vniuersos consurget, nunc autem interdum in partes exurgit, & stat terribilis, vt sanctorum neces vindicet de aduersarijs & homicidis, vt verbi gratia, tunc exurrexerat & stabat, nimirum comminans Iudæis, iamque facturus excidium gentis & loci, quando Stephanus protomartyr intendés in cælũ dum staret in concilio, videns gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, ait: Ecce video cælos apertos & filium hominis stantem à dextris Dei. Taliter & in alijs, siue contra alios interdum surgente Domino post magnos motus, facta est tranquillitas, & pax Ecclesijs redita est. *Et cùm venissent trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis: ita, vt nemo posset transire per viã illam: Et ecce clamauerunt dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem non longè ab illis grex porcorũ multorum pascens. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorũ. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierũt in porcos. Et ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare, et mortui sunt in aquis.*

Matt. 25. *Iesus exurgens in iudicio.* *Actor. 7.*

Quali vel quanta cum potestate gloriosus iste filius hominis hactenus dæmonia eiecisset, sicut Euangelista paulò ante dixit, quia eijciebat spiritus verbo: ab isto claret maximè experimento & litera quidem in manifesto est, manifestè signans, quia hic filius hominis Deus verax est, cuius præsentiam tremunt & ferre senõ posse fatentur dæmonum legiones, & solo eius nutu torti atque exire compulsi tot maligni spiritus rogant, vt quoniam exire coguntur, saltem in porcos intrare permittantur. Veruntamen vnum est, quod nõ otiosè quæritur, videlicet quomodo placuerit huic tam miti, tamq; mansueto, qui nullum ex semetipso iniustè lædi pateretur, iuxta illud: Non contendet, neque clamabit, nec audietur foris in plateis vox eius: quomodo, inquam, placuerit ei, vt porcos alienos daret vel mitteret spiritib. malignis, quatenus perpræceps irẽt in mare & morerentur in aquis? Hoc quicunq; requirit, scire debet, homines regionis illius tales fuisse, qui non solùm porcorum suorum damna, verùm etiam pœnas omnimodas deberent sustinere. Nã si ritè perpendas, sicut dixit.

Potestas Christi cõtra dæmones. *Quæstio.* *Esai. 42.* *Matth. 12.* *Responsio.*

Vætibi Corozaim, vætibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent: statimque subiunxit: Veruntamen dico vobis, Tyro & Sydoni remissius erit in die iudicij, quã vobis. Sic & istis, videlicet Gerasenis, veraciter dicere potuit. Isti etenim non solùm non crediderunt, cùm tantas virtutes vidissent, verùm etiam rogauerunt eum, vt discederet à finibus eorũ. Discessit autem, & contigit eis, sicut & cæteris regionibus † scusi, secundum similitudinẽ porcorum ipsorum, qui à dæmonibus agitati, perpręceps in mare abierunt & mortui sunt. Huius expositio mysterij iam ab ipso incipiẽda est exordio præsentis lectionis. Igitur venienti Domino in regionẽ Gerasenorũ, occurrerũt duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes, sæui nimis: quia cùm venissent in huius vitæ incolatum, ad debellandum principem huius mundi diabolum, duæ mortes generis humani, duce ipso peccati & mortis principe, aduersus eũ cucurrerunt. Quæ nam duæ illæ mortes sunt? Videlicet vna mors corporũ, & vna mors animarum, contra quas erat illi dimicandum. Vnde & benè illi duo & sæui nimis, & de monumentis exisse vel in monumentis habitasse dicuntur: quia videlicet & mors animarũ sęua nimis est, & per mortem corporum in monumentorum habitationẽ deuenimus. Et illa quidem mors, quæ est animarum occurrens nihil contra eum prævaluit, quemadmodum ipse dicit. Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Porrò illa mors, quę est corporũ, ad tempus illi prævalere permissa est, vt suscipiens vel admittens nostram simplam, euacuaret duplam. Quid autẽ verius eo, quòd ait, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Quis enim ex omni genere humano sæuitiam mortis intactus euasit? Omnes in Adã peccauerunt, ait Apostolus, & omnes in Adam moriuntur. Vbi peccauit Adam, protinus & ipse morte animæ mortuus est, & nos in ipso mortui sumus: & vbi dictũ est ei, quia puluis es & in puluerem reuerteris, & ipse morti corporis, & cum illo nos addicti sumus. Verè igitur per viam illam nullus transire poterat, quia qui mortem non videret, & animam suam erueret de manu inferi, nullus erat. Sed venit iste, in quo nihil iuris vlla mors habuit: & quia per vnam videlicet corporis mortẽ iniuria facta est illi, iure sub illo mors vtraq; occubuit, nõ sine magno tormento principis vtriusque mortis & satellitum eius, quas cũ illo foras misit. Sicut enim descensus eius ad inferos populo sanctorũ desiderabilis, ita legionibus dæ-

Matth. 11. *Ioan. 14.* *Roma 5.* *Genes. 3.* † *Fortè, stultis.*

bus dæmonum grauis fuit & intolerabilis. Dicebant ergo Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tẽpus torquere nos. Tempus illud, quo se torquendos esse nouerunt, vltimũ erit iudicium, quando prin

Iob. 14.

ceps eorũ cum ipsis, & ipsi cũ principe suo, videntib. cunctis (vt in Iob scriptum est) præcipitabuntur in ignẽ æternum. Quomodo tandẽ impletũ est in mysterio, q̃ signi-

Mysterium huius miraculi, cõtra Iudæos por cis similes.

ficabatur in miraculo, scilicet in eo, quod grex porcorum totus cũ impetu per præceps in mare abijt, & mortui sunt in aquis? Ita nimirũ, vt fieret quod ipse filius hominis sciens prælocutus est. Cùm, inquit, immundus spiritus exierit ab homine, &c. vsque tunc vadit & assumit septẽ alios spiritus secũ nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora priorib. Per vnũ quippè hominẽ huiusmodi, Iudæos incredulos atque blasphemos vult intelligi, qui non tam Iudæi quã Chananæi, nõ tam vituli æstimandi sunt q̃ porci. Ipsi nanq; de bono opere saluatoris peiores effecti, & inde per inuidiã mortui, quod ille vnam in semetipso & vtramque in suis fidelib. mortẽ vicit, malignis sunt spiritib. traditi, & per furorẽ suũ facto impetu, semetipsos in mare præcipitauerũt.

Mat. 12

Ioseph. de bello Iud. per septẽ libros.

Nimirum seditiones excitando implacabiles, vt plurimi scriptores, & maximè Iosephus refert, in Romanũ irruerunt imperium, & mira insania, mirabili pertinacia victores omnium gentiũ in suas neces, in excidium loci & gentis excitauerũt. Quid fuit ita furere, nisi porcos à malignis spiritibus agitatos, per pceps & cũ impetu abire in mare? Si ergo perpendas siue respicias quid olim in Aegypto ante acceptam legẽ fuerint & quid nunc post aduentum fecerint redemptoris aut receperint, rectè dicas, quia nouissima horũ peiora sunt prioribus, & ita tam secundum animã quã secũ dum corpus in omne miseriarum profundum præcipitati sunt, vt porci illi, quibus propter furias dæmonum nec suus, quamuis brutus, subesse poterat sensus. *Et ascendens in nauiculã, transfretauit & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticũ, iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cùm vidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, remittũtur tibi peccata, aut dicere, surge & ambula? Vt sciatis autem, quoniam filius hominis potestatem habet dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectũ tuum, & vade in domum tuam. Et resurrexit, & abijt in domũ suam. Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.* Potestatem filij hominis, quã ad honorem & gloriam ipsius considerare & cognoscere intendimus, ex mirabilibus eius factis & dictis ipsemet ore proprio hic enunciauit in re huiusmodi, in qua potissimum expediebat nobis potentem esse hũc Dominũ, scilicet in remissionẽ peccatorũ. Hoc eatenus non dixerat q̃ potestatem haberet dimittendi peccata, sapienti nimirũ vsus prouidẽtia discretionis, quatenus nõ hoc ante diceret quã factis comprobaret: & ipsi spiritus, quos verbo eijciebat, torti confiterentur, ipsum esse, de quo propheta prædixerat: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principib. Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Quæ enim illic in eodẽ propheta sequuntur, eorũ summa est, saluum facere populũ suum à peccatis eorũ. Postquam ergo præcedentib. factis comprobatum fuit, quod ipse esset & credi deberet esse ille dux Israel, dux Messias, id est, Christus, tunc demũ paralyticum curaturus: cõfide, ait, fili, remittuntur tibi peccata tua, vt dũ tam præsentia miracula, quã antiqua prophetarum oracula, sermonẽ præsentis confirmant, minus offendantur, qui absq; offensione doceri nõ possunt, tardi ad credendũ, imò & impatientes ad audiendum. Nã erant in hoc offendendi, & offendebãtur offensione voluntaria, maximè scribæ & pharisæi, non veritatẽ quærentes, sed veritati inuidẽtes. Nam protinus vbi dixit, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ecce, inquit Euangelista, quidam de scribis dixerũt intra se: Hic blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vidit enim cogitationes eorũ, & dixit: Vt quid cogitatis mala in cordib. vestris? Fortassis & hoc dixerunt intra se, sed & de isto respondit eis sua ipsorum conscientia, & de illo virtus operis manifesta, sequente effectu iussionem dicentis, surge & ambula: Et vtrinq; conuicit incredulos, q̃ excusationem nõ habeant de peccato suo. Quid aũt ad illam interrogationẽ respondendũ erat, quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, aut dicere, surge & ambula: ni si facilius esse dicere, dimittuntur tibi peccata? Nam apud ipsum quidem filiũ hominis ita vnũ sicut alterum facile erat, sed apud homines longè facilius est dicere, dimittuntur tibi peccata, quã ipsam peccato

Mich. 5.

CAP. IX.

Mysterium huius curationis paralytici, in ecclesia.

rum dimissionẽ cõprobare testimonio vir tutis qualis protinus est subsequuta. Secũdum exemplũ hoc ferè quotidie fit in ciuitate Dñi scilicet in ecclesia, quæ vtiq; est ciuitas Domini, ciuitas regis magni, ad quã ipse transfretauit & venit, postquã (vt dictũ est supra) & mortis corporũ nostrorũ sæuiam sedauit & mortis animarum nostrarũ sæuum imperiũ soluit. Nã quoties facimus illud, q̃ Iacobus Apost. dicit: Infirmatur

Iacob. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis in vobis, inducat presbyteros eccleſię & orent ſuper eum, vnguentes eũ oleo ſancto in nomine Dñi, & oratio fidei ſaluabit infirmũ: & ſi in peccatis ſit remittentur ei. Quoties, inquã, hoc facimus, paralyticũ ſiue vndecũq; infirmũ Domino offerimus & ſicut videns fidem illorũ, dixit, remittũtur tibi peccata, ita & nunc oratio fidei ſaluat infirmum: & ſi in peccatis eſt, dimittũtur ei. Præterea iuxta ſenſum altiorem paralyticus tunc à Domino curatur, quando fit, vt is qui nihil operabatur, iam nunc operetur, quemadmodum dicit Apoſtolus: Qui furabatur, iam non furetur: Magis aũt laboret operando manibus ſuis quod bonũ eſt, vt habeat vnde tribuat neceſsitatẽ patienti. Nam qui nihil operabatur, & aliena furabatur, nónne veram paralyſin habebat in manibus? Similiter qui ad bonum & vtilẽ ſermonem mutus erat, nónne veram in lingua paralyſin habebat? Igitur cũ circa huiuſmodi ſic operatur Dominus, ſiue per ſemetipſum tãtum, ſiue miniſtris ſuis cooperantibus: vt qui taliter paralyticꝰ erat, iam nunc & benè laboret operando manib. ſuis, & omnis ſermo malus ex ore eius nõ procedat, vt ait continuò idem Apoſt. ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei vt det gratiam audientibus, meritò turbæ glorificent Dominum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

Epheſ. 4.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. VIII.

Sap. 10.

Sapientia Dei quæaperuiſti os muti, & linguas infantium feciſti diſertas: ego quondã mutus & infans, nunc autem ore aperto & lingua penè diſerta te magnificans, tibiq; de auro tuo ac de gemmis tuis quandam quaſi regiam glorię & honoris facere adorſus coronam, ſemper quidem multum, nunc autem maximè tua iuuari cupio diſpoſitione, atque opitulatione. Non enim nunc ita, vt hactenus, vni tantum intentus ſum operi, neque debitor vnius tantum debiti, ſed circumuentus, quaſi à duobus fœneratoribus magnis & auaris omittere nõ valeo quin ambobus ſatisfaciam, cupiens eſſe fidelis. Alter eorum eſt angelus, id eſt, præſul Agrippinenſis Eccleſiæ, cui me, vt credo, tu per miſericordiſsimam prouidẽtiam, in tempore perſecutionis, tanquam patri filium adoptiuum commiſiſti: alter verò, paterfamilias domus tuæ, ſcilicet cœnobij Sigebergenſis, cui nequeo dicere quantum debitor ſim. Hic mihi primus ſuaſerat hoc opus ingredi, titulatũ de gloria & honore filij hominis, cùm ille alter, & maior amicus, vehementer ſtudij noſtri bona opinione ſiue experimento delectatus, iuſsit atque rogauit, & vtroq; modo, ſcilicet iubendo atque rogando compulit, quatenus in libros Regum totũ cor meum cum tua, Domine, gratia conuerterem, & quantumcuq; poſſem, te adiuuante, magnum &(vt ſibi videbatur) vtile opus inciperem, & de tuo adiutorio, ad perficiendum nunquam deſperarem. Quid ego inter iſtos animo penè diuiſo facerem? Reſultarem pertinaciter patri & pontifici? At ille non ſolùm ſic iubebat, verumetiam ſupplicabat aliquamdiu recuſanti, vt ſi nõ paruiſſem, mihi ipſi viderer pietati rebellis. Relinquerem hoc opus, quod iam incœperam, rogatu (vt iam dictum eſt) inferioris amici? At ille tanto circa iſtud angebatur ſancti deſiderij ardore, vt videns neceſsitatem meam, quod non poſſem maiori & digniori denegare, aſpicienteſq; hoc opus, quantũ hactenus ſcriptũ fuerat, dicere t hoc ſolũ, dolco ſup te, dolco ſuper te, co dicẽ aſpiciens, quẽ ęgrè ferebat imperfectũ remanere. Igitur neceſsitate compulſus, dimidium cordis mei vni, & dimidium cordis mei præbui alteri, totum autem, ó ſapiẽtia, tibi præbere optaui, dicenti, præbe fili cor tuum mihi. Credens quippè & ſciens omnia poſsibilia credenti, ecce ita me charitati impendi, vt vno eodemq; tempore circumſedentes duo calamum in mente mea tingant notarij. Vnde fit, vt ſi quid benè dictum fuerit, tibi totum imputetur: ſi quid autem minus benè ſonuerit, neceſsitate dignè, condonetur. *Et cùm tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in Thelonio. Mattheum nomine, & ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum.* Hoc ad gloriam & honorem filij hominis prædicandum atque audiendum eſt, quia hunc hominem vidit, & tam efficaciter vidit, vt veraciter conueniat huic dicere, tu Deus qui vidiſti me: Quomodo enim vel quibus oculis vidit? Denique

Duo opera autoris eodem tempore abſoluẽda.

Quib. oculis Matheum vidit Ie-ſus Mat-theum.

nique ſi de oculis humani capitis agitur, quibus vt homo erat oculatus, nũquid ſolum hunc hominem vidit? Imò & illos talibus oculis vidit, qui paulò ſupra rogabãt eum, vt tranſiret à finibus eorum, ſed & illos, qui crucifixerunt eum. Alij ſunt oculi quibus iſtum vidit, oculi gratiarum; qui iuxta Zachariam in vno lapide, & iuxta Apocalypſim Ioannis in capite vnius ſeptem agni ſunt: Oculi iſti nominibus ſuis nulli ſunt aut eſſe debent incogniti, quæ videlicet nomina ſunt ſpiritus ſapientiæ & intellectus, conſilij & fortitudinis, ſcientiæ & pietatis, & timoris Domini. Iſtis oculis hũc hominem vidit, & cùm videret eum exterioribus oculis, per iſtos interiores oculos recognouit, quòd eſſet vnus illorũ, quos ante ſecula præſciuit & prædeſtinauit. Itaque videns eum, ait illi: Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eũ. Erat enim ipſe Mattheus tanquam ſpecular prælucidum, eatenus conſpectui ſolis nequaquam appoſitum, ſed in tenebris reconditum, & ſub tecto latẽs, rarum nimis ſecularium, vt pote thelonearius, de nauibus negotiatorijs cum clamore vel ſtrepitu forenſi, publicum exigens vectigal ſiue tributum. Vbi ergo vidit eum Ieſus, vbi vidit eum ſalus & ſol verus reſplenduit ex aſpectu eius, & quia vidit eum talis filius hominis, reddidit imaginem eius, & formata eſt in ipſo facies hominis. Alium quoque vidit, & ex viſu eius formata eſt in eo facies vituli. Vidit & alium, & eo vidẽte formata eſt in illo facies leonis. Vidit & alium, & videndo formauit in eo faciem aquilæ volantis. Iſte viſus admirabilis, illa eſt gratia, quam admirans vas electionis Paulus, dcit: Nam quos præſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit. Et quos vocauit, hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit, hos & magnificauit. Et ante tempora quidem ſecularia præſciuit, & prædeſtinauit, in tempore aũt vocauit vnumquemq; in tempore ſuo, vt nunc iſtum vocauit, & ti ſeſe præſentauerit, quàm alacriter, ſiue amabiliter pulſanti ianuas cordis ſui aperuerit, illa res de foris ſatis indicat, qui fecit ei conuiuium magnum in domo ſua. Ergo præcipuè in iſto clariſsimũ eſt illius dicti dominici experimentum, ſi quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuã, introibo ad illũ & cœnabo cum illo, & ipſe mecũ. Introiuit enim in domũ eius, & cœnauit ipſe primus cum illo corporale conuiuium, & deinde Matthæus cum eo cœnauit cœnam ſpiritualem. Hoc deniq; præſens ſcriptura probat, ſcriptura Euangelica, quia reuera cum Domino cœnauit, qui hanc primam noui teſtamenti ſcripturam tanquã verè ſaturatus nobis ructauit. Hoc ſacramentum Phariſæi, neq; ſcientes, neque ſcire volentes, diſcumbente Domino cum eo in domo, cùm multi quoque publicani & peccatores diſcumberent cum Domino Ieſu & diſcipulis eius, dicebant. *Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat magiſter veſter?* At ille ſapienter ac nimis terribiliter ora illorum obſtruxit, ſapienter quidem dicendo. *Non eſt opus valentibus medico, ſed malè habentibus, euntes autem diſcite quid ſit, quia miſericordiam volo & non ſacrificium.* Terribiliter autem ſubiungendo. *Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Hoc denique dicto, ſeu verbo terribiliter eos percuſsit, qui in ſe confidebant tanquam iuſti. Quos enim hic dicit iuſtos, niſi ſuperbos? Et quos dicit peccatores, niſi humiles? Væ talibus iuſtis, qui ſuo iudicio iuſti ſunt, at non Dei: qui iuſti volunt videri, cùm non ſint. Econtra felices peccatores, qui ſuam iniuſtitiam recognoſcunt, Dei iuſtitiam eſuriunt & ſitiunt. Nam illos ſalus vocare venit, propter iſtos de cælis deſcendit, & humiliauit ſemetipſum vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis. *Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij ſponſi ieiunare, quamdiu cum illis eſt ſponſus? Vement autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Grauiſsima hæc atque ſapientiſsima reſponſio quanti ſit ponderis, melius ex propheticæ ſcripturæ collatione valet agnoſci, cùm apud Zachariam Dominus dicit: Cùm ieiunaretis & plãgeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos, ſubauditur propter illud quod Nabuchodonoſor ciuitate & tẽplo ſuccenſo igni, populũ in captiuitatẽ duxit, & propter illud quod Iſmael filius Nathaniæ Godoliam, & cum eo reliquias populi interfecit, nunquid ieiuniũ ieiunaſti mihi? Et cætera vſque, ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium & lætitiam & ſolẽnitates præclaras, vſquequo venient populi, & habitabunt in ciuitatibus multis: quod videlicet futurum erat per aduentum huius ſponſi, de quo & ſubinde dictum eſt illic: In diebus illis, in quibus appræhendent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriã viri Iudæi dicentes, ibimus vobiſcum, audiuimus enim quòd Deus vobiſcum eſt. Nam de fimbria viri Iudei protinus hic in Euangelio habes, quia mulier, quę fluxum ſanguinis patiebatur duodecim annis, acceſsit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Summa ſermonis illius prophetici hęc eſt, debuiſſe ieiunare illos, apud quos reposita erat

Matth. 8.
Zach. 3.
Apoc. 1.
Eſai. 11.
Qualis Matthæus ante ea fuit.
Ezec. 1. 10.
Apoc. 4.
Prædeſtinatio diuina.
Roma. 8.
Prou. 23
Apocal. 3.
Philip. 2.
Iuſti hic dicuntur ſupeccatores, perbi, peccatores, qui iuſti ſunt.
Zachar. 7.
4. Reg. vlt.
Hiere. 41.
Zachar. 8.
Ibidem.
Matt. 9.
Cur ieiunare debuerũt Iudæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta erat vel esse debebat spes & expectatio repromisionis, non tam propter temporalium, quæ acciderant, incommoda rerum, & propter captiuitatem Babylonicã, quæ facta fuerat illis septuaginta annis: quàm propter peccata sua, & propter illam quæ contigit in Adam, vniuersalem captiuitatem generis humani. At illi quoniam soluta erat captiuitas Babylonica, & templum reædificabatur, dicebant singuli: Nunquid mihi flendum est in mense quinto, vel sanctificare me debeo, sicut feci iam multis annis? *Zach.7.* Videlicet quia templum reædificabatur, iam nullam superesse causam putabãt, cur ieiunarent. Meritò ergo redarguebantur à dicente, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? quia videlicet propter temporalia bona flent & ieiunant, quia desunt, nõ Domino ieiunant. Sed qui propter ea ieiunãt, quia præsentem non habent sponsum, sicut illi nondum habebant, nos autem habuimus quidem, sed iam non habemus, ipsi ieiunium Domino ieiunant. Igitur quoniã causa ieiunij debuerat omnibus esse, desideriũ & expectatio saluatoris, vt fuit Moysi & Heliæ & Danieli: ipse autem nunc præsens aderat, postmodum recessurus, dulce fuit & iucundum sanctæ charitatis officiũ, saltem ad breue tempus, propter præsentiam eius intermitti ieiunium, quia tempꝰ illud, tempus præsentiæ eius, quasi tempus erat nuptiarum. Ait ergo: Nũquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cũ auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Ac si dicat: Vos qui filij sponsi non estis nec esse vultis, sed nec filij illorum dici meremini, qui ieiunauerunt præ desiderio aduentus sponsi, imò illorum, quib. Deus veraciter dicit, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? ieiunatis enim & vos sicut illi, pro eo qꝺ aliquando de rebus trãsitorijs aliquid aduersi contigit. vos, inquam, ieiunate quantum vultis, nam isti ieiunare non possunt præ gaudio sponsi præsentis. Venient autẽ dies cũ auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. *Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius à vestimento & peior scissura fit.* Planè ieiunabũt in illis proximè venturis diebus, cùm ablatus fuerit ab eis sponsus, cum passus, mortuus, & sepultus resurrexerit & in cælum ascenderit, iam non vltra cum eis in mundo hoc corporaliter conuersatus. Nunquid vero, vt vos ieiunatis, ita ieiunabunt & isti? Non vtique, nam hoc tale esset, ac si quis immittat commissuram panni rudis in vestimentum vetus. Deniq; ieiunia vestra, ieiunia sunt veteris hominis: homines autẽ isti, cùm sint filij nuptiarum cælestium, sunt homines noui. Si ergo ieiunarent propter causas eiusmodi, propter quas & vos ieiunatis, scilicet quia Moyses tabulas priores scriptas digito Dei proiecit de manu, & confregit eas ad radices montis: vel quia reuersis exploratorib. quos miserat Moyses explorare terram, & detrahentibus terræ, cũ omnis multitudo versaretur in seditionem, iratus Deus iurauit quod non intrarent terram illam, donec consumeretur generatio illa quadraginta annis, iuxta numerum dierũ quadraginta, quibus considerauerant terram, vel quia Nabuchodonosor rex Babylonis, siue Nabuzardan princeps exercitus eius, capta ciuitate, succendit domum Domini, & transtulit populum in Babylonem: vel quia deinde venit Ismael filius Nathaniæ & percussit Godoliam, quem præfecerat rex Babylonis terræ, & Iudæos qui erant cum eo: consurgens autem omnis populus reliquiarũ, timens Chaldæos, fugit in Aegyptum. Si, inquã, ieiunarent propter causas eiusmodi, hoc esset nouos homines fere nenias veteris hominis: quod omninò non congruit his, quibus datum est nosse mysterium regni Dei. Nam sicut commissura panni rudis, vbi immissa fuerit in vestimẽtum vetus, tollit plenitudinem eius, & peior scissura fit: ita quilibet homo particeps factus sanctæ huius nouitatis, si eiusmodi pharisaicis traditionibus sese inseruerit, deterior quouis vetere homine fit, ita vt, neq; vetus, neque nouus sit, & neutrum habeat, cũ vtrunq; in se vno permiscere voluerit. Quare autem hoc ipsum qꝺ intendit, quod intelligi vult in verbis istis, nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus, tollit enim plenitudinem eius à vestimento & peior scissura fit, non manifestè dixit? Quare illis sensum tam bonum, tam verum abscondit, clausit & signauit? Nimirum quia expediebat illis, non expediebat ipsis mysterijs regni Dei, vt diuulgarentur vel committerentur eis. *Neque enim, ait, mittunt vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo cõseruantur.* Secundũ istam similitudinem damnosum fuisset, docere illos verbis manifestis, quam ob rẽ tunc non ieiunarent discipuli eius, essent autem postea ieiunaturi. Pharisæi enim cũ his erant qui interrogauerãt. Et sicut vtres veteres misso intus vino nouo rumpũtur, & vinum cum vtribus perit: ita illi, si manifestè diceret ipse, audientibus eis, quippiam eiusmodi, amplius prę inuidia rumperentur, & sermo inutilis esset taliter effusus: præsertim cũ sapiẽtia dicat, ne effundas sermonẽ, vbi nó est audit⁹. Propterea & aliꝰ euãgelista dicit. Ipse autẽ Iesus non credebat se-

Qui ieiuna re dicuntur Domino. Præsente sponso ieiunandũ non erat.

Varie causæ ieiunandi apud Iudæos.

Exod.32.

Nume.14.

4.Reg.vl.
2.Par.vl.

Hier.41.

Expediebat Iudæis loquiin parabolis obscure.

Eccl.32.

Ioan.2.

bat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Benè igitur cũ dicere posset, ieiunandum erat vsque ad me, & cùm recessero ieiunandum erit post me, secũdum veritatem scripturæ prophe ticæ, cuius iam supra mentio facta est, maluit sermonem suum sic temperare, vt & futuris innotescẽs res, eos secum seruaret, & præsentes, qui tunc erant, per inuidiam nõ rumperet. Quid de eo, quod subiunxit protinus, sed vinum nouum in vtres nouos mittunt & ambo conseruantur: Nunquid non vel ipsi filij sponsi, super quibus non ieiunantibus quæstio hæc mota erat iã vtres noui erant? Non iam omninò noui, sed capaces erãt sanctæ nouitatis. Propterea quodã loco dicebat & ipsis: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quando sunt omninò innouati? quando acceperunt Spiritum S. post resurrectionem eius, cuius gratia nouos homines efficit, tunc vinum nouum missum est in vtres nouos, & ambo cõseruata sunt, id est, reuelata sunt illis omnia mysteria scripturarum, & gustauerunt amorem spõ si dulcedinemque cælestium nuptiarum, & hoc vino inebriati salui facti sunt, & vinum benè conseruatum, fideliter quibus iussum est refuderunt. *Hæc illo loquente, ecce princeps vnus accessit, & adorauit eum dicens: Filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manum tuã super eam, & viuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum & discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentũ eius, salua erò.* Nequeo sanoris in facie filij huius hominis, in mirabilibus eius gestis, secundum dispositionem quam hic diuinus Euangelista disposuit. Quid enim sibi vult, quod dum interrogatus de ieiunio respondit, & non ieiunantes excusat filios sponsi, res gesta protinus subsequitur, huiusmodi de muliere, quæ talem ob causam tanta cum fide fimbriam vestimẽti eius tetigit? Quid, inquã, sibi hoc vult, nisi vt insinuet factis, quod (sicut iam dictum est) nondum expediebat palam ostendere verbis, se illum esse virum, de quo in Zacharia loco supra memorato, cùm item de ieiunio fuisset interrogatus idem dicentibus, nunquid mihi flendum est in mense quinto, vel sanctificare me debeo sicut iam feci multis annis, ita responsionem suam terminauit vt dicet, vsquequo venient populi, & apprehẽdent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam viri Iudæi, dicentes ibimus vobiscum. Hæc ergo dispositio valdè venerabilis, & pia consideratione honorãda est. Quid enim aliud est, quod in pphe- *Zach. 8.* ta prædixit post responsum de ieiunio. In diebus illis apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam viri Iudæi, quàm quod hic significari voluit per mulierem, quæ fimbriam vestimenti eius tetigit, & sanata est à fluxu sanguinis? *Mulier illa typus gentium filia archisynagogi typus Iudæorum.* Hæc nanque mulier forma fuit omnium gentium, quæ profectò in eum credendo, cuius faciem ante non viderunt, quodam modo retro accedunt, & sequendo vestigia eius, id est, custodiendo præcepta eius, reuera fimbriam vestimenti eius tangunt. Et quid erat iuxta hunc sensum sanguinis fluxus, nisi peccatorum illuuies. maximeque sordidus idololatriæ cultus? Porrò filia archisynagogi, pro qua rogatus erat, & *Marc.5.* ibat, synagogam designabat. Vnde valdè notandum, quia (sicut Marcus manifestius scribit) archisynagogi filia non fuerat mortua, sed iam in extremis erat: vbi autem mulier fimbriam tangendo sanata est, tunc ad archisynagogum nuncij venerunt, dicentes, quia filia tua mortua est, qd vltra vexas magistrum? Item & hoc vigilanter animaduertendum: quia & puella quæ mortua est, erat annorum duodecim, & mulier quæ sanata est, fuerat in profluuio sanguinis annis duodecim. Itaq; & quando puella nata est, tunc illa mulier sanguine fluere cœpit, & quando sanata est mulier, tunc puella mortua est. Quid hoc sacramento pulchrius, verius, ac præclarius? Quando enim synagoga in patribus, Abrahã, Isaac, & Iacob nata est, tunc idololatriæ fluxꝰ in gẽtibus fluere exorsus est. Quando autẽ multitudo gentium, credendo in Christũ, ab eiusmodi fluxu per fidem suam sanata, & salua facta est, tũc synagoga, quæ eatenꝰ *Rom. 11.* minus ægra per multas tribulationes fuerat, omninò p inuidiã mortua, & sine Deo facta est. Rursus, cùm multitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet, atq; idcircò cõgrua pulchritudinis in mysterio consummatio hæc est, quod postquam mulier à fluxu sanguinis sanata est, tunc demum intrauit, & tenuit manũ puellæ, quæ erat mortua, & surrexit puella. *Et transeunte Iesu inde, secuti sunt eum duo cæci, clamãtes: Miserere nostri fili Dauid. Cùm autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus: Creditis quia possum hoc facere vobis? Dicunt ei: Vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens. Secundum fidem vestram fiat vobis, & aperti sunt oculi eorũ.* *Propositũ in hoc opere.* Memores ꝓpositi sumus, vt esse debem⁹ quod videlicet propositũ in hoc opere est considerare quatuor facies vnius animalis, scilicet, faciem hominis, faciem vituli, faciem leonis, & faciem aquilæ volantis, quæ sunt quatuor sacramenta vnius Christi, filij

Vtres noui Apostoli.

Ioan. 16.

Ioan. 20.

Actor. 2.

Mysteriũ in muliere fimbriam Christi tangente.

Zach. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti, filij Dei, & filij hominis, quę ignota esse non licet Christianæ fidei, quæ sunt incarnatio eius, passio eius, resurrectio eius, ascensio eius. In faciem hominis ad hunc intendimus, & in hoc faciem hanc ex parte nos videre, & per speculum contemplari arbitramur, si in factis & dictis eius, quaQuæstio de fide, cur sic exigitur fides à curan dis.

lis intentio esse potuerit, sentire meremur. Quærimus igitur in faciem intendentes huius filij hominis, quid sibi voluerit, tantoperè requirens meritum fidei, vt diceret cæcis istis: Creditis quia possum facere hoc vobis, statimque. Secundum fidē

Responsio.

vestram (ait) fiat vobis. Et paulò ante mulieri dixit: Confide filia, fides tua te saluā fecit, & sparsim in omnibus scripturis tam veteris instrumenti quā noui, fidem quærit, fidem approbat, fidē collaudat. Causa siue intentio dignationis eius nō parui pēdenda hæc est, curare antidoto competenti stultitiam antiquam nimiæ credulitatis, qua creditum fuit diabolo, loquenti per

Gen. 3.

serpentē, ac dicenti. Scit enim Deus, quod in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, sciētes bonū & malum. Credidit mulier diabolo plus, quàm Deo, quod taliter deberet illuminari: credamus nos econtra veritati, si veraciter volumus illuminari. Consideratio hæc, cùm in cæteris vbicunque Dominus fidem quærit vel inuenit, tum in istis cæcis perpulchra est, dum antequam illuminet eos, interrogans dicit: Creditis quia possum hoc facere vobis? Nostra quippè causa significabatur in illis, quod maximè ex eo cognoscendum vel sentiendum est, quia cùm aperti fuissent oculi eorum, *comminatus est eis, dicens: Videte, ne quis sciat.* Hoc denique valdè vtiliter in exemplum nobis reuocamus, quicunq; prærogatiuam aliquā illuminationis, qua genus humanum per fidem illuminatū est, accepisse videmur. Ad quid enim videamus ne quis sciat, nisi adhoc, vt occursum malum iactantiæ aut elationis illuminatus cordis oculus effugiat? Veruntamen illi fecerunt, sicut protinus subiunctum est. *Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum per totam terram illam.* Nos quoq; dignè facimus, si non illuminationem nostram lingua nostra, sed illuminatoris glo-

Quid desiderant illi duo cæci.

riam prædicēt opera nostra. Igitur in duobus cæcis omnem intelligamus hominem, siue Iudæus, siue Græcus ille sit, qui tunc reuera fiducialiter atque efficaciter ab illa luce vera gratiam petit illuminationis, si verum & probatum, quem offerat, nummum habet, non fictæ fidei. *Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. Et eiecto dæmone, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ dicentes: Nunquam sic apparuit in Israel.* Hoc est, quod inter cætera miramur, facié huius filij attendentes, quia nunquam sic apparuit in Israel, nunquam super terram talis facies visa est, inter omnes facies patriarcharum atque prophetarum, omniūque hominum quicunq; memorabilia super terram operati sunt. Hoc fida discretione discernendum est, quia nunquam talis facies hominis fuit vt hæc. *Pharisæi autē dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmones.* Pharisęi verò à Deo diuisi, quantā spirabāt angustiam atq; penuriam cordis sui, cordis amari, qui cū dicere non possent, non eijcit dæmones, illuc se verterunt, vt dicerent. In principe dæmoniorum eijcit dæmones. Sed quia non semel hoc dixerunt, & alijs adhuc locis similiter blasphemauerunt, sicut sequentia post hæc indicabunt, iam nunc ad alia properemus, quippè qui vltra propositum diu nimis in contemplā tione faciei hominis detinemur, cū & alias facies contemplaturi, longum nimis & fastidiosum opus fore suspicemur. *Et circuibat Iesus ciuitates omnes & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati & iacentes sicut oues non habentes pastorem.* Hoc maxi-

Commiseratio Christi erga oues, quibus lupi pro pastoribus et nūc sunt.

mè loco, spectabilis est ea, quā aspicimus, facies hominis, quia facies est pietatis, facies misericordiæ & miserationis, & quidē homines illi, quos tunc aspiciebat facies ista, facies benigna vexati erant & iacebant sicut oues non habentes pastorem, quippè qui sub nomine pastorum, lupos habebāt Annam & Caipham, de quibus rectè dictū fuerit per prophetam dicentem: Principes eius in medio illius quasi lupes rapientes prædam, ad effundendum sanguinem & perdendas animas, & auari sectantes lucra. Quomodo enim sub eiusmodi, non pastoribus, sed lupis oues vexatæ erant & iacebant? Nimirum sicut alibi per eundē Pro-

Ezech. 22. 34.

phetam inter cętera dicit: Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotū, nō sanastis: quod confractū est, non alligastis: & quod abiectum, non reduxistis: quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperastis ei & cum potentia. Quomodo autem, vel in quo misertus est eis, nisi in eo vt iam insisteret facere illud, quod facturum se ibidem fortiter prædixit? Ecce (inquit) ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, vt vltra non pascant gregem meū, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum. Sed nunquid solas videbat turbas, & earum tātum miserabatur, quas tunc oculis corporalibus aspiciebat? Imò & omnes omnium gentium turbas, quæ in eum crediturę erant oculis interioribus videbat, & omniū misereſcens,

misereſcés, aliam similitudinem induxit, dicens continuò discipulis suis. *Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt eijciat operarios in messem.* Hoc vsq; hodiè gemit omnis paterfamilias dominicæ

Operarij pauci.

messis, quia messis quidem multa, operarij autem pauci. Nam, vt breuiter dictū sit, multæ quidem sunt turbæ in Christum credētium, multi cœtus in cœnobijs, siue xenodochijs sub sacra professione degentiū, sed in multitudine horum pauci sunt, qui operantur, id est, qui ad illum peruenerint profectū, vt eis securè cura vel prouidētia cómitti possit infirmorū. Quid ergo faciat is cui credita est dispensatio siue ꝓcuratio messis eiusmodi? Roget vtique Dominum messis, vt mittat operarios in messē, id est, omni instantia postulet à Deo, quatenus in pluribus subditorum multiplicet gratiam spiritualem, imitatus primum procuratorum talium spiritū sanctum, & fidelē Moy-

Num. 11.

sen. Cur (inquit ille ad Dominū) afflixisti seruum tuum? Quare nō inuenio gratiam corā te? Et cur imposuisti pondus vniuersi huius populi super me? Nunquid ego concepi hanc multitudinem, vel genui eam, vt

Moses omnibus prælatis imitandus, vt exemplar.

dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulū, & defer in terram, pro qua iuraui patribus eorū? Deniq; quid Moyses in verbis istis intēderit, quid isto tā grandi, tam vehemēti gemitu postulauerit, Deus exauditor cordis eius, sua responsione manifestū facit. Ait enim: Congrega mihi septuaginta viros de seniorib. Israel, quos tu nosti, ꝙ senes populi sint ac magistri, & duces eos ad ostiū tabernaculi fœderis, & facies ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi, & auferā de spiritu tuo, tradamq; eis, vt sustentent tecum onus populi & non tu solus graueris. Igitur quis-

Ezech. 22. 34.

quis procurator est Dominicæ messis, secundū hoc exemplū fidelis Mosi roget supplemētum, & dabit illi: ira duntaxat, vt ab omni sinistra æmulatione sit immunis, itidem secundū exemplū Moysi. Cùm enim cucurrisset puer, & nūciasset Moysi, dicēs: Heldat & Medat prophetant in castris, stati-

Moyses ab æmulatiõe sinistra immunis.

mq; Iosue filius Nun, minister Moysis & electus è pluribus, dixisset: Domine mi Moyses, prohibe eos: Quid (inquit ille) æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet: Et det eis Dominus spiritum suum? Notandum interea, qui cùm a-

Lucæ 10.

pud alium Euangelistam dicat: Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios: hic apud hunc Euangelistam vehementius

Vt eijciat operarios in messem.

dictum est, vt eijciat operarios in messem. Quid enim est dicere, vt eijciat, nisi quia libenter otiosi sunt, etiam illorū quàmplurimi, quibus creditum est talentum operationis, & interdum quasi specie sanctitatis atq; perfectionis volūt sec retius viuere soli sibimetipsis, cū prodesse possint & alijs? Eijciat Dominus qui eiusmodi sunt, scilicet cōueniendo conscientias eorum, & redarguendo qui damnosè absc̄dant talentum sibi creditū. Eijciat (inquam) vt operentur, quia reuera est eijci, optatam quietem relinquere præ timore Domini. *Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorē et omnē infirmitatē. Duodecim aūt Apostolorū nomina sunt hæc: Primus, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, et Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simon Chananæus, & Iudas Ischariotes, qui tradidit eum.* Apud Lucā iam cōuocatis ac denominatis duodecim Apostolis missurus & alios ad prædicādum Dominus, hæc verba dicit, quæ hic eum, antequam istos duodecim cōuocaret, dixisse legis, Messis quidem multa, operarij autem pauci, &c. Causa ista rectè animum quæstione pulsaret, si prius constans existeret, ꝙ Dominus prædicās Euangelium regni nunquam vel nusquam vnum eundem sermonem nisi semel & vno loco dicere debuisset. Sed quis hoc à prędicatore exigit, vt quod vno in loco vel tempore dixit, non repetat aut dicat locis vel temporibus alijs, præsertim cum nec omnes vno in loco adesse, nec omnes æqualiter semel audita perpeti memoria possint retinere? Nunc & in isto opere faciem dominantis vigilanter attende. Conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Si paulò antè, vbi eiecto dæmone, locutus est mutus, meritò miratæ sunt turbæ, & veraciter dixerunt: Nunquam sic apparuit in Israel, quanto magis de isto quod talem discipulis suis dedit potestatem, mirentur omnes & dicant, nunquam sic apparuit in Israel? Nunquid talis Moyses? Nunquid sua potestate ranas produxit & muscas aut alicui potestatem hanc dedit, vt producere eas? Igitur hic Deus noster est, & non æstimabitur alius ad eum, qui non qualescunq; ranas aut muscas, sed principes muscarum, id est, sordium dæmones, & ipse sua potestate eiecit, quod neque Moyses, neque alius fecit, & hominibus, quibus voluit eijciendi potestatem dedit. Primus (inquit) Apostolorum Simon, qui dicitur Petrus. Et hoc ipsum nomen quod est Petrus, ab ipso Domino impositum est ei, cùm diceretur Simon. Nam alius Euangelista, videlicet Marcus, cùm dixisset, & dedit illis potestatem curandi & eijciendi dæmonia, protinus hæc ipsa duodecim

CAP. X.

Luc. 10.

Quanto maior potestas Christi, quàm Moysi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolorum nomina præscribens: Et imposuit (inquit) nomen Simoni Petrus. Qui huic vni ex omnibus in nouo testamento commutauit, vt qui vocabatur Simon, vocaretur Petrus: Ipse est qui similiter vni in veteri testamento nomen commutauit, vt qui vocabatur Iacob, vocaretur Israel. Ipse enim scriptor nominũ, qualia ipse nosse dignatus sit, & habet librum conscriptũ ex nominibus splendidissimis, quẽ sciens
Gen.32. Moyses dixit: Aut admitte populo hanc noxam, aũt si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, subauditur, & non te. Nam postmodum, inuenisti enim (ait) gratiam corã
Exod. 32. me, & teipsũ noui ex nomine. Nec ab re est quod & illius in veteri, & huius in nouo
Exod. 33. testamento nomen commutauit: sed si prudens inspector adsit, pulcherrimũ est mysterium huiusce commutationis, quia videlicet hoc agebatur, vt fieret quod per
Esa.65. prophetam dictum est: Et seruos meos vocabo nomine alio, in quo qui benedictus est, benedicetur super terram. Eorum videlicet seruorum Dei multorum, ille secundũ carnem: ipse autem Dominus noster Iesus Christus secundum spiritum pater est. Vnde & pulcherrimum hoc est in mysterio spectaculum, quia pater ille secundum carnem principium multitudinis, duodecim filios, hic autem secundum spiritum principium Christianitatis, duodecim genuit Apostolos: & sicut illi patri secundum carnem, sic non sibimet quidem pater iste spiritualis, sed primo vicario suo pristinum commutauit nomen. Interpretatur autem Simon, obediens, Petrus à petra dictus est, ipse nomine suo soliditatem ecclesiæ vel fidei catholicæ præsagiens, quam ipse insigniter ita edixit, tu es Christ⁹ filius Dei vi
Matth. 16. *Marc.1.* ui. Saulo quoque commutatum est nomẽ, vt vocaretur Paulus: sed differt commutatio hæc, quia videlicet non ipse Dominus illi ore suo commutasse legitur. Andreas, decorus siue resplendens. Ioannes in quo est gratia vel Domini gratia, & frater eius Iacobus, ambo Boanerges, id est, filij tonitrui, nominati, videlicet ex firmitate vel magnitudine fidei. Philippus, os lampadis. Bartholomæus, filius suspendentis aquas. Thomas, abyssus vel geminus. vnde & Græcé διδυμος appellatur. Mattheus, donatus, qui & Leui, videlicet à tribu ex qua ortus fuit. Iacobus Alphæi, ob distinctionẽ prioris cognominatus, qui dicitur Zebedęi, sicut iste filius Alphæi. Simon Chananæus ad distinctionem Simonis Petri, de vico Galilææ Chana, vbi aquas Dominus in vinum conuertit. Thaddæus, qui & Iudas Iacobi, subauditur frater, qui alibi appellatur Lebbæus figuratum nomen habens à corde, q⁹ nos diminutiuè corculũ possumus appellare. Iudas Iscariothes, vel à vico, in quo or- *Iudas Isca*
tus est, vel ex tribu Isachar, vocabulũ sum *riothes.*
psit, quodam præsagio futuri in condẽnationẽ sui. Isachar enim interpretatur merces, vt significaretur pretium proditionis, quo Dominum vendidit. Quare autem (inquis) Dominus talem non solũ ad discipulatum, verumetiam ad Apostolatum admisit? Nunquid nescisuit? Ad hæc breuiter dicendum, quia fecit hoc ob consolationem nostri, ob consolationem ecclesiæ futuræ, vel eorum maximè qui ecclesijs præsunt, vt quum eis aliquis perierit, respondeant derogantibus, dicant insultantibus: Ne mi remini, & Christo accidit. *Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, & dicens: In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum, ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Euntes autem, prædicate, dicentes, quia appropinquabit regnum cælorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite. Gratis accepistis, gratis date.* Non vt pleriq; arbitrantur, tunc duodecim Apostolos Dominus ordinauit, quando taliter eos conuocauit, & talem eis potestatem dedit, sed tantummodo elegit, & numerum eorũ duodenarium præfixit. Non idem est eligi, quod & ordinari siue sacrari. Quando ergo illos ordinauit siue sacrauit? Nimirum quando functus officio *Quando or*
suo magnus ipse sacerdos, introiuit in san- *dinati &*
cta per suum sanguinem, tunc eos sacrauit, *sacrati sũt*
& tunc resurgens à mortuis, plenam atque *Apostoli.*
perfectam potestatem dedit eis in hæc verba: Accipite Spiritum Sanctum. Quorum
Hebr.9. remiseritis peccata, remittuntur eis. Item- que Euntes (inquit) docete omnes gentes,
Ioan.20. baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti. Hæc nanque summa est Apostolicæ potestatis atque virtutis, re-
Matth.28. mittere peccata per gratiam spiritus sancti, baptizantis in nomine patris & filij & spiritus sancti, quã videlicet potestatẽ seu virtutem neque præsenti loco, neq; vsquã in toto Euangelio, ante passionem suam dedisse illis reperire poteris. Siquidem hic illum dixisse legis, vt prædicarent, infirmos curarent, dæmones eijcerẽt, mortuos suscitarent, leprosos mũdarent, sed nõ etiã hoc, vt baptizarent & peccata remitterẽt. Baptizauerunt quidem aliquando, scilicet, quũ impleret cursum suũ, nondũ traditus Ioannes, sed nõ baptizauerunt ab ipso Domino iussi, immò, tantum exemplo vel baptismo Ioan. cuius & plerique illorum erant discipuli. Quare autem duodecim mittens, & eos instituens, in ipso institutionis initio dixit: In viã gentium ne *In viamgẽ*
abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne in *tium ne ab.*
traueritis? Nimirũ quia nec dũ temp⁹ erat, *ieritis.*
neq;

neq; hoc, vt iam fieret diuinæ rationis aut Euangelicæ prædicationis ordo poscebat. Quid enim iam tunc prædicaretur gentibus? Vt circumciderentur? an vt baptizarentur? Sed profectò circumcisio iam in Christo finem accipiebat, Baptismi autem sacramẽtum nec dum conditum erat. Hoc namque sacramentum in Christi passione
Roma.2.6. vel morte conditum est. Hinc Apostolus: Quicunque (ait) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, &c. Benè igitur: In viam gentium (inquit) ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Sed quid? Potius (ait) ite ad
Ite ad oues quæ perierunt domus Israel. oues, quæ perierunt domus Israel. Deniq; ad illud quod tunc præsentialiter agendũ instabat negotiũ, permittebat ire tantummodò ad oues, quæ perierãt domus Israel, oues pastorem non habentes, homines vexatos atque iacẽtes: quippe quibus neque Dux, neque Princeps, neque Rex erat, neque Pontifex, sed sub nomine pastorum lupos habentes, Lupos graues, Lupos rapaces & inde pereuntes. Et quid faciemus ad illas oues? Euntes autem (inquit) prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cælorum. Nimirum quod pertinet ad rationem ouium, appropinquare regnũ cælorum, hoc est, aduenisse iam pastorẽ magnum ouium, ad visitandũ oues suas, sicut per Prophetam Ezechiel prædixit: Ecce (inquit) ego ipse requiram gregem meum de manu eorum. Item: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregrem suum in die quando fuerint in medio ouium suarũ dissipatarum. Et quia nec oues ipsæ omnes visitationem suam vel pastorem suum cognoscere habebant, imò & hircinis cornibus pleræque illarum percussuræ erãt oues optimas, occidendo, crucifigendo, flagellando, & de ciuitatẽ in ciuitatẽ persequẽdo. Item postmodũ dicit. Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietẽ & hircũ. Et rursum. Ecce ipse iudico inter pecus pingue & macilentum, pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. Huiusce iudicationis consummatio tũc erit, cùm venerit filius hominis in maiestate sua; & omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidem à dextris, hœdos aũt à sinistris. Hoc erit regnũ cælorum, missis hœdis in ignem æternum, transire oues in vitam æternam. Et inducã eas (inquit) in terram suam, & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & cunctis sedibus terræ, in pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascuę eorum, & ibi requiescent. Hoc (inquam) est regnum cælorũ, & quia pastor iste iam venit, propterea dico vobis nunc, vt euntes ad oues, quibus hoc per scripturam Propheticam promissum est, prędicetis, dicentes, quia appropinquabit regnũ cælorum. Et quia difficile est, vt credant, me esse ipsum Dominum Deum visitantẽ oues suas, sicut visitat pastor gregẽ suum, facite quæ dico. Infirmos curate. Mortuos suscitate, Leprosos mundate, Dæmones eijcite. Hæc facite in testimoniũ, vt de visitatione sua gaudeant quidem oues, sint autem hirci inexcusabiles. In his autem omnibus aliena sit intẽtio cupiditatis ab operatione virtutis. Gratis enim accepistis, & idcirco gratis date. Quis enim vestrum mihi prior dedit, & retribuetur ei? Potestas ista quã de- *1.Cor.4.*
di vobis, non est alicuius dati vestri retributio, sed est omninò spontanea, & gratuita donatio. Non solùm autẽ vos, verumetiam ante vos, & Prophetæ & Patriarchæ, & alij, quicunque dicũt, & veraciter dicunt, de plenitudine eius nos omnes accepimus, quamcunq; operationem virtutum, qualemcunque gratiam acceperunt, gratis acceperunt. Et vos igitur gratis date. Etenim quicunq; gratis nó dederit, non erit, quẽ- *Ioan.1.*
admodũ illi grati & gratiosi. Exempli gratia, quemadmodũ Helisæus, qui Naaman Syro, quẽ à lepra sua mundauerat, dicenti sibi (obsecro) vt accipias benedictionem *4. Reg.5*
à seruo tuo. Viuit (ait) Dominus ante quẽ sto, quia non accipiam. Cùmque vim faceret, penitùs nõ acquieuit, sed erit quemadmodum Giezi, qui dixit: Pepercit Dominus meus Syro isti, vt non acciperet ab eo, quę attulit, viuit dominus, quia currã post eum, & accipiã ab eo aliquid. Cucurrit & accepit, & cùm reuersus esset, lepra Naamã adhæsit ei. *Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris. Non peram in via, neq; duas tunicas, neq; virgã. Dignus est enim operarius cibo suo. In quamcunq; ciuitatem aut castellu intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete, donec exeatis.* Hæc est illa ordinatio Domini, cuius Apostolus, ad Corinthios scribens, ita meminit: Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? Qui altari deseruiũt, cum altari par- *1.Cor.9.*
ticipantur. Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ad quid enim, neq; aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis, neque peram habeant prædicatores Euangelij, nisi quia neq; necesse est, neq; expedit? Seminantes enim sua spiritualia, iure illorũ quibus seminãt metere debent carnalia, secundũ istam sententiã à iustissimo *Quæstio.*
prolatã Domino. Dignus est enim opera- *Marc.6.*
rius cibo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Responsio duplex virgæ, vna regum, alia pastorum.

rius cibo suo. Est autem hic aliquid quærendum, quia cùm apud hunc Euangelistam ita scriptum est, & præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum. Et quidem si vnam tantum virgam sciremus, difficilius ista quæstio solueretur. Nunc autem duæ virgæ sunt, altera Regum gentium alia discipulorum Christi. Virga regũ gentium, virga est dominationis: virga discipulorum Christi, virga dilectionis, virga pastoralis officij, super curam animarum solicite vigilantis. Illa virga, quæ dominationis est, non est concessa ministris Euangelij pacis, & illa interdicitur hic, dicendo,

Luca 22. neque virgam, amplius autem illic: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur, vos autem non sic. Porrò, virgam disciplinæ, virgam pastoralis solicitudinis ac vigilantiæ, non solùm nunquam interdixit, verumetiam ab initio iusserit, ab initio (inquam) id est, ex quo primum Pastores animarum mittere cœpit. Talium nanque primi fuerunt Moyses & Aaron. Illis vtique, quum mitteret eos, non præcepit Do-

Exod. 4. minus, vt quicquam tollerent in via, nisi virgam tantum. Quid est (ait ipse ad Moysen) quod tenes in manu tua? Respondit: Virga, Ait: Proijce eã in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, &c. Et subinde: Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Quid aliud præcepit huic vel fratri eius Aaron, vt tollerent in via, nisi virgam tantum illam? Sic nimirũ Euangelistis omnibus, cunctis euangelij prædicatoribus, nihil aliud præcepit in via sua tollere, nisi vigorem pastoralis curæ, nisi legem vitæ ac disciplinæ, & pro huius rei signo interdum virgam quoque materialem manu gestare. Porrò, virgam dominationis (sicut iam dictum est) apud Euan-

1. Petr. 5. gelistam interdicit. Quod sciens Apostolus Petrus, dicit: neque dominationes in

2. Cor. 1. clero, sed forma facti gregis. Et Paulus ad Corinthios: Parcens, inquit, vobis non veni vltra Corinthum: nó quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Nam fide statis. Quid, si nõ staretis? Vtique tunc in virga venirem ad vos, nunc

1. Cor. 4. autem in spiritu mansuetudinis: Quid igitur Euangelistæ sunt vel erant facturi, si neq; Aurum, neque Argentum possidere concessum est eis, neq; pecuniam in zonis? Ait: Dignus est enim operarius cibo suo. Et continuò subiungit: In quamcunq; ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis, edẽtes & bibentes quæ apud il-

Luca 10. los sũt, sicut Luc. manifestiꝰ meminit. Hac fidutia neq; Aurũ, neq; Argentũ, neque zonas ære fœcundas admittunt, aut admittere debent suo comitatu ministri verbi Domini, quia debitor est illis omnis auditor eiusdẽ verbi Domini, vt illud os impleat cibo corporali, de quo verbum vitæ accepit, qui cibus est spiritualis, vt confidenter dicat: Si nos vobis nostra spiritualia seminauimus, magnũ est, si vestra carnalia metamus? Nunquid aliquem vnquam omnipotentis vernulam verbi spes ista fruſtrauit? Imò & si totus ferè mundus aliquando esuriat, & pane indigeat, iustum illum, cuius in corde domesticum, cuius in ore familiare est Dei verbum, non videbis derelictum: & verum est, quod scriptura dicit, non interficiet Dominus fame animam iusti. Exempli gratia: Cùm Reges & Princi-

3. Reg. 17. pes esurient in Israel, & Helias fortissimus verbi Dei minister supereſſet, nec haberet qui eum pasceret. Recede hinc (ait Dominus) & absconde te in torrente, & ibi de torrente bibes, coruisque præcepi vt pascant te. Rursus cùm post dies siccatus esset torrens, non enim pluerat super terram. Surge (inquit) & vade in Sareptha Sydoniorũ, & manebis ibi, præcepi enim ibi mulieri vidue vt pascat te. Sublata est igitur omnis cupiditatis vel miseræ solicitudinis occasio, vt sit Euangelistarum liber animus, & non ipsi Aurum dominetur, sed ipse auro & omnibus quæ possident homines dominetur, & de omnibus nihil nisi victum & vestitum accipere dignetur. Quomodo autẽ quisquam audeat illis hæc, scilicet, victum & vestitum subtrahere aut inuidere? Reuera nullo modo, nisi semetipsum iudicare velit indignũ æternæ vitæ. Nam hæc est ipsius sententia verbi ministros suos in suum opus emittentis. In quamcunq; ciuitatem aut domum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. *Intrantes autem domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus digna, veniet super illã pax vestra. Si autem non fuerit digna pax vestra ad vos reuertetur. Et quicũq; non receperit vos, neq; audierit sermones vestros exeũtes de domo vel ciuitate, excutite puluerẽ de pedib. vestris. Amen dico vobis. tollerabilius erit terræ Sodomorũ, Gomorrhæorũ in die iudicij quã ciuitati illi.* Hoc est, q̃ gaudere grati, q̃ timere debẽt ingrati. Discernũtur enim grati ab ingratis, recipientes à non recipientib. iudicio mirabili, iudicio terribili. Nã super istos requiescit pax, super illos cælestis, secundum exemplum Sodomorũ & Gomorrhæorum irruit ira. Reuocemus ad memoriam illam in Sodomis rem gestam, & secundum illius similitudinem clarius animaduertere poterimus præsentem rei veritatem. Missi Sodomã venerunt vespere duo Angeli, sedente Loth in forib. ciuitatis. Nõ expectauit ille, videlicet Loth, vt illi hospitiũ postularẽt, aut inter-

Pax super Loth, ira super Sodoma.

Gen. 19.

rem excutite de pedibus vestris, quod eos feciſſe Lucas in actibus Apostolorum manifestissimè meminit. *Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, Cauete autem ab illis hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & synagogis suis flagellabunt vos, et ad Præsides, & ad Reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus.* Propterea supra dixit, & quicunque non receperint vos, quia sciebat quod non essent ab omnibus recipiendi, immò à quam pluribus eijciendi, & ad mortem tradendi. Et ipse quoque primus erat eijciendus & ad mortem tradendus. Quomodo eijcien- *Esai 53.* dus? qualiter tradendus? Sicut ouis (ait Esaias) ad occisionẽ ducetur, & sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Sed & Ioannem Baptistam dicentem, audierant: Ecce agnus Dei, qui *Ioann. 1.* tollit peccata mundi. Multis in locis Euangeliorum, nominibus vtitur huiusmodi scilicet, Pastoris & ouium atq; agnorum, Pastoris non Regis, ouium non militum. Sed & seipsum pastorem, non regem, suos discipulos oues, non milites nuncupans. Quod cùm vbique diligenter animaduertendum sit, illic maximè delectabile est, vbi cùm illi de regio nomine calũnia strueretur dicentibus. Quousq; animã nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palàm. *Ioann. 10.* Christus quippe regiũ est nomen, & hoc idcircò dicebãt, vt in isto nomine captum, possent accusare apud Cæsarem, aut etiam securè inuadere tanquam propter Cæsaris fidelitatem: taliter eua sit sapiens corde, taliter elusit superbos & inuidos mitis & humilis corde. Loquor (ait) vobis, & opera, quę ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me, sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & cętera, vsque. Ego & pater vnum sumus, quod vtique non minus est, quã si palàm dixisset eis, ego sum Christus. Igitur & hic cùm dicit, ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ: & vbicunque se pastorẽ profitetur, suosq; sequaces nũcupat oues, duplicem affert vtilitatem, quia & illos informat ad mansuetudinẽ, vt de & cum omnibus hominibus pacem studeat habere, vt nullam habeant aduersus eum occasionẽ iustæ quærelæ. Exitus probauit, quàm veraciter ob hoc prædictum fuerit. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Vbi enim exequebantur suæ missionis officium, diuersis in locis ab hominibus impijs tanquã oues à lupis inuasi sunt, lacerati sunt: & quum malè tractarentur, non aperuerũt os suũ, inter omnes

Discipuli Christi sicut oues in medio luporum.

Pax Euangelistarum super recipientes eos.

Ephes. 3.

Thren. 4.

Horrẽdum anathema.

aut interrogarent, qui in domo eius essent digni hospitibus tantis, sed obuiam vadens & adorans, obsecrauit, & obsecrando compulit, vt ad eum diuerterent. Et quia ingressus domum, suam fecit conuiuium, coxit azyma, & comederunt, venit super domum illam. Pax eorum, vt dicerent ad eum: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Salua animam tuam, noli respicere post tergũ, &c. Simul hæc dicẽtes, apprehenderunt manũ eius, & manũ vxoris eius, ac duarũ filiarũ eius eo quod parceret Dominus illi, & eduxerunt eũ, posuerunt q̃; extra ciuitatem. Ita super eum pax quædam requieuit', super Sodomã autẽ & Gomorrhã ira venit, scilicet ignis, Ignis & sulphuris pluuia, quæ illos subuertit. Iuxta hanc similitudinem si fuerit domus digna (inquit Dominus) Euangelistis suis, super eos veniet pax vestra: si autem nõ fuerit digna, euntes (ait) excutite puluerem de pedibus vestris, & tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhęorum in die iudicij q̃ ciuitati illi. Vt dictum, ita & factũ est. Etenim super Ecclesiam gentiũ, quæ Apostolos Christi recepit, & alacriter (vt dignum erat) respondit dicentibus: Pax huic domui, pax Apostolica, pax ipse Christus, quemadmodum dicunt, ipse est pax nostra, venit & requieuit. Illi autem ciuitati terrenæ Hierusalem, imò Sodomæ atque Gomorrhæ, quæ pacem istam non recepit, nec solùm non recepit, verumetiam crucifixit, qualiter iã acciderit, totus orbis audiuit, & in die iudicij nullũ est dubium, quin iudicandũ sit peccatũ eius intollerabilibus, peccato Sodomorũ, quemadmodum & Hiere. in lamentationibus dicit: Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non cœperunt in ea manus. Quid enim de illa Sodoma dictum est, & non cœperunt in ea domus, nisi quia voluerunt quidem illudere viros Sodomitę, qui introierant ad Loth, sed in ea (videlicet Sodoma) nullus fuit, cuius manus caderẽt, sed manus eorum viros illos non cœperunt. At illa quã dicit idem Propheta filiam populi sui, Dominum ipsum & armis circumdedit, & manibus cœpit, atque comprehendit, illusit, conspuit, flagellauit, crucifixit, occidit. Rectissimè igitur tollerabilius erit in die iudicij Sodomæ & Gomorrhę, quàm ciuitati illi & omni genti, quæ secundum exemplum illius missos ad se ministros salutis non recepit. Et nota vehementiam separationis, & horrendi anathematis, in eo quod dicit, exeũtes de domo vel ciuitate illa, etiam pulue-

Universidad de Deusto Biblioteca

& apud oēs ita prudentes ſicut ſerpentes, ita ſimplices ſicut columbæ. In quo prudē tes ſicut ſerpentes? In eo nimirum, quod cùm flagellarentur, occiderentur, lapidarentur, & de ciuitate in ciuitatem diſpellerentur, cautiſsimè ac vigilantiſsimè, agebant, atque patiebantur, tradentes quidē lupis rapacibus corpora ſua, cuſtodientes autem Deo Creatori ſuo corda ſua, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, qui dùm percutitur, totum percutienti obijcit corpus, maximè pro capite ſolicitus, vt quoniā vulneribus carere non poteſt, ſaltem caput in quo ſibi vita eſt, vtcunq; protegatur. Nón ne caput huiſcemodi ouiū eſt Agnus Dei Chriſtus? Pro quo dum corpora ſua tradunt ad ſupplicia & diſpendium vitæ præſentis ſuſtinent, vt Chriſtū lucrentur, profectò prudentes ſicut ſerpentes inueniuntur. In quo autem ſimplices ſicut columbæ? In eo videlicet, quod nihil eorum faciūt, quæ corui ſolent facere: corui, inquā, id eſt, homines mali, rapaces, cupidi, pro mundo vel pro his quæ mundi ſunt, litigātes, inuicem mordentes, inuicem laniantes. Ita fit, vt dum nihil rapiunt, nullius rē concupiſcunt, & omnia innocenter aſpiciunt oculis ſimplicibus, oculis columbarum, nec ſolū non rapiunt, verumetiam de relinquunt, dando in vſus pauperum, quēadmodum oues & lac ſuum & lanam ſuam capientibus non contradicunt, & inſuper corpora ſua percutientibus exponunt, ſolum cuſtodientes caput ſuum Chriſtum. Ita (inquam) fit, vt & Lupis & Leonibus & Vrſis nulla ſit occaſio porrecta lacerandi eos, flagellandi eos, occidendi, & de ciuitate in ciuitatem perſequendi eos. Cauete enim ab hominibus. Tradent enim vos in cōcilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides & ad reges ducemini propter me, in teſtimonium illis & gentibus. Hic eſt effectꝰ ſimilitudinis ſerpentiū, quē dixit: Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, ſcilicet cauete ab hominibus, vt ſubaudias vel ſubintelligas ne homines percutiant caput, totumque obducite, & percutiendum exponite corpus, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, de quo iam ſupra dictum eſt. Nam hoc eſt cauere ab hominib. ſcilicet intentos eſſe & valdè ſolicitos, ne fiat quod homines moliuntur, ne vos aut terroribus concutiant, aut blandimentis ſeducant, vt negligatis, metu mortis, Chriſtū qui eſt caput veſtrum. Terribile valdè eſt, ſi ritè perpendas, quod cùm dixiſſet, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad Prę ſides & ad Reges ducemini propter me, ad didit, in teſtimonium illis & gentib. Cuiuſ nam rei in teſtimonium? & quo in tempore reuelandum eſt teſtimonium? Nimirū in die iudicij, quando faciendum erit, vt (quemadmodum ſupra dixit) tollerabilius ſit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum quàm illi ciuitati, quæ vos (inquit) non receperit. Quale enim erit in illa die huiuſmodi teſtimonium contra ſe videre, vt non ſe poſsint excuſare & dicere: Domine, quando miſiſti nuncios tuos ad nos, qui prænunciarent de iudicio iſto, & non recepimus eos? Diceret enim illis Rex ſedens ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: Amen dico vobis, ecce iſti ſunt quos miſi ego in medio veſtrū, ſicut oues in medio luporum, & ecce cicatrices flagellorum, quibus flagellaſtis eos in ſynagogis veſtris: immò ecce ſigna clauorum in manibus & pedibus meis, quibus me confixiſtis. Vnde & nunc ſcio reprobare malum & eligere bonum, certum habens tam ex meipſo, quàm ex iſtis, quos ſicut me & propter me occidiſtis & perſecuti eſtis, contra vos teſtimonium, atque inde eſt irreprehenſibile iudicium.

Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.

Simplices ſicut columbæ.

Quid eſt cauere ab hominibus.

In teſtimonium illis et gentibus.

Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Sicut cauere ab hominibus, vt ſupra dixit, prudentię ſerpentinæ eſt, ita quod nunc dicit, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, ſimplicitatis eſt columbinæ. Simplicitas eiuſmodi ſocia eſt veritatis angulum non quærentis, dum foris pulſata quæſtionib. ſtatim reſpicit intus, nec aliud ſcit aut vult eloqui, niſi quod in conſcientiæ ſuæ libro ſcriptum inuenit, ſcribēte (id eſt, ſuggerēte) Spiritu Dei, qui & ipſe ob ſignificādam ſimplicem ſuimet veritatē ſuper Dominum noſtrum in ſpecie columbæ apparuit. Simile quid & nobis agendum eſt tanquam ſi hic idem optimus informator dicat nobis. Cùm autem acceditis ad tractandū verbū Dei, nolite præcogitare qualib. verborū phaleris ſanctæ ſcripturæ ſenſum exornetis, dabuntur enim vobis verba ſpōtè venientia, de Spiritu Patris veſtri, quæ vtique quanto magis ſponte veniēt, tanto & vobis minus fatigationis, & audientibus ſiue legētibus plus afferent delectationis. O quam dulce, quā præclarum eſt, ea quæ loquimur aut ſcribimus, talia eſſe, vt ea prudens auditor ſiue beneuolus lector, ne quaquam dignetur aſſcribere nobis, dicat que, non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. *Tradet autem Frater fratrem in mortem, & Pater filium. Et conſurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui aūt perſeuerauerit vſque ad finē hic ſaluus erit.* Sicut hic audiuimus prædictū, ita & vidimus factum, vt confidenter dicamus: Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini vir-

Luc. 3.

Ioan. 1.

Abſq; phaleris verborum tractanda ſcriptura.

Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.

tutum. Nam quod præmiſit illic, ibi dolores vt parturientis, maximè ſanctos martyres reſpicit, quorū dolores fuēre nō parui, tunc præcipuè, quādo Frater fratrē, & Pater filium in mortem tradidit, & filij in parentes conſurrexerunt, & morte eos affecerunt propter nomen Chriſti. Reuera ibi dolores magni, veruntamen nō qualeſcunq;, ſed vt parturientis. Nā qui perſeuerat vſq; in finem, ait, hic ſaluus erit, & ſaluus ſic eum faciet dolorem omnium obliuiſci, ſicut filius natus, mulierem quæ peperit. Cùm enim pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Magnus igitur etiam in doloribus iſtis Dominus & laudabilis nimis, magna gloria & magnus honor huius filij hominis: quia ſicut de ſe ipſo Spiritus S. prædixerat. De torrente in via bibit, ꝓpterea exaltabit caput, ita & ipſe ſuis prędicit futuris militib. ꝙ bibituri ſint ſimiliter, propinantibus cognatis & amicis & parentibus, & propterea ſuum in ſalutem debeant exaltare caput. Quid ſi non valeant aliqui teneriores eiuſmodi ſuſtinere dolores? Ait: *Si autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec Regnū Dei veniat.* O ergo quiſquis es & prudens & ſimplex Prædicator ſiue Auditor Euangelij, prudens vt Serpens, ſimplex vt Columba, non ſic præſumas de Spiritu fortitudinis, vt obliuiſcaris huiuſce conſilij. Vnde enim ſcis, vtrum verè habeas ſpiritum fortitudinis? immò vnde ſcis, vtrum amore an odio dignus ſis? Non ergo nimis citò temetipſum præcipites in caminum tentationis, ſed timens ne fortè martyrio dignus non ſis, cùm te perſecuti fuerint in vna ciuitate, fuge in aliam, quia non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei, & iuſtius neceſsitas quàm voluntas coronā parit. Verūtamen ſi expertus veraciter, quod donum vel gratiam habeas ſupernæ fortitudinis & hoc tibi Spiritus S. aliquo modo reuelauit, pulchrum eſt, laudabile eſt, vt vexillum crucis vltro arripias, & percurrens contra hoſtem in procinctu fidei, confirmes infirmos, & ſperandæ à Deo fortitudinis exemplum illis præbeas. Alioquì tutius eſt, vt fugias in ſpiritu humilitatis, in ſpiritu timoris Domini: quia Petrum quoque Apoſtolorum principem, cū ſibi videretur fortis, ancilla oſtiaria terruit. Fortè dicis: Quo fugiam? Quam ciuitatem adeā? Nunquid nobis fugientibus multæ aperiētur ciuitates? Ad hæc ille: Amen dico vobis non conſummabitis ciuitates Iſrael do nec regnum Dei veniat. Ac ſi dicat: Hactenus paucæ fuerunt ciuitates Iſrael, ita vt cūctas olim vna poſsideret mulier Iezabel, quæ regnauit in Sammaria cū filia ſua Athalia impijſsima, quæ regnauit in Hieruſalem. Tunc ita paucæ fuerunt ciuitates in Iſrael, vt cùm occiderentur Prophetæ in vna ciuitate, non haberent aliā in quam fugerent, ſed circuibant in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtati, afflicti, niſi quod Abdias, ſecundum nomen ſuum Seruus Domini, pauit ex eis centum viros, quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis. At nunc tot erunt ciuitates Iſrael, tot erunt per orbem terrarum. Ciuitates ſiue Eccleſiæ meo nomini dicatæ, qui ſum verus Iſrael, Ciuitates hoſpitales, Eccleſiæ pauperum, fidelium ſuſceptrices, vt non poſsit quiuis conſummare illas, donec Regnum Dei veniat. Nemo quippè tam diu in iſta peregrinatione viuit aut viuet, vt fugiendo pertranſire poſsit omnes, quæ in me crediturę ſunt, ciuitates, tales fugitiuos libenter ſuſcipientes, conſolantes, honorificantes, & me in illis ſe recipere non vane exiſtimantes. *Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum, ne Seruus ſuper Dominum ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut Magiſter eius, & Seruus ſicut Dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quāto magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos.* Quo reſpectu vel qua intentiōe dixerit, non eſt Diſcipulus ſuper Magiſtrum, nec Seruus ſuper Dominum ſuum, ſufficit diſcipulo vt ſit ſicut Magiſter eius, & ſeruus ſicut dominus eius: manifeſtat, ſubdendo, ſi patrē familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius? Sufficientia hæc cunctos diſcipulos veritatis, omnes ſeruos altiſsimi ſuauiſsimè cōſolatur, dū tradūtur in cōcilijs, dū flagellātur in ſynagogis, dū ducūtur ad Reges & Preſides, & odio ſunt omnibus & morte afficiuntur propter nomē Domini. Amplius quęrere nō debet, ne fortè fiat diſcipulus contrarius magiſtro, aut ſeruus in cōtrariū diſsimilis domino ſuo, quia nil magis contrariū, q̄ vt diſcipulus ſuperior magiſtro, ſeruus maior domino ſuo, quod eſt velle ab hominib. glorificari, & beneficum vocari, cùm ille tantus Dominus ab hominib. reprobatus, & Beelzebub vocatus fuerit, velle per delicias in regnum Dei, cùm ille magiſter humilitatis per mortem, mortem autem crucis, in regnum ſuum peruenerit. Hoc ſibimet ſufficere iudicet perfectus diſcipulus & fidelis ſeruus, vt ſit ſicut magiſter & dominus ſuus: qui inde magiſter, quod homo: inde dominus, quod Deus eſt. Et ſecūdum hoc iudicium reſpondeat aduerſario, ſi fortè inſultans in tribulatione dixerit, vbi eſt Deus tuus, aut certè non curat de te Deus tuus. Ne ergo timueritis eos. *Nihil enim operti quod nō reuelabitur, & occultum quod nō ſcietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod*

Dolores vt parturientis in martyribus.

Pſal. 47. Ioan. 16.

Pſal. 109.

In perſecutionibus nō occurrēdū ſed fugiendum eſt.

Eccl. 9. Rom. 9.

Matth. 26.

3. Reg. 18.

Conſolatio ſeruorum Chriſti.

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.

Ne ergo timueritis eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aure audiuis, prædicate super tecta. Ne(inquit) timueritis eos, ne timueritis eorũ iudiciũ malè de vobis iudicantium, dum odio vos habent propter nomen meum, & eijciunt nomen vestrum tanquam malum. Quid autem esset timere eos siue iudicium eorũ, nisi sperare de prouidentia Dei, quod nõ curet aut non dignetur respondere pro humilibus seruis suis, & bonæ illorum cõsciẽtiæ verum perhibere testimonium? Timore huiusmodi omninò ne timueritis eos.

1. Cor. 4. Nihil enim opertum, quod non sciatur. Veniet Dominus (inquit Apostolus) qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Nam de malis quidẽ electorum actibus nonnihil opertum, nõ

Psal. 31. Sap. 11. nihil remanebit occultum, quum scriptũ sit: Beati quorum remissi sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et sapientia dicat Deo: Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Quo dicto satis innuit misericordem Deum velle aliquid de peccatis nostris sibimetipsi quodammodo esse occultũ, sed de bonis cuiusque actibus, siue de conscientijs bonorum hominum, quas ignorantes homines, plerunque de bonis malè sentiunt, & indiscretum super eos præcipitant, iudicium, de bonis (inquam) nihil omninò est opertum q̃ non reuelabitur, & occultum quod non scietur. O quanta in præsenti quoque vita reuelauit, & scire fecit Deus circa suos electos, etiam ipsis nolentibus, dum propter humilitatis custodiã semetipsos abscondunt, & opera sua videri cauent ab hominib. Nouit ipse quos quomodo & quorum propter vtilitatem oporteat reuelari vel sciri etiam nunc, ante illam illumina-

1. Cor. 4. tionem siue manifestationem vniuersalẽ, quam Apostolus (vt iam dictum est) expectandam pronunciauit: nolite (inquiẽs) ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Beatum Iob reuelatum esse & scire

Iob. 1. voluit, quàm esset simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo: & sanctos innumerabiles, qui per humilitatem apud semetipsos latere voluissent, non solùm cognosci fecit ex operibus bonis, verumetiam nonnunquam verbis ipsorum secreta cordis eorum vtiliter reuelauit, vt face-

Quod dico vobis in tenebris, scilicet per reuelationẽ. rent quod hic cõtinuò subiectũ est. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Quid enim ipse dicit in tenebris, & quid in aure loquitur verbum Dei, Deus ipse Iesus Christus, nisi reuelationes Dei quas in occulto quasi in tenebris, vbi homines nõ vident, quando vult & prout vult, per spiritum sanctum immittit? Et hoc bonum quidem per humilitatem abscondere, & occultũ tenere, videlicet quando, & quomodo gratiam, qua illustratus est, quis acceperit, optimum autem reuelare pro gloria & honore Dei, dum vtilitatis causa exposcit, aut iusta necessitas exigit. Nam exempli gratia, nullatenus quisquam tam vtiliter secretum Dei donum qualiter acceperit, silentio præmit, quam vtiliter Paulus vas electionis prædicauit, scribens Corinthijs inter cætera de semetipso, quod vsque ad tertium cælũ siue in paradysum raptus, audisset arcana verba, quæ non licet homini loqui. Nónne talia scribens dixit in lumine, quod sibi dictum fuit in tenebris: & quod in aure audierat, super tecta prædicauit? Nempè & si non omnia dixit aut scripsit, quæ in cælo illo tertio in illo paradyso audiuit, quoniam audiui (inquit) arcana verba, quæ non licet homini loqui, attamen hoc ipsum quod illuc vsq; raptus est, rectè in tenebris dictum, & in aure auditum rectè animaduertis, quia raptum eum illuc fuisse, & arcana verba audisse nullus mortalium vidit, nullus audiuit, neque audire poterat, nisi de semet ipso enunciasset ipse qui vidit & audiuit. Ecce ergo dixit in lumine, quod sibi dictũ est in tenebris, & prædicauit super tecta, q̃ in aure audiuit. Imitantur autem illum, quicunque prædicant gratiam sibi datam, exigẽte causa iustę necessitatis, procul absente vento miseræ vanitatis *Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.* Hic rectè dicat quis: Da domine quod iubes, & iube quod vis. Ecce iubes vt non timeamus eos qui occidunt corpus, & ratio consentit eũ potius esse timendum, qui potest & animã & corpus perdere in gehennam. Sed quæ caro non timeat occidi? Petrus Apostolorum primus timuit, & mori timens, vitam negauit. Cur hoc, nisi nondum illi dederas vt non timeret? qui nisi feras vt non timeret? Post quam illi dedisti, potuit facere quod iussisti. Esto igitur fortitudo nostra, & fac in nobis quod tu non facere vis. Veruntamen hoc primum debet scire fides, q̃ docendo iubes, & iubendo doces: & deinde spes orare, charitas impetrare vt des ipse quod iubes. Oportet autem sicut veram fidem, ita & firmam habere spem, vt non putet quisquã quamuis exiguus, qui ab altissimo non sit requirendus, eo qui paruus sibi videatur & abiectus, cũ scriptũ sit: Quam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorẽ pauperum. Item: Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum nõ peribit

Reuelationes Pauli. 2. Cor. 12.

Officiũ fidei, spei & charitatis.

peribit in fine. Sequitur ergo: *Nónne duo passeres asse veneunt? & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos.* Ecce quã fortiter humilitati huic maiestas veritatis occurrit. Nõ

Psal. 9. né (inquit) duo passeres asse veneunt? Vera propositio, quia & verè omnibus notũ est, quia duo passeres pro vili dantur pretio, & longè viliores sunt corpore & anima, quibus ex duobus consistit siue subsistit vnus rationalis homo, & vnus ex illis (inquit) non cadet super terram sine patre vestro. Assume & hoc, quicunque es vel esse cupis discipulus tanti magistri. Sed for

Obiectio. tè titubas & dicis: Quomodo vnus passer sine patre nostro in terram non cadit, cùm nec de boue, qui vtique maior est passere, Deo cura non sit? Denique Apostolus cũ

1. Cor. 9. Deut. 26. dixisset, scribens Corinthijs. Scriptum est enim in lege Moysi: non alligabis os boui trituranti, protinus ait: Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos hæc dicit? Vtique propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi, &c. Quomodo ergo vnus ex passeribus non cadit in terrã sine patre vestro, si nec de bobus tanto maioribus, quã sunt passeres, cura est Deo?

Solutio. Ad hæc inquam: Apostolus de lege scripta loquebatur, & hic eius sensus, qui nõ fuisset Deo cura, vt de bobus irrationalibus

Psal. 135. 103. lex scriberetur. Porrò hic filius Dei de prouidentia Dei loquitur, qui ipse prouiderit, vnde & quomodo det escam omni carni, vt non solùm educat de terra panem homini, verumetiam animantibus terræ &

Psal. 146. volucribus cæli escam prouideat competentem illis, iuxta illud Dauidicum: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocãtibus eum. Proinde assume & hoc: & vnus ex illis non cadit super terram sine patre vestro, simulq̃ que quod subiungit, vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt, quia videlicet Christiana fides expescit, vt non dubites resurrectionem futuram, non solùm cum omnib. membris corporis, verumetiã & cum palpebris siue supercilijs, & cum omnibus capillis suis. Cùm hoc vt Christianus homo assumpseris, statim fortissimo syllogismo suauiter stringeris, inferente illo: Nolite ergo timere, multis passeribus melioris estis vos. Melioris (inquam) id est, maioris pretij estis vos. Ratiõalis enim creatura est homo, & vita eius longiturnior est præsenti seculo, quia non moritur homo, sed solùm corpus & ipsum resurrecturum, ac sine fine cum anima semper victurum est. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, cõfitebor & ego eum corã patre meo qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est.* Ergo (inquit) quoniam vnus homo multis passeribus melioris est, vos non dubitantes curam de vobis esse Deo, nolite (vt iam dictum est) timere eos qui occidunt corpus, sed confitemini me coram vestris interfectoribus: quia tale iudiciũ erit super hoc, vt qui me confessus fuerit, ego confitear eum: & qui me negauerit, negam & ego eum coram patre meo. Profectò gloria erit ei, quem talis in illa die confitebitur: confusio autem illi, quem negabit, siue confundetur, quod apud alium Euangelistam legimus, id est, erubescet confiteri quod suus sit. Quod huius rei Apostolus magnificè meminit, di

Hebr. 11. cens ad Hebræos de sanctis patribus: Ideò non confunditur Deus, vocari eorũ deus, videlicet quia confessi sunt quod peregrini & hospites essent super terram, manentem hic non habentes ciuitatem, & meliorem appetentes, id est, cælestem. Profectò dum de illis negatur, simul de oppositis, id est, de infidelibus affirmatur, quia confundetur Deus vocari eorum deus. Et væ illis, quorum Deus esse, quos confiteri & saluare ipse, saluo honore suo, nõ poterit. *Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis, domestici eius.* Cùm dicit, Nolite arbitrari qui venerim mittere pacẽ, subaudiendum est, quo-

Duplex pax, vna mundi, altera Dei. modo mundus dat, qualem mundus pacẽ mittit qualem requirit. Nam & alibi cùm

Ioan. 14. dixisset: Pacem relinquo vobis, pacẽ meã do vobis, protinus ait: Non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Est ergo pax mundi, quã iste Dominus & princeps pacis mittere non venit. Est enim illa contraria paci Dei, de qua Apostolus ad Galatas: Fructus au-

Galat. 5. Philip. 4. Esa. 9. Colloss. 1. Ephe. 2. tẽ spiritus est, Charitas, Gaudiũ, Pax. Itẽ: Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Huius pacis princeps ipse est, & hanc mittere venit, primo pacificans per suum sanguinem omnia, quæ in cælis, & quæ in terra sunt, & deinde euangelizans (ait Apostolus) pacem vobis, qui longè fuistis, & pacẽ his qui propè sunt. Pax ista remissio peccatorũ est, sed mundus in maligno positus, istam non quærit, sed qualem tũc habebat illa vallis visionis, scilicet Hierusalem, cui dicebat iste pacificus verus: Et

Luc. 19. Esa. 22. quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi. Hæc Pax erat, & hoc Gaudium & hæc lætitia (ait Esaias in onere eiusdem vallis visionis) occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Non (inquit) veni mittere pacem eiusmodi, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

di, sed gladium, id est, separationem filiorum pacis Dei, à filijs illius non pacis, sed iniquitatis, quemadmodum ibidem continuò subiunctum est: Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus exercituum. Quis nescit, quis non audiuit, persæpè factum esse vel fieri, quod hic se facturum prædixit, veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suam. Simulque nota quam pulchrè, quã conuenienter discipulos suos ad Propheticam authoritatẽ mittit, vt cognoscant, quàm antiqua veritatis huius constantia sit, dicendo & inimici hominis, domestici eius. Sic enim in Michea prædictum fuerat. Nolite credere amico, & nolite confidere in Duce. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custode claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, Filia consurgit aduersus Matrem suã, Nurus contra Socrum suam, inimici hominis domestici eius. Commemorando hanc vltimam Prophetiæ sententiã, & inimici hominis domestici eius, profectò Prophetiã ipsam pulchrè innuit testimonium ferre dictis suis, nec posse aliter scripturas simpleri, nisi faciat ipse quemadmodum dicit, nõ pacem, sed gladium mittere veni. Et quidẽ sunt aliæ quoq; affinitates, quos interdiudit gladius Euãgelij, sed ex multis istę duę sufficiunt, quarum altera, scilicet hominis & patris sui de maioribus: altera, videlicet Socrus & Nurus suæ, de minoribus affinitatibus est, adeõ vt rara inter socrum & nurum concordia sit. Vnde apud Comicum quendam socrus, dum apud nurum suspectam se huius vitij persentiret, seque excusare intenderet: Non (inquit) facile est excusatu. Ita animum induxerunt, Socrus omnes esse iniquas. Dum ergo dicit veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrũ suam, idẽ est ac dicat. Omnes omninò tam maiores quàm minores affinitates separare veni demonstrando rumpendam esse pacem malam, & tolerandam carnis discordiã propter Dei concordiam. *Qui amat patrem aut matrem plus quã me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui nõ accipit crucem suam & sequitur me, nõ est me dignus.* Ecce gladius separantis, ecce separatio propinquitatis. Ecce diuisio, quæ vnũ eundẽque hominem contra semetipsum diuidit. non est me dignus (ait) qui patrem aut matrem, qui filium aut filiam diligit plus quã me, non est me dignus, qui non crucem suã accipit vt sequatur me. Hoc verbum iudicantis, gladius est separantis. Quis enim habens cor carneum, quis non habens cor lapideum, æquanimiter audire patitur, non est me dignus? Valeat potius pater siue mater, valeat potius filius siue filia, dispereat potius ipsa caro siue præsens vita (ait quisque sensatus auditor huius verbi) quã ego ô Christe dignus te non sim. Itaque omnẽ propinquum & omnẽ amicum relinquit, & semetipsum contemnit, vbi nihil horum se posse retinere perpendit, salua dignitate discipulatus Christi. Nunquid mandatum hoc nouum est? Nónne est mandatum vetus, quod ab initio audiuimus? Ait enim Moyses in benedictione Leui: Qui dixerit patri suo & matri suæ nescio vos: & fratribus suis, ignoro vos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum & pactũ tuũ seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel. Ponent thymiama in furore suo, & holocaustum super altare tuũ. Quod deinde sequitur, benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe: rectè de fortitudine ista intelligas, quæ hic exigitur, dicendo. Et qui nõ accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Accipere nanque crucem & sequi Christũ siue in persecutione tradẽdo corpus suũ ad supplicia propter Deũ, siue in pace frangẽdo desideria carnis, seu propter metum gehennæ, siue propter vitæ æternæ desiderium, fortitudo magna & opus est magnum, fortitudo benedicenda, opus acceptione Domini dignũ. Qui hoc non facit, non solùm gloriam non amittit, verumetiam pœnam incurrit. Sequitur enim: *Qui inuenit animam suam, perdet eam.* Quis. uenire animam est qui inuenit animam suam, nisi qui mam suã non vult tollere crucem suam, ne non suauiter transigat præsentem vitam? De illo qui in persecutiõe ita inuenit animam suã, vt Christo negato, lucrũ istud faciat, quatenus in corpore retineat, quam persecutoris gladius extrudere poterat, animam, ex abundanti est astruere, quod æterna perditione perdat illam. Et econuerso: *Qui perdiderit*, ait, *animam suam propter me, inuenet eam.* Non indiget Christiana fides assertione illa, vt demonstretur sibi verã hanc esse sententiam, quia valdè certum est, quod pius martyr perdens animam suam, in fasciculo viuentium custoditam inueniet eam. Quid tandem supereſt pupillis & orphanis istis, cùm propter Euangelium patrem aut matrem amiserint: siue orbatis istis, cũ filium vel filiam propter Christum dereliquerint? Quid (inquam) nisi vt Christus ipse solicitus sit pro illis? Non enim fallitur quisque talium, cùm in Psalmo dicit: Ego autem mẽdicus sum & pauper, Dominus solicitus est mei. Nónne hic protinus adsunt verba illius solicitudinis? Sequitur enim: *Qui recipit vos, me recipit. Et qui me recipit, recipit eũ qui me misit. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ mercedem Prophetæ accipiet. Et qui recipit iu-*

Inimici hominis domestici eius. Mich. 7.

In Hecyra Terentiana

Mandatũ antiquũ de patre et matre filijs quẽ reliquendũ. Deut. 33.

Quid est uenire animam suã.

Solicitus est Dominus suorũ.

Psal. 38.

pit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Et quicũq; dederit potũ vni ex mininis istis calicẽ aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedẽ suam. Quantos putas futuros esse sciebat, qui ipsum recipere cuperent, qui mercedẽ Prophetarũ atq; iustorũ accipere optarent? Multos ergo receptores solicitus Dominus, hoc dicendo, præparabat illis, quos videbat patrem aut matrem amissuros causa sui, quatenus posset quisque illorum etiam hoc dicere. Quomodo pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus aũt assumpsit me. Vt dictum ita videmus & factũ, quia plures sunt receptores talium, scilicet Prophetarũ & iustorũ, quos patres & matres dereliquerũt, q̃ vt vincãtur multitudine eorũ. Nã vt taceam de cæteris recipiendi modis, tot cœnobia, tot xenodochia receptioni eorum præparauerũt, vt deficientibus iustis eiusmodi, in quib. fatetur Christus se recipi, plerisq; in locis res siue fundi pro talib. Deo oblati, ad vsus secularium patres & matres, filios & filias habentiũ, & Christũ nõ sequentiũ, magna ex parte redierint. Nunc ipsa verba perpẽde: Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Hoc ipsum apud aliũ euangelistã hoc modo edicit: Amen amẽ dico vobis, q̃ accipit si quẽ misero, me accipit. Qui aũt me accipit, accipit eũ qui me misit. Ergo veri ad oratores non superfluè agunt, quando superuenientes hospites ita suscipiunt, vt ꝓ ipsis in terrã adorẽt. Christus enim in eis adoratur, q̃ & suscipitur. Christus enim in eis adoratur, qui & suscipitur. Dicã adhuc: Deus & pater Domini nostri Iesu Christi & spiritus S. in eis adoratur, qui & suscipitur. Nã cùm dixisset, qui recipit vos, me recipit, ne quẽ fortè cogitatio sua illo tẽpore pulsaret, discens, quid magnũ est istum recipi, hominẽ mortalẽ, qui & iniurijs affici possit & crucifigi? protinus addidit: Et q̃ me recipit, recipit eum qui me misit. Et quis est qui istũ misit, nisi Deus pater & spiritus S. Licet enim istud apud nos testimonio iam penè non indigeat, sic ipse in Esa. loquitur: Accedite ad me, & audite hoc. Nõ à principio in absconditio locutus sum, ex tẽpore ante quam fierẽt, ibi erã. Et nunc Dominus Deus misit me & spiritus eius. Quod idem est ac si diceret: In principio Deus eram, & hominibus loquẽs nõ in absconditio, sed magnis cum signis & prodigijs venturũ me testificatus sum, & ego qui loquebar, quiq; ibi eram, scilicet apud Deum, ecce adsum, factus homo, mittente Domino patre meo, mittente & cooperante per vterum virginis spiritu S. Igitur in illis qui mittũntur rectè ipse, qui mittit eos, Deus adoratur. Nunquid aũt hoc sine exemplo vel autoritate antiqua facimus? Aut nunquid hoc facientes, tanquã creaturam adorãtes culpamur? Cùm staret Abraham ad radices Mambræ apparuerunt ei tres viri stantes propter eũ. Quos cũ vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit & dixit: Dñe si inueni gratiã in oculis tuis, &c. Item scriptura dicit. Veneruntq; duo Angeli Sodomã vespere, sedente Loth in forib. ciuitatis. Quos cũ vidisset, surrexit & abijt obuiã eis, adorauitq; pronus in terrã. Nunquid non angelica æquè vt humana substantia creatura est. Sed Deus in illis adorabatur, qui & suscipiebatur. Propter hoc & ille coram tribus adorãs, vni loquebatur: Domine (inquiens) si inueni gratiã in oculis tuis, ne transeas seruum tuũ, & iste corã duob. adorans, quæso Domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiã coram te, &c. Quæ tandem pro hac receptione merces erit? Ait: Qui recipit prophetã in nomine ꝓphetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Ergo & Deus qui recipitur, & eius qui recipit, vna eademq; merces erit. Non enim dixit mercedẽ de propheta, siue mercedem de iusto, sed mercedem prophetæ, mercedẽ iusti accipiet. Magna retributio, larga recompensatio. Quænam est merces prophetę siue merces iusti, qui vt prophetaret, siue regnum Dei annũciaret, quiq; iustitiam Dei custodiret, non patrem aut matrẽ, non filium aut filiã plus quàm illos omnes amauit, & tollens crucẽ suam, Christum secutus est non timens perdere animam suam propter iustitiam? Quę (inquam) merces talium, nisi ipsum manifestè videre Christum? Hoc enim pro summa mercede promisit diligentibus se. Qui diligit me (ait) diligetur à patre meo, & ego diligam eũ, & manifestabo ei meipsum. Ogitur receptor prophetæ, acceptor iusti, in nomine prophetæ, in nomine iusti, id est, propter hoc ipsum quo prophetam vel iustum esse animaduertisti, tanta tibi mercede ꝓposita, hilariter age ꝙ agis, bona voluntate porrigis ꝙ porrigis, da ꝙ habes, siue parum, siue multum sit. Nõ enim perdes mercedem tuam, etiamsi non plus quã calicẽ aquæ frigidæ dare possis. Quod si nec illum in tempore possis, saltem voluntas non desit, quia pax in terra hominibus bonæ voluntatis.

Recept acula paupe rum.

Ioan. 13.

Christus, imò tota trinitas adoratur in susceptis hospitibus eius.

Esa. 48.

Quanta merces requipientium hospites Christi.

Ioan. 14.

LIBRI OCTAVI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. IX.

CAPVT XI.

ET factum est, cùm consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis. Transiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorũ. Ioannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus est, an alium expectamus. Ioannes Propheta & plus quam propheta erat, sicut de illo in hac eadẽ lectione Dominus ipse testatus est. Quid (inquit) existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam prophetam. Quis autem prophetatum nesciuit aut tacuit passurum esse Christum? Omnes sciuerunt, omnes prænunciauerunt, & hodie legentibus clarum est, Scripturas eorum ferè per omnẽ seriem significare salutiferum sacrosanctę passionis eius Sacramentum. Hinc Petrus in Actibus Apostolorum: Deus autem qui prænunciauit per os omnium prophetarũ pati Christum suum, impleuit sic. Istud enim ignorare, illorum erat, qui prophetas aut non legerant, aut non intellexerãt. Quomodo ergo saltem propheta, ne dicã plus quã propheta, diceretur aut esset? Cũ per huiusmodi rationẽ adducti, rectè sensserimus, quia Ioannes sicut cætera Christi Sacramenta, ita & hoc ipsum sciebat quod interrogabat, restat vt quæramus, quid interrogauerit dicendo, tu es qui venturus est, an alium expectamus, & quod opus fuerit vt hoc interrogaret missis discipulis duobus. Profectò hoc interrogauit vtrum ipse esset Messias, id est, Christus, qui vtique expectabatur venturus, ita vt mulier quoque Samaritana dixisse legitur: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cùm ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia. Nec mirum quod hic in vna eádemque re circa vnam eandemque personam, præsenti simul & futuro tempore vsus est, dicendo, tu es qui venturus est. Nam & turbæ, quas pauerat de quinque panibus & duobus piscibus, ita dixerunt: Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundũ. Et hic & illic quod dicitur vẽturus, id est, ac si diceretur, de quo scripturæ siue prophetæ testati sunt, quod esses venturus. Hoc igitur (vt iam dictum est) interrogauit, vtrum ipse esset Christus, an alius hoc nomine esset expectandus. Cur autem hoc interrogauit eum, quem ipsum esse, Prophetando, Baptizando, ostendendo, clamauerat? Vtique magnam ob causam, quã Euangelista non præteriuit, præmittendo, cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi. Quidnam sibi vult dictio homini, audisse Ioannem in vinculis opera Christi, & idcircò missis duobus discipulis interrogasse illum interrogatione huiusmodi? Nónne idem Ioannes antequã missus fuisset in carcerẽ, audierat opera Christi, quorum illud pulcherrimum fuit, q̃ inuitatus ad nuptias, aquam in vinum cõuertit? Nónne & vocem audierat patris de cælo super eum dicentis, tu es filius meus in quo mihi benè complacui? Si interrogatione opus erat, cur non illis prioribus signis commonitus interrogauit? Perpendẽda igitur subtilius est causa, quam (vt iam dictum est) Euangelista significauit, præmittendo: Ioannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi. Nimirum hoc vult intelligi, quia cũ opera eius reuera essent opera Christi, id est, talia opera, qualia nemo alius facere potuisset, nisi solus ipse Christus filius Dei: inter ipsa tamen opera, Christum se esse, palã non dicebat, imò & discipulos suos hoc dicere prohibebat. Ex empli gratia: Cũ interrogasset discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis, ac subinde: Vos autẽ quẽ me esse dicitis? Respondente Petro, tu es Christus filius Dei viui, illum quidẽ beatificauit pro cognitione & confessione veritatis, sed prohibuit eos dicere in vulgis, sicut protinus refert Euangelista: Tunc (inquiens) præcepit discipulis suis, ne cui dicerent quod ipse esset Christus. Causam quoque propter quã istud præceperit, ex his quę continuò sequuntur, promptum est agnosci. Exinde (inquit Euangelista) cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Hierosolimam, & multa pati à Senioribus & Scribis & Principibus sacerdotum & occidi & tertia die resurgere. Denique per occasionem, siue acclamationem regij nominis, scilicet Christi, futurum erat vt traderetur gentibus, à Iudæis dicentibus. Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Maximè hanc ob causam ita præcepit. Ergo ne hoc dicimus, quod mortem refugere voluerit, & idcircò mortis occasionem, scilicet regium nomen tacuerit, & discipulis suis, vt de hoc tacerẽt, præcepit? Nequaquam, sed sicut mortem eius oportebat nõ multum differri, ita profectò expediebat non nimis accelerari. Prius oportebat cõdi Euangelium, & tanta fieri

Quæstio super interrogationem Ioannis.
Actor. 3.
Responsio.
Ioan. 4.
Tu es qui vẽturus es?
Ioan. 6.
Causa cur interrogauit.
Ioan. 8.
Matth. 3.
Luc. 3.
Ioan. 19.

ta fieri quãta facta sunt, quorũ pars aliqua conscripta, sufficientibus testimonijs probare posset Christianę fidei sacramentum. Vbi tempus fuit postquam & docuit, & signa sufficientia fecit, tunc (quod valdè notandum est) non solùm neminẽ prohibuit, verumetiam turbam multã & pueros multos admisit sibi ad publicã acclamationem regij nominis, dicẽtes: Osanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Benedictum quod venit regnũ patris nostri Dauid, Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in cælo & gloria in excelsis. Demonstratum est, quia Dominus noster ante tempus suæ passionis licet filium Dei se esse edixerit, & operibus comprobauerit, tamẽ regium nomen quod est Christus, quia nimis inuidiosum foret, non solis Iudæis verumetiam Romanæ potestati, & ipse tacuit, & discipulis suis, vt de hoc tacerent, præcepit. Hoc idcirco demonstrauimus, vt consequenter eluceſcat, qualis esse potuerit solicitudo Ioannis, qui cùm audisset in vinculis opera Christi, mittẽs duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es an alium expectamus? Qualis ergo solicitudo eius fuit? Pro qua re solicitus fuit? Auribus nostris audiuimus, audiendo experti sumus, etiam adhuc dicere Iudæos aduersarios nominis huius. Vos dicitis, discipuli eius dixerunt, ipse tamen non dixit, quod ipse esset Christus, quod ipse esset Messias quem nos expectamus. Putasne quod & discipuli eiusdem Ioannis, qui talia loquebantur? quale est illud: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum, putas ne, inquam, quod aliquãdo etiam istud dixerint: Rabbi, tu illum Christũ esse dixisti, ipse autem Christum se esse, non dicit? Volens igitur ipsius vxore auditum esse, quod Christus ipse esset, & sciens, quia illi fidelis prænet, negare seipsũ non potest, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? *Et respondens Iesus, ait illis: Euntes, renunciate Ioanni, quæ audistis & vidistis: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mũdantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? Harundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Ecce dico vobis & plus quàm prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Diligẽter animaduerte, ô lector siue auditor, qualis, quàm rei vel tempori congrua fuerit responsio hęc. Denique in Malachia, vbi scriptum est illud quod edixit: Ecce ego mitto angelũ meum ante faciem tuam qui prępărabit viam tuã ante te, continuò sequitur: Et statim veniet ad templũ sanctum suum dominator, quem vos quæritis, & angelus testaméti quem vos vultis, Ecce venit, dicit Dominus exercituũ. Fortè optares, ô tu quicunq; es discipulus Ioannis, discipulus gratiæ Domini, nec dum tamen perfectus ad cognoscẽdum, in quo sit constãs illud quod habes in Psalmo toties decantatum: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum: optares (inquam) vt ad interrogationem istam, tu qui venturus es, an alium expectamus, responderet, ego sum, nec alius est expectandus. Esset quippe responsio hæc eloquium castum, argentum verum: sed apud homines non videretur eloquium castum, non æstimaretur argentum igne examinatum: quippe quorum dijudicatio tam est iniqua, vt ipse sciens & prouidens diceret, maximè pro sua persona: Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. Sapiens igitur & ipsa sapientia, inde protulit sue responsionis eloquium castum, vbi nihil est dictũ vel scriptũ, quod non sit argentum igne examinatũ, nec audet dicere quisquam, nisi impius quod nõ sit irrefragabiliter verũ. Nunc igitur quoniam & nos discipuli sumus gratiæ Domini, & Dominus Iesus ad turbas loquitur de Ioanne, Syllogismum amabilem perficiamus: Proponit ipse Christus: Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante faciem tuam. Assumamus nos: Sequitur autem protinus in eodem Propheta: Et statim veniet ad templum sanctum suũ Dominator, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Concludant omnes turbæ Christianorum: Igitur iam non est expectandus alius, certissimè enim iam venit, qui expectabatur venturus Dominator, quem vos quærebatis ô serui Domini: Angelus testamenti quem volebatis ô vos quibus & Temstamẽtum creditum fuit & promissio, eius spem in testamento ipso iste magni consilij angelus confirmauit. Iam (inquam) venit, statim quippe illum secundum veritatem scripturæ venirę oportuit, vbi missus est iste angelus ad hoc destinatus, vt pararet viam ante faciem eius. Si autẽ de facie Dominatoris huius dubitatis & dicitis, vbi est ille, vel quis est ille qui iam venit, si vobis non sufficit index digitus, dicentis: Ecce agnus Dei, accipite aliud Testimonium, quod huic testimonio scripturæ præmisit: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mun-

Malac. 3.
Ibidem.
Psal. 11.
Luc. 4.
Syllogismus ex Prophetа Malachia.
Rom. 3. 9.
Testimonium ex opibus.
Ioann. 1.

mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur. Hoc testimonium operum, quæ vtique sunt opera Christi, quæ Ioannes in vinculis audiuit, qui nemo alius nisi Christus facere potuit, Hoc (inquam) testimonium cum illo testimonio Scripturæ collatum, ad quod misit nos dicendo de Ioanne: Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, non finit ignorare, nisi eum, qui vult istum Iesum à Nazareth, qui putabatur filius Ioseph, illũ esse dominatorem & angelum testamenti, quẽ quærebatis, quem volebatis. Hoc planè Ioannes quondã nesciebat, videlicet quis homo, quali facie vel habitu inter homines ambularet, apud quos siue inter quos nutritus esset is qui rex Christ⁹ dici vel esse deberet, à quo mundũ vniuersum & ipsum Ioannem baptizari oporteret. Sciebat tanquam propheta quod iam venisset, sed nesciebat quisnam vbi nam ille esset, priusquam spiritus sanctus demonstraret eum, descendens sicut Columba, & manens super eum. Hinc ipse dicebat: Et ego nesciebã eum, sed vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Item: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritũ descendentẽ sicut columbã, & manentẽ super eum, hic est qui baptizat in spiritu S. Hoc nimirũ pro synceritate testimonium sui dixit, volens scire auditores, q̃ non pro fauore humano testimoniũ illi perhiberet, testem idoneum esse designans, eum q̃ in testificando nõ personam attendit, sed causam vt ipse, qui in testimonio suo, cũ sciret causam, nondum sciebat personam. Hoc (inquã) nesciebat, & salua propheticę gratię magnitudine, nescire poterat quis homo, quali facie vel habitu esset Messias, id est, Christus, quẽ venisse cõstabat. Sic Samuel sciebat quidẽ de filijs Isai electum iam esse regem, locuto ad se Dño, prouidi enim mihi in filijs eius regẽ, sed quis filiorum eius esset Dei electus, ne sciebat intantum vt diceret viso Heliab: Nunc corã Domino est Christus eius? Similiter in cæteris filijs ita suũ executus est officium, & Domini expectauit iudicium, vt cũ tandem vngeret Dauid, reuera dicere posset, & ego nesciebam eũ. Ecce quod quærebat Ioan. interrogando dicens, tu es qui venturus es. Hoc enim ille fidelis amicus quærebat, hoc intendebat, vt nõ contẽtus filius Dei testimonio Ioan. maiori testimonio manifestaret se testimonio Dei patris sui, quemadmodum apud aliũ Euangelistam ipse dicit Iudæis: Vos misistis ad Ioannem, & ille testimoniũ perhibuit veritati. Ego autem ab homine testimonium non accipio. Item: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim, quæ dedit mihi pater vt perficiam ea, ipsa opera, quæ ego facio, testimoniũ perhibẽt de me, quia pater me misit. Et cætera vsque, scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt, qui testimonium perhibent de me. Quænam sunt opera quæ dedit pater in testimonium huic filio suo Iesu Christo, nisi ista quæ nunc dicit, cæci vident, claudi ambulant, leprosi mũdãtur, surdi audiũt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur? Et quæ vel quales sunt scripturæ, quas scrutari præcipiens, & illæ sunt, inquiens, quæ testimoniũ perhibent de me: nisi quales hic degustare potest in isto capitulo? Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuã, qui præparabit viam tuam ante te: si tamen sequentia perlegas. Ecce igitur, quod cupiebat Ioannes ex ore ipsius auditum esse testimonium maius Ioanne, imò testimonia, de quibus rectè dixerit Psalmista: Mirabilia testimonia tua, ideò scrutata est ea anima mea. Sunt enim duo testimonia hic, alterum mirandorum operum, alterum in declaratione scripturarum. Verè mirabilia testimonia hęc, & ideo scrutari ea debet anima nostra. Primum ita scrutandum est, vt non solummodo respiciemus cæcos illos qui tunc corporaliter illuminati viderunt, claudos illos qui tunc corporaliter ambulauerunt, leprosos illos qui tũc corporaliter mundati sunt, mortuos illos qui tũc corpore resurrexerũt. Ibi namque nõ perfectio sed initiũ erat operũ quę dedit mihi pater, ait, vt perficiam ea. Vbi ergo vel quando perficit ea? Nimirum in morte & resurrectione sua, quando mortem nostrã moriẽdo deuicit, & vitã resurgẽdo reparauit, ita vt iam nõ moriatur, mors illi vltra nõ dominetur, q̃ & de nobis nõ incerti speramus. Et nunc dato spiritu S. perficit opera ista, quia verè cęci vident, claudi ambulant: qui nimirũ cæci, qui claudi, qui leprosi, qui surdi, q̃ mortui, q̃ pauperes nos eram⁹, & hoc nobis multũ debet valere ad testimoniũ huius respondẽtis, p̃ se, quia p̃ fidẽ eius videmus, ambulam⁹, mundati sumus, audimus, à morte peccati innumerabiles secũdum exemplum Marię resurreximus, & ita euangelizati sumus, vt qui pauperes eramus, diuites in verbo & scientia facti sumus. Prout potuit animus fidelis limare atq; pollire conatus est aurum loci p̃sentis, quaten⁹ & intẽtionẽ Ioan. interrogãtis, & maiestatem Christi ad interrogata respõdentis, ex verbis ipsis ô lector siue auditor, splendidius apparentẽ agnoscere possis. Nũc illud nõ præterire libet, quia

Luc. 3. Quo Ioan. reuelatus est Christus

Ioan. 1.

Synceruste stis Ioan. Baptista.

1. Reg. 16.

Maius testimonium Ioan. tũ ex operib. tum ex scripturis de Christo.

Ioan. 5.

Psal. 118.

Opera christi plus spiritualiter quã corporaliter facta respici debent.

Ioan. 4.

Rom. 6.

Luc. 17.

1. Cor. 1.

Apoc. 1.

Quid existis in desertum.

Marc. 1.

Esa. 40.

Ioan. 1.

Matth. 14.

Marc. 16.

Ecclesiastes. 12.

Ioannes Propheta & plus quã propheta.

quia testimonium testi suo Ioanni pulchra vicissitudine reddens iste testis fidelis, valdè congruum secũdum rem ipsam initium sumpsit. Quid (inquit) existis in desertum videre. Sciendũ quippe, quia cùm diceret, tunc neq; Ioannes in deserto, sed in carcere erat, neque Christus ipse in deserto, sed in qualibet ciuitatũ loquebatur ad turbas, de Ioanne. Sic enim præmisũ est, quia præcipiens Apostolis suis duodecim, transijt, vt doceret & p̃dicaret in ciuitatibus eorũ. Ergo ad illũ exitũ turbarũ respexit, & illius exitus turbas memores esse voluit, de quo Marcus ita præscribens, initiũ sancti Euangelij Iesu Christi filij Dei, statim subiũxit, sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuã. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioannes in deserto baptizãs & prędicans baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum. Et egrediebantur ad illũ omnis Iudeę regio, & Hierosolymitæ vniuersi, & baptizabãtur ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua. Memorabiles illos exitus turbarũ ipsa Ioánis verba nobis fecerunt: inter quæ illud maximũ fuit, quod existimãte populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de eo, ne fortè ipse esset Christus, cõfessus est, qa nõ sum ego Christus. Propterea testis iste fidelis, qui testimoniũ redditurus est omnibus in die iudicij, & pro merito suo singulis harundinẽ (inquit) vento agitatã existis videre? Non vtique, quia nõ flexus est, nõ inani gloriæ cessit, & pro nihilo habuit popularem aurã siue ventum tantæ existimationis. Aliud fuit, quod hominibus placere non curans, ipsum Herodẽ arguit, non licet, inquiẽs, tibi habere vxorẽ fratris tui. Propterea subiũxit: Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Non vtique, quia ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regũ sunt: Ioannes aũt non in domo, sed in carcere regis est. Homines mollibus vestiti, id est, adulatores, qui regum suorũ adulãt peccatis, tractabiles atq; suaues dominatoribus tãquam beneficis, cùm sint iniqui, sicut Herodes patrator adulterij, ecce in domibus cõiuij circa latera regalia comedunt & bibunt. Ioannes autem spinosus, & aspero vestitu armatus, ita vt palpari nõ possit, iuxta illud: Verba sapientium, quasi stimuli, & quasi claui, in altum defixi. Hic talis extra cõiuium in carcere clausus est: nec aliter admittitur in illas domus regũ, nisi ita, vt aufferatur caput eius in disco, saltatricis præmiũ, saltationis pretium. Duæ istæ interrogatiões, quibus singulis sine dubio subiungitur, non auditorem attentũ fecerunt ad interrogationem tertiam, cui ipse qui interrogat subiungit hoc etiam modo: Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis, & plusquàm Prophetam. Et ita esse, ratione subiuncta protinus probat. Hic est enim (ait) de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelũ meum ante faciẽ tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Attentis namque auribus hic opus erat, vt audito hoc scripto, non solæ, quæ tunc præsentes aderãt turbæ, verumetiam omnes populi siue gentes, quæ hoc erant auditurę, oculos aperirent, circũspicerent, & perlegẽdo sequẽtia capituli huius, quorum supra iã meminimus, scirent quid vel quantum esset respõsum ad intentionem interrogationis huius, tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et quid vel quantum hoc est? Nimirum hoc tale vel tantum est, ac si diceret: Ioãnes ante faciem meam officium angeli, quod videlicet officium angeli, quantum distet ab officio Prophetæ, debet scriba doctus quærere & proferre de scripturis sanctis. Quibus requisitis, audire & dicere poterit. Angelorũ officium est, non solùm res venturas siue iam instantes pronunciare, verumetiam ad certas mitti personas, per quas oporteat administrari res ipsas, & eorum corda præparare colloquij sui præparatione, qui digni sint operatione diuinitatis, quam oportet fidem, per quam iustus viuit familiariter peruenire. In hoc officio primi, post verbum promissionis, fuerunt illi tres angeli, qui apparẽtes Abrahæ in figura sanctæ trinitatis, hospitio eius fuerunt recepti, loquente in ipsis Domino, ac dicẽte: Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Nouissimus angelorum, qui eiusdem promissionis administratorij fuerũt, Gabriel ad Mariam missus est virginẽ, vt præparabilem eius mentem prępararet annunciatione ista: Ecce cõcipies & paries filium. Porrò Prophetarum officium fuit, promissionem eandem, siue aduentum eius, absque certis pronunciare personis. Exempli gratia: Audite ergo (ait Esaias) domus Dauid: Ecce virgo concipit & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Neque iste, neque quisquam alius Prophetarum, ad certam aliquam personam missus est, vt tale quid euangelizaret, nisi iste plusquàm Propheta Ioannes, qui ad hoc missus est, vt præsentem Christum hominibus digito demonstrans, viam ante faciem eius ipsa demonstratione præpararet. Pro hac excellentia Ioannes plus, quã Propheta, & angelus est. Vnde adhuc testis iste fidelis, Iesus Christus clarissima testificatione intonat. *Amen dico vobis, non surrexit, inter natos mulierũ maior Ioanne Baptista. Qui autem minor*

Malac. 3.

Angelorũ officium.

Gen. 15. 17 Ibidem. 18.

Luc. 1. Prophetarũ officiũ.

Esai 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in regno cælorum, maior est illo. Nota & orbi vniuerso celebris atque clarissima sententia hæc, hoc solo indiget, vt intentio quoque tanti testimonij nota sit, id est, vt sciatur, quæ causa fuerit, vt eò potissimum loco vel tempore de præcursore suo Dominus testimonium proferret tantæ magnitudinis. Quã ergo putamus fuisse causam, nisi magnam humilitatem beatissimi Ioãnis? Ille nanque plus quam propheta, sciés sese non esse seruandum tempori illi, quo palam prædicari deberet mysterium sacrosanctæ incarnationis Iesu Christi filij Dei, hoc ipsum ascribebat suæ indignitati, ita vt diceret, prius quam in carcerem missus fuisset. Qui post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare. Nónne hoc ipsum dicebat apud se, quando tenebatur in vinculis, occidendus, & sic ad tempus illud non peruenturus? Nimirum fidelis amicus sponsi, beatos & omni honore dignos existimabat illos, quibus contingeret calceamenta illa portare, id est, incarnationis illius mysterium tempore opportuno palàm omni mundo prædicare, licet nullus ad plenum, sicuti est, tantæ rei sacramentum potuerit aut posit euoluere: seipsum autem illis beatis longè imparem, longè minorem, propter hoc ipsum, quia morte prœuenien te futurum erat, vt non posset illa calceamenta portantium, hoc euangelium prædi cantium, socius aut viator existere. Consolatum igitur illum existimare consolatione magnificentiæ huius, quia profectò, si non inter natos mulierum, nec inter Apostolos siue Euangelistas, qui vtique nati mulierum sunt, surrexit quisquam maior Ioanne Baptista. Quis tandem ille est minor in regno cælorum, qui maior est illo? Putas ne Angelus minoris meriti, quo omnes angeli, quantumcunq; diuersi sint meriti aut ordinis, maiores sunt eò, quòd ille minimi sit meriti? Sed illum nescimus quis sit. Neq; enim scriptura de eiusmodi quicquam nobis annunciauit. Nunquid verò regnum cælorum de solis angelis, & non etiam de hominibus cõsistit? Solet etiam regnum cælorum Ecclesia præsens intelligi, vt illic: Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Neque enim in illa Ecclesia cælesti scandala erunt, quæ possint auferri. Ergo ne quisquis in isto regno cælorum minimus, vel minimi est meriti, maior Ioãne erat? Nimirum iuxta hunc sensum contraria sententia obueniet, vt consequenter dicat: Inter natos mulierum non surrexit minor Ioanne Baptista. Quærendus est igitur ille minor in regno cælorum, quis sit, & citò inuenietur, quia in veritate ipse est qui hæc loquitur, Christus Iesus filius dei, minor vel minimus omnium nostrum, minor cunctis paruulis, humilior hominib. cunctis, miro modo ministrãs vt minimus, regnans vt maximus, quemadmodum dicit: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Item: Nam quis maior est, qui recúbit aut qui ministrat? Nónne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus, Regnum, ea videlicet dispositione, vt ibi tanto quisq; sit maior, quanto apud se est minor, id est, humilior. Diceret aliquis: Vbi est illud regnum? Aut quãdo veniet illud regnum cælorum? Ait ergo. *A diebus autem Ioannis regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Apud alium Euangelistã interrogatus idẽ Dominus à Pharisæis, quando venit regnũ Dei, dixit eis: Non venit regnum Dei cum obseruatione, neq; dicét ecce hic aut illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Plus aliquid hic dixit, attamen ad idem respicit. Cũ enim prædicaret dicens: Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cælorum, profectò nescientes mysterium regni Dei, sæpe quærebant, sæpius inter se confe rebant, vbinam esset aut quando veniret illud regnũ Dei. Proinde ipse volens eos scire qa regnũ Dei præsentia esset aduẽtus ipsius Regis Christi, & q̃ in illud regnum introire, hoc esset pœnitentiã agere secun dum prædicationẽ vel testimoniũ Ioannis Baptistæ: & illic interrogatus à Pharisæis, dixit: Ecce enim regnũ Dei intra vos est, & hic cogitationib. turbarũ respõdens, à diebus aũt (inquit) Ioannes Bap. regnũ cælorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ac si diceret: Non sicut olim, ita & nunc, regnũ Dei siue regnum cælorum de longinquo venturum expectatur, sed iam venit, iam intra vos est, ita vt appræhendi possit, iamque manu appræhenditur, manu rapitur, vim patiens à violẽtis, id est, à peccatoribus pœnitentib. & hoc à diebus Ioan. Baptistę, nam ante illũ nõ ita erat. Ante eius dies prę nunciabatur, & nondũ venerat. Hoc est q̃ continuò sequitur. *Omnes enim Prophetæ & Lex vsq; ad Ioan. prophetauerũt. Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiẽdi audiat.* Prophetauerũt, id est, vẽturum forè Christũ prænunciauerunt, Ioan. autẽ post omnes illos veniens, non ꝓphetat, vt illi, aut prenũciat, sed digito demonstrat. Statim vt ille venit, venisse cõstat regnum Dei, secundum supra memoratam Prophetica veritatem, vbi præmisso ecce ego mitto Angelũ meum, & præparabit viam ante faciem tuam, continuò sequitur, & statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, & Angelus Testa-

Magna humiltas Ioã.

Ioan. 3.

Matth. 3.

Ille minor in regno cælorũ Christus est.

Matth. 20. Luc. 22.

Luc. 17. Matth. 4.

Regnum Dei intra vos est.

Malac. 3.

Regnũ cælorũ vim patitur.

Testamenti, quem vos vultis. Itaque sicut iam dictum est, omnes Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerũt, subauditur de primo aduentu Christi siue regni Dei, à diebus autem eius vsq; nunc, id est, quàm diu dicitur nunc, siue (vt Apostolus dicit) dum dicitur, hodiè si vocem eius audieritis, scilicet ab illis diebus Ioannis vsq; ad consummationem seculi, iam non prophetatur, aut non prænunciatur, sed præsens adest regnum Dei, & violenti, scilicet peccatores, qui propter peccata sua nihil iuris haberẽt in regno Dei, fortes facti per spiritum humilitatis, qua Moyses homo mortalis volentem irasci Deum, tenere potuit: rapiunt regnum Dei piè violenti, & ipsum regnũ Dei vim patitur, & non quomodocunque, sed libenter patitur vim eiusmodi, & hoc fit vsq; nunc, id est, vsque ad consummationem seculi. Ita se habet res à diebus Ioannis. Et si vultis (ait) recipere, si vultis scripturam siue Prophetiam spiritualem spiritualiter intelligere dicentem: Ecce ego mitto vobis Heliam Prophetam antequã veniat dies Domini magnus & horribilis, & cõuertet cor patrum ad filios, & cor filiorũ ad patres eorum, ne fortè veniam & percutiam terram anathemate. Si (inquam) vultis recipere, ipse est Helias, qui venturus est, id est, de quo legitis quia venturus est. Helias vtique non proprietate personę, sed spiritu & virtute, magnum sacramentum, magnum mysterium. Propterea dicit: Qui habet aures audiendi audiat. Hic iam fortè quærat aliquis, quicunque est ille qui audiuit. Et si in cæteris Ioannes spiritũ & virtutem Heliæ habuit, nónne multum dissimilis venit illi, saltem in zeli magnitudine? Helias namq; zelo zelatus sum, ait pro Domino Deo exercituũ, interfecerat enim gladio Prophetas Baal, quadringentos & quinquaginta viros, & ferro persecutus est impietatẽ regis Achab & vxoris eius Iezabel. Ioannes nihil tale fecit. Nam verè quidẽ sicut de Helia dictum est, ita de Ioanne dicere cõuenit, quia surrexit sicut ignis, & verbum ipsius quasi fax ardebat. Verbi gratia, vt diceret: Gemmina viperarũ, quis ostendit vobis fugere à ventura ira, facite ergo fructus dignos pœnitẽtiæ, iam enim securis ad radicem arborum posita est, & his similia: sed neq; securi, neq; gladio materiali quenquam percusit, imò ipse gladio caput amisit, in carcere Herodis & Herodiadis. Helias autem furorem Achab & minas Iezabel curru igneo subleuatus euasit. Nonne ergo vel in hoc magna est dissimilitudo istorũ scilicet Heliæ & Ioannis? Ad hæc, vt breuiter respondeam, dicendum in primis, quia sicut Dominus noster hic elocutus est, dicens: Omnes enim Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, subauditur Christi aduentum. iam verò non est prophetandum, quia venit quem prophetabant venturum: ita veraciter dicas, quia non solus Helias, sed & omnes sancti & iusti vsq; ad Ioãnem, rectè & necessariò sese gladijs accinxerunt, in gladio percusserunt, & sicut ante nos dictum est, verberauerũt tyrannos, sacrilegos interfecerunt: A diebus autem Ioannis, nec ipsi Ioanni, nec alicui viro spiritualis propositi conceditur euaginare gladiũ. Sed conuerte (ait Dominus) gladium tuum in locum suum, & quod vni Petro dixit, omnibus dicit, satis est, sinite vsque adhuc. Et est sensus: Huc vsque necessarium fuit, vt omnes expectatores regni Dei, quoniam nondum venerat materialibus vterentur gladijs ob defensionem generis sui, cuius de carne iuxta promissiones oportebat venire regnũ Dei: quod videlicet genus eorum, si, vt volebat diabolus, fuisset à gentibus extirpatum, non esset vnde implerentur promissiones sicut succisa arbore vnde fructum speres. Itaq; vsque huc, ait, subauditur, gladij necessarij fuerunt, iam sinite satis est. Igitur partem istam spiritus Heliæ, quæ est zelo bono in gladio percutere, non requirimus in Ioanne, imò gaudemus in eo defuisse: quia temporis alterius Ioannes initium fuit, ita vt tempus superius respiciens, rectè dicas pro causa quam dixi: Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus belli, & tempus pacis. Hactenus iuxta intentionem interrogãtis Ioannes respondens summa sapientia perorauit, & responsio eius per istã viam qua gradimur, lucem sparsit, vt videamus, & non ignoremus illud quod Ioannes discipulos suos scrire voluit, mittẽs illos ad interrogandũ, tu es qui venturus, an alium expectamus? Tandẽ operæ prætium est scire conclusionem huiusce orationis, qualis sit ait. *Cui autem similem existimabo generationem istam? Similis est pueris sedẽtibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis, lamentauimus & non planxistis. Venit enim Ioannes, neq; manducans, neq; bibens, & dicunt dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis.* Sensus iste est: Dixi vobis de Ioanne, quia angelus, quia Helias est, angelus non societate naturæ, sed officij dignitate. Helias nõ proprietate personæ, sed spiritu & virtute. Et si habetis aures audiendi, consequẽter audire & intelligere debuistis, quia ego Dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis, & nunc veni pro salute gene-

Hebr. 4.

Exod. 32.

Malac. 4.

Quæstio.

3. Reg. 19.

Eccles. 48.

Matth. 3.

Marc. 6

4. Reg. 2.

Responsio de vsu gladij.

Matth. 26. Luc. 22.

Eccle. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te generis humani, antequam veniet dies meus, dies iudicij magnus & horribilis. Vos autem neque præcurſionem eius neq; aduentum meum ſuſcipere parati eſtis, aut parari vultis, contra voſmetipſos diuiſi, & quam imparati ſitis finis vtriuſq; probabit, finis meus finis Ioannis. Cui ergo ſimilem dicam generationem iſtam: cuius tempore & Ioannes quaſi Angelus præuenit, & ego dominator ſtatim veni, triginta annos & paulò plus vobiſcum morati, qui ſunt dies vnius generationis? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, &c. Quàm boni pueri, qui dicunt, cantauimus, lamentauimus: quã mali & quàm ſtulti pueri, quibus dicunt, non ſaltaſtis, non planxiſtis. Puerorum cantantium primus & præceptor optimus erat ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, de quo Deus pater in Eſaia loquitur: Ecce puer meus, exaltabitur & eleuabitur, & ſublimis erit valdè. Et alibi puer idem ipſe dicit: Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus. Huiuſmodi puerorum cantatio fuit, quã puer iſte primus ſic incepit vt cũ publicanis & peccatoribus manducaret, quatenus per hanc benigniſsimam condeſcenſionem beneuoli redderentur ad audiendum bonum nuncium, ſcilicet, paratã ſibi eſſe remiſsionem peccatorũ. Ad huiuſmodi cantationem Iudæi non ſaltauerunt, non exultauerunt, non in bonis operibus ſeſe excitauerunt, imò cantanti huic & pueris eius, ſcilicet, Apoſtolis inuiderunt, & ipſum maximè blaſphemauerunt. Propter ea dicit: Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo † vorans, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Puerorum lamentantium primus vel maximus erat Ioannes qui peccatis arguendis aſperrimus. Genimina (inquit) viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira. Erat autem veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius & locuſtas & Mel ſylueſtre edebat. Hoc totum lamentatio erat. Ad huiuſmodi lamentationem non planxerũt, quia pœnitentiam non egerunt, imò & velut inſanum deteſtati ſunt. Propterea dicit: Venit Ioannes neque manducans neq; bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Nónne ergo inexcuſabilis eſt generatio hæc? Planè inexcuſabilis, vt ſtulti pueri. Deus autem vel ſapientia Dei non eſt vnde arguatur, ita vt conſtanter dicere poſsit. Quid vltrà debui facere tibi, & non feci? Propterea dicit: Et iuſtificata eſt ſapientia à filijs hominum. Iuſtificata veraciter iuſtificatione illa, quam Pſalmiſta deſiderans dicebat: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Verè magna & glorioſa iuſtificatio, cuius Apoſtolus hoc modo meminit:

Pueri ſtulti, Iudæi.

Puerorum cantantiũ primus chriſtus. Eſa. 52. Eſa. 8.

† *Lege vorax.*

Luc. 3.

Matth. 3.

Pſal. 50.

Rom. 3.

Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cùm iudicaris. Poterat ergo dicere ſic, & iuſtificatus eſt in ſermonibus ſuis Deus, fideliter adimplendo, quod patribus promiſit, proximus factus per aſſumptionẽ carnis generationi huic ingratæ & mendaci: ſed quia de pueris ſimilitudinem propoſuerat, dicere maluit, & iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis: quia videlicet pueri qui dicunt, cantauimus, lamentauimus, ipſi ſunt filij ſapientiæ, & ipſorum cantare, ſiue lamentari, eſt iuſtificari, laudare & glorificare ſapientiam Dei, cuius ſummum opus eſt incarnatio ſiue aduentus filij Dei. *Tunc cœpit Ieſus exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes, quia non egiſſent pœnitentiam. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida. Quia ſi in Tyro & Sydonæ factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitẽtiam egiſſent. Verumtamen dico vobis, Tyro & Sydoni, remiſsius erit in die iudicij quàm vobis. Et tu Capharnaũ, nunquid vſque in cælum exaltaberis? Vſque in infernum deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hanc diem. Verumtamen dico vobis, quod terræ Sodomorum remiſsius erit in die iudicij quàm tibi.* Miro modo poſt illam ſententiam quam dixit, & iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis, ita ſubiũctum eſt, tunc cœpit Ieſus exprobrare ciuitatibus illis. Nam verè capitulũ hoc magnum eſt, & à ſanctis patribus ſcrupuloſè tractatum, qui vtique ſapientiæ filij, ſapientiam eandem in omnibus iuſtificare ſtuduerunt. Ecce enim quaſi oppoſitum. Si, inquit, Tyro & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Si in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te ô Caphernaum fortè manſiſſent vſque in hanc diem. Cur ergo illuc vel illuc prædicatores non miſit. Cur virtutes, quatenus fierent in eis, nõ procurauit? Itaque conſequens viſum eſt, quod illos ſaluos fieri noluerit: & deficiente ratione, hoc ſolum ſufficere nobis voluerunt, quia cuncta Dei iudicia iuſta ſunt, & quia nemo poteſt vniuerſum eorundem iudiciorum Dei penetrare profundum. Sed nos excitati quorundam modernorum importunitate, qui ſentire niſi ſunt cõtra illam Apoſtoli ſententiam: Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire: animaduertimus, non conſequi, quod illos Deus ſaluos fieri noluerit, ſcilicet, Tyrios & Sydonios atque Sodomitas † per quas ad pœnitentiam agendum excitaretur, non procurauit. Hoc potius conſequẽter in-

Locus difficilis.

Rom. 11.

1. Tim. 2.

† *Addo, dũ in eis fieri virtutes.*

ter intelligi debet, quod de illorum pœnitentia non curauit. Nunquid enim quæuis pœnitentia curæ eſſe debet Deo altiſsimo? Non vtique, ſed pœnitentia illa, quæ eſt ſecundũ Deum, qualem tunc ipſe prædicare incipiebat, dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regum cælorum. Eſt autem alia pœnitentia ſecundum ſeculum, qualem agere potuit impius Achab, ſcindens veſtem ſuam, & operiens cilicio carnem ſuam, ieiunanſque & dormiens in ſacco & ambulans dimiſſo capite propter ſermones Heliæ quos dixerat, ſi mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eũ canes, ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli. Nũquid iſte pœnitentiam egit propter regnum cælorum? Non vtique, ſed propter regnum terrenũ, propter vitam præſentem, & ne inſepultus proijceretur contra honorem regium. Similiter Niniuitæ nunqd pœnitentiã egerũt ppter regnum cælorum? Non vtique, ſed propter hoc tantum, ne ſubuerteretur illa Niniuæ. Nunquid verò pœnitentiam pro cauſa huiuſmodi agere, id eſt, quod ſaluũ fieri, vel ſaluum eſſe? Illa nanque pœnitentia ſalutem affert, quæ ſecundum Deum eſt, quæ pro ſpe agitur ſeculi venturi, pro metu Gehennæ, pro amore vitæ æternæ. Vnde diligenter notandum, quia non dixit, ſi in Tyro & Sydone, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, ſalui fuiſſent: ſed olim, ait, in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent, & fortè manſiſſent vſque in hunc diem, quorum neutrũ idem eſt, ac ſi diceret ſalui fuiſſent. Vtigitur & in iſto non ſolùm fideliter, verumetiam ſcienter iuſtificata ſit ſapientia à filijs ſuis, quærenda erat diligentius intentio præſentis capituli, & Deo dante, citius occurrit. Intendit enim demonſtrare diuerſis gentibus, etiam fidelibus eſſe deteriores. Duo enim illis prædicabat, & vt crederent, virtutes faciebat, ſcilicet, & temporale excidium loci vel gentis, quod futurũ erat, & factum eſt, à Romanis: & æternam pœnam gehennæ ignis, quæ in die iudicij parata eſt diabolo & angelis eius, & hominib. impijs. Cùm vtrunque prædicaret Iudæis, pœnitentiam non egerunt. Vnũ verbum ſi fuiſſet prædicatum Sodomitis, Tyrijs ac Sydonijs, cum teſtimonio tantarum virtutum, ſcilicet, temporale exterminiũ, quod paſſuri erant, pœnitentiam egiſſent, ſicut & prophetis Dominus dicere ſolebat. Exempli gratia: Et ſi ad illos mitterẽ te, ipſi audirent te. Domus autem Iſrael noluit audire te, quia noluit audire me. Et hoc in Niniuitis probatum eſt. Porrò alterum, ſi tunc prædicatum illis fuiſſet regnum Dei, non credidiſſent neque pœnitentiam egiſſent. Vnde nec fuiſſent ſalui, & idcirco prædicatores eis mittere non curauit. His dictis pro quæſtione difficili, nunc ipſa ſcrutemur verba præſentis capituli. Væ tibi, inquit, Corozaim, væ tibi Bethſaida. Quoniam Corozaim interpretatur, hoc myſterium meum, pulchrè per hoc ipſum vocabulum commonemur, in his verbis ſenſum ſequi myſticum, incipiẽtes ab interpretatione nominũ. Corozaim ergo, cui væ, interpretatur, vt iam dictum eſt, hoc miſterium meum, generationis illius, contra quam maximè loquitur, ſignificat ſuperbiam ſiue ſapientiam vanam, cui dum abſconduntur hæc, vt poſtmodũ dicturus eſt nimirum quodammodo dicitur: hoc myſterium meum vobis abſconditum, non vobis, ſed paruulis reuelandum. Bethſaida, cui ſimiliter væ, interpretatur Domus frugum, ſiue domus venatorum & illorum ſignificat auaritiam, quos eijciens, ſcriptum eſt, ait, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Capharnaum, cuius exaltationem percutiens: Deſcendẽs ait, vſque in infernum, interpretatur villa conſolationis: & eos omnes denotat qui ab iſto ſeculo capiunt conſolationem. Exempli gratia, vt ille diues, qui dicebat animæ ſuæ, Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare, & his dictis quaſi exaltatus in cẽlũ, eadem nocte deſcendit vſque in infernũ. Talium quales iſtis tribus nominibus denotantur, notiſsimi generatiõis illius puerí fuerunt, quia non per ignorantiam, ſed per ſuperbiam & per inuidiam ſaltare noluerunt, & propter auaritiam plangere noluerunt ad euangelicæ prædicationis cantum ſiue lamentum. E contra gentes, quæ ignorabant & errabant & audito Euangelio viſiſque virtutibus crediturí erant, per hæc nomina myſticè deſignantur, Tyrum, Sydonem & Sodomam. Tyrus nanque anguſtia, Sydon venatio, Sodoma muta ſiue ſilens pecus interpretatur. Talis erat genti litas. Erat enim in anguſtia, videlicet, ſicut Tyrus mari, ita profundo ignorantiæ circundata. Erat venatio, ſcilicet, malignorũ ſpirituum, quaſi Deorum, vt putabat, laqueis irretita. Erat muta vel quaſi pecus ſilens, quia ſola quæ carnis ſunt ſapiens, ea quæ ſunt ſpiritus, cogitare aut loqui neſcie bat. Talium ante aduentum Chriſti nonnulli, ſcilicet, Niniuitæ, pœnitentiam egerunt pro ſolo metu tẽporalis exterminij: poſt aduentum verò eiuſdem Chriſti, quã multæ gentes pro ſolo auditu iudicij vel ſeculi venturi, Iudæis in incredulitate perſeuerantibus, cũ vtrũq; (vt ſupra iã dictũ

Matth. 4. 3. Reg. 21.

Ionæ 3.

Iudæi cunctis gentib. deteriores.

Ezech. 3. Ionæ. 3.

Coro zaim

Bethſaida. Matth. 21.

Ioan. 2. Capharnaum.

Luc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est) prædicatũ fuisset eis. In his & in cæteris huiusmodi iudicijs iustificatur sapientia à filijs suis, & non à semetipsis, sed ex reuelatione supernæ gratiæ hoc habent, vt eã iustificare norint. Vnde protinus Euangelista subiungit.

Malach. 3. *In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te.* Ad ea, quæ sibi in scripturis dici nouerat, qualium vnũ est illud, quod supra demõstrauit, ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuã ante te: respiciebat vt diceret: Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et idcirco pulcherrimè atque sanctissimè dictum est, in illo tẽpore respondens Iesus. De his maximè scripturarum vocibus, quæ ex persona patris ad filium vel de filio proferuntur, illud sciendum, quia tanta tamque gloriosa cõtinent sacramenta, vt pro ipsis confessione, id est, laudatione, merito respondere debuerit ipse filius. Exempli gratia, vt est illud: Exurge gloria mea, exurge Psalteriũ & Cythara. Huic dicto ex persona patris respondens filius: Exurgam, inquit, diluculo, statimque sequitur: Confitebor tibi in populis Domine, & psallam tibi in nationibus. Et in alio Psalmo dicit: Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo psalmũ dicam. Præmiserat autem de paruulis quidem, quibus hæc reuelanda erant, populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, de sapientibus autem & prudentibus, quibus hæc abscondita & abscondenda erant, filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Igitur secundum scripturas veritatis loquens & confitens, id est, laudans, postquam contra superbos dixit, cantauimus vobis & nõ saltastis, lamentauimus & non planxistis, quasi consolatus consolatione, quam per prophetã prædixit hoc modo: Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis: quia abscondisti hæc à sapientibus prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et repetẽs appellationem reuerendam pro rei magnitudine, ita, inquit, pater, quoniã sic fuit placitum ante te. Vtique hæc dicens & ita cõfitens, facit ipse primus & princeps quod dixerat, & iustificata sapientia à filijs suis, iustificat enim assumptus homo in iudicijs suis. Et notandum, quod Deum Creatorẽ omnium, patrem suum, cæli & terræ Dominum vocat. Eius enim solius natura Deus pater est, cæli autem & terræ, id est, omnium visibilium atque inuisibiliũ Dominus est. Sequitur:

In illo tempore respondens Iesus.

Psal. 56. *Psal. 107.* *Psal. 17.*

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Quorsum tendit hæc summa enunciatio? Eò nimirum vt animaduertent audiẽtes, quod non esset ipse, vt putabatur, filius Ioseph, imò esset filius omnipotẽtis, omnia in potestate habentis Dei, & poterat quidem dicere sic, non sum filius Ioseph, sed sum filius Dei: sed inuidiam maiorem excitaret hic modus locutionis. Maluit ergo dicere, omnia mihi tradita sunt à patre meo. In quo dicto sonus suauior, & sensus idem est: Nemo enim, nisi solus Deus omnia tradere potest filio suo. Hoc ipsum autem cũ autoritate scripturæ dicit. Exempli gratia: Aspiciebam, inquit Daniel, in visu noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatẽ & honorem & regnum, & omnes populi tribus, & linguæ ipsi seruient. Amplius autem ex eo, quod sequitur, demonstrat longè supra esse, quàm si esset, vt putabatur, filius Ioseph. Et nemo, inquit, nouit filiũ, nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Nónne hominem illum, qui hæc loquebatur? imò nimis illum se nosse putabant, maximè homines patriæ eius, vnde & postmodũ scriptum est: Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur & dicerent: Vnde est huic sapientia hæc & virtutes? Nónne hic est filius fabri? Nónne mater eius dicitur Maria. & fratres eius Iacobus & Ioseph & Symon & Iudas. Et sorores eius nónne apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Adeò totum se nosse illum putabant, & malè putabãt. Opportunè ergo ipse, qui, sicut Apostolus ait, si nos negauerimus eum, fidelis permanet, negare sei ipsum non potest, opportunè, inquam, & omni mundo necessarium erat, confitetur quia filius Dei sit. Nam verè illi, qui aures illas quas ista dicturus requirebat dicens, qui habet aures audiendi, audiat. Cõfessio ista confessio magna est, quia sicut de Ioanne narrat Euangelista, dum interrogaretur, tu quis es, & confessus est & nõ negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus: ita & secundum confessionem istã vbi hic interrogatus, tu es, qui venturus est, an aliũ expectamus? confiteor, inquit, tibi pater, &c. rectè dicat prudens auditor quia confessus est & non negauit, & confessus quia ego sum Christus filius Dei. Nec verò sensus iste priorem destruit, quo cũ dicimus confessionem pro laude accipi, solẽmus vti testimonio verbi præsentis, quo

Luc. 5.

Omnia mihi tradita sunt.

Dan. 7.

Matth. 13.

Bona & opportuna cõfessio Christi de seipso

2. Tim. 2.

Ioan. 1.

quo dixit, confiteor tibi pater, quia verè laus est ei confessio veritatis, quã in illo tẽpore confiteri cœpit, confitendo se esse filium Dei verbis istis, omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et in cõfessione hac perseuerauerit vsque ad mortem, vbi & coram Pilato dixit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Et coră principe Sacerdotum, dicente: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Respondit: Tu dixisti. Pro hoc nomine martyrizatus est ipse testis fidelis, clamantibus Iudæis ad Pilatũ: Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia filium Dei se fecit. Et ne quis dubitet testimoniũ illud rectè confessionem dici, Paulus Apostolus ad Timotheum dicit: Præcipio tibi coram Deo, & qui viuificat omnia & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionẽ, vt serues mandatum. Verè bona confessio, qua veritas incarnata simul vtrunque asserit, videlicet & quod ipse Iesus Christus filius Dei sit, & quod vtraque natura, scilicet, diuina pariter & humana, non duæ personæ, sed vna persona sit. Non enim dicit, omnia mihi tradita sunt à patre verbi mihi insiti, sed à patre meo, inquit: cùm vtique constet, quia diuina Christi natura, verbum Deus nihil vnquam non habuerit, sed humanæ tantũ naturæ traditum sit, quod ante non habuerat, scilicet omnis potestas in cælo & in terra. Interea sciendum, quia sicut, vbi dixit, neque patrem quis nouit, nisi filius, subiũxit, & cui voluerit filius reuelare. ita vbi præmisit, & nemo filium nouit, nisi pater, subaudire oportet, & cui voluerit pater reuelare. Nam sicut de reuelatione, qua patrem reuelat filius, testimonium hoc habemus: Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, &c. huiusmodi: ita de reuelatione, qua filium reuelat pater testimonium illud habemus: Beatus es Simon BarIona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Ipsius autem reuelationis operatio, Sancti Spiritus aspiratio est, per quem cognoscitur filius, cognoscitur pater, cognoscitur & ipse qui vnus amborum spiritus est. In qua reuelatione quantæ diuitiæ, quanta consolatio sit, ex verbis sequentibus vult intelligi. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Quàm vera sint ista, ille scit qui experiri meruit, qui postquam laborauit & onoratus fuit, vocem hanc audiuit inuitãtis, & refectus est. Exempli gratia: Paulus Apostolus, qui dixit, quia scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit Deus his qui diligunt eum, statimque subiunxit, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, ipse expertus est. Laborauerat enim in eo, maximè quod adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, persequebatur eos vsq; ad mortem, alligans & tradẽs in custodias viros ac mulieres, & oneratus fuerat non solùm onere peccatorum, verum etiam onere quod portare contendebat cæremoniarum carnalium, quod neq; patres nostri, ait Petrus Apostolus, neque nos portare potuimus. Audiuit beatam inuitationem hanc, & venit, & refectus est. Non quidem iam tunc pleno conuiuio satiatꝰ est, sed paruo interim gustu refectus, donec veniret quod perfectum est. Quid putas illa perfectio vel quantũ habet suauitatis? Quantũ reficit? Paruus iste gustus, verè fateor & nõ incertus credo, quia nullo potest exprimi eloquio. Sentiri potest, dici non potest. Quanto magis illa perfectio? Et quotus quisque est, qui illud quoque quod sequitur, dignè possit appendere? Tollite, ait, iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. O laborantes, ô onerati, qui cum iugo peccati & onere mortalitatis, quod commune est humano generi, Regum quoque vel dominorum dura imperia sustinuistis, quales potius feræ quàm homines merentur dici, sicut hactenus apud Danielẽ præsignatum, per quatuor facies ferarum, leænæ & vrsi, pardi & illius sine nomine bestiæ terribilis atque mirabilis, dentes magnos, dentes ferreos habentis, ô vos, inquã defessi ac detriti iugo dominorum huiusmodi, venite, ait, ad me, & ego reficiã vos. Ecce facies mea facies est hominis, & ecce ego sum ille filius hominis, qui post illas feras veni in nubibus cæli, & vsque ad antiquum dierum perueni, antiquũ dierum patrem meum, cui nunc confitens dico, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Non sum vt feræ illæ, sed homo sum, mitis & humilis corde. Sub iugo illorum, non hominũ, sed ferarum, laborastis & onerati fuistis: sub iugo meo, inuenietis requiem animabus vestris, quia iugum meum suaue est, & onus meum leue: ita vt scienter dicatis, quia nosse me viuere, & mihi seruire regnare est.

Et pater reuelauit & filius.

Ioan. 17.

Matth. 16.

Ioan. 19.

1. Tim. 6.

Actor. 9.

Actor. 15.

1. Cor. 2.

Iugũ Dominicum.

Daniel. 12.

In illo tempore: Abijt Iesus sabbatho per sata. Discipuli autem eius esurientes, cœperunt vellere spicas & manducare. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere

CAP. XII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere sabbathis. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit
1.Reg.12. Dauid, quando esurijt, & qui cum eo erant, quomodo
intrauit in domum Dei, & panes propositionis come-
dit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo e-
Exod. 29. rant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege,
quia sabbathis Sacerdotes in templo sabbathum vio-
lant, & sine crimine sunt? Dico autē vobis, quia tem-
plo maior est hic. Si autem sciret is, quid est, misericor-
Osee.6. diam volo & non sacrificium, nunquam condemnasse
tis innocentes. Dominus est enim Filius hominis etiam
sabbathi. O vos paruuli, quib. pater ista re-
uelauit, quid vobis per istam rem gestā re-
uelatione dignum emicuit? Multa enim
alia facit Dominus Iesus, quæ scripta non
Ioan. 21. sunt, & si scriberētur per singula, nec ipsū,
Quæstio. ait Euangelista Ioannes, arbitror mundū
capere eos qui scribendi sunt libros. Qua-
re ergo de multis quæ scripta non sunt, in-
ter pauca istud conscribi dignū fuit, quod
abijt Dominus Iesus sabbatho per sata, &
discipuli eius esurientes, cœperunt velle-
re spicas & manducare. Pharisæi autem vi-
Responsio dētes, dixerūt ei, ecce discipuli tui faciūt
q̄ nō licet eis facere sabbathis? Quare, in-
quam, nisi quia responsio quam respon-
dit eis, multum pertinet ad venerabilem
confessionem illam, qua (vt iam dictum
est) confessus est se esse filium Dei, sic in-
cipiens: confiteor tibi pater Domine cæli
& terræ, quia abscondisti hæc à sapientib.
& prudentibus, & reuelasti ea paruulis.
Dixit enim: Dico autem vobis, quia tem-
plo maior est hic. Item dixit: Dominus est
enim filius hominis etiam sabbathi. Nobis
scire hæc expediebat, & idcircò scripta
sunt, & scribi debuerunt tanta hæc maie-
statis eius præconia. Quantum enim hoc
est quod ait, dico vobis, quia templo ma-
ior est hic? Nam propter honorem nomi-
nis diuini magnum quid est templum, ita
Templo ma- vt reuerentiam debeat templo quicunque
ior est hic. cupit esse subditus, & reuerentiam præsta-
re Deo. Nimirum cùm dicit, tēplo maior
est hic, nec altare excipit, quo procul du-
bio nihil maius est, quā Deus, cuius altare
est. Nam propter nomen Domini cui spe-
cialiter altare dicatum est, omnī creaturæ
ipsum altare reuerendum est. Ergo dū Dei
filium sese hoc dicto confitetur, qui vera-
citer templo vel altari idcircò maior est,
Dominus quia Deus. Cùm item dicit: Dominus est e-
est filius ho- nim filius hominis etiam sabbathi, profe-
minis etiā & ò omnium Dominum & Deum sese esse
sabbathi. venerabiliter astruit. Nullus est enim Do
minus sabbathi, nisi Deus ipse, qui sabba-
thum constituit. His dictis pro gloria il-
lius iam dictæ confessionis, consideranda
sunt duo hæc argumenta innocentiæ, quib.
discipulos defendit, dicens: Si autem scire-
tis, quid est, misericordiam volo & non sa
crificium, nunquam condemnassetis inno
centes. Primum est quod ita dixit: Non le-
gistis quid fecerit Dauid, quando esurijt, *Excusatio discipulorū per factum Dauid in Nobe.*
& qui cum eo erant, quomodo intrauit in
domum Dei & panes propositionis come
dit, quos non licebat ei edere, neq; his qui
cum eo erant, nisi Sacerdotibus solis: duo
tunc Dauid fecisse legitur, quorum in al
tero Sacerdotem, qui panes propositio-
nis esurienti dedit, misericordia iustifi-
cat: & eum, qui comedit necessitas excusat.
In altero aut semetipsum Dauid idē iure
accusat, dicens ad eum qui residuus erat,
scilicet, Abiathar: Sciebam in die illa, quod
cūibi esset Doech Idumæus, procul dubio
annunciaret Saul: Ego sum reus omnium
animarum patris tui. Fefellerat eum enim
dicens: Rex præcepit mihi sermonem, &
dixit: Nemo sciat rem propter quam à me
missus es, &c. Hæc idcircò dixerim, ne non
satis congruum videatur, induxisse sermo
nem pro argumento innocentiæ, discipulo
rum spicas sabbatho vellentium & mandu
cantium. Nam Dominus quid in illa re hi-
storica suo iudicio defenderit, satis indicat
dicendo: Si autem sciretis, quid sit, miseri-
cordiam volo & non sacrificium, nunquā
condemnassetis innocentes. Quæ sententia *Osee.6.*
de Propheta Osee sumpta, sicut illum
Sacerdotem de misericordia iustificat, qui
melius existimauit esurienti laico dare pa
nes propositionis, quàm obseruare ritum
illius sacrificij: sic econtra de inclementia
condemnat Pharisęos, qui mallent discipu
los Christi fame perire, quàm spicas sabba-
tho vellendas concedere. Secundum siue *Iuge sacrificium per singulos dies in lege Exod. 29.*
alterum innocentiæ discipulorum eius ar-
gumentum hoc est. Aut non legistis in le-
ge, quia sabbathis Sacerdotes in tēplo sab-
bathum violant, & sine crimine sunt. Vio-
lant, ait, videlicet secundum ausum præiu
dicij vestri. Nam reuera nō violant in prio
ri tabernaculo semper introeuntes, & sacri
ficiorum officia consummantes. Per singu
los dies, ait Lex, iugiter agnos anniculos
duos, vnum mane agnum & alterum ves-
pere decimam partem similę consperſæ o-
leo tuso, quod habeat mensuram quartam
partem Hin, & vinum ad libandum eiusdē
mensuræ in agno vno. Alterum verò agnū
offeres ad vesperam, iuxta ritum matutinę
oblationis. Hoc agentes sabbatho æquè vt
prima vel secunda sabbathi, profectò sab-
batum violant si omne opus absque vlla
exceptione sabbati violatio est. Quid enim
operosius est, spicas vellere, an duos agnos
anniculos cædere & pelles eorum detrahe
re, & eos cum libamētis suis offerre mane
& vespere? Sed ita demum sabbathum vio
latur, si quis faciat seruile opus. Seruilis o- *Quomodo violatur sabbatum.*
peris definitio vera, est præcepti contem-
ptus. Exempli gratia, Cùm essent filij Is-
rael in

Num.15. rael in solitudine, & inuenissent hominem
colligentē ligna die sabbathi, obtulerunt
eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitu
dini. Qui recluserunt eum in carcere, ne-
scientes quid super eo facere deberent.
Dixitq; Dominus ad Moysen: morte mo-
riatur homo iste, obruat eum lapidibus o-
mnis turba extra castra. Cumque eduxis-
sent eum foras, obruerunt lapidib. & mor
tuus est, sicut præceperat Dominus. Opus
illius hominis non ex ignorantia, non ex
Ibidem. infirmitate, sed ex superbia venit, & pecca-
tum eius contemptus fuit. Rectè ergo tan-
quam sabbathi violator mori debuit secū-
dum sententiam hanc ibidem præscriptā.
Anima verò quæ per superbiam aliquid
commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregri
nus, quoniam aduersus Dominum rebel-
lis fuit, peribit de populo suo. Verbum e-
Obiectio. nim Domini contempsit, & præceptum il-
lius irritum fecit, idcircò delebitur & por
tabit iniquitatem suam. Diceret aliquis il-
lorum: Idcircò Sacerdotes sabbatho hæc
Solutio. facientes sine crimine sunt, quia faciunt in
templo Domini, ex præcepto eius qui Do
minus est etiam sabbathi. Ad hæc ille: Dico
vobis, quia templo maior est hic, & Domi-
nus est filius hominis etiam sabbathi. Qui
bus verbis si non credis ô tu quisquis es,
operibus crede. Sequitur enim. *Et cùm inde transisset, venit in synagogam eorum: Et ecce homo habens manum aridam. Et interrogabant eum dicentes, licet sabbathis curare, vt accusarent eum. Ipse autē dixit eis: Quis erit ex vobis homo, qui habet ouē vnam, & si ceciderit hæc sabbathis in foueā, nónne tenebit & leuabit eā? Quāto magis melior est homo oue? Itaq; licet sabbathis benefacere. Tūc ait homini: Extēde manū tuā. Et extendit. Et restituta est sanitati sicut altera.*
Si, inquam, verbis non credis, ô tu quis-
quis es sapiens vel prudens, & paruulus nō
dum esse didicisti, qualium supra in con-
fessione sua meminit iste filius Dei, iste
maior templo, & Dominus etiam sabba-
thi, operibus crede. Nunquid enim sic &
sic operaretur, si in confessione ista fuisset
mentitus: Confiteor tibi, inquiens, pater,
& omnia mihi tradita sunt à patre meo, &
templo maior est hic, & Dñs est filius ho-
Ezech.28. minis etiam sabbathi? Ille qui semetipsum
mendaciter magnificauit, qui (sicut per E-
zechielem exprobratur illi) eleuans cor
Num. 12. suum dixit: Deus ego sum, & in cathedra
Dei sedi, & ego feci memetipsum, quia mē-
titus est, idcircò tanquam superbus iudica
tus est, & nihil vnquam diuinum nihil vti-
Num.16. le fecit. Veniam ad homines quorum ex-
tollentia de scripturis nota est. Maria pro-
phetes, Soror Moysi & Aaron, quia locuta
est contra Moysen dicens, num per solum
Moysen locutus est Dominus, nónne & nos
similiter locutus est? non impunè transiit, sed tanquam superbè loquūta, con-
fusibilem pœnam recepit, operuit enim eā
cadens lepra quasi nix. Amplius autē Cho
re, Dathan & Abyron in superbiam erecti 1.Reg. 16.
& Sacerdotium vendicantes sibi, pœnam
terribilem receperunt, alij cælitus igne cō-
sumpti, alij viui à terra absorpti. Saul quo
que Rex quondam electus Dei, propter
superbiam proiectus, & maligno spiritui *Chcon fessio omnium maximā.*
traditus est. Iste maiora de semetipso con-
fitens, quam aliquis illorum hominū pec-
catorum, maiora & maiori cum potestate
fecit opera, quam aliquis hominum iustō
rum, vt est illud, quod protinus, cùm di-
xisset, Dominꝰ est enim filius hominis etiā
sabbathi, transiens & veniens in synago-
gam ipsa die sabbathi, homini manum ha-
benti aridam, non precem fundendo, aut
quiuis sanctus homo, sed imperando vt
Deus dixit, extende manum tuam, & extē-
dit. Igitur & ex hoc & ex cæteris operibus,
quæ post tantam confessionem illam fecit,
qualia nemo aliꝰ fecit, vobis ô sapientes &
prudētes, constans esse debuisset, quia Dei
filium & etiam sabbathi Dominum se esse
confitendo, non mentitus est. Sed quid se-
quitur? *Euntes autem Pharisæi, consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent.* Ergo causa
absconsionis, quam supra dixit, quia absco
disti hæc à sapientibus & prudentibus, inui-
dia ipsorum fuit. Superati enim & verita-
te sermonis & potentia virtutis, atq; ideò
de ignorantia inexcusabiles, consilium fa-
ciebant, quomodo eum perderent: nec de-
stiterunt eiusmodi sapientes & prudentes,
à vera sapientia, deinceps magis ac magis
superati, & operibus bonis irritati, donec
eum perderent vt eis visum est. Iusto igi-
tur iudicio abscondisti, inquit, hæc à sapiē-
tibus & prudentibus. Quā videlicet absco
sionem continuò verbis insinuauit myste-
cis, sapientia iustificata & iustificanda à fi-
lijs suis. Sequitur enim. *Iesus autem sciens, recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit omnes, & præcepit eis, ne manifestum eum facerent.* Nisi e-
nim mysterium intelligas in illa præceptio
ne, qua præcepit eis ne manifestum eum fa
cerent, contrarium videbitur ei quod se-
quitur: Tunc oblatus est ei dæmonium ha-
bens cæcus & mutus, & curauit eum, ita vt
loqueretur & videret. Et stupebant om-
nes turbæ, & dicebant: Nunquid hic est fi-
lius Dauid? Pharisæi autem audientes, di-
xerunt: Hic nō eijcit dæmones, nisi in Beel
zebub principe dæmoniorum. Ergo in pre
ceptione huiusmodi mysterium est. Nimi-
rum forma serui homo exterior, consilio *Cur Iesus inde recessit, ita locutus est, ita præcepit: Consilium sit.*
vel iudicio subseruiens insitæ sibi diuinita
hoc erat, iudicium istud erat, recedere ab
inuidentibus & blasphemantibus Iudæis,
præcipe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcipere Apostolis vel prædicatoribus suis, ne apud illos docerent aut prædicarent, iuxta illud per Esaiam dictum: Et nubibus mandabo ne pluant super vineam meam imbré. Ad hoc pertinens, propheticum subiungit Euangelista testimonium.

Esaiæ 5.
Esaiæ 42.

Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem: Ecce puer meus quem elegi. Dilectus meus in quo complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neq; clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Harundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium & in nomine eius gentes sperabunt.

Si enim in eo quod præcepit eis, ne manifestum eum facerent, nihil aliud attendas, nisi quod litera sonare videtur, quomodo per hoc adimpletum est illud, quod hic in testimonio prophetico inter cætera dictũ est, & iudicium gentibus nũciabit, & in nomine eius gentes sperabunt? Sed profectò in præceptione mysterium est mandati illius, quo (vt iam dictum est) mandare habeat nubibus ne pluerent super vineã suã imbrem, id est, Apostolis suis, ne illis impenderent euangelicam prædicationem, & excusso puluere pedum in eos, conuerterentur ad gentes, quod & factũ est, & hoc facto nimirum iudicium gentibus nunciauit, & in nomine eius gentes sperabunt. Quam ob causam taliter mandare debuit, ne apud Iudæos prædicarent aut docerent? Vt adimpleretur quod dictum est de hoc puero Domini, ne hoc electo & dilecto, benè seruiente in forma serui. Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Planè hoc nos intelligere vult, quod plena contentionis, plena clãmoris prædicatio est, vbicunq; Christus prædicatur Iudæis. Nolunt enim audire, sed verba verbis contraria reddere, & sine sensu clamare, vt vel clamando videãtur vicisse, aut rationẽ habere cur euangelio non debeant credere. Ergo non contẽdat, ait, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius, id est, mandabit de se non prædicari illis, quia communiter contentiosi sunt & clamosi, iuxta illud: Ne effundas sermonẽ, vbi non est auditus. Hinc est illud Apostoli ad Titũ: Stultas autem quæstiones & genealogias & cõtentiones & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & vanæ. Item ad Timotheum: Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Quod deinde sequitur. Harundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, circa ipsos Iudæos sic rectè potest intelligi, vt illud: Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Ecce enim vbi venerunt Romani, gentemque & locum tulerunt, Ciuitasque & Templum datum est in exustionem ignis, tunc vtique harundo quassata est, & extunc linum fumigat longa captiuitatis dispersione palam cunctis exhibens suæ calamitatis monimenta. Sed neque harundinem sic quassatam confringet, neque linum sic fumigans extinguet, quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret, & tunc reliquiæ saluæ fient. Hoc est quod continuò dicit: Donec eiiciat ad victoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. Illud nanq; iudicium, de quo alibi dixit, in iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident cæcificant: relictis Iudæis & gentibus in nomine eius sperãtibus: eiiciit, id est, fortiter peruenire facit, & victoriam, & in hoc ipso multum proficit, quod harundinem, id est, Iudaici populi lenitatem, modò supra dicto quassatam, non omninò confregit, & linum fumigans, id est, eiusdem populi vetus sacerdotium, igne (vt iam dictum est) perustum non omninò extinxit, sed semiustum nũc vsque in dispersione captiuitatis fumigare permittit. Multum, inquam, hoc ad illam victoriam proficit, iuxta sensum illius versiculi ex persona huius pueri per Psalmistã prolati: Deus ostẽdit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Dispergeillos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine. *Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus et mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur & videret, & stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi autẽ audientes, dixerunt: Hic non eiicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Ordo verè mysticus ac diuinus, quando Dominus Iesus sciens cogitationes eorum, recessit inde, & sequentibus se præcepit & ne manifestũ eum facerent, tũc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur & videret: quia sic futurum erat, & sic factũ est, vt quando ex reuelatione spiritus sancti & autoritate scripturæ, relictis blasphemantibus Iudæis, conuerterunt ad gentes, tũc gentes audientes gauderent, seq; vltro offerrent: quarum omnis multitudo, quoniam à Principe huius mũdi diabolo possi debatur idola colens, & creatorem suum nec nominare sciens, & quo ducebatur nesciens: rectè per hominem designata est dæmonium habentem, cæcum & mutum. Futurum autem & hoc erat, vt propter eandẽ gentium conuersionem, Iudæi magis ac magis blasphemarent, mira insania gentib. inuidentes, gentium salutem odientes, ita vt ne audire quidem paterẽtur hoc ipsum, sionẽ gẽtiũ quod

Matth. 10
Actor. 13.
Esaia 42.

Iudæorum clamosa peruicacia
Eccl. 32.

Titum. 3.

2. Timot. 2

Harũdinẽ quassatam non cõfringet.

Abac. 3.
Rom. 11.

Ioan. 9.

Pſalm. 51.

Cæcus mutus et dæmoniacus, gentes designat.

Inuidia Iudæorum cõtra gentes.

quod de gentibus Deo cura esset. Exempli gratia: Cùm Paulus ad plebem rationẽ reddens, illuc vsque narrasset, & dixit ad me, vade quoniam ego in nationes longè mittam te, audiebant autem eum, ait scriptura, vsque ad hoc verbum, & eleuauerunt vocem suam dicentes: Tolle de terra huiusmodi, non enim fas est eum viuere. Vociferantibus autem eis, & proiicientib. vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aerem, iussit tribunus induci eũ in castra, & flagellis cædi & torqueri, vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei. His atque alijs modis futurum erat, vt contrà dicerent his quæ ab Apostolis dicerentur blasphemantes. Tãtæ blasphemiæ initium simul & prodigium fuit, quod Pharisæi audientes dixerunt: Hic nõ eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Et quia propter huiusmodi blasphemias & perseuerantem impietatem futurum erat, vt contra semetipsos diuiderentur in quãdam similitudinem dæmonum, quorum participem in diuisione ipsorum sacrilegi dicere ausi sunt filiũ Dei, venerabilis mysterij pulcherrimus ordo continuatur sic: *Iesus autem sciens cogitationes eorũ, dixit: Omne regnum diuisum contra se desolabitur. Et omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Sathanas Sathanam eijcit, aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijcium? Ideò ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos regnũ Dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiat.* Sciens (inquit) cogitationes eorum, videlicet quod non per ignorantiam errarent, sed per inuidiam blasphemarent, quũ aliud posset istud in primis dicere maluit: Omne regnũ in seipsũ diuisum, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit: sententiam vtique verã, cuius veritatẽ in semetipsis experturi erant. Futurum namque (vt iam dictum est) hoc erat, & factum est, vt regnum eorum & ciuitas præclara ac ditissima Hierusalẽ, de foris Romano exercitu circundata, intus triplici diuisione contra se diuideretur, principibus diuisionum, Ioanne, Eleazaro, & Simone, summa, & media, & inferiora ciuitatis loca tenentibus, & mirabili insania contra semetipsos debacchantibus tam atrociter vt ipsi hostes, scilicet, Romani, duros infideliũ casus miserarentur, qui inter illorum furias latronum nulla pace intercurrente, consumebantur. Planè diuinitas, cui omnia præsentia sunt, hoc futurum tanquam præsens iam videbat: immò vt fieret æquissimo iudicio decernebat, quoniam sic dicebant, & se existimari volebant de ipso Dei filio, quod cum Beelzebub principe dæmoniorum pactũ habens, quod auditu quoque nefas est, concordi operatione per eum Dæmones eijceret. Et vt iustissimum iudicium intelligas, percontatur, dicens ad eos? Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijciũt? Ac si diceret: Et si vos cõtra me tale verbum dicitis, quid facietis, aut dicetis, cũ filios vestros, scilicet, Apostolos, postquam glorificatus fuero, dæmones eijcere videbitis, manifesta operatione Spiritus sancti, non solùm de corporibus obsessis, verumetiam de templis vel delubris, in quibus coluntur prodigijs? Quid tunc dicetis? vtique dicetis, quia in Beelzebub faciunt hæc. Si enim patrem familias Beelzebub vocastis, quantò magis domesticos eius? Homini percontatione premissa, statim subiungit. Ideò ipsi iudices vestri erunt. Nam reuera, si finem fecissent blasphemandi saltem vbi clamauerunt, reus est mortis, & non solummodo verbũ huiuscemodi dixerunt contra filium hominis, verumetiam expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, & ad vltimum crucifixum prætereuntes, blasphemabant eum: si (inquã) saltem tunc finem fecissent blasphemandi, & non etiam post resurrectionem & ascensionem eius, missum de cælo, & in Apostolis loquentem spiritum sanctum, ac prædicantem pœnitentiam & remissionem peccatorum similiter blasphemassent, non fuissent iudicati, non iudicassent eos filij ipsorum Apostoli. Verbi gratia, vt dicerent excutientes vestimenta sua: Sanguis vester super caput vestrum, mundi nos ex hoc ad gentes ibimus. Nec verò totũ iudicium, sed iudicij fuit initiũ, diuisio illa regni siue ciuitatis eorũ. Perfectũ & plenũ tunc erit iudicium illorũ, quando iudices illi, de quib. ait: Ideo ipsi iudices vestri erũt, sedebũt super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel, ita vt terræ Sodomorũ remissius debeat esse, q̃ illis, scilicet in die iudicij. Núc perpendere libet, ad quid inueniẽdum, siue cõprobandũ summa sapientia se cerit syllogismum hunc, id est, argumentationẽ ex tribus partibus cõstantem. Propositione, assumptione, cõclusione. Præmisso namq;, sciens cogitationes eorũ, sic ill lum Euangelista proposuisse narrat: Omne regnũ in seipsum diuisum, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Propositioni huic, vellẽt nollent, audientes cõsentire oportebat. Sequitur assumptio, quã itidem, vellent nollẽt, verã esse concederẽt, scilicet, Sathanã esse diuisum cõtra se, quoniam ipsorũ erat sententia, in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit

Actor. 22.

Initium blasphemiæ

Regnũ Iudæorũ in se diuisum.

Filij vestri in quo eijciunt.

Mat. 26. 27.

Actor. 18.

Matth. 19.

Syllogismus perfectus Christi contra Iudæos.

rum eijcit Dæmones. Proinde assumens, dicit: Et si Sathanas Sathanam eijcit, aduersum se diuisus est. Statim concludit: Quomodo ergo stabit regnum eius? Quid sibi vult homini argumẽtatio? Nónne hoc manifestè innuit, quod sciret cogitationes eorum tales esse, vt propositum haberent in regno Sathanæ contra spiritum sanctum stare? Incredibile hoc videbatur illi, cuius sensus non recipit vel non credit, q̃ vllus vnquã homo fœdus cum diabolo pepigerit. Porrò Esaias de istis prophetauit, Propter hoc audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populũ meũ qui est in Hierusalem. Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, &c. vsq;, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. De istis (inquã) hoc Esaias prophetauit. Nam de eò quod postmodũ dicit, & dixit Dominus, eò quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominis & doctrinis, ipse Dominus in hoc eodem Euangelista taliter contra eos mẽtionem fecit: Hypocritæ, benè prophetauit Esaias de vobis, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè est à me. Sine causa aũt colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Miro igitur modo blasphemiam illorum assumptam, duab. iustæ iræ cinxit sententijs, ita proponens: Omne regnum contra se diuisum, desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, nõ stabit, qua sententia illud intendebat, vt iam dictum est, quod in obsidione Romanorum contra semetipsos forent diuidendi, sicque casuri ac desolandi. Et ita concludens, quomodo ergo stabit regnum eius? qua sententia terribilius eosdem percutit, casuros cum diabolo in die iudicij. Quidnam est percontari, quomodo stabit regnum eius, nisi ac si diceret, quomodo stabit illud q̃ pepigistis cum morte siue cum inferno, id est, cum diabolo, pactũ vel fœdus? Non enim fœderatis suis, vt vos estis, pactũ custodire vel parcere poterit mors siue infernus, flagellum inundãs, id est, diabolus. Vanè dixistis: Flagellum inundans cũ trãsierit, non veniet super nos, quia posuimus mendatium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Cũ ita secundum prophetiam veritatem speretis in protectione mendacij, quasi in protectione stãtis regni hoc dicitis contra me, dicitis odio mei, quia me agente Sathanas Sathanam eijcit, quod repugnans est eidem vestræ spei. Stulti & cæci, si Sathanas Sathanam eijcit, quomodo Sathanas parcet vobis hominibus fœderatis sibi? Non ita, sed flagellum inundans cũ transierit, eritis ei in conculcationẽ. Quandocunque pertransierit tollet vos, quoniã mane diluculo pertransibit, in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Iustũ benè & veraciter de vobis prophetauit Esaias: Flagellũ enim inundans, id est, diabolus vtiq; mors super peccatores inundans, cũ transierit, eritis in conculcationem, quando pertransierit, tollet vos. Duo dicta sunt: Cũ trãsierit, conculcabit, quando pertransierit, tollet vos. Ecce transibit iudicio præsenti, de quo nunc dico: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi eijcietur foras, & tũc conculcabit vos: Cùm enim resurrexero à mortuis, quod est illum foras mitti siue transire, tunc vos conculcabit conculcatione exercitus Romani. Quando autem venero in nubibus cæli, ad iudicandum viuos & mortuos, & ille videntibus cunctis præcipitabitur, quod erit illi pertransire, tunc tollet vos, vt neq; ipse neque vos amplius sitis, aut scandala regno Dei faciatis. Illo iudicio manifesto in æternũ pertrãsibit, & idcircò sic dictum est, mane diluculo, in die & in nocte pertransibit. Omni enim æternitate cessabit, & tantũmodo sola vexatio intellectum dabit auditui, quia ante illam præcipitationem non intelliget ipse, non intelligent fœderati eius quam stulti sint vel fuerint.

Iudæi confœderati diabolo.

Esaias. 28.

Iudæi appropinqua bãt deo nõ corde sed labijs tantũ & ore.

Matth. 13. Esa. 29.

Iudicium cõtra blasphemiam eorum.

Esa. 28.

flagellũ inundans.

Duplex vindicta in Iudæos.

Ioan. 12.

Iob. 40.

Esa. 28.

LIBRI NONI FINIS.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. X.

Propositũ authoris in hoc opere.

Propositi modũ supergressũ esse videor, Reuerẽde mi Cuno, Pręsul Ecclesiæ Ratisponẽsis, in opere de Gloria & Honore Filij hominis, quod tu à me magno charitatis imperio, quo circa me vti solebas, vt scriberẽ, vehementer exegisti. Proposueram quippè in isto libro generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham, siue in hoc euangelio Matthæi, facies quatuor vnius eiusdemq́ue animalis contemplari, faciem hominis, faciem vituli, faciem leonis, & faciẽ aquilæ volantis, id est, quatuor sacra hæc, quæ Christiano ignorare non licet, incarnationem, passionem, resurrectionem atque ascensionem, vnius eiusdemq́ue Iesu Christi. Hoc (inquam) proposueram, quoniam pertinet ad intentionem operis, consideratio hæc, & præfixo congruit titulo: De Gloria & Honore Filij hominis. Nec erat in intentione, totum peragrare profundum huius pelagi, totum continua expositione pertractare textum huius Euangelij. Ecce autem cùm ita proposuissem, volumen extendi, seriemque euangelicã magna ex parte transegi, atque ita, quasi aportu nauigare decreueram, ferè vsque ad medium pelagi mea propelli vela permisi. Reuocabo igitur sermonis cursum, modúq; tenere curabo, & omisso tractatu eorum, quæ in euangelio sequuntur, post illa, quę, p vt potui Domino adiuuãte, dixi hactenus in contemplatione faciei hominis, accedam ad contemplandã faciem vituli, dignum aliquid fari desiderans promisso vel titulo, cuius tu mihi autor extitisti, amator gloriæ & honoris filij hominis. Verè fidelis Dominus in verbis suis, veraciter dixit: Sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Veritatem huius dicti, in te quoque apparere nunc gloriamur. Nam quia tu eius gloriam desideranter quæsisti, de cuius desiderij fonte processit istud quoque vt diceres, scribe mihi opus de gloria & honore filij hominis: vestem sanctam, vestem pontificalem in gloriam & decorem ipse tibi fecit, cuius gratiæ finis iste sit, vt illic te inuenias in ordine sacerdotum, vbi (sicut dicit Apostolus) vnusquisque in suo ordine resurgit, primitiæ Christus. Faciem vituli sacramentum esse dominicæ passionis, ex hoc accipimus, quod sicut in exordio memini mus huius operis, sacra & mystica Lex vitulum in figura eius pro peccato iussit offerri. Si (inquit) Sacerdos peccauerit, delinquere faciẽs populũ, vel si omnis turba ignorauerit, & per imperitiam fecerit q̃ contra mandatum Domini est, offeret pro peccato vitulum immaculatum Dño, &c. quæ miro modo, & ordine verè sacro, & mystico figurant sacramentũ passionis Iesu Christi, cuius sanguis, secundum quod ritus ille significat emundauit conscientiã nostram (ait Apostolus) ab operibus mortuis. In initio quoque quando Moyses ascensurus in montem, & tabulas erat accepturus lapideas, dicente Domino: Ascende in montem & esto ibi, daboq́; tibi duas tabulas lapideas legem ac mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israel, sacrificium obtulit homini, scilicet vitulos duodecim. Et quidem alia quoque animalia iussum est offerri, scilicet hircũ de capris siue caprã, agnũ siue arietem, q̃ omnia sacramẽtũ mysticè spirabant eiusdem sacrosanctæ passionis, præcipueque agnus ille qui immolabatur ad vesperam, quartadecima die mensis primi: sed omnium illorum maximum est vitulus, quorum pro hoc mysterio sunt debatur sanguis, & idcircò rectè pro omnibus hic in mysterio vna ponitur facies vituli. Aspectus faciei huius ab eo nobis incipit, quod dixit Dominus Iesus discipulis suis: *Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* Nemo verè qui nesciat pascha illud fuisse immolationem Agni, ad vesperam quartadecima die mensis primi statutumque fuisse Iudæis, vt per singulos annos eodem ritu celebrarent, secundum hęc verba Domini. Habebitis autem diem hanc in monumentum, & celebrabitis eam solennem Domino in generationib. vestris cultu sempiterno. Item: Hãc obseruare debẽt oẽs filij Israel in generationibus suis. Hoc tamen intererat, quod cùm Lex ita dixisset: Mense primo quartadecima die mensis ad vesperam Pascha Domini est, & quintadecima die mensis huius solennitas azimorum Domini est. Interdum non ita fiebat, neq; anno illo ita factum est. Nam inter traditio nes plurimas, quas Seniores Iudæorum

1. Cor. 15. Leui. 4.

Hebr. 9. Exod. 24.

Ex od. 12.

CAP. XXVI.

Immolatio agni paschalis.

Exod. 12.

Traditio seniorũ de pascha.

De facie vituli tractãdũ erit, deinceps.

Psal. 144. 1. Reg. 2.

Facies quatuor vnius animalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

superstatuerant traditionibus Dei, istud quoque statuerant, vt si diem ante sabbathum, quã sextam feriam dicimus, contingeret esse quintamdecimam mensis, nõ celebraretur solẽnitas, sed differretur in diẽ sequentẽ sabbathi, difficilẽ & incommodũ esse dicentes, duo sabbatha continuare, id est, duobus diebus vacare ab omni opere, multas ob causas, quarũ ex præcipuis vna erat, quod cadauera suorum nonnunquam vsque in quartam diem insepulta, fœtoris molestiam generarent. Traditio hæc cognita, magnam soluit quæstionem ei, qui fortè dicat: Cùm Iudæi quartadecima die ad vesperam Pascha celebrando, agnum comedissent, & sequenti die, quòniã quinta decima erat, solennitatem celebrare, & secundum legem vacare debuissent, quomodo illis iudicia tractare licuit, quibus tunc totum diem insumpserunt in condẽnatione Domini & eorum quos cum illo crucifixerunt. Hanc (inquam) quæstionẽ cognitio citò soluit illis iam dictæ traditionis, quia traditum illis fuerat, differre solennitatem, quum euenisset ante sabbathum legale quintadecima dies mensis, & pro duobus sabbathis vnum celebrare sabbathum magnum, solennitate duplici. Vnde cùm dixisset Euangelista, Iudæi ergo, quoniã parasceue erat, vt non remanerẽt in cruce sabbatho corpora, causam istã subiũxit: Erat enim magnus dies ille sabbathi. His dictis pro traditione seniorum, q̃ obseruantes serui peccati, tunc in quintadecima die mensis quasi licitum habuerunt operari & malè operati sunt. Nunc redeamus ad rem. Scitis (inquit) quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Et quidem sciebant, quia pascha fieret, sed hoc nesciebãt, quod in illa paschali vespera tradendus, & die sequenti crucifigendus esset. Ipse autem nõ solùm sciebat, verumetiã ab initio taliter fieri prædestinauerat, quatenus finem accipiẽte pascha veteri, id est, legalis agni immolatione, confestim verus ipse agnus & pascha nouum immolaretur, atque ita quod eatenus velut in vmbra significatũ fuerat, iam in re procederet, figuræ trãseũti veritas permanens succederet. Nunquid verò vel illud à mysterio vacare putandũ est, quod post biduum hoc futurum esse prædixit? Poterat etiam ante hoc ipsum prædicere, ita vt diceret, post triduum, siue post quatriduum. Ergo nec istud vacare patimur, q̃ tũc prædixit, ex quo post triduum, id est, tertia die, erat crucifigẽdus. Vndesciendum, quia sicut triduana sepultura, ita & triduana fuit passio eius, quia necessarium erat sanctam placari trinitatẽ, cunctis trium temporum hominibus salutem hanc expectantibus, scilicet, & illis ante legem, & illis qui sub lege fuerunt, & nobis qui nunc sub gratia viuimus. Hæc eius triduana passio sic discernitur. Qua die dixit hoc discipulis suis: Scitis, quia post biduum pascha fiet, venditus fuit, Iuda traditore loquente cum principibus sacerdotũ, & magistratibus, & illis paciscentibus pecuniam illi dare, quibus & spopondit illum tradere. Transacto sequenti die, iam ad vesperam plena (id est, quintadecima) luna effulgente, pascha de more factũ est: & tunc ipse, cùm esset nox, Iuda foras egresso ad tradendum agonizans, & prolixius orans, sudoremque sanguineum desudans, traditus comprehensus & ligatus, ad principes sacerdotum adductus est, & die succedente crucifixus est. Nunc rei ordinem ingrediamur. *Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.* Consilium istud erat, quod patriarcha Iacob prævidens, dicebat: Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia. In consilio eorum ne veniat anima mea, & in cœtu ipsorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorũ, quia dura. Nã si tantũmodo illud attenderet q̃ fecerãt in Sychẽ propter violatãsororem suã Dinam, quæ ratio esset, optare de præterito, & dicere, in cõsilio eorũ ne veniat anima mea, & in cœtu ipsorũ non sit gloria mea? Simul cõsiderandũ, quia dicturus hęc, &c. filijs suis, præmisit. Cõgregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrẽ vrstrũ, cõgregamini, vt annuntiẽ, quę ventura sunt vobis diebus nouissimis. Ergo futuri huius prophetica erat annunciatio cõsilij, q̃ tunc (vt iam dictũ est) cõgregati fecerunt principes sacerdotũ vtiq; de tribu Leui, nec ante desierunt in furore pertinaces, donec morte crucis virũ occiderent, & lancea murũ suffoderent, murum templi nõ manufacti, de quo vir ipse dixit: Soluite templũ hoc & in triduo excitabo illud. Propter cõgregationẽ eiusmodi, quia tale in conciliũ cõgregati sunt, diuidã eos (inquit) in Iacob, & dispergã eos in Israel, quia videlicet propter scelus illud, & pertinatiã indignationẽq̃ durã id est, inuidiã, qua in crudelitate persistũt, ecce diuisi sunt in Iacob & dispersũt in Israel, id est, in populis Christianorũ, q̃ supplãtauerunt eos, quiq; ꝓpter fidei rectitudinẽ dicũtur, & sunt verus Israel. Accelerationẽ illius cõsilij, & intẽtionẽ doli p hoc intelligimus, q̃ euãgelista subiũgit:

Dicebant

Quæstio.

Responsio.

Ioan. 19.

Tẽpus passionis prædestinatum.

Quomodo passio christi fuit triduana.

Luc. 22.

Iacob præuidit hoc concilium sacerdotum.

Ioan. 2.

Gen. 49.

Dicebant enim nõ in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Dies festus (vt iã dictum est supra) futurus erat magnus dies ille sabbati, quem non expectauerunt, sed pridiè crucifixerũt illum, nocte, quæ præcesserat, compræhensum. Ergo in hoc fuit consilium, vt anticiparent diem festum, & inter tenebras nocturnas compræhenderent illum, metuentes turbas, quæ de ciuitatibus alijs & regionibus ascenderant ad diem festum, & sequebantur eum, quippe quæ & ingredientẽ ciuitatem Hierusalem glorificauerãt, præcedendo & subsequendo cum laudibus, & ramis palmarum. *Cùm autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autẽ discipuli, indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri. Opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc, vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mũdo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.* Quoniam hic ad contemplandam (vt iam dictum est) faciem vituli ingredimur, memoriæ non debet abesse, quia quatuor istæ facies apud Ezechielem, ita quatuor dicuntur esse animalia, vt nihilominus dicatur, vt sit vnũ animal, quippe vbi descriptis ac repetitis quatuor facieb⁹ siue animalibus istis, ita postmodum scriptum est: Ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Chobar. Iterumque præmisso, & eleuãtia Cherubin alas suas, exaltata sunt à terra coram me & gloria Domini Dei Israel erat super ea, ipsum est (inquit) animal quod vidi subter Deũ Israel, iuxta fluuiũ Chobar. Paucisq; interpositis, & similitudo (ait) vultuũ eorum ipsi vultus, quos videram iuxta fluuiũ Chobar, & intuitus eorũ & impetus singulorũ ante faciẽ suã. Quorsum ista? Videlicet, quia hic iã perspicere libet, quod veraciter de huiusmodi animalibus dictũ est, quia plena erãt oculis ante & retro. Nam ecce in ista facie vituli, in isto Sacramento Dominicæ Passionis, cum de oculis eius alia quoque dici possint, & dicta sint illud maximè delectat, quia clarissimè patent duo oculi, misericordiæ, scilicet, prospectus & intẽtio iudicij, ante & retro, id est, tam in initio, quàm in fine eiusdem passionis. Denique hic ante, hic in initio duę sunt personæ, quarum in altera misericordiæ, in altera prospectus est iudicij, scilicet, mulier peccatrix, quondam, & Iudas incensor indignationis discipulorum, dicentium. Vt quid perditio ista vnguenti? Et retro, id est, in fine passiõis, vbi iam expiraturus erat, itidẽ duæ personæ, quarum in altera misericordię in altera est intuitus iudicij, videlicet hinc latro qui confessus est, inde latro qui in blasphemia perseuerauit. Itaque faciem istam, faciem vituli, claret ante & retro plenam oculis esse, vt rectè dicas, tam de anteriore, quàm de posteriore intuitu, quia opus eius coram eo, opus bipartitum, misericordiæ & iudicij, misericordiæ hic erga mulierem quõdam peccatricem & illic erga latronem confitentem, iudicij hic super Iudam indignantem, & ad Pharisæos abeuntem, & illic super latronem blasphemum in peccato suo morientem. De cæteris faciebus, siue animalibus, quod & ipsa secundum similem rationẽ plena sint oculis ante & retro, iam hic præscribere nobis quidem iucundum, sed fortè esset legentibus fastidiosum. Suis ergo locis opportunius de singulis erit dicendum. Nunc iam secundum literæ seriem, faciei huius, faciei vitulinæ mansuetudinem in Passione sacrosancta considerare operæpretium est. Cùm autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, &c. vt supra. Quoto die ante diem azimorum hæc facta sint, & qualiter acta sint, Ioannes manifestius exprimit his verbis: Iesus autem ante sex dies paschæ venit Bethaniã, vbi erat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistícæ pretiosi, & vnxit caput Iesu & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariothes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentũ non † vænijt trecentis denarijs, & datũ est egenis? Hoc in litera Ioannes à Matthæo & Marco differt, quod Matthæus & Marcus mulierem hanc scripserunt hoc loco super caput, Ioannes autẽ super pedes eius effudisse vnguentũ. & de priore quidem effusione vnguenti quando venit ad Dominũ, &c. erat adhuc peccatrix, & mox iustificanda secũdum hoc misericordiæ dictũ: Dimissa sunt ei peccata multa quoniã dilexit multum: quod & Lucas plenius narrat, & Ioannes quoq; ante hunc locum, in morte siue resuscitatione Lazari, patenter memorat, dicens: Maria aũt erat, quæ vnxit vnguento Dominum & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. De illa (inquã) prima effusione vnguenti constat, quia facta est tantũmodò super pedes Domini: Neq; enim poterat statim capite eius dignam se existimare peccatrix. Nunc aũt quomodo & Ioãnes si per pedes, & cæteri Euangelistæ super caput eius effusum narrant

Quatuor facies vnius animalis. Ezech. 1. 10.

Duo oculi hic ante & retro.

Apoc. 4. 1.

Christus in Bethania ante sex dies paschæ.

Ioann. 12.

Alias vennis. Duplex effusio vnguentis à Maria facta.

Luc. 7. Ioann. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio super intentione mulieris vnguentis.

narrãt vnguentũ, nõ dubiũ quin vtrũque, scilicet, & caput & pedes, vnxerit: & idcirco iam etiam caput, quia iam non peccatrix, sed iamdudum iustificata dimisis sibi peccatis multis. Mirum qua intentione, vel quo sensu, deuota mulier tale obsequium Domino præstiterit. Neque enim iam scire vel præscire poterat illud, quod Dominus ipse præsciens, mittens enim (ait) hæc, vnguẽtum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit: siue (vt alius Euangelista scripsit) prẽuenit vngere corpus meũ *Marc. 14.* in sepulturam. Ipse vitulus sacrificij Domini, suimet ad esse immolationem, & facies talis vituli aram inspiciebat & tabernaculum cuius ad ostium ipse immolandus, cuius in interiora de sanguine eius inferendum, cuius in introitu reliquum sanguinis eius secundum mysterium sacræ legis fundendum erat. Illa autem nihil horũ sciebat, sicut nec ipsi discipuli domini, qui *Responsio.* nondum sciebant scripturas, quod oporteret eum pati, & resurgere à mortuis. Quo ergo sensu, vel quid intendens, tale obsequium morituro impendit, nisi eodem sensu & eadem intentione qua cũ primum venit ad eum dum rigaret pedes eius lachrymis & capillis capitis sui tergeret, & oscularetur, vnguento etiam vnxit pedes eius. Illud autem agendo, vtique primum pœnitentiæ fructum, congruumque fecit emendationis initium. Liquet enim, quod illicitis actibus prius mulier intenta vnguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Ideò quod sibi turpiter adhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Igitur de Anna Samuelis matre scriptum est: Vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati, id est, in eadem intentione & oratione perseuerauit, hoc ista de semet ipsa exteriori opere demonstrauit, dum finem obsequij similem initio fecit, immò quia melior est, vel esse debet, sicut orationis, ita & operis, finis quam principium eius, opus bonum benè inceptum, melius consummauit. Nam (sicut iam dictum est) in initio tantummodò pedes Domini vnguẽto vnxit: hic autem, quando ea quę de ipso erãt prope iam finem habebant, & pedes vnxit, & super caput eius vnguentum effudit. Quod autem illa benè exhibuit, hoc Dominus ipse melius, & valdè rationabilius admisit, certi videlicet gratia mysterij, de quo postmodum dicendum erit. Aliter visum est discipulis, qui videntes indignati sunt, dicentes: At quid perditio hæc? maximèque Iudæ proditori, qui non simpliciter indignatus est, vt alij, pro sola quasi perditione vnguenti, sed (quod nequissimum fuit) hoc doluit, quia furari consueto, & ad furandum, inhianti tam lucrosa res commissa non fuit, vt posset furari. Dixit enim hoc (ait Euangelista) non *Ioan. 12.* quia de egenis pertinebat ad eũ, sed qa fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Quomodo autem dictum est, aut dici debuit. Mittens hoc vnguentum, ad sepeliendum me fecit, siue prænit vngere corpus meum, in sepulturam, *Ad sepeliẽdũ me fecit* quum illa (sicut iam dictum est) hoc faciẽs, sepeliendum siue moriturũ eum fore nescierit? sed pro hoc nihil est immorãdum, quia pro consuetudine loquendi rectè ad sepeliendum hoc fecisse dicitur, quod vsque ad sepulturam eius prouenturum non ignorabatur ab ipso, disponẽte quicquid boni vel ipsa operata est, vel nos omnes operamur. Sic Iacob ad filios suos loquitur: In meam hoc feciſtis miseriam vt indicaretis Pharaoni, & alium vos habere fratrem, nõ quod illi hac intentione fecissent, *Gen. 43.* sed peruenisse videbat ad illam, quã patiebatur iã in anima sua miseriã. Quapropter sciendum, quia non totum, quod habebat *Non tamẽ* in alabastro, mulier effudit vnguentum. *effusum est* Deniq; proditori Iudæ dicenti, quare hoc *vnguentũ.* vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum est egenis, ita respondit Dominus Iesus: Sine illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Non ergo totum effudit illud, sed reseruatũ aliquid effundere habebat in die sepulturæ eius, quando futurum erat, & factum est, vt Ioseph ab Arimathia sepeliret corpus eius cum linteis & aromatibus. Nicodemo quoque mixtu- *Matth. 17.* rã ferenti myrrhæ & aloes, quasi libras cẽ *Ioan. 19.* tum, vbi aderat & ista mulier, sicut Euangelistæ testantur. Porrò Iudas & quod effusum erat, perditum esse calumniabatur, & quod non erat effusum, venundare propere rabat, vt de pretio furaretur. Falsum locutus est, frustra calumniatus est, quoniam ei qui vnguentum admisit, non erat ibi delectatio profusionis, imò meditatio vicinę mortis, quod notum esse voluit, dicẽs: Ad sepeliendum me fecit. Quod protinus sequitur: Amen dico vobis, vbicũque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mũdo, dicetur & quod hæc fecit in memoriã *Hoc fecit* eius, magis ac magis nos excitat ad consi- *in memoriã eius.* derandam hanc faciem vituli huius. Quid enim nobis innuit, vel quo suum hæc facies tendit intuitum, dicendo: Hoc Euangeliũ, nisi in ipsum passionis suæ Sacramentum, in quo stabat, & de quo loquebatur paulò ante, sic incipiens: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur? Ipsam nimirum passionis, sepulturæ, & resurrectionis suæ prædicationem, quæ tunc in toto mundo audienda erat, & nunc audita est, verè & fideliter no- *1. Cor. 4.* minauit, Euangelium, quod interpretatur bonum

Bonum initium melioris finis huius operis.

1. Reg. 1.

Iniqua indignatio discipulorum

turbonum nuncium. Audiuimus, credidimus, propter quod loquimur, quia verè bonum est nũcium: & vbicunque prædicatur hoc bonum nuncium, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius: & valdè vtiliter ex euangelica scriptura dicitur, vt & nos similiter faciamus, nos (inquam) omnis Ecclesia de cunctis gentibus peccatri- *Matth. 21.* cibus & iustificatis per gratiam eius. Cùm enim charitatis obsequium quibuslibet ex minimis eius, pro eo quod sunt eius fideles, impendiunt diuites, dando manducare esurientibus, dando bibere sitientibus, hospites colligendo, nudos operiendo, infirmos visitando, & veniendo ad eos, qui in carcere sunt, nimirum suaue & odoriferũ effundunt vnguentum super pedes eius, & hoc faciendo, effundunt etiam super caput eius, dum pro eo quod sic ministrant de rebus temporalibus, nihil omninò vanæ gloriæ siue laudis humanæ rescire volentes, spem suam totam reponunt in cælestibus. Et vt de spiritualibus quoque obse- *Obsequia spiritualia.* quijs non taceam, quando fidelem & vtilem de illo habemus, vel facim⁹ sermonẽ, Deum & hominem eum confitentes siue prædicantes, nimirum & super caput & super pedes eius vnguentum bonum effundimus, & ex homini odore vnguenti domus impletur, totus Christianus conuentus lætificatur. O quoties indignati sunt proh homini, etiam illorum nõnulli, quos negare non posses discipulos esse Domini, & fremuerunt aduersus fidelem animam, ita facientem, componẽtem optimum vnguentum, & effundentem super caput & pedes Domini, id est, scribentem scripta fidelia secundum veritatem sanctarũ scripturarum, spirantia vbique siue redolentia fidem & confessionem veræ diuinita- *Indignatio quorũdam* tis, & veræ humanitatis Dei & hominis Ie- *contra stu-* su Christi. Indignationem eiusmodi in ple- *dia autorũ* risque legimus, & nosipsi, nostris diebus, nostris pro opusculis, nonnihil experti sumꝰ. Verũ quomodo illic alij discipuli simpliciter indignati sunt. Iudas verò qui indignationis illorum fuit incẽdium, maliciosè & pro cupiditate lucri indignatus est: ita extunc & vsque nunc, Iudæi quidẽ & hæretici maliciosè indignantur, nonnulli autem Catholici simpliciter indignati sunt, & indignantur aduersum nos, scribẽtes & studentes in scripturis, & quasi perditionem vnguenti existimant, quod scribimus, putãtes, quod per præsumptionem, & pro vana gloria hoc faciamus. Sed tandẽ loquitur Dominus, testis fidelis, & conscius cuiusque intentionis, & dicit: Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Denique etiam præter commune testimonium, quod perhibebit omnibus, & quo omnes defendet in die iudicij, iam hic nonnullos talium defendit, qualibet defensione vt inter indignationes ipsas perseuerare, & opus bonum cꝑ operari cœperint, valeant perficere. *Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariothes, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argẽteos. Et exinde quærebat opportunitatẽ, vt eum traderet.* Hoc opus illi operi mulieris oppositum siue contrarium est, vt bono malum. Planè sicut de illa dixit, opus bonum operata est in me, sic contra, de isto dicat Dominus, malum opus operatus est in me. Illa enim ad sepeliendũ me pretioso vnguento vnxit, iste ad crucifigendum me vili pretio vendidit. Nulla tradi- *3. Reg. 19.* dit scriptura quempiam Sanctorum siue Prophetarum, qui multi interfecti fuerãt, ita vt aliquando diceret vnus ex illis Helias. Relictus sum ego solus, & quærunt animam meam, sic venditum siue emptum fuisse, vt venditus siue emptus est iste sanctus sanctorum, id est, sic emptum, vt emptores interficerent eum. Ioseph quidem sanctus in typum huius fuit venditus, sed emptores non idcircò emerunt, vt interficerent eum. Et Aman impijssimus idcircò, vt interficeret, emere voluit vniuersum ge- *Gen. 37.* nus Iudæorum, in quo vtique nonnulli iusti erant, dicens Regi Assuero: Si tibi pla- *Hester. 3.* cet, decerne vt pereat, & decem millia talentorum appẽdam arcarijs gazæ tuæ. Sed neque rex accepto argento populum vendidit, neque Aman placito suo gratis concessum interficere potuit. Iste vnus sanctꝰ sanctorum ad hoc emptus est, vt interfice- *Vile pretiũ venditionis* retur, emptus pretio vili, scilicet, triginta argenteis, quod pretium vix est vnius vituli bruti, quo multo melior erat iste vitulus Domini. Quãto melior? Caput eius (ait dilecta in Canticis) Aurũ optimũ, manus eius aureæ plenæ hyacinthis. Venter *Cant. 5.* eburneus, distinctꝰ sapphyris. Crura colũnæ marmoreæ, q̃ fundatæ sunt super bases aureas. Hic tantus triginta emptus est argẽteis, venditor nimis vltroneo, ponente pretium in arbitrio ementiũ, ac dicente: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradã? *Amos. 2.* Hinc per Prophetam Amos dictum est: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum, pro eo quod vendiderit argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Denique & si hoc persæpè fecit ille Israel, nos tamen ea tantum at- *Gen. 27.* tendimus, quæ cognita de scripturis habe- *Matth. 25.* mus. Primò vendiderunt argento iustum, & pro calceamentis pauperem, quando decem filij Iacob fratrem suum Ioseph viginti argenteis Ismaelitis vendiderunt, quo ex pretio quum singulis non plures obue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nissent quam duo argentei, vix inde potuerunt calceari. In illo scelere sic isti mensuram patrum suorum impleuerunt, vt triginta argenteis Iudas venderet, emerent autem principes Sacerdotum talem tantumque pauperem iustum: qui videlicet duo principes Sacerdotum Annas & Cayphas, pompaticè soliti incedere, ex eodem pretio, cũ retulisset eis traditor, vix satis insigniter potuerunt calceari. Hoc agendo Iudas infelix verè abijt, & veraciter sic dictum est, tunc abijt vnus de duodecim. Abijt enim, & totus recessit ab illis, Apostolatum suum dimisit, Episcopatum suum alteri reliquit. Abijt (inquam) in consilio impiorum & in via peccatorum stetit, & in cathedra pestilentiæ sedit. Abijt à Deo, stetit cum diabolo, & relatis triginta argenteis, nihilominus in triginta maledictionibus, ore prophetico, in Psalmo centesimo octauo trecies maledictus, antequã natus. Prima est maledictio, cõstitue super eum peccatorem. Secũda, & diabolus stet à dextris eius. Tertia, cũ iudicatur, exeat condemnatus. Quarta, & oratio eius fiat in peccatum. Quinta, fiant dies eius pauci. Sexta, & episcopatum eius accipiat alter. Septima, fiant filij eius orphani, Octaua, & Vxor eius vidua. Nona, nutãtes transferantur filij eius & mendicent. Decima, eijciantur de habitationibus suis. Vndecima, scrutetur fœnator omnem substantiam eius. Duodecima, & diripiant alieni labores eius. Tertiadecima, non sit illi adiutor. Quartadecima, nec sit qui misereatur pupillis eius. Quintadecima, fiant nati eius in interitum. Sextadecima, in generatione vna deleatur nomen eius. Septimadecima, in memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini. Octauadecima, & peccatum matris eius non deleatur. Nonadecima, fiant cõtra Dominum semper. Vicesima, & dispereat de terra memoria eius. Vicesimaprima, & dilexit maledictionem, & veniet ei. Vicesimasecunda, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Vicesimatertia, & induit maledictionem sicut vestimentum. Vicesimaquarta, & intrauit sicut aqua in interiora eius. Vicesimaquinta, & sicut oleum in ossibus eius. Vicesimasexta, fiat ei sicut vestimentum quo operitur. Vicesimaseptima, & sicut zona qua semper præcingitur. Vicesimaoctaua, qui insurgunt in me, confundantur. Vicesimanona, induantur qui detrahunt mihi, pudore. Tricesima, & operiantur sicut diploide confusione sua. Quàm ergo mala, quã damnosa decimatione miser, nec tamen miserabilis Iudas, illã quam perditionem vnguenti recuperauit? Dixerat enim: Vt quid perditio hæc? Quare hoc vnguentum non venijt trecentis argenteis, & datum est egenis? Trecentorum quippè denariorum decimatio sunt triginta denarij, quot vel quibus benedictum vendidit, & triginta maledictiones hæreditate possedit. *Prima autem die azimorũ accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam. & dicite ei: Magister dicit, Tẽpus meũ prope est, apud te facio Pascha cũ discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit Iesus illis, & parauerunt Pascha.* Prima die azimorum, quartadecima dies erat mensis primi, cuius ad vesperã Pascha erat, id est, immolatio agni, dicẽte Domino ad Moysen: Mensis iste principium vobis mensium, primus erit in mensibus anni, & cętera vsque. Septẽ dieb. azima comeditis, in die primo non erit fermentatum in orationibus vestris. Item: Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azima, vsque ad diẽ vicesimamprimam eiusdem mensis ad vesperam. Sanè primus mensis apud Hebræos Nisan, apud nos dicitur Aprilis, quem ita secũdum legem propter rationem Paschæ obseruamus, vt lunatio, cuius quartadecima dies in ipso æquinoctio vel post æquinoctium euenerit ipsa mensis primus habeatur. Ad vesperam illius diei, quando luna plenissima est, Agnus mystico ritu immolabatur, & comedebatur cũ azimis panibus & lactucis agrestibus. Illa die cùm in cunctis domibus immolandus teneretur Agnus, à decima die seruatus, vt ad vesperam immolaretur, quærebat Iudas opportunitatem, vt agnum Dei traderet, & opportunitas hoc modo quærebatur: Ite, ait Dominus Iesus in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, &c. Nam in ciuitatem, hoc est, in Hierusalem à Bethania venit, & illuc veniendo ac diutius immorando, traditori opportunitatem fecit. Sciendũ quippe, quia cæteris diebus cùm in templo docuisset, ad vesperam egrediebatur in Bethaniã, & ibi nocti bus morabatur, adeò nulli vnquam adulatus, vt in tã magna & ampla ciuitate, nec saltem vnius noctis vnquam habuerit hospitium. Illa nocte, qua tradendus erat, diutius (vt iã dictum est) immorari voluit, licet sciens (vt Euangelista Ioannes scribit) omnia quæ venturã erant super eum. Non enim deceret principẽ fortitudinis, quamuis nostræ mortalitatis infirmitate circundatum, quamuis morte instante paueret, & tederet, refugere horam vel tempus suum, redeundo more solito citius in Bethaniã. Nunquid enim deberet, nunquid iustum aut legitimum esset, aliàs quã Hierosolymis illud vetus pascha consummare, nonnunquam corporis & sanguinis sui sacrificium, quod illa nocte fecit, offerre: Caue (inquit

Abijt Iudas. *Psal. 108.* *Actor. 1.* *Psal. 1.*

Triginta maledictiones in Iudã

Mala decimatio Iudæ alias vẽditor.

Lex de azimis.

Exod. 12. Deut. 16.

Obseruãda paschalitẽ poris.

Ioan. 18. Marc. 14.

Cur eo vẽnerit Iesus diutius solitũ

to immicta tus est Iesus lem.

Deut. 12. (inquit lex) ne offeras holocausta tua, in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit Dominus, in vna tribuum tuarũ offeres hostias, & facies quæcunque præcipio tibi. Factus sub lege, obedientiam legi debebat, vt nõ in Bethania siue in alio quocunque loco, sed in loco quem elegerat Dominus, scilicet in Hierosolymis, sacrificiũ suũ offerret. Quando putas locum illũ *3. Reg. 8.* elegit Dominus? Putas nè quando Salo- *Gen. 22.* mon in ea ciuitate templum condidit? Imò quando pater Abraham filium suum Isaac ibi obtulit, tentante Domino accidente, tolle filium tuum vnigenitum quẽ diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque offer eũ ibi in holocaustum super vnũ montium quem monstrauero tibi. Iam tũc elegerat Dominus locum illum sacrificio huic, cuius in typũ iusserat Dominus Isaac ibidem à patre suo sibi offerre. Nam quod legimus, in terram visionis, in Hebræo habet Moria, & est mons, in quo postea templum conditum est in area Ornan Iebusei, *1. Paral. 3.* sicut & in Paralipomenon scriptum est: *Galat. 4.* Et cœpit Salomon domũ Domini in Hie- *Ingressus Iesu in die palmarum* rusalem in monte Moria, qui demõstratus fuerat Dauid patri eius, in loco quẽ parauerat Dauid in area Ornã Iebusæi. Hæc idcircò dixerim, ne ignorem causam, cur vitulus iste siue agnus immolandus accede- *Exod. 23.* re debuerit ad locum immolationis, scilicet, quia factus sub lege, debuit obedire legi. Itidem de ingressu eius in eandem ciuitatem, quo ingressus est decima die, sentiendum ac dicendum est. Neque enim (vt nonnulli putant & dicunt) idcircò cum tãta gloria tũc in ciuitatem introiuit, vt eos prouocaret ad interfectionem sui, sed obediens legi dicenti. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo, tribus vicibus per annos singulos ascendebat, scilicet, in solennitate azimorum, in solennitate mensis primitiuorum, & in solennitate tabernaculorum. *Matth. 21.* Populorum autem turbæ, quæ conue- *Ioan. 11.* nerant ad diem festum, idcircò cum tanta gloria obuiam ei venerunt, quia audierant eũ fecisse recens illud miraculum, scilicet, vocasse de monumento Lazarum mortuũ quatriduanum. *Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valdè, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum Domine? At ipse respondens ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, dedit q̃, discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cũ illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.* Hic idem narrationis ordo apud Mar- *Marc. 14.* cum habetur, scilicet, inter manducandum & bibendum, dum manducarent vetus Pascha, id est agnum assum cũ azimis panibus & lactucis agrestibus, proditorem fuis- *Luc. 22.* se designatum, dicendo: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est, &c. vsquequo ait illi, Tu dixisti. Et tunc demum Sacramentum corporis & sanguinis sui Dominũ tradidisse discipulis suis, vbi iam de traditore illo nulla mentio fit. Porrò apud Lucam textus vel ordo literæ se aliter habet. Prius enim vtrunque pascha, scilicet, vetus & nouum, continua narratione describit, & tunc demum hæc Do- *Duplex vtrorũ sentẽtia de Iuda in cœna Domini.* mini verba subiungit. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, &c. Hæc diuersitas in ordine narrationis, diuersas magnis atque catholicis patribus de Iuda traditore sententias peperit: alijs dicentibus de illo, quod interfuerit: alijs astruentibus, quod iam exisset & nõ interfuerit, vbi Dominus iam dictum corporis & sanguinis sui sacramentũ discipulis suis tradidit. Præcipuus pater Augustinus, at- *Sentẽtia Augustini.* tendens Lucæ Euangelistæ narrationem siue literæ eius seriem, hoc sensit, hoc in plerisque locis scripsit, quod ille interfuerit, & cum cæteris Apostolis Sacramentũ hoc acceperit, Exempli gratia, In Euange- lio secundum Ioannem, vbi dictum est. *Ioan. 13.* Et post buccellam tunc introiuit in illum Sathanas, non autem ait, vt putant quidã negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligendum enim est, q̃ iam omnib. eis distribuerat Dominus corporis & sanguinis sui sacramentum, vbi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissimè narrat, ac deinde ad hoc ventũ est, vbi secundum narrationem Ioannis apertissimè Dominus per buccellam tinctam atque porrectam, suum exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionem, illius significans fictionem. Porrò beatus Hila- *Sentẽtia Hilarij.* rius hanc Matthæi narrationem sequens, in hoc ipso euangelio dicit: Postquam Iudas proditor indicatur, sine quo Pascha accepto calice & fracto pane conficitur. Dignus enim æternorum sacramentorum non fuerat communione. Nam discessisse statim hic intelligitur, quod cũ turbis reuersus ostenditur. Neque sanè cum Deo bibere poterat, qui non erat bibiturus in regno, cũ vniuersos istum bibentes, ex vitis istius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis istius fructum secum postea bibituros polliceretur. Si ergo causa postulauerit, vt in quæstionem veniat, vtrum Iudas adhuc in illa hora cũ discipulis fuerit, an ante iam exierit, quis horum magis audiẽdus vel sequendus erit? Is vtique, cui magis opitulatur ratio sumpta de textu euangelicæ narrationis. Soli namq; sunt Propheta & Apostoli, quorum de scripturis in aliquo dubitare nefariũ sit. Quod quũ multis ipsorum, qui scripturas tractauerunt confirmari possit sententijs, vna sufficiat beati Hieronymi in versiculo Psalmi 86. Dominus narrabit in scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea. Videte (ait) quid dicat. Qui fuerũt, nõ q̃ sunt, vt exceptis Apostolis quod cunque aliud post ea dicitur, abscindatur, non habeat autoritatem. Quamuis ergo sanctus sit aliquis post Apostolos, quamuis disertus sit, non habeat autoritatem, quoniam Dominus narrat in scripturis populorum & principum horum qui fuerũt in ea. Si igitur scire opus est vel scire cupimus, cuiusnam ratio firmior sit, peruidẽdum est prius, quomodo Lucas à cæteris euangelistis Matthæo & Marco in ista narratione non discrepet, quia videlicet beatus Augustinus eorum consonantiam hic non requisiuit, dum Lucæ narrationem se qui visus est. Quærentibus istud iam occurrit, quia videlicet quum dixisset. Et accepto pane, gratias egit, fregit & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem: similiter & calicem ita determinauit, vt diceret, postquã cœnauit. Profectò si postquã cœnauit, ergo & post verba hæc. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa: quia (sicut iã dictum est) secundum alios euangelistas hęc verba dixit, nec postquam cœnauit, sed quando cœnauit, & de cœna ipsa buccellã intinctam Iudę porrexit, qui & (sicut Ioannes refert) continuò exiuit. Hic iam quæritur, quid opus fuerit, vt hic euangelista tali vteretur modo narrationis. Est enim hic modus, quem recapitulationem vocãt, vnde Ticonius quidam, qui (vt ait beatus Augustinus) contra Donatistas inuictissimè disseruit, sextam regulam scripsit in libro, quem regularum vocauit, quia in eo quasdam septem regulas executus est, quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperientur occulta. Sextam regulam ille recapitulationem vocauit, in obscuritate scripturarum satis vigilanter inuentã. Sic enim dicuntur quædam quasi sequantur in ordine temporis, vel rerum contiuatione narrentur: cùm ad priora, quæ prætermissa fuerãt, latenter narratio reuocetur, quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur. Exempli gratia: In Genesi scriptũ est: Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Statimque sequitur: Produxitq; Dominus Deus omne lignum pulchrum visu & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio paradysi, lignumq; scientiæ boni & mali. Hoc igitur videtur dictum, tanquam id factum sit, postquam factum posuit Deus hominem in paradyso, quum breuiter vtroque commemorato, scilicet, & quod plantauerat Dominus Deus paradysum, & quod in eo posuit hominem quem formauerat, recapitulando redeat & dicat quod prætermiserat, videlicet quomodo plantatus fuisset paradysus. Multa secundũ hunc modum in scripturis inueniuntur, quorũ ad obscuritatem elucidandam regula hæc, scilicet, recapitulatio, valdè vtilis est. Hoc ergo quæritur, vt iam dictum est, cur Lucas Euangelista scribendo illam Domini cœnam, tali narrationis modo vti voluerit. Istud quærentibus, illud in primis dedum monstrãdum est, quia solus ipse, videlicet Lucas, hęc Domini verba præscripsit, dicta in illa priori cœna typici paschæ siue agni paschalis, quem commedit cum suis discipulis secundum morem veteris mandati. Desiderio (ait) desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis, q̃ non bibam de genimine vitis, donec regnũ Dei veniat. Hoc solus (vt iam dictum est) Lucas scribere curauit, Dominum dixisse, quod desiderio desiderauerit cum discipulis suis comedere Pascha illius anni, qui annus tricesimus tertius assumptę humanitatis, suique desiderij causam hanc subiunxisse, quod pascha illud manducaturus, & calicem eiusdem typici paschæ bibiturus non esset, donec impleatur in regno Dei. Congruum ergo fuit, vt modum adimplẽtionis illius continuò perscriberet: & idcirco dilatis, quæ in eadem cœna dicta sunt. Et accepto, inquit, pane gratias egit & fregit & dedit eis dicens: Hoc est corpus meũ quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens: Hic est calix, nouum testamentum in meo sanguine, qui p̃ vobis fundetur. Hoc itaque modo impletur in regno Dei illud quod illo priore pascha & priore calice figurabatur. Extúc enim venit regnum Dei, cuius videlicet regni initium erat passio eius ad quam nocte illa tradebatur, tertia die resurrecturus.

Verba Hieronymi. Psal. 86.

Patet ex scripturis, Iudam non interfuisse sacræ concioni post cœnam factæ.

Luc. 22.

Ioan. 13.

Recapitulatio, sexta regula Ticonij.

Cur Lucas alio narrationis modo vtitur

hic quã Lucas, Luc. 22.

Itaq;

Itaque causam nos arbitramur dixisse idoneam, propter quam solus Lucas vtriusq; scilicet, veteris ac noui, paschæ narrationẽ continuare voluerit, ac demum per recapitulationem redisse ad verba, quæ ante sacramentum noui paschæ dicta esse testantur Euangelistæ cæteri. Non ignoro quod plerique & ferè omnes sensum sequantur & magis amplectantur beati Augustini quàm beati Hilarij, quem tamen aliter sensisse vel scripsisse hactenus nouerant admodum pauci. Aiunt namque multos hodieque indignos (quod verum est) idem sacramentum accipere, & accipiendo iudicium sibi manducare & bibere. Aiunt etiam, quod itidem verum est, nemine nisi confesso vel conuicto de crimine sacramentum hoc denegari debere, & quum alia ratione, immò multis rationibus illud comprobetur, maximè huic rationi innituntur, quia Dominus Iudæ traditori, sicut & cæteris Apostolis, sicut nondum confesso, aut conuicto communionem eiusdem sacramenti non negauit. Sed videamus vtrum Iudas secundum præscriptam considerationem confessus vel conuictus fuerit, an non, quando Dominus hoc sacramentum tradidit: Nam quomodo vel quali ordine in occultis criminibus ad hoc perueniendum sit, vt confessus vel conuictus quis habeatur, Dominus ipse prædocuit: Si, inquit, peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecũ adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem ecclesiã non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Videndum ergo, vtrũ, sicut in cæteris accipimus quia cœpit Iesus facere & docere, ita & in isto fecerit ipse quod docuit. Vtique peccabat in eum Iudas frater fictus, quia festinabat tradere eũ nullo fratrum, id est, discipulorum sciẽte, præter ipsum qui omnia nouerat, quem latere non poterat. Ait autem suppresso nomine traditoris, vnus ex vobis me tradet. Ita dicendo, profectò corripuit eum inter se & ipsum solum, quia præter ipsum, quẽ sua ipsius conscientia latere non poterat, nemo sciuit de quo diceret. Nõ audiuit corripientem, quippè qui in intentione persistens, manum quoque cum Domino intingebat in catino, callidus vt putabat ipse. Tunc (vt plenius Ioannes narrat) aspicientibus ad inuicem discipulis, & hæsitantibus de quo diceret, erat recumbens vnus ex discipulis Iesu in sinu eius, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cũ recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? Cui respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cũ intinxisset panem, dedit Iudæ Iscariothis. Hoc agendo nimirum adhibuit vnum aliũ secum, scilicet, Ioannem, cui locutus fuerat, audiente ipso Iuda, quia propius assidebat, vt fieret quod dixerat, quia in ore duorum vel trium testium stet omne verbũ. Nõ audiuit eos imò deterior factus est, sicut per hæc verba innuit Euangelista. Et post buccellam tunc introiuit in illum Sathanas, & cum indignatione dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Et ait Iesus illi: Tu dixisti. Et hoc nimirum Ecclesiæ dicere fuit, quia conuentus discipulorum audire potuit. Continuò exiuit, ecclesiam non auditurus, immò quod faciebat, facturus citius, iam, Ethnicus & publicanus, Ethnicorum & publicanorum deterrimus. Hæc id circò dixerim, vt si sententiam beati Hilarij supra scriptam sequamur, nihil ominus constare sciamus, quod sacra communio nemini deneganda sit, nisi de crimine confessus sit aut conuictus. Iam, vt ad propositum sermo recurrat, considerandum in isto capitulo, quanta sit faciei præscriptæ, faciei vitulinę manſuetudo, quanta ratio, quanta veritatis & iustitiæ pulchritudo. Non ante hac tradidit vel condidit hoc sacramentum corporis & sanguinis sui, sed tunc primum, quando in passione iam agonizabatur, ipsa nocte qua tradebatur, quãdo iam strues lignorum componebatur, super quam secundum spiritualem ritum sacræ ac mysticæ legis membra talis vituli cæsa ordinarẽtur, subiecto in altari igne magnæ charitatis, siue spiritus sancti, per quẽ desiderabat offerri, tunc adipẽ suum pro peccato ipse obtulit, scilicet omnem necessariam nobis vtilitatem suæ passionis, sub istis speciebus panis & vini, dicendo: Hic panis est corpus meum, hic calix nouum est testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Et rectè atque rationabiliter. Etenim sacramentum hoc quo mors eius annunciatur, quemadmodum Apostolus dicit. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat: quando debuerat condi vel dari, nisi sub ipsius articulo passionis? Hoc denique ratio vel nostræ salutis ordo poscebat, vt non nisi iam mandatis per passionem eius ab illa veteri macula peccati originalis, daretur iste cibus vitæ contra illud edulium mortis, quod primus homo maligna intentione comedit, volens esse Deo similis, in quo omnes peccauimus, in quo omnes superbiæ veneno infecti fuimus. Sed dicit aliquis: Nondum erat fusus ille sanguis, sed fusus

Rationes pro sententia Augustini.

An Iudas fuerit de crimine tũc cõfessus & conuictus.

Matth. 18.

Actor. 1.

Ioan. 13.

Cur in vltima cœna instituit dominus sacramentũ corporis & sanguinis.

Leui. 4.

1. Cor. 11.

Gen. 3.

Rom. 5.

Obiectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio.

fusus est die sequenti, quo & ipsos Apostolos oportebat emundari, quibus primis illa nocte hanc escam & hunc potum dedit. Ad hæc, inquam, iam venditus erat iste Agnus Dei, iam tradebatur iste vitulus sacrificij veri, & idcircò iam rectè mundi habebãtur, iamque veraciter vocabantur amici, ita vt diceret eis: Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Et subinde: Vos amici mei estis. Et notã dum ꝙ nõ dixit, propter passionẽ vel mortem meã iã vos mũdi estis iã vos amici estis, sed propter sermonẽ ait quẽ locutus sum vobis. Non enim passio vel mors eius aliter eis profuisset, nisi sermo quem locutus fuerat eis, creditus vel admixtus fidei fuisset. Quod aũt estis dixit, omnibus quoq; sanctis dixit aut dicere potuit, qui eum expectabant ab origine mundi, iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Nam reuera propter eum, quẽ locutus est eis, sermonem legis & prophetarum, propter illud, quod primum ad Abraham locutus est, promissionis verbum de semine eius, quod est ipse Christus: propter illum (inquam) sermonem quia crediderunt, iam ex eo mundi sunt, & munda uit eos ipsa passio eius, quæ tunc agebatur: ipse sanguis eius, cuius effusio nocte illa parabatur. Vnde licet iam dictum corporis & sanguinis eius sacramentum, humana cõpræhendi ratione non possit, quomodo panis corporis eius, & vinum quomodo sanguis fiat, quomodo dudum de isto loquẽs mysterio, dixerit. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: hoc tamẽ rationabiliter dixeris, quod vel pro eò panis iste rectè dicatur, & verè sit caro Christi, quia nobis residuis, qui nondum eramus nati nobis viuentibus, siue venientib. ab ipsis Apostolis, idem facit comesus iste panis quod illis prioribus sanctis fecit in sua specie crucifixa, moriens & sepulta caro Christi. Remissionem peccatorum contulit prioribus illis caro Christi mortua, & eodem ventre recepta, quo sepulta continebantur eorum corpora: & sanguis ille, quem & viuens illa nocte fudando emanauit, & iam mortuus, cũ aqua de latere suo fudit remissionem peccatorum, operatur & nobis sacramentũ eiusdem carnis & sanguinis sub istis speciebus panis & vini. Igitur vt dicere cœperã, non ante passionem, sed sub ipso passionis vel mortis articulo sacramentum hoc fieri vel dari debuit, quo simul omnes, tam mortui quam viui, credentes, ab illa macula veteris cibi abluerentur, & simul omnes isto noui testamenti sacramento epularentur: mortui modo sibi congruo, & viui modo sibi cõgruo. Denique mortui, quoniam in vita sua de sacrificijs huius sacramenti significantius initiati fuerant, venturum & moriturum Christum licet intelligerent, pauci signis illis annũciantes, idcircò rectè refectionis perfectionem illam, quam diximus, assecuti sunt, vt & mortui Christi anima vel spiritus ad animas illorũ descenderet: per quod factum est, vt statim viderẽt & scirent, quã suauis (est) Dominus Deus, qui angelorum cibus est, quos pascit immortaliter: & corpus in eiusdem terræ ventrem deueniret, quo condita erant eorum corpora, per quod resurrectio ad vitã daretur eis, sicut ex multis qui cum eo iam tunc resurrexerunt, confirmatum est. Porrò viuis, id est, nobis, quibus veraciter dicitur, & qui fideliter credimus, quia Christus resurgens à mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur, non iam figuræ proponuntur, quæ Christi morte impleantur, sed ipsa rei veritas, verũ sacrificium, quo ipsa Christi mors verbis manifestis cum signaculo crucis eius annunciatur, vbi miro modo & viuimus & mortui sumus. Quicunque enim (ait Apostolus) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipius baptizati sumus: quo videlicet baptismo nisi mortui fuissemus, non esset nobis in cibo & potu isto annunciare mortem eius. Libet hic nota vti similitudine. In lib. Num. scriptum est: Misit Moyses exploratores ad considerandam terram, & confortamini, inquit, & afferte nobis de fructib. terræ. Cumque ascendissent, explorauerũt terram, pergentes vsque ad torrentem botri, absciderunt palmitẽ cũ vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. Secundum illius reí gestæ similitudinem, nimirum & illi qui tempore præcesserunt, & nos qui subsequimur Christi aduentum, vtrique portamus quasi botrum cum palmite suo, magnum promissionis dulce experimentum, scilicet, dominicæ incarnationis, passionis, resurrectionis atque ascensionis mirabile sacramentum. Illi portauerunt in sacris ac mysticis sacrificiorum cæremonijs vmbraticis & significatiuis, nos portamus in isto vnico sacrificio panis & vini. Quapropter hic animaduertendum, quia viro rum illorum portantium botrum illum alter qui præcedebat, quod portabat, ipse non videbat: alter qui sequebatur, quod portabat ante se videbat. In hoc deniq; nos atque illi non minimè discernimur, quod nos manifestis (vt iam dictũ est) verbis cũ signaculo viuificæ crucis verum perficientes sacrificium, mortem Domini annuncia mus, mortem Domini sequimur, & crucẽ baiulamus. Botrus quippe in vecte, Christus est in cruce: & hoc aperta facie contẽplamur, illi autem portabant quidem, sed non vide-

Ioan. 15. *Iam vos mundi estis propter se &c.*

Gen. 15. 17 22. *Galat. 3.*

Remissionem peccatorũ contulit caro Christi aliter antiquis aliter nobis Ioan. 6.

Quomodo mortui ante passionẽ Christi refecti sunt hoc sacramento noui testamenti.

Matth. 3.

Rom. 6.

Ibidem.

non videbant, legebant: sed non intelligebant, & qui optimi erant, qui intelligere digni erãt, qui propheticis oculis videbãt, eis dicebatur ne propalarent. Exempli gratia: Tu aũt Daniel claude sermões & signa librũ vsq; ad tẽpus statutũ. Pertransibunt plurimi & multiplex erit sciẽtia. Ad Esa. aũt: Liga testimoniũ: signa legẽ in discipulis meis. Quãuis de hoc sacramento à maioribus nostris multa sufficienter dicta sint, & fastidiũ legentis vitandũ sit, vnũ tamen adhuc, ꝙ mens suggerit libet eloqui. Iã enim fortè quis animaduerterit, ꝙ hic maxima tẽtatio sit. Et reuera non fallitur quisquis hoc animaduertit. Est enim hic tẽtatio dei, tentatio queres fidẽ: cui cõtraria est tẽtatio diaboli, tentatio queres pfidiam. Cuius vi delicet tentationis Dei, vt de simili causa ꝙ feramus testimoniũ, ecce in Exo. dicit Dns ad Moysen: Ecce ego pluã vobis panes de cælo. Egrediatur populus & colligat qui sufficiant per singulos dies vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non. De simili causa ideò dixi, quia ꝓfectò ꝙ tunc Dominus manna de cælo pluit, in figura sacramenti huius contigit ilis, vt itidem tentationis diaboli de causa contraria proferamus exemplum, serpens, imò in serpente diabolus, dixit ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quacunque die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi vestri & eritis sicut dij, scientes bonũ & malum. Comedit mulier, deditq; viro suo, & comedit. Ita tentati à diabolo, tentauerunt Deũ, & aperti sunt oculi amborum, non vt scirent bonum & malum, sed vt à bono caderent in malum: non ita vt se esse deos, sed ita vt cognoscerent se esse nudos. Non autem putandum, quod tunc primum tentauerint Deum, quãdo vetitum comedendo, experiri aũsi sunt vter verior existeret, Deus nẽ qui dixerat. In quocunque die comederitis ex eo, morte moriemini, an serpens qui dixerit, Nequaquam morte moriemini, sed eritis sicut dij. Iam ante tentare Deum inceperant, iam antequam foris audissent malum serpentis consilium, intus in corde suo tentabant Deum, versantes diuini tatis appetitum. Nam (sicut ante nos dictũ est) nisi prius intus intumuissent, foris tentati tam facile non cecidissent. Alioqui quomodo æquũ fuisset, vt Deus tentaret eos, ponendo præceptum quod non ignorabat eos fore præuaricaturos? Deus enim intentator malorum est. Quod vt apertius dictum sit, Deus non nisi malè tentatus ab aliquo, non tentat aliquem tentatione, in qua compræhendatur præuaricator. Exempli gratia: In tentatiõe supra memorata, qua tentauit populum, dicens: Egrediatur populus, & colligant quæ sufficient per singulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non: die autem sexta parent quod inferant, & sit duplum quàm colligere solebant, quia in die septimo nõ inuenietur: præuaricatores inueniendi erant. Venit enim dies septima, & egressi de populo vt colligerent, nõ inuenerunt. Dixit autem Dns ad Moysen: Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam? Nunquid intentatus Deus eos illa tentatione tentauit, quos præuaricaturos non ignorauit? Non vtiq; intẽtatus, murmurauit enim omnis congregatio filiorum Israel, murmurando tentans, tentando murmurans, sicut habemus in Psalmo. Et tentauerunt Deum in cordib. suis, vt peterent escas animabus suis, & malè locuti sunt de Deo: dixerunt. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Porrò si quem tentat Deus, à quo non ipse est malè tentatus, illi nimirum omnis tẽtatio in gloriã cooperatur. Vnde non solus Abraham, quem Deus tentauit in oblatione filij sui, verumetiam ferè omnes sancti pro exemplo sunt, de qualibus Sapientia dicit: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. Omnibus his Moyses dicit illud quod Israel in Deuteronomio dicit: Adduxit te Dominus Deus tuus per desertum, vt affligeret te atque tentaret, & nota fierent quę in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata illius an nõ. Ac deinceps: Eduxit riuos de petra durissima, & cibauit te mãna in solitudine, quod nescierũt patres tui. Et postquam afflixit ac probauit, ad extremum misertus est tui. Igitur, vt ad propositum redeam, magna in isto sacramento tentatio Dei est, tentatio quærens fidem, ad euacuandã perfidiam, quã tentatio diaboli in primis hominibus inuenit, quibus vetitũ comedere persuasit. Est autem fides (ait Apostolus) sperandarũ substantia rerũ, argumentum non apparentiũ. Oportebat ergo non apparere res, vt locum haberet substantia hæc, res inquam, id est, carnem & sanguiné non apparere oportebat, non solùm ne sensus nostros comedentium atq; bibentiũ naturali offensiõe offenderent, quib. humanã carnem mandu care vel dentib. terere, sanguinẽq; humanum bibere, neq; pium, neq; naturæ amicũ est, verum etiam vt locum haberet hæc sperandarum substantia rerum, hoc argumẽtum rerum non apparentium, scilicet fides in qua testimonium (ait idem Apostolus) consecuti sunt senes. Denique, si omnes respicias senes, id est, antiquos patres, quib.

Dan. 12.

Esa. 1.

Duplex tẽtatio circa hoc sacramentũ.

Tentatio Dei.

Exod. 16.

1. Cor. 10.

Gen. 3.

Adã & Eua prius tẽtauerunt Deũ quam tentati fuerunt.

Iacob. 1.

Duplex tẽtatio Dei vna in ruinam.

Exod. 16.

Sap. 3.

Deut. 8.

Magna tẽtatio circa sacramentũ corporis & sanguinis Christi

Alter a in gloriam.

Hebr. 1.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonium sancta perhibet scriptura, quod fuerint fideles, quosque Apostolus ibidem enumerat, sententiam hanc verā interserens. Sine aūt (ait) fide impossibile est placere Deo, omnium illorum fidem probatam inuenis circa res illas quæ non apparebant, quas ipsi iam nō videre, sed tā tum sperare poterant, quarūet iam aliquæ non solū non apparebant, sed & supra naturā erant. In hoc itaq; sacramento, cū sit opus magnæ atq; ineffabilis misericordię, miro nihilominus iudicio, miranda tentamur veritate, vt manifesti fiant hi quorū est fides, quibus salua iudicij rectitudine, misericordia condonare debeat morsus illos ligni vetiti, quos momordit mulier & dedit viro suo, mala in Deum suspicione, peruersa & nimia circa serpentem credulitate. Nónne creditum ibi fuit quod non
Gen. 2. apparebat, ꝙ non videbatur? nunquid oculis videbant in illo fructu ligni virtutē tantæ rei effectiuam, quā serpens promisit, dicens. Eritis sicut dij? Et quidem nec illa mors apparebat aut videri poterat oculis, quam interminatus fuerat Deus, dicens: In quocunq; die comederis ex eo, morte morieris: sed credere oportuisset Deo creatori fideli in omnibus quæcunque dixit: creditum autem fuit non creatori, sed serpenti, non Deo sed diabolo. Totum illud sacrilegium per istud emendatur sacramentum, in illis qui credunt, & credentes percipiunt, in fide humiles, in humilitate fideles: ac proinde illis parentibus longè dissimiles, cū illi promissum illud audierint in pretium præuaricatiōis. Eritis sicut dij, superbi & malè creduli: ac proinde malè creduli, quia superbi: isti autē vocem humilitatis audiunt in mysterio siue annunciatione mortis eius. Vos amici mei estis,
Ioan. 15. manete in me & ego in vobis. Quanto enim suauior est hæc vox. Qui māducat carnem meam & bibit sanguinē meum, in me
Ioan. 6. manet & ego in illo, + dilectione illa, quā serpens susurrauit. Comedite, & eritis sicut dij, qui vtique de suo non dabat, sed rapinā facere suadebat: hic aūt non qualecū
+ forte illectione. que suū, sed suam carnem & suum sanguinem dat. In illis qui non credunt, & nō credentes ore tamen sacramentū percipiunt,
Hæretici circa hoc sacramētum in lege præfigurati. cibus & potus iste operatur iudicium, quia tentati reprobi inuenti sunt, eo ipse quòd sine fide sunt, & malè tentant Deū. De hominib. hæreticis in illo Psal. parabolarū, q
Psal. 77. sic incipit: Attendite populę meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei, aperiam in parabolis os meū, ita dictum est: Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorū, & electos Israel impediuit. Eorum namq; peccatum est in eo, quod dicunt tentemus Deū: Quoniam percusit petram & fluxerūt aquæ, & torrentes inundauerunt, nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Est enim hic sensus: Nunquid quia potuit Cōuertitur panis in corpus Christi. Deꝰ facere, vt patefacto crucifixi Iesu christi latere, quod fuit percuti petram, flueret aqua cum sanguine, & implerentur scripturæ, & intelligibiles fierent, sufficerentque mentib nostris ad bibendū, in modum torrentium inundantium: nunquid (inquam) quia potuit illud facere, poterit etiam panem confectum manibus hominum conuertere in corpus, & vinum de palmitibus istis in sanguinē suum? Alioquin nisi mysterium attendas, sensus secundum literā non constat: quoniam percusit petram, & fluxerunt aquæ, nunquid & panem poterit dare: quia videlicet iste panis, id est, mā na secundū historiam prius datum est, quā percussa petra fluerent aquæ. Hactenus dilectio sacramenti huius morosius nos detinuerit, nunc ad cætera pergamus. *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti, Tunc illis dicit Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autē surrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquā scandalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.* Exitus iste in monte Oliueti ille est, quē apud Ioā
Zach. 13. nem habemus cū terribilib. ac reuerendis verbis istis: Surgite, eamus hinc, Quidnam Surgite, eamus hinc. erat dicere, surgite eamus hinc, & ita exire Ioan. 14. in montē Oliueti, in ipsa hora suæ traditionis, quādo Iudas loquebetur cū seniorib. statim venturus cum cohorte & ministris, nisi relinquere ciuitatem illam, quemad
Hier. 12. modum per prophetam Hieremiam prædixit: Reliqui (ait) domum meam, dimisi hæreditatem meam, facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua. dedit contra me vocem suam, ideò odiui eam. Ergo & prophetiam hanc & illud, quod per semetipsum dixerat ante biduum, ecce relinquetur vobis domus vestra deserta,
Matth. 23. iam impleri significans: surgite (inquit) eamus hinc, Et exierunt in montem Oliueti. Factis enim non minus, quàm verbis loqui, sapientiæ Dei familiare est. Ioseph. de bello Iud. lib 7. ca. 12 phus quoque vocem similem testatur fuisse auditam: Nocte (inquit) sacerdotes intimū templum more suo ad diuinas res celebrādas ingressi, primum quidem motum quendam strepitumque senserunt, postea verò subitam vocem audierunt, quæ diceret: Migremus hinc. Ita cum terribili significatione vocū omne prędium

dium salutis sese ab illa ciuitate migrare
Ioan. 8. demonstrauit, iuxta quod & ab ipso templo exiens idem Dñs prius significauerat,
Act. 1. dicente euāgelista: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Mala subsequentia probauerūt, vērè & de templo illo exisse, & de ciuitate illa abisse Iesum, & ab vtroque migrasse omne angelorum præsidiū. Et congruè non quouis, sed iuxta consuetudinem tunc quoque exiuit in montem Oliueti. Illinc enim ascensurus erat in cæ-
Luc. 24. lum, quo facto reuersi sunt, ait Lucas, Hierosolymam à monte, qui dicitur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem sabbati habens iter. Nec verò repugnat illud, quod scripsit idem Lucas: Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis, benedixit eis, & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Bethania nanque in latere montis Oliueti sita est. Ergo vbi per ascensionem consummanda erat eius gloria, illuc rectè exiuit,
Luc. 22. eandem gloriam suam oratione præuenire, & agonem suæ passionis inchoare, ꝙ idem Lucas euidentius narrat. Positis (inquit) genibus, orabat, factus in agonia, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis
Matth. 23. decurrentis in terra. Iam dicti exitus sui causam, propter quam rectè diceret, relinquetur vobis domus vestra deserta breuiter insinuat, dicens: Omnes vos scandalū patiamini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam Pastorem & dispergentur oues gregis. Scādalum illud omnes nouimus, nec demonstrare opus est, quomodo scandalizati fuerint, quomodo Petrus suæ, relicto eo fugerint, quomodo putabat fortitudinis oblitus, scandaquam lo noctis illius sic offensus sit, vt ter eū negaret, dicens: Nescio quid dicis, non noui hominem, & tunc demum gallo cantante, recordatus sit verbi Iesu dicentis: Prius quàm gallus cantet ter me negabis, & respiciente eum Domino, egressus foras, amarè fleuerit. Non (inquam) demonstratione opus est, sed nos proposito tenemur nos faciē istam, faciem vituli in hac immolatione ipsius contemplari delectamur.
Negatio Petri præsignata prius in eius submersione. Si cui vacat, sedeat nobiscum, & contempletur pariter in claritate faciei huius pulchritudinem oculorum ipsius. Et hoc vt locupletius fiat, res anterius gesta ad meriam est reducenda, valet enim mysterium eius in attentione ista. Iussit aliquando hic Dominus noster discipulos suos ascendere in nauiculam & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas, Cūque dimissa turba solus ascendisset in mōtem, & vespere facto solus esset ibi, & oraret, nauicula in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim ventus contrarius. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulans super mare. Cumque turbatis illis dixisset, habete fiduciam ego sum, nolite timere. Dñe (inquit Petrus) si tu es, iube me
Matth. 14. venire ad te super aquas, & descendens de nauicula, ambulabat super aquas. Videns ergo ventum validum, timuit. Et cū cœpisset mergi, clamauit, dicēs: Domine saluum me fac. Et continuò Iesus extendens manum, apprehendit eū, & ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? Denique res illa gesta miro modo, & res gesta, & rei gerēdæ quędam fuit parabola, siquidem placet parabolam dici, non solum in verbis, verumetiam in factis, quoniam & Apostolus e-
Hebr. 9. numeratis compositionibus primi & secū
Iesus oradi tabernaculi, quæ (inquit) parabola est uit solus & temporis instantis. Igitur dimissa turba sofeorsum. lus Iesus ascendit in monte orare, quia sic futurū erat & sic factū est, vt exiens de ciui
Matth 26. tate iam nō docturus turbā, exiret (vt iam dictū est) in montem Oliueti solus orare.
Luc. 22. Exierūt quidem cū eo discipuli, sed nō vsque ad locum orationis. Nam sustinete hic (ait) siue sedete hic, donec vadam illuc & orem. Et assumpsit quidem Petrum, & Iacobum & Ioannem secum, sed & illis iterū dixit: Sustinete hic, & vigilate. Et progressus pusillū siue aulsus ab illis, quantum est iactus lapidis, procidit in faciem suam, orans: ita relictis illis, iterū & tertio abijt, & orauit. Solus ergo erat orans nocte illa,
Nauicula siue vespera profunda. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, id est, si iactabatur des discipulorum nimis contristabatur, ita fluctibus. vt oculi eorum præ tristitia grauarentur. Sed venit Dominus Iesus ambulans super aquas, quia tempestates illas quæ propter ipsum motæ erant, & mouebantur, prompto spiritu conculcabat licet caro esset infirma. Etenim caro quidem infirma, dicebat in oratione, mi Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: sed spiritus promptus, veruntamē (ait) non sicut ego volo, sed sicut tu. Ibi confidentia Petri, se quoque promptam esse putauit: Domine (inquiens) iube me venire ad te super aquas. Dixit enim: Etsi omnes
Marc. 14. scandalizati fuerint in te, ego nunquam
Ioan. 13. scandalizabor. Animā meam pono pro te, tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. Cùm ista fiducia, quasi iam fortis & benè cinctus ambulabat & ipse super aquas, vt veniret ad Iesum. Cùm enim Discipuli omnes relicto DOMINO fugissent, ipse sequebatur longè vsque in atrium, & ingressus intro sedebat cum ministris vt videret finem. Sed ecce vidit ventum validum, & timuit, cœpitque mergi. Cùm enim sederet in atrio cum ministris (vt iam dictum est) accessit ad eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna ancilla ostiaria, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Iterum ab alia similiter ventilatus ancilla, dixit: Nõ noui hominem. Tertio ab his qui stabant, magno vento impulsus, cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. Cùm ita cœpisset mergi, clamauit, dicens: Domine, saluum me fac. Gallo quippe cantante, recordatus verbi Iesu quod dixerat, priusquã gallus cantet, ter me negabis, egressus foras, fleuit amarè. Denique sic flere, hoc fuit clamare, & saluationẽ quærere. Vt ita clamaret, respectus fecit saluatoris, quem Lucas venerabiliter expresit dicens: Et conuersus Dominus, respexit Petrũ. Postquã resurrexit (sicut & hic prædixit, postquam autem resurrexero præcedam vos in Galilæam) apparuit ei sicut in euangelio eiusdem Lucæ scriptum est, quia duo ex discipulis regressi in Hierusalẽ inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cũ ipsis erant: dicentes, quod surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Sed & angelus loquens mulieribus, hunc in nomine consolatum esse voluit dicendo, sed ite dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Verè ergo Iesus extendens manum, adpræhendit eum: reseruauit enim illi gradũ suũ, reseruauit & stabiliuit principem Apostolorum. Libet nunc inspicere illum prophetiæ locum, quem nobis illustrare debet scintilla hæc ex ore eius dicentis: scriptum est enim: Percutiã pastorem, & dispergentur oues gregis. Pauca ex præcedentibus & subsequentibus diligenter inspecta, pulchram intelligentiæ lucem refundẽt. Præcedentia sunt hęc: Et erit in die illa, dicit Dominus Deus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra, & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Et erit cũ prophetauerit quispiam vltra, dicent ei pater eius & mater eius genuerunt ẹum. Non viues, quia mendaciũ locutus es in nomine Domini, & configẽt eum pater eius, & mater eius, genitores eius cùm prophetauerit. Et erit in die illa, confundentur prophetæ vnusquisque ex visione sua cũ prophetauerit, nec operientur pallio saccino vt mẽtiantur, sed dicet, non sum ppheta, homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in medio eorum qui diligebant me. His premisis: Framea (inquit) suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: Percute pastorem, & dispergentur oues. Deinde subsequitur: Et conuertam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duæ, & dispердentur, & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiã partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam populus meus es, & ipse dicet, Dominus Deus meus. Ecce venient dies Domini, & diuidentur spolia in medio tui, &c. Totum illud prophetiæ capitulum illustrat nobis (vt iam dictum est) breuis sententia hæc, scintillas de pectore & ore ipsius Domini, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię absconditi, dum præmisso, omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, subiungit: Scriptũ est enim: Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Itaque vt competenter Euangelica vtar similitudine molẽtis. Ait enim ipse Dominus: Duæ erunt molẽtes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur. Hęc prophetica quasi mola inferior ponenda est, & cœpta iam euangelica narratio dominicę pasionis superponenda quasi mola superior, vt agente manu Domini, circũacta volucri cursu, fructuosum frumenti granum salubriter nobis teramus, & de optima eius medulla candidissimum farris panem in vsum vitæternę conficiamus. Tale frumenti granum Christus est, qui de semetipso dicit: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, tale (inquam) granum est, vt molendo nũquam disipetur, eoque integro permanẽte, diffundi aut disilire nunquam desinet medulla eius. Nunc interim finis hic sit libelli huius, & sequentem cum iam dicto prophetiæ capitulo, reparatis post lasitudinem viribus exordiamur.

Petrus clamauit, domine saluum me fac.

Luc. 24.

Marc. 16.

Percutiam pastorem et dispergentur oues gregis. Zach. 13.

Colos. 2.

Mola inferior & mola superior Matth. 24

Ioan. 12.

FINIS LIBRI DECIMI.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. XI.

Sacra scriptura colũba dicitur cuius litera argẽtũ sensus mysticus aurum est. Psal. 67.

TVam in scripturis sanctis gloriam, tuum ô fili hominis quærere & inuenire honorem in Prophetiis & in euangelicis præconijs, tale nobis est inter tædia vitæ præsentis: quale fesso viatori, remisis interdum grauibus sarcinis residere sub vmbra odoriferæ arboris propè riuulum aquæ iugiter salientis, gratoque otio fugacem insequi & comprehensam attrectare columbam, tactu blando, manibus innocuis. Et reuera sic est: sancta quippe scriptura ipsa est columba illa, de qua ipsius autor spiritus S. in Psal. dicit: Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Ne ergo miretur quis dicens: quid vel ad quid iste scribit, cũ sancti patres sufficientia scripserint, quæ cuncta perlegere nemo nostrum sufficit? Nã & si alij nemini, at mihi scribẽti hoc ipsum quod scribo iam proficit. Hoc dulce studium iam in præsenti nõnihil prę emolumentum. Quã suaue est (vt iam dixi) viatori, demisis interdũ sarcinis, pennulas columbæ deargentatas & aurea dorsi eius præ oculis habere, & manib. tracta re posteriora, tam suaue & iucundum est inter medias curas, sanctam tractare scripturam, cuius & exterior sermo castus, absque omni superfluitate, nitet quasi argentum, & interior sensus rutilat velut aurũ.

Vergili. in Buco. Cant. 1.

Trahit sua quemque voluptas, & hoc habeo testimonium conscientiæ, quod dixerim ego voluptati huic, trahe me te. Ecce argentum, ecce autem, videlicet susceptũ in fine præcedentis libelli quod cum euãgelica narratione dominicæ pasionis tractare proposui, prophetiæ capitulum. Et erit (inquit) in die illa dicit Dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra, & prophetas & spiritũ immundum auferam de terra. Præmiserat autẽ: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitãtibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Ergo diem illam, quã hic prophetiæ spiritus intendit, diem dominicæ pasionis necesse est intelligi, qua nimirum lancea militis latus aperiendo saluatoris, fontem patefecit domui Dauid, & habitantib. Hierusalem fontem sanguinis & aquæ, credentibus in Christum, qui propter hoc ipsum dicuntur, & sunt domus Dauid, & habitatores Hierusalem, quia credunt in Christum filium Dauid, cuius æternæ ciuitatis quoddam erat exemplar illa Hierusalem in qua regnauit Dauid. Et ille fons erit (inquit) in ablutionem peccatoris & menstruatæ, peccatoris (inquam) id est, gentilis populi, qui sine lege peccauit: & menstruatæ quæ per legem peccauit, quæ ne de iustitia præsumeret factorum, vnus ex optimis eius filijs confessus est, & dixit: Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitiæ nostræ. Quærendum itaq;, qui vel quales in illa die fuerunt prophetæ, quoniã dixit & pphetas & spiritũ immũdũ auferã de terra. Hic citius. Euãgelistæ Ioan. narratio occurrit. Ait enim: Collegerũt Pontifices & Pharisæi cõcilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo malta signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani & tollent nostrum & locum & gentem. Vnus ex ipsis Caiphas, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quia moriturus erat Iesus pro gente, & non tantum Pro gente, sed etiam vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum. Homini prophetas auferam (ait) de terra. Nam ne prophetas bonos susciperis, spiritum immundum illis copulauit. Ait enim: & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Ergo prophetæ mali, prophetæ immundo spiritu pleni, in die illa fuerunt auferendi de terra non solùm de terra viuentium, verumetiam de terra ipsa & ciuitate, quam tunc mortales & Deo mortui inhabitauerunt, qui malam sibi hanc prophetiam de corde suo prophetauerunt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, & cæt. Nempe excepto quod præmiserũt, si dimittimus eũ, sic totum quod dixerunt, in prophetiam reputatum est illis, vt omnes crederent in eum: illis autem non credentibus venirent Romani, & tollerent eorum, & locum & gentem. Fuit inter illos vnus Caiphas talium prophetarum maximus, qui dixit: Vos nescitis quicquã, neq; cogitatis, quia

Ioan. 11.

Esa 64.

Dies illa dies dominicæ pasionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem (Euangelista inquit) à semetipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Causam eorum propter quam auferendi essent de terra, ipse propheta latenter, vt oportuit, continuò subiunxit: Ait enim: Et erit cũ prophetauerit quispiam vltra dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum: Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini. Et configent eum pater eius & mater eius genitores eius, cũ prophetauerit. Propheta magnus de semetipso vltra prophetauit, quia illi & præcipuè Caiphas prophetauerunt, quod expediret eum mori, ipse autem prophetauit, quod oporteret eum resurgere à mortuis. Hoc vltra fuit videlicet, prophetiam illorum, prophetiã mortis, qui prophetauit prophetiam resurrectionis. Dixit enim: Soluite templũ hoc, & post triduum excitabo illud. Hoc autẽ dicebat de templo corporis sui. Cùm ergo prophetauerit quispiam vltra, quẽ nominare nolo, quia non expedit: dicent (inquit) ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum: Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini. Pater eius Iudaicus populus, & mater eius synagoga, qui secundum carnem genuerunt eum, ita dixerunt ei: Cùm enim aliud non haberẽt, vnde accusarent eum, nouissimè submissis duobus falsis testibus istud protulerunt. Hic dixit: Possum destruere templũ Dei, & in triduo reædificare illud. Cumque principi sacerdotum dicenti, adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei, respondit, tu dixisti, & amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cæli: clamauerunt, reus est mortis. Nónne hoc erat dicere, non viues, quia falsum locutus es in nomine Domini? Ex illa visione sua quomodo cõfusi Prophetæ illi? Ait enim: Et erit in die illa, confundentur prophetæ, vnusquisque ex visione sua cũ prophetauerit. Aut quomodo prophetantes illi operiebantur pallio saccino vt mentirentur? Nam & hoc sequitur: Nec operientur pallio saccino vt mentiantur. Nisi se operuissent aliquãdo, frustra diceret, nec operientur pallio saccino. Quid ergo fuit operire se pallio saccino, vt mentirentur, nisi per nequissimam hypocrisim simulare dolorem, & fingere timorem, vt paueret populus? Hoc fecit ille propheta, ille prophetarum impiorum impijssimus Caiphas. Denique vt mentiretur vt magnificaret, & confirmaret mendacium visionis suæ, quam pariter in concilio suo dixerãt, venturos esse Romanos, vt tollerent & locum & gentem, nisi Iesum interficeret, idcircò scidit vestimenta sua. Adiurauerat Dominum Iesum, dicens: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei benedicti. Et cur addiderit, benedicti, nescias nisi quia stultissimus ipsi Deo adulari præsumpserit, in causa eiusmodi, adulatione crudeli. Cùm ille fidelis permanens qui seipsum negari non potest, respondisset, tu dixisti, subiungẽs. Verũtamen dico vobis, amodo videbitis filiũ hominis sedentẽ à dextris virtutis, & venientem in nubibus cæli, tunc (vt iam dictum est) scidit vestimenta sua, & dixit: Blasphemat. Quid adhuc egemus testibus? Ecce, nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Atque hoc modo laccinum simulatæ tristitiæ pallium sibimetipsi superduxit vt mentiretur, vt mendacium corroboraret, vt videns populus malè credulus, magis paueret, vbi non erat pauor, sicut in Psalmo dictum est: Ibi trepidauerunt, vbi non erat timor. Taliter saccino solebant operiri pallio patres eorum fundendo sanguinem prophetarum, & iustorum, quorum isti mensuram impleuerunt. Exempli gratia: Scripsit Iezabel per literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & ad optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabãt cum Naboth. Literarum autem erat ista sententia: Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios Belial, contra eum, & falsum testimonium dicant, benedixit Deũ & regem, & educite eum & lapidate, sicq; moriatur. Fecerunt ergo ciues eius, & maiores natu & optimates qui erant cum eo, in vrbe sicut præceperat Iezabel, & sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos. Prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi, & adductus duobus viris filij diaboli, fecerunt eos sedere contra eum, &c. Et illud ieiunium, & quicquid deinceps fecerunt imitatores illorum, vsque ad hypocritas istos, qui, vt mentirentur, vt firmarent sibi sermonem nequam, sciderunt vestimẽta sua. Rectè nimirum & pulchrè appellauerit spititus sanctus breui appellatione, palliũ saccinum, quo non operirentur (ait) vltra vt mentiantur. Nam ipsa mentiendi autoritas eis auferetur, & miro modo ex visione sua confundentur, ex visione mẽdaci quã prophetauerunt dicendo, venient Romani si dimiseritis eum sic. Etenim econtra idcircò factum est, vt venirent Romani, quia si non dimiserunt eum sic, & ecce nõ tantummodo secundum visionem illorũ, pro sensu ipsorum mendaci, locum tulerunt & gentem, verũ etiam id, quod plus est, quod ipsi videre aut nesciebant timere. Tulerunt quoque optima quæ illorum erant, scilicet adoptionem filiorum & gloriam, & testamenta, & legislationem, & obsequium, & promissa, & totam hæreditatem patrum, ex quibus Christus secundũ carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen. Hæc enim omnia tulerunt eis, & cũ cæteris nunc gentibus possident Romani, longè alij quã Romani illi qui tantummodo locum & gentem tulerunt eis, perfuerunt & permãserunt pagani, quia non curauerunt, neque curare scierunt de spolijs istis optimis, tantummodo locum & gentem, ducibus Vespasiano & Tito tulisse contenti. Quapropter mi-
litauerint quidem huic domino & regi Iesu Christo, in vindictam sanguinis eius contra ciuitatem Ariel (quod interpretatur Leo Dei) iuxta quod ipse dixit, facta est mihi hæreditas mea quasi Leo in sylua, cõtra ciuitatem Hierusalem, quam expugnauit per eos, iste verus Dauid filius, secundum carnem illius Dauid, secundum prophetiam homini: Væ Ariel, Ciuitas quam expugnauit Dauid. Additus est annus ad annum, solennitates euolutæ sunt. Et circumallabo Ariel, & erit tristis & mœrẽs & erit mihi quasi Ariel. Et circumallabo quasi spheram in circuitu tuo, & iaciam cõtra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam: Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquiũ tuũ. Et erit quasi phytonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum musitabit. Militauerunt quidem in hoc, vt dixi, Christo Domino & regi, & hoc væ Ariel, sed nihil ominus væ & ipsis, sicut væ Assur. Sequitur enim. Et erit, sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te, & sicut fauilla per transiens, multitudo eorum qui contra te præualuerunt. Eritque repentè confestim à Domino exercituum, visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis. Et erit sicut somnium visionis nocturnæ, multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt & obsederunt, & præualuerunt aduersus eam, & sicut somniat esuriens, vt comedat, cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, & sicut somniat sitiens, vt bibat: & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est, sic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion. Ita miro modo puniendi ad puniendum venerunt Romani, & dimicauerunt contra Ariel, materialibus armis, & ecce confusi sunt, nec iam licet eis operiri pallio saccino vt mentiantur: imò captiui per omnes gentes, nec locum habẽt quo ad similiter mentiendum congregentur. Sed econtra dicit eis quispiam insultabundus, qui (vt iam dictum est) prophetauit vltra subauditur, quam fuisset ab adiurante principe sacerdotum interrogatus: Nõ sum propheta, homo agricola ego sum quoniam Adam exemplum meum ab ado lescentia mea. Grandis insultatio, & Ironia grauissima, quippe qui negando acrius affirmat: & affirmando vehementius negat. Non sum (inquit) propheta, subauditur, vestro arbitratu, sic enim dixistis, propheta à Galilea non surget, non hic à Deo, & his similia. Homo agricola ego sum, itidem vestro arbitratu dicentium: Quomodo hic literas scit, cũ non didicerit? Nónne hic est fabri filius? Attamen vera sunt quæ prædixi, & vos captiui estis, nec iam pallio saccino licet vobis operiri, vt mentiamini, & quempiam vestrum interficiatis. Dixistis, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea, calumniando quod ego gloriam meam quærerem, & dicẽdo, quẽ teipsum facis? Et alibi: Quia tu homo cùm sis, facis te ipsum Deum. Hæc fuit exprobratio vestra, sed aliter est. Longè ego dissimilis Adam, & ille exemplum meum nõ fuit, qui gloriam suam quæsiuit, immò & dicebam, & quod dicebam verum est: Ego gloriam meam non quæro, est qui quærat & iudicet. Iudicium eius pro me super vos manifestum est. Nam ecce quem confixistis, qui mortuus fui, ecce loquor, & respondeo loquentibus mihi. Hoc est quod sequitur. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarũ. Et dicet: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Perspicuum est, diligentibus, occultum est negligentibus quod iste, qui hic respondet percontantibus, vnus & solus sit filius hominis Iesus Christus. Quis enim alius interrogatus est, aut respondit, siue interrogari & respondere potuit, post quam mortuus est, plagis acceptis in medio manuum suarũ, nisi iste solus qui mortuus resurrexit, vt posset loqui, cuius vtique locutionis hoc initium fuit, vt delicet ostenderet plagas suas, dicendo videte manus meas & pedes meos. Hæc ergo gloriosa, sicut cætera prophetarum præconia, dicta sunt de te ô fili hominis, & verum est quod de sancto paracleto sub ipso tuę passionis articulo promittens dixisti: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Tuum est, & verè tuum est, quicquid sancti prophetæ locuti sunt. Et enim illi de te scripserunt, de te quid scri-

Quid est prophetare vltra.

Ioan.2.

Dicent ei pater eius et mater ei.

Matth.26.

In illa die cõfundentur prophetæ.

Falsa eorũ prophetia de Romanis.

Rom.9.

Væ Ariel, quã expugnauit Dauid.

Hier.12. Esa.29.

3.Reg.21.

Palliũ saccinum.

Psal.63.

Psal.32.

Non sum propheta homo agricola ego sũ per ironiã dicitur.

Ioan. 7.9. Matth.13.

Ioan.8.10.

Quid sunt plagæ istæ in medio manuũ tuarum.

Luc.24.

Ioan.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

berent, acceperunt, & de illo tuo Spiritus Paracletus quantũ sibi placet, accipiens, & nobis annuncians, id est, intelligere faciẽs, clarificat te nobis, vt claritatẽ iã hic ex parte videam⁹ siue cognoscam⁹, tãtę glorię tãtiq; honoris tui, cuius hæc summa est, qa cũ fueris mortu⁹ plagis, quas in medio manuũ tuarum accepisti, adhuc loqueris, & ipsas respondens plagis interrogantibus iugiter respondeas respõsione mirabili. Quid enim? Quamdiu, quomodo, à quo, vel à quibus interrogaberis, siue dicetur tibi, quid istæ plagæ sint? Nimirum in secula seculorum sine cessatione, & cum ineffabili admiratione dicetur tibi: Et à Deo patre, cui factus es obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, dicetur tibi: & à sanctis angelis, qui in te desiderant prospicere, dicetur tibi, & ab hominibus, quos morte tua redemisti, dicetur tibi, & iugiter interrogaberis, quid istæ plagæ sint, & tu dices eis dictione quæ nullum vnquam finem habet. His placatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Et ô mag num sacrilegium, sacrilegũ homicidiũ, plagas eiusmodi tibi esse illatas in domo diligẽtiũ. Non dices his plagatus sum ab his qui diligebant me, sed in domo eorum qui diligebant me. Nam qui plagas intulerunt, nõ dilexerunt te, erant autem secundum carnem Domus Abraham & Isaac, & Iacob, & Dauid, & cæterorum talium qui diligebãt te, qui promissum sibi expectabant te. Veruntamen hoc dicere, non est respondere, ad hanc interrogationem, quid sunt plagæ istæ. Aliud namque est percontando dicere, quid sunt plagæ istæ, & aliud dicere vbi factæ sunt plagæ istæ. Illud quæritur quid sint plagæ istæ. Ergo ex abundanti dicet, his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Et tunc demum dicet, quid sint plagæ, dicet. Calix est, quem pater dedit mihi bibere. Nam quod protinus sequitur, æquipollens est, vox enim est patris eiusdem qui calicem dedit, & ex persona eius sonat hoc dictum in auribus nostris: Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Memoriter tenendum est, cur in hunc prophetię locũ sermo deuenerit, qa videlicet facies ista, quam nunc contẽplamur, facies vituli ante & retro plena oculis, cùm iam protinus ad victimam raperetur, huc respexit: Omnes (inquiens) vos scandalum patiemini in me in ista nocte, scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Idcircò & nos huc respeximus, & vidimus locum hunc siue capitulum prophetiæ fidelis, illustratum respectu scintillantis faciei huius, vidimus (inquam) prophetiæ sensum hoc dicto elucidatum, scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Et enim litera licet non sic se habeat, sensus tamen dubio sub ista litera hoc habet, quia quid litera sonat, framea suscitare super pastorem meum, percute pastorem, dictũ est patris, frameam adhibentis, siue imperio suo suscitãtis, & quod hic dicit, percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis, respõsum frameæ, responsum est mortis. Quid enim est framea hæc, nisi mors? Non dico mors peccati, mors animæ, quæ peccantem animam à Deo viuo seiungit: sed mors corporis est framea hæc, qua omnes percutimur, dum cuiusque nostrũ anima à corpore separatur. Frameã hanc super omne genus humanum Deus suscitauit, & nos omnes percusit, quando primo homini dixit: Donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in pulueremreuerteris. Et nos quidem rectè omnes tali framea percutimur, inutiliter enim, immò perniciosissimè in æternum viueremus secundum corpus, qui secundũ animam morte peccati mortui eramus: hic autem pastor Dei patris, & vir cohærens illi, est enim vna eademque persona cum diuinitate verbi, quid fecit, vt hæc framea super eum suscitaretur, vt diceret, pater, percute pastorem? Nihil fecit nullum in se habuit peccatum, sed hoc dicere fuit, ponere in eo iniquitates omnium nostrum. Quid aũt & de eo dicemus, qp in hac prophetia, cùm dixissem: percute pastorem, & dispergentur oues gregis, statim subiunctum est, & conuertam manum meam ad paruulos? Nónne & hoc ipsum nobis illustrauit? Vbi enim dixit, scriptum est enim, percutiam pastorem, &c. protinus addidit: Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galileam. Nónne hoc fuit, Domino, conuertere manum suam ad paruulos, post resurrectionem suam apparere in Galilea discipulis suis, & illic dicere eis euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti? Eiusmodi namq; humiles auditores suos nõ solùm illic in prophetia, verũetiam & hic in Euangelio paruulos appellauit, confiteor (inquiens) tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Tres istę partes, vna sapientium, scilicet, Græcorum siue gentilium, & alia prudentiũ videlicet Iudæorum non credentium, quibus Sacramenta hæc abscondita sunt, & tertia paruulorum, id est, humilium, quibus credentibus hæc reuelata sunt: tres illæ partes sunt, de quibus, vbi præmisit, & conuertã manum meam ad paruulos, statim subiunxit: Et

Philip. 2. *1. Pet. 1.*

Hũ plagatus sum in domo eorũ qui diligebant me.

Ioan. 18.

Framea suscitare super pastorem meum

Framea sit la mors corporis est.

Esa. 53. *Cõuertam manũ meã ad paruulos.*

Matth. 28.

Matth. 11. *Partes duæ dispereduntur & tertia pars relinquetur. Zac. 13.*

xit: Et erunt in omni terra dicit Dominus partes duæ, & dispereduntur, & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiam partem per ignẽ, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Hoc ex parte maxima videmus iam factum. Nam duæ partes iam dictæ sapientium atque prudentium, de quib. Apostolus: nos autem (inquit) prædicamus Iesum Christum, Iudeis quidem scandalũ, Gentibus autem stultitiam: ecce dispereditę sunt & defecerunt: partem autem tertiã, partem paruulorum, id est, humilium, reseruauit Dominus, & duxit per ignẽ multarum tribulationum, vt examinaret eos, sicut examinauit argentum, vt probaret eos sicut probatur aurum. Superius iam dictum est de beato Petro, quia dum ambularet super aquas, vt veniret ad Dominum Iesum. Videns ventum validum, timuit, & cœpit mergi, id est, dum semetipsum fortem putasset, ita vt diceret, quare non possum te modo sequi, animam meã pono pro te, tecum paratus sum, & in carcerem & in mortem ire, propter vocem vnius ostiariæ mortem timuit, & vitam negauit, quod fuit incipere mergi. At ipse nõ omninò mersus est, & vt non mergeretur, vt tempestatem illam euaderet, respectus Domini fecit, quia cõuersus Dominus (ait Euangelista) respexit Petrum, & recordatus verbi Domini Petrus, egressus foras fleuit amarè, fletu pœnitentiæ. Respectus venerabilis, respectus misericordiæ & propitiationis, ille fuit, qui pœnitentiam operatus est, pœnitentiam bonam, & salutem stabilem fecit ille. Ecce autem alia, & longè dissimilis pœnitentia. *Tunc (inquit Euangelista) videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris.* Et proiectis argenteis in templo, recessit & abiens, laqueo se suspendit. Verè enim longè dissimilis & valde contraria huius pœnitentia fuit pœnitentiæ iam dictæ Petri Apostoli, quia mortem ista: salutem autẽ operata est illa pœnitentia. Venerari & honerare intendimus hic, vt sæpè iam dictum est, faciem huius vituli qui tunc ducebatur ad victimam, quãdo Petrum respexit, & ad prædicandam claritatem oculorum eius hoc dicimus, quia facies eadem, quæ Petrum respexit, super Iudam quoque respexit, sed respectu dissimili. Videlicet Petrum respectu misericordiæ, Iudam respexit respectu iudicij. Nam ne quis existimet respectum Domini semper fieri in bonum, illius super quem respicit: ecce scriptura manifestè dicit: Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per colum nam ignis & nubis, interfecit exercitũ eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Et de vtroque pariter respectu, videlicet, & de respectu gratiæ siue misericordiæ, & de respectu iræ siue iudicij, Psalmus dicit sententijs continuatis: Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autẽ Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Igitur ipsa facies, quæ Petrum respexit, vt ad pœnitentiam salutarem compugneret: Iudam quoq; respexit, vt ad pœnitentiam exitialem conturbaret. Et ad cõtemplandam talis respectus iustitiam iam quidem trahimur, sed prius est, vt de modis pœnitentiæ quippiã loquamur, quoniam de isto perditionis filio ita dictum est, quia pœnitentia ductus retulit triginta argenteos, & abiẽs laqueo se suspendit: Vnus est pœnitẽtiæ modus, de quo iust⁹ & misericors Deus curare digne tur, videlicet vbi causa pœnitentiã agendi est, fides futuri seculi, metus gehennæ, desideriumque regni Dei. Huiusmodi pœnitentiam non solùm per suos nuncios, verũ & maximè per semetipsum Deus de cælo veniens prædicare curauit, sic incipiens Euangelium suum: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Alius est pœnitentiæ modus, vbi causa pœnitentiam agendi est, amor præsentis seculi, pro qua videlicet causa pœnitentiam egit impius Achab, de sanguine Naboth, Israelitæ, scindens vestem suam, ieiunansque ac dormiens in sacco, & ambulans demisso capite. Pro causa hac & Sodomitæ, Tyrij ac Sydonij pœnitentiam egissent, quemadmodum Dominus dicit: Quia si in Sodomis factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, ô Corozaim & Bethsaida, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. De huiusmodi pœnitentia, quoniam salutem non operatur, Deus nunquam curasse legitur, vt vel per semetipsum vel per nuncios suos eam prædicare dignaretur, præter quod ad Niniuem ciuitatem magnam misit prophetam Ionam, licet ille nec pœnitentiam ibi prædicauerit, aut prædicare iussus fuerit, sed hoc tantum, adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Cùm ergo duæ sint istæ causæ pœnitentiam agẽdi, propter quã eorum pœnitentia ductus est iste filius perditionis. Nũquid propter causam futuri seculi? Non vtique cũ diabolus esset, sic ipse Dominus iam dudum dixerat, nónne ergo vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Non, inquam, nitẽtia Iudeisto seculo curauit, aut quicquam spei habuit. Nũquid verò propter causam præsentis seculi. Non vtiq;, nam & vt hoc malè re-

Duplex respectus domini, vnus misericordiæ alius iræ

Pœnitẽtia bona.

Matth. 4. *Pœnitẽtia mala.*

3. Reg. 21. *Matth 11.* *2. Cor. 7.*

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Reſpexit dominus Petrum.

Luc. 23.

Alia pœnitentia Petri, alia Iudæ.

Exod. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lè relinqueret, abiens laqueo se suspendit. Qualis ergo causa esse potuit, quæ fecit illum pœnitentia duci? Hanc enim non otiosè quærimus: Et obscura quidem & incerta nobis est, sed per aliud simile fieri potest, vt nonnihil inueniamus. Scriptū est de Achitofel, qui fuerat consiliarius Dauid, & versus ad Absalon cōsilium inutile dederat contra Dauid, quia vidēs quod non fuisset factum consilium suum, strauit asinū suum, & surrexit, & abijt in domum suam & in ciuitatem suam, & disposita domo sua, suspendio interijt. Quam ob causam se ille suspendit? Vidit enim, quia non erat factum consilium suum. Parum dictum est, nisi simul subintelligas, quia malignus coniector conijciebatur, de cipiendū fore Absalon, & reuersurum esse Dauid in regnum suum, quod sibi æstimabat fore intollerabile malum: quippe qui inter cætera mala iam ante dederat cō silium, vt Absalon fœdaret patrem suum. Illud simile isti rectè dixerim. Quis enim nesciat illum Dauid similitudinem vel typum prętulisse huius Iesu Christi filij Dei, & sui quoque secundum carnem filij? Nam vt & secundum præsens sacramentum quatuor facierū aliquid loquar. Propinquus ipse fuit faciei hominis, pro eo maximè quod ex semine eius Christus secundum carnem: Et faciei leonis, pro eo quod fortissimus ipse cum leonibus lusit, vt sapientia meminit, quasi cū agnis & in vrsis similiter fecit. Nunquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium in Israel? Contriuit inimicos vndique, & contriuit cornu ipsorum, vsque in æternum in omni opere. De similitudine quoque faciei vituli plurimum habuit, quia videlicet multis laboribus eruditus fuit, & multis tribulationibus passiones Christi præsignauit. Vnde & sicut itidē sapientia testatur, Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius. Nihilominus illud multum attinet ad faciem aquilæ volantis, quod propheticę gratiæ oculis mirabiliter & vidit & cecinit sacraméta cæleſtia, eiusdem Christi sessuri ad dextram patris, vidit, inquam, & audiuit, vt inter cætera referret nobis, dicens: Dixit Dominus domino meo sede à dextris meis. Suo quoq; nomine ad similitudinem accedit, interpretatur enim Dauid manu fortis siue desiderabilis. Porrò Achitofel & nomine & re similitudinem prætulit huius, de quo nunc sermo est, Iudæ filij perditionis. Achitofel quippe interpretatur, frater meus cadens siue irruens. Et sicut ille voluit & in eo intendit, vt Dauid de regno eiectus, etiam funditus deleretur, id est, moreretur, & ita periret nomen eius. Dixit enim ad Absalon. Eligam mihi duodecim milia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte, quippe qui lassus est, & solutis manibus percutiam eum: sic & iste dominum nostrum, non quomodocunque mori, sed ita mori voluit, vt periret nomē eius, testante Psalmo ex persona eiusdem Christi, quo cùm dixisset: Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius? protinus de isto insidiatore maximo & insidiantium pessimo, ita subiunxit: Et ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatē sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Et hoc idem iterum repetens, cū de vniuersis dixisset: Aduersum me subsurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi, &c. istum manifestius expressit, dicens: Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplātationem. Hinc manifestum est, quod iste, nec solus iste, sed maximè iste, sic Dominū Christum mori voluit, vt periret nomen eius, id est, vt nulla fama vel memoria, & nulla superesset doctrina eius: sicut ille videlicet Achitofel illud intendebat, vt Dauid, sicut iam dictum est, de regno eiectus, nequaquā vltra regnare posset, morte preuentus. Eandem igitur vel similē ob causam vterque pœnitentia ductus est, & vterque laqueo se suspēdit, videlicet quia persensit tam iste quā ille, quod res non procederet secundum consilium eius. Et inde pulcherrimam similitudinis perfectionem. Quomodo ille persensit vel vnde ille percepit non fieri secundum intentionē suam, vt funditus exterminaretur Dauid. Nimirum ex eo, quod Chusai amicus Dauid, quasi relicto Dauid, venerat ad Absalon, quem vtique sciebat, nequaquam animo recessisse à Dauid, neque corde esse cum Absalon, Nónne iste similiter de Domino Christo dicere poterat, quod quamuis esset damnatus & moreretur, non tamē periret nomen eius, ex eo quod superstites erant discipuli eius, prædicaturi nomen & resurrectionem eius. Denique hoc voluerat vt discipuli quoque eius cum eo comprehenderentur. Et manifestius Euangelista Ioannes exprimens: Stabat autem, inquit, & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, &c. vsque si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt impleretur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenquam. Horum videlicet discipulorum quibus ipse iam dixerat: Iam non dico vos seruos, sed amicos meos, & nomine & re similitudinem gessit ille Chusai. Chusai quippe interpre-

Achitofel. 2. Reg. 17.

2. Reg. 17.

Psal. 40.

Voluit Iudas, vt non solus ipse Christus, sed & nomen eius periret.

Psalm. 88. 131. Eccl. 47. 1. Reg. 17. Eccl. 49.

Psal. 109. Similitudo Iudæ ad Achitofel.

Ioan. 18. Esa. 8.

Ioan. 18.

terpretatur silentiū. Nā Chusai aliud nomé est, ꝙ ad istud nó pertinet, & interpretatur Aethiops, ait beatus Hieronymus, alijsque literis scribitur. Hoc ergo nomine Chusai, quod (vt iam dictum est) interpretatur, pulchrè prefignatum est, silentiū discipulorum metuentium, qui relicto eo omnes fugerunt, & non solùm siluerūt de illo, propter metum Iudæorum, verum etiam negauit eum Petrus maximus illorum. Qualis illa negatio fuit? Nónne solummodo linguæ, & non etiam cordis? Sic ut enim ille Chusai, non corde vel animo, sed ore solummodo negauit amicum Dauid dum dicente Absalon, quare non ijsti cum amico tuo? respondit, nequaquam, qui illius ero quem elegit Dominus, & hic omnis populus & vniuersus Israel, & cum eo manebo: sic & Petrus Apostolus non corde, sed solo ore Christum negauit, dum dicēte aliquo, & tu ex discipulis eius es? respondit, nō sum. Et sicut illud quod taliter Chusai recessit à Dauid, per voluntatem factum est ipsius Dauid, dicentis, si veneris mecum, eris mihi oneri: sin autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalō, seruus tuus sum rex, sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus, dissipabis consiliū Achitofel: sic & istud quod omnes discipuli relicto Domino fugerūt, & inter Iudæos per silentium iam dictum semetipsos reseruauerunt, voluntate factum est ipsius Domini, dicentis: quo ego vado vos non potestis venire, quo ego vado nō potes me modo sequi, si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt videlicet, dissiparetur consiliū Iudæ, fieretque illis reseruatis, vt eo mortuo nomen eius non periret nobis, quibus annunciauerunt, quia resurrexit. Ex hac nota similitudine, documentum sumere libuit, ad demonstrandum, quod pœnitentia Iudæ dolor fuerit natus ex inuidia crudeli, & confessio eius dicentis: Peccaui, tradens sanguinē iustum, parū, aut nihil differre potuerit à confessione dæmonum, qui illum nō solū iustū, verumetiam filiū Dei esse interdum confessi sunt. Et quia si militudinibus huiusmodi vti delectabile est in sanctis scripturis, non tædeat nos cœptam hanc similitudinem adhuc longius persequi. Sicut enim illius desertoris Achitofel suspendium, quo interijt dirum fuit prodigium Absalon & populo Israel egresso ad pugnam contra viros Dauid: sic suspendium huius proditoris Iudæ, qui & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius (sicut in actibus Apostolorum meminit Petrus Apostolus) horribile fuit portentum populo Iudæorum, non desistenti persequi discipulos Christi filij Dauid. Denique & ibi post suspendiū Achitofel, Absalon quoque suspensus pependit, sicut scriptura dicit: quia cū ingressus fuisset mulus, cui sedebat subter condēsam quercum & magnā, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælū & terram, mulus, cui sederat, pertransijt, & ipse Absalon confossus est lanceis, & populus Israel cæsus est à viris Dauid, multoq; plures erant, quos saltus consumpserat de populo, quā hi quos vorauerat gladius in die illo. Et hic suspenso Iuda, populus Iudęo rum totam damnationis eius suscepit hæreditatem, pendens inter cælum & terram, id est, neque spem habens in cælo, quia vitæ æternæ indignum se iudicauit, neq; terram habens suam: venerunt enim Romani, tuleruntque locum & gentem & multo plures, quàm vllo vnquam die vorasset gladius, de populo illo consumpsit in obsidione illa saltus Romani exercitus post quadraginta annos, Ducibus Vespasiano & Tyto, iuxta quod prędictum fuerat per Psalmistam: Exterminauit eam aper de syl ua, & singularis ferus depastus est eam. Nónne hoc est pendere inter cælum & terram, & crepuisse, & omnia pendentis viscera diffusa esse, scilicet neque in cælo spem siue vllam partem, neque in terra quā calcamus locum vllum proprium habere, & post seditionū ingentem crepitum, quem historiographus denarrat Iosephus, reliquias conclusæ multitudinis, quæ gladio superfuerunt, in omnes gentes captiuas dūctas esse? Et ille siquidem Achitofel festinans ad interitum domum suam dispositā sicut litera refert. Et dispositā domo sua suspendio interijt: huius autem domum, scilicet iam dictū populum Iudaicum, qui domus eius rectè dicitur, ex quo Dux ipse fuit eorum qui comprehenderunt Dominum Iesum, iam dudum dispositum erat spiritus propheticus in Psalmo centesimo octauo sub triginta maledictionibus, quas & nos præcedenti loco numerauimus, quarum prima est, constitue super eum peccatorem. Tricesima & induātur sicut diploide confusione sua: secundum numerum triginta argenteorum, quos iste venditor iusti sanguinis ab illis emptoribus accepit. Illius nimirum prophetici spiritus dirat. Illius nimirum prophetici spiritus dispositione, illud quoque dispositum fuit, vt eosdem triginta argēteos Iudas referret Principibus sacerdotum & senioribus, atque proijceret in templo, & illi acceptis argenteis dicerent, non licet mittere eos in Corbanan, quia pretium sanguinis est, & concilio inito emerunt ex illis, agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Nam ne casu hoc accidisse quis putet. *Tunc (inquit euangelista) impletum quod dictum est per prophetam, dicentem; Et acceperunt triginta argenteos pretium appretia-*

2. Reg. 16.

Iudæi superbi

cælū & terram totam.

Psal 79.

Triginta maledictiones Iudæ p

triginta ar genteis.

2. Reg. 17.

Matth. 27.

Zach. 11.

Confessio Iudæ sicut confessio dæmonum

Dirū portē tum in suspēdio eius

Actor. 1.

2. Reg. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

appretiati, quem appretiauerunt à filijs Israel & dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mihi Dominus. Propheta per quem hoc dictum fuerat, Zacharias est, sed per incuriam scriptorum inoleuit, vt hic pro Zacharia nominaretur Hieremias, & ipsa prophetia, quã hic abbreuiauit Euangelista, maxima quæ rela est pastoris boni, iuxta illud quod alibi dicit: Retribuebant mihi mala pro bonis. Narrat quippe gregem se pauisse pastor bonus, ab eo quo ait, hæc dicit Dominus Deus meus: Pasce pecora occisionis, quę qui possiderant, occidebant, & non dolebãt, vsq; ad id, & dixit Dominus ad me, adhuc sume tibi vasa pastoris stulti, quæ omnia hic perscribere & explanare nimis longum est. Testimonium, quod Euangelista breuius posuit, sic se habet inter cætera illius capituli. Et dixi ad eos: Si bonum est coram vobis, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argẽteos. Et dixit Dominus ad me: Proijce illud ad statuarium. † aliàs, quo decorũ pretium, † quod appretiatus sum ab eis, & tuli triginta argenteos & proieci illos in domum Dei ad statuarium. Denique hoc sciendum, quia sub conditione, & quasi conuentione facta, gregem pauit, scilicet, filios Israel, de quib. Psalmista dicit. Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron. Et sub conditione legẽ dedi eis in monte Sinai, & terram Chanaan, cuius videlicet conditionis siue conuentionis summam, Psalmista breuiter exprimit his verbis: & dedit illis regiones gẽtium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Quid ergo est hic dicere: si bonum est corã vobis, afferte mercedem meam, & si nõ, quiescite: nisi in arbitrio ipsorum quid mallẽt ponere, & voluntarias debiti cultus & susceptæ legis obseruationes quærere? Nam voluntarium seruitium ab eis quæsisse Deum, manifestum est. Exempli gratia: Testes (ait ipse per Moysen) inuoco cælũ & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas & semen tuum. Et Iosue dixit ad eos: Sin autem malum vobis videtur vt Domino seruiatis, optio vobis datur: Eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis. Igitur quod dicit: si bonum est corã vobis, afferte mercedem meam, & si non, quiescite: tale est, ac si dicat, ille filius patrisfamilias & Domini vineæ, missus ad agricolas tempore fructuum, vt acciperet vineæ fructus. Ecce pater meus, postquam seruos suos misit, quorũ alios cæcidistis, alios lapidastis, me nouissimè misit ad vos dicens: Verebuntur filium meum. Si ergo bonum est coram vobis, date fructus vineæ, & si non, saltem quiescite: vt non occidatis me, dicentes: Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatẽ eius. At illi, non solùm fructus vineæ non dederunt, verumetiam ab hoc malo nõ quieuerunt, quin eijcerent me extra vineam & occiderent. Et vt hoc facere possent, appenderũt triginta argenteos, quos Ironicè dico mercedem meam, quia non mea vel mihi debita merces, sed sanguinis mei pretium erãt. Miraculum tam malæ retributionis spectãdum erat oculis patris, qui miserat me, vt vineæ fructus exigerem ab eis. Dixit ergo Dominus ad me: Proijce illud ad statuarium, decorum pretium. Denique pretiũ quod sic appretiatus sum ab eis, cum grauissima Ironia dixit decorum, ille statuarius, id est, figul⁹, siue plasmator hominis, Deus pater meus. Tuli enim triginta argẽteos & proieci illos in domum Dei ad statuarium, vt scilicet videns retributionem tam iniquam, daret iudicium, & iudicaret eos ex ore ipsorum dicentium: Malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Ad hunc sensum valet quod continuò sequitur: Et præcidi virgam meam secundam quæ appellabatur funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel. In isto prophetiæ capitulo, quod totum hic præscribere piguit, ita præmiserat: Et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculũ, & paui gregem. Ac deinceps: Et tuli virgã meam, quæ vocabatur decus, & abscidi eã, vt irritum facerem fœdus meum, quod pepigi cum omnib. populis. Et est sensus: Regendas susceperam omnes gẽtes, & fœdus pepigeram cum eis, dicens ad Noe, & ad filios eius. ecce ego statuam pactum meum vobiscum; & cum semine vestro post vos, & illius regiminis virgam vocaui, inquit, decorem. Decus enim siue decor quidam est non paruus inter omne genus humanũ: & deinde seorsum regendum susceperam gregem vnum gentis Israeliticæ. Et huius regiminis virgam alteram, inquit, vocaui funiculum, iuxta illud: Pars autem Domini populus eius. Iacob funiculus hæreditatis eius. Quomodo autem abscondi virgam illam priorem, quam vocaueram decorem? Dimittendo scilicet gentes omnes abire quo volebant, quemadmodum & Paulus in Actibus Apostolorum dicit: Annunciamus vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Porrò virgam secundam,

Psal. 34. Zach. 11.
Mala retributio.
Zach. 11.
Matth. 21. Zach. 11.
Psal. 76.
Psal. 104.
Deut. 30.
Iosue 24.
Parabola de malis agricolis. Matth. 21.
Duæ virgæ Domini vna decus, altera funiculus.
Gen. 9.
Deut. 32.
Quomodo abscondit virgã priorem. Actor. 18.

dam, quam vocauerat funiculũ, præcidi, ait, vt dissoluerem germanitatẽ inter Iudã & Israel, faciendo, scilicet, q̃ ipsimet iudicaueruntad quos & propter quos parabolam dixerat, malos malè perdet, & vineam suã locabit alijs agricolis. Sicut prædictũ, ita & factum est. Præcidit virgã suam secundã, quæ appellabatur funiculus, & hoc non quomodocunq;, non ita vt repelleret plebem suam, nũquid enim, ait Apost. repulit Deus populum suũ? absit, nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahã, de tribu Beniamin: non repulit Deus plebem suam quã præsciuit: sed ita, vt dissolueret germanitatem inter Iudã & Israel. Et est sensus: Sicut olim dissoluta germanitas inter Iudam & Israel, quando decem trib. scissæ sunt à domo Dauid, facientes sibi regẽ Ieroboã, & colendo vitulos, quos ille fecit: tribus aũt Iudæ permãsit cũ domo Dauid, habens ciuitatem Hierusalem, & vnicum templum nominis Dñi, ita & nunc. Sicut enim tũc in illa dissolutione germanitatis trib. Iuda, ex qua oportebat Christũ nasci, adhęsit Regi suo Dauid, cuius de domo natiuitas illa sperabatur, quia Dominus iurauerat illi, & sicut in ipso Israel, id est, in decem tribubus aliqui erant residui dicente Domino, reliqui mihi septem millia virorũ, qui nõ curuauerunt genua ante Baal, sic & in hoc tempore ait idem Apostolus reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Et in his tanta est dissolutio germanitatis, quanta significari potuit significatione gladij, cùm Dominus dicit: Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terrã. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suã, & inimici hominis domestici eius. Ibi dolores vt parturientis, pro tanta dissolutione germanitatis. Exempli gratia cùm Paul. Apostolus dicit: Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu S. quoniam tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo. Optabã enim ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Intueri tandem libet, quia inter prophetiam & inter rem gestã, secũdum quales verborũ nonnulla distantia est. Nam in re Iudas, ait Euangelista, retulit triginta argenteos principib. sacerdotum & senioribus, & proiecit eos in templũ: in Prophetia autẽ ipse, qui mercedem suã quærebat, qui gregem pauerat, Dñs dicit: Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domũ Dei. Itemq; & cũ futurum esset, & ita factũ sit, vt dicerent illi emptores sanguinis, non licet eos mittere in Corbonã, quia pretium sanguinis est, & hæc dicentes emerent ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum: ita prophetatum fuerat. Et dixit Dominus ad me: Proijce illos argenteos siue illud pretium ad statuarium, id est figulum. Itaque quod fecit Iudas referens argenteos, & quod fecerunt principes sacerdotum & seniores, emendo ex illis agrum figuli, hoc secũdum verba prophetiæ semetipsum fecisse dicit ipse cuius sanguinis pretium fuerunt illi argentei. Diligenter animaduerte: Non quod talem appenderunt mercedem diuites illi, negotiãtes in templo, & dicere soliti, quod in hoc ipso capitulo prẽmissum est, benedictus Dominus, diuites facti sumus: non, inquã, quod constituerunt traditori dare triginta argenteos pro traditione Domini, hoc fecit Dominus: sed quod traditor eiusdem retulit argenteos, & quod illi cõsilio inito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorũ, hoc fecit Dominus Dei filius, & hoc, inquit, constituit mihi Dominus. Et quem non delectet iustitiæ causam cognoscere, cur ita fecerit dominꝰ, cur tãto opere hoc facere voluerit Dei filius, vt super faciendo, quasi iam facto, tubam præmitteret Propheticam personãtem suo perflante spiritu? Deniq; per hoc excitati æstimare debemus, argẽteos illos grauissimos & maximi fuisse ponderis, magnicq; signatos in scriptione mysterij, quã ipse nouerat qui omnia in sapientia fecit. Appẽdamus eos melius in statera rationis, quia malè appenderunt ipsi qui dederunt eos in pretium sanguinis iusti. Primo scien dum, quia argentũ illud fuit Domini, sicut & cætera omnia quæcunq; possidebant illi diuites facti, filij pauperũ, quorum patres nihil habuerũt, quippe quos de Aegyptia seruitute, quia ꝓpter venditionẽ fratris sui Ioseph diu seruierant, Dñs eduxit, nihil habentes, nisi dedit eis regiones gentium & labores populorum possederunt, sub ista cõditione, sicut iam superius dictũ est, vt custodirent iustificationes eius, & legem eius requirant. Et terra, inquit, mea est: vos autẽ coloni mei estis. Tunc dedit & extunc multiplicauit eis aurũ & argentũ videlicet de laborib. populorum iam suis, de regionib. Chananæorũ in suũ ius redactis, quia per iustum illis abstulerat iudicium, propter scelera ipsorum. Nihil ergo iuris isti habuerunt in bonis illis, nisi hoc, vt seruientes Domino, bonis Domini vterentur, tãquam mercenarij. At illi vtentes Domini persæpe nimis fraudauerunt seruitium Domini, in tantum vt hæc ipsa bona, quæ pro mercede acceperant seruitij Dñi sacrarent dijs alienis, & simulachra fabricarent dæmonijs. Hoc est quod per prophe-

Rom. 11.
Dissoluta germanitas.
3. Reg. 12.
Ibidem.
Quales illi triginta argentei.
Argentum illud domini fuit.
Gen. 37. Psal. 104.
Leuit. 25.
Differẽtia verborũ inter prophetam & Euangelistã.
Psal. 88. 131.
3. Reg. 19. Rom. 1. Matth. 10. Psal. 47. Rom 9.
Iudæi quid iuris habuerunt ad bona Chanaanæorum.
Marc. 27. Zach. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam Oſee Dominus idem conqueritur, his verbis ſub ſimilitudine mulieris fornicatricis. Et hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum & vinum & oleum, & argentum multiplicaui ei & aurũ, quæ fecerunt Baal. Idcircò conuertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanã & linũ meũ, quæ operiebant ignominiam eius. Parum illud fuit, quod argẽtum & aurum Domini fecerunt Baal. Impleuerunt iſti filij mẽſuram patrum ſuorũ, in eo maximè, quod argentum eiuſdem Domini pretium ſanguinis eius fecerunt. Igitur iam planè tempus erat faciendi, quod in illa prophetia præſcriptum fuit, tempus Domino liberandi lanam ſuam & linum ſuum, quæ operiebatur ignominiã ſuã fornicatricis illius, liberãdi frumẽtũ, & vinũ ſuũ, aurũ ſuũ & argẽtũ ſuum. Huiuſce liberationis initiũ quale eſſe potuiſſet conuenientius, iuſtius aut venerabilius, quàm vt reuocaret, & de manu traditoris abſtraheret, atque in templo proijceret illud ad ſtatuarium iã dictum, ſcilicet, Deum patrem ſuum illos triginta argenteos ſanguinis ſui pretium? Nam verè ipſa relatio argenteorum, liberationis iã dictæ fuit initium, liberationis omnium bonorum, quibus ſibi collatis illi nimis ſacri legè & crudeliter abuſi ſunt: Finis autem vel conſummatio, quando venerunt Romani, totumque aurum & argentum ſiue in templo ſiue extra templum, lanamque & linum, quod incendio ſuperfuit, abſtulerunt: Et factum eſt quod in eodẽ prophẽta comminatus fuerat Dominus, ne fortè, inquiens, expoliem eam nudam, & ſtatuã eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ, & ponam eam quaſi ſolitudinem, & ſtatuam eã velut terrã inuiam, & interficiam eum ſiti. Quoniam autem & hoc fecit Dominus, ſicut iam ſupra dictum eſt, non licet eos mittere in Corbonan, quia pretiũ ſanguinis eſt, emerunt ex illis agrũ figuli in ſepulturam peregrinorum: in iſto quoque eodem ſuſcepto quis dubitet ſcitu dignum ſubeſſe myſterium? Nos enim eramus peregrini, quippe & quibus dicit Apoſtolus: Qui eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati à cõuerſatione Iſrael. Hoſpites teſtamentorũ, promiſsionis ſpem non habentes, ſi ſine Deo in hoc mundo: Et nunc quidem, aitidem, iam non hoſpites & aduenæ ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, veruntamen mutata pergrinatione peregrini ſumus, profitentes cum eodem, quia non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, & faciẽtes, quod idem dicit: exeamus igitur ad eum extra caſtra improperium eius portantes. Igitur illi emẽdo agrum figuli in ſepulturam peregrinorum, ſicut conſtituit mihi Dominus Domini Dei filius, myſterium nobis operati ſunt, & licet ignorantes, iuſtitiæ Dei ſeruierunt. In eo videlicet, quod ſicut illi argentei nõ remanſerũt traditori, qui vẽdiderat non ſuum, ſic nec ſibi pretium illud remanere paſsi ſunt, qui bonum operarium & vineæ dominum, non de ſuo ſed de bonis eiuſdem Domini, de mercede eiuſdem operarij, emerant ad interficiendum. Erat autem Corbonan Gazophylacium, & interpretatur Corbonan oblatio, & proinde ſic appellabatur, qa de oblationib. implebatur, quæ nimirũ oblationes ad ipſos perueniebant. Ne igitur ad illos illi argentei redirent, quibus & ipſum Gazophylaciũ & cætera omnia iuſte tollenda erant, hoc prouidit Dominus, hoc conſtituit Dominus, vt emerẽt ex illis agrum iam dictum, qui vocaretur ager ſanguinis, in præſagiũ malum ipſis, bonum nobis. Ager quippe ſanguinis tota eſt illis Eccleſia Chriſti, quæ ſanguinem illum vſque hodie fideliter bibit, clamantem ad Deum aduerſus maledictos illos ſecundum ſimilitudinem ſanguinis Abel iuſti, de quo Dominꝰ loquitur ad Cain: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Quomodo autem in huiuſmodi agro ſepelimur aut ſepulti ſumus nos peregrini? Quis hoc neſciat? Quicunque baptizati ſumus, ait Apoſtolus, in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Cõſepulti enim ſumus cum ipſo per baptiſmum in mortem, & cætera. Interea iugum obedientiæ trahit ipſa, cuius ad honorem hæc loquimur, facies vituli, & aduerſa obueniũt ei, iuxta quod in propheta dictum fuerat. Facies autem bouis ſiue vituli à ſiniſtris. Et facies leonis à dextris, de qua dicendum poſt hæc erit. Siniſtra hæc ſunt, q̃ illuditur, flagellatur, crucifigitur. Illuſus enim eſt prius ab ipſis Iudæis & põtificib. ſiue pontificũ miniſtris, expuendo in faciem eius, velando faciẽ eius, colaphis eũ cædẽdo & palmas ei in faciem dando, cum cachinno crudeli, vt dicerent: prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſsit. Deinde illuſus eſt à gentilibus, quib. eum tradiderunt, militibus & præſulis. Congregata quippe ad eum omni cohorte, exuentes eum chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & harundinẽ in dextera eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum. Et exſpuentes in eum acceperunt harundinẽ, & percutiebãt caput eius: deinde flagellatũ, tũc demum crucifixerunt eum:

Fuit

Oſee. 2.

Quomodo ablata ſunt ab eis bona illa.

Ibidem.

Nos nunc aliter peregrini ſumus quã fuimus ante ſidem ſuſceptam.

Eph. 2.

Hebr. 13.

Ager figuli

Corbona.

Ager ſanguinis Eccleſia eſt.

Gen. 4.

Rom. 6.

Facies vituli à ſiniſtris propter aduerſa paſsionis eius.

Ezech. 1.

Lege, præſidis.

Duplex illuſio, vna vitulorũ altera canũ. Pſal. 21.

Fuit ergo duplex illuſio, altera canum, alia vitulorum: canum, id eſt, gentilium: vitulorum laſciuientium, id eſt, Iudæorũ, ſicut ipſe in Pſalmo clamauit, & adhuc clamans, dicit: Circundederũt me vituli multi, tauri pingues obſederũt me, aperuerũt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens & rugiens, &c. Ac deinceps: Quoniam circundederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me, foderunt manus meas & pedes meos. Miro modo prophetia hęc ordinem tenuit hiſtoriæ ſiue rei gerendæ, vt ſicut futurum erat, & ſicut factũ eſt, quod prius à Iudæis: & deinde à gentilibus illuſus & malè tractatus eſt: ita prius de Iudæis, & Iudæorum pontificibus quæ relam depromeret, ſub nominibus vitulorum & taurorum pinguium, qui quaſi mũda erant animalia, quia putabant vel dicebant ſe cognoſcere Deum, deinde de gentilibus ſub nomine canum, quia ſine Deo viuentes, nec ſaltem nomen ſcientes eius, palam immundi erant. Cuncta hæc ſiniſtra fuerunt, vnde & facies hæc rectè (vt iã dictum eſt) à ſiniſtris fuiſſe perhibetur.

Eſa. 53.

Facies ingloria & deſpecta, ſicut gemituſus propheta loquitur: Et aſcendit ſicut virgultum coram eo, ſicut radix de terra ſitienti. Non eſt ei ſpecies neq; decor. Et vidimus eum & non erat aſpectus, & conſideravimus, eum deſpectum & nouiſsimũ virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatẽ & quaſi abſconditus vultus eius, & cæt. Siniſtra, inquam, id eſt, aduerſa hęc fuerunt, ſed per hæc ſiniſtra, cuncta nobis dextera, per hæc aduerſa, cũcta nobis proſpera venerunt. Et illis quidem vitulus ſiue taurus ſiniſtra hæc ignominioſa, & canibus illis contemptibilia fuerunt. Vnde & Apoſtolus loquitur: Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ſed nobis, id eſt, noſtro ſenſui, illud ſtultum Dei, ſapientius eſt hominibus Iudæis, & in firmum illud Dei, fortius eſt hominibus Ethnicis: quos cum authoritate ſupra ſcripta, vitulos & canes dicere audemus poſtius q̃ homines. Beatus eſt, ait ipſe, qui non fuerit ſcandalizatus in me, & hoc ſcientes non ſcandalizamur, ſed gloriamur, & faciem hanc in iſta quaſi ſtultitia & infirmitate maximè glorioſam prædicamus, quippe q̃ ipſas eius contumelias ſacramentis & maieſtate iudicij plenas eſſe intelligimus. Primum illud quod illudentes faciẽ quoque eius (quod Marci & Lucæ narratio nõ præteriuit) velauerunt, quantum vſq; hodie ſuper illos exercet iudiciũ? Nam quia ſic faciẽ eius velauerunt, idcircò velamẽ poſitum eſt ſuper cor eorum, ſecundum illud portentum, quod Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam, & vſq; in hodiernum diem, ait Apoſt. cũ legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Et quia ſic velata facie incuruabant eum ad colaphizandum, recta imprecatione, ſiue iuſta conceſsione in Pſal. ſpiritus propheticus: Obſcurentur, inquit, oculi eorũ, ne videant, & dorſum eorũ ſemper incurua. Sibimet ergo faciẽ eius abſconderunt, quamuis ipſe illis abſcondiſſe dicatur, dicente Eſaia: Et expectabo Dominũ, qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum, ſubauditur, donec oſtẽdat eis faciem ſuam, ſicut loco memorato proſequitur Apoſtolus, dicens: Cùm autẽ Iſrael conuerſus fuerit ad Dñm, auferetur velamen. Interim abſcõditus eſt ab eis preatu velationis, & reprobationis illius, quã reprobauerũt eũ, lapidẽ ſummũ, lapidem angularem, non qualicunque modo, ſed ita procaciter, vt inter reprobandum in faciem quoque eius expuerent. Quo enim modo quippiam magis quã conſpuendo reprobamus? Eius nanque rei, quã conſpuimus, odorem nobis fœtere ſignificamus. Nimis ergo illi reprobauerunt ædificantes iſtum lapidem, ſed fruſtra: factus eſt enim in caput anguli. Et principium eſt fortitudinis, vnde plenius dicendum erit in contemplatione faciei leonis. Præter hęc & vocem cachinni non ſine iuſta indignatiõe Deus audierit, dum velata facie quaſi non videntem colaphizantes, & alapis cædẽtes, dicerent: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſsit? Stulti & cæci, nos pro illo vobis prophetizamus, id eſt ſecundũ veram prophetiam reſpondemus, quia percuſsit eũ filia latronis. Quæ percuſsit eũ, tota ſynagoga veſtra vocatur & eſt filia latronis. Sic enim habet pphetia, q̃ ipſe velata tibi facie nobis videt, nobis oſtendit. Nunc vaſtaberis filia latronis. Quã ob cauſam? Obſidionẽ, ait, poſuerunt ſup nos, in virga percutienti maxillam iudicis Iſrael. Quẽ iudicem Iſrael, ſi queras quis nam ſit? ecce dicimus. quia ipſe eſt qui natus in Bethleem de virgine Maria, ab initio autem ſiue ab æterno Deus erat. Nam protinus ſequitur, & ait: Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Ergo filia latronis tu es ô Synagoga Sathanæ, quæ tanti iudicis maxillam percuſsiſti, & hoc prophetizat tibi loquens in prophetis, loquens etiam in nobis. Cuius filia latronis? Nónne Barrabæ? Erat enim Barrabas latro, & propter ſeditionem & homicidium miſſus fuerat in carcerẽ, illum tu tibi donari petiſti, autorem ſeditionis, occidiſti aũt hunc, principem pacis. Verè ergo filia latronis, & patris eiuſmodi,

Paſsio Chriſti nobis glorioſa.

1. Cor. 1.

Matth. 11.

Vindicta de velatiõe faciei.

Marc. 14. Luc. 22.

Exod. 34.

2. Cor. 3.

Pſal. 68.

Eſa. 8.

2. Cor. 3.

Synagoga Chriſtum percutiẽs ſilia latronis dicitur.

Matth. 5.

Matth. 27. Leuit. 23.

Pſal. 117.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusmodi, seditiones & latrocinia iusta in hæreditate possediſtis. Et idcircò vaſtatæ es, quia obſidionem poſuiſti, eos prohibens loqui, & perſequens & occidens eos, qui prænunciabant, de aduentu iuſti, ſcilicet iam dicti iudicis, & eiuſdē cū præſens eſſet, maxillā percuſiſti. Et quidem Gentiles quoque, quibus eum tradidiſti, non minus illuſerunt, imò & amplius illuſerunt, quia præter hoc, quod ſimiliter (vt tu) expuerunt in eum, & alapas ei dederūt, ſimul etiam ad deriſionem regij nominis, ſuper quo accuſaueras eum chlamydem coccineam, circundederunt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius, & genu flexo Regē ſalutantes, arundine percutiebant caput eius. Sed in omnibus his tu filia latronis maius peccatum habes, quia Legem & Prophetas Meſsiam tibi promittentes acceperas, ita vt excuſationem non habeas de peccato tuo, quin ſciens & per inuidiam Dominum & regem tuum illuſeris, illudendumque & flagellandum & crucifigendum tradideris. Illi autem eiuſmodi nihil habentes aut ſcientes, hæc omnia fecerunt, multò excuſabiliores comparatione tui. Nam de tuis aliqui à te perſuaſi, per ignorantiam fecerunt, illi autem omnino neſcierunt. Exeamus tandem ad eum, vel cū eo in locum qui dicitur Golgatha, quod eſt Caluariæ locus, vbi crucifigentes eum, diuiſerunt ſibi veſtimenta eius, & videamus in humilitate vel pœna iudicati, glorioſum & terribile myſterium iudicaturi. Illic enim ipſe duorum latronum medius, alterum à dextris pœnitentem ſuſcepit, & amen (inquit) dico tibi hodie mecum eris in paradyſo: alterū à ſiniſtris, in nequitia perſeuerantem, in damnatione reliquit. Illic & Ioannes ex amicis amiciſsimus cum Maria matre ipſius, ſtans iuxta crucē eius, vnde abierant, nō volūtate, ſed metu cęteri diſcipuli eius, & Barrabas latro neſcio quo abierat à Iudęis dimiſſus. In his quatuor tam diuerſis hominibus quam magnum ſubluceat myſterium iudicaturi huius, qui (vt iam dictum eſt) duorum latronum medius pēdebat iudicatus: tunc demum ritè perpendis, ſi ſimul proſpicias, quia cū ſederit, vt iudicet omnes gentes, ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, tunc omne genus humanum in quatuor partes diuidetur. Illic erunt à dextris, qui iudicē tur & condemnentur, atque illic erunt, qui non iudicentur, ſed iudicent. Nimirum Apoſtolicæ perfectionis homines, iudicabūt ſancti nationes, videlicet cum illis principibus quibus ſpecialiter dictum eſt. Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael: Quarta pars eorum illorū, qui nec iudicabuntur, quia iā iudicati ſunt, iuxta illud Apoſt. dictū: Quicunq; enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Iā ergo Crux ipſa Chriſti iudicati, quoddā erat tribunal eiuſdem tremēdi iudicis, quia circa ipſum alter latronum iudicatus, id eſt, punit⁹ & ſaluatus eſt, alter iudicatus, de illo iudicio vel pœna tranſiuit ad pœnam æternam, impœnitens & vſque in fine ſuo blaſphemus: & dilect⁹ Ioannes, neq; tūc, neq; deinceps crucifixus, vel alia vi peremptus eſt. Quartus Barrabas, à Deo quidē damnatus erat, ſed ab hominibus nō iudicatus, imò dimiſſus, vt iam dictū eſt. Splendidius myſteriū hoc nobis faciet ſancta & myſtica Lex, capitulo q̄ homini eſt: Locut⁹ eſt Dñs ad Moyſen dicēs: Poſt mortem duorū filiorum Aaron, quādo offerentes ignem alienū interfecti ſunt, & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur ſanctuarium, quod eſt intra velum, coram propitiatorio quo tegitur arca, & nō moriatur, quia in nube apparebo ſuper oraculum, niſi ante hæc fecerit. Vitulum offeret pro peccato, & arietem in holocauſtū. Tunica linea veſtietur, fœminalib. lineis veréda cælabit, accingetur zona linea, & cydarim lineā imponet capiti. Hęc enim veſtimenta ſunt ſancta, quibus cunctis, cū lotus fuerit, induetur, ſuſcipietque ab vniuerſa multitudine filiorū Iſrael duos hircos pro peccato, & arietē in holocauſtum. Cumq; obtulerit vitulū, & orauerit pro ſe & pro domo ſua, duos hircos ſtare faciet coram Dño in oſtio tabernaculi teſtimonij, mittens ſuper vtrunque ſortem coram Dño, & alterā capro emiſſario. Cuius ſors exierit Dño, offeret illum ꝓ peccato. Cuius aūt in caprū emiſſariū, ſtatuet eū viuū corā Dño vt fundat preces ſuper eū, & emittat illū in ſolitudinē. His ritè celebratis, offeret vitulū, & rogās ꝓ ſe & ꝓ domo ſua, immolabit eū, aſſumptoq; thuribulo, q̄ de prunis altaris impleuerit, & hauriēs manu compoſitū thymiama in incēſum, vltra velū intrabit in ſancta, & poſitis ſuper ignem aromatib. nebula eorū vt vapor operiat oraculū, quod eſt ſuper teſtimoniū, & non moriatur. Tollet quoq; de ſanguine vituli, & aſperget ſepties digito cōtra ꝓpitiatoriū ad oriētē. Cūq; mactauerit hircū pro peccato populi, inſeret ſanguinē eius intra velū, ſicut pręceptū eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat è regiōe oraculi, & expiet ſanctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael, & à pręuaricationib. eorum cūctiſq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo teſtimonij, quod fixum eſt inter eos, in medio ſortium habitationis eorū. Nullus hominum ſit in tabernaculo, quando pōtifex ingreditur ſanctuarium, vt roget pro ſe & pro domo ſua, & vniuerſo cœtu Iſrael, donec egrediatur. Cū autē exierit ad altare, quod coram Dño eſt, oret ꝓ ſe, & ſumptū ſanguinem vituli atque hirci, fundat ſuper cornua eius per gyrum, aſpergenſq; digito ſepties expiet, & ſanctificet illud ab immūditijs filiorum Iſrael. Poſtquam autem emundauerit ſanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem, & poſita vtraque manu ſuper caput eius. Confiteantur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata eorum, quæ imprecās capiti eius emittat illum per hominem paratum in deſertum. Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſerto, reuertatur Aaron in tabernaculum teſtimonij, & poſitis veſtibus, quibus prius indutus erat, cū intraret ſanctuarium, relictiſque ibi, lauabit carnem ſuam in loco ſancto, induetur q̄ veſtimentis ſuis. Et poſtquam egreſſus, obtulit holocauſtum ſuum ac plebis, rogabit tam pro ſe quàm pro populo, & adipē qui oblatus eſt pro peccatis, adolebit ſuper altare. Ille verò qui dimiſerit caprum emiſſarium, lauabit veſtimenta & corpus aqua, & ſic ingredietur caſtra. Vitulū autem & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorum ſanguis illatus eſt, vt in ſanctuario expiatio compleretur, aſportabunt foris extra caſtra, & comburent igni, tam pelles quam carnes eorum & ſimum. Et quicunque combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua, & carnem aqua, & ſic ingredietur in caſtra, eritq; hoc vobis legitimum ſempiternum. Aſſertione noſtra non indiget, demonſtratione noſtra non opus eſt, quod hæc & cætera legalia, inſtituta fuerint exemplaria cæleſtium, de quo rum quibuſdam præſcriptis Apoſtolus docet: neceſſe eſt ergo exemplaria cæleſtium his mundari, ipſa autem cæleſtia melioribus hoſtijs quā iſtis. Denique & Moyſi, cū hæc ordinarentur, Deus dixit: Inſpice, & fac ſecundum exemplar quod tibi in mōte monſtratum eſt. Ergo exemplaria cæleſtium iſta fuerunt, immolatio vituli pro peccato, & oblatio arietis in holocauſtū, & ab vniuerſa multitudine filiorū Iſrael ſuſceptio duorum hircorum pro peccato cum ariete iam dicto in holocauſtum, & cætera quæ præſcripta ſunt, exemplaria fuere cæleſtium. Ipſa autem cæleſtia ſunt iſta, de quibus eſt iam dictum, immolatio Chriſti crucifixi, & ſortes diuiſæ latronū, qui cum eo crucifixi ſunt, dimiſſo Barraba per petitionem Iudæorum. Dicamus ergo. Nō (inquit) omni tempore ingrediatur Sacerdos in ſanctuarium, quod eſt intra velū, coram propitiatorio quo tegitur arca, &c. Sacerdos & hoſtia ipſe Chriſtus eſt, ipſe vitulus, ipſe aries, ipſe & hircus, ſed diuerſo reſpectu. Sacerdos namq; eſt, quia ſicut Apoſt. dicit, ipſe aſsiſtens Ponti fex futurorū bonorū, peramplius & perfectius tabernaculū nō manu factum, id eſt, non huius creationis, neq; per ſanguinem hircorū, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redēptione inuenta, ſacrificiū præferēs panis & vini, ſecundum ordinem Melch. in ſacramēto corporis & ſanguinis ſui. Vitulus, quia ſicut pro nobis, ita pro illis quoque oportuit eū pati, qui vſque ad aduentum eius portantes iugum legis, iuſte vixerunt, & mundi fuerunt per iuſtitiam fidei. Aries ipſe, videlicet immolatus & pro arietibus quoq;, id eſt, pro Apoſtolis ſuis, de quib⁹ Pſal. dicit: Afferte Domino filij Dei, afferte Dño filios arietum. Ipſi nanq; duplici de cauſa rectè arietes dicti ſunt, vel quia duces ſunt totius Eccleſiæ, ſicut arietes duces ſunt totius gregis, vel quia ſicut arietes duobus cornibus, ſic ipſi duob. teſtamentis oppugnantia ſibi impugnāt, hoc à vitulis, id eſt, ab anterioribus ſanctis differentes, q̄ iugum legis non portant, quod neq; nos (vt ait Petrus Apoſtolus) neq; patres noſtri portare potuimus. Hircus, ipſe nimirum pro illis, quorum grauiora peccata tulit, ſiue qui ante aduentum eius ſub lege fuerunt, ſiue quos in aduentu ſuo ipſe, finis legis, per pœnitentiā ſuſcepit, vel ſuſcipit, qualium nouiſsimus latro ille eſt, quē (vt ſupra diximus) in cruce pœnitentē ſuſcepit. Igitur cū vitulo & ariete & duobus hircis, tūc acceſsit ſacerdos corā Dño, in oſtio tabernaculi teſtimonij, quando redemptor noſter ad paſsionē venit, obediēs patri vſq; ad mortem, mortem autē crucis. Oſtium quippe tabernaculi ſancti & veri, ipſa eſt paſsio eiuſdē redemptoris. Et illud maximè vulnus eiuſdē paſsionis, quo lat⁹ eius vnus ex militib. lancea percutiens aperuit, apertio eſt illius oſtij, quo ingredi mur, & præter q̄ oſtium non eſt aliud, per quod poſſumus ingredi in gloriam illius cæleſtis ſanctuarij. Nos autem extunc regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis effecti: Suſcipiet (inquit) at vniuerſa multitudine filiorum Iſrael duos hircos pro peccato, & vnū arietem in holocauſtum. Cumque obtulerit vitulum & cætera. Vnus vitulus & vnus aries, quia videlicet iuſtorum atque ſanctorum hominum, propter quorum imperfectam iuſtitiam ſiue ſanctitatem, Chriſtum tanquam vitulum, & velut arietem pati ſiue immolari oportuit, quoniam & ſi proprijs vel actualibus criminibus non

Illuſio Chriſti à gentilibus.

Maius peccatū Iudæorum.

Quadruplex genus hominū in extremo iudicio.

Luc. 23. Ioan. 19.

Mirabile tribunal Chriſti in cruce.

Sap. 5.

Matth. 19.

Rom. 2.

Quatuor perſonæ in cruce.

Verba legis de ritu offerendi.

Leuit. 16.

Lex illa exemplar fuit cæleſtium.

Hebr. 9.

Exod. 25.

Chriſtus ſacerdos eſt, & vitulus

& aries & hircus myſticus.

Heb. 9.

Pſal. 109.

Chriſtus vitulus.

Chriſtus aries.

Arietes Apoſtoli.

Pſal. 28.

Actor. 15.

Chriſtus hircus.

Philp. 2.

Oſtium tabernaculi ſancti & veri, ipſa eſt paſsio eiuſdē redemptoris.

Et illud bernaculi,

Latus Chriſti vulnera

tum in cru

ce.

1. Pet. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo hirci Christus & Barrabas.

erant impliciti, peccato tamen originali tenebantur obnoxij: nulla dualitas, nulla diuisio est, sed omnes vnum sunt. Porrò, hirci duo sunt, sorte seperandi, quia peccatores siue impij diuisi sunt diuisione hominì, vt alij per pœnitentiam cõuersi, remissionem peccatorum accipiant in sanguine Christi: alij impœnitentes in suis moriantur peccatis, & non prodest illis sanguis Christi, imò in iudicium venit super eos,

Matth. 27. Leuit. 16.

sicut quidam eorum sibimetipsis imprecati sunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ait ergo: cumque obtulerit Sacerdos vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, mittens super vtrunque sortem, vnam Domino, & alteram capro emissario. Hoc ita factum est. Volũtati patri obediẽs sacerdos, verus Dominus Iesus Christus, semetipsum tanquam vitulum obtulit, & pro se ac pro domo sua, quæ est Ecclesia,

Luc. 22.

orauit, quando procidens in faciem suam: Mi pater (inquit) si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen nó sicut ego volo, sed sicut tu, factusque in agonia, prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Túc vbi cõprehensus est, & præsidi Pilato traditus, quem (inquit ille) vultis dimittam vobis, Barrabã an Iesum qui dicitur Christus? Hoc plane fuit sortẽ mitti super duos hircos. Hircus enim ipse, qui aries & vitulus diuerso respectu, vt supra meminimus. Cuius sors exierit à Domino, illum (ait) offeret pro peccatò. Cuius autem in caprũ emissarium, statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem, & hoc ita factum est. Quem illi sibi petierunt dimitti, dimissus est illis, scilicet, Barrabas latrò. Iesum autem flagellatum tradidit eis Pilatus vt crucifigeretur, quod fuit hircũ sortis Do-

Solitudo vel desertũ hirci, Hierusalẽ fuit mystico.

mini offerri pro peccato. Quæ autem fuit solitudo vel desertum, quo dimissus abijt ille Barrabas latro? Sic enim dictum est de hirco emissario: Statuit eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem. Quod dicit, vt fundat super eum preces, id intelligi oportet imprecationes. Nam rursus ita dictum est: Tunc offerat hircum viuentem, & posita vtraque manu super cuput eius, confiteantur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum in desertum. Quod ergo desertũ, q̃ vel fuit solitudo, in quam emissus est ille Barrabas, hircus reprobus, malis precibus diris super caput suum coopertus imprecationibus? Nimirum illa solitudo illud est desertũ, quod intelligi oportet in verbis istis, quæ sacerdos ille prædixerat, ecce relinquetur vobis domus vestra deserta præmissis impre- *Matth. 23*
cationibus homini. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Verè deserta domus, quã deseruit salus, quã deseruit Deus & Dominus Iesus Christus, foras ductus, extra ciuitatem crucifixus. Eiusmodi preces siue imprecationes imprecabitur (ait) capiti eius, posita vtraque manu super caput eius. Nó enim vna manu, non vno vel simplici, sed duplici puniuit eos iudicio, scilicet & in isto & in futuro seculo, condemnatos ex ore suo dicentium, sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ergò imprecantis vtraque manus posita est super caput eius, scilicet, Barrabæ in primis, & cum eo populi, cui petenti dimissus est talis hircus, portans iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum, scilicet, contra ipsos in testimonium, quod seditiones hæreditario iure possidere deberent, quia seditionis autorem sibi dimitti petierunt. Quid tandem facere debuit aut potuit ille homo, qui dimissit eiusmodi caprum emissarium? aut quis ille homo, aut quomodo paratus fuit, quoniam sic dictũ est, emittet illum per hominẽ paratum in desertum? Principes sacerdotum (ait Euãgelista) & Seniores persuaserunt populo, vt peterent Barrabam, Iesum verò perderent. Illa persuasio fuit præparatio, & ille homo vnus congruè populus vnus intelligitur, illa persuasione præparatus. Quid ergo facere debuit homo immundus, tali præparatione & talis capri contagione polutus? Lauabit (inquit) vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Quali aqua lauabit? Nimirum aqua baptismatis, aqua sanguine mixta, ex eius latere fors Domino exijt, vt immolaretur siue offerretur peccatis. Qui pœnitentiam egerit, eò quòd persuasus caprum emissarium dimisit, & istum mactari petiuit, tali aquà lauabitur vt saluari possit. Hoc ita factum est. Pœnitentiam agite (inquit Petrus) & *Actor. 2.*
baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorũ, *Actor 3.*
& accipietis donum Spiritus S. Item: Vos autem (ait) sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, autorẽ verò vitæ interemistis. Pœnitemini igitur & conuertemini, vt deleantur vestra peccata. His auditis, compuncti sunt corde, & baptizati sunt primo tria millia,

Imprecationes in hircum.

Baptismũ salutare præfigurat.

& deinde

& deinde quinque millia, atq; hoc modo, qui caprum emissarium (id est Barrabam) dimittens, autorem vitæ interfecerat, lauit conscientiæ suæ vestimenta, & corpus aqua, & sic ingressus est in castra, appositus est ad illorum numerum, quos ab initio mundi credentes vsque in illam horã & sanguis exiens de latere Christi emundauerat. Non omnes ita egerunt, sed qui voluit, sic lotus est, & in castra sanctorum mundus ingressus est. Et de isto quidem hirco reprobato & malè emisso, pro tempore & re (vt puto) satis dictum est: de cæteris adhuc dicendum, quod plurimũ delectat, quia tantummodo tres istæ species animalium, vitulus, aries, & hircus, sub virga pastoris transeunt, qualis videlicet pastor fuit ipse Moyses, per quem ordinata sunt hæc exẽplaria cælestiũ: pascebat enim oues soceri suo Iethro, quando vocauit eum Deus de rubo. Respice in hanc partẽ, & non plures, sed totidem ordines inuenis animalium rationalium, quæ sub virga boni pastoris huius transeunt, de quo loquimur, quia posuit animam suam pro ouibus suis, & pro grege suo mori dignatus est. Nam vnus est ordo illorum, qui congregati sunt, curisque secularibus licitis inseruiunt, inter quas & propter quas armis quoque vtentes, quasi cornu obunco, more vitulorum aduersantes sibi feriunt, neminem tamen concutientes, neque calumniam facientes, & cõtenti stipẽdijs, vel iustis laboribus suis. Talium est dicere, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus, quia videlicet tantum, & non plus quàm præceptum est, fecerunt. Hi in suo ordine, tanquam vituli boni pastori suo dilecti sunt. Exempli gratia, vt ille adolescens in Euangelio, qui cũ de præceptis interrogatus, respondisset: Magister, hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Iesus autem (inquit Euangelista) intuitus eum, dilexit eum. Alius est ordo illorum, qui nullũ seculi iugũ trahunt, nec ea quæ mũdi sunt, appetunt: immò quæ propria sibi esse poluerunt tonsi arietes depositis velleribus, sequuntur eundem pastorem suum, cornu quidem habentes, sed recuruum, quo neminem perfoderent, quia & si interdum excitantur in zelum, non contra homines, sed contra vitia hominum, suæ fortitudinis impetum faciunt. Tales erant Apostoli & quotquot Apostolicæ perfectionis viã tenere studeunt, aut studuerunt, ad hunc ordinem pertingunt. Distantiæ horũ summa hæc est, quod illi tantummodo præcepta custodiunt, isti super præceptum addiderunt facere consiliũ dicentes: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Tertius ordo illorum est, qui non solùm non secuti sunt consilium, sed nec impleuerũt præceptũ, velut hirci, qui neque lanis suis pastorem vestiunt, neque in opere aliquo iugum eius suscipiunt: tandem autem conuersi ad pœnitentiam post crimina quælibet remissionem & ipsi percipiunt, ita tamen, vt peruenire non debeant ad honores seu gradus ecclesiasticos, sicut sacri canones rationabiliter diffiniũt. Igitur quot sub virga pastoris hominis, qualis fuit Moyses, brutorum animalium transeunt species, totidem sub manu summi pastoris Dei & hominis, sunt electorũ ordines, quasdam habentes (de quibus iam dictum est) similitudines, sicut & ipsi pastores, siue Iacob, siue iam dictus Moyses nonnulla gesserũt in figura boni pastoris Christi, † quod ferè † nonnulli incognitum est. Sum ma autem inter hæc in hoc distantia est, q̃ brutorum animalium causa non postulabat, vt pastor ipsorũ pro ipsis moreretur: Istis autem rationalibus vitulis, arietibus & hircis, scilicet, hominibus cunctis, in veritate expediebat, quatenus hic pastor bonus animam suam pro eis poneret, & pro eis mori dignaretur, ipsi autem mortuo commorerentur, illo videlicet modo, quo iam mortui sumus, iamque resurreximus, sicut dicit Apostolus: Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismũ in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriã patris, ita nos in nouitate vitæ ambulemus. Magna hæc distantia est, quod illic pastores siue sacerdotes, Moyses & Aaron, & cæteri de stirpe eius in sacrificio non moriebantur, sed tamẽ pecora occidebantur: hic autẽ pastor & mortuus est, & quotquot sunt de grege eius, illi (vt iam dictum est) necessario commoriebantur. Vtriusque, & pastoris pro grege morientis, & gregis pastori suo commorientis sacramentum in hac figura legis perspicere, plurimum delectat, vbi vituli & hirci solus sanguis infertur in sancta, & corpora cremantur extra castra: aries verò solus & totus super altare in holocaustum offerri iubetur. Detur nique Dominus Iesus Christus, animaliũ rationalium pastor bonus extra castra, id est, extra ciuitatem passus, & omnes anteriores iustos, siue electos, & peccatorum pœnitentium primitias, scilicet, latronem qui cum eo crucifixus fuit, tanquam vitulos & hircos suo sanguine mundauit: intus autem cum arietibus, id est, cum Apostolis, nocte præcedenti ipse verus aries, post cœnam typicam paschalis agni, sacramentum corporis & sanguinis sui in holocau-

Differẽtia inter pastores Moysen & Christũ.

† aliàs, legunt nulli, ma autem vllo.

Rom. 6.

Christus extra castra passus.

Tres ordines hominum Christianorum.

Luc. 3.

Luc. 17.

Marc. 10.

Matth. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum obtulit, q optimè notũ est Christianæ siue catholicæ fidei. Gregis huic pastori (vt dictum est) commorientis lex eadem est, & esse debet, quemadmodum Apostolus dicit: Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Ac deinceps: propter q & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Ex- *Hebr. 13.*

Exeamus adeũ extra castra.

eamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Hæc, & cætera cùm dicit, nulli iam ignotum, vel dubium est, quin exire velit tam Hebræos quibus ea scripsit, quàm nos qui cum eis vnum ouile sumus effecti, extra castra iustitiæ carnis, iustitiæ seruientium solummodo in cibis & potibus & varijs baptismatibus, quæ nõ possunt (ait) perfectum facere seruientem in illis. Hoc est extra castra cremari secundum similitudinem vel ad imitationẽ sumi huius vituli siue hirci, extra castra passi, spernere Iudaicas iustitias & iustitię Dei subijci, & hoc est, sanguine suo communicare sanguini eius, illato in sancta, carnem suam crucifigere cum vitijs & concupiscẽtijs. Perfectis autem his, est etiam velut arietem in holocaustum offerri, id est, non solùm illicitis abstinere rebus siue concupiscentijs, & ea seruare præcepta, quæ in tabulis scripta sunt digito Dei, verum etiam ab licitis siue concessis, quod primi vel maximè cœperunt facere sancti Apostoli, vt secundum ipsum nomen holocausti totum eorum propositum sit sacrificiũ, quia videlicet holocaustum interpretatur totum incensum. Multa sunt adhuc sacra- *Quid est se pties digito* menta eiusdem capituli præscripti, ad ra- *aspergere.* tionem pertinentia faciei huius, faciei vituli: sed quia veremur esse nimij, vitandũq; est fastidium etiam in rebus pretiosis, nos pluribus omissis. hoc tamen intactum præterire nõ patimur, quod interea dicit: Tollet quoque sacerdos de sanguine vituli, & *Leuit. 4.* asperget digito septies contra propitiatorium. Itidem & alibi dicit: Immolatoque vitulo in cõspectu Domini, inferet Sacerdos, qui vnctus est de sanguine eius in tabernaculũ testimonij, tincto digito aspergens contra velum. Deniq; hoc valdè pertinet ad illum, cui hoc opusculum dicauimus, honorem filij hominis, quod huius sacræ literæ viuificans spiritus vigilanter aspicientibus innuit. Vt quid enim vitulus iste immolatus, vt quid sanguis Christi est fusus, nisi vt spiritum S. qui eo in septiformi plenitudine requiescit, in remissionem peccatorum acciperemus? Septies ergo cõ tra propitiatorium siue contra velum debuit aspergi sanguis illius vituli significatiui, digito sacerdotis, quia non nisi per passionem & sanguinem huius filij hominis potuit aut debuit sanctus septiformis spiritus in remissionem peccatorum dari nobis. Nec hoc dicimus, quin & ante aduẽtum eius spiritum sanctum acceperint, & Patriarchæ & Prophetæ & iusti quàm plurimi, sed non hoc dato, quod dicitur & est peccatorum remissio. Duo quippe sunt data spiritus, alterum in diuisiones gratiarũ, quo solo illi anteriores illustrati fuerunt, alterum in remissionẽ peccatorum, quod ante hoc datum non fuerat, sicut Euangelista testatur: Nondum enim (inquit) erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Hoc sciens ipse, videlicet, quod datum hoc non daretur, nisi per mortem & sanguinem eius, dicebat ipsa nocte qua tradebatur: Vado ad eum qui me misit, sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ, sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis, vt ego vadã. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Quod eum dixisse de passione vel morte sua, liquido constat potius quam de futura ascẽsione post quadraginta dies à resurrectione sua, quia videlicet propter illam discessionem eius, discipuli non contristari, imò gauderi habebant, sicut sanctus Lucas memorat, dicens: Et ipsi adorantes, reuersi sunt in Hierusalẽ cum gaudio magno. De passione vel morte sua dixisse omninò rectius intelligitur, sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam, &c. præsertim quia sic Euangelista præmiserat, dicens: Ante diem festum Paschæ sciẽs Iesus, quia eius hora venit vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Igitur necessariò valdè sacerdos iste in sanguine vituli digitum tinxit, & contra propitiatorium siue contra velum sæpius asperſit, quia verum est, & hoc ab ipso in veritate dictum sit, quia † sanguis eius prius funderetur, neq; conditum baptismi Sacramentum, neque spiritus S. datus fuisset in eo quod est Paracletus, id est consolator, scilicet, in eo q̃ est remissor vel remissio peccatorum, quæ vna vel summa est consolatio sanctorum, electorumque omnium, tam præcedentiũ quã subsequentium, quia omnes, tam illi quam isti, sanguine eius, emũdati sunt, nec aliter dissolui poterat eis medius paries inimicitiarum, qui significabatur per velum, quod erat ante propitiatorium.

Duo sunt data spiritus S.

Ioan. 7.

Ioan. 16.

Luc. 24.

Ioan. 13.

Spiritus S. vt paracletus nõ fuisset datus nisi per mortẽ Christi. Addo nisi. Ephe. 2.

LIBRI VNDECIMI FINIS.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. XII.

Rota hominis quatuor facies sacra scriptura est.

AVdire delectat, propter gloriam & honorem tuum filij hominis, audire & intelligere dulce est, ô gloriosum animal, in cõtemplando quatuor facies tuas, illud q̃ dixit sanctus Ezech. vbi propheticis te viditoculis iuxta fluuium Chobar. Cũ (inquit) aspicerem animalia, apparuit rota vna super terrã iuxta animalia, habens quatuor facies, &c. Rota ista nimirum sancta scriptura est, habens & ipsa quatuor facies, & sicut vnum animal quatuor sunt animalia, ita & quatuor rotæ sunt vna rota, quia sicut habet ipsa prophetiæ series, ipsę vel eædem sunt rotarum, quæ animalium facies. Verus ergo & fidelis sermo, quem dicit, quia cùm aspicerem animalia, apparuit rota vna, &c. Cũ enim tu (quæcũq; es) aspicis hęc animalia, tunc & non prius apparet tibi rota ista, cùm (inquam) aspicis vel recipis ista filij hominis sæpedicta quatuor sacramenta, incarnationem, passionẽ, resurrectionem, atq; ascensionem, tũc vel extunc apparet & elucet tibi quid velit, quo tendat sancta veteris instrumenti scriptura, rotunda, volubilis, perfecta, quatuor faciebus secundum istas quatuor partes distincta. Quarum partium pro hac ratione prima est liber Geneseos, secunda lex cæremoniarum siue sacrificiorum, tertia libri Regum, quarta libri Prophetarũ. Nam reuera si in libro Geneseos ritè perpendas, quo aspiciat intentio Dei, ibi in rota ista facies est hominis. Exempli gratia: Vbi tanta cura est Deo de Patrum siue Paseruo seniori domus sue: Pone manũ tuam subter fœmur meũ, vt adiurem te per Dominum Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito, &c. si in isto & in cæteris similibus solummodo res gestas attendis, & non etiam intentionem gerentis Dei, non tibi apparet rota, immò nimis est obscura talis scriptura: si aũt aspicis, quod in homini Deus intẽderit (intendebat enim in eam, quam ante secula proposuerat, incarnationem verbi sui) rota apparet, scriptura lucida est, & in rota facies hominis est. Similiter in legalibus cæremonijs, in immolatione vituli, arietis & hirci, in omni ritu sacrificiorũ, quem per manũ Moysi Deus ordinauit, si solum quod gerebatur attendis, & non etiam intentionẽ eius, qui hæc fieri mandauit, non tibi apparet rota, imò vilis, & abiecta est tota scripturæ litera, si autem aspicis, quia Deus intendebat figurã in illis haberi passionis eiusdẽ incarnati filij sui, quoniã opus erat electis illius temporis per hęc initiari, rota tibi apparet. Et in ea faciem vituli, quod animal eorum quæ sacrificabantur, maximum est, & hanc ibi faciem agnoscere pium atque honorificum est. Nihilominus in rebus gestis, rebus bellicis regum, quorũ Dauid primus extitit, de quo sapiẽtia dicit, quia cum leonibus lusit quasi cum agnis, & in vrsis similiter fecit sicut in agnis ouium, ab isto quo vsque ad Iudam Machabæum, de quo sic scriptum est: Similis factus est leoni in operib. suis, & sicut catulus leonis rugiẽs in venatiõe, nõne rota ista faciẽ habet leonis? Narrat quippe fortitudinem tantam Regum Ducumque fidelium, quanta sufficere potuit aut debuit, quanta pro tempore, & re necessaria fuit contra leones, vrsos, & pardos, cæterasque feras diaboli, scilicet, primo contra gentes, quę in circuitu erant, quarum prima & diuturnior fuit gens Philistijm. Deinde contra Assyrios, Babylonios, Persas, & Mœdos, Macedones, siue Græcos, per quos diabolus laborauit extirpare arborem feracem fructus æterni, delere gentẽ de qua Christum oportebat nasci secundum promisionem Dei, firmatam iuramento ad Abraham, iuramẽto ad Dauid. Hæc ergo tertia facies rotæ, id est, sacræ scripturæ, rectè dicitur, & est facies leonis. In Prophetis profectò rectissimè quartam accipis faciem rotæ, faciem aquilæ volantis. Illa namque sacræ scripturæ pars sublimiter volat, totiusque intentionis suæ oculos in verum solem figit apertos, non solùm factis illum significans, sed (quod maius est) maiestatẽ diuinitatis eius verbis enuncians. Igitur cũ aspicerem (ait) animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, hominis quatuor facies, id est, cùm crederem & firmiter tenerẽ Deũ dei filium verè hominem factum, verè passum, vel mortuum, verè resurrexisse à mortuis & ascendisse in cælum, tunc intelligibilis mihi facta est sancta veteris instrumẽti scriptura, continens hæc, & tota tendens in hæc quatuor sacramenta. Alioqui clausa mihi

Ezech. 1.

Quatuor partes veteris testamẽti secundũ. facies animalium.

Gen. 24.

Facies vituli.

Facies leonis.

1. Mach. 3.

Gen. 15. 22. Psal. 88. 118.

Facies aquilæ.

Ezech. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa mhi fuisset & occulta, vt est vsque nunc omnibus illis, qui nõ aspiciunt hæc animalia, Iudæis maximè, qui non recipiunt, qui agnoscere nolunt hæc salutis nostræ sacramenta. Vnde Apostolus: Vsque in hodiernum diem (ait) idipsum velamen veteris testamenti manet non reuelatum, quoniã in Christo euacuatur. Experimento didicimus, & cum gratiarum actione, tanquam experti, verum esse perhibemus, quo deinde dicit, quia cùm ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea, & cũ eleuarẽtur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ: & quocunque ibat Spiritus, illic eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Hoc (inquam) ita esse vt dicitur, non solùm credimus, verum etiam oculis nostris ipsi videmus. Olim antequã ambularent, & eleuarentur animalia, non ambulabant neq; eleuabantur rotæ de terra, sed concluſa erant in sola Iudæa, neque enim æditæ fuerant scripturæ plus quam in vna lingua? scilicet Hebræa, & ibi quia non intelligebantur, quasi iacebant in terra. Denique præter paucissimos, gratiam habẽtes spiritus prophetici, hoc ipsi nescibant Hebræi, quod spiritus vitæ esset in rotis, quod in literali structura subesset vigor cælestis mysterij. Nunc ipsi videmus, quia rotæ istæ ambulauerunt & ambulãt, ex quo animalia ambulare cœperunt, videmus quia de angustijs terræ Iudeæ, de cauernis linguæ Hebraicæ, sanctæ veteris instrumenti scripturæ prodierunt, & vsque in medium gentium ambulauerunt, vbicũque incarnationis, passionis, resurrectionis, atque ascensionis Iesu Christi prædicatur, aut prædicatum est Euangelium, & vbique iuxta sunt, vt quicquid horum dicat Euangelium, statim paratum consonet testimoniũ, quod sic oportuerit fieri, nec aliter venire siue ambulare aut procedere, Messias, quem expectauerãt ipsi Iudei, quàm venit, ambulauit, & processit iste filius hominis à Nazareth, iste Iesus filius Marię, qui putabatur filius Ioseph. In quo illud valdè mirũ est, & mirabiliter à Deo prouisum, quod ipsi qui sunt horũ animalium aduersarij, rotas istas gyrant iuxta ea per orbem terrarum auxiliũ ipsis, ipsi qui contradicunt & contradicere volunt sæpè dictis quatuor sacramentis, Iudæi præomnes gentes captiui, scripturas baiulant, suaq; (id est Hebraica) lingua cõscriptas in testimonium veritatis, atque ita quãuis nolentes, affirmant, quia sic scriptum est, & sic oportuit fieri. Procedamus igitur cœpto itinere, inter fluxus atque refluxus rotarum currentium, & hæc animalia sequẽtium, inter voces alarum animalium, alteram ad alteram percurrentium, vnde audiuimus vocẽ commotionis magnæ, benedicta gloria Domini de loco sancto suo, quoniam gloria hæc est & iste honor, qua gloria glorificatum, & quo honore honorificatum filium hominis, nostra in præsenti opere deuota spectat intentio. Sed quid agis anima? Vt sentio, fatigaris, & in procedendo quasi dormitare incipis. Dic ergo animalibus istis siue huic animali, vni quatuor facies habenti, dic spiritui vitæ qui est in rotis: Dormitauit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis. Tu sæpedicte & sæpè dicende mihi Cuno, venerabilis Pontifex Ecclesiæ Ratisponensis fatigationis huius causam præbuisti, & ex te occasio venit difficultatis, qua nunc animus meus vacillat, & penè fluctuat in vijs suis. Ante hoc ferè triennium miranti tibi & scire volenti narraueram, qualem per euentum accidisset, vt post tam multos sanctos patres catholicos atque nominatissimos, quorum scripta sufficienter impleuerũt armaria Ecclesiarum Christi, ego περίλημμα omniũ, animũ inducerẽ ad scribendũ tam copiosè, & (vt dicere solituseras) tam efficaciter siue vtiliter, vt dubitare nõ possis, quin sit Dei donum, & quin ista quoq; facultas de sursum sit, & descenderit à patre luminum, à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum. Admirationem tibi augebat facilitas cõuersationis meæ, videlicet quia ferè nihil in me videbas de illis præparationibus sanctorum patrum, quibus in eiusmodi studijs laboraturi, feliciter se præparauerũt, sicut Dei ministros (vt beatus Apostolus ait) in vigilijs, in ieiunijs & cæteris bonis, quibus adhibitis clarificari solet sensus hominis, vt recto intuitu mereatur incedere per sanctas ac venerabiles scripturas veritatis. Narraueram ergo tibi causas puero loquacior, lepore timidior, quanquam scirem & certus essem, de te non esse verendum: quippe qui longè ab iliis omnimoda dissimilitudine, quibus interdum illud maximè fœtet, quod boni odoris est, qualium nimis auersos ac terribiles oculos primus expertus est, omnia sua denarrans puer Ioseph. Auditis causis, tu homo simplicis oculi, ac totus lucidi corporis, dixisti scribe hæc mihi. Me prorsus abnuente, tu iterum atque iterum repetens atque exigens, vt hæc scriberem, quum nuda prece nihil obtineres, magnum nimis & forte vinculum, quo me traheres, collo iniecisti, scilicet, adiurationem sanctiac tremendi nominis, Per patrem (inquiens) & filium & spiritum sanctum præcipio tibi, vt hæc scribas mihi. Nõ ignoro, pater & Domine mi, quando talis ac tanta vehemẽtia de radice vel fonte dilectionis prodierit, qua nostra semper opuscula quibuscunque potes, commendare properas, homo cuius oblita est inuidia, quiq; cum beato Iob dicere possis, quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meę egressa est mecũ. Ad hanc partem, scilicet, ad meorum commẽdationem scriptorum, nonnihil valere arbitraris notitiam siue memoriam eorum, quæ vt scribam, tu tantopere compellis, & pro quibus nimium vehemens exactor, cũ recusarem, vt iam dixi, adiurationem quo que adhibuisti. Tandem ergo, quoniam parendum est, ob reuerentiam nominis Domini, recordabor gemituũ meorum & diuinæ consolationis, vel vnum ex patribus orthodoxis, in exemplo habens beatũ Hieronymum, qui cũ iam multos haberet vel habiturus esset obtrectatores, scribere nõ timuit, quanta super eo cura fuisset supernæ maiestati, vt flagellis cæsum depelleret à secularium librorum studijs, atq; ad sanctarum compelleret studium scripturarũ, profuturum (vt nunc apparet) cunctis per orbem terrarum Ecclesijs Christi. Primo hanc veritatem dicam, quia facultas hæc, quã sic amplecteris, & p qua mihi congratularis, cõsolatio est meserentis Dei, iuxta beneplacitum sapientiæ eius, quæ cũ dixisset, Noli regibus ô Lamuel, noli regib. dare vinum, quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas, ne forte bibant & obliuiscãtur iudiciorum, & mutent causam filiorũ pauperis, cõtinuò subiunxit: Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur amplius. Mœrens quippe eram, atque amaro animo incedebam puer siue adolescẽtulus, cuius videlicet mœroris atq; amaritudinis causa, vt iam breuiter eloquar. hoc dico, quia sedebam iuxta flumen Chobar. Hæc enim lectio nũc mihi erat in manibus, tractãti de quatuor animalibus, siue de quatuor vnius animalis faciebus. Nouit ipsum gloriosum animal, & ipse nouit spiritus vitę, qui est vel erat in rotis, quia cùm in exordio libri huius xi. de Gloria & honore filij hominis, ista lectio sese offerret, tunc in mente non habebam, vt hac vice huc diuerterem, tibique parerem in hac parte, quã verebar, quod cuius suspecta posset esse præsumptionis & vanę gloriæ. Verum vbi iam dictam lectionem attigi, & post contẽplationẽ faciei vituli, procedere volui ad contemplandam faciem tertiam, scilicet, faciem leonis, recordatio tui sese obtulit, instantius atque vehementius, quam eatenus occurrisse senserim, & quasi manu me tenuit, quodammodo dicẽs mihi: Huc diuerte, quia nisi rem, pro qua sic adiuratus es, prius effeceris, nusquam solita facultate vti poteris, vt commodè progrediaris. Quid multa? Quasi subsistente spiritu qui me ducebat aut ducere videbatur, coactus sum huc à proposito cursũ diuertere, tamen multum varius, diuq; incertus, nunc probans, nunc improbans digressionẽ hãc: tandem vix animo sedit, visumque est nõnimis discrepare à voluntate sapientiæ, si scriberem quomodo vel ad quid mœrenti mihi, qualemúe egestatem deploranti, siceram suam & vinum suum dederit, scilicet, præsentem consolationem de sanctis scripturis, quo aliquantisper obliuiscerer doloris mei. Igitur sedebam (vt iam dixi) iuxta flumen magnæ Babylonis, iuxta fluuiũ Chobar, quod interpretatur grauitudo vel grauitas. De illa nanque Babylone loquor, cuius est rex vel princeps, in qua tyrannizauit spiritualis Nabuchodonosor, scilicet, diabolus, iugumq; suum aggrauauit super filios quoque ciuitatis Dei viuentis, Hierusalem cęlestis, quos omnes in Adam compræhensos, in istam suam Babylonem, in hoc seculum nequam captiuos abduxit, subditos peccato originali, reos mortuis. Hæc mihi ô Lamuel magni mœroris & amari causa erat animi. Audiebam enim auditu intellectuali voces peregrinorum siue captiuorum, lamentantiũ atque dicentium: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion. Assumptoque luctu in absconditis in interiore homine, flebã & ego passim atque lamentabar scienter, & lamentando laudabam (sicut docet Ecclesiastes) mortuos magis quàm viuentes. Mortui nanque illi, qui in Dño mortui sunt, securitatem suimet assecuti sunt, reuersi in illam beatam Sion, vnde omnes per peccatũ Adæ exciderunt, cuius recordatione, dum captiui essent, fleuerunt. Porrò viuentes quamdiu in corpore sunt, & à Dño peregrinãtur, quomodo securi esse possũt? Nõ est enim tuta sessio, vel firma statio secus flumen Chobar, vel supra cætera Babylonis flumina, præsertim cùm & Apostolus dicat: Qui se existimat stare, videat ne cadet. Ipsa nanq; fluminũ littora lutosa sunt atq; palustria, tamq; lubrica, vt semper suspectus esse debeas, ne moto vel prolapso pede in subiectum flumen cadas. Laudabam igitur (vt iã dixi) mortuos magis quã viuentes, non qualicunque, sed gemituosa & luctuosa laudatione, ac si iam vererer mihi accidisse illud, quod in Euangelio dictum est, duo in lecto, vnus assumetur & alter relinquetur, siue (vt cum hac similitudine secundum numerum nostrorum loquar) tres vno ex vtero, duo assumentur, & vnus relinquetur. Relictus sum (aiebã) ego so-

2. Cor. 3.

Eleuabantur rotæ, id est, scriptu rain orbem terræ diuulgabantur post passionẽ Christi.

Ezech. 1.

Luc. 3.

Ezech. 3.

Psal. 118. Digressio longa ad Cunonẽ de dono super no.

1. Cor. 4. Iob. 4.

2. Cor. 6.

Gen. 37. Adiuratus autor à Cu none narrat reuelationes sibi factas.

Iob. 31.

Narratiõis argumẽtũ.

Vinũ & siceră dantur mœrentibus.

Prou. 31.

Ezech. 1.

Mœror auctoris ppter tyrãnidem diaboli.

Psal. 136.

Eccl. 4. 9

2. Cor. 5.

Rom. 11.

Matth. 24

ego so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ego solus, & quærunt animam meam, & cũ huiusce modi verbis cantilenam lugubrem frequentabam. Iam quid mihi acciderit, qualibus audeam verbis eloqui? Cũ essem in medio captiuorum (ait iste, cuius memor nunc eram visor animalium cælestium) cùm essem in medio captiuorũ iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei, &c. vsque similitudo hominis in eis. Sed quid hic simile illi? Verum tamen quam similitudinem cognoui, iamque ex parte tetigi, istius magnæ Babylonis, in qua omnes simul nati, & illius, in qua tunc erat ille captiuus cum captiuis, libet quamuis cum timore vicina sub eo locutione vti, quia aperti sunt mihi oculi, & vidi filium Dei, vidi ipsum vigilans in cruce viuentem filium hominis. Non corporali visu vidi, sed vt viderem, repentè euanuerunt corporis oculi, & aperti sunt meliores, id est, interiores oculi, cũ tenerem in sinu atque complecterer crucẽ ligneam, & in ea imaginem eiusdem saluatoris, sedens occultus retro post sanctum altare in quodam oratorio beatæ Mariæ semper virginis, claro iam diluculo, multis eandem imaginem defigens atque circuiens osculis, & adorans (vt solebã) frequenti dimissione capitis. Solitus eram idipsum facere, sed illo diluculo agebam militate. Qualis autem visus est aspectus eius? Humana hoc non potest lingua verbis compræhendere, tantumque dixerim, quia sensi breuiter illic, quã veraciter dicat ipse, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, quã veraciter de ipso Apostolus dicat, qa exauditus est pro sua reuerentia. Vultus eius miro atque ineffabili modo sese demittens, quam reuerentibus oculis accepta se habere significauit oscula adorantis, adorationem osculantis. Nulla mora interfuit, & ad visum communem reuersus, crucem quidem super altare loco suo restitui. Gustus autem quidam ineffabilis, gustus suauitatis eius in ore animæ aliquandiu ipsa die superfuit, qui tamẽ paulatim recedens, tandemque deficiens, memorem adhuc facit me versiculi huius: Gustate & videte quam suauis est Dominus. Et quid mirum, si veritas verum dixit. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, & consolationis primitias iam in isto seculo Paracletus, id est, consolator spiritus pueris suis dare dignatur? Nã pueris maxima, id est, infirmis & inualidis, pro ipsa infirmitate sua lugentibus, consolatione opus est. Hinc ipse Dominus in Esaia, cum sanctæ ciuitatis suæ Hierusalem lætitiam & diem festũ agere demandaret, hæc inter cætera dixit: Pueri eorum in humeris portabuntur, & super genua consolabũtur. Quemadmodum mater consolatur filios suos, & ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini. Notum est quia mater cũ suos filios diligat omnes, citius tamẽ atque pronius ad consolationem flentis paruuli sui sese impendit, & illum super humerum aut in brachio suo portat, & super genua consolatur. Dicam ergo gratias agens, qualem deinde mihi fecerit consolationem, perseueranti in illo (cuius supra memini) fletu captiuorum dicentiũ: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion. Quid enim si quis legens contemserit? Hodie cõfessiones beati Augustini, id est, libros, in quibus confitetur miserationes Domini, nemo cõtemnit. Forsitan dum ipse viueret aliquis legens non pro magno duxit. Confortemur ergo, quoniam tu pater mi, præsul Christe, amabilis, quod hæc secretius habiturus esses, promisisti. Quin & si quis hæc præripiens & legens, quasi gloriabundum me contemnendum putauerit, dicentem me audiant pro istis exiguis idipsum, quod pro suis verè magnis Apostolus dixit: Nam & si voluero (inquit) gloriari, nõ ero insipiens. Veritatem enim dicam. Denique non parum habet confortationis in huiusmodi, conscientia veritatis. Confugeram bona spe circa idem tempus ad inuocandum nomen Domini, nomen quod inuocatũ est super nos, & in quo sumus signati, sanctãq; trinitatem inuocabã & adorabã inuocatione supplici, adoratione fideli. Turris enim fortissima, ait sapientia, nomẽ Domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Substantia diuitis, vrbs roboris eius, & quasi murus validus circundans eum. Sentiebam quippe hostes inuisibiles persequẽtes me, & idcircò currebã ad nomen istud matutina prece, vt velut turris fortissima exaltaret me, vt velut vrbs roboris muniret me, vt velut murus validus circundaret me, & hoc quidem facere cœpit, spero autem quia perficiet. Visa per idem tempus visione memorabili, plena venerandæ suauitatis, præcedente causa homini. Mœrens eram, meque somno dederam hora solitæ orationis, siue adorationis illius, quã prædixi: & causa erat mœroris, qa nõ tam citò nec tanta, vt volebam, pax mihi prouenerat de insurgentibus in me malignantibus, quasi vnquam dum viuimus, tuti vel securi esse possimus, cùm potius militia sit vita hominis super terram, in qua si legitimè certamus, nimirum & ferimus & interdum ferimur. Itaque mœrens quasi puer, cuius voluntas non statim fit, somno me dederam hora solitæ orationis, cùm ecce video semiuigilãs in ipso lectulo magnam lu-

3. Reg. 19. Visio filij Dei facta Ruperto. Ezech. 1.

Exemplũ veneranda rum imaginum.

Confessiones sancti Augustini.

2. Cor. 2.

Quanta cõsolatio ex illa visione Matth. 11. Hebr. 5.

Psal. 33. Matth. 5.

Esa 66.

Prou. 18.

Alia visio eidẽ in somnio facta.

Iob. 9.

gnam lucẽ velut solem super me incũbentem, & audio sonans in Ecclesia signũ, vt fieri solet dũ statutam conuocamur ad orationem. Surgere & ad orationẽ currere mihi visus sum. Fiat mihi secũdũ voces aut verba quæ audiui, cauente vno conuentu multorũ, quos nescio, in vna parte ecclesiæ Psalmum 1. Miserere mei Deus, & alio conuentu in alia parte ecclesiæ Psal. xxvj. Dñs illuminatio mea, stante maligno aduersario contra me in angulo in ingressu oratorij: quem vt vidi, exprobraui, velut exprobrare solemus quempiam larualem aspectũ signo totitus faciei potius quã verbis: propter qp cùm ille iratus contra me iruerit, somno illo tenui excitus sum. Intelligere poteram qp pro cõsolatione hæc mihi fierent, veruntamen illũ quoq; diem totum in mœrore transegi, & sequentis diluculi siue ante lucani hora, oratiõe omissa, quã consueueram, somno cũ tristitia me reddidi, cũ ecce tenuiter dormienti simili ter, vt pridiè visum est signum ad orationem cõmoueri. Surrexi & ad ecclesiam cucurri, & ecce quasi pro solẽnitate Dñi multa ecclesiam cõpleuerat turba diuersorũ ordinum, maximè aũt monachorum, quo dã venerandæ canitiei Episcopo celebrãte solennia Missarum. Multa ad offerendam quasi post Euangelium, quando solet offerri sanctum sacrificium, ascendebat processio vtriusq; sexus personarum venerabilium. Cucurri & ego, quasi eleemosynã petiturus de oblationibus illis: & ecce iuxta dextrũ cornu altaris tres personæ stantes, habitus valdè reuerendi & dignitatis, quantam nulla potest lingua verbis consequi. Duæ personæ multum antiquæ, id est, valdè cani erant capitis, persona tertia vt speciosus astabat iuuenis, regia dignitate, vt ex vestitu eius poterat agnosci. Vna ex personis (vt dixi) venerandæ canitiei, valdè iucunda dignatione ac sereno vultu manũ meã apprãhẽdit, meq; osculata est, & pauca verba dixit: quę quidẽ memoria nõ tenui, scio tamen quia pertinebant ad officiũ vel ministeriũ scribendi. Persona illa regia, iuuenis ille speciosus, nihil quidẽ loquebatur, sed me tanq; frater, quam germana affectione, quã reuerenter seu venerabiliter, quieto ac modesto vultu me intuebatur, meaq; præcordia suo penetrabat intuitu. Nõ statim, sed postmodũ sanctam in his trinitatem, iuuenẽq; illũ esse filium Dei, hoc modo agnoui. Quidã spiritus mali, me ab vtraq; parte circũstantes, coram ipso altari me altiorẽ ipsis pusillis infestare, & latera mea fodere cœperunt digitulis importunis. Cũ ita me affligerẽt, & ego auxiliũ implorarem ab his quos videbam, Dñs Iesus qui paululũ secesserat, ita tamẽ vt viderem eũ, per nomen mihi innotuit, dicentib. personis alijs: Expecta paulisper, Iesus veniet cõfestim, teq; adiuuabit. Hoc abdito, ipsum inuocaui Dñm Iesum ex nomine. Nec cũctatus ipse, ascendit iterũ per gradus per quos descẽderat, quasi cũ potestate & reuerẽda maiestate, & potenter, spiritus illos ppellens, manuq; illorũ à laterib. meis citò auellens, liberauit me. Tũc ipsę tres personæ grandi & pari statura æquales, me pusillũ circunsteterunt, & aperto pergrandi libro, me super positũ eidem lib. in sublime sustulerunt. Quo facto, is qui me in initio fuerat osculatus, cõfortãs dignanter & familiariter, hæc locutus est: Noli timere, & designans super sanctũ altare quædam sanctorum phylacteria auro fabrefacta, quæ vulgo dicimus feretra. Ad huc enim, ait, eris melior q̃ ista sint. Visio hæc tam manifesta fuit, vt veraciter dicere possim, quia siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus sit: quãuis res ista nihil ad magnitudinem illã dicentis, quia raptus est vsq; ad tertium cælũ, quia raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Nam & cũ adduceret ad videndũ, scio me de lectulo exilijsse, & in Ecclesiam cucurrisse, recto & vigilantibus solito itinere: & completa visione cum personas illas abutentes prosequi vellem, neque concederetur mihi, aspexi qp nudus & sine omni vestimento essem, & ab hoc festinus eo recurrens vnde venera m, vbi lectulũ attigi, confestim experrectus sum. De apertione lib. & de ratione q̃ persona illa dixit, aureas ostendens sancto rum memorias siue phylacteria, non opus est vt interpretationem faciam tuæ charitati, cuius de meiudicium sæpe audierunt & secuti sunt multi, quod verè Deus librum suum, id est, scripturam sanctam mihi aperuit, & multis sanctorum patrum sententijs, quorum in sancta ecclesia dignè celebris est memoria, & velut aurum rutilat, aliquanto meliora dixerim. Quid deinde dicam? Si flagellat, ait, beatus Iob, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat. Cuius dicti nunc idcircò memine rim, quia per idem tempus de pœna mea, id est, de expectatione mea, quæ impatienti animo videbatur nimis longa, ipse quodammodo risit. Non imputo illi. Iam dudum enim condonaui, videlicet illa condonatione iustissima, quam idem beatus Iob exprimit his verbis: Soluat manum suum & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Eiusmodi condonationem, quæ non est contradicere sermonibus sancti, non repræhendere iudica sancti

Rursus alia visio.

Imunctum ei per visionem scribẽdi officium

Qualis illa visio. 2. Corr. 12.

Apertio lb. quid desiderat.

Iob. 6.

Quid est condonare Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iusti, vt certissimè credo à me exegerat, dũ solito plus dolerẽ, & abũdantius flerẽ propter causam eandẽ, id est, propter tædiũ vitæ præsentis, & ferè per triduũ non mutarentur in diuersa vultus mei. Visus quippe mihi sedens post sanctũ altare, tali schemate vel habitu, pro quod debeat dici (vt verè est) antiquus dierum, cum ꝓpius accessissem, crucem pergrãdem signum magni doloris baiulans, protenta manu dextera pater clemẽtissimus, naturæ nostræ amicus, mitis & humilis, amice, inquit dona mihi ꝙ feci tibi. Illico manũ eius manu mea velut ꝓ firmamẽto cõdonationis, q̃ vehementer, quã alacriter percussi: quã ille fortiter stringens, me totũ quasi ad amplex' & oscula traxit: sed nõ mora, vis magna cuiusdã sanctę ac diuinę voluptatis me somno excusit. Nũ infantilia videtur hęc? Imò res valdè seria est, cõdonare illi quicquid super nos graue ab ipso illatũ est, omnia quorũ hoc initiũ vel summa fuit. quia audisti vocẽ vxoris tuæ & comedisti de ligno, ex quo præceperã tibi ne cõederes, maledicta in opere tuo, &c. vsq; quia puluis es & in puluerẽ reuerteris. Quęcunq; mala super nos, ꝓpter peccatũ induxit, nimirum cõdonanda sunt ei, videlicet corde & ore dicendo tale quid, vt est hoc dictum à Daniele vel cęteris cõcaptiuis: Omnia quę fecisti nobis dñe, in vero iudicio fecisti, qa peccauimus tibi. Maximè aũt dilectiõis & fidei est, non patiẽter mori, sed patiẽter viuere in hoc seculo pleno peccatis, & volũtatem sequi creatoris cũcta benè disponentis, dũ non citò exauditur cupiens esse dissolui, desiderans ab ista valle lachrymarũ migrare ad gaudiũ visionis Dei. Igitur cõdonaui quidẽ, veruntamen inter cętera, ꝓ quib. adiurasti pater mi, narrabo, quomodo de pœna mea riserit, tandemq; me cõsolatus sit. Vir quidã venerando habitu stare visus est, meq; intuẽs familiariter. Adhuc, inquit, octo annos victurus es. Cũ quasi lubidũ hæc eũ dixisse putarẽ, eundẽ sermonẽ repetens. Verũ, ait, loquor, adhuc octo annos victurus es. Nox erat illa solennis & festiua B. Matthęi Apost. cuius super euangelij fundamentũ vt præsens opus cõstruerem, tu exegisti, opus de gloria & honore filij hominis. Cũ sanctas manus eius osculari vellem, non admisit: & ab hoc depulsus, euigilaui. Quid putas, quomodo subsequẽtes & dies & mẽses & annos enumeraui mihi? Sic enim acceperam, & sic eum dixisse volebã, ac si omninò determinasset atq; ita dixisset. Octo annos, & nõ plꝰ, victurus es. Non attendã, neq; attendere volebã præ nimia desiderantis animi festinatione, posse aliquid subesse, in quo errarẽ, salua visionis veritate, neq; recogitabam de Casio Narnienſi episcopo, cuià Domino per eius presbyterũ (vt refert beatus papa Grego.) hoc demandatum est: Age ꝙ agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali Apostolorum venies ad me, & retribuam mercedem tuam. Tũc è viuo Apostolorũ natalitius dies imminebat. Eodem ergo tempore solicitus fuit: secundo quoq; anno vel tertio, in mortis expectatione suspensus, quarto, quinto & sexto similiter. Qui desperare de veritate revelationis poterat, cũ ecce anno septimo, in vigilijs expectati natalis, lenis hunc calor attigit, atq; ipso die natalitio cum solennia Missarum peregisset, & misteria sacræ concionis accepisset, è corpore exiuit. Si parua licet similare magnis. similiter ego, vt ille, sensu siue intellectu properantior fui, quam haberet ipse sermo visionis, quia sicut illi non totum hoc dictum est, natalitio die Apostolorum præsentis anni venies ad me, sic nec mihi dictum fuerat, quod statim completis octo annis, deberem hanc vitam finire. Transierunt ergo mihi septem anni, & octauus annus volui inceperat, magna cum expectatione & penè iugi mortis meditatione, cùm ego ferè totus & solito vigilantior in me cõuersus, mirari cœpi, quid mecum gererem, & qualiter pro expectatione tantæ rei me habere debuissem. Habebam autem tunc in manibus librum beati Augustini de ciuitate Dei. Et hic erat locus quem legebam: Cùm autem (inquit) vnicuique mortalium sub quotidianis vitæ huius casibus innumerabiles mortes quodammodo comminẽtur, quamdiu incertum est, quæ nam earum ventura sit, quæro, vtrum satius sit, vnam perpeti moriendo, an omnes timere viuendo, & cætera. Ex occasione lectionis huius tunc instantius cor meum conueni, laudãs cum Ecclesiaste magis mortuos quàm viuentes, vt iam superius dixi, & supirans consilium hoc mecum inij, quatenus quę rerem à Deo præcibus attentis veritatem seu certitudinem tantæ rei, vt si ex ipso visio supradicta venisset irato mihi oraculo dignatio ipsam confirmaret. Ad hoc negotium sedit animo, sanctum inuocare spiritum, quoniam & si patris & filij & spiritus sancti vna substantia est, vna diuinitas & operatio inseperabilis: tamen sicut patris proprium est opus hominis conditio, & filij proprium opus redemptio, sic proprium est opus spiritus sancti eiusdem hominis illuminatio, reuelationumque gratia, & omnium gratiarum diuisio. Ad hũc ergo conuerti me, toto corde, & pro tantæ rei negotio ausus sum illum interpellare, licet mihi occurreret, faciemque mentis meæ reuerberaret illud quod in

Dani. 7.
Gen. 3.
Dani. 3.
Alia rursus visio ꝙ octo annos victurus ad huc esset.
Grego. in dialo. lib. 4 cap. 36.
Aug. de ciuit. Dei li. 1 cap. 11.
Eccl. 4.
Inuocatio Sancti Spiritus pro revelatione.

quod in Esaia Dominus, cùm præmisisset. Clamare ne cesses, quasi tuba exalta vocẽ tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ, continuò subiunxit: Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiã fecerit, & quę iudiciũ dei sui non dereliquerit. Non enim omniũ est responsa Dñi quęrere, quę tunc per ꝓphetas administrabantur, sed eorũ duntaxat, qui iudiciũ faciunt & iustitiã operantur. Veruntamen fiduciam in hoc præstabat nõ solũ cõmunis fides, verumetiam propria quædã conscientia, seu dignationis eiusdẽ spiritus S. memoria, quia dieb. illis nonnũ quam visitationẽ seu respectum eius modis qualibuscunq; sentiebã, super quibus parcendum est, præsertim cũ & magnus Apostolus dicat. Parco aũt ne quis me existimet supra id ꝙ videt in me, aut audit aliquid ex me. Veruntamẽ quoniã hactenus præter illã communẽ trium personarũ visionem singulariter dixi & de illa quæ videbatur persona patris, & de persona filij, qualiter doloré meum cõsolatæ fuerint, cõueniens videtur, vt & visum non minus iucundũ narrem de tertia persona spiritus sancti Nã quocunq; quispiam accipiat, forsitan benignitas eiusdẽ Dei patris & filij & spiritus S. narrationem hanc, sic tanquam gratiarũ actionẽ suscipit, quoniã solet deus ab homine gratiarum actionẽ exigere pro suis beneficijs. Exempli gratia: Nonne (inquit Dñs) decem mundati sunt, & nouẽ vbi sunt? Nõ inuentus qui rediret & daret gloriã Deo, nisi hic alienigena. Dicã ergo: lacebam aliquando nõ valdè sopitus, imò semiuigilãs in lectulo, & ecce (vt videbãtur) per gradus dormitorij fratrũ descẽderã multorũq; spirituũ horribiliũ et facie crudeliũ quasi castra cõtra me cõsistebant. Ego vt aliquoties eatenus nomẽ spiritꝰ S. per somnũ quoq; horrore aliquo ingruente, ꝓferre solitus erã, nihil aliud cõtra eos dicere dignatus, hoc solũ nomẽ teterrimis eorũ vultib. obieci, spiritus S. Ipsum testor, quasi magno turbine retroacti penè resupinabantur, nõ ferentes virtutẽ nominis. Cũ pro hoc illis insultarẽ, paululumq; intermissa sancti nominis enũciatione gestu faciei totius exprobrarẽ, illi quasi virib. ex iracundia resumptis, in me velut fortes irruerunt, & ego in fugã versus in pratum ꝙ inter columnia claudunt, illic inuenio senem antiquũ, virgã manu gestãtẽ, & agnosco spiritũ S. filiole, filiole, inclamãtẽ, quo nomine paruulos appellare solemus, quos de sacro fonte suscepimus, meq; tali appellatione confortantẽ gestu potentis pariter & adiuuantis, vt si cõsisterẽt aduersum me castra, nõ timeret cor meum: si exurgeret aduersum me prælium, in hoc ego sperarem. Cõfortatus ergo, eoq; vndẽ venerã procurrens contra illas phalanges teterrimas. & cũ illis congressus eodẽ modo vel ordine quo priusingraueſcẽte cõflictu, iterum ad patronũ confugi, sic eum appellãs ad succurrendum cõgeminato clamore appellationis, quomodo solet quis illũ appellare, qui eum de fonte suscepit. Ecce aũt inuẽtus est eodẽ in loco, nõ sicut prius senex antiquus, sed ignis valdè serenus, & circa eum quietudo & securitas magna, ita vt oblitus totius aduersitatis (quasi nulla fuisset, solum in ignẽ illum dimissus attenderẽ, & defixis introrsus oculis perspicere vellẽ. At ille quasi quoddã sibimet de semetipso fecit vmbraculum, duo hinc & inde velamenta subleuans in modum alarum, quę paulatim cõuenientia, me quasi ablactatum, ad sensus cõmunes ab illa contemplatione remiserunt, nõ ignarum interpretatiõis, quid sibi voluisset species ignis, & ꝙ habitus senis quasi patrimi filiolũ consolantis. Ipse est enim sanctæ regeneratiõis nobis author in baptismo, & ipse est ignis quem Dominus noster Iesus Christus misit in terram, & voluit vehementer accendi. Hoc ergo vtrunque in oratione siue hymno, quem tunc de ipso composui, gratulanter confessus sum his verbis: Et sicut mori voluit nos quoque doces commori, dum viuos aqua sepilis ô artifex mirabilis. Pro sepultura triduo fit trina rei mersio, vt mortuus obruitur, vt resurgẽs egreditur. O Deus, nostris auribus audiui mus, patres nostri opus quod operatus es, annunciauerũt nobis, cũ processisti igneis in linguis à throno Dei, vt terra cælum fieret, vt dij essent homines. Sed iã redeamus ad rem, propter quam etiam hanc intuli narrationem. Memoria donationis eiusdem Spiritus Sancti, qua conscientiam meam nonnunquam lætificauerat, illis diebus per visitationes huiusce modi fiduciã in hoc mihi præstabat, vt iam dixi, quatenus iterato mihi oraculo confirmare dignaretur visionem, si ex ipso fuisset, qua mihi dictum fuerat, adhuc annos octo victurus es, eo quod septem anni transissent, & vnus supereſſet. Fatigabar enim, iuxta quod in parabolis Sapientia dicit: Spes quæ differtur, affligit animam. Vt ergo fieret mihi quod sequitur, lignum vitæ desiderium veniens, & iterum. Desiderium si compleatur delectat animam, conuerti me (vt iam dixi) ad exorandum pro hac re spiritum sanctum, & audio dicere quia feci hoc tanquam ceruo similis iuxta, quod in Psalmo fidelis anima dicit: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te DEVS.

Visitatio spiritus S. circa Rupertum.
2. Cor. 12.
Luc. 12.
Alia item visio et auxilium spiritus S. contra dæmões
Psal. 26.
Spiritus S. in specie ignis.
Luc. 12.
Hæc oratio habetur in fine huius operis, cuius initiũ deus meus.
Psal. 43.
Actor. 2.
Prou. 13.
Psal. 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Tunc enim fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte, & per triduũ vultus mei non sunt in diuersa mutati, & mira intentione nihil aut parum cogitans de meritis, quæ nulla erant, sola fide nixus, cum tuo luctabar nomine sancte spiritus, & votum vouebam tibi, quod sempiternas tibi retribuerem gratiarum actiones, pro beneficio impetrato tantæ exauditionis, & nunquid hoc friuulum erat? Quid enim aliud faciemus ibi? Omnes siquidem, qui illud transeunt, in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei transeunt in voce exultationis & confessionis. Et alibi Psalmista cùm dixisset, illuc enim ascenderunt tribus Domini, testimoniũ Israel, quasi quæreres ad quid ascendãt illuc, ait: Ad confitendum nomini Dñi. Gaudeo igitur Domine sancte spiritus, quia sic luctatus sum, scilicet, prece & lachrymis, nam hæc fuit lucta Iacob, scilicet, flere & rogare, secundum veritatẽ scripturæ prophetica, quia cũ dixisset propheta Osee, & in fortitudine sua directus est cũ angelo, & inualuit ad angelum & confortatus est, statim fortitudinis eius expresit modũ, subiungens, fleuit & rogauit eum. Gaudeo, inquam, quia non dimisi nisi benediceres mihi, & tu hoc modo benedixisti mihi. Nox erat instantis diei, quem Christiana religio nuncupat caput ieiunij, capita solenniter cinere conspergẽs, sana correctione illius culpæ primi parentis, qua ambiuit esse Deo similis, cũ esset terra & cinis: cùm ego leniter dormiens, videbar mihi quasi cum amico loqui, quærente quid deberem, quid tantoperè instarem ad quẽrendam seu inueniendam eiusmodi rem. Ego respondens dicebam esse (vt verè est) magnum negotium, cuius rei cũ haberem desiderium, propter multa quæ hic occurrunt pericula peccatorum, sciré tamen impensis maiorib. opus esse, vt aliquatenus præpararer ad migrandũ. Cũ hæc talia dixissem, repentè paululum remotus ab eo cui loquebar, video quasi cælum desuper modicè aperiri, atq; inde quasi talentum lucidũ substantiæ ineffabilis, substantiæ viuentis, velociter ac dicto citius demitti, q̃ meo elapsum pectori, mgnitudine vel põdere suo me, ptinus somno excusit, auro grauius, melle dulcius. Quod vbi † elapsũ est, primum quidẽ aliquanta morula quieuit, seq; ab omni motu continuit, me quoque quieto, vt fortè resupinus iacebã, expectãte euentum rei, mox aũt moueri cœpit, & circuire verum interioris hominis, vterũ animę, quẽ eatenus nescibã, cuius vel quãtę esset capacitatis. Circuibat itaq; modo mirabili res viua & vera vita, semp q̃ circuitus sequẽs præcedente erat maior multoq; amplior, quos tamẽ circuitus, cũ multi fierent, nõ attendi vt numeraré. Miroq; atq; ineffabili modo & circuibant inundationes, altera post alterã, & sese infundebãt, donec tandẽ vltima infusio veluti quoddã magnũ flumen inundans, hoc mihi dabat intelligi, & hoc sentire me fecit, q̃ totum animæ vel cordis exceptoriũ plenũ esset & plus capere nõ posset. Quo facto, iterũ quieuit paulisper, vt neq; influeret q̃ iam fecerat, neq; efflueret quod postmodũ fecit: & interim volebat homo interior quasi faciem clarius videre illius substãtię viuentis, sed quodãmodo occultabat se, vt nõ videretur facies eius, cũ valdè magno põdere portaretur, & in magna dulcedine sentiretur. Postmodũ cœpit reflecti, aliãq; in partẽ circuitus agens in modũ fluminis p leuũ latus efluxit, videntib. oculis interioris hominis, q̃ cũ vltimus circuitus, pflueret, paululũ subsistit, & ecce videbã quia substãtia illa pulcherrima quasi aurũ liquidũ erat. Vbi hoc actũ est, & eius rei sensus præterijt, ego ignorãs quid dein de prouenturũ esset, hoc solum dolebã, quasecũdum intentionẽ meã nihil dixisset, qui hoc pro maximo gratię beneficio accepissem, si diceret hoc anno (vt expectasti) de corpore migraturus es. Ecce in hoc obediui nomini Dñi, per q̃ adiurasti me venerãde Põtifex amator glorię nominis dñi, vt scriberẽ tibi q̃ viua voce incõtinens narrarem, secretius aurib. tuis libenter audiẽtibus opera Dñi, qualiter hãc acceperim facultatẽ in sanctis scripturis, de qua dubitare nunq̃ voluisti, quin esset ex gratia vel spiritu Dei. Et verè audeo scire & fateri, quia donũ est altissimi pro cõsolatione doloris mei, quẽ dixi, quo accepto, iam nõ inuenit anima mea in se, vt interpellaret eũ pro eiusmodi re, aut ita festinaret, vt prius vesperã rapere diei huius, finẽ vitæ huius, ratione admissa, quod prius aliquid sit operandum quàm exigenda merces, quoniã nobis quoque pusillis talis operum materia data est. Ita consolatus sum, & ita spes, quam dedit mihi in verbo suo, me consolata est in humilitate mea, vt illud quod dixit dator eiusdẽ spei Christus filius Dei, nõ dubitem mihi accidisse. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Quæ videlicet scriptura, cũ ita dixisset, Bibe aquam de cisterna tua & fluenta putei tui: deriuentur foras fontes tui, & in plateis aquas tuas diuide, habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Quo dicto docet nos & discere & docere in vnitate fidei, nihilq; in sanctis scripturis sentire cum hæreticis, ita subiuxit:

Sit vena

Ibidem.

Psal.121.

Gen. 32.

Osee.12.

Sancti spiritus mirabilis illapsus in pectus Ruperti.

Lege, illapsum.

Donũ spiritus S. ad explanandas scripturas.

Ioan.7.

Prou.5.

Sit vena tua benedicta, & lætare cũ muliere adolescentiæ tuæ. Denique hoc mihi est lætare cum muliere adolescentiæ meæ, in omni studio siue exercitio sanctæ scripturæ consolationem habere. Hæc nanque est ista mulier sapientia, cui dixit sapiens: Soror mea es, & prudentia, quam vocauit amicam suam. Hæc est illa mulier, quam tu in somnis (si meministi) vxorem me duxisse vidisti, natosq; ex ea mihi filios complectabaris, quod vtiq; facis, dum scripta mea libenter legis, & libris meis nusquam carere vis. Accipe núc qualibus verbis ibidem continuò sapientia delicietur, & congratuletur collætanti bus tali mulieri, tali adolescenti. Cerua, inquit, clarissima & gratissimus hinnulus. Vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore illius delectare iugiter. Iam quaedam initium fecerim, qualem vocem primã dationem fluminis, scribendo libellũ hymnorum in laudibus spiritus sancti, non prẽteribo: tu more solito sedulus audi.

Qualis mulier sacra scriptura. Prou.7. Prou.5.

Hymnus Sapphycus de sancto Spiritu

Flumini magno sitientibus quod
Petra deserta crucifixa fudi,
Gratias Christo, quia cluitatem
Lætificauit:

Qui nec argentum, nec habebat aurum
Pauper hic vinum bibit, atque lactis
Copiam, cunẽti properate, gratis
Gratia fundit.

Huic libens offert pia gaudij vox
Hostiam laudis melius quod optem
Quàm salutaris calicem tenere,
Reddere vota.

Tu modo mentem rege pneuma sanctum,
De tuo replecor & os apertum,
Qui iubes festum dare tympanum, vel
Sumere psalmum.

Sancte sanctorum, deitas deorum,
Gaudium, lumen, medicina, vita:
Sit tibi laus cum Patre, cumque nato
Spiritus alme, Amen.

Sic incipiens magnam intus versabam materiam, per angustum foramen vrbertim prodire non valentem, dum meretricis pedibus verba ligando, vt in scholaribus assuetus eram, longum in paucis sermonib. laborem insumerem. Nondum enim plenè mihi acciderat id, quod supra memorata, id est, nondum, cùm susципere potuissem, ordinem presbyterij susceperã. Scriptum est autem: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Ad hoc ergo (vt reor, & sicut postmodum expertus sum) interim differebar, vt prius in isto gradu consisterem, & tunc demum ad tractandas Ecclesiastico more sacras scripturas, legitimam acciperẽ oris apertionem. Eatenus diutina Christi Eccle Apostolicæ schisma, quæ tamen mortuis autoribus paululum conquieuerat: propter illã & ppter alias quoq; causas multi & qui magis videbãtur religiosi, & ecclesiasticã puritatẽ diligebant, episcopos suos in suscipiendis ordinib. deuitabãt, simplici quidẽ oculo, sed in omnib. discretione op' est. Nã quãdiu palmes manet in vite, potest fructũ ferre, postq̃ autẽ abscissus, & foras missus fuerit, iã fructũ ferre nõ poterit. Sic nimirũ quisłbet ecclesię sacramẽtorũ Christi minister, quãdiu in concione vniuersitatis manet, quicquid administrat, ratũ est: vbi autem à legitimo iudicio denunciatũ fuerat, præcisum illum esse vel damnatũ, quicquid deinceps operari videtur, speciẽ quidem pietatis habere potest, sed virtutẽ eius habere non potest. Et ego quoque simpliciillos ordinatores, qui infames fuerãt, deuitabam. Et idcircò (vt dixi) ordinem presbyterij iam præordinatis quibusdã iuniorib. nondũ susceperam, & fortasis p̃pter illã q̃ dixi causam, illud quoq; mihi † inierat, qa dignũ me nõ existimabã. Venit autẽ, & illud quoque non præteribo, quomodo venerit Dominus & pater nuptiarum, qui vocauit nos ad nuptias, & dixit mihi, quod diceret recumbenti in nouissimo loco, amice ascende superius. Plenus eram & plenus ieram ad lectulum diuturnis cogitationibus, qualibus nonnunquã delectabar, immò & sæpe excitabar, & in quibus deficiebat spiritus meus, cogitans dies antiquos, & in mente habens annos æternos, quod is qui creauit & redemit nos, tremendo tandem iudicio iudicaturus esset nos. Optabat anima pauida, si quomodo daretur facultas illum iudicis aduentum anticipare, & meditabar cum corde meo, quomodo possem præuenire, & aliqua cum ipso secretius verba facere. Summam cogitationum illarum, vt memini sonant hæc verba Beati Iob: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat, vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius? Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus, vt sciam verba qui mihi respondeat, & intelligam, quid loquatur mihi. Cum huiusmodi cogitationibus ieram ad lectulum (vt iam dixi) & dormienti somnus meus hoc modo suauis extitit mihi. Videbam stans coram altare, super ipsum in medio stantem dominicam

Malac. 2

Cur presbyteratum sero susceperit.

Ioan.15.

Tit.1.

Lege, iuerat.

Luc.14.

Psal.76.

Iob.23.

Ruperti ante presbyteratum carmina scripsit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Visio nocturna, supernaturalis, per veneratione imagi nis crucifixi.

crucem, & in ipsa Domini saluatoris imagi nem. Quę cùm diligentius intuitus essem, agnoui ipsum Dominum Iesum ibidẽ, crucifixum & viuentem, oculos in me apertos habentem. Quod vbi perspexi, confestim inclinãs faciẽ, aio ad eum: Benedictus qui *Matth. 21.* venit in nomine Dñi. Quam salutationem quanta cum humilitate, cũ qua reuerenda capitis sui deflexione susceperit, nullatenus edicere possim, nisi hoc tantum, quia potuit homo interior hoc intuens aliquatenus sentire, quã veraciter de semetipso dicat, discite à me qa mitis sum, & humilis corde. Non satis hoc mihi erat, nisi in manibus appræhenderem, amplexumque deosculare. Sed quid agerem? Altius erat altare ipsum, quã vt eum attingere possem. Vt ergo eiusmodi cogitationẽ seu volũtatẽ meã, voluit & ipse: Sensi enim ego, quia voluit, & nutu voluntatis eius ipsum altare, per medium sese aperuit, meque introrsus currentem suscepit. Quod cũ festinus introissem, appræhendi quem diligit anima mea, tenui illum, amplexatus sum eum, diutius osculatus sum eum. Sensi quã grauiter hunc gestũ dilectiõis admitteret, cũ inter osculandum suum ipse os aperiret vt ꝓfundi⁹ osculer. Planè hoc agebatur, hoc illã significatiõe parabatur, vt fieret illud, qꝺ in Canticis dilecta exoptans, dicit: *Cant. 8.* Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer & iã me nemo despiciet. Apprę hendam te, & ducam te in domum matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino cõdito, & mustũ malorum Granatorũ meorum. Denique extunc mihi nonnihil proꝺuenit secundum sensum dictorum huiuscemodi, quia cùm ad me reuersus fuissem, & infra vigilias nocturnas visum huiusmodi suauissimè retractarem, sicque interpretarer illam altaris & ipsius oris Domini Iesu apertionem, quod sacramentorum eius profunda deinceps clarius intelligere deberem: interea paulatim amor illius sacerdotalis officij menti sese infudit, tantumq; excreuit, vt mox die facto dicerem patri meo spirituali, me non velle amplius reniti, imò velle ire cũ primum iuberet, & suscipere iugum Domini, causa tamen tacità quæ acciderat, vt iam dixi. Gratulatus est, & vt primum affuit tempus ordinationis, hunc sacrum, licet indignus ordinem susce pi. Nec verò minore signo, quã præuenerat Deus meus misericordia mea, me in hoc officio subsecuta est. Non enim plus quam triginta dies transierant, cũ ecce iacẽte me in lectulo, ferè clauso iam die, cũ vix oculos in somno clausissem, venit desuper quasi similitudo viri, proni, & æqualiter extensi, solam quàm maximè faciem suã occultans, & in me dimissa, totam compleuit animæ meæ substantiam, eo modo mihi impressa, quem verbis exprimere nullà tenus possim, multò citius atque profundius, quã cera quamuis mollissima, sigillum fortiter impressum admittere possit. Protinus somno qui vix obrepserat, excussus sum, & vigilans sensi dulce pondus, vigilans delectatus sum, & quid dicam? Anima mea liquefacta est, anima mea Domine penè defecit, pene de corpore effusa est. O quam vera concionatoris nostri sententia. Adolescentia enim (inquit) & voluptas vana sunt. Porrò, ibi non vanitas, sed veritas, ibi vera & viua voluptas, vbi vsq; in finem completur, quod scriptum est: Qui adhæret Dño vnus spiritus est. Hinc est quod canimus in Psalmo: Inebriabantur ab vbertate domus tuæ & torrente voluptatis tuæ portabis eos. Eiusmodi voluptatem viuente in corpore saltem gustasse iucundum est, iucunditatis, & exaltationis thesaurus est. Verum dicere liceat, quia nisi illa repentina sanctæ voluptatis mutatio citò se continuisset, animam velocIter in sua de corpore in modum torrentis abstraxisse, secumq; detulisse poterat, vnde & meliùs iam scio, quomodo sentiendũ sit, quod Deus ad hominem locutus est. Non enim videbit me homo, & viuere potest. Sed (vt dixi) citò substitit inundãs illa visamoris, paulatimque defelsit: ego autem extunc os meum aperui, & cessare quando scriberem nequaquam potui, & vsque nunc, etiam si velim, tacere non pos sum. Sit hoc mihi facere illud, quod supra memorauide Canticis, scilicet, inuenire dilectum foris, & deosculari, vtiã me nemo despiciat appræhendere eum, & inducere in domum matris meæ, & in cubiculũ genetricis meæ, vt aliquis filiorum eius ex hoc proficiat, meque docere à spiritu veritatis & dare illi poculum ex vino condito, id est, sermonem bonum siue rectum & benè sonantem ex spiritu sancto, & mustũ malorum Granatarum meorum, scilicet, delectamentum scientiæ cum fructu bonorum operum. Si veritatem dixi, si nihil horum de corde meo finxi, turris fortissima sit mihi nomen Domini, per quod adiurasti me pater & Domine mi, & fiat mihi secundũ quod dixit filius Dei, idemque filius hominis. Qui autẽ diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, & luceat mihi iustitiæ sol, sitque illuminatio mea Dominus, & misericordia mea Deus meus, & subleuet me de corruptione & egestate, quemadmodum in prophetà dicit: Et sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hereditatẽ

Cant. 5. Eccl. 12. 1. Cor. 8. Psal. 39.

Exod. 33.

Bona testimonia Rupertiti.

Cant. 6.

Sũma voluptas in illapsu diuino.

Isa. 58. reditate Iacob patris tui. Et condonet mihi quicquid de timore, quem timebam, euenit mihi, quicquid eorum, quæ verebar accidit, toto tempore huius peregrinationis siue incolatus prolongati, numerusque dierum meorum prima & octaua beatitudine compleatur, quæ est possidere regnũ *Psal. 9.* cælorum: fiatque mihi, quod ei dicimus in *Esa. 33.* Psalmo: Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris, adiutor. Et ad me quoq; illud pertineat, quod in Esaia dictum est, iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, & introeam ad altare Dei, ad altare cælestis sanctuarij, & vbi cõtingat animæ meæ, quod verus amor di- *Cant. 1.* cit: Osculetur me osculo oris sui, & ipse *Propter amulos ista scribi oportuit.* spõsus immortalis in illo cõtineat me cor no & sempiternis copulabitur nuptijs. Nõ enim sine causa sic incipiẽs factus sum, neque tu sine causa sic instanter me adiurasti, vt de me ipso scriberem, res huiuscemodi. De causa libet hic aliqua breuiter elo- *Iob. 15.* qui. Nonnulli putantes se probè illud face- *Iob. 19.* re quod in Iob dictum est: Sapientes confitentur & non abscondunt patres suos, quibus solis data est terra, & non transibit alienus per eos, quódam (vt verbis loquar eiusdem beati Iob) affixerunt animã meã, & attriuerunt me sermonibus, & non minus quã decies confoderunt me, & non erubescunt opprimentes me, refragantem quibusdam sententijs quas proferebant, à vero & recto sensu discrepantes, quas tamen à magnis & valdè nominatis patribus suis, id est, magistris suis, accepisse videbãtur, quos videlicet patres suos confiteri, & non abscõdere, glorioſum arbitrabantur. Quorum videlicet patrum ipsorum auto- *Iob. 15.* ritati, vtpotè hominum, quamuis sapientium loqui auderem, secundum scripturarum autoritatem. O quanta indignatio, quanta exprobratio iuxta hunc modum: Intellige prius, & sic loquamur: Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. Tui patres vbi sunt? Qui vel quales magistri te docuerunt? Secundum hæc & his similia non semel, nec paucis diebus, sed multoties, & aliquot annis me confoderunt, & sermonib. oppresserunt, donec perseuerantiæ virtute, & scripturarum autoritate subnixus, obtinui victoriæ palmam, & tamen plurimum adiuuante, & testimonium perhibente, quod non ex timore spiritus, non ex præsumptione proprij cordis, sed ex dono mihi accidisset gratiæ Domini, ex indignatiõe spiritus sancti, fiduciam talem habere tractandi sanctarum scripturarum sacramenta, & quod nullo modo facultatem hanc assequi potuissem, nisi per spiritum bonum, de vel à quo bona cuncta procedunt. Confiteantur ergo sapientes illi quantum volũt, nec abscon- *Visitatio ab altissimo melior cunctis magistris.* dant patres suos, quibus solis (vt aiunt) data est terra, id est, scripturarum artium quę liberalium scientia. Ego quamuis & ipse nonnullos in discipulis scholaribus patres habuerim, & in libris artium liberalium nõ segniter studioſus extiterim, hoc profiteor, quia visitatio ab altissimo melior mihi est, quã decem patres eiusmodi, cuius sub virga sæpe in labijs percussus, nonnũquam toto corpore concessus sicut auribus tuis fidelibus aliquoties intimaui, loquor ad scribendum quicquid ille monitor suggerit, spem habens istam, quam *Prouer. 18.* Sapientia dicit: De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labeorũ eius saturabũt illum. Nunc ad te sermo meus liberior dirigitur discipule veritatis, desiderator sanctitatis, amator filij Dei, eius- *Laudatio Cunonis Episcopi.* demque filij hominis Episcope, bonis omnibus amabilis. Iam dudum in hoc gaudeo & pro hoc tibi iure gratulor, quia præcla- *Marc. 10.* rè in te quoque lucet experimentum veri *Quæstio.* tatis, quæ in Euangelio secundum Marcũ dicit: Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & Euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & patrem, & matrem, & filios, & agros, cum persecutio- *Responsio.* nibus, & in seculo futuro vitam æternam. Antequam veri huius sermonis in te habitum collaudem experimentum, dicere libet aliquid, propter eos, qui hic hærere vel mirari & dicere possunt. Nunquid omnes qui sua qualicunque siue quantulumcunque propter Christum reliquerũt, centies tantum in hoc tempore, vel in hoc seculo receperunt? Vt de cæteris taceamus, nunquid eremitæ siue anchoretæ centies tantum, quantum reliquerant propter Christum, in isto seculo receperũt? Propter eos quibus huiusmodi cogitationes occurrere possunt, notandum est, quia non dixit, qui *Propter me & Euangelium.* reliquerit propter me tantum, sed addidit & propter Euangelium. Denique si tantũdem & non plus est propter Euangelium, quàm propter Christum, superfluum erit, prẽmisso propter me, addidisset & propter Euangelium. Quærendum ergo vel sciendum est, quid addiderit in sensu addendo verbis, & propter Euangeliũ. Illud nimirum in sensu addidit per hoc dictum, vt sentias eum dixisse, in hoc esse perfectionem etiam præsenti remuneratione dignã,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm quis non contentus propria salute, relictis omnibus sequêdo Christum discurrit, festinat, suscitat amicum, id est, prædicat Euangelium, vt audientes filij sequantur Christum, quod videlicet ministeriũ in primis est Apostolorũ, qui tunc instruebantur, cùm hæc diceret eis, quorum primus Petrus dixerat ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? De huiusmodi non dat quispiã aliquem, qui non receperit vel recipiat in suo tempore, & domos, & fratres, & sorores, & patrem, & matrem, & filios, & agros cum persecutionibus, id est, in medio etiam persecutionum, quæ volentibus piè viuere in Christo non desunt, centuplum quã reliquerat, idcircò expeditus prædicare Euangelium, & tunc demum dubitet de promissione hac, vtrum vera sit, an non.

Matth. 19.

1.Tim. 2.

Petrus qui omnia reliquerat etiã de cæto cẽtuplũ recepit.

Exempli gratia: Petrus qui piscator erat, qui diues non fuerat, qui cibos manu & arte quærebat. Hic vbi misso spiritu sancto de cælo prædicare cœpit Euangelium, nõ iam centies tantum recepit, quantum reliquerat, vocantẽ de nauicula sequens Christum? Vt taceam, quod & primum in Antiochia, & deinde in vrbe Romana magna residens Pontifex, & domos habuit, imò & Ecclesias construxit, & fratres, & sorores, spirituales, & patres & matres, & filios multò plures secundum spiritum habuit, quã secundum carnem quis habere possit, vt (inquam) illa omnia taceam, solum illud ius possessionum siue facultatum communium in initio Euangelij, vbi multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebant aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, valuit illi plus, quã centum retia, centumque nauiculas, qualium vnam reliquerat. His animaduersis, illud quoque quod in Matth. taliter scriptum est, & omnis qui reliquerit hæc propter nomen meũ, liquet plus esse quã si dixisset, propter me, videlicet vt propter nomen meum id esse intelligas, propter me notificandum, quod fit prædicando Euangeliũ. Igitur vt dicere cœperam, congratulamur tibi Episcope, venerabilis, quia magnum in te experimentum lucet huius veritatis. Domum quippe vnam nescio quantulam, & propinquos aliquos, vt percepi, non infirmos, nonnihil agrorum habentes, in vna ciuitate reliquisti. Et ecce Dominus factus est in hoc tẽpore eiusdẽ ciuitatis. Nũquid non centies tantum est? præter hoc autẽ hæc spes in sinu tuo reposita est, quod in futuro seculo vitam æternam habebis. Laudi eius, qui quos ante tempora secula præsciuit, & prædestinauit sanctos omnes, ipsos & suo quemq; tempore, vocauit, iustificauit, & magnificauit, illud adscribẽ dũ est. Quod te nõ qualicũq; tẽpore, sed in ipso ingressu feruentis adolescentiæ vocauit cita vocatione, vt eum, quem quasi in ingressu mundi posueras, retraheres pedẽ, & relictis omnibus patria quoque siue provincia natiuitatis tuæ longè post tergum dimissa, peregrinus ad monachicam vitam confugeres, in montem spiritualis victoriæ suo nomine præsagum, vocatur enim Sigeberch. Quis enim hoc fecit, nisi aspiratio gratiæ vocantis? A fructibus cognosci possunt, quia plantatio tuæ conuersionis, plantatio fuit patris cælestis, quæ nunquam possit eradicari. Nunquid puer siue adolescentulus tunc eras, quando vidisti inter deum & antiquũ, de te certamen haberi, quasi dubium esset vter eorum, scilicet, Deus creator, an Sathan corruptor te habere deberet, ità rudis fuisti, vt putares de te solo inter partes tam contrarias eiusmodi certamen haberi? Imò & de toto genere humano certamen hoc fuit ab initio. Vtrum Deus, qui creauit, an diabolus qui primum hominem decepit, deberet possidere nos. De hoc certamine ego tibi efflagitanti nuper scripsi opusculum libellorum duodecim, intitulatũ de victoria verbi Dei, quod admirationi esse multis etiã sapientibus, & ab ipsis libentissimè legi (fateor) ipse gaudens audiui. Certamen istud vetus est, & pro omnibus certatum est, & adhuc pro singulis certatur, & in omnib. vel pro omnibus electis suis vincit Deus. Nemo enim (ait filius Dei) potest rapere de manu patris mei: siue, & non rapiet (inquit) oues meas quisquã de manu tua. Tibi autem de teipso idcircò demõstrata est illa singularis visio, vt esses solicitior, & territus fugisti non perspecto neque prænonstrato tibi, quænam pars vincere, & quæ haberet vinci, fortè ne te comprænhendisse arbitrareris. Et tunc quidem sciens reliqueras omnia propter Christum, sed nõ dum sciebas quod ea reliquisses propter Euangelium, id est, idcircò vt alijs multis euangelizares Christum. Ipse autem sciebat qui te vocauerat in opus prædestinatũ. Illud quoque nescibas futuri huius ministerij quoddam esse initium, quid acceptum desuper datum optimum, scilicet, boni ingenij vel perspicacis intelligentiæ talentum, factus iuuenis sub obedientia patris spiritualis inpendebas non solùm iuvenibus, verumetiam coæuis tuis, non magis præceptor scientiæ, quàm exemplar disciplinæ monasticæ. Vnde & ipsum talentum siue donum acceptum merito in te creuit, iuxta illud. Qui habet, dabitur ei, & abundabit. Quid multa? Tunc super clarissimum candelabrum non contemnendæ alti-

Cuno in adolescentia factus monachus in Sigeberch

Matth. 16.

Opusculũ de victoria verbi Dei.

Ioan. 10.

Esa. 41.

Profectus Cunonis.

Matt. 4. Luc. 8.

dæ altitudinis, posita est lucernula Dei, quando tu, quem illuminabat lux vera, & verus accendebat ignis, regimen suscepisti ecclesiæ Sigebergensis. O quam multi iam extunc in lumine gaudere cœperunt. Omnis simplex oculus longè lateque manentium, maximeque in domo magna quę est Agrippinensis siue Colonien sis Ecclesia, flammam tui luminis libenter aspiciebat: & si quis erat nequam oculus, qui tibi aduersaretur, hoc ipsum q̃ sibi grauis esses etiam ad videndum, fateri non audebat. Tanta erat tui luminis autoritas, vt statim contra se dictũ putare posset illud propheticum: Vę qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Interea dũ familia Domini, super quam tu fidelis seruus, & prudens constitutus eras, cui corde flammato & ore lucido vitam æternam euangelizabas, merito & numero augeretur, ac multiplicaretur, tu tamen in oculis tuis paruulus & ferè nullus eras, quod maximè perciebant hi, qui familiares tibi erant, quiq; tecum de salute animæ familiarius colloquium habebant, quod ipse ego persentiens, animaduerti nonnihil, imò multum ad te attinere illud propheticum. Quare dicis Iacob & loqueris Israel, abscondita est via mea à Domino & iudiciũ meum à Deo meo transijt. Nunquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet neque laborabit, nec est inuestigatio sapiẽtiæ eius, qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Item manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis in Israel. Ego auxiliatus sum tui. Homini responsa tuæ humilitati esse congruentia, si hactenus non aduertisti, at saltem nunc attende, commonitus augmento gratiæ seu magnitudine beneficij, quod altissimo nonnulla de te cura sit. In primis hæc appellatio noli timere vermis Iacob, qui mortui estis, dicam quomodo congruat tibi & similibus tui, imò cunctis humilibus corde, qui didicerunt à bono magistro dicente: discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Humilis quisque spiritualium pater filiorum & vermis est & Iacob, vermis quidem suo: Iacob autem, Dei iudicio. Iacob denique magnus homo fuit, & multos habens mares filios, pro causa vnius fœminæ, quã solam filiam genuit, afflictus est, & tristitiam habuit. Sic nimirum viri apud Deum magni, qualiũ omnium viuentium tu mihi notissimus es, cùm multas habeant virtutes, multosque (vt & tu habebas) filios spirituales, aliquã habent quasi filiam, id est, infirmitatem oc cultam, pro qua dum quis humiliatur coram Domino, & vermis est, & Iacob: vermis (vt dixi) suo: Iacob autem, Dei iudicio: & mortuus est sibi, id est, timet se illa infirmitate mori, sed viuit Deo. Noli ergo timere, dicit tibi, ego auxiliator sum tui, & ab effectis probat, quia nõ fuit, nec est à me abscõdita via tua, nec à me iudiciũ tuũ trãsijt, sed hoc potius dicito: Tu deus, q̃ vidisti me & iudiciũ meum, hoc q̃ iudicasti, & qui se humiliat, exaltabitur, non transijt à te. Ego quoque cum ipso Deo interrogante, verbis ipsius interrogo te, qui cùm de homini secretã aliquoties haberemus collocutionem, volebam consolatum te esse. Nunquid nescis, aut non audisti? Videlicet istud quod sequitur: Deus sempiternus Dominus qui creauit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, scilicet, vbicunque vel quotiescunque infirmum curare, vel pauperem honestare voluerit. Cuncta enim possibilia, cuncta facilia sunt ei. Nec est (inquit) inuestigatio sapientiæ eius. In quo? Nimirum, vt secundum causam præsentem loquar, in eo quod dat lasso virtutem, & his qui non sunt fortitudinem & robur multiplicat, id est, qui electum suum pro dimittit lassari, & lassitudinẽ suã agnoscere, ita vt penitus sibi videatur non esse, siue nihil esse, & tunc demũ virtutẽ dat, tũc demũ fortitudinem & robur multiplicat. Non ita est cum fortibus, non sic agitur cũ sanis, id est, cum illis qui sibi iusti videntur, & in suis confidunt viribus. Sed quid? Continuò subiungens, deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Pueri nanque rectè dicuntur, qui sunt inexperti, quique in tentationibus non militauerunt, iuuenes autem qui sibi videntur fortes, & quasi de suis virtutib. superbiũt. Manifestum iam te habere nõ dubitamus iudicium siue experimentũ, quod via tua Domino abscondita non fuerit, & iudiciũ tuum à Deo tuo non transierit, quia cùm nescires, cùm præsens non adesses, imò lõgè remotus abesses. Ratisponensis Ecclesia pastore suo viduata, pastorem te, id est, pontificem sibi elegit, quæ magna est gratia, donumque pontificis magni, qui cælos penetrauit, quemadmodum Apostolus dicit, & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autẽ prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem pastores & doctores. Cùm clerus & populus in partes p eligendo sibi pastore diuideretur, fieretq; periculosa partium contentio, alijs hunc, alijs illum clamantibus, iamq; propè esset vt in seditione inualescente ad arma concurreretur, vnus sapientior cæteris, cuius cor Deus tetigit, repentè tuum nomen in medium

Cuno factus abbas Sigebergensis.

Esa. 5. Humilitas Cunonis.

Esa. 40.

Matth. 11. Humilis Prælatus & vermis & Iacob dicitur.

Gen. 34.

Cuno curæ fuit Deo.

Qui sibi fortes videntur deficiẽt Esa. 40.

Electio Cunonis in Episcopũ.

Hebr. 4. 1.Cor. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

medium protulit, teque eligi consuluit, & protinus totus ille partium motus conquieuit, & in te vnum, quæ diuisa fuerat, vnitas ecclesię concesit. Cuius nutu, cuius intuitu taliter credamus actum, nisi illius, de quo Apostolus, ipse est (inquit) pax nostra, qui fecit vtraque vnum? Gaudeas igitur, quia (sicut iam dixi) nõ ita fuit via tua abscõdita à Domino, quin videret te, quãuis paruulum inter multos, quos habet ipse regendos, siue disponendos. Ergo ne (ait aliquis) gaudendũ est in re huiuscemodi? Nónne potius renitendum est, secundum exemplum Moysi, cũ mitteretur ad tantum ministeriũ, vt fieret populo Israel dux & princeps liberationis, educẽdo eos de terra Aegypti? Ad hæc, inquam: Nónne & illius exemplum sequendum est, qui cũ audisset vocem Domini dicentis, quẽ mittam, & quis ibi nobis, dixit, ecce ego, mitto me. Nimirum Moysi quidem humilitas laudanda, & in exemplum pro tempore & re assumenda est: sed præter humilitatem aliam quoque rationẽ habuit, quæ ex verbis istis intelligitur, quæ dixit, postquam semul & iterum, ac tertio recusauit: Obsecro (inquit) Domine, mitte quem missurus es. Quisnam erat ille, nisi de quo Patriarcha Iacob prædixerat, donec veniat qui mittendus est? Christum ergo iam ad salutem populi sui nimium festinus mitti volebat, & idcircò recusabat. Ac si diceret: Nõ ego vicarius eam, sed ille obsecro iam veniat. Itaque præter istũ qui eiusmodi causam intendebat, ostende mihi aliquẽ, qui iussus inire officium siue ministeriũ eiusmodi, laudabiliter recusauerit, nisi fortè recusantis esse putes, quod Hieremias dixit, ah, ah, ah: Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. At ille hoc dicere potuit non recusando ministerium, sed potius optãdo sibi augeri donũ, quod & protinus factum est, quia misit Dominus (ait) manum suam, & tetigit os meum, &c. Illi ergo maximè laudabiles sunt, qui dilectionis instinctu, ob salutem proximorum semetipsos offerunt, sicut & Helisæus se offerens: oro (inquit) ad Heliam, vt fiat spiritus tuus duplex in me, scilicet, spiritus operationis virtutum, vt duplicia, quàm tu fecisti signa possim facere, per quæ commoueatur populus, & non obliuiscatur dicere illud, quod te agente dixit: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus, contra quem Iezabel impia nititur. Congratulantis animo cuncta hęc tuę sanctæ loquor paternitati, & inter hæc non præteribo illud, quod valdè placet oculis nostris, quia nonnihil habes de imitatione beati Martini. Iam verò sumpto Episcopatu, ait scriptor vitæ eius, qualem se quantumq; præstiterit, non est nostræ facultatis euoluere. Idem enim constantissimè perseuerabat, qui prius fuerat, eadem in corde humilitas, eadem in vestitu eius vilitas erat, atq; ita plenus autoritatis & gratiæ, implebat Episcopi dignitatem, vt non tamen propositum monachi virtutẽq; desereret. Vidimus te præclaræ ciuitatis Episcopum, verne cum pellibus & pulla desuper cappa coopertum, siue affibulatum præcedentem, & euntes post te præclaros vtriusque tam clericalis quàm laicalis ordinis spectabiles viros, peregrinorum murium pelliculis secundum morem vel honorem suum coloratos siue desloratos, in eo sapientes q̃ Episcopum se habere vel sequi gauderent, talium contemptorem, censu diuitem, affectu vel habitu pauperem, in corde humilem, in vestitu vilem, in mensa sibi communi, cũ dignitate Episcopi propositum monarchi virtutemque non deserentem. Hoc esse dixi, de imitatione beati Martini. Vnde non vanam fuisse constat illius sanctimonialis visionem, quã audisti. Referebat dictum sibi per visum, occurrendum esse beato Martino, esto die suo, in ipsis rogationum diebus tunc imminentibus, quæ ante ascensionem Domini ex more celebrantur. Mirabatur illa pro nuncio huiusmodi, sciens & in somnis quoque memoria tenens, festum beati Martini nõ agi diebus illis, sed longè alio tempore anni vndecimo die mensis Nouembris. Non ergo multum attendens visum velut otiosum reticuit, donec tu, quem venturũ esse non ante visum illum ferebat electus aduenisti, die rogationum. O quanta cum lætitia cleri & populi, quanto cum tripudio non solius ciuitatis, verumetiam totius patriæ, quantis cum laudibus Christi ciuitatem introisti? Cuius laus, cuius erat ille honor? Nunquid tuus aut tibi debitus? Ergo tibi verbis congruentibus vicem rependere volo. Nam quia solitus eras, vel mihi, vel de me alijs dicere, quod ea, quæ scriberem ego, mihi non magis imputares, quam asino, ego similiter dico, quia tantum illius susceptionis gloriam, ferè non magis tibi ascribo, quã illam gloriam siue honorem, laudesque turbarum cum palmarũ ramis occurrentium Domino ascribere velim illi, cui sedebat asello. Non enim propter se, sed propter sessorem suum dignus erat asellus ambulare viam stratam vestimentis hominum, tantisque circundari floribus & ramis palmarum. Sic nec tu taliter suscipi dignus fuisti propter temetipsum, sed propter habitantem in corde tuo per fidem Iesum Christum. Hæc videns illa iam dicta sanctimonialis, visum, quem viderat, ad te pertinere, recognouit, & extunc quibusq; fiducialius enarrauit. De humilitatis tuæ insignibus sermonem repetam, sperans & spem meam firmissimam esse desiderans, quod in ipsa perseuerabis, & perseuerando gloriam tibi in futurum thesaurizabis, quia non gloria humilitatem, sd humilitas (ait Sapientia) gloriam præcedit. Hoc tibi vel cordi tuo rectè persuasisti, propter humilitatẽ filij hominis, cuius gloriam & honorem beata dilectione diligis. Ipse enim dixit: Nõ ita erit inter vos, sicut inter principes gentium, qui dominãtur eorum. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Nónne quotidie hic filius hominis ministrat nobis in sancto altari misterium eiusdem redemptionis, scilicet, sacramentũ corporis & sanguinis sui? Quare ergo nõ erubescimus ministrari, tali ministro ministrante nobis, & audemus cuiquam dominari, nisi solis vitijs? Audi me adhuc vnum quod narrabo tibi de eiusmodi, qualia superius narraui, quia sic voluisti. Cùm adhuc essem recentior, & proinde etiam attentior in ordine huius ministerij, scilicet, in officio presbyterij, vidi in visu pleno iucunditatis, ministrantem nobis istum filium hominis. Quid dicam, vel qualibus verbis eloquar habitum gestumque ministrantis? Denique quasi in magna domo ad mensam decoram & magnam residentibus multis, ipse aspectu reuerendus & amabilis, defibulato ac deposito, quo sub tunicam amicus erat pallio, manibus decẽtissimis, & incessu quã spectabili ministrabat, hinc & inde ministrationem panis & vini. Erant autem quasi crustula panis candidissimi concaua, vinumq; fusum in se recipientia, & ferculum homini omnibus ministrabat. Amplius dicere non possum, nisi quia quod exprimi nõ potest, sua maiestate ministrabat, & sic eum ministrare valdè decebat, tali vel tanto affectu, ac si diceret illud de Canticis: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Et quidem vera est, & mihi tunc vera fuit sententia, multas curas somnia, sed nihilominus verum est, quia bonas curas plerũque bona & vera sequuntur somnia. Non fuit hoc de somnijs eiusmodi, quæ multos errare fecerunt, imò ad veritatem ducit, in eo quod mihi dulciter & sæpe commemorat, & tibi cupio vt commemoret illud dictum filij hominis, ego autẽ in medio vestrum sum sicut qui ministrat, & adiuuante commemoratione hac, ab eo quod cœpisti humilitatis gradu comminister sanctitatis, non desistas. Quid multa, omni

Quæstio. Exod. 3.

Responsio. Esa. 6.

Exod. 4. Gen. 49.

Non licet recusare ministeriũ angelij.

Hier. 1. 4. Reg. 2.

3. Reg. 18. Cuno simi lib. Mart. in Episco.

Visio cuiũdam Monialis.

Christus honorat us in Cunonis susceptione Num. 22.

Matth. 11.

Eph. 1.

Episcopo tenenda est, exemplo Christi humilitas. Proue. 15. Matth. 20. Luc. 22.

Vsio demi nistratione Christi in missa.

Cant. 5.

Eccl. 5. Eccl. 34. Luc. 22. Eccl. 9.

tempore (ait Sapientia) sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Scienti loquor, quia vestimentum tuũ hominibus quidem nigrum, sed Deo & ea quæ Dei sapientibus cãdida sunt, & oleum in capite tuo charitatis est in corde tuo, quæ nunquam deficiat. Ego quidem dispẽdium timere potui pro absentia tui, secundum præsagium quod vidi prius quã progredereris. Mancum me esse videbam, dextera decubito suo manu auulsa, quæ res illud sine dubio, quod de te actum est præsignabat. Veruntamen benè vtrunque erat, quia dexteram ipsam, quãuis auulsam, non omninò amiseram, sed altera, id est, sinistra manu deportabam, simulque quasi miraculum factum est, vt alio loco illius tenella manus dextera succresceret. Secundum hæc reuera, te manum dexteram meã non omninò amisi, sed adhuc in sinistra, id est, in præsentis vitæ cura tu mihi auxilium qualecunque ferre poteris. Certiorem autem habemus, & habere debemus paracletum, id est, consolatorem, videlicet eũ, qui dicit per Psalmistam: Dominus custodit te, Dñs protectio tua, super manum dexterã tuã. Quamuis ergo præsentia tua caream, quem sic habebam veluti custodiam fidam, & dexteram manum meam, non sim quasi desolatus, sed ipse custodiat sperantẽ in se, qui custodire & protegere potest super omnẽ manũ dexterã. Spem istam inter cætera nonnihil roboret recordatio miraculi, cuius ego in opere quod de Canticis Canticorũ scripsi, mentionem feci, vbi dilecta loquitur: Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Fateor, de me quoque illam narrationẽ feci, sed quia verebar insipientiam meã, ne videret gloriari fruſtra, necessitatẽ non hominis quã nunc habeo, qui sicut sæpe dixi, tu me adiurasti: idcircò sic ipsam narrationem trãsfiguraui, vt & rem ipsam veraciter dicerẽ, & tamen persona non posset agnosci. Vltimo tandem libelli huius capitulo exoratũ se esse nouerit, quisquis ista legerit, vt nõ quasi insipientem subsannare, sed quasi mœsti paruuli causam compatiens attendere velit, illam videlicet, quam in initio horum dixi, secundum verba sapientiæ dicentis: Noli Regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas, ne fortè bibant & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. Date siceram morientibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris recordentur amplius. Verba ipsa quoniam recitaui, libet aliquantisper aperire. Lamuel quod interpretatur in quo Deus

Præsagiũ visionis de Cunone.

Dominus protectio tua super manum dexterã tuã.

Psal. 120.

Cant. 5.

deprecatio ad lectorẽ. Prou. 31.

Lamuel, id est, in quo Deus Christus est.

Deus ipse est Christus de quo Apostolus dicit: Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Hic esse gratum habere, & gratanter adimplere consilium istud spiritus sapientiæ, dicemus, Noli Lamuel regibus dare vinum, &c. Dicit in Euangelio: Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Denique & hic reges, & ibi prudentes & sapientes ijdem sunt, scilicet, superbi, sensu suæ carnis inflati. Istis ait: Noli dare vinum, id est, noli aperire, imò claude diuinorum profunda mysteriorum: Quã ob causam? Videlicet, quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas, id est, nulla oris custodia, vbi scientia inflat. Secretum illud non est ibi, quod eadem sapientia de siderans alibi, cùm dixisset: deriuẽtur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, subiunxit, atque ait: Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Quia ergo secretum non est ibi, & alienis, id est, hæreticis communes se faciunt. Noli (inquit) dare eis vinum, ne fortè, quod sæpè contigit, ita bibant vt obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis, id est, ne malè iudicent de scripturis, & aliter interpretentur, quã expedit saluti auditorum, quos tu pauper, tu ipse mitis & humilis corde filios tibi ex aqua & spiritu sancto regenerasti. Merentes & amaro animo siue egentes atque dolentes sunt iam dicti paruuli, id est, humiles, qualium est ille gemitus: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, qui in isto seculo consolari renuunt, & idcirco lugent, quia sponsus ab eis ablatus est. Istis date siceram, istis date vinũ, id est, istis aperiatur sensus, vt intelligant scripturas, legentes legem & Euangelium, & ita bibentes, nunc interim consolentur ex parte donec veniat quod perfectum est. Fateor talium ego vnus erã, quondam tam ætate adolescentiæ, quam propria paruulus æstimatione, ita nũc sciẽter lugens, & cum beato Iob dicens: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictũ est, conceptus est homo. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensib. Sit nox illa solitaria nec laude digna. Sed bibi siceram, bibi vinum, eo modo vel ordine quo fideliter denarraui, in quo qa, vt puto, satisfeci tibi, iam nunc istorum finem faciens, interruptũ subnectam siue repetam, vt compleam quod supereſt operis de gloria & honore filij hominis, sperans quod in proximo te visurus sim.

2. Cor. 5. Matth. 11. Coloss. 2.

Nullum se cretũ vbire gnat ebrietatis.

1. Cor. 8. Prou. 5.

Date siceram mœrentib.

Psal. 119. Matth. 5. 2. Cor. 12.

Iob. 3.

FINIS LIBRI XII.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. XIII.

Ezech. 3.

Benedicta gloria Domini de loco sancto suo, ait illa, quam audiuit Propheta, vt longè superius memorare iam cœperam, vox cõmotionis magnæ, & vox alarum animaliũ percutientium alteram ad alteram, & vox rotarum sequentium animalia, & iterum vox commotionis magnæ. Ab illa commotione ô gloriosum animal, quod nunc videmus per speculum & in ænigmate, iuxta sæpe dictum flumen Chobar, animal quatuor facierum, quæ tua quatuor sacramenta sunt, scilicet, incarnatio, passio, resurrectio, atque ascensio, illam faciem tuam iã iuxta propositum laudare cupimus, quæ rectè dicitur facies leonis, videlicet fortissimam & inuictam virtutem tuæ resurrectionis. Eiusdem commotionis veraciter magnæ, initium simul & præsagium fuit illud, quod te clamante voce magna & emittente spiritum, ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsq; deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, non antequam resurgeres, sed te primogenito mortuorum resurgente, resurrexerunt. Eatenus se continuerat facies leonis, agente vel patiente quod suum erat vituli facie, donec diceret, consummatum est, & inclinato capite traderet spiritum, & patefacto latere per lanceam militis, exiret sanguis & aqua redemptionis animarum simul & corporum pretium. Statim & extunc, vt verbis sapientiæ loquar, sicut fremitus leonis, ita & ira regis, & sicut ros super herbam, ita & hilaritatis eius. Cui quæso statim ira regis, sicut fremit⁹ leonis? Nõne inferno & sempiternæ morti, diabolo tenebrarũm principi, antiquo peccatori, præposito mortis? Et cui vel quibus hilaritas eius, sicut ros super herbam? Nonne omnibus sanctis siue electis qui expectauerunt eum ab origine mundi. Talem fremitum tanti leonis quomodo senserunt spiritus illi,

Facies leonis, sacramentũ resurrectionis Domini.

Matth. 5.

Coloss. 1.

Ioan. 19.

Prou. 19.

tus illi, quando quidẽ terra insensibilis & inanimata sensit? Mota est enim, & motu suo cum scissura petrarum fremitum illũ se sustinere clamauit. Econtra hilaritatẽ vultus eius quomodo senserunt Abrahã, Isaac, & Iacob, & cæteri sancti, quando quidem & latro confitens sicut rorem sensit? Audierat enim paulò ante sibi dictum ab illo: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradyso. Pulchrè igitur dictum & veraciter adimpletum est: Iuda te laudabunt fratres tui. Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti. Requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Quis suscitabit eum? Secundũ hæc & his similia, quæ & vox alarum animalium percutientium alteram ad alterã, & vox clare personat rotarum animalia sequentium, id est, scripturarum veterum & sacramentis Euangelicis consonantium, rectè dicta est hæc facies leonis esse à dextris. Nam facies vituli à sinistris, per quæ videlicet sinistra significata est aduersitas passionis, & facies leonis, vt iam dictum est, à dextris, per quæ designatur prosperitas vel gloria resurrectionis. Sinistra autem dixerim pro infirmitate assumptę humanitatis, saluo eo quod sicut resurrectio carnis eius nostris corporibus, ita passio eius nostris animabus dextera est. Nam per passionem eius primam, quę est animarum, resurrecti onem habemus, & per resurrectionẽ eius, resurrectionem secundam, quæ corporum est, in vitam æternã expectamus. Sibi ergo soli facies vituli, id est, sua passio à sinistris erat secũdum quod tristis erat anima eius, & tædebat & pauebat. Nã interim pro causa valdè necessaria dexteram eius pater tenebat, id est, fortitudinem eius differri volebat, vt ea non iam tunc, sed opportuno vteretur tempore, iuxta quod in Psalmo competit dicere: Tenuisti manũ dexteram meã, & voluntate tua deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me. Nam & si cuiu slibet sancti vel iusti vox ista esse potest, nihilominus & multò magis ex persona huius eã intelligi decet. Nam reuera iuxta quod ipse orans dixit: Veruntamen non mea voluntas sed tua fiat, Deus pater manum eius dexteram tenuit, Deus pater sua voluntate illum obedientis represit ad tempus fremitum leonis. Qui paulò ante, scilicet, potestera die, quàm passurus, ingressus est ciuitatem, leuiter se excutiens cum paruo flagello, quẽ fecit de resticulis, tantam multitudinem vendentium & ementium de templo eiecit, & mercimonia siue lucra eorum cum cathedris euertit. Et deinde cùm traderetur, dicendo, quem queritis, ego sum, totam cohortem præsidis & ministros Pontificũ cũ traditore prostrauit. Eo vsque tenuit dexteram illam, vt non saltem descẽderet de cruce, dicentibus Iudæis: Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce & credimus ei. Postquam ergo tenuit manum dexteram eius, & in voluntate sua deduxit eum, fecit, & quod protinus sequitur, & cum gloria suscepisti me, id est à mortuis gloriosè suscitasti me. Nunciam supra scripto prophetiæ capitulo sermo attentius innitatur, & secundum verba ipsa, quod ad iam dictum fremitum leonis pertineat, aliquid loquamur. Et audiui, inquit, post me vocẽ cõmotionis magnæ, Benedicta gloria Dñi de sancto suo loco, &c. vt supra. Sicut hic in prophetia semel & iterum auditam habemus vocem cõmotionis magnæ, sic & in illo fremitu leonis, scilicet, & in descensu ad inferos, & in resurrectione Iesu Christi factum esse terræmotum, iam supra diximus, magnæ commotionis initiũ fuisse simul & præsagium. Initium, quia protinus cum ipso terræmotu ablatum est ab eis omne cęleste præsidium, clamantibus (vt Iosephus quoque testatur) præsidibus templi virtutibus, transeamus ex his sedibus. Præsagium, quia videlicet in eo quod velum templi scissum est, nobis quidem reuelatio cælestium mysteriorum, sed illis scissura veli cum scissura petrarum præsagium fuit impacabilium seditionum, quibus extunc inter se discissi sunt, excitantes etiam contra semetipsos Romani imperij terræmotum. Hanc denique partem fremitus leonis simul memorare libet, quoniam & alius propheta, videlicet Amos, taliter incipit: Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. Quænam fuerunt illa speciosa pastorum, nisi illa, de pulcherrimo templo lucra Pontificum siue Sacerdotum? & quid vertex Carmeli (quod interpretatur scientia circuncisionis) nisi superbia Iudaici populi, carne quidem circuncisi, sed corde & auribus incircuncisi? Luxerunt ergo ait, speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli, id est, desolata est ciuitas & templũ super quo gloriabantur pastores illi dicentes: Templum DOMINI, templum DOMINI, templum Domini est: & ablatus est à Iudæis omnis viror gratiæ spiritualis, mandatum quippe est nubibus, ne pluerent imbrem super illum superbiæ verticem, mandatum est Apostolis. vt excusso puluere pedẽ in eos, ipsi ad gentes transirent. Istæ sunt quatuor partes illius commotionis magnæ, cuius vocem, vt præmissum est, sanctus Ezechiel audiuit post se: Nam Dominus de Sion rugiet:

Hilaritas regis, sicut ros super herbam. Luc. 23. Gen. 49. Ezech. 3.

Facies leonis à dextris.

Matth. 26.

Marc. 14.

Psal. 72.

Marc. 11. Ioan. 18.

Ioſe debet lo Iud. li. 7. cap. 12.

Amos. 1.

Hier. 7. Esa. 5. Matth. 10.

p hoc rectè

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc rectè intelligitur, Dominus tanquam leo siue catulus leonis infernũ cófringit, & ante faciẽ eius mors fugiet, iuxta illud, q̃ iã supra memini, catulus leonis Iuda, ad prędã ascẽdisti fili mi. Et de Hierusalẽ dabit vocem suam, id est, incipiendo ab Hierusalẽ prædicari faciet in nomine suo cunctis gẽtibus pœnitentiam. Eiusmodi autem vox domini, scilicet prædicatio Euangelij: nũquid non & ipsa rugitus leonis est? Iustitia enim Dei in eo reuelatur, ait Apostolus: Reuelatur enĩ ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum, eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Differunt tamen præsenti loco rugitus Domini, & vox ipsius quam dedit. Rugitus namq; solus infert timorem, vox autem loquelam exprimens, cum terrore habet etiam doctrinæ rationem. Et Dominus nimirum super infernum solummodo rugijt, & rugitu suo mortẽ exterruit atq; fugauit: mundo autem, id est, cunctis gentibus vocem suam dedit, doctrinę rationẽ expresit, vocem, inquam, suam, scilicet loquẽdo Euangelio per cómotionẽ magnã. Conturbatæ sunt gentes, ait Psalmista, & inclinata sunt regna, dedit vocem suã, mota est terra. Nec vero simplex commotio illa. Nã alij moti sunt, ad persequendum, alij ad agendam pœnitentiam, credẽdo iudicium futurum, secundum vocem alarũ animalium, alteram ad alteram percutiẽtium, & iucundum vocẽ rotarum animalia sequẽtium. Altera nanq; ad alteram ala percutitur: quia duo sunt aduentus leonis huius, & alter de altero confirmatur: secũdus in quo iudicaturus est de primo, ĩ quo est iudicatus. Magna & fortis percussio alarum huiusmodi & percussionis vox valdè terribilis. Exempli gratia, cũ dicit: A modo videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli. Et Angeli dicũt, sic veniet, quẽ admodum vidistis eum euntem in cælum: quod ꝓfecto testificatur vox rotarũ, vox legis, & Prophetarum, & Psalmorum: Tũc erit & alia commotio magna, quãdo sic veniet ille iudicaturus. Nam & virtutes cælorum mouebutur. Vnde non otiosè repetiuit, quod iã semel dixerat, & vocẽ commotionis magnæ. Hæc pro illo terræ motu dicta sint, quia videlicet & quod eo moriente, & quod eo resurgente terræ motus factus est, magnæ commotionis signũ fuit, de qua pro rerũ magnitudine nulla potest lingua sufficienter eloqui. Quæ tandem vel quid est gloria illa Domini, quam prædicat & benedicit, tam animalium quam sequentium rotarum omnis vox, dicendo: Benedicta gloria Domini de loco sancto suo? Quid, inquã, est gloria ipsa, cui maximè propositũ nostrum intendit, in præsenti opere de Gloria & honore filij hominis? Quo alio nomine, vt melius posit agnosci, nuncupanda est gloria Domini? Nempè isto nomine, quid est veritas Dñi, & ipsa veritas Dñi, quid est nisi verbũ Dñi? Veruntamen causa postulat, & causam dicturi sumus, cur ipsum verbum Domini, in quo gloriatur Dominus, libeat præsenti loco nuncupare veritatem Domini. Cum staret sub iudicio ante præsidem, ipsũ incarnatum verbum Domini, & interroganti & dicenti, ergo Rex es tu, respondisset, tu dicis, quia rex ego sum, statim causam suam, causam aduentus siue incarnationis suæ taliter edixit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeã veritati: Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem. Magnum valdè capitulum & in breui sermone sensus pergrandis, quem si assecutus es, tunc reuera dicas: Benedicta gloria Domini. Vt ergo clarescat ipsa veritas, quanta sit gloria Domini, & quam gloriosum opus huius filij hominis, moriendo & resurgendo testimonium perhibere vel perhibuisse veritati, primo consideranda est ipsa facies veritatis qualis sit. Non enim hic vulgariter nomen veritatis debet accipi, id est, eo modo tãtum, quo nominari solet in nostris quoq; communibus verbis, iuxta quem modum ethnicus quoq; siue comicus ille veritatẽ nominare potuit, dicens: Obsequium amicos, veritas odium parit. Vnde ergo vel per quid iuuari melius possis ad cognoscendam faciem veritatis, quam ex eo quod illi oppositum est, scilicet ex inconstantia vanitatis? Cuius quæso vanitatis? Est enim tam amplum nomen vel significatio vanitatis, vt non solùm phantasmata diaboli, qualia fecerunt Magi Aegyptiorum coram Pharaone, contra veritatem Dei: verum etiam cuncta quæ fiunt sub sole, vana dicantur & sint: Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et post enumerationes multorum, quæ sub sole fiunt, vidi, inquit, in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Nimirum cuncta quæ non permanent, propter hoc ipsum quia non permanent, vana esse iudicauit: Veruntamen vt hæc vana esse iudicentur, seu vanitatis arguantur, non tam temporalis conditio ipsorum, quam cupiditas meretur hominum: qui nimirum vani & falsi sunt, dum in eorum vsu siue affluentia beatitudinem sibi constituere præsumunt. Denique & ædificare domos, & plantare vineas, & facere hortos & pomeria, possidere seruos & ancillas multamque familiam habere, armenta quoque, & magnos ouium greges.

Differunt rugitus & vox Domini.

Rom. 1.

Psal. 45.

Veritas hic opponitur vanitati.

Ioan. 18.

Terentius in Andria.

Matth. 24

Actor. 1.

Matth. 24

Exo. 7. 8.

Eccl. 1.

Bona temporalia dicuntur vana, non ex natura, sed propter mala vtentes.

Aurum

Aurum & Argentum & substantias regum ac prouinciarum & cætera huiusmodi, sancti quoq; patres, Abraham, Isaac, & Iacob, & Iob, & Dauid possidere potuerunt: nec tamen ea possidendo in vanitate ambulauerunt. Ad summum vidit Deus, inquit scriptura, cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Et de cibis Apostolus loquitur, quia omnis natura Dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Ergo vana iudicentur, non ipsorum natura, sed malè ventium facit affectus, quãdo nimium vel superuacuè diliguntur, videlicet præconcupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. A quibus nos reuocans Ioannes Apostolus: quoniam, inquit, omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ non est ex patre, sed ex mundo est, & mundus transit & concupiscentia eius. Semota igitur mediarum multitudine vanitatum, summam vanitatem, & quæ rectè dicatur vanitas vanitatum, explorare libet, quatenus ex depræhensione illius victæ partis notior fiat hæc pars victrix, scilicet veritas Dei, victoriæ laudem adepta per testimonium huius filij hominis, quemadmodum dixit, vt supra iam memini: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Explorata est, & ipsa altitudo Sathanæ, quemadmodum dicunt, ait Ioannes Apostolus, sub quo auditur, hi qui eum cognouerunt, vel stulte admirati sunt. Explorata, inquam, est maximè sanctis prophetis. Nam in Ezechiele Deus exprobrat illi sub nomine Pharaonis regis Aegypti. Ecce, inquit, ego ad te Pharao Rex Aegypti, draco magne, qui cubas me in medio fluminum tuorum, & dicis, meus fluuius, & ego feci memetipsum, & cætera, vsque, eò quòd dixeris, fluuius meus est, & ego feci eum: Quid rogo est dicere, istum draconem magnum, meus est fluuius, & ego feci eum, ni si dicere, meum est humanum genus, & ego feci illud? Et vnde putas illi altitudini Sathanæ vt hoc audeat dicere? Puta q̃ proinde glorietur sic, tantumque sibi arroget, quia nequissimus venerator per os serpentis sibilans, radicem nostræ originis in primis parentibus vitiauit, vt tam multiplex vltra numerum succresceret propago generis humani, supra numerũ, inquã eorũ, quos Deus præsciuit & prædestinauit regi sui consortes fieri, quosq; in benedictione iussit nasci, benedicens enim dixit, crescite & multiplicamini. Nam reuera si intercessisset præuaricatio, autore illo serpente maligno, non dixisset Deus ad mulierem: multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, non profluxisset ex carnis liquore tantus fluuius tanta superfluita te abundans, imò superabundans humanũ genus. Sic vanus & mẽdax nebulo ille malignus, vt proinde ausus sit dicere factorẽ se humani generis, pro eo quia vitiator est humanæ originis. Qualis autem, quam mala sit intentio vel semper fuerit, in operatione tanti aduersarij in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, quorum primum illud ex scripturis agnouimus, quod serpentem ingressus, & per os eius locutus, stultam mulieri admirationem fecit, eamque seduxit: vltimum quod hominem peccati, scilicet Antichristum ingressurus est, & seducet eos qui iuste pereant, eò quòd charitatem veritatis non receperunt credẽtes mendacio, iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati: qualis, inquam, intentio eius sit vel fuerit, operæ pretium est, & ad præsens negotium pertinet hic breuiter edicere, vt, sicut propositum est, per hoc oppositum bonam & vtilem intentionem Dei clarius queamus agnoscere. Hæc nimirum intentio eius fuit, quæ nunc frustrata est per Iesum Christum, vt creatura cognoscere non posset creatorem suum. Quam ob causam? Videlicet, quia cognoscere illum vita æterna est, quam ille Deo mortuus & mortis autor omnibus inuidet. Econtra intentio Dei in omni operatione suæ bonitatis, in omni virtute & signis, & prodigijs veracibus, in omnibus quas condidit scripturis veritatis, hæc fuit & est, vt creatura creatorem suũ in veritate cognosceret. Quam itidem ob causam? Nimirum quia cognoscere illum, vita æterna est, quã ille nobis cupit, quia bonus est: Nam hæc est vita æterna, inquit filius ad patrem, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Causa ista verè magna est, & digna Deo, propter quã voluerit cognosci & glorificari, & admirabilis fieri, magnumque certamen suscipere contra illam intentionem diaboli, quo posset, vincendo illum, melius cognosci, eòquòd fructus cognitionis eius, vita æterna creaturę sit. Quẽadmodum Iamnes & Mãbres restiterunt Moysi, ita hi resistũt veritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidẽ, sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnib. sicut & illorum fuit. Igitur vt certamen peramplũ atq; diutinum, diffusum in vniuersitate melius per compendiũ perspicias in parte: sit tibi Pharao ille carneus, tanq̃ spiritualis Pharao diabolus: sic illa localis Aegypt⁹, tanq̃ tot⁹ mũdus: sic Israelitę peregrinantes

Eccl. 2.

Gen. 1.

1. Tim. 4.

1. Ioan. 2.

Vanitas vanitatum, est altitudo Sathanæ

Ioan. 18.

Apoca. 2.

Ezech. 29

Rom 8.

Gen. 3.

Intẽtio dei.

Ioan. 17.

1. Tim. 3.

1. Tess. 2.

p 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Allegoria in historiã Exodi.

nantes in illa Aegypto, tanquam omnes electi Dei: degentes captiui in hoc seculo: sic omnis temporis illius Aegypti tanquã omnes homines reprobi, & à deo alieni: sic illi duo magi, tanquam omnes ministri Sathanæ, quicunque restiterunt veritati, maleficijs siue quibusdam arcanis & incantationibus maximè armati: sic Moyses & Aaron tanquam omnes sancti & prophetę vel iusti, quicunque doctrinam vel ministerium veritatis assecuti, ad hoc missi sunt & in hoc steterunt, vt testimonium perhiberent veritati. Quo tendebat Pharao, vocans sapientes & maleficos, vt facerent etiam ipsi per incantationes Aegyptias & arcana quædam, similiter vt Moyses & Aa-

Exod. 7. 8. ron, proijcientes singuli virgas suas, quæ conuersæ sunt in dracones: & conuertentes aquas in sanguinem, & educentes ranas super terram Aegypti, similiter vt Moyses & Aaron, licet vltra proficere non potuerunt? Quo tendebat, nisi eo, vt Dominus deus Hebræorum dicere non posset, ꝙ dicebat, tu scias quod non sit similis mei in omni terra? At ille & magi ipsius restiterunt quidem veritati, sed vltra non profecerunt, & insipientia illorum manifesta fuit, dum per immolationem agni tandem effectũ est, vt cantare liceret Israeli: Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudibilis & faciens mirabilia? Iuxta

Exod. 15. hunc modum qui spectatus est in parte, spectandus est & in vniuersitate. Quo enim tendebat spiritualis Pharao diabolus, adhibens & subordinans sibi per mundum vniuersum templa & sacerdotes arreptitios siue phanaticos, magos & aruspices, poetas quoque turpium numinum declamatores, similiter, vt putabat, sicut Deus, imò plures quã deus, qui tantum in vna gẽte habebat prophetas & sacerdotes. Quo tendebat nisi eo, vt nesciret mundus, nebula eius obtenebratus, illud quod scire vita æterna est, scilicet quod non sit Deus, nisi vnus? Non propositum nobis est demonstrare, sed neque scire licet, quibus modis, quibus artib. homines corruptos mente in ius suũ deduxit, qui nisi corrupti sua sponte fuissent, & voluptatum amatores, odiũque veritatis habentes: non tam facilè, nõ tam curiosè, tantum admisissent creaturæ dei adulterium: non ignorantes, iniquum esse, & impiũ, cum illo habere pactum, sed

Numa Põpilius. planè scientes, & tamen obsequentes, propter illum, quem nimis diligebant, tempo-

Lege, secũdus. ralem huius mundi successum. Exempli gratia: Numa Pompilius, † tertius à Romulo Rex, sacrorum Romanorum constitutor, conscriptas eorundem sacrorũ causas, ipse quidem, quo ad vixit, penes se habuit, sed nec populo nec senatui, nec saltẽ ipsis sacerdotibus eas innotescere voluit. *Vide Aug.* Constat quippè quia curiositate illicita, *de ciuit. dei* ad ea dæmonũ peruenerat secreta, quę ipse *lib. 3. ca. 9.* quidem vt scriberet, vt haberet vnde le- *Item lib. 7.* gendo cõmoueretur: sed tamen quamuis *cap. 34.* Rex esset, qui minimè quenquam metueret, scire neminem voluit, ne homines nefaria doceret: violare autem timuit, ne dæmones iratos haberet. Obruit ergo vbi tutum putauit, scilicet in sepulchro suo, cui appropinquare aratrum posse non credidit, ꝙ tamen factum est. Nam cuiusdã Terentij Bubulcus, cum iuxta sepulchrũ eiusdẽ Numæ aratrũ traijceret libros illos ex terra eruit, & in vrbem ad prætorẽ pertulit. At ille cùm respexisset principia, rem tantam detulit ad Senatũ. Vbi cũ primores quasdã causas legissent, cur quidq; in sacris fuerit institutũ, eosdem libros, vt Prætor cõbureret, tanquam religiosi patres censuerunt. Sed redeamus ad rem. Quàm vano tumore inflatus ille Sathanas, sibimet applaudebat, eò quòd effecisset, vt non solùm cætera Dei opera, quorum sub sole nil permanet, ait Ecclesiastes, verum etiam ipse homo ad imaginem dei factus, vanitatis argui posset, ita vt scriptura quoque di- *Psal. 143.* ceret: Homo vanitati similis factus est, dies *Psal. 38.* eius sicut vmbra prætereunt. Item: Verun *Iob. 14.* tamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Et iterum alia scriptura dicit: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs: qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodẽ statu permanet. Effecerat quippe duas homini mortes, alte- *Gen. 3.* rã animę, alterã corporis: secũdũ illã mystică similitudinẽ in Aegypto, vel (sicut iam supra dictũ est) Magicorã Pharaone, cùm duo essent, proiecerunt singuli virgas suas ꝙ versę sunt in dracones, nesciẽtes futurũ, ꝙ virga dei virga Aaron versa in colubrũ, deuoraret virgas eorum. Vnam quippe solummodo quæ carnis est, mortem, deus homini benè prouidus intulit, dicendo, ne fortè sumat de ligno vitæ & viuat in æternum, emittens eũ de paradyso, & dicẽs ei, quia terra es, & in terrã ibis. Verũtamen & ipsa mors carnis, non minus quã mors animæ autore diabolo adscribenda est, quia propter peccatũ, cuius ille autor extitit, vtraq; mors in hũc mundũ subintrauit. Itaq; vanꝰ malè gloriabatur, ꝙ optimã dei creaturã, scilicet hominem, quasi victor, vani- *Rom. 5.* tati & morti subiecisset: ignorãs futurũ, ꝙ *Dolor enim* (sicut iam dictum est) virga dei versa in co *electorũ de* lubrũ, virgas cõtrarias deuoraret. i. mors *lapsu homi-* carnis diuinitꝰ ꝓuisa, vtranq; generis hu- *nis nondũ* mani mortẽ euacuaret. Quã iusto econtra *reparato.* dolore interim omnis creaturę angelicę & humanæ

humanę pars electa dolebat, benè æmulãs ꝓ sui creatoris honore, eò ꝙ opꝰ eius nondũ ita esset consummatũ in veritate, vt obstrueretur os nebulonis illius, gloriantis quasi pro victoria, tanquam omninò & irrecuperabiliter auertisset propositũ Dei,

Apoc. 5. parte angelorum detracta, & vitiata omni creatura humana. Hinc Ioannes in Apocalypsi cùm præmisisset, & nemo poterat in cælo, neque in terra, neque subtus terram, aperire librum, neq; respicere illum, & ego, inquit, flebam multum, quia nemo dignus inuentus est aperire librum nec videre eum. Deniq; in persona flentis Ioannis vniuersitatem intelligimus, & eorum qui erant in cælo, id est, sanctorum angelorum, & eorum qui erant in terra, scilicet hominum iustorum in quacunque generatione viuentium, & eorum qui erant subtus terram, videlicet mortuorum fideliũ, qui apud inferos longum videndi gloriam Dei habebant desiderium. Omnes itaque dolebant tanto dolore, quantum ille Ioãnis fletus debuit significare, eò quòd nemo dignus inueniretur aperire librum, & soluere signacula eius, id est, adimplere sacramenta salutis nostræ, vel promissa quæ in scripturis veritatis clausa continebantur.

Golias exprobrans typus diaboli. Ab aliqua similitudine capiamus argumẽtum. Cum ille Philistæus Golias, stans clamaret aduersus phalanges Israel, & dice-

1. Reg. 17. ret, quare venistis parati in prælium? nunquid ego non sum Philistæus, & vos serui Saul? eligite ex vobis virum. & descendat ad singulare certamen, & post hæc & cætera eiusmodi, iactaret se dicens, ego exprobraui agminibus Israelis hodie: nimirum dolebant omnes viri Israelitæ, quia nemo inueniebatur qui auferret hoc opprobriũ ab Israel, cũ præcederet idem Philistæus mane & vespere, & staret quadraginta diebus. Fugiebant omnes à facie eius timentes eum valdè, & dicentes, alter ad alterũ:

Ezech. 28. 29. Ad exprobrandum Israel ascendit, ad exprobrandas acies Dei viuentis. Quid autẽ erat opprobrium siue exprobratio vnius hominis, pro causa eiusmodi in comparatione tantæ rei, tanti aduersarij, dicentis: Deus ego sum & in cathedra Dei sedi, & meus est fluuius, & ego feci eum, scilicet, genus humanum? Si ergo dolore iusto dolebant omnes Israelitæ propter vnum talẽ Philistæum, & propter illud tale opprobrium Israel, quia non habebant virũ qui descenderet ad singulare certamen: quanto magis iure dolebãt omnes sancti, & homines, & angeli, pro gloria Dei, eò quòd non haberent, qui pugnaret cõtra talẽ tantumq; aduersarium diabolũ, secundum iã dictam similitudinem Ioannis multũ flentis, eò ꝙ nemo esset inuentus, neq; in cælo, neque subtus terram dignus aperire librũ vel respicere eum. Igitur Dominus pater verbi æterni, & Deus totius consolationis, qui non statim, sed post quadraginta illius opprobrij, cũ iã benè experti essent omnes Israelitæ, quod non deberent cõfidere in viribus suis, misit eis paruulum Da-

1. Reg. 17. uid, quem prouiderat sibi regem in filijs Isai, in quo experimentum faceret virtutis nominis sui, dicente, tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini, vt sciat omnis terra, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus, ipsius est enim bellum. Similiter quis, nisi cui Deus reuelauerat per spiritũ suum, existimare vel sperare posset, ꝙ mortalis homo per omnia nostrę naturæ in Deũ in ipsa sui cõceptione assumptus, in hoc nascitu-

Gala. 4. rus, & ad hoc esset in mundum venturus, vt tale testimoniũ perhiberet veritati, quẽ admodum dixit, quod iam superius memini, ego in hoc natus sum, & hoc veni

Ioan. 18. in mundum, vt testimonium perhibeã veritati. Quale enim vel quomodo & cuius rei testimoniũ perhibuit veritati, scilicet, verbo dei, verbo deo q illũ assumpsit? Nimirũ fidele testimoniũ perhibuit, id est, experimentum in semetipso dedit, ꝙ veritas quæ non est aliud quã ipsum verbum Dei, non minus in humilitate seu infirmitate mortalis naturæ q̃ in maiestate seu fortitudine diuinitatis suę, nõ minus in ꝓfundo in

Quomodo testimoniũ perhibuit veritati Christus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferni, quam in altitudine cæli, esset insuperabilis, infatigabilis, incõmutabilis. Huius rei testimonium perhibuit veritati moriẽdo, ad infernum descendendo, à mortuis resurgendo, & in cælũ vnde venerat ascendendo, vt sciret omnis creatura angelica & humana, per hoc experimentum, quia verbum Domini manet in æternum: & hoc sciendo ipsa quoque creatura viueret in æternum, nam hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quẽ misisti Iesum Christum. Cuius vnquam oculus hoc vidit? Cuius auris audiuit? Cui' in cor hominis ascendit, quod taliter deberet fieri, nisi prophetarum paucorum, quibus Deus per spiritum suum reuelauit? Vt de hominibus taceam, nunquid vel sancti totum hoc sacramentum sciebant omnes Angeli? Denique Apostolus dicit: Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo qui creauit, vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientiæ Dei, secundum præfinitionem seculorum quã fecit in Christo Iesu Domino nostro. Non dixit, vt innotescat ecclesiæ per principatus & potestates quæ sunt in cælestib. quod minus mirum videretur, sed vt innotescat per ecclesiam principibus & potestatibus in cælestibus multiformis sapientiæ Dei, quam fecit in Christo Iesu, ita videlicet vt videntes glorificatum caput eiusdẽ ecclesiæ, admirentur & dicant: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus, de Bosra, iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Et alibi: Quis est iste rex gloriæ, quis est iste rex gloriæ? Quorum ne omnino ignoremus admirationem, quod verè digna sit, consideremus, quoad possumus, rem tanti sacramenti, quod à seculis absconditum innotuit eis, secundum hæc ipsa verba beati Apostoli: Data est mihi, inquit, gratia in gentib. euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, &c. vt super pulcherrimas & valdè prætiosas diuitias Christi, quas eidem filio suo thesaurizauit dives pater Deus, qui omnia creauit, quas alias vult intelligi, nisi eas quas continet Gazophilacium Dei, Gazophilacium Euangelij eiusdem Iesu Christi? Quas enim alias inuestigabiles diuitias ipse, qui hæc loquitur, Apostolus in gentibus euangelizauit? Ergo diuitiæ Christi, diuitiæ inuestigabiles sunt omnes gratiæ vel dona spiritus sancti, omnis habitans in eo corporaliter plenitudo diuinitatis, plenitudo gratiæ & veritatis, quia vidimus ait Euangelista Ioannes, gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum subauditur, vidimus eũ gratiæ & veritatis. De huiusce modi diuitijs aliqua dicturi, prius dicendum arbitramur de illa dispensatione sacramenti absconditi, imò & ante de ipso sacramento absconditò à seculis æternis in Deo, qui omnia creauit. Cuius quæso de absconsione sacramenti hæc dicit? Cognito namque sacramento siue absconsione sacramenti, tunc demum sine scrupulo via sese ostendit ad cognoscẽdam dispensationem sacramenti de qua dixit, & illuminare oẽs quæ sit dispensatio sacramenti absconditi. Quis ergo intelligi vult nomine sacramenti absconditi à seculis, subiungẽdo, in Deo qui omnia creauit? An fortè causam ipsam secretam, propter quam Deus omnia creauit? Non enim frustra vel otiosè, talem præsenti loco relationem fecit, dicens in Deo qui omnia creauit: & quę causa est, propter quam Deus omnia creauit, nisi ille filius hominis? Religiosè dicendũ, reuerenter est audiendum, quia propter illum filium hominis, gloria & honore coronandum, Deus omnia creauit. Vnde idem Apostolus ad Hebræos cũ prę̃misisset, videmus Dominum Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatũ, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, ita subiunxit: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quẽ omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionẽ cõsummari. Diligenter animaduertendũ, duo, dixit, propter quẽ omnia, & per quẽ omnia. Et quidem per quem omnia si solum dixisset, non esset adeò mirum siue in cognitũ: scimus enim omnes, quia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nunc autem duo hæc dixit, prius, propter quem omnia: deinde, & per quem omnia. Ergo ipse causa est, propter quam videlicet causam Deus creauit omnia, & quã pulchrè, quam venerabiliter sacramentũ appellauit absconditum à seculis in Deo qui omnia creauit, Deniq; cũ diceret Deus fiat hoc vel illud, fiat firmamentum in medio aquarum, fiant luminaria & illuminẽt terram, & ita fieret: sciebant angeli de his & de cæteris, quod per verbum fierẽt, quoniam de omnibus ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Causa autem, cur hæc omnia faceret, absconditа erat in Deo, & idcircò causa ipsa rectè dicitur sacramentum, quia hoc erat in Deo absconditum, id est, soli Deo cognitum, propter quid & angelos creasset, & fabricam huius mundi condere? Nunc autem innotuit, & angelis in cęlestibus & hominibus in terra, quia per quem facta sunt omnia, propter ipsum etiam facta sunt omnia. Quod vt lucidius

Eph. 4o. *Ioan. 17.*

Ephe. 3.

Esa. 63. *Psal. 23.*

Ephe. 3.

Ioan. 1. *Dispensatio sacramenti absconditi.*

Eph. 3.

Hebr. 2.

Psalm. 32. *148.*

Gen. 1.

cidius pateat, iam de dispensatione sacramenti eiusdem dicendum est. Et illumina re (inquit) omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo qui omnia creauit. Eorum quæ præcipuè sunt in dispensatione sacramenti, id est, causæ secretæ, propter quam Deus omnia creauit, scilicet, verbi Dei, eiusdemque filij hominis, propter quem omnia, sicut iam dictum est: eorum (inquam) primum est & opus incarnatio, secundum passio, tertiũ resurrectio, quartum ascensio, de quibus quatuor sacramentis, ad æternam salutem necessarijs (nam absque horum fide nemo potest saluari) hic nobis sermo est scribendus de gloria & honore filij hominis. Sic namque accipimus vnum sacramentum quod erat absconsione illa, & quatuor sacramenta, quæ apparuerunt in dispensatione ista, sicut in visione prophetica, de qua in hoc opere iam sæpe dictum est, vnum animal & quatuor accipimus facies, siue quatuor animalia. Nunc vide in ista quaternaria dispensatione sacramenti, quomodo sancti angeli mirantes interfuerint, quoniã Apostolus de isto sacramento dixit, vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapiẽtiæ Dei. Nato illo de virgine Maria, ipsa nocte pastoribus angelus locutus est cum claritate magna, & mox vt ille gaudium magnum annũciauit dicens, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid, subito facta est cum illo multitudo militiæ cælestis laudãtium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Nimirum iure laudabant, regẽ ad mirabantur & glorificabãt, quia magnum innotuerat eis sacramentum, quia videbant ciusdẽ Dei & Domini sui in terra non minorem humilitatem siue clementiam, quã viderant in cælo maiestatem siue potentiam. Item cùm pateretur, cũ in passione agonizaretur, nimirum præsentes ad erant angeli ad tam mirum patientiæ & humilitatis eius spectaculum. An quia de vno solo narrat Euangelista, quia apparuit ei angelus de cælo confortans eum, putas quia non plures affuerunt? Immò & illos præsentes habebat, & si voluisset, visibiliter exhibuisset, de quibus Petro dicebat: An putas, quia non possum rogare patrem meum & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Item, cùm resurgeret à mortuis, ex abundanti est astruere, quia læti exceperunt eum omnes sancti angeli, & sicut alibi scriptũ est: Laudauerunt eum astra matutina, & iubilauerunt omnes filij Dei, attoniti præ gaudio tanti sacramenti, quod innotuerat eis, ita vt dicerent: Quis est iste rex gloriæ? quis est iste rex gloriæ? & respondent ipsi suæ admirationi: Dominus fortis & potẽs, Dominus potens in prælio ipse est rex gloriæ, Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Sufficiebant duo ex illis ad iudicium siue protestimonio magnæ cunctorũ festiuitates, sedentes visibiliter ad monumentum eius in albis. In cælũ cũ ascenderet, & Apostoli intuerentur eũ euntẽ in cęlum, magnam cũctorum beatorum spirituum festiuitatem satis indicauerunt duo ex ipsis, qui astetерunt iuxta illos in vestibus albis. Hæc idcirco dicta sint, vt aliquatenus persentire queamus, quã magna & quam læta fuerit admiratio sanctis angelis super illo sacramento, secundum hæc verba B. Apostoli. Et illumirare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui creauit omnia, vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientiæ Dei. Adhuc de ista vera Domini gloria seu veritate glorioſa, quæ diaboli vanitatem & mendacium taliter vincit, aliquam dicturi magno eiusdem ducimur amore veritatis, vt non intactam prætereamus illam stultitiæ suspicionem, quam Apostolus in gentibus redarguens, nos autem (inquit) prædicamus Christum Iesum crucifixum. Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Stultitiã namque visum est gentium sapientibus, q̃ Deus cùm prædicetur omnipotens, vt verè est, causas euenire permisit, ꝓpter quas oporteret eum hominem fieri & crucifigi, secundum stultam (vt eis visum est) prædicationem Euangelij. Quare non potius fecit vt omnipotens Deus, quatenus neque homo caderet, neque angelus, atque ita salua starẽt omnia sine labore eius? Stultum namque fuit, (aiunt sapientes huius seculi, quorũ sapientiã Deus stultam fecit) stultum fuit, malle ꝓ mortuis mori, sicut, prædicatis, quã præuenire malum siue causam, propter quam oporteret necessario Deũ hominem factum, etiã pro hominibus mori, malle pro reparandis ruinis laborare, quã creaturas angelicam atque humanam, quã creaturas angelicam atque humanam, firmiter in ipso creatione ruere possent, nis initio stabilire. Secundum istam seculi sapientiam consequens visum est nonnullis etiam ecclesiasticis, quod Deus voluerit malum ipsum fieri, propter quod oporteret Dei filium hominem factum (vt iam dictum est) mori, ne si aliter dicerent, viderentur consequenter debere fateri, quod Deus omnipotens non sit. Itaque vtrobiq; magna est difficultas humano sensui, & vtrobique præsumptoribus blasphemandi occasionem parit. Aiunt enim isti: Si malũ Deus fieri noluit, malum autẽ euenit, pro-

Quatuor sacramenta ad salutem necessaria.

Ezech. 1. 10.

Admiratio Angelorũ super ijs. *Eph. 3.* *Luc. 2.*

In Christi incarnatione.

In passiõe *Luc. 22.*

Matth. 29.

In resurrectione. *Iob. 38.*

Psal. 21. *Luc. 24.* *In ascensio ne.* *Act. 1*

Eph. 3. *Ardua quæ stio de omnipotentia & voluntate Dei.*

1. Cor. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter quod ipsum vsque ad mortem laborare oportuit, ergo Deus omnipotens non est. Aiunt econtra illi: Si Deus omnipotés est, & malum ne fieret auertere potuit, ma-
Iudic. 16. lum antem eo permittente factum est, propter quod vsque ad mortem laboraturus erat, ergo Deus sapiens non est. Et vt de aliquo exemplo nos magis coartent, id est, sapientes huius seculi, quorum (vt iam dictum est) sapientiam Deus stultam fecit, dicere possunt, si volunt. Si potuisset fortissimus Samson inimicos suos omnes principes Philistinorum, & cum eis tot viros ac mulieres sic interficere, vt non ipse moreretur, nónne stultum fuisset sic de illis vltionem quærere, & sic eos interficere, vt etiam ipse moreretur? Inter medium istarũ
Responsio B. Augusti. Hæc responsio insufficiens. partium eximius pater Augustinus, regiã tenens viam, dixit: Quis enim audeat credere aut dicere, vt neque Angelus, neque homo crederet, in Dei potestate non fuisse? Sed eorum hoc potestati maluit non auferre, atque ita & quantum mali eorũ superbia, & quantum boni sua gratia valeret, respondere. Veruntamen cùm hæc dicit, non satis illorum suspicione perimit, quibus cũ Dei omnipotentia constet, consequens esse videtur, quod Deus malum fieri voluerit, cũ eo sciente vel præsciente factum sit. Quid igitur dicemus ad hæc, ni si esse aliquid quod Deus omnipotens potuerit aut non posit? Nec verò primum à
Marc. 16. nobis dicendum, imò longè ante nos dictum est, quia Deus iniustus esse non potest. Sed & in euangelio Marcus hoc negationis verbo vti non dubitauit. Cùm enim abijsset Dominus Iesus in patriam suam, dicentibus illis, vnde huic hæc omnia, nónne iste est faber, filius Mariæ, non poterat (inquit) ibi virtutem vllam facere, scilicet, virtutem fidei, virtutem spei, virtutẽ charitatis. Huiusmodi nanque virtutes intelligi voluit, subiungendo, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum. Si ergo Dominum virtutum, verũ Deum, Dei omnipotentis omnipotẽtem filium dixit, in illis conuicijs eis non potuisse facere
Angelus & homo nõ de virtute sed de vitio in vitium ceciderunt. virtutem vllam, quia nó per ignorantiam errabant, sed per inuidiam blasphemabãt: quanto magis de illis spiritibus malis & malignis, superbis & inuidis, qui gloriæ creatoris inuidebant, sanè dicas, quia non potuit in eis facere vllam virtutem? An putas, quia de virtute in vitium, & non potius de vitio in vitium ruendo, & angelus cecidit de cælo & homo eiectus est de Paradyso? Non enim ita cecidit vt qui erat sanctus, siue in aliqua sanctitatis arce locatus fieret iniquus: & in id, quod sanctitati est contrarium, laberetur; sed ad hoc vt sanctus fieret, Deumque cognoscendo & diligendo sanctus fieret & ad sanctitatem proficeret, & angelus in cælo, & homo positus fuerat in paradyso. Non ergo de sanctitate, quam non attigerat, in iniquitatem, sed de loco in locum, de cælo in istum caliginosum ærem, de mansionibus quæ in domo ab initio & angelis & hominibus multæ paratæ sunt, cecidit siue eiectus ille angelus, & cadendo factus est diabolus, quia superbiuit, & sibimet ipse placuit tãquam sibi sufficiens, quod non fuit de virtute in vitiũ cadere: sed in eo, q̃ factus est remanere, scilicet, in vanitate, quod quiddam medium est inter veram & incõtaminabilem essentiam Dei, & illud vnde omnia creauit scilicet, nihil. Et cætera quidem nascentiũ genera in id reuertuntur, vnde facta sunt, scilicet, in nihilum, & id circò interim, dũ subsistunt, rectè vana dicuntur & sunt: angelica verò & humana creatura, non quidem in nihilum, ita vt omninò non sit, sed in semetipsa remanẽs, & Deo qui verè est, frui contemnens, nihilominus vana, immò & ipsa vanitas est. Vanitas enim vanitatũ, *Aliter ego* dixit Ecclesiastes: Vanitas vanitatum & o- *lus et homo*
mnia vanitas, & homo ipse vanitas, siue va *aliter ves*
nitati similis factus est. Et ipse diabolus nõ *cætera di-*
solummodo vanus, verum etiam totius va *cuntur va-*
nitatis est princeps, quia Deo frui contem- *ne.*
psit, & in semetipso remanere noluit, vtiã *Responsio*
dictum est. Vtrum in potestate Dei fuerit, *ad quæstiõ*
quatenus nec iste de cælo, nec homo illum *alia.*
imitans caderet, siue ejiceretur de paradyso, dicat ipse Dei filius, omnipotens ex omnipotente, Deus, ex Deo: Non possum (ait) ego à meipso facere quicquam, sicut audio, iudico. Vnde sciendum, quia iudex iniustus est, qui à semetipso facit, id est qui aliter iudicat quam audit, siue intelligit. Hoc facere Deo impossibile est, iniustus *Ioan. 15.*
enim ✝ omninò non potest. Et proinde sic- *Adsto, esse*
ut audiuit, sic illum iudicare oportuit, vt sese non communicaret aut impartiretur creaturę illi, quę ausa velle est seipsam sufficere sibi. Salua igitur omnipotẽtia, salua beneuolentia Dei, ruente diabolo & homine decepto, malum accidit propter quod Deum sapientem laudabiliter hominem fieri, & pro omnibus mori oportuit, aliter que homo saluari non potuit, & hoc nimirum sensu fidelis animus non segnior, imò citatior fit ad occurrendum, & gratias agẽdum charitati dei, quia necessario propter nos tantum se humiliauit. Nunc ad illud *Hebr. 2.*
longè superius memoratum Apostoli ca- *Alia quæ-*
pitulum recurrere libet, quo dicit: Decebat enim eum, propter quem omnia & per *stio.*
quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari. Hic primum illud

quærere

quærere libet, vtrum iste filius dei, de quo hic sermo est, etiam si peccatum, propter quod omnes morimur, non intercessisset, homo fieret, an nõ. Nam de eo quod mortalis homo non fieret, quod mortale corpus non assumeret, nisi peccatum accidisset, propter quod & nos omnes facti sumus mortales, nulli dubium est, nulli nisi infideli incognitũ est. Illud quærimus, vtrum
Responsio. hoc futurũ, & humano generi aliquo modo necessarium erat, vt Deus homo fieret caput & rex omnium, vt nunc est, & quid de hoc respondebitur? Nimirum de omnibus sanctis & electis certum est, quia nati fuissent omnes, & soli, si non accidisset
August. de ciuitate dei li. 14. c. 23 illud peccatum primæ prævaricationis. Hinc pater Augustinus in libro xiiij. de ciuitate Dei: Quisquis autem dicit primos homines non coituros fuisse, nec generaturos nisi peccassent, quid dicit, nisi propter numerositatem sanctorum necessarium hominis fuisse peccatum? Si enim nõ peccando soli remanerent, quia sicut putant, nisi peccassent, generare non possent, profectò vt non soli duo homines iusti possunt esse, sed multi, necessarium peccatum fuit, quod sic credere absurdum est, illud potius credendem quod sanctorum numerus, quantus complendæ illi sufficit beatissimæ ciuitati, tantus existeret, & si nemo peccasset, quantus nunc per Dei gratiam de multitudine colligitur peccatorũ,
Filius Dei factus esset homo, etiã si Adam nõ peccasset. quousque filij seculi huius generant & generantur. Cùm ergo de sanctis & electis omnibus dubium non sit, quod nascituri forent omnes vsque ad præfinitum numerum secundum propositum Dei, quo ante
Prou. 8. peccatum benedicens: Crescite, ait, & multiplicamini, & absurdum sit putare, quod propter eos, vt nascerentur, peccatum necessarium fuerit, quod de isto capite, & regę omnium electorum angelorum & hominum sentiendum, nisi quod & ipse maximè causam necessariam non habuerit ipsum peccatum, vt homo fieret ex hominibus delicias suæ charitatis habiturus cũ filijs hominum. Ipe est enim sapientia dei quæ de isto suo proposito dicit, Dominus possedit me initio viarũ suarum, &c. quæ ita concludit: Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cũcta cõponens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filijs hominũ. Tantæ charitatis propositũ, quo proposuerat deus dei verbum deliciari cum filiis hominum, formam habendo circumscriptam ex natura humana, in medio angelorum & hominum mirum & adoratione dignum, quia non euacuauit ex aduerso veniens peccatum, immò iam

Maxima charitas Dei erga homines. *Rom. 5.*

tunc factum est illud, quod alibi siue aliũde dictum est: Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Vbi nanque abundauit tantum tantæ prævaricationis delictum, vbi super mortem animæ, qua mortui fuimus in illis parentibus nostris per illud originale peccatum accesit mors altera, mors, scilicet, corporis, prouidentia Dei, dicentis ad hominem quia terra es, & in terram ibis: gratiosum, accesit præceptum ad charitatem filij obedientis, quatenus ipse filius talis fieret absque peccato, quales non propter peccatum facti fueramus, id est, non solùm nostram, quã proposuerat assumere naturam, offensus non resurgeret, verum etiam propter nos vsque ad mortem nostram descenderet, quod eum maximè deceret, quemadmodum (vt iam meminimus) Apostolus di- *Hebr. 2.*
cit: Decebat enim eum propter quem om- *Philip. 2.*
nia, & per quem omnia, qui multos filios *Rom. 8.*
in gloriam adduxerat, autorem salutis eo *Ioan. 14.*
rum per passionem consummari. In hac er *Charitas*
go consummatione, eò quòd per passionẽ *patris & fi*
consummatus est ipse autor salutis nostræ, *lij, & spiri-*
pondus est paterni præcepti, decus est obe *tus S.*
dientiæ filij paternæ dilectionis, de quo idem Apostolus dicit: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Et alibi: Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed p nobis omnibus tradit illum. Et ipse filius ipsa nocte qua tradebatur, ait ad discipulos suos: Sed vt cognoscat mundus, quia ego diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Et quia per charitatẽ pater hoc mandatum dedit, & per charitatem filius obediuit vsq; ad mortem crucis, ipsa autem charitas sanctus est spiritus eorundem patris & filij, rectè & venerabiliter idem Apostolus ad Hebræos dicit. Sanguis Christi qui per spiritum sanctum se- *Hebr. 9.*
metipsum obtulit immaculatum Deo, e- *Philip. 2.*
mundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. Hanc eius humilitatis & obedientię gloriam magna gloria confestim secuta est. Nam propter hoc Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiũ, terrestrium, & infernorũ. Hic iam audire plurimum delectat illud, quod idem Apostolus vas electionis, quã *Adeam⁹ eũ*
gratiosè, quã venerabiliter intonat: Adea *fidutia ad*
mus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, *thronũ gra*
vt misericordiam consequamur, & gratiã *tiæ.*
inueniamus in auxilio tempore oportuno. Fidentes nos esse vult, fiduciam nos habere hortatur, quæ videlicet fiducia nimirum venerabilis atque laudabilis est, quo- *1. Cor. 2.*
niam fides eam cum dilectione, fides scientiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obiectio contra fiduciã istã.

tiam cùm charitate habens, operatur. Quid enim? Tu fortè suspensa mente alta cælorũ suspiciens, & illic intuens oculo cõtemplationis hunc altissimum Dei filium, stantẽ, siue sedentem à dextris Dei, ad dexteram maiestatis in excelsis, tremebundus & magna formidine tactus in corde tuo dicis: eheu, quidnam erit de nobis seruis iniquis & scelestis, quorum propter scelera talis ac tantus Dominus, tot & tantus affectus est contumelijs vsq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis? Cũ hoc vel huic simile aliquid dixeris, non vane videatur tibi, quod ille (vt est mitis & humilis corde) veraciter respondere possit. Nec ego talis ac tantus nunc existerem, nisi causa tui, nisi propter peccata generis humani. Et reuera sic est, tamq; certum nobis esse debet, ac si ore proprio respõsum eiusmodi daret aut dedisset. Vt quid enim homo iste siue filius hominis in Deum assumptus est? vt quid passus vel mortuus est? Nónne pro impijs? nónne pro inimicis? Videmus autẽ (ait idem Apostolus) Dominum Iesum Christum, propter passionem gloria & honore coronatum. Ergò impij & scelerati causa fuerunt ei, vt coronaretur & sederet à dextris Dei, coronatus gloria regni, honore Pontificij. Multum igitur debet impijs per fidem eius ad pietatem conuersis, multum debet inimicis per ipsum Deo reconciliatis. Hinc iure nobis fiducia, & fiducia nostra ipsi placet, quoniã iusta est, quoniam rationabilis est. Igitur cum fiducia (inquit) adeamus. Quo adeamus? Ad thronum gratiæ. Magnificè dictum, venerabiliter audiendum. Quid enim est thronus gratiæ? Dulcius quippe ac delectabili hoc sonat, quod dicit, ad thronum gratiæ, quã si diceret, ad thronum iudicij vel iustitiæ. Et quidem thronus Christi filij Dei, thronus est iudicij vel iustitiæ, & in hoc tempore magis expedit nobis, vt primum sit thronus gratię. Quibus vel qualibus nobis? Nimirum peccatoribus, quorum (ait idem Apostolus) primus ego sum, & gratia Dei sum id quod sum. Deniq; & eius cosecutionis, de qua cùm præmisisset, quod iam dictum: adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, protinus subiunxit, vt meseriordiam consequamur, & gratiam inuenia mus in auxilio opportuno: magnum in se ipse sciebat experimentum, quia cũ fuisset peccator & blasphemus, cõsecutus erat de illo throno gratiæ duo hæc, misericordiã & gratiam, misericordiam videlicet remissionem peccatorum, & gratiam, scilicet, insuper Apostolatum. Hoc nunc interim opus siue officium est, non tam iudicis sedentis in throno iudicij siue iustitiæ, quã Pontificis summi, sedentis in throno gratiæ, futurum autem est, vt sedeat iudex in throno iudicij, sedeat rex in throno iustitiæ, quando reuertentur quatuor animalia hæc, siue quatuor vnius animalis facies, de quibus nobis hactenus sermo est. Reuertentur enim modo quodam, & non reuertentur. Vtrunque enim in propheta scriptum est: Non reuertebantur (ait) cùm incederent, sed vnumquodque eorum ante faciem suam gradiebatur. Et subinde: Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudine fulguris coruscantis. Quo ergo modo non reuertentur? Eo nimirum modo non reuertentur, vt Christus, qui semel passus est, iterum patiatur. Quo autem modo reuertentur? Memoriter quippe tenendum, quatuor vnius animalis facies, esse vnius Christi quatuor sacramenta hæc, quæ Christiano ignorare non licet, incarnationem, passionem, resurrectionem, ascẽsionem. Eo vtique modo, vt sedeat in nouissimo die in sede maiestatis suæ, filius hominis cum insignibus suæ passionis, scilicet, cum cicatricibus vulnerum, quæ in manibus, & pedibus, & in latere suo suscepit, & demonstret omnibus quia resurrexit in veritate carnis, & faciet cum omnibus electis suis, qui erunt à dextris, illud quod dictum est in cantico Deut. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eũ, atq; portauit in humeris suis. De vtroque hoc, scilicet, & de non reuertendo, & de reuertendo, idem Apost. dicit: Neq; vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nũc aũt semel in cõsummatione seculorum ad destructionẽ peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Quod cùm dicit, non ab re quæratur aliquis. Quid factum est hactenus vel nunc sit in omnibus sanctis, qui expectauerunt eum ab origine mundi, si tunc apparebit? Nam apparebit, de eo dicimus quod nondum videmus. Quid ergo factũ est illis? Nunquid nondum vident gloriã Domini, gloriam & honorem huius filij hominis, sedentis à dextris Dei? Vt quid ergo tantopere desiderant peregrinari à corpore, nisi vt præsentes sint ad Deum? Vt quid cupiunt dissolui, nisi vt cum Christo sint? Quomodo ergo nunc dicit, secundo apparebit expectantibus se in salutem? An fortè propter illos dicit, qui tũc in corpore præsentes erant, iuxta q; & ad Tessolonicẽses dicit:

Deum. 1.

Hebr. 9.

Quasi ab nouissimo die.

Beatitudo ne sanctorũ tam in futuro quã in præsenti.

Immissio gloriæ.

Responsio.

1. Cor. 15.

Philip. 3.

1. Thess. 4.

fes dicit: Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in æra, & sic semper cum Domino erimus. Et hoc quidem rectè sentitur. Veruntamen & de omnibus sanctis, qui peregrini à corpore, præsentes sunt ad Deũ, nihilominus rectè dicas, quia expectant eum, rectè (inquam) dicas, quia & vident eum, & expectant eum. Nondũ enim toti vident eum, nondum in carne sua vident Deum. Hæc est expectatio illorum, vt in carne videant Deum. Scio enim (ait beatus Iob) quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ saluatorem meũ. Pro huiusmodi expectatione rectè intelligis dictum, secundo apparebit expectantibus se in salutem. Et qualis (rogo) tunc erit eius apparitio? quali cum voce gloria Domini, quanta cum commotione appare bit? In iussu enim (ait idem Apostolus) & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Magnus erit ille rugitus leonis, tenentis atque amplexantis prædã, scilicet sanctos & electos omnes constitutos à dextris, quorum omni multitudine diabolum spoliauit, & rugientis super illos quià sinistris erant, tali rugitu vt dicat: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, postquam dixerit à dextris: Venite benedicti patris mei. Tunc sicut ad beatum Iob dictum est, videntibus cunctis præcipitabitur ille Behemoth, quod interpretatur animal, scilicet, diabolus, leo contrarius, leo dictus propter feritatem. Nam iste qui rugiet super eum, & suo rugitu præcipitabit eum, leo dicitur propter fortitudinẽ. Cùm hoc factum fuerit, tunc demum omnis rugitus magni huius leonis cessabit, causam deinceps propter quam rugiat, non habituri, videlicet ablatis de regno eius omnibus scandalis: & tunc facies aquilæ sublimius euolabit, pariter volãtibus, & sequentib. quocunque ierit, pullis eius omnibus, benè adultis, & benè probatis, quod non degeneres sint, valentes, & digni oculis aper tis inspicere summam claritatem solis æterni, videre facie ad faciem gloriam summæ diuinitatis, gloriam beatæ trinitatis, vnius Dei, patris, & filij, & spiritus sancti. Quid amplius de facie ista, scilicet, facie aquilæ, dicere possumus? Longius enim superemineat, quàm vt visu nostro consequi valeamus, quamdiu in hoc mortali corpore peregrinamur. Hoc tantum dixisse libet, quia visio faciei huius, visio claritatis filij Dei, quam videbunt illi beati, secundum hanc orationem ipsius: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi, visio (inquam) illa, videntibus ignis erit, nec qualiscunque ignis, imò & caminus erit, iuxta illud Esaiæ: Dixit Dominus, cuius ignis est in Siõ, & caminus eius in Hierusalem. Denique in Sion, id est, in præsenti Ecclesia, quantulus cunque ignis est, cognoscere ex parte, videre per speculum & in ænigmate. At in illa cælesti Hierusalem videre facie ad faciem, caminus est, inæstimabiliter magnũ æterni amoris incendium est hominis qua tuor incõsumptibilia fométa hæc. Propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autor salutis eorum per passionem cõsummatus est. Nónne istorum consideratio siue frequẽs meditatio, quendam facit amoris ignem in ista Sion? In primis de eo quod primum positum est, propter quem omnia, interrogo, nónne dũ istud considerans, nónne ex sub iacẽte fidei scintilla susciatur in te lucida iucundæ dilectionis flãma? Quid enim? Pater optimus, dum vnicũ in secreto sui pectoris haberet filium, thesaurizare voluit illi thesauros auri & argenti, lapidumque prætiosorum, & omnis bonæ suppellectilis, ædificare palatium regni, cunctaq; pro uidere ministeria regalis curiæ, exercitum copiosum, familiam numerosam, duces, præfectos, tribunos ac centuriones, seruos & ancillas, seu clientes, ac ministros, qui pulchra varietate distincti, astarent ei sedẽti in medio ipsorum, ac deseruirent in ordinibus suis. Idcircò fecit hæc omnia, cælum & terram, cælum inuisibile replens Angelorem agminibus, terram autem tot & tantis humanæ cteaturæ generationib. in quibus sumus & nos. Quis ad hæc non respondeat, quia vel sola causa hæc magnam dilectionem exigit, magnæ nos illi dilectionis ac deuotionis debitores facit. Adde quod secundo loco dictum est, per quem omnia. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si omnia vtique per ipsum inter omnia. Adde quod tertio loco dictum est, qui multos filios in gloriam adduxerat. Vnus etos filios in gloriam adduxerat. Vnus est nim & solus ipse Dei filius erat, sed noluit solus remanere, immò voluit multos fratres habere, quos & ante omnia secula sibi conformes facere, id est, in gloriam filiorum Dei adducere prædestinauerat. Adde quod illum optimè decebat, quia cùm perissent in Adam tot filij Dei, fratres sui, ipse author salutis eorum per passionem consummatus est. Quanta dilectione digna sunt hæc? Nimirum propter hæc non diligere illum, nimiæ ingratitudinis est, summa

Iob. 16.

Matth. 16. 25.

Iob. 40.

Duplex leo facies aquilæ, post extremũ iudicium.

Matth. 13.

Visio diuinæ claritatis enarrari nõ potest.

Visio illa hic ignis est illic caminus erit.

Esa. 31.

1. Cor. 13.

Hebr. 2.

Propter quẽ omnia

Per quem omnia.

Qui multos filios in gloriã ad duxerat.

Rom. 8.

Tit. 1.

Autor salutis eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leui.6. Qualis sta tus beatorũ Psal.83.

est,sũma nequitia est.Quasi lignahęc sunt, subiecta semperq; subijcienda in altari,ad nutriendũ sanctæ huius dilectionis seu iustiamoris ignem, sicut in sancta & mystica lege scriptum est. Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciens mane ligna per singulos dies & impositio holocausto desuper,adolebit adipes pacificorum.Ignis est iste perpetuus,qui nunquã deficiet in altari. Et nunc quidem in Sion id est,in præsentia Ecclesia(sicut iam dictũ est)dilectio hęc siue amor iste ignis est,sed nondum tantus, vt caminus iure dici possit.Caminus illic erit, vbi præ magnitudine amoris & torrente voluptatis illi beatæ Hierusalem,scilicet,sanctorum atque electorum omnium vniuersitati, nihil aliud quàm Deum cogitare aut respicere vacabit. Holocausta super hũc ignem,& adipes pacificorum,laudes & gratiarum actiones erunt, àquibus nunquam cessare poterunt. Nam beati, qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te, Amen.

Expliciunt libri reuerendi domini Abbatis Tuitiensis,pię memoriæ Roberti siue Ruperti, de Gloria & Honore filij hominis,libri equidem ab optimis quibusq; iamdiu desiderati, & à nemine non studiosissimè euoluendi.

HYMNVS SIVE ORATIO RVPERTI AD SANCTVM SPIRITVM, CVIVS MENTIONEM FACIT

libro duodecimo. Qui decantari potest sic, vt & Hymnus ille: Veni creator spiritus, &c.

Deus meus & Dominus,
Tu es ô sancte spiritus,
Arma mea. scutum meum,
Veni in adiutorium
Tu patris indulgentia,
Tu vera Christi charitas
Ex te fuit consilium
Salutationis hominum.
Traxisti de cælo Deum,
In vterum fœmineum.
Tu es amor, per quem Deo
Coniuncta est nostra caro.
Fecisti domum corporis
In matre filio dei,
Septem columnis editam
Per septiformem gratiam.
Virga Iesse flos ortus est
Super quem requiescet.
Cum tuis septem oculis
Vnus lapis apparuit.
Tot cornibus, tot oculis
Præmuniens agnum Dei.
Opponis hunc in prælio
Vrso,leoni,colubro.
Et sicut mori voluit,
Nos quoque, doces commorĩ.
Dum vivos aqua sepelis,
O artifex mirabilis,
Pro sepultura triduo
Et trinarei mersio,

Vt mortuus obruitur,
Vt resurgens egreditur,
O Deus,nostris auribus
Audiuimus patres nostri
Opus,quod operatus es,
Annunciauerunt nobis,
Dum processisti igneis
In linguis à throno Dei.
Vt terra cælum fieret,
Vt dij essent homines,
Tonant ergo miraculis,
Verbis pluunt cæli noui.
Quam terra bibens pluuiam,
Nouam concepit gratiam
Inde per orbem geniti
Adoptionis, filij.
Abba pater in te Deo
Clamamus sancte spiritus.
Magnæ sunt istæ domine
Tuæ misericordiæ
Quem spem meam vesicium,
Vt inuocem nomen tuum.
O fidei signaculum,
Aduocate fidelium,
Lux ignis & fons luminis,
Audi vocantem & veni,
Vides vim mei frigoris,
Scis glaciem mei cordis,
Sed aspira paraclete,
Si flaueris fluent aquæ,

Mel optimum, vinum bonum,
Hoc vile reple vasculum,
Et erit vas in gloria,
Quanquam testa sit lutea
Ignis Dei quo angelus.
Et qui homo est & Deus.
Stans iuxta aram, aureum
Repleuerat thuribulum.
Purifica preces meas,
Incensa mea concrema,
Vt ascendat ante Deum
Fumans odor aromatum,
Da oculos vt videam
In maxilla leuiathan.
Foramen armillæ Dei.
Maria per quod exijt.
Dux bone præbe validum
Compunctionis gaudium,
Quo castra pœnitentium
Regno Dei vim faciunt,
Te duce patris facies
Et filij videnda est.
Et tu ab illis profluus
Fons vitæ pacis fluuius,
Et nunc tibi pio Deo
Et pio sit laus Domino.
Et gratiarum actio,
Cum patre & cum filio.

AMEN.

EPISTOLA

EPISTOLA HVIVS OPERIS COMMENDATORIA.

Matth.13. Addo negotijs. Prou. 24.

DOmino & amico suo Ruperto, Venerabili abbati, frater Meingoh salutem & seruitium bonæ voluntatis. Perfecto libro tuo de gloria & honore filij hominis, refectus sum & delectatus sicuti in omnibus diuitijs, beatificans negotiatorem illum Euangelicum, quærentẽ bonas margaritas, qui inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua,& comparauit illam,& qui abiectis huius seculi gustat & videt quàm suauis est Dñs.Ego verò distractus solicitudinib. & curis grauiter prementibus, neglecto bonæ mentis exercitio, vrticas solũ & spinas pario.Per agrum(inquit sapiens Salomon)hominis pigri trãsiui, & per vineã viri stulti,& eccè totũ repleuerant vrticæ, operuerunt superficiẽ eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat.Quod cũ vidissem,posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.Parum(inq;)dormies,modicum dormitabis,pauxillũ manus conseres vt quiescas,& veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicitas,quasi vir armatus. Egestat em & mẽdicitatẽ suppleat miseratus, qui cũ diues esset,egenus factus est propter nos.Ora pro nobis pater.De penultimo lib. super quo requisisti nostrę paruitatis iudiciũ, hoc intelligo,q; angelus Tobiæ respondit: Sacramentum regis abscõdere,bonũ est: opere aũt revelare & cõfiteri,honorificũ est. Deus cùm sit veritas, de seipso magna & fortia pronunciauit sine arrogantia. Ita qui de donis Dei, nõ in semetipso,sed in Dño gloriatur, sumpta honesta & necessaria occasione,laudabiliter Deũ magnificat Sic Paulus Apost.gloriatus in infirmitatib.suis, supergloriatur de reuelationibus & visionibus Dei,ad honorẽ veritatis veritatem dicens: & postquã se pronunciat raptum in tertiũ cælum,& in paradyso audisse arcana verba, quæ non licet homini loqui.Insipiens (inquit) factus sum,vos me coegistis. Coegit vos,adiurauit vos tanta & tam gloriosa persona per nomen Domini,quod faceret bonũ signum, bona campana sic pulsata,nisi sonare laudem Dei: Bone pater,tuis orationib. sanctiq; tui conuentus cõmendata sit Ecclesia nostra, vt Dominus det nobis pastorem in beneplacito suo, vt in Domino idem sentiant omnes,& non sint in nobis schismata. Vale.

2.Cor.8. Iudiciũ sũ per lib. 12. de reuelationibus. Tob. 12. 2.Cor.12.

1.Cor.1.

BREVIS DESCRIPTIO VITAE RVPERTI IN EODEM VOLVMINE.

HAste dominus Rupertus à puerulo sicut tunc mos erat, apud nos in monasterio Sancti Laurentij propè Leodium oblatus fuit & nutritus, ac elementis literarũ primitus imbutus.Qui sicut ætate,sic virtutibus germinauit feliciter. Erant tunc in eodem monasterio viri scientia, & virtutibus,ac fama præclari.Qui in ciuitate & diœcesi Leodiensi fulgebant sicut luminaria in firmamento cæli. In illis temporibus spectabiliorerat benè literatus,quã benè nummatus.Factus verò Presbyter,accessit ad cor altum,& excubans matutinis oratio nibus, vn de fruebatur sæpenumero illustratione diuina,& aperuit ei sapientia Dei sensum, vt intelligeret scripturas, & tractaret de illis summa facultate,summa vtilitate.De ipso etiam sic scribit dominus Abbas Sancti Trudonis in Chronica sua: Dominus Fredericus Archiepiscopus Colonien sis, Rodolphum Abbatem Sancti Trudonis secum Coloniã duxit propter metum Imperatoris,& commẽdauit eum Ruperto Abbati Sanctæ Mariæ, Sanctiq; Heriberti vltra Rhenum Tuitij. Iste Rupertus Leodij nutritus fuit in cœnobio Sancti Laurentij.Quem propter præclaram nominis eius famam in sanctarum scripturarũ scientia Archiepiscopus sibi assumpserat,& Abbatẽ prædicti loci constituerat. Huius viri multa & præclara extant librorũ volumina, quæ de diuina pagina exarata, reliquit in Ecclesia. Cuius corpus viuentis nec somno poterat requiescere in diuinæ legis meditatione. Hæc ille sibi.

Obijt Anno Domini. M. C. XXVIII.

At in lapide tumuli eius inscriptum habetur, Anno Domini M. C. XXXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS EPISTOLA AD SEDIS APOSTOLICAE PRAESVLEM ROMANVM PONTIFICEM.

ANte faciem tuam ô princeps, beatiſſ. Petre, teſtis Chriſti ac præcentor Chriſtianæ fidei, ſimulque ante faciem vicarij tui Papæ, viam latã inuenire, & ſpatiũ habere, noſtra paruitas depoſcit: Dicit autem quidam de principibus ſapientiſſimis: Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpaciũ eius facit. Ne igitur vacuus veniré, donum præſentaui, quale manus mea reperire potuit: & vtinam donum perfectum, ſiue datũ optimum, vt dicas, hoc deſurſum eſt, deſcendẽs à patre luminum. Eſt enim hoc donum non ex corruptibilibus auro & argento, quibus maximè delectantur principes ſeculi, ſed eſt opus ex gratia Dei, qua ſola delectati ſunt & delectantur principes ſancti: quibus ipſe Rex Regum & Dominus dominantium principatum dedit æternum in regno ſuo cæleſti, haberéque amabilem hunc in fronte titulum: De glorificatione trinitatis & proceſsione Spiritus Sancti. Fortè dicit aliquis. Sufficiunt iam principib. noſtris dona ſiue donaria huiuſmodi. Meminiſſe debes, quia cùm fieret tabernaculum Domini, & inſtanter quotidie mane vota populus offerret, artifices venire compulſi, dixerunt Moyſi: Plus offert populus quàm neceſſarium eſt. Iuſsit ergo Moyſes præconis voce cantare: Nec vir nec mulier quicquã offerat in operè ſanctuarij. Sicq; ceſſatũ eſt à munerib. offerendis, eò quòd oblata ſufficerent & ſuperabundarent. Ad hæc, inquam: Equidem memini, ſed quorſum iſtud? Hoccine intendis, vt quoniam tabernaculum illud manufactum ſecundum exemplar fiebat tabernaculi non manufacti ſiue cæleſtis, quod in monte monſtratum eſt Moyſi, nos quoque ſecundum exemplũ illius prohibitionis debeamus prohiberi, & ceſſari à muneribus offerendis in opere ſanctuarij cæleſtis, ceſſare ab exercitio gratiarum ſiue chariſmatum, quæ Spiritus Sanctus, prout vult, diſtribuit ſingulis, ſcilicet, à ſermone ſapientiæ, à ſermone ſcientiæ, à generibus linguarum, ab interpretatione ſermonum, quoniam ante nos alij ſatis ſapienter, ſatisque ſcienter locuti ſunt & abundanter ſermones Dei interpretati ſunt? Nunquid quia illic voce præconis cantatum eſt, vt nec vir nec mulier quicquam offerret in opere ſanctuarij, nos quoque quaſi per allegoriam includere vis, vt iam in operè ſanctuarij cæleſtis, nullum offeramus donũ de diuitijs ſalutis, de theſauro ſermonis Domini. Noli quæſo, noli eſſe allegoricus nimis. Meminiſſe debes & tu, quid ſancti patres ante nos ſenſerint de illa ſtropha ſimplicis Iacob: Tollés (ait ſcriptura) Iacob virgas populeas virides & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas, detractisquè corticibus in his quæ ſpoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quæ integra erant viridia permanſerunt, atque in hunc modum color effectus eſt varius. Denique iuxta myſticum illud exemplum, non paſsim vbique, ſed in pleriſque locis corticem literæ detrahimus, & candorem allegoriæ tenemus, in nonnullis allegoriam non quærentes, moralem ſenſum in viriditate literæ retinemus. Exempli gratia: Ignis (ait Dominus) in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, ſubijciens manè ligna per ſingulos dies & impoſito deſuper holocauſto, adolebit adipes pacificorum. Ignis iſte eſt perpetuus, qui nunquam deficiet de altari. Quid valeret in iſto præcepto literæ cortex? Cortice ergo detrahimus, & allegoricæ intelligẽtiæ ſpiritum tenemus, dum altare Dei cor noſtrum, & in hoc ignem qui ſemper debet ardere, charitatis flammam intelligimus. Fateor tibi magne ſacerdos, quia præſens opus, & quæcunque hactenus ſimili ſtudio peregi, ſic affero, ſic æſtimo vel æſtimare cupio, tanquam ligna, quibus nutriri poſsit ignis charitatis ſiue amoris in altare Domini, in corde cuiuſpiam legentis ſiue audientis, & legendo ſiue audiendo cupientis proficere in dilectione

Prou. 18. *Iaco. 1.* *Apoc. 5.* *Obiectio.* *Exod. 3. 6.* *Exod. 25.* *1. Cor. 12.* *Reſponſio.* *Gen. 30.* *Myſteriũ in virgis Iacob.* *Luit. 6.* *Luit. 6.* *Humilitas auctoris.*

dilectione nominis Domini. Neque enim donum hoc quo (vt præſcripſi) viã ſiue ſpatium ante principes mihi cupio parari, tanti æſtimo quanti eſt aurum, & argentum & præcioſi lapides, quanti hyacinthus & purpura, coccusque bis tinctus & byſſus, quæ ſpiritualiter in conſtructione ſpiritualis tabernaculi offeruntur. Benè nobiſcum agitur, ſi hæc ſcripta noſtra ſaltem pretium lignorum habere iudicentur, quib. iam dictus ignis in altari Domini, in corde cuiuſpiam puſillí efficaciter nutriatur. Porrò in eo quod iuſſit Moyſes præconis voce cantari: nec vir nec mulier quicquam vltra offerat in opere ſanctuarij, ſicut & in multis alijs pmaneat ſenſus literalis: quomodo partib. virgarũ, cortex viridis, quia nõ ſicut illic ceſſatũ eſt à ſpiritalibus offerendis. Non benè videntiũ imò inuidentiũ eſt, tali ſimilitudine vti, vt dicant: ſicut tũc offerebat populus plus q̃ neceſſariũ fuit, ita nũc plures ſcribũtur libri, quã neceſſariũ ſit, ſemper licuit ſem perq́; licebit vnicuiq; dicere, ſalua fide, quod ſentit: nolentẽ autẽ noſtra, nemo compellit. Vellem, quoniam lex præcipit Domini? tibi ſummo ſacerdoti probata vel accepta eſſe hæc fidelis animæ oblata, vt verè primitias dignè in opus Domini ſuſcipiendas. Vbinam hoc præcipit myſtica lex Domini? In conſtructione tabernaculi ſupra memorati, in verbis iſtis: Loquere filijs Iſrael vt tollãt mihi primitias, ab omni homine, qui offert vltronius, accipietis eas. Et quis eſt ille omnis homo primitias offerens vltroneus, niſi is in quo fides, quæ prima virtus eſt, per dilectionẽ operatur? Nimirum rectè dicitur ille vltroneus. Eſt enim hilaris dator quẽ diligit Deus, & proinde ſiue parum offerat ſiue multum, dignè oblationes eius primitiæ dicuntur & ſunt. Quapropter & iſtud eſt notãdum, quia oblationes, quæ ſecundum pretium ſui viliores ſunt, non vltimo loco ex ore Domini nominatæ ſunt, ſcilicet pili caprarum & rubricatæ pellis arietum, ſed loco ferè medio cunctarũ oblationum: ita vt prima poſita videas aurum, argentum & æs, hyacinthum & purpurã coccumq́; bis tinctũ, byſſum: nouiſſima autẽ aromata in vnguentum & thymiamata boni odoris, lapides onychinos, gemmas ad ornandũ Ephod ac rationale: & medio (ſicut iam dictum eſt) loco pelles caprarũ, & pedes arietũ rubricatas. Nónne per hunc quoque ordinem vtiliter commonemur, quia quæ parua hominibus videntur interdum pro bona voluntate offerentis Deo magis accepta habentur, & inter primitias ab eo computantur. Accipias ergo à me homine vltroneo primitias iſtas quas obtuli, in primis præſens opus IX. diſtinctum libellis, de Glorificatione Trinitatis, & proceſſione ſpiritus ſancti. Sunt alia quæ nunc vſque præſentare non potui, opus quoddam XIII. librorum de victoria verbi Dei. Itemque opus de Gloria & honore filij hominis, in totidem libellis. In XII. prophetas. XXX. libri. In Apocalypſim libri XII. In Euangelium Ioannis libri XIIII. De S. trinitate & operibus eius, libri XLIII. In Samuelem & Dauid libri XV. In honorẽ beatæ Mariæ virginis ſuper Cantica lib. VII. Scripſerã & ante hæc omnia opuſculũ de Sacramentis ſiue officijs diuinis per circulum anni, diſtinctum libellis ſiue tomis. XII. Hoc donum, Sicut initio memini ex Salomone dicente, donum hominis dilatat viam eius & ante principes ſpacium ei facit. Hoc, inquam, donum quis prohibere debet, ne huius hominis viã dilatet, & ante principes ſpacium eius faciat, præſertim clamante deſuper auctoritate diuina. Abomni homine, qui offert vltroneus, accipietis primitias? Hominem quippe me eſſe vltroneum, veraci ſententia profiteor, quia non conductus mercede hominis, ſed ſola delectatus dulcedine verbi diuini, circa hoc donum laboraui, offerendum in opus tabernaculi Domini: & ea cauſa hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam, quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei in voce exultationis & confeſſionis.

Exod. 36. *Romanorũ Pontifex ſummus ſacerdos.* *Exod. 22.* *Homo vltroneus.* *Galat. 5.* *2. Cor. 9.* *Exod. 25.* *Catalogus operum Rupertí.* *Prou. 18.* *Exod. 32.* *Rupertus homo vltroneus.* *Pſal. 41.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LECTOREM.

ACCIPE HIC LECTOR

CANDIDISSIME COMPENDIOSVM INDICEM BREVEMQVE SVMMAM OMNIVM FERME EOrum, quæ digniora nobis notatu visa sunt. Quæ vt studiosissimo cuique quantocyus offerrentur, diuisimus vnamquãq; paginam in quatuor partes, designatas per has quatuor literas, A, B, C, D. ita vt A folij principium: B, inferiorẽ partem, C, principium superius: D, finem paginæ demonstret. Fruere igitur hoc nostro labore, multoq; magis subsequẽtibus ipsius Ruperti libris, sacro paracleti munere nobis omnibus diuinitus dedicatis.

A

Adicatio templi manufacti per fumum designata. 97.a
Abraham quomodo typum gesit Dei patris. 51.b
Abrahæ fidẽ Iudæi non capiebant, ideò data est eis lex. 82.d
Adam vir non beatus, abijt in consilio impiorum &c. 66.d
Adam per deum tres virtutes infusas, perdidit similitudinem Dei 71.b
Aedificare solitudines sibi, quid est. 82.a
A fructu frumenti, vini & olei, duplex expositio. 69.d
Alæ sex in duobus seraphin quid designant. 107.a
Alphabeti Hebraici. 22. literæ & earum interpretatio.
Aman superbissimus assimulatur diabolo. 78.a
Amicus noster singularis, Christus est. 90.c
Angelorum nouem chori, qui dicuntur Ordo cæli. 1.d
Angelis apostatis propter eorum superbiam non datur spiritus sanctus in remissionem peccatorum. 25.d
Angeli administrabũt vsque ad extremum iudicium, non postea. 28.b
Angelorum qui perstiterunt, remuneratio. 31.a
Angelos Deus creauit & magnificauit sed non iustificauit. 33.d
Animæ impregnatio in baptismo. 35.b
Animus hominis quando amicus, & quando desertor est. 27.c
Anni hominis, 120. quia tot vixit Moyses. 1.c
Antequam fierent ibi eram. 45.a
Antiquis patribus maior fuit flendi causa quàm nobis. 104.a
Anulus Ruperti tres libri de sacramentis. 87.a
Apocalypsis tot habet sacramenta quot verba. 1.a
Apostoli accepto spiritu sancto primum ex Dauid sumpserunt testimonia. 30.a
Apostolorum cor & os ante spiritus sancti missionem angustum fuit. 66.a
Apostolis bis datus est spiritus sanctus, scilicet, in remissionem peccatorum, & diuisiones gratiarum. 68.b
Aquarum decursus in primo psalmo sunt gratiarum diuisiones. 69.b
Aqua spiritus sanctus, aquæ diuisiones gratiarũ. 67.a
Assimulatus Deus in manu prophetarum. 106.a
Assimilatio trinitatis in Assuero, Mardochæo, & Hester. 84.a
Auferre de spiritu Moysi & dare septuaginta senioribus quid fuit. 90.b
Aurum opus decoris tui, quomodo intelligitur. 60.c
Aurum in templo quod est corpus Christi, sunt charismata spiritus sancti. 29.a
Auxilium trinitatis in arcu & gladio per tres Machabæos. 107.a

B.

Babylon nobis est vniuersus mundus, in quo peregrinamur. 87.b
Babylonem in idololatria diu imitata est Roma. 87.c
Babylonicum regnum leænæ assimilatum. 88.d
Benedictio Dei terna ad filios Noe. 43.d
Benedictionem Isaac, id est Christi, accipiunt simplices & fideles sicut Iacob. 52.b
Benedictio filiorum Israel sub nomine trinitatis, sed obscurè. 55.a
Benedictio trina in dedicatione templi Salomonis. 102.d
Bestiæ malæ quæ auferentur sunt maligni spiritus. 32.a
Blasphemia & spiritus blasphemiæ quomodo differunt. 104.c

C.

Caput Christi Deus. Et tecum principium quomodo intelligi debet. 5.a
Caput idololatriæ dici potest statua regis Nabuchodonosor. 89.a
Charismata nouem apud Apostolum, nouem ordinibus angelorum assimilantur. 34.a
Charitas cur sæpius exprimitur in veteri test. amẽto quã fides & spes. 83.c
Charitas est vera & perfecta gratiarum actio. 89.a
Christus cur potius principium quàm filium aut Christũ se esse dixit. 6.d
Christus est nomen multis communicabile. 7.a
Christus filius Dei verè Deus, quia ex Deo processit. 12.b
Christus non sine spiritu sancto, stat ad ostium & pulsat. 20.b
Christus Dei sapientia adiuuit spiritum domini vt consiliarius. 40.c
Christus factus est quasi Adã, vt Adam fieret verè quasi vnus ex nobis. 41.c
Christo fuerunt duæ voluntates & operationes. 53.b
Christus quomodo surrexit propheta sicut Moyses. 54.a
Christus habuit in se omnem plenitudinem & omnia dona spiritus sancti. 63.
Christus vt homo, filius primogenitus, excelsus præregibus ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gibus terræ. 65.a
Christus moriendo postulauit à patre hæreditatem. 67.c.
Christus vt verè pontifex, signauit super nos lumen vultus Domini. 69.a
Christus est ille Iacob & Israël, propter quem Cyrus suscitatus fuit. 90.d
Christus multifariam exauditus est in sanctis suis clamantibus. 91.c
Christus filius hominis, omnium rerum Dominus. 99.b
Christi incarnatio nobis ineffabilis. 100.a
Christus anno ætatis vicesimo apparuit exornatus. 101.d
Christus ipse est pontifex, hostiaque simul & templum. 102.c
Cingulum tradidit Chananæo mulier illa fortis. 78.d
Ciuitas gloriosa, cœlestis Hierusalem, mater nostra. 26.c
Cognitio per speculum in ænigmate nobis ad salutem necessaria. 83.a
Cognosco nunc ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. 84.b
Cognoscetis quod non frustra fecerim omnia quæ feci. 96.c
Coluber tortuosus bis eiectus, adhuc tertio ejciendus est. 31.a
Coluber sine requie circuit terram. 33.a
Columba in holocaustum oblata, typus Christi. 102.b
Complere opus suum & requiescere ab omni opere, quomodo differunt. 80.c
Concentus cælorum quid est. 32.a
Concepti non viderunt lucem sancti patres ante diluuium. 43.c
Confessio mirabilis magorum de digito Dei, & Nabuchodonosor de filio Dei. 54.b
Confidit in ea cor viri sui, quomodo intelligitur. 77.c
Confitemini memoriæ sanctitatis eius. 106.a
Consilium Dei altum in eo quod mortem homini peccanti intulit. 40.
Consilium diuinum de redimendo homine peccatore per Christum. 100.c
Contemplantibus debentur sumptus ex domibus regum. 57.d
Conuiuij illius cum risu familiariter celebrati mysterium. 48.d
Cyri regis Persarum spiritum suscitauit Dominus pro templo Hierusalem. 89.b
Cyrus propheticè prænominatus ab Esaia miro testimonio. ibid.d

D.

Dauid intus & foris tribulatus, quod contristasset spiritum sanctum. 24.d
Dauid cur plures habuit vxores. 26.d
Dauid manifestius de trinitate loquutus est quã Moses. 64.d
Dauid magnum continet thesaurum testimoniorum spiritus sancti de Christo. 66.b
Deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. 40.d
Desiderium sanctorum patrum super Christo nascituro. 52.a
Deus aliter erat cum Christo quàm cum Mose aut Iosue. 6.a
Deus à nobis laudandus est, quantũ possumus, quia maior omni laude. 25.b
Deus rectè amator dicitur, eius sponsa ecclesia, Sion facta. 27.a
Deus cur non Adam peccantem, sed terram in opere eius maledixit. 44.b
Deus in hac vita perfectè cognosci à nullo potest. 59.c
Deum time & mandata eius serua. Hoc est omnis homo. 81.d
Deus maximè fidelis in verbis & promissis suis. 83.b
Deuorare populos in ore gladij, aliter licuit veteribus, aliter Christianis. 59.b
Diabolus per superbiam repulit amatorem suum deũ, ideo iustè derelinquitur. 29.b
Diabolus non statim vt conditus est, cecidit. Ibid.c
Diabolus cur ponebatur in monte Dei, cum sciret Deus eum casurum. Ibid.c
Diabolus habet plagam mortis, quæ sanata est. 30.b
Diaboli qui ceciderunt, nunquam fuerunt inter Cherubim & Seraphim. 38.d
Dies sex primi cur dicuntur Dies. 80.a
Dies septimus natura primus est. ibid.b
Dilectionis operatio tertia, cõtra idololatriam est zelus. 58.d
Domine apud te est fons vitæ, quomodo intelligitur. 15.b
Domus Dei infestatur pluuijs sophistarum ac fluminibus hæreticorum. 37.b
Domus Dei à Salomone ædificata, typus corporis Christi. 97.a
Domus Dei quod est corpus Christi, quomodo in vtero Mariæ ædificata est. 99.d
Domus ædificata lapidibus dedolatis atque perfectis. 101.b
Domus Dei, quæ est corpus Christi, exornata auro purissimo. 101.d
Dormire in contemplationibus quale est. 57.d

E.

Ecclesia non de Christo, sicut Eua & Adam sed propter Christum & per Christum facta est. 6.c
Ecclesia per fidem est illa mulier fortis, de qua in Prouerbijs. 76.d
Ecclesia est illa sponsa de qua in Canticis. 82.b
Ecclesia in perse quutionibus creuit. 95.c
Edom populus execrabilis, filijs Israel contrarius, & insultans. 91.a
Ego & pater vnum sumus, altius dictum, quàm ego sum Christus. 7.b
Ego hodie genui te. In Deo enim nõ est heri aut cras, sed semper hodie. 64.d
Egressus Noe cum tribus filijs trina benedictione. 96.b
Egressus Danielis cum tribus socijs, tribus gratiæ incrementis. ibidem.
Esau Iudaicum populum, Iacob gentes præfiguravit. 52.b

F.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. 37.c
Fides fecit hominem rectè mœrentem. 20.a
Fidei excellentia homines ad principatus angelorum sublimat. 34.c
Fides est præparatio ad gratiam, estq; donum spiritus Dei 42.a
Fides, omnium charismatum optimum est. 53.b
Fides requirit animam moralibus virtutibus præornatam. 72.d
Fides est illa mulier fortis, de qua in fine Proue. 76.d
Fidem habenti vt Abrahæ, secreta sua pandit deus 77.d
Fides quomodo cingulum tradit Chananæo. 78.d
Fides quid operatur per spem & charitatem. 82.d
Fides Abrahæ non indigebat lege. 83.d
Fides vera & viua nunquam sine charitate est. 84.c
Fide coniunguntur electi Deo sicut mulier viro suo. 107.d
Filij dei de stirpe Seth, filiæ hominum de stirpe Cain. 43.b
Filius dei ad patrem est sicut mens hominis architecti ad animam suam. 59.d
Filiorum sapientiæ, & stultitiæ, diuersi & contrarij fines. 75.d
Flumina de ventre credentis fluentia, sunt non ipse spiritus, sed eius doctrina 17.a
Fodere in alium, est quærere fundamentum ex scriptura. 37.b
Fons vitæ apud dominum, dominus est pater, fons, filius: vita spiritus sanctus. 15.b
Fons patens in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Ibid.d
Fons patens domui Dauid. 16.a
Fortitudo Iudicum regumq; ac prophetarum, pro deo contra idola. 59.a
Fructus & effectus consolationis paracleti in rectè lugemibus. 21.a
Funiculus triplex difficilè rumpitur. 71.d

G.

Gemitus rectè lugentium in hoc seculo, magni quidem sed dulces. 23.a
Gementium sic vocem audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Ibid.
Gemitus inenarrabiles, quibus spiritus postulat pro nobis. Ibid.
Gentium diuisio in septuaginta duas linguas, secũdum 72. filios Israel. 36.c
Gradus in trinitate nulli sunt, sed omnia ibi coæqualia. 32.c
Græcorum error de processione spiritus sancti. 12.d
Græcorum argumentatio ac data à Ruperto solutio 13.c
Græci, id est, gentiles, sapientiam quæsierunt & inuenerunt. 75.b
Gratiarum diuisiones tot sunt, quot ordines angelorum. 34.a
Gratia sanitatum quomodo differt ab operatione virtutum. 41.a
Gratias deo agens, debet respicere beneficia Christi 90.d
Gratiarum actio quid est? 91.b

H.

Hæresis, mulier stulta & clamosa, reddens malum & non bonum. 78.a
Hæretici Charismatum donis abutuntur in superbia. 19.c
Hæretici mutant causam filiorum pauperis, id est, Christi. Ibid.
Hæreticorum Cantus discors, contra ecclesiæ concentum. 32.c
Hæretici contrariæ scientiæ turrim, sicut gigantes extruunt. 47.a
Hæretici ponunt os in cœlum & lingua eorum transit in terra. Ibid.
Hæretici Pharaoni & magis eius similes. 31.d
Hæretici peccant in spiritum sanctum, quia errant per superbiam, non per ignorantiam. 64.b
Hæretici lædunt animas suas & diligunt mortẽ. 74.d
Hæreticorum improbitas, qua nos interrogant. 5.c
Hæretici scienter & per inuidiam resistunt veritati. 104.c
Hæreticis nõ est pars in dedicatione domus Dei. 106.a
Hierusalem multum differt ab Apostatrice synagoga. 95.b
Holocau. medullata combustio vitiorum. 104.a
Homo diuino spiritu afflatus, tacere non potest, etiam si velit. 21.d
Hominis interioris vterus, multos habet circuitus & capacitates. 22.c
Homo sic afflatus spiritu sancto vtrum simpliciter possit deleri ab eo. 24.a
Humana plura & maiora in operibus Dei abscondita sunt quàm visa. 25.b
Homo cur positus fuit in paradysum, cum sciret Deus eum peccaturum. 29.c
Homines pro diuersa meritorum qualitate in diuersos angelorum ordines recipiendi. 33.c
Homo maximus debitor Dei ac gratiarum actionum. 34.d
Homines & angeli propter vnum Christum creati sunt. 35.d
Homines non prædestinati sunt sicut situla aquæ & pulus terræ. 36.a
Homo multis miserijs repletus est, vt vexatio det intellectum. 45.d
Homo quomodo nihil amplius habet iumentis. 85.c
Hostis multo nequior qui excommunicatis communicat, quàm is qui foris est. 101.c

I.

Iacob, id est, supplantator spiritum sancti præfigurauit. 51.c
Ignis spiritus sancti non cõburens sed illuminans. 22.b
Ignis sine diminutione sui, multiplicatur, sicut & gratia spiritus sancti. 61.a
Illapsus spiritus S. auro grauior, melle dulcior. 22.c
Incarnationis sacramentum angelis ab initio abscondi-tum. 38.b
Initium sapientiæ timor domini. 58.b
Insufflando dans spiritum sanctum, Christus duo dedit intelligi. 12.d
Interpretibus 70. Apostoli & Euangelistæ pro necessitate temporis vsi sunt. 57.a
Ioannes Baptista non fuit sicut Moses, insignis & portentis. 54.a
Iosue quo accepit partẽ gloriæ Mosi in miraculis. 29.b
Ironiæ quædam in scripturis grauissimæ. 70.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ironia hæc, Ecce Adam quasi vnus ex nobis, per Christum in serium conuersa est. 41.c
Isaac, typus Christi, qui risus & gaudium est omnium beatorum. 48.d
Isaac, qui risus interpretatur, Christi figura fuit in multis. 51.c
Iudæus gloriã sanctæ trinitatis cõtemplari refugit. 2.d
Iudæis liber & sermo de trinitate signatus & clausus. 56.a
Iudæi inexcusabiles sunt, quia non credunt in agnum qui librum aperuit. 56.d
Iudæorum murmura tentationesq; non ante puniuit Deus quàm de spiritu Mosi dedit. 63.a
Iudæorum plagæ interitusq; diuersi post acceptum munus spiritus. Ibid.c
Iudæorum peccata in filium minus punitæ sunt quàm quæ in spiritum sanctum. Ibidem.d
Iudæi quærebant & emebant mendacium contra resurrectionem Christi. 68.d
Iudæis non oritur sol, & stellæ clauduntur quasi sub signaculo. 71.b
Iudæi derisores sunt, de quibus dicitur. Noli arguere derisorem. 74.b
Iudæis duplex pœna, vna, in hac seculo, alia in futuro. 107.a
Iudæi captiui recordabantur Sion propter nasciturum in ea Christum. 86.b
Iudæorum contritio & conculcatio sub Tito & Vespasiano. 94.b
Iudæi si post datum apostolis spiritum sanctum credidissent, potuissent excusari. 95.a
Iudæis agnus in leonem, columba in ignem versa est, post mortem Christi. 104.d
Iudæis nec hostia nec locus immolãdi relinq̃tur. 105.a
Iudaicus populus parens nascituri Christi custodiebatur, ne periret. 86.a
Iustitia nostra fides est, iustus enim ex fide viuit. 75.c
Iustitia & pax osculatæ sunt. 100.b

L.

Laetitia patris, & filij, spiritus sanctus est. 70.a
Lamuel, id est, in quo Deus, Christus rectè dicitur. 19.b
Lances iudicij duæ, vna misericordiæ, alt. iust. 100.b
Liber ante aduentum Christi sapienter clausus & signatus est. 71.c
Liber prouerbiorum per antitheta iusti & impij ferè totus contextus est. 75.c
Liber Ecclesiastes quid tractat. 76.d
Liber Ecclesiastes certam præbet rationem spei 79.d
Linguarum diuisio cur facta est. 47.b
Linguarum diuisionem consuluit filius Dei, easq; in apostolis per spiritum sanctum iterum vnuit ac conformauit. Ibid.c
Literarum Hebraicarum interpretatio. 78.b
Lugendum nobis in hac vita est. 19.c
Lugentes in hoc seculo magis laudant mortuos quàm viuentes. 20.a
Lugentes hic habent gaudium cordis per consolatonem paracleti. 21.b

M.

Magi non vera faciebant miracula, sed in visu apparentia. 54.c
Manus tuæ fecerunt me, & plasme. 56.d
Manus Christi tornatiles aureæ. 102.a
Maria mater Christi maximam habuit fidem 77.d
Mariæ propriè & excellenter ascribitur Canticum Canticorum. 82.b
Mendacia signa magorum & Antichristi. 54.c
Misericordia & veritas obniauerunt sibi. 101.d
Monotelitarum & Eutychetis error. 53.b
Mons magnus qui impleuit terram Christus est. 38.d
Mortem timent homines mundani, causam mortis non considerantes. 21.b
Mors corporalis ex Dei misericordia homini inflicta est. 39.c
Moses cur potius Bresith, quàm Ben, in capite libri posuit. 5.c
Moses ante Iob, & literas primas, sancti Heber à Deo accepit. 31.c
Mosi intentio in Cant. Deutr. erat commemorare beneficia Dei. 36.b
Mosi cur potius quàm prioribus data est operatio virtutum. 49.d
Moses vir fidelissimus, semen Abrahæ promissum maximè desiderauit. 52.c
Moses operatione virtutum maximus fuit prophetarum. 54.b
Moses Iudæis velamen habet quod per Christum euacuatur. 55.a
Moses librum de trinitate Iudæis clausit & signauit. 56.a
Moses exemplar omnium prælatorum. 60.b
Mosi claritas, in comparatione ad Christum nec excellens nec viua. 62.a
Moses pro domino zelatus est propter vitulum occidens 23. millia. 63.c
Mosi scriptura quasi fons scripturarum. 97.d

N.

Noe cur potius Chanaan quã Cham maledixit. Noe cur potius Chanaan quàm alios filios Cham maledixit. (43.d Ibid.b
Nomen meum Adonai non indicaui eis. 49.c
Nomen domini inuocatum, facit peccatorem resurgere. 71.d
Nunquid Sion dicet, homo & homo natus est in ea. 44.a

O.

Obstetricante manu eius eductus est coluber. 31.d
Octo primates, octo præcipui iudices in Israel, in typum Christi. 61.c
Omnia quæ habet pater, mea sunt, quomodo intelligitur. 62.b
Operatio trinitatis per totum agrum scripturarum expressa. 4.c
Opus Ruperti in duodecim prophetas, velut aurum, exoptatum à legato apostolico. 2.a
Opus Ruperti super primum & secundum librum regum. 64.c
Opus Ruperti in cantica canticorum, septem libris distinctum. 82.b
Oratio Ruperti ad beatam trinitatem. 85.a
Ordinem cœli non nouit homo, nisi deus reuelet ei per spiritum suum. 26.a
Ordinem cœli ponere in terra quid est. 27.c

P.

Paracletus non veniet, nisi ego abiero, duplex expositio. 12.a
Paracletus duplex, alius huius mundi, alius electorum Dei. 18.d
Paracleti visitatio sensibilis quã dulcis sit duobus probatur exemplis. 22.a
Paradysum plantauerat Dominus à principio, id est, die tertio. 98.c
Pater & pater meus differenter à Christo dicitur. 13.d
Paulus rogans contra stimulum carnis an sit exauditus. 23.d
Paulus inter Cherubim, Ioan. Euang. inter Seraphin computatur. 34.c
Paulus sapiens architectus. 81.d
Peccata quæ post datum spiritum sanctum sunt, cur grauius puniuntur. 63.d
Petrus, vnus de Seraphin, quia Apostolorum primus. 107.b
Pharaoc cur tot signis tentatus fuit, cùm sciret Deus cor eius. 29.d
Pœnitet me feciſſe hominem, quomodo intelligitur. 45.c
Postula à me & dabo tibi gentes hæred. tuam. 64.d
Præmium laboris post hanc vitam. 96.c
Præuaricando præuaricari quid est. 94.d
Principiũ in quo deus omnia creauit, filius dei est. 4.d
Principii, per q̃ & propter q̃ omnia, Christus est. 5.b
Principium est nomen magis proprium verbo Dei, quàm filius aut Christus. 6.d
In principio erat verbũ, quomodo intelligi debet. 7.c
Processio spiritus S. tribus modis effecta est. 7.d
Processio spiritus S. res valdè magna. 9.a
Processio Christi duplex, vna ex deo, altera de thalamo. 9.c d
Processio dicitur spiritus sancti non filius: hic non processit, ille procedit. 10.b
Prophetæ etiam regibus dominati sunt, ideò interdominationes computantur. 33.c
Prophetia Enoch contemni non debet. 43.a
Prophetæ iussi sunt librum sanctæ scripturæ claudere & signare. 56.c
Psalmi quatuor primi, quatuor Christi sacramenta continent. 66.b
Psalmus primus propriè soli Christo conuenit. 66.c
Psal. 4. cur nũc singulariter, nũc pluraliter loquitur. 69.c
Psalm. 136. expositio literalis. 86.c
Psal. 29. de dedicatione domus Dauid & de resurrectione Christi. 105.a
Puluis es, & in puluerem reuerteris, misericors sententia. 40.d

Q.

Quatuor bestiæ grandes, quatuor regna præcipua. 88.d
Quatuor iudicia Domini pessima, &c. 93.c
Quarta bestia, id est, Roman. imperium, Iudæos comminuit. 94.a
Quis appendit tribus digitis molem terræ. 39.b

R.

Reges, quibus vinum dari prohibet Lamuel, sunt diuites huius seculi. 19.b
Reges Israel omnes peccauerunt, nullo excepto. 92.d
Requies Domini, plenitudo est beatitudinis. 82.c
Requiescere cum regibus & cõsulibus terræ apud Iob, quid est. 13.a
Resurrect. mortuorũ malè à Saducæis negata. 50.c
Rogabo patrem, quomodo hoc conuenit Christo. 14.b
Ro. ecclesia, latina ecclesiæ columna. 11.b
Romæ Christus Petro exeunti occurrens. 88.a

S.

Sacerdotes non datores, sed ministri sunt benedictionis. 55.a
Saducæi neque animas neque angelos viuere putant. 50.d
Salices erant, non solùm gentes, sed etiam carnales Iudæi. 87.b
Salomon filium patris æterni manifestæ voce expressit. 71.c
Salomonis casus in senectute nobis omnibus formidabilis. 74.b
Salomonis libri boni sunt fructus, qualecunque fuerit ipse lignum. Ibid.c
Sancti nationes iudicabunt, id est, spurcitias earum condemnabunt. 59.b
Sapientia secularis assimulatur meretrici in prouerbijs. 73.a
Sapientia apud Salomonem & verbum apud Ioannem Euangelistam idem sunt. Ibi.b
Sapientia patri coæterna carnẽ suscepit, excidens columnas septem. 74.c
Sapientia mater iustorum, stultitia mater impiorũ. 75.d
Sapientia in qua Deus omnia fecit, nobis dies septimus est. 80.c
Sara, id est, princeps. fidem: Agar, id est, aduena, legẽ præfiguranit. 51.b
Scala Iacob, moraliter intelligi potest & allegoricè. 54.c
Scientia tum humana tum diuina, in patribus ante Abraham. 42.d
Scribere verba legis in limine & ostijs domus tuæ quid est. 57.c
Scripturæ sacræ cur dicuntur scripturæ populorũ. 3.c
Scriptura sacra tota vnus liber est, quia ab vno spiritu dictata. 4.d
Scriptura vet. test. de trinitate clausa est Iudæis & signata. 56.a
Scripturæ sacræ pulchra commendatio ex interpretatione Alphabeti Hebræorum. 78.b
Scrutari scripturas, non est scrutatorem esse maiestatis. 96.c
Seditionum autores tres in Hierusalem sub Tito & Vespasiano. 96.c.
Semita iustitiæ, arta prudentibus huius seculi. 41.a
Septies & septuagesies septies diuersi sunt mysterij. 42.d
Septenarius numerus in bonam & malam partem vniuersitatem significat. 90.d
Septem salutationes Iudæ per ternos viros, ab Abrahã vsque ad Christum. 93.c
Septem columnæ domus Sapientiæ, sunt septem spiritus Domini. 101.a
Septem spiritus Domini per Moysen in septem primis diebus præsignati. Ibi.c
Septem spiritus Domini cur dicuntur septem columnæ. 99.b
Septem spirituum plena requies in Christo. Ibid.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septem spirituũ duplex ordo, alius in Christo alius in nobis. Ibidem.c
Seraphin duo, Apostoli & prophetæ. 107.b
Signatũ est super nos lumen vultus tui domine. 69.a
Similitudo generationis carnalis ad spiritualem & diuinam. 27.b
Similitudo trinitatis in anima, mente & fortitudine hominis. 59.c
Sion ciuitas omnium electorum. 4.a
Sion, præsens ecclesia, Hierusalem, superna ciuitas. Vbi dicitur, cuius ignis in Sion, & caminus eius in Hierusalem. 35.b.
Si quis sitit, veniat ad me, &c. 15.d
Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. 23.b
Si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. 101.a
Sol vanè pro Deo habitus est. 80.d
Solis & lunæ atque stellarum mira potestas. 98.c
Sordes Israel, duo vituli Hieroboam, non emundabuntur. 32.c
Spes quid operatur in homine per fidem & charitatem. 82.d
Spiritus nomen est commune toti trinitati, sed vni personæ appropriatur. 8.c
Spiritus vbi vult spirat. Ergo verè Deus est. 17.c
Spiritus creatus, siue bonus sit siue malus, animæ substantiam non intrat. Ibidem.
Spiritus creatus, non alterius creati, sed solum creatoris spiritus capax est. 18.a
Spiritus eius ornauit cælos. 30.c
Spiritus Domini de foris spirat, etiam in malis, vt in Saul, & Balam. 18.a
Spiritus mendacij æmulator miraculorum in magis. 54.b.
Spiritus timoris domini, ex iudicio dei inter lucem & tenebras cognoscitur. 98.a
Spiritus fortitudinis, ex creatione solis & lunæ agnoscitur. 98.b
Spiritus consilij, in creatione piscium auiumq; & reptilium. 98.b
Spiritus sapientiæ ex requie diei septimi cognoscitur. Ibidem.
Spiritus S. suggestio ad hoc opus scribendum. 2.a
Spiritus, S. in vet. test. dictus est spiritus Domini. 7.d
Spiritus S. ante aduentum Christi non fuit datus in remissionem peccatorum. 8.a
Spiritus sanctus cur virtus altissimi dicitur, sicut filius brachium Domini. 8.c
Spiritus S. non solum à patre, sed etiam à filio procedit 2.a 11.a
Spiritus S. verè Deus, quia à patre procedit. 14.c
Spiritus sanctus vt flumẽ in fonte de filio, & vena fontis, patre. 15.b
Spiritus sanctus de filio procedit substantialiter, sed aliter de prophetis & Apostolis. 16.d
Spiritus sanctus & deforis & intus spirat. 18.a
Spiritus S. quomodo contristatur in nobis. 24.c
Spiritus sanctus dona, differenter antiquis patribus & nobis data sunt. 42.c
Spiritus sanctus in Christo plenissimè secundum omnia dona fuit. 62.d
Spiritus S. cur lumen vultus Domini dicitur. 68.d
Spiritus sanctus in corde alicuius sancti summa lætitia est, sed contristatur peccato. 70.b
Spiritus sanctus formauit corpus Christi in Maria ex sua operatione, non de sua substantia. 100.b
Spiritus sanctus aliter super Christum, aliter super Apostolos descendit. 103.c
Spiritus sanctus aqua viua de petra, de filio quoque procedit. 106.a
Spolia dicuntur eloquia Domini. 77.d
Statera Diuini iudicij in exitu huius vitæ. 100.d
Stephani protomartyris præconia. 107.c
Superbia Gigantum post pœnam & in pœna Adæ 46.c
Suscitare septem pastores super eum, scilicet Christũ, quid est. 62.a
Suscitabo super eum, cur potius dicitur, quàm in eo. Ibidem.b

T.

Tactus dolore cordis intrinsecus, quomodo intelligitur. 45.d
Tecum principium in die virtutis tuæ dupliciter exponitur. 5.b
Templum Christi dedicatum in resurrectione. 103.b
Terra homini è paradyso propulso in pœnam data, stultè ad gloriam quæritur. 79.c
Terra cui non vult misereri Dominus, synagoga est quæ Christum crucifixit. 93.d
Terra Iudæorum inexcusabilis facta est. 95.a
Testimonia Christi contra Arrianos & Macedonianos. 14.c
Thesaurus absconditus in agro, mysterium sanctæ trinitatis. 3.a
Thesaurus iste, non in parte aut in partibus, sed in toto agro absconditus. 4.b
Transferre montes Apostolos, & prophetas quid est. 71.a
Tres pueri quasi ex vno ore laudabunt Deum, sic nos omnes. 88.b
Tres reges Persarũ, Cyrus, Darius, & Artaxerxes pro Iudæis. 89.b c
Tres reges iustos inuenit Dominus in tribu Iuda, in Israel nullum. 92.b
Tres viri, Noe, Daniel, Iob, quibus similes sunt Petrus, Ioannes, Paulus. 94.a
Tria hæc, fides, spes, charitas sæpe in nouo testamẽto, in veteri raro ponuntur. 83.b
Tria hæc reformant hominem ad similitudinem Dei. Ibidem.d
Tria hæc, maior autem horum est charitas. 84.b
Trinitatis mysterium, thesaurus desiderabilis, in agro scripturæ. 3.a
Trinitatis consilium pro hominis reparatione per incarnationem. 41.b
Trinitas veteribus partim in sermone, partim in opere ostensa. 44.a
Trinitatis splendor in verbis Dei, ad Noe. 44.d
Trinitatis figura in tribus nominibus & in tribus angelis. 47.d
Trinitatis testamentum ad Abraham Isaac & Iacob. 48.c Ibi.
Trinitas corona spei nostræ. Trinitas

Trinitas etiam in modo diligendi Deum exprimitur 57.a
Trinitas personarum in vna substantia Dei, ex verbis Dauid. 65.c
Trinitatis nomina, tum absoluta tũ relatiua, clarius in nouo quàm in veteri testamento exprimuntur. 83.b c
Trinitatis grande negotium circa tres pueros in camino. 86.a
Trinitatis auxilium pro Iudæis propter Christũ nasciturum. 89.d
Trinitas in illis tribus regibus aßimulata. 90.a
Trinitatis mira mysteria, in Noe, Daniel & Iob. 95.d
Tristitia implebit cor vestrum quomodo rectè intelligitur. 12.a
Tropica locutio in scripturis sacris frequens. 3.c
Turrim Babel cur extrui voluit Deus. 46.d

V.

Vanitas magna in terrenorum concupiscentia. 77.c d
Vanitas & veritas, sibi inuicem opposita sunt. 80.a
Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius &c. 26.a
Verbum Dei est per quod & propter quod facta sunt omnia. 27.c
Verba cantionum sunt sacra scriptura. 85.d
Vestes Esau valdè bonæ, erant vestes sacerdotales, tam quam primogeniti. 52.a
Vestes Iacob charismata spiritus sancti. Ibidem.
Via prudentiæ lata ijs, quibus Deus per spiritum suum reuelauit. 41.a
Via prudentiæ est in verbo crucis. Ibidem.b
Vinum quod mœrentibus dat Lamuel, est spiritus sanctus. 19.b c
Vino spiritus sancti abutuntur hæretici. 19.d
Visio Esaiæ de Seraphin, ad Christum & Apostolos referenda. 106.d
Visio illa ascensionis Dominicæ gloriam repræsentat. 107.a
Vita actiua, ordine prima dignitate secunda est. 58.b
Vnctio spiritus sancti quædam singularis & ineffabilis, sed in paucis. 18.b
Vnitas per spiritum sanctum in credentibus sectarum, pluralitas in hæreticis. 69.b c
Vox Christi dulcis, vox turturis, vox pietatis. 102.c
Vox exultationis prædicatio est Euangelij. 106.a

Z.

Zelus Domini pro Moyse in Iudæos, postquam de spiritu eius dedit septuaginta viris. 64.a
Zonæ quinque in cælo ex motu solis distinctæ. 98.c

INDICIS FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROLOGVS RVPERTI
AD CVNONEM.

QVID FACIAM O PHILOCHRISTI OMnes auditores benevoli, quia animus meus materiam qualẽcunque sibi obiectam, quamuis supra vires sit, interpretatam siue inoperatam abire non sinit? Eccè cuidam amicorum sponsæ vel sponsi, qualium in Canticis est illa vox, murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento, multum roganti, opusculum tribus ædideram libellis secundum materiam quam ille mihi obiecit, scilicet de sacramentis fidei sub dialogo Christiani & Iudæi, quod videlicet opusculum, pro re vel qualitate suimet Anulum placuit appellari, atque hoc facto, putabam me satis feciſſe illius voluntati bonæ & laudabili. At ille, iuxta quod sapientia dicit: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient, vbi hoc tantillum comedit & bibit, amplius esuriens & sitiens, & quasi irritato mentis palato ex gustu boni saporis, hoc rogare, hoc instanter petere addidit: vt apponerem loqui adhuc contra perfidiam Iudaicam, primum de tribus personis vnius summæ diuinitatis, & demonstrare illi, quamuis inuito, trinitatis gloriam testificatam esse ex lege & Prophetis: quas nimirum scripturas ipse legit & recepit. Deinde cur vel quomodo magis ad personam filij pertinuerit susceptio carnis. Deinde hoc demonstrare quod tempus illud, quo natus est hic Iesus Christus, quem confitemur & scimus Messiam ipsum esse, quem expectabant patres sancti, promissum sibi, à veritate non discrepet, imò valdè concrepat Prophetię, quam Patriarcha Iacob prę loquutus est. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat qui mittendus est. Hæc tria proponens, num paruam aut facilem mihi materiam obiecisse visus est? Imò rem magnam, rem difficilem imposuit, & quanto propinquius huc animus accedit, & postulata facere cupit, tãto pondus esse graiuius sentit, & penè refugit, nisi quod maiora suis viribus iamdudum cum auxilio Dei versare consueuit. Quid igitur faciam? Nimirum hoc expedit & optimum est, vt habens amicum, eam ad illum media nocte, & dicam: Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit ad me de via, & non habeo quod ponam ante illum: animus meus, amicus meus, qui tamen sæpe elongatur à me, ita vt rectè clamẽ, & cor meum dereliquit me. Ergo verum dicere licet, & amicus & desertor ipse est. Amicus nimirum, in eo dũ intus se continet: amicus, dum vocat & ad aliquem sanctorum conuertitur: amicus dum cogitat altius quod Dei filius propter nos virginis filius factus est: amicus dum adhuc altius intuetur mysterium crucis, quod per illam idem Dei filius omnia traxit ad se: amicus dum adhuc certissimè gloriam beatæ Trinitatis cupit videre, quasi per speculum & in ænigmate. Hunc denique suimet processum, & olim in quadã vidit imagine, & nunc rebus aliquantisper experitur. Dum post multa quæ scrutatus est in scripturis eiusdẽ Christi filij Dei testimonia, nunc tandẽ aliquid dulcè vel iucundum de gloria sanctæ Trinitatis & processione Spiritus Sancti effare desiderat. In quo autem desertor idem est? Nimirum desertor in crebra resoluti one, desertor in propositi obliuione, desertor in fenestris per quas non deberet exire, desertor in visu, desertor in auditu, desertor in gustu, desertor in odoratu,

Cant. 1. *Annulus Ruperti, opusculum lib. 3.* *Eccl. 24.* *Argumẽtũ huius operis* *Gen. 49.* *Animus hominis nunc amicus nũc desertor est* *Luc. 11.* *Psal. 39.* *Ioan. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

desertor in tactu, hic talis ecce nunc, vt sæpe fecit, de via redijt ad me. Sed quid dicam? Non habeo (vt iam dixi) quod ponam ante illum, non habeo ex me ser monem bonum siue rectum & benè sonantẽ, quod dignè valeam exequi opus propositum. Restat igitur, vt (sicut iam dixi) eam ad illum verum amicum, ad illum singularem amicum, qui cùm Deus esset, propter nos homo factus est, a- *Luc. 11.*
micus & frater, dicamque ei: Amice, commoda mihi tres panes, amice, da sermo nem qui & cor meum reficiat atque delectet, & cultores trinitatis, quicunque legerint vel audierint, ædificet. Olim dum tu, amantissime mi Cuno. Ratis- *Legatus sedis Apostolicæ.*
ponensis Ecclesiæ Præsul, venerabilis, Legato sedis Apostolicæ, domino Vuil-
helmo, Prænestino Episcopo, quædam ex operibus nostris demonstrasses, & il-
le, vt vir studiosus & adprimè eruditus, intentè legeret atque amplecteretur:
inter cætera libuit eum sciscitari, si aliquid operis edidissem de processione Spi-
ritus Sancti. Quod quia satis desideranter sciscitatus est, tu nimirum pro bona
voluntate penè indoluisti, quod non haberem, quod per illum deportari posset
ad vestigia sanctæ Apostolicæ sedis de materia huiuscemodi, vt essent quasi
margarita super opus illud, quod (vt tu putabas) velut Aurum ille exoptauit, &
secum tulit, videlicèt explanationem in sex priores ex XII. Prophetis. Exem-
plar illud te agente & illo expetente amisi, sicut & cætera multa nostrorum o-
perum exemplaria, quæ tu profectus in episcopatũ abstuliſti. Cùm ergo postu-
latum ingredi vellem de gloria sanctæ trinitatis, memoria simul illius diei
mentem tetigit, visumque est augmentum fore qualiscunque vtilitatis, si simul
in procursu eiusdem operis dulcedinem sermonis permiscerem secundum hãc
materiam de processione Spiritus Sancti. Fateor quia mox, vt occurrit mentio
siue suggestio hæc (quæ vtinam ipsius sit Paracleti) de quo Dominus: ille vos
(inquit) docebit omnia & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis valdè
complacuit, faciemque mentis ad occurrendum sibi delinit, & hilarem effecit,
Sed quomodo Iudæo competeret hic stare in dialogo (vt ille amicus postula- *aliàs glo-*
uit) ante faciem Christiani reuelata facie contemplantis + sanctæ trinitatis: & *riam.*
quæstiones proponere, quarũ solutione magis ac magis reueletur vultus Moy-
si: cùm ille à prima reuelatione statim fugere consueuerit? Amoto itaque
illo, sola cum quieto & tranquillo otio sacras perageret paginas Chri-
stiana fides, quatenus & ille non interturbet, & tu Chri
stiane nihilo minus habeas quod cupis, quan-
tum per nos Deo iuuante fieri potest.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS. LIBER I.

Quòd mysterium sanctæ Trinitatis thesaurus sit desiderabilis, & quod thesaurus in agro absc̃ditus sit.

CAPVT I.

Matth. 13. Thesaurus absc̃ditus in agro.

THesaurus desiderabilis tu nobis es ô admirabile mysterium Trinitas, & thesaurus, absconditus quidem, sed taliter, vt inueniri possis ab homine attẽto qui te quærit illuminatos, per fidem habens suæ mentis oculos. Vbi enim thesaurus ille absc̃ditus est? in agro. Sic etenim Dominus dicit in Euangelio. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Mira res. Nõ in sacculo, non in diuersorio, non in cubiculo intra cubiculum, vbi solent homines absc̃dere thesaurum suum, quia de furibus soliciti sunt, sed in agro, id est, in propatulo. Qualis (rogo) hæc est absconsio, absconditum esse in publico? Attamen ita est, & omninò verum est. Hoc opus nũc suscepimus, & hæc præsentis operis nostri est intentio, demonstrare, qualiter vel quo thesaurus iste sit absconditus in agro: dicamus ergo, quoniam thesaurum istum solis cæcis absconditum inuenimus nos: & hunc oculos habentibus, qui tamen fortè nondum satis viderunt, & videre volunt, quasi prætento demonstremus digito.

Quod sancta veteris instrumenti scriptura ille ager sit, & quam ob causam conuenienter agni nomine significata sit.

CAPVT II.

AGer iste de quo proposuimus: sancta veteris instrumenti scriptura est. Et *Psal. 86.* rectè dicitur ager: quia profectò res publi- *Scripturæ populorum sacra Biblia.*
ca est: res in aperto posita, & cunctis homi-
nibus, imò populis omnibus, legere vel au-
dire cupientibus, proposita est. Hinc est il
lud in Psalmo veraciter dictum: Dominus
narrabit in scripturis populorum. Quid
namque est quod dicit in scripturis popu-
lorum, nisi ac si diceret, in scripturis quæ
populis expositæ sunt, vel quæ à populis o-
mnibus legi possunt? Quod vt diceret non
fuisset necessarium, nisi essent quædã scri-
pturæ siue quędam scripta quæ non sunt
populorum, verbi gratia, scripta Platoni-
corum, scripta Aristotelicorum. Nimirũ
ad distantiam eorum quæ illi scripserunt,
scripturæ sacræ rectè dicuntur scripturæ
populorum, quia videlicet populos, id est,
simplices à suimet lectione non repellunt,
quin & si mysteria non citò percipiunt, at
saltem literalem sensum & moralem quo-
que facilè capiunt intellectum. At illo
rum scripta vel dicta lubricis anfractibus
effugiendo, simplices à se repellunt. Exem
pli gratia: Si dixeris, mortuus est homo:
dicunt mortuus non est homo. Et ex par-
te verum dicunt, quia si homo est, viuit: si
autem mortuus est, & homo & anima & a-
nimatum corpus esse desijt. Quod non *Sicut populi, ita et scripturæ tropos admittunt.*
attendentes populi, id est, simplices stant
attoniti. Sed nihilominus verum est di-
cere, mortuus est homo, eo videlicet
sensu quo solemus à parte significare to-
tum. Et rectè appellamus hominem cor
pus humanum vita defunctum: & huiusmodi locutionem sicut populi, ita & scripturæ nostræ recipiunt, suntque ob huiusmodi simplicitatem scripturæ populorum. Similiter quod hic de thesauro proposuimus, dicentes: absconditum in agro, id est, in publico, illi dicerẽt vel scriberẽt, oppositum esse in adiecto, & cætera huiusmodi qualia populi non intelligunt. Attamen verum est, & non ita, vt sicut in eo quod anterius dictum est: sic & isto, à parte significetur totum, immò de toto sentias totum, videlicet quia totum apertum vel publicum est videntibus, totum absconditum vel clausum est inuidentibus.

Quomodo vel qualibus thesauris eiusmodi in tali agro absconditus sit, & à quibus citò possit inueniri.

CAPVT III.

DIximus quo in agro thesaurus iste ab sconditus sit, scilicet gloriosa distinctio personarum sanctæ trinitatis, iam dicendum, quomodo illic absconditus sit. Vtrunque etenim demonstrare supra pro positum est, & quo in agro, & qualiter absconditus sit. Non longè pro hac demonstratione exemplũ petatur. Præsens enim *Psal. 86.* adest idoneum, si respicias vnde dixerit: Dñs narrabit in scripturis populorũ. Vtiq; dices mihi q̃ hoc dixerit de illo, q̃ sub interrogatione præmiserat dicẽs hoc modo:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus? Quo modo, vel in quantum hæc portio magna thesauri absconditi hoc talentum magni ponderis, hoc sacramentum incarnationis ad solam pertinens personam filij, absconditum est in agro sæpe dicto: sic vel in tantum & non occultius ibidem mysterium totius trinitatis absconditum est. Solis enim indignis, inuidere & non videre volentibus sic fuit absconditum, vt inueniri non posset dum quæreretur, & porcis bona margarita non conculcanda non obijceretur. Proinde dicit: O Sion, nunquid dicit homo iste, & homo natus est in ea, subauditur ciuitate sua, de qua præmisit: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, & ipse fundauit eam altissimus. Nunquid (inquam) dicet hoc homo, scilicet, quispiam totus terrenus, qualis est Iudæus vel Hæreticus? Subauditur non. Hoc namque dicere deorum est, & omnium filiorum excelsi; quod hic homo qui natus est in sancta Sion (quæ vna ciuitas est omnium sanctorum atque electorum angelorum & hominum) priusquam in ea nasceretur, ipse fundauit eam altissimus. Non hoc dicet homo, non intelliget quis, deditus sensui terreno. Ergo thesaurus absconditus. Similiter de omnibus sacramentis, & distinctione personarum sanctæ trinitatis, qui thesaurus magnus est: sciendum, quia modus absconsionis talis est, vt homo infidelis non inueniat: deorum autem vel filiorum excelsi multitudo fidelis, citò appræhendat.

Sion, ciuitas omniū electorum. Psal. 81.

Quod non in vna parte agri, sed per totum agrum sacræ scripturæ thesaurus iste, & indignis absconditus, & à dignis sit inuentus, vel citò inueniatur.

CAPVT IIII.

QVA tandem in parte, vel quibus in partibus agri thesaurus iste absconditus debet inueniri? Nam fortasis hoc quispiam putet, quod in parte seu in partibus, & non in toto agro thesaurus iste absconditus vel demonstrandus sit. Ad hæc (inquā) non in partibus, siue per partes, sed in toto, vel per totum, per omnes terminos agri huius, thesaurus iste absconditus, iamdudum inuentus, & adhuc inueniendus est. Quid illud totum est? Nimirum omne quod ab initio creaturæ vsque nunc Deus operatus est. Breuiter hic percurrere libet terminos agri, distinctiones operum vtriusq; de quibus omnis scriptura sancta cōsistit, iamq; promittere quod nusquā in omnibus his desit, per ipsam designata literam, cooperatio trinitatis. Primum est creatio cæli & terræ, sequens conditio creaturæ angelicæ, post hæc blasmatio hominis cum benedictione blasmatoris siue creatoris, deinde post diluuium benedictio reparandi generis humani de hominibus paucis, post hæc facta ad Abraham promissio beati seminis, quod est Christus, deinde descensus Dei in Aegyptum ad liberandum populum suum, post hæc modus benedictionis, quo peracto tabernaculo Moyses filijs Israel benedicere iussit est, deinde sermo quid de ædificanda domo Domini ad Dauid factus est, simulque sacramenta Psalmorum & præconia Prophetarum, post hæc consolatio siue reuersio captiuitatis de Babylone. Deinde Machabæorum victrices pugnæ. Per hos omnes terminos extenditur ille ager, & in his omnibus iste thesaurus absconditus est, & vt manifestiꝰ dicā, ex istis operibus dei sancta vetus scriptura cōscripta est, & in singulis horū sanctæ trinitatis comparationem non defuisse certum est, & hoc præsenti opere demonstrandum est. Quod cùm demonstratum fuerit, subsequetur opus clarissimum dominicæ incarnationis, passionis, resurrectionis atque ascensionis, & aduentus Paracleti spiritus sancti, quod videlicet opus nostra quantulacunque declamatione tanto liberius, tantoque vehementius personare poterit in gloria sanctæ trinitatis, quæ ab hinc prædicatione publica per totum mundum cœpit annunciari, quā to plurib. corroborata fuerit testimonijs ex dictis seu rebus gestis præcedentium, ætatum seculi. Igitur ab initio creaturæ iam nunc exordiamur cursum susceptī operis.

Thesaurus per totum agrum absconditus.

Opera trinitatis in agro scripturarum.

De capite libri: In principio creauit Deus cælum & terram, qualis ibi sit absconsio huius thesauri, & quod filius principium sit, sicut ipse dixit, ego principium qui & loquor vobis.

CAPVT V.

IN principio creauit Deus cælum & terram: Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abysi, & spiritus Dei ferebatur super aquas. Ecce qualis absconsio thesauri. Non nos pigeat, neque fastidium cuiquam pariat frequentatio hæc nominum istorum thesauri & absconsionis eius. In inuentione gaudium est, & gaudium circa inuentum, discurrens libenter eadem repetit: facit enim loqui ex abundantia cordis. Ecce ergo qualis absconsio. Cum sanctæ scripturæ Spiritus in isto capite libri, sanctam trinitatem velit intelligi, vnam tantummodo personam paruo subtegens velamine, faciem eiusdem trinitatis sapientibus & prudentibus abscondit, reuelaturus eam paruulis. Quo sub velamine quam personam abscondit? Nimirum

Gen. 1.

In capite libri, testimonia de trinitate. Matth. 11. Ioan. 8.

Nimirum personam filij, sub velamine nominis principij. Sapientes quippe & prudentes, id est, superbi, qualium quidam dicebant eidem incarnato filio Dei, tu quis es, in hoc dicto: In principio creauit, nihil aliud inuenerunt, aut inuenire voluerunt, quàm ac si diceretur, primo vel primitus creauit, quo sensu & Poeta ethnicus, licet insignis dicere potuit: Principio cælum, terram, camposque liquentes, Lucentemque globum lunæ, titaniaque astra, Spiritus intus alit. At ille paruulos attendens, qui eum erant audituri, interroganti bus (vt iam dictum est) tu quis es: principiū (ait) qui & loquor vobis. Hoc dicens, nimirum locum istum, caput istud sanctæ scripturæ retexit, ita vt non dubites, eum te velle simul agnoscere illud quoque quod in Psalmo dicit ipse: In capite libri scriptum est de me. Quod est enim caput libri, nisi hoc initium omnium scripturarū veritatis? Omnis quippe scriptura sacra, scriptura canonica, vnus liber est, quia ad vnum tendit, & ab vno Deo profecta, vno eodemque spiritu conscripta est. Econtra scripta omnia quæcunque non veniunt ex eodem spiritu veritatis, plures sunt libri. Propterea Sapiens Ecclesiastes dicit: Faciendi plures libros nullus est finis. Igitur in principio creauit Deus cælum & terram, & spiritus Dei ferebatur super aquas: splendidum caput libri gloriam prædicat sanctæ trinitatis. Fugiant qui oderūt eum à facie ista, sicut fugiebat tunc, & accedere timebat Israel carnalis, quando ex colloc̄utione Dei splendida facta est facies Moysi.

Virgil. 6. Aeneid.
Ioan. 8.
Psal. 39.
Eccl. 12.
Gen. 1.
Exod. 24.

Quam ob causam filium siue verbum Dei principium decuerit nuncupari.

CAPVT VI.

QVam autem ob causam filium siue verbum Dei, principiū decuit nuncupari? Nimirum quia omnia per ipsum facta sunt. Veruntamen adhuc pro causa præsenti parum dictum est. Nam non solùm per ipsum, verumetiam propter ipsum omnia facta sunt. Sic enim Apostolus dicit: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum per passionē consummari. Hæc est causa vera, causa digna tanti huiꝰ nominis, scilicet principij, quia ipse est propter quē omnia, & per quem omnia: ipse (inquam) est omnis creaturæ principalis & efficiens causa. Dicit aliquis: Et Deus pater nónne principium est? Planè principium pater, principium filius, principium spiritus sanctus. Veruntamen non tria principia, sed vnum principium: sicut non tres dij, sed vnus est Deus. Cur ergo in isto capite libri, solam filij personā, inspirator sanctæ scripturæ, spiritus Dei, principium nuncupare voluit? Adhæc inquam: Omnis iste liber, omnis sancta scriptura, cuius caput hoc est: In principio creauit Deus cælum & terram, cui creaturæ, vel propter quā scriptus est creaturam? Nimirum propter creaturam humanam, ad instructionem creaturæ humanæ sancta scriptura condita est. Huic creaturæ sine dubio vna hæc persona, filius Dei, triplici modo principium est. Duobus modis tam angelicæ quàm humanæ creaturæ principium est, videlicet quia & propter ipsum, & per ipsum omnia, sicut iam superius dictum est: tertio modo, solius creaturæ humanæ, quia per passionem salutis nostræ author consummatus est: salutis (inquam) nostræ princeps & principium est. Quod futurum non latebat Moysen, cùm istam scripturam digito Dei prædoctus scribere inciperet. Benè igitur & venerabiliter secundum rei veritatem pro Ben, id est, pro filio Bresith, id est, principium posuit, principium nuncupans filium Dei. Propter quem & per quem nos condidit, vidit, & saluandos fore præuidit? Proinde considerandum, quia licet pater quoque principium sit, licet Pater & filius & spiritus sanctus (sicut iam supra dictum est) vnum principium sit, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, nusquam tamen vel Pater, vel Spiritus sanctus legitur ita manifestè principium se nominasse, sicut filius se nominauit, dicendo Iudæis: Ego sum principium, qui & loquor vobis.

Omnis scriptura sancta propter hominē est.

Hebr. 2.

Rom. 11.

Ioan. 8.

De eo quod in Psalmo dicit pater filio: Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.

CAPVT VII.

ET quidem in Psalmo: Dominus Domino, Pater filio dicit: Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te, & hoc ita intelligitur, vt dicat filio Dauid, domino Dauid, Pater Deus. Ego principium tecum sum, tecum operor in die virtutis tuæ, in processu victoriæ vel resurrectionis tuæ, quo videlicet die sancti splenduerunt dispulsis tenebris, & accepta remissione peccatorum: ego (inquam) principium, id est, pater, qui ex vtero ante luciferum, id est, ante omnē creaturam genui te. Nam Lucifer qui cecidit, quia principium esse voluit, fuerit quidē principiū viarū dei sed iunior te extitit? Verūtamē expositio hęc, qua Pater principiū in hoc versiculo intelligitur, scrupulosa est infirmis intellectib. q̄ experimēto didicimꝰ. Putāt enim ex hoc liberè posse dici, q̄

Psal. 109.

Iob. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pater sit principium filij,& ad eundem sensum pertrahere nisi sunt illud quod dicit
1.Cor.11. Apostolus: Caput autem Christus Deus. Vt ergo scrupulum omnem amoueat,& illæso colle fides procedat: sciendum,quia litera præscripti versiculi nullam nobis necessitatem imponit, vt pater intelligatur
Psal. 109. nomine principij. Cùm enim dicit: Dixit Dominus domino meo, id est, pater filio, Deus Christo, tecum principium, hoc rectè intelligitur ac si dicat: Idcircò sede à dextris meis, idcircò dominare in medio inimicorum tuorum, quia Deus es,& non homo tantum, verbum & non caro tantũ.
Esa.35. Denique hocidem sonat: Tecum principium. Cùm natura humana,secundũ quã visus vel reputatus es nouissimus virorũ, diuina natura est in vnitate, antiquum & increatum principium. Quid aliud loquitur Petrus in Actibus Apostolorum,
Actor.10. dicés de hoc eodem Domino: Qui pertransiit benefaciendo omnes oppressos à diabolo,quoniam Deus erat cum eo? Nimirum non sicut dici poterat,fuit Dominus cum
Iosue.1. Moyse, & sicut ad Iosue Dominus dicit. Sicut fui cum Moyse,ita ero tecum,nõ(inquam) ita dictum accipimus, quoniã Deus erat cum illo,scilicet Christo, sed ita ac si diceret, quoniam ille non tantum homo, sed & Deus erat & homo. Similiter cũ hic audis dicentem patrem Deum, ad mediatorem dei & hominum Iesum Christũ: Tecum principium,ne occasionẽ sibi porrectam arbitretur Arrius, vt dicat, quoniã principiũ se hinc appellat pater, ergo ille principiũ filij est,& hinc dicit Apostolus: Caput autem Christi Deus, compẽdio facilitis finem: sentiens & principium, id est, Deum siue verbum, & hominem assumptum vnam esse personam, Iesum Christum,cuius humanæ naturæ ipsa, quæ illi insita est, verbi diuinitas, & principium,& caput,& Deus est. Amplius autem & pater, & filius,& spiritꝰ sanctus,indiuisa trinitas, vnum principium, vnus Deus,vnum caput est.

Item de causa nominis principij, & de eo quod Apostolus ait: Propter quem omnia,& p quẽ omnia.

CAPVT VIII.

MVlta hinc iam dici poterãt collectis de thesauro scripturarum testimonijs fidelibus,sed quoniam secundum ordinem scripturarum procedere nobis propositum est,succingi oportet, iamque per aliquid simile demonstrare, quamobrem scriptori Moysi,imò ipsi, qui per Moysen locutus est,& scripsit digito Dei, filium seu verbum patris, principium in isto capite libri nuncupare placuerit. Iam quidem supra dictum est,quia propter ipsum, & per ipsum omnia, & ob hanc causam rectè illũ hoc nomine præscribi, sed adhibita similitudine melius eadem causa complacebit.
1.Cor.11. Virum esse caput mulieris Apostolus dicit,idcircò quia nõ propter mulierem vir, sed propter virum mulier facta est. Dixit enim Deus: Non est bonum esse hominem solum,faciamus ei adiutorium simile sui. Illud isti simile est. Quod enim aliud habuit exemplar, vt taliter prius virum, & deinde propter virum, ac de viro mulierẽ faceret, nisi verbum suum, filium suum, propter quẽ & per quẽ omnia facta sunt? Denique quod fuit vni viro mulier vna, hoc est,& hoc futura erat vni filio Dei, vna omnium sanctorum angelorum, atque electorum hominum Ecclesia. Differt tamen in facturis, sicut præpositiones grammaticæ,ita & veritas intelligentiæ. Nam & propter virum & de viro mulier facta est, Ecclesia verò propter filium, sed non de filio:non(inquam)de ipsa diuina substantia creatura vlla creata est. Vnde Apostolus rectè dixit,propter quem omnia,& per quem omnia. Et Euangelista: Per ipsum (inquit) facta sunt omnia. Per hoc ergo simile valet aliquatenus mente percipi,quã rectè filius Dei principium in initio creaturæ nominatus sit: quia si vir caput,id est, principium mulieris rectè dicitur, idcircò quia propter eum mulier facta est, multò magis sine dubio filium Dei rectè principium scriptura nuncupat,idcircò qui propter ipsum,& per ipsum omnia.

Ecclesia nõ de Christo, sed propter Christum.

Hebr.2. Ioan.1.

Quod altius sonet hoc nomen principium dictum Iudæis, quã si dixisset filius Dei sum,vel Christus ego sum.

CAPVT IX.

QVum igitur ab hoc testimonio capitis libri principium se esse asserit, hoc modo respondens Iudæis: Principiũ sum,qui
Ioan.8. & loquor vobis,sanctum ac venerabile est perpendere, quomodo & malignam illorum intentionẽ eludit, & veritatem essentiæ suę non solũ nõ abscondit,immò altius depromit. Altius quippe sonat hoc nomẽ principium,quã si dixisset,filius Dei sum, vel Christus ego sum. Cui enim angelorũ vel hominũ licet aut congruit vt vocetur principiũ? Incommunicabile est vlli creaturę hoc vocabulũ. Qui dicere ausus fuit:
Ezech.29. Ego feci memetipsum,hoc enim apud Ezechielem dixisse redarguitur per spiritum propheticum, quod idem est ac si diceret: ego sum principium,propter hoc ipsum cecidit Angelus, & factus est diabolus. Porrò nomen hoc quod est filius, communicabile est, & ipse pueris suis communicauit siue participauit,quia cõmunicauerunt carni eius & sanguini,quemadmodũ& in Psal
Psal.81. mo, spiritus sanctus longè ante protestatus est: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.

Principiũ est nomen magis prorium verbo Dei, quam filius aut Christus.

Hebr.1. omnes. Nec verò illud repugnat quod Apostolus dicit: Cui enim angelorum dixit aliquando, filius meus es tu: subiungit enim,ego hodie genui te,quod totum nulli vnquam alij dictum,aut dicendum est.
Psal. 104. Christus quoq; cõmunicabile nomen est, verbi gratia, cùm ipse Deus in Psalmo loquens de patrib. Abraham,Isaac,& Iacob: Nolite(inquit) tangere Christos meos, Ligitur & altius, vt iam dictum est, veritatẽ
Ioan. 10. essentiæ suæ deprompsit, dicendo principium quam si diceret,filius Dei vel Christus ego sum,& malignam intentionem illorum sic eluserit, vt non possent eum accusare apud Romanum imperium, quasi de assumptione regij nominis. Sic & in loco alio, dum circundantes illum dicerent: Quousque animam nostram tollis,si tu es Christus dic nobis palam,non statim ascendit contra eos dicendo, Christus ego sum, sed quasi gyrando post eos,& aliqua locutus de se pastore & ouibus suis, quam vidélicet professionẽ,si de illa accusaretur, non multum curarent Romani, tandem dixit: Ego & pater vnum sumus,quod nimirum longè est altius,quam si dixisset, ego sum Christus, quia sicut iam dictum est,
1.Reg.24. multi dicti sunt Christi,intantum,vt Saulem quoque reprobum, Dauid nominare non dubitauerit Christum Domini.

Quomodo pater, & filius, & spiritus sanctus vnum sit principium, & quam ob causam magis de persona filij scire oportuerit, visum esse principium.

CAPVT X.

Hæretici et Iudæi non patrem,sed filium negabant principium esse.

DE persona filij pro posse hactenus dictum est,quam ob causam rectè & rationabiliter principium debuerit nominari: nũc de persona patris, quod & ipse principium sit,non necesse est artis similiter demonstrare scripturarum testimonijs. Omnis enim concertatio prauitatis hæreticæ seu perfidiæ Iudaicæ, non tam circa patris, quam circa filij personam oberrare consueuit: qualium acerrimi fuerunt Arriani, qui non solùm verbis refragati sunt huic veritati,quã tenet Ecclesia Dei de coæternitate patris & filij, verum etiam gladijs eandem veritatem persecuti sunt, volentes quidem patrem increatum, filium autem creaturã dici vel haberi. Quod si quis in initio Euangelij secundum Ioannem, dum dicit: In principio erat verbum,patrẽ velit intelligi per principium, vt sit sensus,in patre erat verbum, vim facit literæ, nec locum relinquit sequenti sententiæ, quæ præmisso. In principio erat verbum, statim subiungitur, & verbum erat apud Deum. Quid enim operabitur,& verbum erat apud Deum, si idem intelligis in hoc dicto. In principio erat verbum? Melius ergo atque expeditius, In principio erat verbum,sic intelligimus, ac si dicat: ante secula erat verbum Dominus Christus, qui homo apparuit in fine seculorũ. Hæc enim intentio est illius sancti Euangelij defendere vel protestari,antiquitatem Christi filij Dei,quod non ex Maria initium habuerit existendi, sicut tunc aiebant,& concertare cœperant quidã hæretici, interim dum in Pathmos insula exulauit ille dilectus discipulus Domini,qui & propter eãdem causam nouissimus hoc euangelium scripsit. Sic ergo,vt iam dictum est, intelligi congruit: In principio erat verbũ,Christus nõ ex Maria sumpsit existendi initiũ, sed Deus erat ante secula,qui homo factus est,in fine seculorum. Hęc idcircò dixerim,non quod pater & principium non sit, nam & hoc superius dixit,quod & pater,& filius,& spiritus sanctus beata Trinitas vnum principium est,sed quod propter vel contra hæreticos magis personam filij,quã personam patris opus erat defendi testimonio scripturarum, per hoc nomẽ quod est principium, quod non ipse factus vel creatus sit, immò propter ipsum, & per ipsum omnia facta sunt, & in hoc fuerit intentio Moysi, siue eius in quo ille scripsit digiti Dei, dum in capite libri talem præmitteret sententiam: In principio creauit Deus cælum & terram.

In principio erat verbũ.

De spiritu sancto, vel processione spiritus sancti, quod tribus modis effecta sit. Primo ad creandum omnia, quo dictũ est: Et spiritus Dei ferebatur super aquas: Secundo,vt spiritu alib. donis rationalis exornaretur creatura. Tertio,vt in remissionẽ peccatorum daretur,quod ante Christi aduentum non fiebat.

CAPVT XI.

INueniſti igitur ô homo thesaurum hic, & thesaurus tuus expressa est sancta Trinitas subsequente protinus hoc dicto. Et Spiritus Dei ferebatur super aquas. Nam qui creauit Deus, ipse pater est: & principium in quo creauit, ipse filius est: & qui ferebatur super aquas spiritus Dei,ipse spiritus sanctus est. De ista sanctæ trinitatis persona tertia, non ab re illud quæritur, imò quæsitu & scitu dignũ est, cur & hic, & per omnes ferè veteris instrumenti pagi-
nas vocetur spiritus Dei, siue spiritus Domini: in Euangelio autem, & ab ipso exordio euãgelij secundũ Luc. nominetur spiritus sanctus, absque relatione Dei vel Dñi. Sic enim esse aduertere poteris, si mente vel sedula intentione percurras scripturas vtriusq; testamenti veteris & noui. Hoc ergo si quæras, vtilem citò solutionem inue-
nis,quia spiritus eiusdem processio,quem procedentẽ sancta Christi Ecclesia nuncupat,authoritate ipsius dicentis: Cùm venerit Pa-

Quæstio de spiritu S.

Solutio.

Processio triplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit Paracletus, quem ego mittam vobis, spiritum veritatis, qui à patre procedit, eius (inquam) processio tribus effecta est modis secundum scripturas veritatis. Primo, vt in principio, de quo iam dictũ est, crearentur omnia. Secundo, vt spiritualibus donis humana exornaretur creatura, inter quæ maximum est illud, quod locutus est per Prophetas. Tertio, vt in pœnitentiã & remissionem peccatorũ daretur, quod ante Christi aduentum non fiebat. His ante perspectis, patenter intelligis, quia vbi primo processit ad creandum omnia, sicut hic habes. Et spiritus Dei ferebatur super aquas, rectè dictus est spiritus Dei, quo nomine intelligitur, sicut ait pater Augustinus, quod sit ipse bonitas Dei, etenim quia bonus est (ait) Deus, idcircò omnia creauit. Et vbi dona sua distribuit, ibi scribitur spiritus Domini. Exempli gratia, vt illic. Et recessit spiritus Domini à Saul, & ferebatur in Dauid. Et vbi remissionem peccatorum cœpit operari, scilicet, ab aduentu Christi filij Dei, glorioso vocabulo spiritus sanctus cœpit nuncupari. Denique ante aduentum eiusdem filij Dei, dabatur quidem in diuisionem gratiarum, sed non etiam in remissionem peccatorum. Vnde est illud: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus non fuerat glorificatus. Quia ergo ipse est omniũ peccatorũ remissio, nostra est sanctificatio, pulchrè ex ore nostro tali honoratur vocabulo spiritus sanctus, nõ quod sanctificatus, imò quod sanctificans sit, siue sanctificator, & ipsa sanctificatio. Verum de huiusmodi, suo loco plenius dicendum erit, nũc ordinem seruaturi redeamus ad caput.

Gen. 1.

1. Reg. 16

Ioan. 7.

Cùm & Pater sit spiritus, & filius spiritus, quam ob causam hoc ipsum substantiale nomen, scilicet spiritus, huic vni personæ sæpius in scripturis sanctis assignetur.

CAPVT XII.

QVamuis hic solam hanc personam spiritum nuncupauerit scriptura, dicendo: Et spiritus Dei ferebatur super aquas, nihilominus tamen & ipse deus, cuius hic spiritus prædicatur, & ipsum principium, id est, filius, in quo Deus creauit cælum & terram, spiritus est, & non tres spiritus, sed vnus, sicut non tres dij, sed vnus Deus. Vnde in euangelio, cùm dixisset dei filius: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate, nam & Pater tales quærit qui adorent eum, protinus subiunxit: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Quibus in verbis non illud intenditur, vt spiritus subiectum, & deus prædicatum sit, & iste sensus sit, spiritus sanctus est Deus, licet & hoc suis in locis rectè prædicetur, sed hoc nimirum, vt Deus subiectum, & spiritus sit prædicatum, sitq; sensus, deus est spiritus. Quia videlicet sancta trinitas, quæ hic (vt iam dictum est) intelligitur: In principio creauit Deus cælum & terrã, & spiritus dei ferebatur super aquas, sicut vnus deus, ita veraciter vnus prædicatur, & intelligitur spiritus. Quã igitur ob causam hoc ipsum substãtiale nomen, scilicet, spiritus, sæpius in scripturis sanctis huic vni personæ assignatur? Nunquid eò quòd subtilior sit natura, cũ sit vna summæ trinitatis natura vel substantia? Non vtique subtilior est, neq; enim vlla est substantiæ dissimilitudo, sed est huius personæ propria quædam valdè subtilis operatio. Sic enim spiritus iste intelligitur in Deo, quomodo in anima conscientia sua siue intentio. Deniq; & Apostolus cùm dixisset. Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Continuò subiunxit. Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Virtus altissimi est hic spiritus Patris, & filij, vtranq; enim & personam hic rectè intelligimus in nomine vnius dei, cùm dicitur spiritus dei, & in isto capite libri, & in toto libro, id est, scriptura sacra vbi passim prædicatur spiritus Dei, vel spiritus Domini. Quod si distinctio personarum in hac ipsa relatione desideratur, exemplũ in promptu est, cùm in euangelio dominus dicit. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et Apostolus ad Galatas. Quoniam (inquit) estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda nostra, & alibi loquitur. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Virtus (inquam) altissimi est, sicut & filius fortitudo vel brachium domini, hoc in sua operatione proprium habens, quod per brachium quidem domini, id est, per filium, facta omnis natura, vel formata est omnis creatura siue substantia, per hunc autem viuificata est, & viuit deo omnis electa rationalis creatura, tam angelica quàm humana.

Ioan. 4.

Alia quæstio.

Responsio.

1. Cor. 2.

Spiritus sc̃i licet cur vocetur altissimi dicitur. Matth. 10. Galat. 4. Roman. 8.

De processione spiritus sancti, cuius videlicet processionis illud erat initium, quod ferebatur super aquas, & quousque in opere suo processerit hic spiritus Dei.

CAPVT XIII.

IAm supra mentio incidit de eo, quod hunc spiritum dei sancta Ecclesia procedentem, appellari consuevit appellatione solenni, authore ipso filio dei, qui primus hoc verbo vsus est, vbi dixit: Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit. Vnde sumptam putas verbi siue vocabuli huius authoritatem, nisi ex hoc eodem capite libri, quia sic dictum est: Et spiritus dei

Spiritus sc̃i licet cur Paracletus dicitur. Ioan. 14.

ritus Dei ferebatur super aquas? Quidnã ferri super aquas, nisi iam procedere erat? Cuncta quæ locutus est homo factus, & inter homines ambulans, & docens filius dei, nimirum authoritatem habet de sanctis scripturis, & in suas aspiciebat etiã cùm noua putaretur loqui, iuxta quod de semetipso dilecta in Canticis iamdudum dicebat: Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residenti iuxta fluenta plenissima. Itaque sicut certum habemus, quia dicẽdo: Ego principiũ qui & loquor vobis, respiciebat (sicut superius memoratum est) ad istud caput libri, quo dictum est: In principio creauit Deus cælum & terram, ita & vbi spiritum S. procedentem dixit, non dubitemus eum respexisse istud quoque, quia scriptũ erat: Et spiritus dei ferebatur super aquas. Magna res est ꝓcessio spiritus sancti, cuius videlicet processionis illud initium erat ꝙ ferebatur super aquas. Leuemus oculos nostros, oculos hominis interioris, oculos fidei diligentis, & intellectu quærentis, & videamus quousque in opere suo processerit hic spiritus Dei, & tunc aliquantisper perpendere poterimus dignitatem, siue pondus dicti huiusce modi spiritus veritatis, qui à Patre procedit. Certè cùm ꝓcedere inciperet, quando ferebatur super aquas, terra de nihilo facta, inanis erat & vacua, & tenebræ erãt super faciem abyssi. Nunc autem qualis est terra, & quid in ea factum est ex omnipotentia procedentis? Parum est attendere, quod in primis facta est lux intellectualis. Deinde firmamentum in medio aquarum diuidens aquas ab aquis, deinde ex arida, quam appellauit terram, productio omnis herbæ virentis, & omnis ligni fructum facientis, & semen suum in semetipso habẽtis. Deinde omnis ornatus firmamenti siue cæli, sole & luna ac stellis miro ordine dispositis. Deinde omnis creatura quæ in aquis natat, quæ super terram in aere volitat, quæ per terram siue quadrupes, siue bipes ambulat, aut sine pedibus reptat, ad summum quæcunq; deo dicente facta, deo mandante sunt creata, quorum nouissimum atque pulcherrimum est creatura humana, & de quibus omnibus scriptum est: Quia vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valdè bona. Parum (inquam) est attendere hæc in processione huius spiritus dei, nisi leuatis (vt iam dictum est) oculis videas quousque processerit, & adhuc in opere suo processurus sit, videlicet donec sedeat filius hominis in sede maiestatis suæ, potestatem habens faciendi iudicium à dextris & à sinistris. Filius (inquam) hominis principium creaturæ, & summa creationis siue processionis huius spiritus dei, quia propter ipsum, & per ipsum omnia facta sunt, sicut supra memoratum est cum testimonio sermonis Apostolici, quo dixit: Decebat enim eũ, propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari.

Cant. 5.

Processio spiritus sancti res magna.

Gen. 1.

Filius hominis.

Hebr. 2.

Item de processione spiritus sancti, quid differat à processione filij, quoniam dixit filius: Ego enim ex Deo processi & veni.

CAPVT XIIII.

SEquamur attentius cum glorificatione Trinitatis, maiestatem huius ꝓcessionis, & hoc nobis sit formare vel iure sacerdotali edere panes propositionis de mensa sanctuarij cælestis, quam Dominus in cõspectu nostro parauit, quod scripturas veritatis fideliter tractando, dignas deo, quo ad possumus, facere possumus hostias pulchræ laudationis. Dicendum in primis, ipsa ꝓcessio, vel ipsum procedere quid sit, deinde quid distet inter processionem spiritus sancti, & processionem filij, quoniam & ipse de semetipso loquẽs, hoc verbo vsus est, dicendo Iudæis: Si deus pater vester esset, diligeretis vtrunque. Ego enim ex Deo ꝓcessi, & veni. Neque enim à meipso veni, sed ille me misit. Duo verba dixit, ꝓcessi & veni, & nimis angustum est, si in his duobus verbis vnum idemque intelligere velis, scilicet, nihil aliud quam quod in hunc mundum veniens, qui inuisibilis erat apud deum, visibilis per assumptam carnem apparuit, Latior sensus & amplioris intelligentiæ lumen est, si duas natiuitates eius suscipias in his duobus verbis, ꝓcessi & veni: natiuitatem humanitatis, qua ex substantia patris ante secula genitus est. Et natiuitatis, ipsius humanitatis, qua ex substãtia matris in seculo natus est. Quamuis & hoc, quod venit prodiens ex virginis vtero, ꝓcedere fuerit, sicut scriptum est: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Item, in alio Psalmo dicitur ei: Intende prospera, procede & regna. Quod rectè intelligitur de præsenti humanitatis eius vita, iuxta quam veraciter dictum est: Puer Iesus ꝓficiebat ætate & sapientia, videlicet eo vsque proficiens, vt appareret dictis & factis, quod ipse esset ipsa sapientia: & sicut dictum, ita & factum est, quia prospere processit per annos paulò plus quam triginta, & tam breui exacto tempore, ecce nunc regnat in potestate magna, quemadmodum dicit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Verum nos hic agim⁹ de illo antiquiore processu ei⁹, de quo nõ sine magno põdere dixerit. Ego enim ex Deo processi. Quisnam ille processus, siue illa processio quæ fuit, nisi illa mi-

Hebr. 2.

Duæ natiuitates Christi.

Psal. 18.

Psal. 44.

Luc. 2.

Matth. 28.

Ioan. 8.

Gen. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa mirabilis atque ineffabilis dilectio dicentis: Fiat lux, fiat firmamentum, fiant luminaria, & cætera omnia, de quibus Psalmista, contemplator illius dicti siue verbi. Statuit (inquit) ea in seculum, & in seculum seculi, præceptum posuit, & non præteribit. Igitur vt supra propositum est, in primis dicendum nobis, ipsa processio, vel ipsum procedere quid sit, & deinde processio filij qui dixit: Ego enim ex Deo processi, in quo differat à processione spiritus sancti, de quo idem dixit: Quem ego mittã vobis spiritum veritatis, qui à patre procedit.

Psal. 148.

Ioan. 13.

Quid sit processio, siue procedere, & cur de semetipso loquens, præterito tempore dixit, processi: de sancto autem spiritu dixit præsenti tempore procedit.

CAPVT XV.

Processio quid sit.

PRocessio est solennis egressio personarum maximè spectabilium, non sine quadam grauitatis festiuitate suam præsentiam exhibentium, taliter, vt veneratione quoque dignè mereantur à conspectu plebeium, magna (vt sæpe fit) cum iucunditate occurrentium, magno cum gaudio deducentium. Et nostrum quidem procedere, qui locales sumus, est proficisci de loco ad locum: diuinitatis verò localis non est, licet interdum locus ille ascribatur, exempli gratia, cùm dicit quispiam: Verè etenim Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Est autem processio diuinitatis effectus mirãdi operis, vnde sic perpenditur, sic mente cõspicitur, maiestas tãtæ dominationis, sicut, ex facie cognoscitur dignitas hominis reuerendi, de loco ad locum venerabiliter procedentis. Igitur effectus operis, si dociles, si attenti, si benevoli sumus ad contemplandam pulchritudinẽ tantæ processionis, docere nos potest, vt cognoscamus Dominum maiestatis: Dominum (inquam) maiestatis, filium qui iamdudum processit, Dominũ maiestatis nihilominus spiritum sanctum qui adhuc procedit. Hæc deniq; discretio in temporibus verbi huius prudenter audienda est, quia de semetipso loquens. Filius Dei, secundum præteritum tempus dixit: Ego enim ex Deo processi, de sancto autem spiritu loquens, præsenti tempore dixit: Qui à patre procedit. Proinde nimis incongruum esset, ambos scilicet filium & spiriritum sanctum dicere procedentes, cùm procedens participium sit temporis præsentis, sicut & verbum procedit, quod de solo spiritu sancto dictum est: filius autem iamdudum (sicut dictum est) processerit, cuius processio fuit ille effectus operis, à quo Deus, qui per illum omnia creauit, iamdudum cessauit, sicut manifestè scriptura dicit: Et requieuit Deus die septimo ab vniuerso opere quod patrarat, & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret. Nullam quippe nouam creaturæ speciem deinceps creauit, quam ante illam requiem suam in genere suo non creauerit.

Gen. 28.

Filius processit, Spiritus S. procedit.

Ioan. 8.

Ibidem. 15.

Gen. 2.

Quod neque filius ad creandum omnia processerit absque cooperatione spiritus sancti, neque spiritus sanctus ad sanctificandum procedat absque cooperatione filij.

CAPVT XVI.

NVnquid verò processionem spiritus sancti, qua nunc vsque procedit ad sanctificationem creaturæ rationalis, secernimus aut secerni patimur à processione filij, qua (sicut iam dictum est) dudum processit & procedere, id est, nouas creaturæ species condere vel patrare cessauit? Nunquid hoc dicimus, aut dici vel æstimari patimur, quod filius ad creandum processerit absque cooperatione spiritus sancti, aut Spiritus S. ad sanctificandum procedat absque cooperatione filij? Absit hoc. Inseparabilis enim est totius operatio trinitatis, vnius Dei, vnius & inseparabilis imperij. & tunc, quando processit filius ex ore patris dicentis, fiat hoc vel illud, ductor totius operis erat Spiritus S. & nunc, quandiu ad sanctificandum procedit spiritus sanctus, ferturque super aquas baptismi, idem ipse qui ferebatur super aquas in initio, sicut scriptura dicit, Filius arbiter & efficiens causa est eiusdem sanctificationis. Et illic, vbi Deus Pater cum spiritu sancto per filium cũcta creauit (omnia per ipsũ facta sunt, & sine ipso factũ est nihil) & hic vbi Deus Pater cũ filio sanctificat electionem creaturæ rationalis, delitiæ parantur: vel perficiuntur cooperatione totius Trinitatis, illæ nimirum delitiæ charitatis, quarum ita meminit Sapientia Dei, filius Dei: memor eius, quam dicimus suæ processionis. Quãdo præparabat cælos aderam, quando certa lege & gyro vallabat abyssos, quãdo æthera firmauit sursum, & liberabat fontes aquarum, quando circundabat mari terminum suum, & legẽ ponebat aquis ne transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo earum cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Quidnam est hoc, nisi ac si diceret, quãdo dixit Deus, fiat lux, quando dicebat, fiat firmamentũ in medio aquarũ, congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locum vnum, quando (inquam) hæc & cætera dicebat, & per singulos dies videbat quod esset bonum, ego procede-

Inseparabilis est totius trinitatis operatio.

Gen. 1.

Prouer. 8.

Quomodo differãt filij & spiritus sancti processio.

Ioan. 5.

Prou. 8.

procedebam ex ore eius, ego enim sum illa dictio, siue verbum eius. Igitur processio filij, tempore vel loco à processione spiritus sancti non secernitur, quia videlicet tũc ista facta sunt, quando spiritus Dei super aquas ferebatur: & sicut Pater, ita & filius, ita & spiritus S. vnus Deus, vbique est, & nullo loco concluditur. Tantum in effectum operis, distantia agnoscenda est processionis vtriusque, scilicet, filij & spiritus sancti, quia videlicet à cõditione creaturarum siue substantiarum, quæ vtique per filium factæ sunt, omnia enim per ipsum facta sunt, septimo die Deus requieuit. A sanctificatiõe verò creaturę rationalis (quod opus per spiritum sanctum fit) nondum Pater aut filius requieuit, nondum cessauit, vnde dixit & Iudæis idem filius Dei: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. De illis delitijs sapientiæ dicentis: Et delitiæ meæ esse cum filijs hominũ, suo loco in illo speciali opere Trinitatis, scilicet in factura vel blasmatione hominis, erit plenius dicendum.

Contra illos qui dixerunt Spiritum S. à solo patre, & non etiam à filio procedere, dictum à sapientia: En proferam vobis spiritum meum, & ostendam verba mea.

CAPVT XVII.

Prou. 1.

EAdem ipsa sapientia dicit paruulis: En proferam vobis spiritum meum, & ostendã verba mea. Quid hoc est, nisi quod facturam se præuidebat, iamque fecit ipsa incarnata sapientia? Cùm enim resurrexisset à mortuis, stans in medio discipulorũ suorum, insufflauit & dixit eis: Pax vobis, accipite spiritum sanctum, & sicut alius euangelista dicit: Tunc aperuit sensum vt intelligerent scripturas. Nónne hoc erat sapientiæ, id est, de filio Dei, procedentem de semetipso dare vel proferre spiritũ suũ, spiritum sanctum, & ostendere verba sua? Item in eodem libro scriptum est: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Quid hoc est dicere, nisi quia verbum Dei, filius dei naturam assumpsit, siue corpus humanum, & eidem assumpto homini sanctum infudit septiformem spiritum. Hæc idcirco dicimus, quia fuere nõ nulli maximè Græcorum, qui dicerent à filio, procedere solo patre & non etiam à filio, procedere hunc Spiritum S. quos tamen sancta Romana Ecclesia, latinæ Ecclesiæ columna, iamdudum per multa consilia, luce coruscans Euangelica, & super petram fidei firmiter stans fundata, sic reuerberauit, cõcentorem ex ipsis Græcis, habens Athanasium catholicum atque orthodoxum, vt iam non sit nobis necesse quicquam addere, nisi quia spontaneũ in sermonibus nostris huic processioni offerimus obsequiũ,

Ioan. 20.

Luc. 24.

filij.

Prou 9.

Sup. cap 11 Triplex processio spiritus S.

Spiritus S. à filio quoque procedit.

Ioan. 16.

Expositio insufficiẽs.

& inscribendo de huiusmodi quoddam dulce in palato cordis ruminamus delectamentum. Tunc autem delectamentum hoc duplicatur, & spectatorem tantæ processionis lætificat abundantius, si cum authoritate scripturarum ratio quoque suppeditat, vt non dubitet intima fides, quod non minus à filio, quàm à patre, hic amborum spiritus procedat, Deus ex deo, non differens in substantia, par ambobus in maiestate, non par in gloria. Igitur vt de ipsa processione vtiliter delectemur, & delectabiliter vtilia loquamur, dicẽdum in primis, quot sint, & qui sint modi processionis eiusdem Sancti Spiritus.

Ad eandem veritatis rationem multum illud valere, quod ait filius nocte illa qua tradebatur: Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam: si enim nõ abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.

CAPVT XVIII.

IAM quidem longè superius prælibatũ est, sed nunc repeti, & latius explanari causa postulat, quia processio sancti spiritus tribus effecta est modis secundum scripturas veritatis. Primo, vt in principio, id est, in filio, siue per filium crearentur omnia: inter quæ, vbi dictum est: Et Spiritus Dei ferebatur super aquas, maxima atque pulcherrima narratur facta esse creatura, lux intellectualis, scilicet creatura angelica. Secundo, vt spiritualibus donis humana exornaretur creatura, inter quæ maximum est illud, quod locutus est per Prophetas. Tertio, vt in pœnitentiam & remissionem peccatorum daretur, quod ante Christi aduentum non fiebat. De isto effectu processionis, quod est in remissionem peccatorum dari, quis dubitet hoc dicere, quia secundum hunc modum Spiritus S. à filio quoque procedit? Nam de illo quoque dato, quo spiritus idem diuisionis gratiarum distribuit, postmodum dicendum erit, quia nihilominus hoc etiam modo à filio procedit. De isto nunc dicere præstat, quod est in remissionem peccatorum dari, quo sine dato nullus vnquam hominum saluari potuit aut poterit. Hoc ergo in primis libenter (vt spero) & efficaciter accipiet auditor fidelis. Vado (inquit ipse filius Dei) ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implebit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: Si autem abiero, mittam eum ad vos. Scio quidem & miror, locum hunc à quibusdã magnis & sanctis patribus sic esse tractatum, vtdi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt dicerent, Apostolos Christi circa ipsum Dominum non potuisse habere dilectionem spiritualem, nisi præsentiam sui subtraheret corporalem, atque hoc esse quod dicit: Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eũ ad vos. Denique talis huius præsentis capituli expositio, verticem rei, siue maiestatẽ sacramenti, de quo tunc agebatur in illa sacratissima cœna, non attingit: vt dicere nõ dubitem, quia pro rei magnitudine seu põdere, sensus iste bonus quidem, sed nimiũ videtur exilis. Amplius autem & hoc dicere licet, quod non idcircò factum est, quod hic prædixerat. Tristitia implebit cor vestrum, quia corporalem sui præsentiam ascendens in cælum, abstulit ab oculis eorũ, imò & proinde magis gauisi sunt, sicut Lucas manifestius narrat: Et factum est (inquiens) dum benediceret illis, recessit ab eis: & ferebatur in cælum, & ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Vnde ergo contristari habebant, aut vnde tristitia impleuit cor vestrum? Nimirum de morte eius, de qua tam diu cõ tristati sunt, donec venit Maria Magdalene, resurrexisse illum nũcians, his (inquit Marcus) qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus. Hoccine (inquit) fuit ire ad patrem, scilicet, mori, quoniam dixit: Et nũc vado ad eum qui misit me. Planè hoc ad patrem ire fuit, à quo & coronandus erit gloria & honor propter eandem passionẽ mortis. An non & hoc Euangelista dicit in initio eiusdẽ sermonis? Sciens (inquit) Iesus, quia venit eius hora vt trãseat ex hoc mũdo ad patrem. Itemque: Sciens (ait) quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad Deum vadit.

Tristitia implebit cor vestrũ. *Luca 24.*

Marc. 16.

Item de eodem dicto, & quod Spiritus Sanctus tunc primũ appellatus fuerit Paracletus, id est, consolator, eò quod sit ipse peccatorum remissio, quam videlicet remissionem peccatorum non dabat prius, nondũ glorificato Iesu.

CAPVT XIX.

Hebr. 2. *Ioan. 13.*

IGitur, vt aliquid dicamus dignum tanta grauitate oris ipsius Domini, dicẽtis: Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, simul & illud perpendere operæ pretiũ est, quia nusquã ante illã sacratissimã cœnam, in qua sermonem hunc habuit, Spiritum Sanctum Paracletum nuncupauit. Eruditæ mentis est, persentire causam nominis huius, scilicet, Paracleti, quod latinè dicitur consolator. Quam videlicet causam sentiens, simul etiã percipiet, quia multum pertinuit ad rem, vt tali in tempore potissimum (quod ante non fecerat, neque per semetipsum, neque per prophetas) Spiritum S. Paracletum nuncuparet. Quale enim tunc erat tempus, vel quid illo tempore agebatur? Tempus erat passionis, tempus glorificationis: etenim hora eius instabat, vt per mortis passionẽ transiret de hoc mundo ad patrem, & idcircò tali transitu mox transiturus erat, vt acciperemus peccatorum remissionem. Neque enim aliter nobis peccata remitterentur aut remittuntur, nisi per sanguinem ejus. Et quæ rogo prima vel maxima est sanctorum omnium consolatio, nisi peccatorũ remissio? Cùm igitur dicit, si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos, sic intelligi vult, ac si dixisset, si enim per passionem mortis non transiero ex hoc mundo, neq; vobis, neque antiquioribus, neq; venturis post vos, dabitur Spiritus S. secundũ hoc datum, quod est peccatorũ remissio. Quam propter causam rectè dicitur & verè est consolator. Cumq; protinus subiũgit: si autem abiero, mittã eum ad vos, hoc patenter enunciat, quod ab ipso procedat hic consolator. Hic Spiritus S. peccatorũ remissor & ipsa remissio. Et quis, nisi infidelis dubitare aut nescire veliet, quod de ista persona, de isto filio Dei, peccatorum nobis remissio processerit? Nõne hoc ipsum nobis luce clarius facit veritas Euangelij, cũ ipse qui dixerat: si autem abiero, mittã eum ad vos: postq̃ abijt, rediens & stans in medio discipulorum suorum, insufflãs & dicens, accipite Spiritum Sanctum, statim subiunxit: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et quidẽ Spiritus S. nõ est flatus corporeus, veruntamen per hoc verbum quod dictum est, insufflauit, duo hæc nobis dat intelligi, & quod ex ipso procedat ista paracletis, & quod per hunc spiritum sanctum tam facilè sit omnia peccata dimitti, quã facilè, cùm vult, insufflare potest aliquis. Succurrunt multa cum ratione famulantia veritati huic, & idcircò vt sermo prolixus minus fastidiosus sit, quasi respirandum est faciendo finem præsentis libelli.

Causa huius nominis paracletus.

Conuincitur error Græcorum.

Ioan. 20.

Insufflauit cur dicatur est.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS. LIBER II.

De thesauro nominis Domini, quem qui thesaurizant sibijpsis, iuxta beatum Iob Reges & Consules siue principes sunt.

CAPVT I.

Iob 3.

QVI thesauros nominis tui fideliter thesaurizant sibi, ô Trinitas Deus, ipsi Reges, ipsi Consules siue principes sunt: De quibus beatus Iob, similis talium diuitum esse curem & somno meo requiescerem cum Regibus & Consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: aut cũ principibus, qui possident Aurum & replent domos suas Argento. Quid ergo tantillus, qui thesaurum hunc inueniſſe me arbitror, absconditum in agro, sicut præscripsi in præcedente lib.? Putasne sperare audeam, quod cũ possedero huiuscemodi Argento, dormiturus sim in silentio, & requieturus somno meo cùm illis Regibus & cõsulibus terræ: qui semet nouerũt consulere: cum illis principibus, id est, sanctis doctoribus, qui vt Aurum hoc & Argentum possiderent, ædificauerunt iuxta illam sententiam veram, Scribe sapientiam in tempore otij, & qui minoratur actu, ipse percipiat eam? O si fiat iuxta præuisum olim memorandi Otomatis presagium: vtinam Iesu Christe, cunctarum Domus manſionum qui ostiarius ipse es & ostium, adducas me in domum illorum vsque ad pedes, ne dicam consessum ipsorum, scilicet regum, iam dictorum consulumque principum, cùm sponsione hac, Ingredieris in abundantia sepulchrum. Hac igitur spe cœptum fidelis sermo peragat cursum, & procedentis Spiritus Sancti cum laude & gloria summæ trinitatis, quoad potest, personet præconium, scrutetur de sanctis scripturis testimonium.

Ædificare solitudines quid est.

Ecclesi. 38.

Reuelationis præsagium.

Iob. 5.

Quod non minus à filio quàm à patre procedat Spiritus Sanctus, & de eo quod ait filius, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis qui à patre procedit.

CAPVT II.

IAm de processione, quia procedit in remissionem peccatorũ, pauca dicta sunt & adhuc aliqua dicenda sunt, pro astipulatione veritatis huius, quod non minus à filio quàm à patre procedat hic vnus idẽque spiritus. Dixit enim ipse filius. Si enim nõ abiero, Paracletus nõ veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et de hoc iam dictum est. Restat, vt eiusdem filij dictum pro hoc ipso negotio ad medium deducamus, cui fortiter inniti visi sunt sibi, qui dixerunt, q̃ à solo patre, & non etiam à filio, procedat Spiritus Sanctus. Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit. Ecce (inquiunt) quomodo distinxit, quàm diligenter expressit. Nam dixit quidem, quem ego mittam vobis, sed addidit à patre. Sed nec semel dixisse contentus, ne parum expressisse videretur, subiunxit: Qui à patre procedit. Itaque ad confirmandum quod æquè à filio, vt à patre procedat spiritus sanctus, parũ illis est, quod dixit filius pluribus in locis, ego mittam vobis: nisi rationem demus, cur vel quid intendens addiderit, qui à patre procedit. Magna planè quæstio, & ad soluẽdũ esset difficilis, si iam cõstaret & concederemus, quod vbicunque nominatur pater, vna tãtum persona debeat intelligi, scilicet Deus pater vnici filij Iesu Christi. At verò (sicut Apostolus dicit) vnus Deus & pater omnium, & nos in oratiõe dominica dicimus, diuina institutione formati: Pater noster qui es in cælis: discretè accipiendum est nomen patris, vt aliàs intelligitur pater omnium filiorum adoptionis, aliàs pater vnici & consubstantialis filij. Denique nobis, qui non nati, sed adoptati sumus, Pater est vnus idemque trinus Deus, pater & filius & spiritus sanctus: illi autem, qui solus est & naturalis filius, vna persona pater est, & ad illum vnicum filium relatiuè pater dicitur. Discretionis huius signum hoc est. In Euangelio est, vbi cum additamento possessiui pronominis dicat hic filius, Pater meus vel patris mei: & est vbi dicat, pater vel patrem, & à patre: sicut hic absque additamento huiusce pronominis. Quod si diligenter discreueris, perpulchrum est animaduertisse, quia cùm signanter dicit pater vel patris, cum propositione hac meus vel mei, ea quæ tunc loquitur, longè communionem excellut

Ioan. 16.

Augmentatio Græcorum.

Ioan. 15.

Responsio.

Ephe. 4.

Pater quãdoque persone, quãdoq; totius trinitatis nomen est.

Differens locutio pater & pater meus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 3. nostræ fraternitatis, scilicet, vt qualia tunc loquitur, nemini nostrum qui per gratiam fratres eius vel filij Dei nominamur & sumus, loqui fas aut licitum sit. Exempli gratia: Pater meus (inquit) vsque modo operatur, Quod deinde sequitur, & ego operor. Et: Amen amen dico vobis, nó potest filius à se facere quicquá, nisi q̃ viderit patrem facientẽ. Et subinde, sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat, hæc & cætera quæ sequuntur, cui filiorum dicere vnquá licuit aut licebit, nisi huic vnico filio Dei? Vbi verò absque pronomine possessiuo dicit, pater, sic loquitur humiliora de se, vt penè congruant vel imitanda sint par

Ioan. 14. uitati nostræ, quorum frater dignatur dici vel esse. Exempli gratia: Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Humiliora nanque sunt hæc, & assumptæ humanitatis humilitatẽ, qua sine dubio maior est vnus Deus pater & filius & spiritus S. sonant ea quæ ibidem loquitur, scilicet hæc: Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Iam nó multa loquar vobiscum: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, &c. Próptum esset discretionẽ istá, ferè vbique obseruatam, in scriptura Euãgelij, nisi longum nimis videretur legenti: præsertim cùm ex paucis istis cõmonitus, cætera per semetipsũ valeat experiri. Qui etsi cantare consueuit ex persona filij, rogabo patrem, & alium paracletũ dabit vobis. Itemq́; meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei, sciat Euangelistam non

Ioan. 4. scripsisse, meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei, sed voluntatem eius qui misit me: neq; scripsisse rogabo patrẽ meũ (cùm rogare sit naturæ inferioris, & rogatio eius, sacrificium passionis eius fuerit) & ego rogabo patrem (inquit) & alium paracletum dabit vobis.

Item de eodem dicto contra hæreticos, quia non sequitur, spiritum sanctum non procedere à filio propter id quod ait: qui à patre procedit, imò sequitur spiritum sanctum Deum esse, qui à diuinitate procedit.

CAPVT III.

ERgo quoniam procedente spiritu sancto dixit, quem ego mittam vobis à patre, & meo non addidit: Itemq́;, qui à patre procedit, & meo non apposuit: sic tuta & prouida fides rectè intelligit, à patre, ac si dixisset, à diuinitate, quæ scilicet diuinitas vna patris & filij substantia est. Requiratur nunc intentio vel causa propter quã dixerit hic ille testis fidelis, quia spiritus sanctus à patre procedit: & tũc sic sonabit, sic audietur dictum istud ei, qui habet aures audiendi, vt verè vox firmamenti, verè sonus sublimis Dei. Quænam intentio vel causa est, nisi ipsa propter quam natus est, & in hunc mundum venit, scilicet in testimonium perhiberi veritati? Sic enim di- *Christi testimoniũ cõtra hæreticos.*
xit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Cuius videlicet testificandæ veritatis quæ summa est, nisi quod sit vnus verus Deus pater & filius & spiritus S. Nimirum ad testimonium huius veritatis, magnificè pertinet illud, quod idẽ filius Dei & de semetipso dixit: ego enim ex Deo p̃cessi, & de spirtu sancto testificatus est, qui *Ioan. 8.*
à patre procedit. Quid enim ô hæretici Arriani, qui dixistis, quia spiritus sanct⁹ creatura est: & vos ô Macedoniani, qui dixistis *Ioan. 15. Ioan. 3.*
quia spiritus sanctus Deus non est? Quid (inquã) ô insensati? Quid aliud quã Deus ex Deo processit aut procedit? Quod natũ est ex carne, caro est. Et quod natum est ex spiritu, spiritus est. Sic procul dubio quod p̃cessit & q̃ p̃cedit ex Deo, Deus est. Processit autem ex Deo filius, procedit Spiritus S. Ergo Deus est Dei filius, ergo Deus *Et filius & spiritus S. verè Deus est.*
est spiritus sanctus. Eccè quã breue dictũ, quam magnum sonat testimonium? Breue dictum est, ergo ex Deo processit, & magnum perhibet testimoniũ veritati, quod filius Dei Deus sit. Breue dictum est, qui à patre procedit, & magnum perhibet testimonium veritati, quod spiritus S. Deus sit. Magna hæc vox (vt supra dictum est) firmamenti, magnus hic sonus sublimis Dei, super serpentem antiquum detonans, qui victus est, & de cælo proiectus est in *Apoc. 12.*
terram, & super aquam doctrinæ nequam, quã & misit ex ore suo tãquam flumẽ post mulierẽ, id est, ecclesiã, vt faceret eã trahi à flumine, & hac voce cõfortata terra, adiuuit mulierẽ, aperiẽs os suũ, & absorbens illud flumẽ, cõuenientib. scilicet patrib. de toto orbe terrarũ, tanta cũ oris apertione, vt per testimonia scripturarũ annihilarent blasphemias hæreticorũ, quorũ deterrimi fuerunt Arriani, & post illos Macedoniani, qui dixerunt creaturã esse Dei filium, creaturam & nõ Deũ esse Spiritum Sanctũ.

Item de eadem sententia, quo pertinuerit, vt in illa sacratißima cœna, quatradebatur, nõ contentus dixisse: quẽ ego mittã vobis, addidit dicẽs: qui à patre p̃cedit.

CAPVT IIII.

ITaq; illud, quod cũ dixisset Dei filius: Paracletũ ego mittã vobis à patre, & addidit vel repetiuit dicẽs: q̃ à patre p̃cedit. Et à filio nõ p̃cedit, verumetiã amplius magnificandã demonstrat maiestatẽ procedẽtis, ne putet quis, & dicat hæreticus, qui *Addere dei seu patris.*
sperat ab homine, & non procedit ab ipsa substantia. † Eccè per simile hoc, quod dicimus, nõnihil adiuuatur intelligentia fidei. Apud Marcũ Euangelistã cũ dixisset:

Quisquis

Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit, continuò subiũxit: Et quicunq; me suscipit, non me suscipit, sed eũ qui me misit. Humilis enim erat homo inter homines, mortalis inter mortales apparebat, & homo tantum videbatur, & Deus esse non agnoscebatur. Proinde ne diceret aut cogitaret quis: quid p̃ magno reputas te suscipi, aut quid magnũ est in nomine tuo quenquam recipi, cũ & tu homo sis vt isti, quos vis in nomine tuo recipi. Rectè & oportunè prosecutus est, & qui me suscipit, non me suscipit, sed eũ qui me misit. Similiter quando hæc dicebat, quando paracletum spiritum sanctũ promittebat. Nónne & multò magis homo infirmus, & quasi nouissimus virorum appa rebat illa qua tradebatur vespera, in illa sacratissima cœna? Nónne (inquam) tunc maximè in infirmitate nostra laborabat, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectũ & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi abscondit⁹ vultus eius, & despectus? Proinde ne maiestas spiritus sancti minor videretur, vel tunc præsentib. vel post futuris, ex eo quod homo eiusmodi dixisset: quem ego mittam vobis, rectè & necessariò addidit, à patre, & repetens, qui (inquit) à patre, id est, ab altissima procedit diuinitate, vnde & credi, vel agnosci debet quid sit altissimus ipse. Per hoc ergo simile, sicut iam dictum est, fides debet, vt firmior sit, adiuari: præsertim quia non, sicut vbi dixit, & qui me recipit, quasi quandam negationem sup posuit dicens, non me recipit, sed eum qui me misit: non enim (inquã) sicut illic? ita & hic talilocutiõe vsus est, vt diceret: quẽ ego mittã vobis, nó ego mittã, sed is q̃ me misit.

Marc. 9.

Cur dixit Christus, Qui à patre procedit

Item filium fontem esse processionis huius, sicut est & pater, Psalmista dicẽte: Quoniã apud te est fons vitæ.

CAPVT V.

VT igitur hauriamus vitam, & bibentes non sitiamus vnquam, accedamus tam: scienter, quàm fiducialiter ad hunc p̃cedentem, non dubitantes filium æquè vt patrem huius esse processionis fontem. Vnde & cũ Psalmista dicamus tibi Domine, quoniam apud te est fons vitæ. Vita enim spiritus sanctus est: & fons vitæ, filius Dei est, & dominus cui hæc loquitur: Domine in cælo misericordia tua, &c. vsque inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ, Deus pater est. Sic ergo in hoc Psalmo intelligimus fontem apud dominum, sicut in euangelio, verbum apud Deum: flumẽ & de fonte, & de fontis vena procurrit: spiritus sanctus & de filio, & de patre procedit. Flumen, inquam, verbi gratia, Physon siue Gyon p̃fluit de fonte qui est apud paradysum. Fluminis impetus, qui lætificat ciuitatẽ Dei, procedit de fonte qui est apud Dominum de verbo quod est, vel erat apud Deum. Attamen similitudo hęc nõ est omninò perfecta. Nã paradysus & fons, terra & aqua diuersa est substantia. Et fluuius localiter egreditur de fonte siue de terra illa. Fons autem & Dominus, apud quem est fons vitæ, & ipsa vita, scilicet spiritus sanctus, vna substantia est. Videnunc ordinem siue iunctura verborum. Cùm dixisset: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, causam subiunxit, cur hoc deberet & vnde posset fieri, dicẽs. Quoniam apud te est fons vitæ. Nam pro posse siue posibilitate talem præsens coniunctiuncula structuram facit. Dixi, torrente voluptatis tuæ potabis eos, id est, perfectam & inæstimabilem iucunditatẽ eis dabis, & hoc benè poteris facere, quoniã apud te est fons vitæ, de quo p̃cedit spiritus sanctus, qui ipse est torrẽs voluptatis tuæ. Pro causa verò sic: Dixi, potabis eos, & hoc idcircò debes facere, quoniã ipsi credũt & cõfitẽtur q̃ sit apud te ille fons vitę.

Gen. 2. Psal. 45.

Psal. 35.

Domine apud te est fons vitæ.

Ad eãdem veritatis rationem pertinere, quod clamans dixit fons ille, si quis sitit veniat ad me, & bibat, & de fontis eiusdem apertione.

CAPVT VI.

NOnné hoc est quod clamãs dixit fons ille filius ipse? Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Cui rogo magis vel melius congruit quã fonti, vt dicat: Si quis sitit, veniat ad me & bibat? Habet enim fons quod de semetipso effundat, habet (inq̃) fons vitę q̃ apud te est Dñe vitã, id est, viuificanté spiritum qui ex ipso p̃cedat, & in os sitiẽtis siue bibere volẽtis. i. in interioria animę credẽtis, desiderãtis, & viuere volentis, larga dignatione influat. Hinc & apud Zach. p̃phetam scriptũ est: In die illa erit fons patẽs domui Dauid, & habitantib. Hierusalẽ, in ablutionẽ peccatoris & mẽstruatę. Gaudem⁹ enim nomine fontis Christũ Dei filium in hac ratione designari, cũ hoc intendimus, q̃ nulli dubiũ esse debuerit, q̃ nunc ecclesia catholica firmiter credit, quia spirit⁹ S. nõ minus à filio, q̃ à patre p̃cedit. Primũ in remissionẽ peccatorũ, de quo videlicet dato eiusdem spiritus S. & hic propheta dicit manifestè, in ablutionẽ peccatoris & mẽstruatę, scilicet populi vtriusq;, peccatoris populi gẽtilis: mẽstruatę, synagogę, cui⁹ ex nobiliorib. filijs vn⁹ Esa. hoc ipsũ cõfitetur & dicit: Et facti sum⁹ vt immũdi oẽs nos & quasi pannus mẽstruatę oẽs iustitię nostrę.

Ioan 7. Si quis sitit veniat ad me.

Zach. 13. Fons patẽs in ablutionẽ peccatoris & mẽstruatæ.

Esa. 46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 12. Ioan. 19. Sed nec illud ignotum esse debet, quando vel ex quo die fons iste patens factus sit, & peccatorem, siue menstruatam abluerit, quoniam sic dictū est: In die illa erit fons patens domui Dauid. Nimirū dies ille nūc est, dies glorificationis Iesu Christi Domini nostri, ex quo exaltatus à terra vt omnia traheret ad se, cū emisisset spiritum, vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Tūc fons iste patens factus est, & extunc patet, quia non ante, sed extunc Spiritus S. in remissionem peccatorum datus est. Eatenus quippe (vt iam dictum & sæpe dicendū, semperque sciendum est) in diuisiones quidē gratiarum spiritus idem patribus & prophetis datus erat, sed huius dati, q̄ est ablutio, tā peccator eatenus quā menstruata expers fuerat. Hinc est illud dictum: Nondum enim erat spiritus sanctus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Ioan. 12.

De proprietate fontis illius qui est apud te Domine, & de æquiuocatione fontium in scripturis, vt illic hauriat aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

CAPVT VII.

Homines sancti quomodo dicū tur fontes. FOrtè dicit aliquis. Multorum communis appellatio mystica est fons, etenim multi in scripturis fontes nominati sunt: multi (inquam) sancti homines, scilicet pphetæ & Apostoli nomine fontium significati sunt. Exempli gratia: Haurietis aquas in gaudio de fontib. saluatoris. Itē in Psal. Et apparuerunt fontes aquarum. Ipse quoque saluator mulieri Samaritanę loquitur: Qui aūt biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā æternam. Quomodo ergo, pro documento processionis Spiritus S. dum astruere volumus, quod non minus à filio quā à patre procedat idem spiritus sanctus, tanto-perè gaudemus de significatione filij, vocabulo fontis, quia sic scriptum est: Quoniam apud te est fons vitæ, & in illa die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ? Ad hæc (inquam) magna distantia est fontis qui est apud Deum, & cæterorum fontium, qui omnes, vt efficerētur fontes, de plenitudine eius acceperunt. Deniq; cùm & in hoc multum ab illo differant, quod omnes (vt iam dictū est) de plenitudine eius acceperunt, & adhuc multæ sint differentiæ illorum, maxima hæc distantia est, quam protinus dicam. De illo fonte vnico, qui erat & est apud Deum, ipso profundo corde patris, non solæ voces aut verba, sed ipsa procedit substantia spiritus sancti. De fontibus autem alijs, tantū modo voces seu verba eiusdē spiritus sancti, non ipsa eius substantia procedit. Quæ nam sunt voces, seu verba spiritus sancti? Nimirum omnes scripturæ veritatis, quas vtique per os sanctorum hominum locutus est spiritus inspirator veritatis. Proinde diligenter perpēde verba hæc: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientes in vitam æternam. Hoc ita rectè intelligitur. Gratia spiritus sancti quam dabo, vel dare potero ei (ille enim spiritus ex me procedit) non est, nec erit sicut spiritus huius mundi, siue sapientia seculi, quæ non viuificat, sicut aqua putei huius quam hauris, non facit tibi vt non iterum sitias, sed faciet in eo gratia eadem intelligentiam scripturæ viuificæ, quæ videlicet intelligentia sic perseuerat, sicut de fonte aqua profluere non cessat, vt loquendo siue etiam scribendo, quasi quibusdā riuis, prata multa, id est, multorum irriget animas, fiatque quod dictum est per Psalmistam: Riuos eius inebrians multiplica genimina eius, in stellicidijs eius lætabitur germinans. Et hoc quidem facere potest quisque fontium, scilicet sanctorum hominum, qui à Deo inspirati sunt, profundere doctrinæ riuulum, proferre sermonem bonum, ipsum autem spiritum sanctum homini perferre non potest, quantocunq; dono eiusdem spiritus abundet, nisi solus ille & vnicus fons vitæ qui sit, apud te Domine est. 2. Pet. 1. Ioan. 4. Aqua viuificans. Psal. 64.

De eo quod ait Euangelista: hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.

CAPVT VIII.

PRoinde valdè diligenter attendendū est illud, quod vbi dixit fons ille (sicut supra memoratum est) clamans in templo in magno die festiuitatis: Si quis sitit, veniat ad me & bibat: qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius aquæ viuæ, protinus Euāgelista subiunxit: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Denique potest quidem simpliciter & absque offendiculo in pace fraterna suscipi siue intelligi, quod illud totum de spiritu sancto clamauerit, sed vbi dissonātia sit, siue cōtra dissonantes declamandū est. quemadmodū hic dū agimus de processione spiritus sancti, cautè discernendū est, quia non solū vnum sed quodammodo domino dixit. Siquidē in ipso literali sensu aliud est bibere, & aliud est flumina fundere, sicut aliud est accipere, & aliud dare vel reddere. Quia ergo nec sic Euangelista scripsit, hæc aūtem dixit de spiritu, sed hoc dixit de spiritu, libera patet expositio, quia quod clamauit Dominus: si quis sitit veniat ad me, bibat, sine dubio de spiritu dixit testificās, quod spiritus sanctus de ipso ꝓcedat. Quod autē subiunxit: qui credit in me, flumina de ventre Ioan. 7. *De filio dei spiritus sanctus procedit.*

De sanctis hominibus vox vel doctrina spiritus sancti. ventre eius fluent aquæ viuę. Item de spiritu dixit, sed hoc sensu, quod non ipse spiritus, sed vox vel doctrina spiritus S. de ventre vel ore hominis inspirati sese effundat, iuxta q̄ alibi dicit: spiritus vbi vult spirat, & vocē eius audis. Sicut enim vox per hominem sonans spiritu sancto inspiratū, verbi gratia Prophetam siue Apostolum, & proloquens siue sapientiæ, siue scientię sermonem, aut quodlibet de generib. linguarū, non est ipsa substantia Spiritus S. in anima, prout vult spirantis: sic flumina credentis de ventre fluentia, non est ipsa substantia aquæ, quā fons ille dat, vel ad quā inuitat dicendo: si quis sitit, veniat ad me & bibat, attamen & vox quam audis, flumina quæ per vocem loquentis hominis diffiduntur, rectè signantur nomine spiritus, eo videlicet locutionis modo, quo plerunq; solemus efficiens exprimere per id quod efficitur, veluti cū ferrū calens dicimus ignem, & aquā frigore concretam dicimus hyemem. Ioan. 3.

Quod de ventre credentis in filium Dei solummodo sacramenta scripturarum, quæ per spiritum sanctum administrata sunt: de illo autem fonte, id est, filio Dei, ipsa quoque procedit substantia Spiritus Sancti.

CAPVT IX.

IGitur ab illo fonte qui Deus & homo est, multum (vt iam dictum est) cæteri omnes differunt, quicunque fontes dicti sunt, vel dici meruerunt. Quia videlicet de fontib. illis tantummodo flumina aquę viuæ fluxerunt, quæ non sunt ipsa substantia spiritus sancti, sed administrata per spiritum sanctum sacramenta scripturarum: ab illo autem & ipsa substantia Spiritus S. procedit, quia Deus est, & flumina scripturarum voce corporea fluxerunt, quia homo est. Et multa quidem sunt huiusmodi flumina de vētre illius, & de ventre credētis in eum fluentia, sed quatuor sunt flumina cunctorum capita, id est, flumina principalia, flumina inquam, id est, sacramenta. Sicut enim vn⁹ est fons, siue fluuius, qui egrediebatur, inquit scriptura, de loco voluptatis ad irrigendum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita, id est, principia flumina, sic de multis vel multiplicibus sacramentis quatuor sunt, præcipua Christi sacramenta, quibus intendit omnis scriptura diuinitus inspirata, scilicet incarnatio eius, passio eius, resurrectio eius, ascensio eius. Hæc flumina tam de ventre eius, quàm de ventre credentis in eum fluere non desinunt, & vocem spiritus sancti tam per os eius, quàm per credentium in eum Apostolorum hæc sacramenta prædicantis, totus mundus audiuit, hoc iterum excepto, quod ex abundanti est astruere, quia sacramenta hæc ex ipso sunt condita pariter & annunciata: cæteri autem annunciationis huius ad nos, ministri & adiutores fuerunt. Nunc de eo quod iam præliba tum est spiritus vbi vult spirat, scilicet de ipsa processione vel procedentis persona, quod Deus & Dominus sit, & eiusdem cū patre & filio maiestatis siue potestatis, in hoc ipso dum procedit, latius dicendum est. Nunc quod non minus à filio quā à patre procedat, hactenus à nobis sermo habitus, prosecutus est. *Quatuor principua flumina, seu sacramēta Christi.* Gen. 2.

De ipso procedente spiritu sancto, & diuina ipsius potentia, iuxta quam dictum est: Spiritus vbi vult spirat.

CAPVT X.

CLausula hæc quàm breuissima: Spiritus vbi vult spirat, diuinam eiusdem spiritus sancti naturam, diuinam nihilomin⁹ potentiam, magnificè nobis, qui in eū credimus, enunciat, & manifestè quædam diffinitio est, hunc secernens ab omni spiritu, quicunque Deus non est, vel sub Deo spirat. Nullus enim spiritus, præter hunc spiritum qui Deus est vbi vult spirat. Creatus quilibet spiritus, bonus siue malus spirat quo spirare mittitur vel permittitur, nec ita spirat, vt ipse spiritus nostri substātiam ingrediatur, nisi solus creator spiritus. Quid ergo est (inquit) quod quilibet homo spiritu maligno plenus dicitur? Sicut enim legimus hominem quempiā sanctum vel fidelem, verbi gratia: Stephanum plenum spiritu sancto, ita & Iudam legim⁹ peruasum à spiritu maligno, non quomodocūq;, sed ita, vt de illo dicat Euāgelista, quia intrauit in illū Sathanas. Similiter de bonis spiritib. hoc exēplum est apud Zach. Prophetam: Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi quid sint hæc. Item: Et respondit Dominus Angelo qui loquebatur in me, verba bona, verba consolatoria. Et post alīqua: Et ecce Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius Angelus egrediebatur in occursum eius. Ad hæc inquam. Nec ista scripturæ testimonia cōpellunt nos, nec ipsa ratio cōsentit, vt dicamus vel suspicemur, q̄ creaturis rationalis spiritus, rationali spiritui substantialiter vnquā potuerit aut possit infundi, vel q̄ rationalis spiritus capax sit alterius, nisi solius spiritus Dei. In habitationē duntaxat corporis missus aut permissus sese inferit. Et malus quidem spiritus compræhensum hominis spiritum veneno malitiæ inficit, aut furiosis agitat flagellis: bonus autē angelus custos appositus humano spiritui, demulcet eum verbis bonis, verbis cōsolatorijs: in ipsā aūt substantiā neuter sese infundit. Neq; enim ita subtilior spiritus angelic⁹ humano spiritu est, Ioan. 3. *Spiritus vbi vult spirat.* *Obiectio.* Actor. 6. Ioan. 3. Zach. 1. *Solutio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritu est, vt alter alterius capax, vel alter alteri capabilis sit. Solus creator spiritus, solus (inquam) & vnus Deus pater & filius & spiritus sanctus humano spiritui capabilis est, quia longè subtilior est. Si quis diligit me (ait filius) & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. De isto autem paracleto spiritu sancto idem dixit: Vos aũt cognoscetis eũ, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

Ioan. 14.
Ibidem.

De illo modo spiramẽti eius, quo spirãs vbi vult ipsam animæ substantiã penetrat, & abyssum eius perambulat, & quod huius dignationis experimentum sentire in hac vita valdè paucorum est.

CAPVT XI.

Spiritus S. & deforis & intus spirat.

IGitur hic spiritus Deus est, & hoc præsens quoque sententia cõfirmat, dicentis, spiritus vbi vult spirat. Cùm vult, deforis per angelum spirat, id est, præceptũ vel consilium dat: Et cũ vult intus per semetipsum spirat, id est, animæ substantiam sensibiliter perambulat. At verò istud, quod postremum dixi, valdè paucorum est, dũ in corpore viuentes peregrinantur à Domino. Illud quod primum dixi, quia dum vult, spirat deforis, adeo multorum est, vt etiam malis interdũ accidere potuerit.

1. Reg. 19. exempli gratia: Misit Saul lictores vt raperent Dauid. Qui cùm vidissent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelẽ stantem super eos, factus est etiam in illis spiritus Dñi, & prophetare cœperunt etiã ipsi. Prophetauerũt & alij nuncij, prophetauerunt & tertij. Abijt & ipse, & factus est etiam super eum spiritus Domini & prophetauit. Effectus enim quidam est, valẽs aperire interiores oculos, etiam eius qui non meretur ingressum ad se eiusdem spiritus Domini, vt videat quod ante ignorauit, & intelligat voluntatem Domini:

Num. 24.

nimirum ad iudicium sibi. Quemadmodũ & ille Balaam, qui de semetipso ait: Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus. Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. De quo videlicet Balaam in præsenti ratione perpendendum est, quia cùm semel & iterum dictũ vel scriptum sit, quia occurrens ei Dominus, posuit verbum in ore eius, nusquã dictum est, posuit in corde eius, sicut dicitur digno & fideli viro,

Deut. 30.

1. Cor. 2.

propè est verbum in corde tuo & in ore tuo. Non enim in corde per dilectionem sapiebat ea quæ Dei sunt, quamuis ore per scientiam proferat ea quæ Dei sunt. Istum modum spiramẽti, de quo dicere cœperã, quo spiritus sanctus multiplex (vt ait sapiẽtia) subtilis, mobilis, discretus, incoinquinatus, certus, suauis, stabilis, securus, omnibus mobilibus mobilior, ipsam animæ substantiam penetrat, & abyssum eius perambulat, valdè paucorum est experiri, quã diu in hac vita sunt à Domino peregrini: & cùm vix quispiam eorũ expertus fuerit, non valet verbis exprimere si velit, quoniam ineffabile est quod sentit. Hic nimirum nõ opus habet, vt eum doceat quis, qp spiritus sanctus Deus sit, ipsa enim infusionis eius vnctio docet eum, quemadmodũ Ioannes Apostolus in epistola sua dicit: Et vos vnctionem habetis à sancto, & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Vtique in semetipso expertus hoc dixit. Et aliquos inter illos esse nouerat, qui nonnihil haberent, de ista vnctione mirabili, vnctione ineffabili, per quam intelligitur beata anima, quod Deo placita sit, sicut & postmodum dicit. In hoc intelligimus quoniã in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.

1. Ioan. 2.
1. Ioan. 3.

Quod si Paracletus iste spirare velit, vbi non quæritur vel recipitur consolatio præsentis seculi, & de eo quod ait Dominus, rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis.

CAPVT XII.

VBi quæso spiritus huiusce modi aspirationem spirare vult. Nam quod spiret vbi vult tanquam Deus & omnipotens Dominus, credimus & scimus: sed hoc nõ frustra diligens animus quærit, vbi ille spirare velit, vel spirare consueuerit. Ad hæc inquam. Illic spirare vult & illic spirat aspiratione illa mirabili, quam dixi, vbi nõ est consolatio præsentis seculi, vbi est qui dicat, renuit cõsolari anima mea. Itẽ: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus cedar, multum, incola fuit anima mea. Sed hic gemitus, cui nisi Deo vel spiritui eius est manifestus? Idcircò & altius dicit: Secretum meum mihi, secretum meum mihi, væ mihi. Quam ob causam? Cõfractione confringetur terra, contritione cõteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, & subaudias, idcircò renuit cõsolari anima mea, quia consolatio stabilis non est in terra confringenda, conterenda, commouenda, agitanda. Quod iam in partibus aliquotiens factum est, vniuersaliter aũt vltimo iudicio fiet irrecuperabiliter. Vbi pro huiusmodi causa luctus est vel gemitus, vbi spiritus iste Paracletus, id est, cõsolator spirare vult. Omnes huius seculi aliam habent cõsolationem suam, & væ vobis diuitibus, ait Dominus, quia habetis consolationem vestram. Ad discipulos autem suos dicit: Et ego rogabo patrem, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiscum

Spiritus S. spirat in eis, qui ingemiscunt in hoc seculo.

Psal. 76.
Psal. 119.
Esa. 24.

Alius mũdi alius electo rum paracletus.

biscum in æternum. Alium paracletum dixit, videlicet idcircò quia duo sunt paracleti, multum dissimiles, imò & oppositi, hinc spiritus Dei, illinc spiritus huius mundi. Vnde & cùm dixisset: Et alium paracletum dabit vobis, subiunxit: quem mũdus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum, videlicet sua paraclesi consolatum & incrassatum habens cor suũ. Et quidẽ bonus & acceptus est sensus, quo dictum est ante nos, spiritum sanctum idcircò alium paracletum à filio esse nuncupatum, quia Filius ipse Paracletus est, alius in persona, non alius in natura: sed nihil minus hic sensus quem nunc dicimus placet, imò & expeditior est. Denique in beata trinitate est quidem, & necessariò confitetur ad salutem, quia est personarum pluralitas, sed non est ibi vlla paraclesis, id est, consolationis dualitas. Hic profectò in hac oppositione, vbi Deo mundus opponitur, dicendo: Et alium paracletum dabit vobis pater, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non vidit eũ, manifesta est dualitas paraclesis, quia sic ut duo sunt spiritus, alius mundi, alius dei. Vnde Apostolus loquitur: Non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: sic & duos paracletos, nihil cõmune habentes rectè dici ratio consentit, alium spiritum huius mundi, qui consolatur filios seculi in delicijs transitorijs, aliũ spiritum Dei, in quo solo consolationem habent filij Dei, filij sponsi, qui ablatus est ab eis.

Luc. 6.
Ioan. 14.

1. Cor. 2.

Matth. 9.

Itẽ de eadem dignatione spiramtis vbi vult, iuxta illud in prouerbijs: Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum, date siceram mœrentibus & vinum his qui amaro sunt animo.

CAPVT XIII.

IGitur quod dictũ est: Spiritus vbi vult spirat, hic venerabiliter intelligitur, qp non casu, sed cum ratione iudicij, aliàs spirare velit, & aliàs spirare nolit, quã videlicet iudicij rationem sapientia nobis insinuat in parabolis Salomonis verbis huiusmodi: Noli regibus ô Lamuel noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas, ne fortè bibant & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur amplius. Lamuel quippe, quod interpretatur in quo Deus, ipse est Christus in quo reuera Deus, quemadmodum Apostolus dicit: Deus erat in Christo, mundum recõcilians sibi. Nec verò ita Deus in illo, sicut in nobis, sed multò differẽtius, ita videlicet, vt verbũ deus, & assumptus homo vnus Christus, vna per

Prouer. 31.

Lamuel Christus.

2. Cor. 5.
Luc. 24.

sona sit. Vnum quod dat iste Lamuel, sine dubio hic spiritus sanctus est, qui cùm datus esset Apostolis ab ipso dicente: Ego mitam promissum patris mei in vos, & illi lo querentur linguis, stupentes qui audiebãt, nescientes quidem ipsi quid dicerent, sed tamen verum dixerunt, quia musto pleni sunt isti. Reges quibus vinum hoc dare nolit Lamuel, diuites sunt huius seculi, & in ipsis diuitijs superbi, quibus (vt supra iam dictum est) Væ vobis ait ipse Lamuel, quia habetis consolationem vestram, & quasi quæreret idem Lamuel, quam ob causam talibus vinum hoc, talibus nolit mittere istum paracletum, quia nullum (ait) secretum est, vbi regnat ebrietas, ebrietatem nominans illorum superbiam, ipsam consolationis ipsorum abundantiam seu confidentiam. Ibi profectò nullum est secretũ eiusmodi, quale vinum istud expetit, quale paracletus iste requirit. Quale enim secretũ exoptat? Nimirum vt homo iugum portãs tũ spiritui ab adolescentia sua, solitarius sedeat & tacẽto. lugeat, præsentem ante oculos suos habẽs causam, cur lugere debeat, videlicet quia mortalis in peccatis, aut in periculis peccatorum viuit, rationem redditurus ante tribunal tremendi iudicis, vbi quantacunq; habita fuerit consolatio præsentis seculi, nihil proderit. Quamobrem, sicut verè va nitatem illam contemnit, dicens cum Psalmista: Renuit consolari anima mea. Quia ergo non est ibi tale secretum. Noli (ait) ô Lamuel, regibus, id est, superbis dare vinũ. Plerunque accidit, vt talium quispiam gustata (vt sibi visum est) aliqua vini huius portiuncula, scilicet accepto sapientiæ siue scientiæ sermone, siue prophetia, siue generibus linguarum, siue aliquo cæterorum charismatũ, quæ distribuit idem spiritus, idem Dominus, idem Deus, diuidens singulis prout vult, vteretur eo in superbia, faceretque hæreses & schismata. Hoc est qp dicit de regibus illis: Ne fortè bibant & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. Obliuiscuntur nanque iudiciorum hæretici, dum malè iudicant vel sentiunt, de scripturis sanctis, & hoc est mutare causam filiorum pauperis, scilicet Christi, qui cùm diues esset, ait Apostolus, pro nobis pauper factus est. Quibus ergo vel qualibus debetur vinum consolationis huius? Date (inquit) siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Mœrentes illi sunt, amaro animo illi sunt, quibus est præsentis vitæ tædium, & futurę desiderium, & idcircò laudant magis mortuos quàm viuentes, sicut dicit Ecclesiastes: qui cognoscunt lachrymosum exiliũ suum, iuxta illud: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus dum recorda-

Heretici abutuntur vi no spiritus sancti.

1. Cor. 12.
Prou. 31.
2. Cor. 8.

Eccl. 4.
Psal. 136.
Ephe. 1.
Apoc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

remur Sion. Isti bibant, isti spiritum paracletum accipiant, & obliuiscantur huiusce egestatis suæ,& doloris huiusmodi non recordentur amplius:certi facti ex isto pignore, quod pedes sanctorum iam sunt stantes in atrijs tuis Hierusalem,vbi nulla est egestas,& dolor non erit vltra.

Quod mœror sanctorum, & amaritudo animi eorum descendat ex magna virtute fidei, & idcirco consolatione spiritus sancti digni sunt.

CAPVT XIIII.

Fides facit hominẽ rectè mœrentem.

OIgitur dulcis mœror, & ô amabilis amaritudo animi, tam magnam habens remunerationem gaudij sancti, tam iucundam visitationem tanti Domini, tã suauem consolationem tanti paracleti,vn de te habet spiritus hominis, vnde illi promisisti? Nimirum ex virtute fidei, & verũ illi testimonium perhibes, quod fides eius magna sit. Nisi enim fidem haberet in penetralibus suis,non incederet mœrens,nó esset amaro animo,non se cognosceret egenum & pauperem, non diceret (verbi gratia) quod dixit Rex præpotens & splendidus in gloria regni sui: Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suę, ita oculi nostri ad Dominũ Deum nostrũ donec misereatur nostri: Nesciret dicere, quia multum repleti sumus despectione, nesciret qualẽ vel quantũ in Adam honorẽ perdidit,quantum in illo opprobriũ,quan tam despectionem hæreditauit. Hoc etenim scire fidei est: Fides autem ipsa hominis vita est. Vnde & Dominus in propheta dicit,& Apostolus meminit: Iustus autem ex fide sua viuit, siue: Iustus autem meus ex fide viuit. Pulchrum ergo & pium est videre hunc introitum paracleti, vbi stanti illi ad ostium & pulsanti, fides ianuam aperit,& ille ingressus, demittit se dignantissima inclinatione in amplexum fidei,& cœnat cum illa, & ipsa cum eo. Nunquid enim soli filio Dei dicere competit: Eccè sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam,introibo ad illum,& cœnabo cum illo,& ipse mecũ, & non etiam spiritui Paracleto? Immò & huic,nam ipse filius Dei, siue verbum Dei, nunquam nisi per Spiritum Sanctum, huc ad manendum introire consueuit: Ipse spiritus sanctus dux est itineris, siue introitionis,& miro atque ineffabili modo, cùm ipse sit donũ patris & filij,cum eo modo,de quo nunc agimus, scilicet sensibili gratia, quæ magna prærogatiua est, introierit,& patrem dat & filium, id est,cognitionemefficit patris & filij.

Abac. 2. Rom. 1. Hebr. 10. Apoc. 3.

De distantia fidei quod & magna fides, & modica fides,& minima fides,certas ob causas nominentur in verbis Domini.

CAPVT XV.

ET nos quidem ferè omnes fidem habemus,etenim sine fide (ait Apostolus) impossibile est placere Deo, sed magnã fidem non omnes habemus, vnde & eiusmodi gratiam non omnes accepimus Deniq; est & magna fides,est & modica fides,est & minima fides. Si non ita esset,non diceret alibi Dominus: Magna est fides tua.Et alibi:Quid timidi estis modicæ fidei. Et alibi: Quãto magis vos minimæ fidei. De tribus istis differentijs,breuiter aliquid pro elucidatione dicendum est. Minima fides est, vbi homines Christiani quidem,& Christũ cõfitentes,sed in seculari cõuersatiõe viuẽtes,ita de crastino cogitant, & soliciti sunt, dicentes: Quid mãducabimus,aut quid bibemus,aut quo operiemur,vt propter hãc solicitudinem acriorẽ vitam aggredi subterfugiant, & penè desperent de cura Dei, si in aliquo horum vel ad tempus deficiãt. Ideò Dominus dicit: Si autem fœnũ quod hodie est,& cras in clybanũ mittitur, Deus sic vestit,quantò magis vos minimæ fidei? Modica verò fides est,vbi propter metum mortis,sub articulo persecutionis, vocem quis abscondit Christianæ confessionis, q̃ fecit Petrus vbi Christum negauit, & cæteri Apostoli,qui relicto eo omnes fugierũt. Ideò & Petro dixit, cùm cœpisset mergi, quia videns ventum validum timuit:Modicæ fidei quare dubitasti? similiter & in alia tempestate, tam Petro, quàm cæteris discipulis:Quid timidi estis modicæ fidei? Vtraque nanque tempestas, futuram turpationem Iudæorum significabat. Prima, vbi scriptum est: Ipse verò dormiebat,cũ nauicula operiretur fluctibus. Eius rei signum erat,quod dormiente Domino dormitione mortis, discipulorum fides habebat periclitari. Secunda,vbi venit ad eos ambulans super mare,& appræhendit manum Petri clamantis, quia dubitans cœperat mergi, signum fuit resurrectionis, in eo ipso quod supra mare ambulauit,ambulaturus super fluctus mortis, sicut scriptum est: Qui ascendit super occasum,Dominus nomen illi,& consolaturus eundem Petrum, vt non amitteret gradum Apostolicum,qui tunc vtique clamauit, eò quòd cœpisset mergi, quando egressus foras,amarè fleuit,& Dominus lachrymantem respexit. Porrò magna fides est, vbi tam Apostoli, quàm cæteri sancti, non solùm mori non timuerunt, verumetiam mori propter vitam æternam præoptauerunt, secundum exemplum illorum trium puerorum, qui cùm dixissent regi Nabuchodonosor,ecce enim Deus, quem colimus, potest eripere nos de

Minima.

Matth. 6.

Modica.

Marc. 14. Matth. 14.

Magna. Luc. 22.

Dan. 3.

nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis Rex liberare, addiderunt adhuc: Quod si noluerit, notum sit tibi rex,quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti non adoramus?

Item, de magna fidei mœrore siue amaritudine, & de eo quod Salomon loquitur, cor quod nouit amaritudinem animæ suæ in gaudio eius non miscebitur extraneus.

CAPVT XVI.

2. Cor. 5.

NImirum ad hanc fidem pertinet ille dolor mœrentium, vel eorum qui amaro animo sunt,propterea quia diu peregrinaretur à Domino dum in corpore viuunt,& nullam ab hoc seculo consolationem recipere volũt. Gemunt,gemũt,nec saltem idcirco gemũt,quia morituri sunt, sed idcirco quia viuunt: & idcirco vitam ipsam deflent,quia viuendo peccare timẽt. Ibi est locus,ibi causa postulat, vt eo(quo iam dictum est) modo spiret spiritus, qui vbi vult,spirat. Quo fructu? Cuius rei effectu? Nimirum, vt donum aliquod suimet et infusione tribuat, & tribuendo quasi manu piæ consolationis faciem plorantis animæ demulceat,& lachrymam eius abstergat, & quasdam percipiat gaudij primitias, vt mitiget ei à diebus malis & patiẽter viuat, donec veniat tempus suæ vocationis,& sedens homo solitarius cũ Deo loquatur quoties vult,& in dono quod accepit exerceatur. Hinc est illud: Cor quod nouit amaritudinẽ animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Quænam est amaritudo animę,nisi peregrinatio ista, pra memoratum est) Psalmista: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est,multum incola fuit,anima mea, renuit consolari anima mea. At verò istam amaritudinẽ non omne cor nouit. Multa corda sic obtusa sunt,vt non sentiant, immò amaritudinem dulcedinem putant,nó peregrinationem,sed patriã existimant vitæ huius moram aliquantulam. Et quidem amara illis est mors corporis, immò & ipsa memoria mortis,quomodo Sapiens dicit: O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. Sed causam mortis, quæ verè amaritudo est, non considerant, quod per peccatum mors introierit, in hunc mundum, non recogitant. Non parua ergo seiunctione lugentes seiũgit non lugentibus, dicendo, cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscetur extraneus, & hoc idem est quod saluator ait: Beati qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur. Quod enim est gaudium cordis illius, nisi consolatio paracleti huius sancti spiritus, visitantis cor illud propter scientiã amaritudinis ipsius? Et benè de isto gaudio dicit, quia in eo nõ miscebitur extraneus. Ipse est enim spiritus veritatis,& docens omnem veritatem, sicut & Psalmista dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, custoditanimam, ne subrepat spiritus deceptionis verè extraneus, quia veritati contrarius. Hic iam fructus est magnæ fidei, quæ ianuam(sicut supra dictum est) paracleto huic, vt introiret,aperuit mœrendo in amaritudine, & nolendo siue renuendo temporaliter consolari.

Effectus cõsolationis paracleti. Psal. 93. Prou. 14.

Psal. 119. Homines mundani mortem timent.

Matth. 5.

Psal. 14.

Beati lugẽtes.

De eo quod Dominus præmisso, spiritus vbi vult spirat, subiungit,& vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat,& quod veniens idẽ spiritus, signum aliquid ostendat, competens gratiæ quam importat.

CAPVT XVII.

QVid tandem cum tali vel tanta dignatione spirauerit spiritus vbi vult? & vocem(inquit) eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Verus sermo quem dixit,& vocem eius audis. Non enim tacere potest qui gratiam accepit eiusmodi,etiam si interdum propter causam vel discrimen aliquod tacere velit. Exempli gratia: factus sum(ait Hieremias) in derisum tota die,omnes subsannant me, quia olim iam loquor,vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito. Et factus est mihi sermo Domini in obprobriũ, & in derisum tota die, & dixi: Non recordabor eius,neq; loquar in nomine illius. Cùm hoc dixisset, & hoc dicto tacere proposuisset, quod continuò sequitur? Et fact' est(inquit) in corde meo quasi ignis exæstuans,claususque in ossibus meis,& defeci ferre non sustinens. Iuxta hunc sensum se habet & illud, quod Psalmista præmisso posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis,continuò subiunxit, & dolor meus renouatus est,concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea ardescet ignis. Verè ergo vocem eius audis,quia tacere non potest,silere non audet. Ibi enim est præceptor,qui tubam vocis largitus est,& dicit ei:Clama,ne cesses, & his similia. Sed tu fortè hoc ignoras, quod talem intus monitorem habeat, & idcirco loquentem deridet,clamantem subsannas. Sequitur ergò: Sed nescis vnde veniat,aut quo vadat. Reuera nescis vnde veniat, nam fortè in alio cubiculo eras, & dormiebas, quando ille Dominus,ille paracletus,illum, cuius vocem audis vigilantem videns sicut Psalmista dicit: Anticipauerũt vigilias oculi mei, magna dignatione declinauit in eum, aut sicut

Ioan. 3. Homo diuinitus inspiratus tacere nõ potest

Ioh. 3.

Psal. 76.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut flumen lactis, aut sicut torrens ignis, iuxta illud propheticum: Quia hæc dicit Dominus, eccè ego declino in eos vt flumẽ pacis, & vt torrens inundans glorię gentiũ. Solet enim ipse procedens, quocunq; procedit, suæ processioni competentem facere apparatum, & secundum gratiam quam importat de multis diuisionibus gratiarũ, congruum aduentus vel præsentiæ suæ sensibus animæ, aut corporis etiam oculis exhibere signum. *Esa. 66.*

Narratio quorundam signorum, cum quibus visitationem sui spiritus sanctus diebus nostris quibusdã dignanter infudit.

CAPVT XVIII.

DE signis maioribus nunc interim taceam, videlicet de signo vel significatione, qua super Dominum in specie colũbæ, & super Apostolos eius apparuit in igne, vt erat & illius iudicis iram nobis mitigaturus, & istorum corda eatenus infirma per zelum bonum accensurus. De minoribus, quos nostro tempore vidimus nõ pigeat, vel nos scribere, aut aliquem attendere, si fuerit beneuolus, quicunque hæc legere dignabitur. Puellæ cuidam nomine Vualdradæ, cũ esset in apparatu nuptiarũ, quæ tamen animo eius non sedebant ipsa nocte, vigilanti enim alijs dormientibus, sic afflauit iste paracletus, vt præ magnitudine caloris euigilarent qui dormiebant, & inclamarent, putantes quod arderet ipsa domus. Iacebat iuxta matrem viduã, sanctæ viduitatis propositum habentem, cùm per feneſtram domus superiorem, eccè aduenit & intrauit ignis magnus & descendẽs ad eam, quæ sola hæc videbat, in os & in secreta vẽtris illius illapsus est. Prima ipsius mater præ magnitudine ardoris, quo fortiter tangebatur, somno excussa est, & inclamans altius, surgite (inquit) surgite, ardemus ardemus. At ille ignis erat non comburens, sed illuminans, non corpus consumens, sed animæ lucens. Cùm ergo turbarentur, & ardorem quidem sentirent, sed ignem non viderent, tandem persensit mater, quod ardor ille de filia veniens se diffunderet, quæ iam diuino amore inflammata, vulnerato corde flebat abundãter, ita vt ex illa hora per multum tempus lachrymis fluere non cessaret. Quam vocẽ eius extunc audiuit aliquis? Contigerat enim illi secundum hoc ipsum capitulum, quod tractamus nunc, quod dixit Dominus: Spiritus vbi vult, spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Quam ergo vocem eius extunc audiuit aliquis, nisi votum & propositum, & tenorem sanctæ virginitatis? Denique vsque ad senectutem in proposito permansit, & in reclusione vitam solitariam duxit, tandemque cursu cõsummato ante hos annos fermè quatuor pro terrenis, de quarũ medio vocata fuerat, nuptijs ad cælestes (vt credimus) nuptias transmigrauit. Alius quidam cùm penè incõsolabiliter lugeret incolatum suum prolongari, & cum ecclesiasticę laudaret mortuos magis, quàm vi uentes, & sicut de Anna legitur nusquam vultus adolescentis in diuersa mutarentur, quadam nocte cùm se sopori dedisset, dolore plenus & totus in luctu, eccè vidit quodammodo cælum desuper modicè aperiri, atque inde quasi talentum, lucidũ substantiæ ineffabilis substantiæ viuentis, velociter atque dicto citius demitti, quod illapsum pectori eius, magnitudine vel põdere suo protinus illum somno excussit, auro grauius, melle dulcius. Quod vbi illapsum est, primum quidem aliquantula morula quieuit, seque ab omni motu continuit, illo quoq; quiescente (vt fortè resupinus iacebat) & expectante euentũ rei, mox autem moueri cœpit, & circuire vterum interioris hominis, vterum animæ, quẽ (vt fatetur) ipse nesciebat eatenus, q̃ tantæ esset capacitatis. Circuibat itaq; modo mirabili res viua, & vera vita, semperq; circuitus sequens erat præcedente maior, multoq; amplior, donec tandem vltima infusio veluti quoddam magnum flumen inundans, hoc dabat intelligi vel sentiri, q̃ totum animæ vel cordis exceptorium plenum esset, & plus caperenon posset. Quo facto, iterum quieuit paulisper, vt neque influeret quod iam fecerat, neq; efflueret quod postmodum fecit, & iterum volebat homo interior quasi faciem clarius videre illius substantiæ viuentis, sed quodammodo occultabat se, vt non videretur facies eius, cùm valdè magno pondere portaretur, & in magna dulcedine sentiretur. Post modum cœpit re flecti, aliamque in partem circuitus agens in modum fluminis, per leuum latus effluxit, videntibus oculis interioris hominis, quod cum vltimis fluctibus efflueret, paululum subsistit, & eccè videbam (ait) quia substantia illa pulcherrima quasi aurum liquidum erat.

Matth. 3. Actor. 2.

Vualdrada puella spiritu sancto repleta.

Ioan. 3.

Qualis est illa spiritus sancti infusio.

Psal. 119. Eccl. 4. 1. Reg. 1.

Item, de eo quod ait: Et vocem eius audis, quod vox hominis inspiratu gemituosa sit, quid sit nescire vnde veniat, quid sit nescire, quo vadat.

CAPVT XIX.

IGitur quia nemo scit, nisi qui accipit quamlibet gratiarum eiusmodi, rectè & veraciter dicit ipsa veritas, & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Audis vocem gementis, audis vocem verba Dei loquentis, sed nescis vel qualide ea mino gemituosa vox formata sit, vel qualide flumine vox exultationis, & cõfessionis imbuta & lætificata sit. Hoc est nescire vnde

vnde veniat: Et quid est nescire quo vadat? Nimirum nescire quid desideret, cur exultans gemat, gemens exultet. Ipse scit quo tendat, & secundum scientiam veram loquitur: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et cætera his similia. Tu fortè, dum ille secretum se esse putat, vel secretum habere quod amat, vt absque arbitris fortiter pro velle suo gemat, & vocem sui gemitus ipse audiat, quam vtique ipsum audire, sicut panem comedere delectat, ita vt veraciter possit dicere. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, tu (inquam) fortè casu, illo ignorante propè accubebas, & eo eiulãte in sublime, & gemitibus frena laxante, audisti & miratus es, audisti & cõpassus es, quippe qui eiusmodi vulnus necdum expertus eras, & idcircò nesciebas tantorum gemituum, quæ vel qualis causa erat, & reuera mirari poteras. Quis enim tam fortiter gemere potest pro aliqua seculi amaritudine, quã gemit ille qui eiusmodi est præ dilectionis Dei dulcedine? Ibi planè est quod Apostolus loquitur: Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et verè mirum atque ineffabile est, quod cùm iste spiritus illis, qui dicunt: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur, Sion pro consolatione detur, vnde & dictus vel nominatus est Paracletus, hic idem aduenies, cùm se infuderit, totumq; animæ habitaculũ in possessionẽ suam redegerit, adauget gemitus, multipli cat lachrymas, crebriora distẽdit suspiria, facie tamen permanente lætissima, ita vt oppido mireris hilaritatem vultus in publico, cuius quasi per insidias delitescens audieras gemitus in occulto. Sicut ergo nescis vnde veniat, ita & illud nescis quo vadat, nec satis vnquam scire poteris, nisi & tibi similiter contingat, nisi simile vulnus ab isto spiritu pietatis excipias.

Psal. 41. Gemitus magnus, sed dulcis piè lugentibus.

Rom. 8.

Psal. 136.

In isto qui inspiratus gemit, probatum esse illud quod veritas promittens dixit: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, & de eo quod Apostolus ter Dominum rogauit.

CAPVT XX.

INisto sanè probatum est illud, quod veritas promittens dixit: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Quam enim ob causam, vel quo iure istud contingit, vt quod petit, accipiat, nisi quia quod postulat, non nisi secundum Deum postulat? Hinc Apostolus cùm dixisset (quod supra memoratum est) ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, continuò subiũxit: Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deũ postulat p̃ sanctis. Nõ ergo quiuis festinare debet, cùm audit, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, vt fiat sibi q̃ petit, quia non istud congruit, sed illis dũtaxat, qui paracletum istum acceperunt secundum Deum postulantem pro sanctis, quod reuera est, postulare in nomine saluatoris, quem tunc in eodẽ sermone promittebat Apostolis suis. Sed dicit aliquis: Ipse Apostolus qui illa scripsit quæ præmissa sunt, & spiritus postulat pro nobis, & cæt. quique præcipuam habebat eiusdem spiritus gratiam, sicut ibidem loquitur: Sed & ipsi nos ipsi primitias spiritus habentes, ipsi intra nos gemimus: ipse (inquam) petiuit, & non datum est illi. Ait enim: Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Nonne secundum Deum postulauit? Aut nunquid non erat ipse vnus de sanctis, pro quibus istum gemituosum spiritum postulare dixit. Attamen nõ fuit datum illi. Ad hæc inquam, Vnde hoc habemus, quod non datum fuerit illi? Nũquid hoc ipse dicit? Scimus quidẽ nostros maiores, & nobis multò meliores hoc dixisse, hoc scripsisse, quod non fuerit exauditus, & circa hoc laborasse, vt ostenderẽt illi non fuisse vtile vt exaudiretur. Verũ & si authoritate illorum, quia magni habẽtur, nos quisquam premere velit, nihilominus dicere non dubitamus, quia exauditus fuit. Quid enim si non statim, non ad primam, non ad secundam, sed neque ad tertiam rogationem exauditus fuit? Denique nec Saluator hoc dixit: Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, statim dabit vobis. Sed neque sic intelligi voluit, quippe qui dicturus: Petite & accipietis: pulsate, & aperietur vobis, pulchrum exemplum perseuerantiæ præmisit. Quis vestrũ (inquit) habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, cõmoda mihi tres panes, &c. vsque, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi. Ne ergo dicas mihi, quia non fuit exauditus, & quod ab illo neque angelo talis heros vsque ad finem vitæ fuerit colaphizatus. Denique fuerit hoc diuinæ dispensatiõis, vt interim colaphizaretur, ne iuuenem extolleret magnitudo reuelationum, nam vt virum prouectum militemque emeritum, deinde ab eiusmodi colaphis redderet securum, benè decuit illum omnia suauiter disponentem cani, & reuerendi capitis antiquum dierum.

Obiectio.

Matth. 7. Luc. 11.

Paulus cõtra angelũ Sathanæ exauditus est.

2. Cor. 3.

Responsio.

Sap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum postquam iste Paracletus semel familiari visitatione sese infuderit, contingere possit, vt sese auferat, & animam illam deosculatam prorsus & irrecuperabiliter derelinquat.

CAPVT XXI.

Quæstio. HIciam quæritur, vtrum nec ne iste Paracletus, postquam semel illa, de qua nobis hactenus sermo fuit, familiari visitatione sese infuderit in secretarium animæ, rursus ita sese inde auferat offensus aliquo crimine, vt animam semel deosculatam sua consolatione prorsus deserat, & derelinquat desolatam sempiterna desolatione. Super hoc breuiter respondere libet, quia nimia confidentia res periculosa est. Non vult Apostolus quenquam nimiũ confidere, qui de semetipso dixit, & vtiq; pro exemplo ad vtilitatem nostram dixit: Respõso. Philip. 3. Rom. 5. Ecce enim me non arbitror comprehendisse. At idem alibi cùm dixisset, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, continuò subiunxit. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Igitur non audemus quidẽ securitatem prædicare illi, quicunque est eiusmodi, qui talem Sancti Spiritus gratiã de qua loquimur, accepit, quam appellat Apostolus primitias spiritus, veruntamẽ hoc dicere non dubitamus, quod spes illius firmior sit, aut esse debeat pro tali cõscientia, pro eo quod iam senserit, quia custodem habet illum de quo scriptum est: Psal. 120. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodiet Israel. Hoc enim dicitur illi, quicunque Israeli similis factus est. In quo? Luctatio Iacob cum Deo. Nimirum in eo, quod sicut ille cum Deo luctatus est, & contra Deum fortis fuit, & inualuit, dixitque ad eum flens, & rogans eum, quæ vera fortitudo est, sicut Osee meminit, dicens: Et inualuit ad angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum, non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & benedixit ei in eodem loco, sic & iste nonnihil luctatus est cum Deo, flendo, quod sciret se esse peregrinũ, & fortis fuit contra Deũ, & non poterat Deus superare eum, non potuit se continere flente illo & rogante, quin de multitudine viscerum suorum spiritũ paracletũ effunderet in eum. Qui ergo custodiuit illum Israel & genus eius, vt confirmata benedictio, quamuis multis illius populi peccatis offensa non deficeret, donec Christus ex eo nasceretur: Ecce (inquit Psalmista) non dormitabit neque dormiet, te verum quoque Israelitam custodiet, vt non pecces, sed & si peccaueris, citò peccatum deplores, iuxta illud: Amẽ amen dico tibi, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.

Gen. 32. Osee. 12. Ioan. 11.

Quod nulli nimia securitas habenda sit, & de eo quod Apostolus ait: Nolite cõtristare Spiritum Sanctum Dei, & quod Dauid: quia contristauerat eum: Reddẽ (inquit) mihi lætitiam salutaris tui.

CAPVT XXII.

IGitur non nimia securitas habenda, vel præsumenda est cuiquam dum viuit, immò quanto familiarius expertus est osculum illud consolantis Paracleti, de quo (vt supra meminimus) Apostolus dixit: Quia charitas Dei diffusa est in cordib. nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, tanto solicitior esse debet, ne contristet eundem spiritum, sicut idem Apostolus dicit: Et nolite contristare spiritum sanctũ Dei, in quo signati estis in die redẽptionis. Et exponens quibus ex accidentibus soleat contristari. Omnis (inquit) amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Nam est quidem impassibilis natura spiritus sancti, veruntamen dũ se commouet habitans in homine donum eiusdem spiritus sancti, ipse homo in ipso motu minus dulcedinis, & plus sentit sęueritatis, si quid negligentius egit, quod melius nouerunt illi qui experti sunt. Exẽpli gratia: Dauid hæc expertus erat, qui dicebat: Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me, statim subiungens: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Nimirum quamuis grauiter peccasset, non recesserat ab ipso spiritus Domini, de quo sic scriptum est: Vbi Samuel vnxit eum, & directus est spiritus Domini in Dauid, à die illa in reliquum, sed non tam lætum vel iucundum in motu, vel attractu suo se exhibebat, sicut eatenus solitus fuerat, nec tam citò recuperauit lætitiam siue iucunditatem illam, nisi vsque ad satisfactionem congruam, passus interim foras, & intus tribulationem magnam, ita vt ferè nulli magis quàm ipsi congruerit dicere: Tribulationem & dolorem inueni. Scien dum quippe quod & intus doluit, eò quòd contristasset spiritum Domini, & quæ foris tribulatio prouenit, scilicet, domestica clades, sine dubio acriter illum tetigit, & quamuis secundum corpus euaserit gladium filij sui, gladius tamen vsque ad animam peruenit, ferrum animam eius pertransiuit.

Rom. 5. Ephe. 4.

Quomodo contristatur spiritus S. in nobis.

2. Reg. 12. Psal. 104.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS. LIBER III.

Benedicendum esse Dominum à nobis quantum possumus, & quod maior sit in laude, multa enim abscõdita sunt, & pauca vidimus operũ eius.

CAPVT I.

BEnedicentes Dominũ (ait quidam Sapiens) exaltate illum quantũ potestis, maior enim omni laude. Exaltantes eum, replemini virtute, ne laboretis, non enim peruenietis. Quis videt eum, & enarrauit? & quis magnificauit eum, sicut est ab initio? Multa sunt abscondita, maiora his, pauca enim vidimus operum eius. Quæ pauca viderat iste, cùm hæc diceret? altitudinem firmamenti, & pulchritudinem eius, solem speciosum, vas admirabile, opus excelsi, speciem lunę, & gloriam stellarum, quæ illuminant mũdum, vt cætera opera domini, ac deinde viros glorioſos legerat vel audierat, quos vel in quib. Dominum laudare incipiens: Laudemus (ait) viros glorioſos, & parẽtes nostros in generatione sua. Hæc omnia pauca & parua iudicans comparatione maiorũ vel pluriũ, multa (inquit) abscondita sunt maiora his, pauca enim vidim' operũ eius. Quænam sunt illa maiora vel plura abscõdita & non visa? Nimirum ante altitudinem firmamenti pulchri, à quo laudare cœpit, facti fuerant angeli quã multi, ac nouẽ ordinibus distincti, de quibus vel de quorum gloria ordinata ac multiplici rectè dicere potuit, abscõdita sunt à nobis, & post viros glorioſos, quorum laudem in ordinem digesſit, vsque ad Symonem Oniæ filium, venturus erat Christus dei filius tanta facturus in primo & secundo aduentu suo, vt de omnibus quæ nouerat, vel quæ eatenus ante ipsum facta fuerat, rectè dicere potuerit: pauca enim vidimus operũ eius. Et nos quidem iuxta propositũ quod proposuimus, abscõditum in agro scripturarum, quærere siue ostendere thesaurum sancti nominis patris & filij & spiritus sancti, stetimus aliquantisper in capite libri, quo dictum est. In principio creauit Deus cælum & terram, & spiritus Dei ferebatur super aquas: sed diligentia contemplandi processionem spiritus sancti longius abduxit nos. Redimus nunc ad ipsum caput, & de felicitate sanctorum angelorum aliquid eiusdem sanctæ trinitatis, cui assiduè benedicunt, dicere intendimus.

Eccl. 43. Ecclesiastica plura & maiora abscondita fuerũt quã visa. Argumentum libri huius tertij. Gen. 2.

De angelica creatura, quod facta sit vbi dixit Deus: Fiat lux, & de iudicio spiritus S. in damnatione tenebrarũ, siue principis tenebrarũ diaboli.

CAPVT II.

VBi dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem quod esset bona, & diuisit lucem & tenebras, creaturam esse angelicam factam, & nomine lucis bonos angelos, tenebrarum autem vocabulo, malos esse angelos significatos, multorum & maximè patris Augustini non paruipendenda firmat authoritas. Verum nos in alio opere de creatura ista mirabili, & de cæteris quæ dehinc scripturæ series creata vel facta narrauit, latius tractauimus, & rerum ordinem pro posse diligenter prosecuti sumus. Nunc ad præsens propositum pertinet pia iucundi festiuitate sermonis celebrare beatitudinem huius lucis, tanquam speculum summæ trinitatis, & laudare siue admirari iudicium spiritus sancti in damnatione tenebrarum, siue principis diaboli tenebrarum, quia pertinet contemplatio hæc ad laudem processionis ipsius, de qua iam aliqua diximus, & ad glorificationem trinitatis, de qua simul dicere proposuimus.

In xlij. lib. de operibus trinitatis.

De eo quod ait Dominus ad beatum Iob, nunquid nosti ordinem cæli, & ponens rationes eius in terra.

CAPVT III.

NVnquid nosti ordinẽ cæli (ait Dñs ad B. Iob.) & ponens rationes eius in terra? Subauditur vt ego, & respõdeas nõ. Nemo enim nisi solus deus nouit hunc ordinem cæli, cuius vniuersitas hic designata est nomine lucis, dicẽte scriptura: Dixitq; deus: Fiat lux, & facta est lux. Attamen aliquib. spiritus S. reuelauit, vt partim quasi per speculũ & in ænigmata viderent adhuc viuẽtes in carne illũ dicentẽ cæli opus beatæ trinitatis ter trinis distinctũ choris, quorum nomina hæc sunt: Angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, virtutes, cherubin, atque seraphin. Iste ordo cæli ordinatus ad videndum atque laudandam gloriam sanctæ trinitatis, tantæ est beatitudinis, vt rectè admiretur Apostolus, & dicat omnibus, qui illuc ad societatem illorum secũdum præscientiã, & prædestinationem dei vocati sunt, & iustificati atq; magnificati illuc perueniũt, ac

Iob. 38. 1. Cor. 13. Nouẽ chori angelorũ Rom. 8. 1. Cor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peruenturi sunt. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.

Ordinẽ cæli quis nouit.

Statimque subiungit: Nobis autem reuelauit Deus per spiritũ suum. Quibus nobis? Vtique hominibus in terra manentibus, terrenam habitationem huius corporis inhabitantibus. Quis alius istis reuelaret nisi deus? Cùm igitur dicit, nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationes eius in terra? benè (vt iam dictum est) subauditur, vt ego: Et respondetur non. Nunc ipse ordo cæli quid sit, & quomodo ipse qui loquebatur hæc Deus, rationes eius posuerit in terra, quantum possumus, & quantum accepimus ex deo, vel ex ipsis quibus Deus reuelauit per spiritum suum, nostra infantia gestit effari paruulis similibus nostri.

Quid sit ordo cæli, siue ordo cælorum, & de versu Psalmi, verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

CAPVT IIII.

Psal. 32.

ORdo cæli siue ordo cælorum illud est firmamentum eorum, de quo Psalmista: Verbo (inquit) Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Qui sunt enim illi cæli, nisi omnes sancti, in quibus deus habitat, quamobrem & dicuntur, & sunt cæli, quia deus habitat in illis? Angustior verò sensus est solos intelligere Apostolos Christi, quos incarnatũ verbum sua præsentia firmauit, & spiritum S. ad perfectionem confirmationis misit eis de cælo sedens ad dexteram pãtris. Ante cælos istos valdè paucos, quàm plures & nobis innumerabiles erant cæli, id est, sancti. Et leuabat oculos suos Dauid illuc, dicens: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Maximè ergo præsenti loco dũ dicitur: Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, sanctos angelos intelligimus, præsertim quia sicut illic, vbi scriptũ est: Dixit deus, fiat lux, & facta est lux. Deinde sequitur, dixit deus, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et subinde dixit deus, congregentur aquæ quæ sub firmamento sunt in locum vnum, & appareat arida, ita & hic continuò post præscriptum versiculum subsequitur: Congregans sicut in vtrem aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Timeat dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. In quibus nimirũ dictis & si pulchra subest allegoria, nihilominus tamen veridica magnificæ historię manet, & non euacuatur litera. Igitur verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, id est, sancti angeli habitantem in semetipsis habentes beatam trinitatem, vnum deum patrem, & filium & spiritum sanctum, firmiter in ordine suo consistũt. Nam Dominus ipse est pater, verbum domini ipse est filius, spiritus oris eius, ipse est spiritus sanctus, vnum & vnicum sanctorum angelorum & electorum hominum firmamentum, vt iam in æternum non moueatur pes alicuius eorum, & qui iam ordinati, adhuc illuc ordinandi sunt.

Cæli firmati sancti angeli sunt.

Primum in illo beatorum spirituum sancto ordine contemplandum esse ordinem sanctæ Trinitatis, quod illa gloriosa ciuitas, cuius sancta scriptura toties meminit, amatorem habeat Deum amore ineffabili, qui videlicet amator apud Hieremiam contemptus se esse queritur ab anima infideli.

CAPVT V.

Hebr. 12.

IPsa est ciuitas gloriosa, de qua tam multa scripturæ loquuntur nobis, & exempli gratia, sic Apostolus dicit: Sed accessistis ad Syon montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis. Item ad Galatas: Illa autem quæ sursum est, Hierusalem libera est, quæ est mater nostra, & multa his similia. In hac ergo beata ciuitate, in isto beatorum spirituum ordine, quem Dominus nouit, primum cõtemplari cupimus, oculo licet exiguo, gloriam sanctæ trinitatis, & qui aliquam similitudinem vestigare pulchritudinẽ illius firmamenti, quo istam matrem nostram, istam ciuitatem gloriosam, sibi copulando firmauit dominus, & verbum domini, & spiritus oris domini. Qualem vel cuius rei per similitudinem? Nimirum per similitudinem viri legitimi, genus vel posteritatem suam propagare oppido cupientis. Et ob hanc causam coniugium sibi assumentis, exempli gratia, qualis fuit Dauid, fortis vtique, & in omni maritali copula legitimus vir, excepto sermone Vriæ Ethæi. Nam reuera illo excepto, legitimè vixit, quotquot vxores habuit, vtpotè pluribus indigens filijs atque cognatis, quia rem grãdem susceperat, scilicet, gubernacula regni, cùm esset homo eiusmodi, vt ipse dixit: Ego autem sum vir pauper & tenuis: pauper videlicet, rerum possessiõe, tenuis exiguitate familiæ. Nec vereamur nimiũ pudorati, de hoc viro, siue de aliquo huic simili, secudũ rem cõiugalẽ assumere similitudinẽ, ad cõtemplandã causam dei, propter quã illam materiã nostrã Hierusalẽ cęlestẽ & creauit, & sibi copulauit. Ipsemet quippe in multis scripturarũ locis seipsum vult

Coniugium Dauid aptum simile ad propositum.

1. Reg. 18.

Impregnatio animæ in baptismo.

Iaco. 1.

Deus rectè amator dicitur.

Deus rectè amator dicitur.

Hier. 3.

vult agnosci, & amator sit. Exempli gratia, cùm in Hieremia dicit: Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contẽpsit me domus Israel. Ergo econtra veraciter dicas: Quomodo si libenter admittat mulier amatorem suum, sic libenter admisit me vera domus Israel, vera ciuitas Syõ, cælestis Hierusalem. Itaque secundũ eiusmodi similitudinem causam vel opus dei, opus sanctæ trinitatis speculari licet in illo ordine cæli, in illa sancta & terbeata Hierusalem. Est enim in his similitudo, quamuis dissimilis, quia videlicet caro spiritui quidem dissimilis est, sed tamen dissimiliũ istorũ aliqua similitudo est: Quod natũ ex carne (ait Dominus) caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Sed iam accedamus ad rem.

Quod secundum similitudinem amatoris, in quo hæc tria sunt, amator ipse, & amor ipsius, & crementum, propter quod ad propagandam prolem amore suo ducitur, vnus sit Deus pater, & amor ipsius spiritus sanctus, & verbum ipsius.

CAPVT VI.

IN amatore tria sunt, amator ipse, & amator ipsius, & crementum, propter quod ad propagandam prolem amore suo ducitur. Similiter in creatore nostro, qui amatorem se nominat (vt supra dictum sit) sunt tres. Ipse, & amor ipsius, scilicet spiritus sanctus, & verbũ ipsius, quod nõ est aliud quàm crementum eius, semen eius, filius eius. Hæc similitudo quamuis (vt ut iam dictum est) longè dissimilis, ita vt spiritus carni, vel caro spiritui, adeo vera est, vt in Esaia quoque scriptum est: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit Dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus. Loquebatur enim huic ordini cæli, huic (de qua nunc loquimur) Hierusalem magnæ & sanctæ ciuitati. Vnde & protinus dicit: Lætamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugebatis super eam, vt sugatis & repleamini ab vbere consolationis eius, &c. Nescimus quicquam de ordine vel generatione eiusmodi, nisi rationes eius in terra posuisset ipse qui nouit. Quomodo enim posuit? Ipse spiritus dei, qui tunc ferebatur super aquas dicente deo: Fiat lux. Ipse (inquam etiam nunc fertur super aquas, dum in Christo baptizamur. Et hoc est deũ dicere: fiat lux, regenerare nos, vt q eramus aliquãdo tenebræ, iam nunc in Domino sumus lux. In hoc est regeneratio, quia iam dictus amator deus, animam credentem imprægnat verbo suo, dignam amore suo. Verbum enim semen est eius, sicut ait Iacobus Apostolus: Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Semen hoc non nisi cum amore suscipitur, verbum hoc non nisi per spiritũ S. immittitur. Hæc est trinitas vnus Deus, amator creaturæ, rationalis deus, & semẽ eius quod est verbum ipsius, & amor eius qui est spiritus sanctus. Igitur quamuis, vt supra iam dictum est, caro & spiritus dissimilia sunt, nihilominus tamen aliqua hic similitudo est, quia videlicet, sicut generatio carnis ab aliquo semine eius & amore eius patratur, sic generatio spiritus à deo verbo eius & spiritu oris eius consummatur. Et si aliter exponi potest iam dicta sententia: Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationes eius in terra, nihilominus tamen sensus iste, quem diximus, locũ habet, & ponderẽ nõ caret, quia nullo modo splẽdidius rationes ordinis cæli deus in terra posuit, quàm regenerando per aquam filios lucis, ituros in illum ordinem cæli ad angelos lucis: Erunt enim, ait ipse dominus, sicut angeli dei.

Iob. 38.

Matth. 2.

De eo quod Apostolus: Decebat enim, inquit, eum propter quem omnia, & per quem omnia, & quod parum nobis sit scire, quod per eum, nisi etiam sciamus quod propter eum facta sit & angelica creatura, & omnis creatura.

CAPVT VII.

ADhuc ad supra dictam similitudinẽ & illud pulchrè accedit, quia sicut legimus, vir non nisi propter amorem sobolis coniugem ducit, sic & deus pater non nisi propter amorem verbi sui creaturam rationalem, creaturam angelicam, de qua nunc loquimur, & creaturam humanam, de qua post hæc locuturi sumus, condidit. Hinc Apostolus de illo scilicet dei filio loquens: decebat enim (inquit) eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, & cætera. Non solùm hoc dixit, per quem omnia, sed primum dixit, propter quem omnia, quia videlicet ipse est omnium causa. Per ipsum facta est ista lux, quia sic scriptum est: Dixit deus, fiat lux, & facta est lux. Sic dixit & est, vtiq; per verbum facta est. Sed parum est scire hoc, etenim plus habet delectamẽti, hęc sententia fidei, sciendo q etiam propter ipsum facta sit, scilicet vt ipsum in se-metipsa creatura hęc haberet, & habendo lux vera. lux existeret. Ipse enim lux est, & vtiq; lux non facta, lux ab aliquo illuminata, sed illuminans, & proinde lux vera. Compara tione eius qualiscunq; lux, quiuis angelus lucis rectè & fideliter negatur esse lux.

Hebr. 2.

Filius Dei lux vera.

Angeli & sancti, non lux, sed lumen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hinc Ioãnes Euangelista de Baptista Ioanne: Non (inquit) erat lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. De ipso autem Christo Domino. Erat (inquit) lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioannes & quiuis angelus lucis, siue homo filius lucis, sic lux dicitur vel est, tanquam lucerna, id est, lux non carens materia: verbum autem Dei, verbum deus ipsa lucis est substãtia. Nec enim aliud est illi esse, & aliud lucere: istis autem aliud esse, & aliud est lucere. Diligendo quippe lucem, ipsi sunt lux, sicut econtra apostatæ angeli odiendo lucem tenebræ sunt. *Ioan.1.*

Itẽ de processione spiritus sancti, quod in nos homines duobus datis diffundatur, altero quod est in remissionẽ peccatorum, altero quod est in diuisiones gratiarum, in sanctos autem angelos vno tantum, quod est in diuisiones gratiarũ.

CAPVT VIII.

Ioan.3. DE processione spiritus sancti, qui hoc operatur, & in illis beatis spiritibus & in nobis hominibus, vt per hoc ipsum, ꝙ verbum Dei, filium dei, manentem in nobis habentes, filij dei nominemur & simus, hoc in superiore diximus, quod duobus datis, siue per duo data diffundatur: altero quod est dari in remissionem peccatorum, altero quod est in diuisiones gratiarum. Verum nobis duntaxat hominibus istis duobus modis datur. In sanctos autem angelos vno modo, scilicet in diuisiones gratiarum larga dignatione effusa est. Nã vt in remissionem peccato rum nunquam detur apostatis angelis iudiciũ, verũ fuit, & est eiusdem spiritus sancti. Illi nanque cum suo principe diabolo non per infirmitatem seu per ignorantiam, sed per superbiam peccauerunt. Cuius videlicet superbię magnitudinem spiritus propheticus apud Ezechielem denotat verbis huiusce modi, diabolũ coarguens sub nomine principis Tyri: Eò quòd eleuatum est cor tuũ, dixisti deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & dedisti cor tuum quasi cor dei. Item sub nomine Pharaonis regis Aegypti: Eccè ego Pharao, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Pro huiusmodi superbia sententiam damnationis æternæ accepit, de cælo proiectus, factusq; princeps tenebrarum diabolus, qui fuerat angelus speciosus. Vnde apud eundem Prophetam dicitur ei: Tu signaculum similitudinis plẽnus sapientia & perfectus decore, in delicijs paradysi Dei fuisti, & cætera vsque, repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eieci te de mõte dei. Quibus vtique verbis tria prædicãtur, horribilis eius superbiæ instrumenta, sapientia, decor siue pulchritudo, maximè vbi sub nomine Assur dicitur in eum, omne lignum paradysi non est assimulatum illi, & pulchritudini eius, quoniam speciosum fecit eum. Tertium eius fuit magnitudo, nam cedri (inquit) non fuerunt altiores illo in paradyso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquales frondibus illius. Cæterùm vera magnitudo deus est, & vera sapientia, verbum dei, filius dei est: & vera pulchritudo spiritus sanctus est: quæ beata trinitas, sanctorum angelorum & magnitudo & sapientia & pulchritudo est: At ille diabolus magnitudinem illam non honorificauit, sapientiam illam non adoptauit, pulchritudinem illam non amauit. Quomodo ergo nisi per Ironiam plenus sapientia, & perfectus decore extentusque & protegens dicitur fuisse? Sunt enim in scriptura sacra Ironiæ grauissimæ. Exempli gratia: cùm dicit sancta trinitas: eccè Adam quasi vnus ex nobis factus est: cùm reuera potius propter peccatum comparatus sit iumentis, & similis factus sit illis. Et sicut filia Babylonis virgo dicitur, cũ sit meretrix. Itaque & quod ibidem illi dicitur, omnis lapis prætiosus operimentum tuum, sardius, topazius, Iaspis, chrisolitus, onix, berillus, saphyrus, carbunculus & smaragdus, qui sanctorum sunt nouem ordines angelorum, cùm improperio dictũ esse sentimus, quia sic sibi ille arrogauit, ponens (vt supra dictum est) cor suum quasi cor Dei: & dicẽs, in cathedra Dei sedi. Denique solius dei est operimentum omnis lapis eiusmodi, id est, omnis perlucidus ordo angelicæ dignitatis, sicut dicitur in Psalmo: Confessionem & decorum induisti amictus lumine sicut vestimento. i. decora cõfessione sanctorũ (qui oẽs lumẽ, id est, filij lucis sunt) sic es indutus, sic es ornatus vt aliquis vestimento suo. Quod nimirum parum est, de solis intelligere hominibus, filij lucis: nam & sancti angeli, immò & primùm ipsi lux, & filij siue angeli lucis, confessione sua decora creatorem suum induerunt, & ipsi sunt de quibus idem ipse Dominus ad beatum Iob dicit: Cùm me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij dei. *Angelis apostatis, cum non datur spiritus, sci licet in remissionem peccatorũ.* *Ezech. 28.* *Ezech. 29.* *Esa. 4.* *Apoc. 12.* *Ezech. 28.* *Ezech. 31.* *Ironia in scriptura sacra.* *Gen. 3.* *Psal. 48.* *Esa. 47.* *Ezech. 28.* *Psal. 103.* *Iob. 38.*

Quod rectè & iusto Dei iudicio diabolum spiritus sanctus suo respectu indignum iudicauit, reum æterni delicti, & de ruina eiusdem diaboli, & quod positus fuit in monte sancto Dei.

CAPVT IX.

QVia igitur per superbiã peccauit, rectè & iusto iudicio spiritus S. procedens à patre & filio, non in illum, sicut in electos angelos *Hier. 3.*

Exod. 20. angelos, sed omninò longè ab illo declinauit, eãdem passus ab ipso repulsam, quã ex hominib. similibus eius passus est, vel patitur dicens. Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel. Sicut enim illum populum Israel sibi adduxit, & legẽ siue tabulas testamenti dedit illi in monte, qui & ob hoc dictus est mons Dei, hoc exigens pro cunctis beneficijs suis, vt diligeret eum, atq; di *Deut. 10.* *Ezech. 28.* cens, & nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominũ Deũ tuum, & diligas eum? & multa his similia. Sic & illum malignum in cælo posuit, quẽ admodum dicit. Et posui te in medio monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorũ ambulasti. Hoc ab illo exigens, vt creatori & tanto largitori haberet gratias, vt potè rationalis creatura, & tanquam lapis appositus vel præparatus in foraminibus suis, susciperet ligaturas auri vinculũ dilectionis Dei. Nam hoc est quod eadem scriptura dicit: Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt. Itaque quia per nimiam (sicut iam dictũ est) superbiã repulit à se amatorẽ Deũ, & contemptuosam ab illo spiritus dilectionis passus est repulsam. Neque enim in semetipso vnquam recipit illum, quamuis ita scriptum sit: Aurum opus decoris tui: subauditur enim esse debuit vel promptũ fuit. Iusto valdè iudicio, spiritus sanctus nõ sicut ad nos peccatores homines in remissionem peccatorum procedit, & deinde diuisiõnes gratiarum superaddit, ita vt in illã creaturam & cõplices eius malos angelos facere vnquam voluit, aut proposuit. De hoc miror quosdam contendere, dicentes, quod statim, vt conditus est, cecidit, cum hoc autentica nulla scriptura tradiderit, imò & contrarium sonet quod hic scriptũ est. Præmisso nanq;, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt. Quid est dicere, & rationalis creatus es, & subtili dono non habes de peccato tuo: statim subiũgit. Et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis, subauditur per hypocrisim à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Et multa huiusmodi, quæ quoniam non possunt solui, cùm sint verba diuinæ authoritatis, necessariò nonnulla debet intelligi mora, inter illud quod creatus est, & illud ꝙ proiectus est vel de cælo cecidit, iuxta quod dicit: Et peccasti, & eieci te de monte sancto Dei. *Lucifer nõ statim vt cõditus est cecidit.* *Ezech. 28.*

Responsio ad illum, qui fortè quærit, Ad quid posuit diabolum in monte sancto Dei? & vt quid illi tanta contulit, cũ sciret eũ spiritus S. qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

CAPVT X.

HIc fortè quærat aliquis, Ad quid illũ talem posuit in monte sancto Dei? Vt quid illi tanta contulit? Nunquid nescie- *Quæstio.* bat spiritus, qui omnia scrutatur, etiã profunda Dei, quod ille lapis durissimus atque rebellis, non recepturus foret in se aurum opus decoris sui? Cur ergo illic posuit eum, vt ambularet in medio lapidum ignitorum? Hoc qui quærit, quærat & illud, cur idem Dominus hominem in paradyso posuit. Neque enim illum in paradyso fecit, sed tulit ergo (ait scriptura) Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradyso voluptatis, vt non operaretur & custodiret illum: Dicat ergo: Nunquid nescie- *Gen. 2.* bat Deus quod futurum esset, vt non ope- *Responsio.* raretur & custodiret illũ. Vt quid ergo illic posuit eum? Ad hæc, inquam. Non nesciebat Deus, sed nisi angelum in cælo, & hominem tentasset in paradyso, vt nota fierent seculis superuenturis, vel quæ in corde erant hominis, non iudicia eius laudare nesciremus, multumque deesset nobis de cognitione Dei, cuius cognitio vita æterna est, quemadmodum dicit ipse filius Dei. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hoc quod diximus per aliquod simile melius intelligitur. Cùm Dominus Moysen mitteret ad Pharaonẽ, *Ioan. 17.* dicens: Clamor filiorũ Israel venit ad me: *Similitudo.* Veni mittam te ad Pharaonem, & cæt. Hæc *Exod. 3.* quoque dixit: Sed ego scio quod non dimittet vos rex Aegypti, vt eatis, nisi per manum validam. Attamen ipsam manum validam non statim exercuit, non statim primogenita Aegypti, vel ipsos Aegyptios cũ Pharaone percussit, sed prius multis & bonis illum sermonibus conuenit, pluribus signis leuioribusq; plagis tentauit, donec scirent qui viderũt eum, sciremus nos quoque qui legimus, glorificationem Domini in currib. Pharaonis & exercitus eius, quia iustus est Dominus, Pharao autem & populus eius impius. Sic nimirum idem Dominus, cùm sciret de angelo illo, quã esset malus, debuit eum, nõ statim iudicare, vel dãnare cæteris videntibus, sed tẽtare prius, similiterq; hominem, vt sciremus nos quo que cum angelis sanctis ab effectis, siue ex operibus, quod solus sciebat Deus iam, nullis adhuc malis meritis præcedentibus, & sciẽtes iustitiam eius, vel in illius angeli ruina, vel in hominis pœna laudaremus.

Propter quid tam terribili iudicio damnatus fuerit, & de eo quod in Apocalypsi dictum est: Vnum de capitib. bestiæ quæ habebat capita septem, quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius sanata est siue habet plagã gaudij & vixit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XI.

Prou. 31. SVperius iam diximus, spiritum sanctũ paracletum, vinumq; vel siceram consolationis eius, secundum visionem Lamuelis dandum esse mœrẽtibus, & his qui amaro animo sunt, id est, hominib. & qui peccatorum sibi conscij, constanter secundum Deum, & ab hoc seculo consolationem recipere nolunt & renuunt. At illi apostatæ angeli, cum suo capite diabolo, quã longè fuerint vel sint ab isto laudabili mœrore, ab ista dulci amaritudine, mira

Laus libri Apocalyp. biliter innuit scriptura libri Apocalypseos, cuius quot verba, tot penè sunt sacramenta. Immò & amplius dicas, parum enim, p merito voluminis dictum est (ait beatus Hieronymus) nam in verbis penè singulis multiplices latent intelligentiæ. Quomodo ergo illa scriptura dicit? Et vnum, inquit) de capitibus eius, videlicet bestiæ, quæ habebat capita septem, quasi occisum

Apoca. 13. in mortem, & plaga mortis eius sanata est. Septem bestiæ capita, quæ illa erexit contra mulierem in vtero habentem, quæ & clamabat parturiens, & cruciabatur vt pareret, vt cùm peperisset deuoraret filium eius: nos autem intelligimus septem regna mundi huius principalia, siue notissima, quæ à tempore promissionis beati seminis quod est Christus, in hoc steterunt agente diabolo (cuius corporis sic illa regna rectè intelliguntur capita, sicut omnes iniqui rectè dicuntur & sunt eius membra) vt, p- missio non adimpleretur, vt Christus non nasceretur, aut vt natus moreretur, & pe-

Exod. 1. riret nomen eius. Primum illorum fuit regnum Aegyptiorum, quod masculos seminis Abrahæ omnes iussit interfici, aut in aquis necari. Secundum regnum Israelitarũ

3. Reg. 19. carnalium, quod maximè regnante & agẽte Iezabel promissionis verbum abolere voluit, cultum Baal superadijciens vitulis, quos fecerat Hieroboam, & pro his interficiens Prophetas, & suffodiens altaria Domini. Tertium regnum Babyloniorũ, quod populum illum captiuauit, & tres pueros nolentes adorare statuam, quam

Dani. 3. Hest. 3. 1. Mach. 1. Apoc. 13. erexerat, misit in caminum ignis. Quartũ, regnum Persarum & Mœdorum, quod a- gente Aman, vniuersum Iudæorum genus delere voluit. Quintum, regnum Græcorum, cuius vires diabolus maximè per Antiochum Epiphanem sibi assumpsit, sicut narrant Machabæorum libri. Sextum, regnum Romanorũ, quod Christum, & martyres eius interfecit. Septimum, regnum

Habet diabolus plagã gladij & vixit. erit Anti Christi, de isto rectè intelligas q̃ dictum est. Et vnum de capitibus eius, qua si occisum in mortem, & plaga mortis eius sanata est. Diabolus enim est, vel erit, qui plagam æternæ damnationis in cælo accepit, sed plaga mortis eius, inquit, sanatã est, siue (vt postmodum repetitum est) habet plagam gladij & vixit. Mirabiliter ergo (vt supra dictum est) scriptura hæc duriam eius innuit. Quid enim est dicere: habet plagam gladij & vixit, nisi & damnatus est, & superbit? Et quid est dicere: quasi occisum caput in mortem, & plagam eius sanatam esse, nisi de perditione & separatione ipsius à Deo, quæ vera occisio, & vera mors est, non curare, immò & contemnere, ac semetipsum quasi viuũ, id est, iustum defendere? Non enim verè viuit, aut verè plaga eius sanata est, sed idcircò dictũ est, quia sic sibi arrogat, sic consolatur miser.

De eo quod dictum est ad beatum Iob: Spiritus eius ornauit cælos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus.

CAPVT XII.

IGitur non minus scienter quàm fideliter dicimus, ad laudem huius procedentis spiritus sancti, quia sicut nunc, ita & tũc super omne cor impœnitẽs iusti & recti in processione sua tenuit iter iudicij, donis gratiarum suarũ humiles & subiectos pernornans angelos, & relinquẽs superbos diabolum, simulque complices eius omnis spiritus superbiæ filios. Hinc illud ad beatum Iob pulcherrimè & verissimè dictum est: Iob. 26. Spiritus eius ornauit cælos, & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Neque enim, quoniam de beatis Apostolis rectè intelligitur hoc dictum: Spiritus eius ornauit cælos, idcircò minus verũ erit, hoc sentire vel dicere de illis beatis Angelis, quos ornauit idem spiritus, nouẽ ordinibus distinctos. Et quia tunc quoque eductus est coluber tortuosus, quando dixit Dominus: Nunc iudicium est mundi, Ioan. 12. nunc princeps huius mũdi eijcietur foras, quod tunc futurum erat, quando scriptura ista condebatur, non idcircò minus verum est, iam tunc de cælo illum fuisse eductum eductione terrifica, cuius meminit ipse Dominus dicens: Videbam Sathanã sicut fulgur de cælo cadentem. Immò & adhuc tertia vice est educendus idem coluber tortuosus, summæ trinitatis aduersarius, & p inde trino iudicio damnatus atque damnandus, scilicet in die iudicij, quando fiet illud, quod itidem beato Iob Dominus lo- Iob. 40. quitur: Eccè spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur. Nunc vide quanta res, quanti ponderis actio, quã breui, quã parco designata est eloquio, dũ dicit: Et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus, præmisso: Spiritus eius ornauit cælos. Quidnam est obstetrica re, nisi nascentes infantulos excipere, & Iob. 26. diligenter tractando ad vitam custodire? Cùm ergo hæc dicit, mirabiliter creatoris nostri

nostri designat, quam habuit, vel habet cu-

Psal. 114. ram, circa electam creaturam suam, tam an-

Coluber tortuosus ter proijcitur de cælo. gelicam quã humanam, pro ipsius creaturæ humilitate, sicut scriptum est: Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum, & liberauit me. Idcircò & planè & quãdo cælos illos ornauit, qui sunt sancti angeli, colubrum tortuosum eduxit, id est, diabolum de cælo proiecit, vt ablato scãdalo faceret pacem & concordiam in sublimibus suis. Et quando cælos alios, id est, Apostolos ornauit, idcircò colubrum eundẽ tortuosum eduxit, id est, foras eiecit, sicut ipse in euangelio dixit, vt liberati per sanguinem ipsius à scandalo peccati, sciremus & possemus seruire creatori nostro & redemptori. Et quando cælos omnes, id est, sanctos omnes, tam angelos quã homines ita perornabit, vt & angeli iam non habeãt

Ioan. 12. Hebr. 1. negotium administrandi, sicut administrant, & vsque ad diem illum administrabunt, vnde & Apostolus dicit: Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatẽ capiunt salutis: & homines siue hominum spiritus, resumptis corporib. duplici gloria corporis & animæ remunerentur, idcircò colubrum eundem tortuosum funditus educet, videntibus enim cunctis pre-

Iob. 38. cipitabitur, vt omnia scandala de regno eius auferantur, pacemque habeat illa dormitio, de qua itidem ad beatum Iob dictũ est: Quis enarrauit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire facit?

De eo quod dictum est ad eundem beatum Iob: Quis enarrauit cælorum rationem, & cur saltem nec ipse Moyses describere debuerit rationem cælorum, id est, sanctorum ordines angelorum, qui primus enarrauit rationes terrarũ generationes filiorum hominum.

CAPVT XIII.

Quæstio. SVper fundamentum literæ huius pulcherrimum atque firmissimum, liben-

Gen. 1. ter atque delectabiliter superædificauim⁹, quoad possumus, cœpti sermonis aurum, siue argentũ, aut aliquid prætiosorum lapidum ad laudem spiritus sancti, qui ornator est eiusmodi cælorum. Sed interim occurrit quæstio, quia quæri potest, cur nullus enarrare debuit eatenus rationem eorundem cælorum. Etenim cùm dicit Dominus: Quis enarrabit cælorum rationem? subauditur nullus, ego autem sum enarraturus. Denique Moyses, qui ante beatum Iob, & literas primas, scilicet Hebraicas, Deo vel digito Dei scribente, sibique tradente, accepit, ferè nihil de illorum rationecælorum enarrauit, nisi hoc tantum. Dixitque Deus: Fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem quod esset bona, diuisitque lucem & tenebras. Appellauitq; lucem diem, & tenebras appellauit noctem. Hoc ergo quæritur (vt iam dictum est) cur cælorum rationem nullus eatenus enarrauit, nec saltẽ ipse Moyses, qui terræ, id est, hominis rationem enarraturus, de cælestibus illis solum hoc breuissimè enarrauit, sic incertum & quasi sub velamine, vt vix aliqui patrum spiritualium intelligere potuerint, maximè quod pater Augustinus nomine lucis sanctos angelos, & nomine tenebrarũ malos angelos designauerit, quorum diuisio, qua dictum est: Diuisitque Deus lucem & tenebras, illud indicat iudicium, quod catholica firmiter tenet Ecclesia, quia angeli lucis nunquã vlterius in tenebras, & angeli tenebrarũ nunq̃ vlteri⁹ Alia quæst. in lucem redituri sunt. Quisquis istud quærit, cur nec ipse Moyses de illis cælestibus plus siue manifestius aliquid scripserit, siue scribere debuerit, quærat & illud cur de cælestibus sacramentis scripturis, quæ post illum futura vel facienda erant circa genus humanum, tantumque grossum, siue densum velamen super faciem suam ob-

Exod. 34. duxerit, vt nõ solũ illi carnales filij Israel, qui tunc erant vincentes cornutam faciem eius fugere potuerint, sicut vsque hodie fugiunt illorum posteri, verumetiam spirituales filij Israel, ex quib. sumus & nos, vix aliquatenus tractando & retractando scripturam eius perspicere possumus, quo tendat claritas vultus eius, quo intendant radij cornutæ faciei eius. Quærenti hoc vel illud respondere debemus, quia cælestia Responsio. ad vtrang. sacramenta portare tunc non poterat totus ferè carnalis mundus. Sic enim tunc erat mundus, quasi puer siue adolescentulus lasciuus atque petulcus, cui pro parte illorum, quibus hæreditas promittebatur in semine Abrahæ, quod est Christus, vix Num. 16. 21. posset inueniri pædagogus, qui reprimere lasciuientes mores eius pœna præsente, vindicta præsto apparente, ita vt pleroſq; illorum ignis absumeret, terra deglutiret, serpentinus mõrsus deuoraret. Cùm igitur talis esset mundus, quomodo illi competeret reuelata facie, vel manifestis sermonibus enarrari rationem cælorum, describi sanctorũ ordines angelorum, cùm & ipsa, quæ ad homines specialiter pertinent, oportuerit velari mirabilia splendida spiri-

Exod. 33. tualium sacramentorum? Proinde satisfactum sibi esse putet, quisquis illud quærit, cur non saltem Moyses, cui Deus facie ad faciem loquebatur, cælorum istorum rationem enarrauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo quod dictum est ad eundem beatum Iob: Et concentum cæli quis dormire facit, & quæ vel qualis illa dormitio sit.

CAPVT XIIII.

IAm nunc vt ad capitulú hic & supra memoratú sermo recurrat, quis est ille cæli concentus? Et quæ vel qualis est dormitio eius. Dixit enim: Et concentum cæli quis dormire facit? Nimirum concentus cócors est, & in nullo dissonans cantus, & eiusdé angelicæ cantionis omnis symphonia laus est sanctæ trinitatis, cuius videlicet laudis summam hanc audimus in Esaia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius, siue pleni sunt cæli & terra maiestate eius. Verus & pulcher concentus chordis omnibus benè extentis, & vocibus cunctis benè consonantibus, ex quo (sicut iam supra dictum est) eductus est coluber tortuosus omni voce dissonus, omni symphoniæ contrarius, sibilator nó cantor, non precentor aut succétor, imò quátú in ipso fuit, vel est, totius sacræ musicæ corruptor. Quomodo illum talé concentúcæli Dñs Deus dormire fecit, vel facit? Nimirum deijciendo, siue cijciendo de ordine vel choro cantantium illum sæpe dictum, & sæpe execrandum colubrum tortuosum, quia dum illú deiecit, pacem firmauit, & concordiam fecit in sublimibus suis. Pax illa, concordia illa, nónne dormitio est? Quid enim aliud nobis hominibus sancta & mystica lex repromittit, nisi securitatem illam ineffabilé sub verbo dormitionis? Et comedetis (inquit) panem vestrum in saturitate, & absque terrore habitabitis in terra vestra: Dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & non erit qui exterreat. Et protinus ostendens, quomodo, vel per quid efficiatur illa dormitio nostra: Auferam (inquit) malas bestias, & gladius non transibit terminos vestros. Malę quippe bestiæ, sunt maligni spiritus, & malarum bestiarum caput est ille coluber, id est, diabolus, quorú terminos iam transiuit gladius, id est, sententia damnationis æternæ, quá supra iam diximus. Quid igitur in sermone pulchrius, in re prætiosius: isto quod ait? Et cõcentum cæli quis dormire facit? O ter quaterque beatus ille concentus cæli, vbi omnis multitudo & concinendo dormit, & dormiendo concinit. Sabbatizat enim & dormitio eius in sabbato est, ipsa requies Domini, septima dies Domini, & in illam requiem introiuit cum concentu interminabili, cũ voce ineffabili, cum extensione infatigabili.

Concentus cæli cõcors.

Iob. 38.

Esa. 6.

Leui. 26.

Item de eodem concentu, & de verbis concentus, siue cãtionis illius, quem apud Esaiam audiuimus: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus.

CAPVT XV.

AVdiuimus (vt supra iam dictum est) verba quædam concentus, siue cantionis illius Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus. Quàm pulcher, quã æqualis tenor in verbis, quàm certus, quã stabilis. Nulli gradus sunt hic, nullum momentú incrementi siue decrementi in vocibus istis. Vnde ergo gradus suos accepit inimica hæresis? Nam ac si concentus ille sic cecinisset: Sanctus, sanctior, sanctissimus, & pluraliter addidisset: Dñi & dij, non singulariter Dominus Deus, ita sibi gradus fecit, maximè per os Arrij, vt diceret spiritum sanctum magnum quidem, sed filium spiritu sancto maiorem, & Deo patre minorem. Vnde (inquam) gradus istos accepit impia vel serpentina hæresis, nisi ab ipso colubro patre mendacij, quem de concentu illo manus Domini propter dissonantiam ipsius eduxit, & foras misit? Idcircò talis hæreticus reus est æterni delicti, sicut & pater ipsius diabolus qui fecit gradus istos, quibus non ascenditur ad superos, immò descenditur ad inferos. In Osee scriptum est: Proiectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eis. Vsquequo nó poterunt emundari? Quia ex Israel ipse est. Artifex fecit illú, & non est Deus: Est autem hic sensus: Ne mireris quod sordes Israel, scilicet vituli, quos fecit Hieroboã, non potuerũt aut possunt emundari, quia videlicet ipse, subauditur vitulus, siue vitulorum cultus ex Israel est. Neque enim aliunde hoc accepit, vt vitulum pro Deo coleret, sicut Baal & Astaroth, &c. dæmoniorum portenta, de vicinis gentibus accepit, forte errantibus, & per ignorantiá multis peccantibus: sed artifex fecit illum, subauditur Hieroboam, siue Israel, sciẽs quia non est Deus artifex (inquam) sicut manifestè scriptura dicit: Dixitque Hieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnum ad dominum Dauid, si ascẽderit populus iste vt faciet sacrificia in domo Domini in Hierusalé. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos. Propter excogitationem consilij, propheta siue Deus artificem illú nuncupauit, quia non ignoranter, sed maliciosè peccauit, & idcircò non potuerunt peccata illa emundari, vt recederet Israel à vitulis suis saltem tempore vnius ex regibus suis. Similiter de Arrio sciendum, cæterisque hæreticis. Qui intelligere nolue runt, illum concentum cæli, & maluerunt scindere vnitatem cantionis, quia non est eorum amplius illum audire concentú cæli, neque partem aut communionem habebunt cum illis, qui per planitiem siue fidei æqui-

Esa. 6.

Cantus hæreticorũ discors.

Osee. 8.

Sordes Israel vituli Hieroboã.

3. Reg. 12.

Hæretici nõ audiũt cõcentum cæli.

Psal. 121.

Coluber si ne requie.

dei æquitatem, absque illis gradibus inæqualitatis vadunt, hinc vt dormiant & concinant illic, iuxta illud de Canticis graduũ. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel, ad confitendum nomen Domini: neque enim emundari poterunt, sed immundi erunt & in hoc seculo, & in futuro, & laborabunt in æternum, sicut laborabat ille coluber circunductor ipsorum, perforatas nares in sudib. & circulum habens in naribus, atque ita nusquam sabbatizans, nusquam dormiẽs circuit terram, dissimulare volens quidem, sed non valens fatigationem suam, dum requisitus, vnde venis, respondet & dicit: circuiui terram & perambulaui eã, & maximè hoc tempore habens iram magnam, quia scit quod modicum tempus habet, & non diu illi circuire licet.

Iob. 40.

Iob. 1.

Sententia beati Papæ Gregorij de illis cælestibus sanctorum angelorum ordinibus, qui vel quales homines cuius ordinis societatem sortiãtur.

CAPVT XVI.

BEatus Papa Gregorius de illis cælestibus sanctorum angelorum ordinibus loquens, & spei nostræ congaudens, quod venturi simus in illorum societatem, siue (vt ait ipse Dominus) æqualitatem, hæc inter cætera dicit: Isti itaque qui parua quæ capiunt, piè fratribus annunciare non desistunt, in angelorum numerum currunt. Alij secretorũ cælestium summa & capere prealẽt & nũciare. Quo ergo isti (inqt) nisi inter archangelorum numerũ deputantur. Alij mira faciunt, signa valenter operantur. Quo isti, nisi ad supernarum virtutum fortem & numerum congruunt? Nonnulli etiam de obsessis corporib. malignos spiritus virtute orationis, & via acceptæ potestatis eijciunt. Quo isti meritum suum, nisi inter potestatum cælestium numerũ sortiuntur? Nonnulli acceptis virtutibus cũ & bonis meliores sint, electis quoque fratribus principantur. Quo isti sortem suam nisi inter principatum numeros acceperũt? Nonnulli sic omnib. vitijs dominantur, vt iure dij inter homines vocentur, qualium vni, scilicet Moysi: Eccè (inquit Dominus) constitui te deum Pharaonis. Quo isti, nisi inter numeros dominationũ currunt? Non nulli hoc in munere virtutis acceperunt, vt rectè & alios iudicare possint. Quid isti, nisi throni sunt conditoris sui? Nonnulli tanta Dei ac proximi dilectiõe pleni sunt, vt Cherubin iure nominentur. Quia enim Cherubin plenitudo scientiæ dicitur. Et Paulo dicente didicimus, quia plenitudo legis est dilectio, omnes qui dei & proximi charitate pleni sunt, meritorum suorũ sortem inter Cherubin perceperunt. Nonnulli supernæ contemplationis facib. accensi, amando ardent, loquendo & alios accẽdunt, & quos verbo tangunt, ardere proti nus in Dei amore faciunt. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt, quo nisi inter Seraphin fortem suæ vocationis acceperunt.

Homines venturi in societatem 9. ordinum angelorum

Exod. 7.

Rom. 13.

Responsio ad illos qui dicunt, quod de singulis ordinibus multitudines ceciderunt, quoniam secundum illam sententiam beati Gregorij ex hominibus alij in illum, & alij in illum ordinem sint assumpti, siue assumendi.

CAPVT XVII.

DVm hæc dicit, scilicet ex hominibus alios in angelorum, alios in archangelorum numero deputari, alios inter supernas virtutes, alios inter cælestes potestates, alios inter principatus, alios inter donationes, alios inter thronos, alios inter Cherubin, alios inter Seraphin, accipere sortem suæ vocationis, nonnulli solent asserere, quod de singulis ordinib. multitudines ceciderint, quorum itidem in singulis ordinibus ruinæ debeant ex hominibus reparari. Quid ad hæc dicere potuimus, aut possumus? Hoc enim pertinet ad rationes illas, de quib. scriptum & supra memoratum est: Nunquid nosti ordinem cæli, aut pones rationes eius in terra? Dicimus ergo: Si de scriptura qualibet canonica cõfirmare possent opinionem illam, qua prẽuenti sunt, dicentes, angelos siue spiritus illos, mox vt creati sunt in suis ordinibus constituisse, moxque & illos cecidisse, & istos in gradib. suis præstitisse, concedendum esset opinioni. Nunc autem nõ ita est. Nulla enim scriptura canonica opinioni illi suffragatur, immò & prophetica veritas apud Ezechielem oppido refragatur, vt lõgè supra memorauim⁹. Proinde rectè econtra quærimus. Quid illi spiritus beati remunerationis acceperunt pro eo, quod peccãtibus apostaticis spiritib. ipsi peccare noluerunt? Si enim iã tunc erant vt nunc sunt in ordinib. suis stabiliti ac perfecti angeli, archãgeli, throni, dominatiões, principat⁹, potestates, virtutes, Cherubin, atque Seraphin, quomodo exinde tam multi cadere potuerunt? Verbi gratia: Si erant in ordine Seraphin, id est, eorum angelorum, qui di uini amoris igne ardent, siue incendunt, quomodo exinde excidere potuerunt? Immò quomodo nunquam illius amoris dulci ardore arsisse putandi sunt? Verius ergo & rationabilius hoc dicimus, quia in remuneratione pro eò quòd non peccarunt, & creatori suo subijci maluerunt, ordines illos acceperunt quos habent nunc, in hoc ipsum ordinati, verboque Domini & spiritu oris eius firmati, vt amplius cadere, id est, peccare non possint, sicut lapides supra memorati, auro astricti, tenentur in

Iob. 38.

Ezech. 22.

Remuneratio angelorum.

ordinibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordinibus suis dispositi secundum scientiam artificis ligando ordinati, ordinando ligati, vt excidere non possint, nec aliud doctoris supra dicti sermo benè recipere nos compellit.

Alia scientia de similitudine nouem ordinum angelorum, & nouem charismatum spiritus sancti, quæ secundum Apostolum hominibus data sunt, dicentes: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, & cætera:

CAPVT XVIII.

Luc. 20. NVnc iam, quia sermo idem nos lætificauit secundum speciem quam Dominus ipse fundauit, dicens: Aequales enim sunt angelis, cùm sint filij resurrectionis, quia (inquam) sumus eiusdem nouenis ordinibus dispondi, perpulchrum est considerare, quia quot sunt illic à spiritu oris domini ornamenta cælorum, tot sunt hic in hominibus sanctis ab eodem spiritu diuisiones gratiarum. Sic enim ait Apostolus: Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autè sermo scientiæ secundum eundem spiritũ, alteri fides eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis, prout vult. Hoc ergo qui perpendit, scilicet, electionem ex hominibus tot esse charismatum varietate ornatam, quot ordinib. illos beatus spiritus constat esse distinctos: potest etiam aptè secundum eadem charismata conijcere, qui vel quales homines, quibus aut cuius ordinibus angelis similes debeant existimari. Denique qui habent interpretationẽ sermonum, vt saltẽ in vna lingua possint enunciare sensum scripturarum ad vtilitatem audientium, nónne angeli sunt? Labia enim sacerdotis (vt Dominus in Malachia) custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Qui autẽ etiam genera linguarũ acceperunt, in hoc ipsum non vna lingua, verumetiam varijs linguis efficere possint, & de gente in gentem transferre ac dilatare verbum Dei, q̃ maximè sanctis datum est Apostolis, nónne meritò dicuntur & sunt archangeli? In discretione spirituum nimirum dignitatẽ iudiciariam rectè intelligis, quod iure vocentur throni, eò quòd de spiritib. deo in ipsis præsidente, iudicare nouerint, iuxta illud: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. In gratia Prophetica non incongruè dominationum agnoscitur authoritas, quia profectò Regibus quoque prophetæ dominati sunt, maximeque Helias & Heliseus, nam Heliseo quoque clamauit Rex: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius, cæterisq; regibus prophetæ dominati sunt, & maximo Prophetarum Moysi dictum est: Eccè constitui te deum Pharaonis. Fides nónne principatum meretur? Denique & Abraham, & Isaac, & Iacob, & Dauid propter fidem, siue iustitiam fide Patriarchæ, id est, patrũ principes nominati sunt, & Petrus quoque Apost. ob excellentiam fidei, princeps Apostolorum nominari meretur. Ergo & omnes quorum fides præclarior habetur, rectè principatus nominantur, & ipsi fratribus suis, siue Ecclesijs Christi principari, id est, præesse digni habentur. Gratia sanitatum, & operatio virtutum hoc maximè differunt, quod gratia sanitatum circa infirma corporum expenditur, siue per impositionem manuũ, siue per alium quemlibet modum. Operatio verò virtutum extrinsecus exhibetur in reb. exterioribus, in elementis huius mundi, sicut maximè factum est per manũ Moysi, qui circa corporum sanitatem ferre hoc solum fecisse legitur, quod Mariæ sororis suæ lepram sanauit. Quibus ergo gratia sanitatum data est, nónne inter potestates, & quibus operatio virtutum data est, nónne iure reputantur inter virtutes? Porrò, quib. sermo scientiæ, ipsi sunt tanq̃ Cherubin: & quibus sermo sapientiæ datus est, ipsi sunt tanquam Seraphin. In illa gratia maximè Apostolus Paulus claruit, habuit enim scientiam nó solùm dei, verumetiam seculi: in ista verò Ioannes dilectus domini, cuius sermo totus versatur circa charitatem, quæ vera sapientia est, & auditores intendit accendere igne amoris Dei, secundum ipsum vocabulum Seraphin.

Diuisiones gratiarum tot sunt quot ordines angelorum.

Qui homines in quos angelorum ordines recipiuntur.

Malach. 2.

4. Reg. 13. Exod. 7. Rom. 4.

De eo quod Apostolus dicit: Nusquam enim angelos appræhendit, sed semen Abrahæ appræhendit.

CAPVT XIX.

Hebr. 2. ADde illud quod idem Apostolus dicit: Nusquam enim angelos appræhendit, sed semen Abrahæ appræhendit. Quorsum istud? diximus enim longè superius, quia nobis hominib. duobus modis datur Spiritus S. altero quod est in remissionem peccatorum, altero quod est in diuisiones gratiarum. In sanctos autem angelos vno modo, scilicet, in diuisiones gratiarum, larga dignatione effusus est. Nã vt in remissionem peccatorum nunquam detur apostaticis spiritibus, iudicium verum fuit, & est eiusdem Spiritus Sancti. Vt ergo quantum creatori debeas, homo perpendas, & causam tuam melius ipse discernas, adde q̃ nusquam angelos appræhendit, sed humanam de semine Abrahæ naturam appræhẽdit tali

1. Ioan. 4.

Maximus debitor homo.

dit tali appræhensione, vt author salutis tuæ dignaretur per passionem mortis consummari. Quota in hoc est portio debiti tui debitæ gratiarum actionis? Angelos & creauit & eos qui non peccauerunt, magnificauit, te autem & creauit, & cum vniuersus in Adam peccauisses, iustificauit, & insuper magnificauit. Iustificauit (inquam) dato illo spiritus sancti, quod est remissio peccatorum, quo electio creaturæ angelicę quia non perierat, non indiguit, magnificauit alio dato eiusdem spiritus sancti, quod est diuisio gratiarum, quorum in primis illos cælestes spiritus ornauit, sue magnificauit. Angelorum itaque Deus est, tibi autem idem Deus est, & Pontifex, simul vero & angelorũ & hominum rex, vnus idemque Dei filius est. Cùm hæc ita sint, putasnè plura in altari pectoris tui ligna, quàm angelus habes ad nutriendum ignem diuini amoris? Scriptum est enim in sancta ac mystica lege Domini. Ignis in altari semper ardebit, quẽ nutriet sacerdos, subijciens manè ligna per singulos dies. Ignis denique ligna subijcere, est commemorationem beneficiorũ sanctæ trinitatis iugiter habere, & propter hæc in amorem eius magis ac magis proficere, & interim ardere aliquantisper, donec veniat id quod perfectum est, sicut in Esaia scriptum est: Diminus eius in Hierusalem. Syon nanque præsens Ecclesia est. Hierusalem autem illa superna ciuitas, id est, sanctorum angelorum vniuersitas, de quibus nobis hactenus sermo est. Ergo ignis Domini in Syõ, & caminus eius in Hierusalem, id est, abũdantia diuini amoris quæ illic est præsenti dilectione Dei, sic maior est, sicut paruo siue quantulocunque igniculo grandis & valdè succensus caminus fortior est.

Leu. 6.

Num. 18.

Esa. 31.

Deut. 32.

Item sententia beati Gregorij in illo versu cantici Deuter. Constituit terminos gentium iuxta numerum, numerum angelorum Dei, pro quo nos secundum hebraicam veritatẽ interpretante B. Hieronymo, ita legimus: Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.

CAPVT XX.

AItidẽ doctor supra memoratus: Decem dragmas mulier habuit, qui novem sunt ordines angelorum, sed vt compleretur electorum numerus, homo decimus est creatus. Idem post aliqua: Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus cõstat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contingit electos angelos remansisse, sicut scriptum est: Constituit terminos gentium, iuxta numerum angelorum Dei. Quod scripturæ testimonium (fateor) vtrum ad hanc rem cõ firmandam satis idoneum sit ambigo. Præsertim quia iuxta Hebraicam veritatem, interpretante B. Hieronymo, taliter scri. ptũ est. Constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israel. Quæ litera qualem adhuc sensum possit habere, post modum dicemus. Nunc illud dicere præstat, quia propter illa verba quæ dixit, Sed vt compleretur electorum numerus, homo dicimus est creatus. Solent plerique arbitrari, quod si omnes angeli perstitissent, nullaque ruina facta fuisset ex eis, nõ crearetur, neque fuisset causa cur deberet homo creari. Quod si conceditur, cauendum est, ne ita pueri simus, vt existimemus Deum nullum ante ruinam angelorum de homine creando habuisse propositum, sed postquam casus ille contigit, tunc demum illi venisse in mentem consilium huiusmodi, scilicet, facere genus nostrum, ob recuperandam multitudinem domus seu familiæ suæ quæ cecidit. Rectius ergo dicitur, quia non homo propter angelos, imò propter hominem quendam angeli quoque facti sunt, sicut & cætera omnia, testante Apostolo cùm dicit: Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, cuius capituli memoria nos non præteriuit in primo libello præsentis operis, cùm de principio loqueremur, in quo creauit de' cælum & terram. Si enim verũ dicit, immò quia verum dicit Euangelista: Quod factum est in ipso, vita erat, nihil excipiens, præmiserat enim: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: quanto magis homo iste decorus, ab ipso verbo in vnitatem personæ assumendus angeli, qua antequam angeli fierent, in ipso vita erat? Testatur & hoc ipsa sapientia, quæ non est aliud quàm ipsum verbum, dum dicit: Dominus possedit me ab initio viarum suarũ, &c. vsq; quãdo appẽdebat fundebat terrę, cum eo eram cuncta componens, & ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum. Statimque subiungit: Et delicię meæ esse cum filijs hominum. Quidnam hoc est, nisi ac si dixisset: Antequam Deus quicquam faceret à principio, & quando hæc vel illa faciebat, hoc erat in proposito, vt ego verbum Dei, verbum Deus caro fierem, & in hominibus habitarẽ magna charitate, & summa humilitate, quæ veræ deliciæ sunt.

Falsa quorũdã opinio de hominis creatione propter ruinã angelorum

Hebr. 2.

Ioan. 1.

Prou. 8.

Probabilius dici posse, quod non tam homo propter supplendum angelorum numerum, quàm & angeli & homines propter hominem Iesum Christum facti sunt.

CAPVT XXI.

IGitur probabilius hoc dicimus, quod non tam homo propter supplendum angelorum numerum, quã & angeli & homines, pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes propter vnum hominem Iesum Christum facti sunt, vt quoniam vnus idemq; & Deus ex Deo natus erat, & homo nasciturus erat, haberet præparatam ex vtroq; latere familiam, hinc angelorum, hinc hominum, & ipse Deus, & homo, Dominus & creator angelorum, Dominus & creator atque saluator, emineret hominũ sanctorum, Dominus (inquam) in eis sicut in domo sua. Rex in gente sua, Deus in maiestate sua. Quia (sicut dictum iam est) & propter ipsum, & per ipsum omnia. Hoc aspicientibus nobis perpulchrum est etiam illud attendere, quia non ante sed post quã ad Abrahã factum est verbum de promissione tam beati seminis, de aduentu vel natiuitate tanti hominis, cœperunt sancti angeli congaudentes hominibus visibiliter quoque interdum illud exhibere ministerium, de quo Apostolus: Nonne (inquit) omnis spiritus administratorij sunt, missi in ministerium, & ita familiariter vt hospitio quoque illorum suscipi dignati sunt, & appositos sumere cibum more hospitũ hominum, & multa beneficia per eos administrata sunt, sicut passim testatur ipsa scriptarum historica, siue prophetica series literarum. Verum nos de illis ipsorum beneficijs siue ministerijs alio in opere diximus aliquid, quod intitulatur de victoria verbi dei. Hic tantum hoc meminisse libuit, quod rectè à verbo promissionis, quod factum est ad Abrahã de semine eius, in quo benedicentur omnes gentes, q̃ est Christus, cœperunt angelorum ministeria cum hominibus celebrari siue frequentari, ac si dicat nobis scriptura, quia iure patribus illis angeli famulabantur, quorum ex semine nasciturus erat angelorum Dominus.

Hebr. 2.

Ministeria angelorum ad homines propter Christum.

Qualem sensum habere posit litera hæc, quam secundum Hebraicum beato Hieronymo interpretante legimus: Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.

CAPVT XXII.

PRoposuimus supra dicere, quem sensum habere posit litera hæc, quam secundum Hebraicum beato Hieronymo interpretante legimus: Constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israel. Nam quod iuxta aliam æditionem legitur: Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei, sensum haberet firmiorem authoritate supra dicti doctoris eximij, si hebraica quoque veritas sic haberet, vt septuaginta transtulerũt, iuxta numerum angelorum Dei. Primum ergo quærenda est intentio Moysi in verbis istis. Cantici, Deuteronomij: Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos & dicét tibi: Quando diuidebat altissimus gentes, quando superabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Nimirũ in istis, & in his quæ sequuntur commemorando beneficia dei, hoc intendit, vt benevolentiam alliciat illius populi circa cultum Dei, vel amorem patris sui. Qui possedit (inquit) & fecit, & creauit te. Qualem autẽ ab initio, vel quanto à numero cœpit possidere tali possessione, vt ille homo Iacob gens fieret, aut populus existeret? Nimirum ab ingressu siue introitu Iacob in Aegyptum, dicente Domino ad illum: Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere, descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciã te ibi. Et post pauca sic scriptum est: Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuerunt septuaginta. Porrò, Ioseph & duo filij eius, Ephraim & Manasses in Aegypto erant. Itemq; scriptum est: Erant igitur omnes animæ eorum, qui egressi sunt de fœmore Iacob septuaginta quinq;. Profectò iuxta hũc numerum filiorum Israel, qui tũc populus esse cœpit, iamdudum constituerat Dominus terminos populorum, quando (sicut ibidem dictum est) diuisit altissimus gentes, & separabat filios Adam propter superbiam, vbi turrim Babel ædificabant. Illa nanque diuisione septuaginta tres, quod aiunt scriptores, vel potius (vt ratio declarat) septuaginta duæ gentes totidẽq; linguæ per terras esse cœperũt, quæ crescendo puincias & insulas impleuerunt. Hinc B. Hier. vbi Dñs dixit ad Petrũ: An putas, quia non possum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiones angelorum, illius iã dictæ multitudinis gentium siue populorum, hoc mundo meminit. Vna legio apud veteres sex millib. complebatur hominum. Pro breuitate temporis, numerorũ nõ accurrimus explicare typos: Tantum dixisse sufficiat, quia septuaginta duo millia angelorũ, in quot gentes hominum lingua diuisa est, duodecim legionib. fieri manifestũ est. Nonnihil igitur ponderis habet secundum hũc sensum litera hęc: Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorũ Israel. Quantum enim valet ad exigendam Israelis benevolentiam circa Deum, quod cùm iam haberet Deus septuaginta gẽtes, dimisis illis, solos elegit sibi in gentem septuaginta duos homines, vel paulò plures, quia Ioseph cum filijs suis in Aegypto erant? Vnde fit, vt rectè propter paucitatem cum admiratione legatur: Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius.

Deut. 32.

Intentio Moysi in Cantico. Ibidem.

Diuisio gẽtiliũ secundũ septuaginta duas linguas. Matth. 20.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS. LIBER IIII.

Propositio, dicere aliquid de humana creatura ad laudem sanctæ trinitatis, ad honorẽ spiritus sancti, de patre & filio procedentis, cuius in ista creatura valdè clara rutilant bona.

CAPVT I.

Matth. 7. Ædificium supra petrã ponendum

SApientis viri est, dum ædificat domum suã, fodere in altum, & ponere fundamenta supra petram. Descendit pluuia (ait Dominus) venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Nimirum illi viro sapienti aliquatenus & nos extremum cupimus assimilari. Quoties enim cupientes exigere aliquod boni ac fidelis sermonis ædificium, quærimus ac tenemus aptũ siue conueniens quodlibet capitulũ de authoritate diuina, authoritate canonica, siue prophetarum, siue Apostolorum, vt ædificemus super fundamentum illorũ, profectò fodimus in altũ, & ponimus fundamenta supra petrã. Ac proinde si descendant loquaces pluuia secularium, maximeque sophistarum odibilium, quibus sua stipula suum q̃; placet fœnum, nostrũ autem vile est aurum, siue argentum. Et nostri lapides pretiosi contemptibiles sunt, si (inquam) veniant flumina hæreticorum, & irruant in domum nostram, non cadet, quia supra petram fundata est. Igitur de humana creatura iam dicturi aliquid, ad gloriam & laudem sanctæ trinitatis, ad honorem spiritus sancti de patre & filio procedentis, cuius in ista creatura valdè clara rutilant dona, quærimus hoc fundamentum, & in omni portiuncula sermonis nostri certum de sanctis scripturis tenere cupimus capitulum, quia videlicet hoc est (sicut iam diximus) fodere in altum, & ponere fundamenta supra petram. Primum capitulum hoc est.

Pluuiæ sophistarum flumina hæreticorũ.

De proposito Dei dicentis: Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram.

Gen. 1.

CAPVT II.

FAciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hinc ait fidelis Dauid: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Fodiens hic in altum vt fundamenta ponam, qũalem inuenio petram, nisi ipsam beatæ trinitatis intentionem dicentis. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram? Quænam erat intentio, vel quid erat in intentione eius, nisi is qui nũc sedet ad dexteram patris, mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus? Si enim (quod sæpe dictum, semperque sciendum est) non solùm per ipsum, verumetiam (vt Apostolus ait) propter ipsum omnia, quanto magis humana propter ipsum facta est creatura. Cũ ergo dicit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, parum est ad consummationem propositi Dei hoc attendere, quod omnes electi, qui secundum propositum vocati sunt sancti, & rationales creati, & similes Deo sunt futuri, tanquam patri suo filij, iuxta illud: Charissimi nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus: scimus, quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, parũ (inquam) hoc est, nisi hunc hominem attendas, qui ipse est (vt Apostolus ait) imago Dei inuisibilis, & sicut idem alibi loquitur: splendor gloriæ & figura substantiæ eius. Nunquid enim cùm hæc diceret beata trinitas: Faciamus hominem, & cætera, de homine isto nihil cogitauerat aut proposuerat, sed postquam peccauit Adam, tunc demum istud cogitauit Deus, vt homo fieret Dei filius, ob redimendum humanum genus. Diximus de hoc in præcedentibus, cùm de angelis loqueremur, quia si verum dicit, imò quia verum dicit Euangelista: Quod factum est in ipso, vita erat, nihil excipiẽs, præmiserat enim: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, multo magis homo iste ab ipso verbo in vnitatẽ personæ assumẽdus, antequã angeli fierẽt, in ipso vita erat, & hoc erat propositum eius delicioſum, sicut Sapientia loquitur, quæ non est aliud, quàm ipse Dei filius. Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, & cætera quæ ita concludit, & deliciæ meæ esse cum filijs hominum.

Iob. 11.

1. Tim. 2.

Hebr. 2.

Rom. 8.

1. Ioan. 3.

Coloss. 1.

Hebr. 1.

Ioan. 1.

Prou. 8.

De eo quod ait beatus Iob, & post eum Dauid: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me.

Psal. 118.

CAPVT III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõsiliũ trinitatis.

MAgnum igitur negotium, & res valdè operosa, magnum sanctæ trinitatis exigebat consilium, vt taliter diceret: Faciamus, & sic dicendo, quasi semetipsam vna patris, & filij, & spiritus sancti diuinitas ad operandum hortaretur, tali modo, vt rembenè perpendentes, recti dicant sancti supra dicti: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, da mihi intellectũ: Manus tuæ fecerunt & plasmauerunt me totũ in circuitu. Quid enim tale creatum est in diebus primis? Quid tale factum est in illis generationibus cæli & terræ? In illo die, quo fecit Dominus Deus cælum & terrã & omne virgultum agri? Pulchrè ergo dictum, & magna cum reuerẽtia est audiendum, quia cũ de singulis operum Dei speciebus, narrans scriptura dixerit, Dixitq; Deus, fiat hoc vel illud, de homine solo narrat Deũ dixisse: faciamus: De singulis verò diebus, siue dierum operibus nos latius alio in opere tractauimus, in quo nec illud diligẽtiam nostram præteriuit, quia septies Deus dixit: fiat, & si non eodẽ verbo, tamen eodem modo vsus dicendi, quẽ imperatiuum modum appellãt Grammatici, & septies bonitati eius opus suum com placuit, dicente scriptura: Et vidit Deus quia bonum est, quę videlicet bonitas Dei non est aliud, quã septiformis spiritus dei. De homine autem non dixit: fiat homo, si ue producat terra hominem, sed faciamus (ait) ac deinceps ita scriptum est: Formauit igitur Dominus Deus hominem dè limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Nimirum vbi dicit: Formauit de limo terræ, quod est plasmare, locũ siue causam præbuit admirationi nostræ, scientiamque suggessit humilitati nostræ, vt diceret: Manus tuę fecerunt me, & plasmauerunt me. O igitur magnum spectaculũ, grãde miraculũ. Putasnè sancti angeli, q iã fuerant conditi, sciebãt quid tanto momẽto limine plasmator Deꝰ inciperet operari? Nimirum absconditum erat illis sacramentum, si verum loquitur Apostolus, immò qui in Apostolo loquitur Christus. Ait enim: Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit, vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei. Solus plasmator ipse sciebat & in semetipso absconditũ habebat tantummodo dignitatem futuri operis præsignans qualitate operationis, operando manibus suis.

Psal. 118. Iob. 10.

Gen. 2. Cur ait faciamus non fiat.

Gen. 1. Gen. 2.

Sacramentũ incarnationis angelis absconditum.

Ephe. 3.

Quod manus aut pedes in Deo non sint, quemadmodũ in nobis, sicut putauerunt hi, qui pro rustica simplicitate dicti sunt humaniformij, & de eo quod scriptũ est in Esaia: Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in põdere montes & colles in statera.

CAPVT IIII.

NEc verò hoc dicimus aut opinamur, quod manus aut pedes in Deo sint. quemadmodum in nobis, sicut putauerũt hi, qui pro rustica simplicitate dicũtur humaniformij, sed pluralitate manuũ, dum dicitur. Manus tuæ fecerunt me, pluralitas innuitur personarum, sicut & alibi pluralitate trium digitorum. Scriptum quippe est in Esa. Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? Tribus enim digitis, id est, tribus personis vnius veræ & summę deitatis. Cùm ergo dicit. Quis appendit tribus digitis, sapiens responsum expostulat vt dicas? Tu Deus, appendisti. Quod cùm responderis, placet illi, vt quæras adhuc & dicas, Vbi? Quomodo? Qualem molem terræ? Quos montes? Quales appendi, atq; libraui colles? Taliter percũctanti, pulchrũ est vt respondeas illi. Dñe, si dicam, quia terrã inanimatam, & insensibilem, quã calcamus pedibus nostris tu appendisti super nihilum, neque enim aliquibus sustẽtatur columnis, sed tu eam positione præcepti tui fundasti, vt stabilis sit, montes & colles (qui sunt terræ tumores) consistere iussisti. Verũ quidem dico, sed parũ est ad gloriam & laudem trinitatis, q̃ per tres digitos nobis insinuatã esse vis, cuius capax non est terra hæc inanimata & insentibilis. Plus ergo dicam, quia vbi vel quãdo dixisti: Faciamus hominẽ, & de limo terræ masculum & fœminã creasti siue plasmasti, & benedixisti eis, dicẽs. Crescite & multiplicamini, ibi siue tũc tribus digitis molẽ terrę appẽdisti, mõtesq; in põdere, & colles in statera librasti. Tũc illã terrę molẽ appendisti, q̃ nimirũ digna erat appẽsione triũ digitorum tuorũ, scilicet mõtẽ illũ magnũ, qui secundum visionẽ Dani. impleuit orbẽ terrarũ. Et illos mõtes in põdere atq; illos colles in statera librasti, de quib. Apost. dicit. Nam quos præscíuit, & p̃destinauit cõformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitꝰ in multis fratrib. Quos aũt prædestinauit, hos & vocauit. Et quos vocauit, hos & iustificauit. Quos aũt iustificauit, hos & magnificauit. Verissimè nihil horũ in psciẽtia & p̃destinatiõe defuit, quãdo dixisti. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, & creasti masculũ & fœminã, & benedixisti dicens: Crescite & multiplicamini. Præfinitũ habebas numerũ multiplicitatis eorũ, præcognitũ habebas modũ cremẽti. i. meriti singulorũ, & appẽdebas põdus meriti in libra siue statera iustę remuneratiõis. Quid autem illi, quos nõ tetigerunt hi tres digiti

Esa. 40.

Tres digiti Dei, tres personæ trinitatis. Psal. 148.

Dani. 2. Montes & colles homines prædestinati sunt. Rom. 8.

Homines nõ prædestinati sunt sicut situla aquæ et puluis exiguus

digiti appensiõe eiusmodi, id est, quos nõ prædestinasti in hoc verbo benedictionis: Crescite & multiplicamini, quorum super flua multiplicitas de peccato, vel propter peccatum venit te dicẽte ad mulierẽ: Multiplicabo ęrumnas tuas, & conceptus tuos? Si filij benedictionis quos nasci iussisti, dicendo: Crescite & multiplicamini, rectè dicũtur & sunt montes & colles tribus digitis appensi siue librati, quid de illis protinus censęt in eodem propheta spiritus S.

Gen. 3. Esa. 4. Esa. 4.

quos vitiata caro protulit, aut profert vltra modum, & multiplicati sunt super numerum? Eccè (inquit) gentes quasi stella situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Eccè insulæ quasi puluis exiguus. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt corã eo, & quasi nihilũ, & inane reputatæ sunt ei. Quid rogo, vel quantum est stella situlę ad magnos montes. Quid puluis exiguus,

Rom. 3.

q̃ leui vẽto aufertur ad colles stabiles, q̃ de loco suo, nec per terræmotũ, nec per tonitrua mouentur? Sic omnes filij huius seculi quantũlibet alti videantur, & magni sint in oculis suis, nihil sunt in comparatione filiorum benedictionis, qui secundũ propositum tuum, trinitas Deus vocati sunt sancti, quos ante secula præscitos & prædestinatos, suis quemque temporibus in nomine tuo vocasti, iustificasti, & magnificasti, quorum magnitudo tunc clarissimè

Matth. 25.

apparebit, quando constitutus dicetur eis: Venite benedicti patris mei, possidete regnũ, quod vobis paratũ est à constitutione mundi.

De eo quod ait Dominus Deus: Eccè Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum, ad ipsum Adam, quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris.

CAPVT V.

PRocedamus vlterius. Propositũ quippe nobis est, sanctæ scripturæ agrũ perambulare, & quærere & demonstrare thesaurum sancti nominis huius, patris, & filij, & spiritus sancti, sic in agro isto absconditum, vt tamen inueniri posset ab his qui

Gen. 3.

Sementia mortis corporalis ex misericordi prouidentia dei.

Deo diuites esse volũt: Eccè (inquit Deus) Adam factus est quasi vnus ex nobis, sciẽs bonum & malum. Nunc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat etiã de ligno vitæ, & viuat in ætẽrnum, emisit eum Dominus Deus de paradyso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. Et ad ipsum Adã dixit: Quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quod q̃; vni dixit, nimirum omni generi humano dixit: Et concedit dictioni vel iudicio, imò misericordissimæ prouidentiæ eius, humilitas hominis

Psal. 89.

dũ in Psal. dicit: Manè sicut herba transeat, subauditur homo, siue natura humana, manè floreat & trãseat, vesperè decidat, indurẽt & aresc̃at, quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Et est sensus: Dixi, ne auertas hominem in humilitatẽ, tamen non id oro, vt homo statim ex quo natus est, fiat immortalis & impassibilis, sed potius concedo diuinæ sententiæ, qua dixisti: quia puluis es & in puluerẽ reuerteris, scilicet, vt ipse apparens sicut herba manè, nimirum viridis, & pulchra, trãseat, id est, ad modũ ipsius herbæ deficiat, hoc modo, siue tali ordine. Sicut herba manè, ita homo in iuuentute positus floreat, id est, vigeat, & postea ab ipso matutino flore iuuentis transeat in vesperum senectutis, & in illo vespere positus decidat, id est, moriatur, & post mortem induret, id est, rigidum cadauer fiat. Et deinde arescat, id est, aridus puluis existat. Rectè & valdè prudens concessio, quia videlicet non solũmodo concedendum, verum etiam omnibus modis laudandum est prouidũ sanctæ trinitatis consilium, cuius est vox ista secundum pluralem numerum: Eccè Adã qui vnus ex nobis factus est, sicut & illa de qua supra iam tractatum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Laudare vel satis considerare mens humana non sufficit ad altitudinem huius diuini consilij, quo beata trinitas homini mortuo morte peccati, quæ mors animæ est, necessariam prouidit mortem corporis, præparatum habens apud se bonæ artis instrumentum, quo posset per mortẽ corporis, mors animæ destrui.

Exclamatio supra prophetæ, qui post illud supra dictũ: Quis appendebit tribus digitis molem terræ, protinus subiunxit: Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius fuit, & ostendit illi.

CAPVT VI.

HIc igitur exclamare libẽt cum propheta, qui cùm dixisset: Quis appendit tribus digitis molem terræ & liberauit in pondere mõtes, & colles in statera (cui⁹ capituli supra meminimus) protinus subiunxit: Quis adiuuit spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cũ quo inijt consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitię, & erudiuit eum prudẽtia, & viam prudentiæ ostendit illi? Exclamatio siue admiratio hæc, nimirum & si in alijs mirabilibus tuis Deus con grua est, maximè in isto, vel pro isto consilio tuo locum habet, quo sic benè consuluisti humano generi, vt diceres Ironia quàm grauissima: Eccè Adam quasi vnus ex nobis factus est, quia videlicet sic serpens dixit: Eritis sicut dij, statimque subiungeres: Nunc ergo, ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vi-

Esa. 40. Gen. 3. Psal. 36. Esa. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Altitudo consilij Dei in sententia mortis corporalis.

tæ, & comedat, & viuat in æternum. Hoc deniq; cum consilio locuta es ô beata trinitas. Est enim consilium apud te. Si non esset apud te consilium, non diceret Propheta: Dñe consilium tuum antiquum verum fiat, & Psalmista dicat: Cõsilium autẽ domini in æternum manet. Est ergo consilium apud te Deus in spiritu S. sicut & fortitudo. Vnde idem spiritus sic dicitur spiritus consilij, sicut & spiritus fortitudinis. Viderit quid sentiat aliquis, ego in nullo magis admiror, in nullo magis amplector altitudinem consilij diuini q̃ in isto dicto vel facto, q̃ dixit homini: Puluis es, & in puluerem reuerteris, & emisit eum, ne cõederet de ligno vitæ & viueret in æternũ. Audebo igitur circa illud consilium versari, & respõdere percunctationib. istis, quoniam & si verum Apostolus dicit: Quis enim cognouit sensum Domini? & vt subaudias nullus, tamen idẽ alibi loquitur: Nos autem sensum Christi habemus. Denique antequam consilium istud antiquum iniret Deus, nullus sensum eius cognouit, & nullus extrinsecus consiliarius eius fuit, nunc autem postquam factum est, cognouerunt multi, & vt verbis vtar eiusdem Apostoli, manifestè magnũ est pietatis sacramentum, quod manifestum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, creditum est mundo, assumptum est in gloria. Percunctabor igitur sicut percunctando ipse propheta percunctari nos docuit, & respondebo prout Christiana fides ad respondendum nos instruxit.

Gen. 3. Rom. 11.

1. Cor. 2.

Item de eadẽ exclamatione: Quis adiuuit spiritũ Domini, & de obedientia filij, q̃ ipsa adiuuerit spiritũ domini.

CAPVT VII.

Ephe. 4.

QVis adiuuit spiritum Domini? Laborabat enim spiritus Domini. Denique si quis alius eum laborare fecit, vt dicat ei laborare me fecisti in iniquitatibus tuis: si quis hominum contristauit eum, vt rectè dicat Apostolus: Et nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis, maximè Adam illum contristauit & laborare fecit in iniquitatib. suis, quibus omnem posteritatem suam antequam nasceretur inuoluit & prædamnauit. Quis in huiusmodi labore adiuuit spiritum Domini, volentem supplantare authorem peccati: & reformare iustitiam nascituris filijs benedictionis, ne periret benedictio qua benedicens dixerat: Crescite & multiplicamini. Quis (inquam) illum adiuuit? Verè nullus extrinsecus, sed sola intrinsecus sapientia Dei, obediẽtia filij dei. Puta ergo dixisse in illo consilio spiritum Domini. Eccè homo, siue humanũ genus cùm sit mortuum secundum animam, si vita corporis vixerit in æternũ, non erit quo recuperetur. Quid autem ad hæc sapientia Dei? filius Dei, Holocaustum, ait, pro peccato non postulasti, tunc dixi, eccè venio. Ego ego ex antiquis antequã terra fieret, & dum hæc vel illa fierent, dum tecum essem cuncta componens, iamdudum pro delicijs meis habebam esse cum filijshominum? Sed eccè oportet, vt omnes moriantur, morte carnis filij hominum, quoniam morte animæ mortui sunt. Non ego subterfugiam propositum, & renuam esse cũ filijs hominum? Immò in maiore necessitate maiorem confirmabo charitatem. Et eccè venio, taliter vt causa illorum fiam holocaustum & pro peccato. Quis in hoc consiliarius fuit, & ostendit illi? Verè nullus extrinsecus, sed ipse Dei filius spontaneam offerens obedientiam cõsiliarius fuit, imò est. Vnde Propheta loquitur: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius? Cum quo inijt consilium & instruxit eum? Verè cum nullo extrinsecus, sed intrinsecus in abscõdito trinitatis ratiõabiliter diffinitũ est, dicere eum (sicut Apostolus dicit) propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, iam per præsciẽtiam & prædestinationem ante omnia secula, authore salutis eorum per passionem consummari. Quid rogo ista consummatione decentius? Quid ista rationabili charitate pulchrius? Hæc est semita iustitiæ, quã nullus extra docuit eũ. Hæc est sententia quã nullus erudiuit eũ. Hæc est via prudentiæ, quam nullus ostendit illi, sed ipse adinuenit. Vide ergo. Nisi præcautum fuisset ne sumeret homo etiam de ligno vitæ, & viueret in æternũ, quales fierẽt vel fieri possent deliciæ huic sapiẽtię dei, esse cũ filijs hominũ? Si enim nec filij hominũ, q̃ mortui erant secundũ animam, secũdum carnẽ morerẽtur, nec ipse dei filius dignat⁹ esse cũ filijs hominũ, secũdum carnẽ moreretur, quid delicioſum illi, aut quę vtilitas nobis, illũ esse cum filijs hominũ? Nulla, sicut enim granũ frumẽti cadens in terrã, nisi mortuũ fuerit ipsum solũ manet, ita nisi & nos oẽs filij hominũ secundũ carnẽ moreremur, & ipse volens esse cũ filijs hominũ, fuisset nobis locutus hoc vnũ de similibus, vt secundũ carnem moreretur, maneret ipse solus, nec esset in quo, vel per quid diuinitas nobis ꝓpiaretur. Nũc aũt quia dixit Deus homini: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Dicit Iob: Inueni in quo propicier ei, & quid est illud? Nimirũ vt debeã per omnia fratrib. asimilari, sub auditur absq; peccato, sicut dictum est alio loco. Tentatũ autẽ per omnia pro similitudine absq; peccato. O inuentio mirabilis, ob hoc tradendum esse morti filiũ, vt seruo Dominus deberet repropitiari.

Prou. 1.

Esa. 9. Hebr. 2.

Iob. 33.

Hebr. 4.

Cõsiliũ sapientiæ diuinæ super morte hominis corporali.

Item de

Item de eo quod ibidem in propheta scriptum est: Cum quo inijt consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi. Et responsio ad illam percũtationem secundũ Apostolũ dicentem: Sapientiã loquimur inter perfectos. Et alibi, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum.

CAPVT VIII.

Esa. 35. Differunt semita & via.

IStam iustitiæ semitam quis eum docuit? Iſt Est enim ibi & semita & via, & via sancta vocabitur, ait idem Propheta. Et alijs quidem semita, id est, angustior via: alijs autem via, subauditur plana siue amplificata, & quibus vel qualib. est semita? Quibus itidem vel qualibus est via? Nimirum semita illis est, qui non sapiunt ea quæ dei sunt, scilicet sapientibus huius seculi, de quibus vel qualibus Apostolus cùm dixisset, quoniam Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã, postmodum ait: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiã in mysterio quæ abscondita est, quam prędestinauit ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Nimirum istis vel omnibus, qui eiusmodi sunt, ista ratio iustitiæ, de qua nũc loquimur, semita est, id est, via tamq; arta, vt pauci sint vel fuerint ex eis qui inuenirent eam. Porrò via prudentiæ, via (inquam) id est, plus quàm semita istis est, qui diligunt illum, quorũ vel qualium est vnus idem Apostolus, qui protinus subiungit: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, & cætera vsq; spiritualis homo iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, quis enim cognouit sensum dei qui instruat eũ? nos autem sensum Christi habemus. O ergo quàm pulchra via prudentiæ, quanta pulchritudo iustitiæ in verbis crucis, de quo tunc loquebatur Apostolus dicens: Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autẽ qui salui fiunt, id est, nobis, virtus Dei est, & de quo videlicet verbo crucis mentio nunc nobis occurrit, contemplantibus illud concilium trinitatis, quod admiramur cũ Propheta dicentes: Quis cõsiliarius eius fuit, & ostendit illi? Audemus nos adiungere, his qui dicunt, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: audiuimus enim dicentem Dei filium, cùm dignaretur baptizari à Ioanne, nimirum baptismo pœnitentiæ. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Audiuimus & Satolum dicentem, quia decebat eum authorẽ salutis per passionem consummari, quæ videlicet passio pœnitentiæ illius, quam ob implendam omnem iustitiam suscepit, cõsummatio fuit.

1. Cor. 1.

Via prudentiæ in verbo crucis.

Esa. 40.

Matth. 3. Hebr. 2.

De illa Ironia Dei siue sanctæ trinitatis, qua dixit: Eccè Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum, cũ iam præmisisset, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, & quomodo illa Ironia in seriem conuersa est, quando nouus Adam Iesus Christus factus est vna persona ex tribus personis sanctæ trinitatis.

CAPVT IX.

NOn ergo dubitamus, quia simul vt sancta trinitas hanc Ironiam edixit: eccè Adam, quasi vnus ex nobis factus est, sciẽs bonũ & malum, cũ iam præmisisset, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, iamq; fecisset Adæ & voxori eius tunicas pelliceas, & induisset eos, taliter in eodem consilio pertractatum est, vt diceret: Non est Adam factus vt putabat, quasi vnus ex nobis, immò amisit illud quod habuerat, vel habere potuerat ex nobis. Sed decet nos implere omnem iustitiam, taliter, vt vnus ex nobis fiat quasi Adam, id est, ita fiat homo, vt fit etiam mortalis secundũ carnem sicut Adam, & tali morte moriatur, quasi sceleratus, sicut est Adã, & inter iniquos reputetur, qualium omnium exemplum est Adam. Per hoc enim fiet, vt quam multi filij Adam, fiant, quasi vnus ex nobis, nequaquam à sua spe decepti, sicut deceptus est Adam. fiant, inquam, quasi vnus ex nobis, id est, fiant filij Dei per gratiam, fratres & cohæredes vnici filij, qui est vnus ex nobis. Nónne sic factum est? Non ergo dubitamus in illo trinitatis consilio sic fuisse dictum siue tractatum, filius Dei vnus ex illis tribus personis, bonum pro malo, id est, gratiam pro rapina reddidit homini, factus quasi Adam. Vnde & dicit. Obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde, id est, mortuus morte animæ, & factus sum tanquam vas perditũ, nimirum vt fuit Adam, & æstimatus sum cum descendentibus in lacum, qualium primus factus est Adã, & factus sum, id est, reputat⁹ sum sicut homo, subauditur sine adiutorio, subauditur diuino, & sicut vulnerati dormientes in sepulchris, id est, oppressus tam actualibus peccatis quàm & peccato originali, quod fecit Adam cùm esset inter mortuos liber, videlicet potestatem habens sumendi animam meam post mortem, quæ libertas mortuorum non est. Ita planè factum est, ac perinde conuersa est Ironia illa in seriem,

Filius Dei factus quasi Adã, si Adam, vt verè fieret vnus ex nobis.

Esa. 53.

Psal. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt veraciter dicas, ô trinitas Deus, eccè Adam quasi vnus ex nobis factus est, id est, homo in vnitatem personæ prouectus est in filio, qui vnus est ex nobis, homo, inquã filius dei factus est, & hic est nouus Adam multorum filiorum pater, quorũ vniuersitas, quasi vnus ex nobis est, id est, filio Dei similis. Hinc est illud quod dicunt: Scimus quia quum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicut est. *1. Ioan. 3.*

De fide, quæ est vnum & præcipuũ donorũ spiritus sancti, quod ipsa in sanctis antiquis patrib. primis tanti sacramẽti tantæ salutis præparatio fuerit.

CAPVT X.

Ordo iustitiæ in reparatione hominis.

ADtam mirum tamque ineffabile sacramentum, nimirum grandi præparatione opus erat. Qua vel cuiusmodi præparatione, nisi fide? denique per culpã perfidiæ & ambitionis nimiæ, sese indignum deo fecerat Adam, credendo serpenti magis quàm deo, & ambiendo celsitudinem illam, quã primus ambiuit ille, dicens in corde suo: ero similis altissimo. Quid enim aliud mendax ille promisit, dicendo eritis sicut dij? Econtra, præparatione opus erat fidei, & humilitatis, vt saluo ordine iustitiæ, dignos se redderent filij hominum illa gratia, quam proposuerat sapientia, quã intelligimus & scimus ipsum esse dei filiũ dicens (vt superius memoratum est) & deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Vnde hæc præparatio, scilicet fides, nisi ex dono tuo venit ô spiritus domini? Hæc enim de diuisionibus gratiarum, quas tu operaris, vna & optima est, dicente Apostolo: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodẽ spiritu, &c. quarum videlicet gratiarum numerum nouenarium pulchrè (vt arbitror) superius assimilari diximus nouem nominibus ordinum angelorum. Cùm igitur dicit idem Apostolus: Fide plurimam hostiã Abel quã Cain obtulit deo, per quam testimonium consecutus est iustus, testimoniũ perhibente deo muneribus eius, & per illã defunct⁹ adhuc loquitur, fide Enoch trãslatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum deus. Ante translationem enim testimonium habebat placuisse deo: sine fide autem impossibile est placere deo. Cùm (inquam) hæc & cætera dixit: admirationem nobis adauget, vt dicamus magis ac magis, sicut supra memoratus Propheta dicit: Quis adiuuit spiritũ Domini? Imò vbi erant illi adiutores tui ô spiritus domini. Quorum vel qualium vnus loquitur Apostolus, dei enim sumus adiutores, subiungens, dei agricultura estis, dei ædificatio estis secundum gratiam, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui; alius autem superædificat. Vbi (inquam) erant, quando ponebas illa fundamenta terræ, illos primos secundum fidem patres ecclesiæ? Nam hodie vbicunq; fundamentum hoc ponitur, vbicunque fides fundatur, multi eiusmodi adiutores sunt, multæ voces prædicatorũ, multi libri Prophetarũ, & Apostolorũ, multa signa frequentia ad confirmationẽ dictorum. At verò tunc quis te adiuuit ô spiritus Domini? Quid habuisti huiusce adiutorij? Tu solus absque libris, absque signis vel portentis scripsisti, vt es digitus Dei in cordibus eorum scripturam hanc, id est, fidei scientiam, per quam vel in qua testimonium consecuti sunt senes (ait idẽ Apostolus) scilicet Abel, & cæteri antiqui patres vsque ad Moysen, quorum in cordibus absque libris cæterisque adiumentis fundamentum hoc, te ponente fundatum est. *1. Cor. 3.* *Hebr. 11.*

Quod illo tempore nõ solùm fides, verumetiam prophetia ante diluuium sanctis illis à sancto spiritu data fuerit, prout voluit: & de sacramento numeri, quo ait Lamech, septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies.

CAPVT XI.

Esa. 14. Prou. 8.

CAeterorum quoq; charismatum nõnihil iam tunc temporis senibus, siue patribus illis diuisit idem spiritus sanctus, prout voluit, scilicet prophetiam, siue scientiam diuinam. Nam scientiam humanam non adeo nos hic attendimus, quã humano plerunque ingenio consequuntur, & illi qui sunt sine fide, vel expectatione huius paracleti. Verbi gratia, musicam, cuius ita meminit scriptura in illo qui septimus fuit à Cain, & nomen fratris eius, videlicet & Iubal, fuit Tubal, ipse fuit pater canentiũ cythara & organo. Diuinam autem scientiam dicimus, quæ diuinum aliquid, siue spirituale sapit, vt est illud: Septuplum (inquit Lamech) vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies. Huius namque dicti meminisse, & huc respicere dignatus est ipse Dominus, qui ferè nihil absque scripturarũ authoritate loquebatur, dum Petro dicenti: Domine quotiẽs peccabit in me frater meus & dimittam ei, vsque septies? ita respondit. Non dico tibi Petre vsque septies, sed vsque septuagies septies. Diuinus namque sensus in verbis istis latet, qui ex ratione numerorum facilè colligi potest. Nam septenarius numerus, in quo est positum peccatum Cain, dicendo: Septies vltio dabitur de Cain, insolubilis est: neque enim partes habet mediam aut tertiam, aut alias præter solas vnitates. Numerus verò septuagesimus septimus præter vnitates habet etiã alias partes, in quas resoluatur, *Sciẽtiã diuina quã humanam patribus antiquis.* *Gen. 4.* *Ibidem.* *Matth. 18.*

resoluatur, scilicet, septenarium & vndenarium: Denique septies vndecies, siue vndecies septies, lxx. septem sunt. Rectè ergo & pulchrè, sicut p septenarium, in quo numero sicut iam diximus, signatum est peccatum Cain, insolubilis intelligitur vltio, quæ de ipso data est, eò quòd impœnitens fuerit, & per lxx. septem, in quo numero positũ est vulnus siue liuor Lamech, dicendo de Lamech verò lxxvij. solubilis intelligitur vltio, id est, quã aliquando terminet, vel finiet remissio, & hoc esse ꝙ Dominus Petro dixit: Non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies, id est, nõ cui quam impœnitenti, sed omni pœnitentiã agenti dimittes. Prophetiam quoque æui illius hominibus non omninò defuisse, vel illud pro exemplo siue testimonio sit, ꝙ in canonica legimus Epistola Iudæ Apostoli: Prophetauit autem de his septimus ab Adã Enoch dicens: Eccè venit Dominꝰ cum sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes iniquè agentes, &c. Quæ prophetia & si de notis non habet exemplum literis: ante illam Epistolam Apostoli, non tamen leuiter potest contemni, quod Apostolus Christi prophetarum fuisse scripsit, & per spiritum sanctum scire potuit. *Prophetia Enoch.* *Hebr. 11.*

Item de charismatibus spiritus sanacti, quod illo tempore & post illud tempus ante aduentum spiritus sancti in remissionẽ peccatorum datus non fuerit, quodq; data eius tunc præparationes fuerint regenerationis, qua nũc sunt filij Dei, & de eo quod ait B. Iob de illis, quia concepti non viderunt lucem.

CAPVT XII.

Gen. 6.

HIs & alijs charismatibus suis spiritus sanctus homines illustrando, siue dubio multitudinẽ iam tũc fecit filiorũ Dei, quamuis paucos, quamuis tãtum duos aut tres ante diluuium manifestè scriptura no minauerit. Cùm enim cœpissent (ait) homines multiplicari super terram, videntes filiæ homi- lij Dei filias hominũ quod essent pulchrę, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerãt. filios Dei illos, qui de stirpe Seth: & filias hominum illas nominans, quæde stirpe Cain procreatæ fuerant. Veruntamẽ quamuis filij dei iam tunc nominati fuerint, propter fidem & propter cætera (de quibus diximus) charismata spiritus sancti, non iam tunc eadẽ charismata hoc perfecerunt, vt essent filij dei, sed præparatio nes erant generationis, immò regeneratio nis, filiorum Dei, in quo consummati sunt tam veteres quàm noui, Deo prouidente (ait Apostolus) vt non sine nobis consummarentur. Nam per sanguinem huius solius, tam illi, quã nos, spiritum sanctum in ista gratia, quæ est remissio peccatorum, ac cepimus. In quorum, videlicet veterum & nouorum distinctione, illud perpendere pulchrum est, quia cũ (sicut alio in loco diximus) duo sunt data sancti spiritus, alterum in remissionem peccatorum, alterum in diuisiones gratiarum: veteres prius in diuisiones gratiarũ quã in remissionem peccatorum acceperunt, noui autem scilicet nos, qui post passionẽ Christi renascimur aut renati sumus, prius in remissionem peccatorum, quã in diuisiones gratiarum accepimus, præter Cornelium de Actib. Apostolorum, & eos qui cũ illo erant, super quos antequam baptizarentur in remissionem peccatorum, cecidit spiritus sanctus, & erant loquentes linguis, & magnificantes Deum. Ratio quippe temporis hoc exigebat, propter eos qui crediderant ex Iudæis, & gentiles nisi circunciderentur, ne licereet illis, videlicet credentibus ex Iudæis pertinacius dicere, quare introisti ad viros præputium habentes, magisque daretur libertas Petro, vt diceret ad eos: Quis prohibet baptizari eos qui spiritum sanctum acceperunt sicut nos? Itaque de illis, scilicet de veterib. sanctis siue filijs Dei, maximè qui ante diluuium fuerunt, rectè dicas illud mysticum beati Iob, quia concepti non viderũt lucem. Gratia nanque spiritus sancti, qui est ipsa benedictio patris & filij, qua benedixit Deus masculum & fœminã dicens, crescite & multiplicamini, sterilis quidem deinde nunquam fuit, quin tanquam maternus vterus conciperet filios Dei, sed quia non peruenerunt ad iam dictæ remunerationis diem, immò nec cogniti sunt mundo per alicuius scripturæ narrationem, nimirum quasi concepti non viderunt lucem. Proinde his omissis, iam ad cætera transeamus. *Differẽtia inter veteres & nouos in donis spiritus sancti.* *Actor. 10.*

De tribus filijs Noe, ex quibus reparatus est orbis, & quod valdè notandum est, trina enunciatione renouatum super eos verbum benedictionis, quod Deus super primos homines edixit, & quod Cain potius pater quam ipsum Cham maledixit.

CAPVT XIII.

Gen. 6.

NOe vir iustus atque perfectus in gene rationibus suis. Cum Deo ambulauit, & genuit tres filios, Sem & Cham & Iaphet. Ex istis tribus hominibus reparatus est orbis, & quod valdè notandum est, trina enunciatione renouatum est super eos verbum benedictionis, quod Deus super homines primos edixit. Egredere, inquit Deus ad Noe, de arca tua, & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum, & ingredimini super terram. Crescite & multiplicamini super eam. Itemque secundo. Benedixitq; Deus Noe & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete *Gen. 8. 9.* *Ibidem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

terram. Ac deinde tertio: Vos autem crescite & ingredimini super terram, & replete eam. Nónne ergò trinitas quæ illic se ostenderat in sermone, ipsa hic sese ostendit in opere? Nam illic dicendo, faciamus hominem ad imaginé & similitudiné nostrã, & eccè Adã quasi vnus ex nobis factus est: nimirum se ostendit in sermone & hic reseruatos habens tres filios Noe, & benedicens eis trina benedictione, vt essent initia tantę rei, scilicet, reparãdi generis humani, pfectò sese ostẽdit in opere. Nec verò sacramẽtũ hoc imminuit culpa vnius ex illis tribus viris, sicut nec prævaricatio Adæ destruit sacramentum verborum eius, quæ dixerat: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vnde Apostolus, sacramentum, inquit, hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Quapropter valdè notandum, quod pater Noe, cũ didicisset, quæ fecerat ei filius suus Cham, non dixit, maledictus Cham, sed maledictus, ait, Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Neque enim decebat, vt in illũ maledicti plagam mitteret homo sapiens, in quo Deus benedictionem dederat inter fratres suos, benedicendo simul omnibus illis tertio, sicut iam dictum est: & dicẽdo: Crescite & multiplicamini: sicut nec ipse Deus, postquam eodem modo benedixit Adam & Euæ dicens: Crescite & multiplicamini, verbum benedictionis ita in contrarium mutauit, vt diceret ad eum, q̃ postea dixit ad Cain, nunc igitur maledictus eris super terram: Et ad serpentem: Quia feci hoc, ait, maledictus eris inter omnia animãtia, & bestias terræ: sed maledicta (inquit) terra in opere tuo. Nimirum sicut Deus incommutabilis non ad ipsum, cui benedixerat, dignum iudicauit dicere: Maledictus, sed: maledicta terra in opere tuo, dicere maluit: sic homo Dei vitauit dicere: maledictus maledictus Chã, cui deus benedixerat, & maluit dicere, maledictus Chanaan. Quare autem, cũ habuerit Cham etiam alios suos filios, sicut scriptura dicit: Filij autem Cham Chus & Mesraim, Futh & Chanaan, istum potius sub maledicto esse Moyses scripserit, dicere nunc ex abundanti est, tamen breuiter dicendũ, quia tunc temporis Israel egressus ex Aegypto ducebatur in terram Chanaan, & implebãtur peccata Chananæorum: idcircò, vt sciret Israel, auxilium domini ad delendum eos sibi non defuturum, scire etiam debebat genus illud fuisse maledictum antequam natum.

Trinitas patim in sermone, patim in opere veteris testamẽti ostensa est.

Gen. 2. *Ephe. 5.* *Gen. 9.*

Cur Noe Chanaãd & non alijs filijs Cham maledixerit.

Gen. 4. *Gen 3.*

Gen. 10.

ad illius intentione iudicij, scilicet diluuij, quod in illa subluceat splendor sanctæ trinitatis, textũ literæ diligentius inspicienti.

CAPVT XIIII.

VT sciamus autem certius quia non cã fu, sed per prouidentiam sanctæ trinitatis, Noe tres filios genuit, & ex huiusce numeri hominibus reparatus est orbis, ipsam diligentius literam perspiciamus in illius intentione iudicij, scilicet diluuij. Nam vbi dictum est: Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant, continuò sequitur. Dixitque deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Moxque repetita querela de illa permixtiõe filiorũ Dei cum filiabus hominũ, protinus sequitur: Videns autem deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cætera, vsq; Pœnitet enim me fecisse eos. Cõtinuò subiungens scriptura: Noe verò inuenit gratiam coram domino, & genuit tres filios, sicait: Cumque vidisset deus terram esse corruptam, dixit ad Noe: Finis vniuersæ carnis venit coram me, fac tibi arcam de lignis leuiatis. Quem non delectet pro modo, siue intentione præsentis operis, quod etiã hic vbi fortè nó putabatur, lucere splẽdor apparuit sanctæ trinitatis. Deniq; in tã breui, eccè tertio nomẽ Dei, dũ dicitur: Dixitq; deus. Videns autem deus, Cumq; vidisset deus, Quid hic deest de manifestatione trinitatis, nisi quod idcircò, quia oportebat (sicut in exordio diximus) hunc thesaurum in isto agro scripturarum esse absconditum, tacitum est de relatiuis nominibus, vt non diceretur, Dixitque deus pater: Videns autem deus dei filius. Cumque vidisset deus patris & filij spiritus? Denique si hoc totum scriberetur, tunc non potuisset portare mundus, facieique Moysi, nimis cornuta, siue splendida fuisset, & longius ab eo fuisset scandalizatus Israel. Nunc velamen vultus eius subleuare licet, & demonstrare, quia sedentem in throno iudicij sanctam trinitatem prædicat litera hæc, pro magno iudicio videlicet ad faciendum tam terribile iudicium super illos gigantes, nimisq; multiplices homines, quorum malitia & iniquitate terra repleta est. Sententias ergo iudicij, sententias libet hic perpendere singularum personarum sanctæ trinitatis.

Gen. 6.

Trinitatis splendor in verbis dei ad Noe.

Exod. 34.

De prima sententia illius iudicij: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, quod congruat personæ patris.

CAPVT XV.

DIxitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Nimirum personæ illi, quæ dixerat (quod superius tractatum est) Eccè Adã quasi vnus ex nobis factus est, nunc ergo ne fortè sumat etiã de ligno vitæ, & viuat in æternum

Duplex sententia mortis in homine, vna primi aliã secũdi.

in æternum, ipsi congruit dixisse: Non permanebit spiritus meus, id est, à me factus siue datus, in homine, in æternum, deniq; priorem sententiam ista confirmat, & quodammodo satisfacit audientibus, quod veri sapienter & valdè vtiliter obcluserit homini lignum vitæ, ne viueret in æternum. Ac si dicat: Quid facerent homines, si viurent in æternum: quandoquidem propter longiusculam vitam (verbi gratia, nongentorum aut octingentorum annorum) tam corrupti, tamque superbi sunt? Ergo sicut nũc dixi, ne sumat de ligno vitę, & viuat in æternum: ita & nunc dico. Non permanebit spiritꝰ meus in homine in æternũ, quia caro est, id est, quia corruptus est, immò & annos eius diminuam, vt non amplius tot annorum, sed erunt anni centum viginti annorum. Et quidem alij paucioribus annis vixerunt post diluuium, sed Moyses, qui scripsit hanc scripturam, huius fuit numeri, quando mortuus est, scilicet centũ viginti annorum. Est & alia de hoc numero sententia, sed hæc potior videtur. Sed nos proposito tenemur, & in huiusmodi immorari non possumus, præsertim quia alio in opere latius tractauimꝰ. Ergo cui magis congruat hæc iudicij sententia, personæ patris est. Nam ea quæ sequitur, nimirũ personæ filij congruit, & hoc perpendere, nobis dulce ac delectabile est.

Anni hominis CXX.

De secunda sententia, videns Deus pœnituit eũ quod hominem fecisset in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo inquit, hominem quem creaui, quod personæ cõgruat filij.

CAPVT XVI.

VIdens autem Deus, quod multa malicia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et præcauens in futurum & tactus doloris cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem creaui à facie terræ, ab homine vsq; ad animãtia, à reptili vsq; ad volucres cæli, pœnitet enim me fecisse eos. Hæc, inquam, sententia personæ filij magis congruit, scilicet iudicium facere de hominibus, quia filius hominis erat futurus, quemadmodum in Euangelio dicit: Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Non enim quia nondum erat factus ille filius hominis, idcircò illud de hominibus facere iudicium, id est, diluuium inducere, minus illi congruit, cùm certissimè futurus esset filius hominis, iamque esset opus istud coram eo, sicut scriptum: Eccè merces eius cum eo, & opus illius coram eo. Similiter pœnitentia siue baptismus pœnitẽtiæ quo baptizandus erat in forma serui eandem pœnitentiam consummaturus, passione & morte crucis, nónne iam tunc erat coram illo? Et languores atque dolores nostros, quos ipse portaturus erat, vulnera quibus vulnerandus erat propter iniquitates nostras, attritio qua atterendus erat propter scelera nostra: disciplina & liuor siue flagella & vibices, quibus sacratissimũ corpꝰ eius secandum erat, nónne iam tunc erant coram illo. Si propheta, cùm adhuc essent futura, quasi iam præterita vidit, & hæc omnia verbis præteriti temporis enunciauit: Vidimus eum, considerauimus eum, nec reputauimus eum, languores nostros tulit, dolores nostros portauit, vulneratus est, attritus est, liuore eius sanati sumꝰ: quanto magis coram illo erant præsentia, quamuis nondum facta. Quod ergo dicit scriptura, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra, siue hoc dictum, pœnitet eum me fecisse eos, nimirum huic personæ congruit, scilicet filio, & rectè hanc sentẽtiam, tanquam prophetiam, & sic dictum pœnitet enim me fecisse eos, ac si diceret, pœnitentiam agam vsque ad mortem, mortem autem crucis, quia feci eos, siue vapulo, id est, certissimè vapulabo, non ob aliã culpam meam, nisi quia feci eos, quod nimirum erit retribuere mala pro bonis. Propterea delebo eos, scilicet, & nũc istos præsenti diluuio, & omnes impios futuro per ignem iudicio. Propterea, inquam, quia videlicet propter hoc ipsum iustam habeo potestatem facere iudicium, quia filius hominis sum, vel simul intelligendum est, & ab eis vel ab horum similib. mortificatus, id est, certissimè mortificãdus sum. Quid verò est, quod dicit scriptura, tactus dolore cordis intrinsecus? Quid est illud intrinsecus? Non enim est Deus, vt homo cuius est corpus extrinsecus & anima intrinsecus. Ergo quod dictum est intrinsecus, illud secretum significat, de quo Apostolus ad Ephesios: Et illuminare, inquit, omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit, innotescat principibus & potestatibus in cælestibus. Nam quia dolor ille, quo futurus erat dolens pro nobis, & quẽ ipse quasi iã præsentem videbat, vt iam dictum est, absconditus erat & angelis & hominibus, rectè dictum est, & tactus dolore cordis intrinsecus. Quid illud quoque est, quod dicit, & præcauens in futurum? Nimirum secundum eundem sensum idem est ac si diceret, prouidens vt dolor ipsius multum haberet fructum. Ad eandem prouisionẽ siue prouidentiam & illud pertinet, quod in Psalmo dicit: Quæ vtilitas in carne mea, dum descẽdo in corruptionem? Nisi enim & illo diluuio deletum, & alijs multis miserijs,

Pœnitet eũ scriptura, pœnituit eum quod hominem fecisse hominem.

Philip. 2.

Tactꝰ dolore cordis intrinsecus.

Et præcauens in futurum.

Psal. 29.

Gen. 2.

Ioan. 5.

Esa. 40. 62

Esa. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſerijs, repletum fuiſſet genus humanum, & niſi citò ceruices noſtræ redigerentur in lutũ, quomodo ſuſciperemus humilitatis Chriſti iugum, cùm etiam nunc vix vexatio auditui det intellectum: quando homo natus ex muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs, & dies annorũ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. *Eſa. 28.* *Iob. 14.* *Pſal. 89.*

De tertia ſententia: Cumq; vidiſſet deus, dixit ad Noe, finis vniuerſæ carnis venit coram me, fac tibi arcã, quod perſonæ congruat ſpiritus S.

CAPVT XVII.

EA quæ ſequuntur, cumq; vidiſſet deus terram eſſe corruptam, dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit corã me, fac tibi arcã de lignis leuigatis, & cæt. inter quæ ſcriptum eſt, quia columba venit ad eum ad veſperam portans ramum oliuæ, virentibus foliis in ore ſuo, nimirum perſonæ congruit ſpiritus ſancti: ita vt iam hic veraciter dicas illud Dauidicum: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Denique ſpiritus ſanctus ipſe eſt miſericordia, ſicut in Pſalmo canimus: Deus meus miſericordia mea: & Dei filius ipſe eſt veritas, ſicut ipſe dixit, ego ſum veritas. Et quis neſciat, quia ſicut veritas fuit, quod Deus videns, vt iam dictum eſt, quod multa malitia hominum eſſet in terra: Delebo (inquit) hominem quẽ creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli: ita & miſericordiæ fuit, quod dixit ad Noe: Ponam fœdus meum tecum, & ingredieris arcam tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum, & ex cunctis animãtibus vniuerſæ carnis bina induces in arcã, vt viuant tecum maſculi ſexus & fœminini, vt ſaluetur ſemen ſuper vniuerſam faciem vniuerſæ terræ. Igitur tam verbis q̃ factis in illo tanto negotio tam magni iudicij trinitas ſeſe oſtendit pariter, & abſconditus. & in cæteris huius agri, id eſt, ſanctæ ſcripturæ, locis præcipuis idem ſperamus, quod theſaurus iſte ab illis, qui piè quærũt, ſine dubio poſsit inueniri. Proinde ſequamur, & vigilantibus oculis omnem quoad poſſumus, locum perſpiciamus, & perſcrutemur. *Gen. 6.* *Gen. 8.* *Pſal. 48.* *Pſal. 58.* *Ioan. 14.* *Gen. 6.* *Ibidem.* *Trinitas theſaurus in agro ſcripturæ abſconditus.*

De eo quod dixit Deus: Venite igitur, & deſcendamus, & confundamus ibi linguas eorum, quia ſic vox trinitatis, ſicut & illud dictum pluraliter:

Eccè Adam, quaſi vnus ex nobis factus eſt.

CAPVT XVIII.

DEſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrim quã ædificabant filij Adam, & dixit: Eccè vnus eſt populus, & vnum labium omnibus. Cœperuntq́ue hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleam. Venite igitur, deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum. Et reuera ſicut in præuaricatione Adæ res acciderat tam magna, cui ſeſe deberet opponere ſancta trinitas, ita & hic. Quale enim erat quod intendebant filij Adam, dicentes: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum? Nimirum eodem auſu ſuperbiæ decipiebantur, quo & ille deceptus eſt, ambiendo vt eſſet ſicut Deus, & ille agitabat eos, qui dixit in corde ſuo: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Propter eiuſmodi ſuperbiam, quã imitabantur, congruè ſcriptura denotat eos nominans filios Adam. Deſcendit autem (inquiens) Dominus, vt videret ciuitatem & turrim, quã ædificabant filij Adam. Denique huiuſmodi locutio admirationi eſſe vult, quod filij adhuc tantam ſpirabant audaciam, iam ferentes paternæ pœnam, quia profectò magis mirum eſt, ſuperbire poſt pœnam vel in pœna, quã ante pœnam. Auſum igitur illorum libet admirari verbis quoque Ethnici, ſcilicet Poetæ inſignis, qui pœnas infernales deſcribere geſtiens dicit. *Gene. 11.* *Eſa. 14.* *Virgil. 6. Aeneidos.*

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere cælum,
Aggreſſi, ſuperiſque Iouem detrudere regnis.

Sed nunquid hoc Deum tenuiſſe putabimus, & idcircò dixiſſe, cœperuntq́ue hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant? Denique & ſi hodieq́ue viuerent, & ædificare non ceſſent, aut ceſſarent. Nunquid vel vſque ad medium altitudinis cæli, ſiue firmamenti, perueniſſent? Minimè. Sed, eſto, peruenerint, ſiue peruenire poterint vſque ad illã firmamenti celſitudinem, quam dicunt Aplanen. Quid ibi nocere poſſent inuiſibili maieſtati, etiam non deturbati aut fulminati? Ergo præcauiſſe quidem Deũ aliquid, non ſit dubium, quoniam ſic ſuperius ſcriptum eſt. Et præcauens in futurum: verumtamen non præcauiſſe manus eorum, imò præcauiſſe linguas eorum. In quo? Simus attenti, quia non minimam intelligentiã locus iſte quærit, dicente Deo: Nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant, qui & non manus eorũ præcidit, ſed linguas eorum confudit. Dicamꝰ ergo qualem præcauit ædificationem ſuperborum, quia veraciter dictum eſt ſuperius. Et præcauens in futurum. *Quid præcauit Deus in ædificatione Babyl.* *Gen. 6.*

De eo quod dixit: Nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant, qualiter eas opere compleuerint.

CAPVT

CAPVT XIX.

SCripturas veritatis conditurus erat propter homines humiles ſpiritus ſanctus, quas nunc legimus, & in illis recõdere propoſuerat theſaurum, quem nunc vſque & inuenimus, & inuenire cupimus, theſaurũ nominis ſui, theſaurum ſacramentorum Chriſti filij Dei. Nouerat enim altitudinẽ Sathanæ, regnantis ſuper omnes filios ſuperbiæ. Et illius turris ædificationem vanæ & mendacis eorum ſcientiæ ſiue loquacitatis, extollentes ſe aduerſus veritatem Dei, proſpiciebat eſſe imaginem. Dixit ergo: Cœperuntq́ue hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere cõpleant. Quibus à cogitationibus ſuis non deſiſterent? Vtique quas vocibus iſtis enũciat: Faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat vſque ad cælum. Nónne ita fecerunt? Denique mox vt ſanctæ ſcripturæ illis peruulgatę ſunt, contrariæ ſcientię turrim vſque ad blaſphemandum creatorem erexerunt. Hinc eſt illud: Cogitauerunt & locuti ſunt nequitiã, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Poſuerũt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra, id eſt, cùm eſſent terreni, tranſiuit lingua eorum blaſphemãdo omnia terrena vſque ad ipſum Deum. Quippe qui non ſolũ de terrenis malè locuti ſunt, ſed etiam de creatore eorum. Dico ergo: Si poſtquam diuiſa ſunt vel confuſa ſunt labia inſurgenti, & diſſipatæ ſunt cogitationes eorũ, tanta fecerunt, tanta dixerũt, vt vix ſubſiſtere aut reſiſtere poſſet illa, cui dicitur in Cant. Sicut turris Dauid collum tuum quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium. Quid feciſſent, quid dixiſſent, ſi nunquam confuſæ linguę, nunquam diuiſa fuiſſent labia eorum. Benè igitur & prouidè dum tempus immineret, vt ſcriberentur ſcripturæ veritatis, ſcriptu re legis & prophetarum, in quibus eſt theſaurus veritatis, facta eſt diuiſio illa linguarũ ſiue gentium, vt in vna tantum lingua, ſiue gente theſaurus iſte vſque ad tẽpus poſſet abſcondi. Nunquid verò vel iſtud ſufficere potuit? Non vtique, niſi in eadem vna lingua gentis Hebrææ ſub figuris & ænigmatib. in parabolis & allegorijs, peracta fuiſſet ſubtilitas abſconſionis. Neque enim vel ipſi portare potuiſſent, quibus credita ſunt eloquia Dei, ſicut ſignificatum eſt in eo, quod fugerunt vel timuerunt propè accedere filij Iſrael, videntes claritatem vultus Moyſi. *Hier. 48.* *Iob. 41.* *2. Theſſ. 2.* *2. Cor. 10.* *Gen. 11.* *Hæretici turrim Babel extruũt* *Pſal. 72.* *Cur diuiſæ ſũt linguæ* *Cant. 4.* *Trinitas theſaurus varia abſconſionis in ſcripturis veterum* *Exod. 34.* *2. Cor. 3.*

De plaga illa confuſionis, in quo profuerit, & cui perſonæ magis congruit dixiſſe cæteris: Venite, deſcendamus, & confundamus.

IGitur plaga quidem grandis accidit mũdo, vbi facta eſt linguarum confuſio, ſed in eo non minimè profuit, quod & pagani & Iudæi, maximeque hæretici, per Aſiam, Europamq́ue, & Aphricẽ diſſeminati, minus turrim ſuam confuſibilem ædificare potuerunt cõtra veritatem, quã ſi fuiſſent omnes labij vnius, & ſermonum eorundẽ. Cui autem perſonæ magis congruit dixiſſe cæteris: Venite deſcẽdamus & confundamus linguam eorũ. Putasnè perſonę filij? Denique vbi plaga confuſionis illius ſanãda erat, perſona hæc, ſcilicet, filius loquẽs Apoſtolis ſuis: Et ego (inquit) rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. Et hoc ita factum eſt, ita linguarum diuiſio, quę propter ſuperbiam acciderat, reformata eſt per eiuſdem paracleti ſpiritus ſancti aduentum, vt in ora eorum omnium genera naſcerentur linguarum. Quia ergo rogante filio ſic futurum erat, & ſic factum eſt, delectabile nobis eſt aſcribere perſonę huic, illud dictũ ad patrẽ & ſpiritũ ſanctũ. Venite, deſcendamus, & confundamus linguam eorum, quia videlicet, & iſta noua, & illa vetera omnia propter ipſum facta ſunt. Veruntamen verba illa: Venite, deſcẽdamus, & confundamus, non iam ſic accipimus tanquam verba rogantis, quia videlicet rogare minoris eſt. At ille, ſcilicet, filius, non tunc erat minor, ſed quando factus eſt homo, tunc paulominus minoratus eſt non ſolùm à patre & ſpiritu ſancto, verumetiam ab angelis, quia ſecundũ humanam naturam pati potuit, & mori, q̃nimirum rogare fuit. Moriendo quippe ſacrificium factus eſt pro nobis. Melius igitur atq; fidelius verba illa: Venite, deſcendamus, confundamus, ſic accipimus, tanquam ſapientiæ conſulentis, & cum Deo cuncta componentis, ſicut habemus in parabolis, quæ videlicet ſapientia, ipſe eſt Dei filius. Procedamus vlterius. *Perſona ſilij de confuſione linguarũ conſilium dedit.* *Ioan. 14.* *Actor. 2.* *Gen. 9.* *Hebr. 2.* *Pſal. 9.* *Hebr. 5.* *Prou. 8.*

De fide patris Abrahæ credentis promiſſionibus beati ſeminis, & de eo quod tres vidit, & vnũ adorauit.

CAPVT XXI.

IN parte agri, quã nunc attingimus, in loco ſcripturæ, in quem nunc progredi. Figura trimur, ſplendet fides patris noſtri Abrahæ, nitatis aper credentis promiſſionibus beati ſeminis. Et tiſſima in hic ô beata trinitas Deus prę clarè fulget, tribus ange nec multum abſconditus eſt theſaurus tui lis coram nominis, videlicet, in tribus hominibus ma Abraham. gnis, & in tribus deſignatus angelis. Tres homines principium magnæ gentis ſunt, Abraham, Iſaac, & Iacob: ſuper quibus hodieque audimus te profitentem: Ego ſum deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. De tribus angelis taliter ſcriptura dicit: Apparuit autẽ Dominus in conuallę Mambræ ſedenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri, stantes propter eum. *Exod. 3. Gen. 18.* Quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra, & dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, & ne transeas seruum tuũ, &c. Illius diei festiuitas quãto notior, & quanto est celebrior, tanto ad concelebrandum omnis sermo noster est pauperior. Quis enim nescit, quis non audiuit, quia noster secundum fidem pater Abraham illo die in ipso feruore diei tres vidit, & vnum adorauit? Tres quippe viros vidit, quibus occurrẽs, & adorans non dixit: Domine, si inueni gratiã in oculis vestris, sed: Domine (inquit) si inueni gratiam in oculis tuis. Hoc fuit adorare eum, in aspectu trium. Quid autem sibi vult illud conuiuium trium angelorum, nascturũ Isaac promittentium, cum risu & gaudio tales hospites susciperentium? Paulò supra riserat senex Abraham, sicut scriptura dicit: Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, dicens in corde suo: Putasnè centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Et hic dicente Domino, qui apparuerat in tribus personis angelorum, reuertens veniam ad te tempore isto, vitã comite, & habebit filium Sara vxor tua, risit Sara post ostium tabernaculi, risit (inquam) occultè, & dicente Domino ad Abraham. Quare risit Sara, dicens, num verè paritura sum anus? Sara timore perterrita negauit dicens: Non risi. Dominus autem: Non est (inquit) ita, sed risisti. Quid (inquam) sibi vult illud conuiuium talium hospitum, risu senum, & iubilo celebratum, vbi qui & nasciturus promittitur, vocari iubetur Isaac, id est, risus, & eorum quibus nasciturus promittitur huius nominis filius, alter Abraham, id est, pater multarum gentium, & altera Sara, id est, princeps nominatur? Dicamus aliquid fide dignum, vt cum risu æterno mereamur epulari cũ beata trinitate, secundum illius cõuiuij signatum mysterium.

Tres vidit & vnum adorauit. Gen. 17. Gen. 18.

De tribus patribus, Abraham, Isaac, & Iacob, quomodo in illis tribus angelis conuiuantibus, & nasciturum Isaac promittentibus, præsignatum fuerit sacramentum fidei sanctæ trinitatis, quæ per aduentum Christi mundus est illustratus.

CAPVT XXII.

Lege, Osee Osee. 12.

IN propheta † Amos Dominus dicit: Et locutus sum super prophetas, & ego visiones multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus sum. Porrò, prophetarum præcipui, siue maximi tres isti patres fuerunt, immò sunt, Abraham, Isaac, & Iacob, cum quibus sancta trinitas, vnus Deus, testamentum suum deposuit, sicut Psalmista canens, cùm præmisisset: Memor fuit in seculum testamenti sui, quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac, & statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum. Post modũ ita subiunxit: Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Ergo, vt illius cõuiuij mysterio digni habeamur, scire debemus, quali assimilatione sancta trinitas illic in hospitio patris Abrahæ assimilata sit, assertione nostra non indiget, nam ferè cunctis vbique notum est senis Abrahæ filium Isaac, quod interpretatur risus, Domini nostri Iesu Christi, filij patris antiqui & æterni, nascẽdo & viuendo gesisse typum, qui sanctorum risus hominum, & omnium beatorũ gaudium est angelorum. Futurum autem secundum dispensationẽ temporum, quæ præfinita fuerat apud Deum, vt non ante aduentum, sed in ipso aduentus eius mere die, siue feruore diei clarissimo, sancta trinitas mundo publica prædicatione innotesceret, ipso incipiente nostro Isaac euangelica voce. Exempli gratia, cùm dicit: Ego & pater vnum sumus. Et paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et multa ad huius fidei regulam pertinentia, quorum notissimum atque præclarissimũ est illud apud Matthæum in calce euangelij: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Pulcherrimè igitur, atque sanctissimè, non ante, sed vbi iam venerat tempus, vt conciperetur siue nasceretur ille Isaac, figura siue forma huius, apparuerunt patri Abrahæ tres viri illi scilicet angeli, & currenti in occursum atque adoranti ac dicenti: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, & cætera, vsque ponam buccellam panis, tam promptè respondentes dixerunt, fac vt locutus es, tamque familiariter comederunt tria sata similæ, vitulumque de armento tenerrimum & optimum, butyrum quoque & lac. Quo alio modo magis familiariter quã isto, cuperet pater Abrahã cõnicare ciuibus patriæ inuisibilis, siue seruire homo fidelis, & iustus reputatus pro merito fidei, sanctæ & indiuiduæ trinitati? similiter quo alio modo multarum gentiũ vniuersitas, quarum ille est pater secundũ fidem, familiarius cupiat ministrare sanctæ trinitati, quã sacrificando in sancto altari sacrificium dominici corporis & sanguinis † stando sub arbore, id est, crucis Christi fide, sicut illic scriptum est: Abraham verò stabat sub arbore? Multa hic materia sese offert, & dicendi copiam flagitat magna res, sed

Psal. 104. Trinitas in aduentu Christi mũdo publicata. Ioan. 10. Ibidem 14. Matth. 28. Gen. 18. Mysterium cõuiuij Abrahæ cum tribus angelis.

res, sed nos in alio loco pro posse diximus, & idcircò testimonium sanctæ trinitatis, quod hic magnificè splendet, nos secundũ propositum memorasse, siue demonstrasse contenti, finem faciamus præsentis libelli, protinus ad vlteriora progressuri secundum tenorem eiusdem propositi, quo proposuimus, in isto sanctæ scripturæ agro amplissimo thesaurum demonstrare credulis, quem videre vel inuenire non possunt increduli.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS. LIBER V.

De eo quod Salomon in parabolis loquitur: Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur, & quod ille sit iustus, qui ex fide huius nominis iustificatur.

CAPVT I.

Corona spei nostræ trinitatis.

SPES nostra imò & corona spei nostræ tu es ô nomẽ Dñi, nomẽ patris, & filij, & spiritꝰ S. corona (inquam) spei, sicut propheta dicit: Domine, excelsum est brachium tuum, Deus Sabaoth corona spei, quę ornata est gloria. Quid enim aliud quàm te speramus, aut sperare debemus, dum loquendo & scribẽdo nomen tuum prædicamus & glorificamus? Quid (inquam) aliud sperare debemus, nisi q̃ diligentes nomen tuũ, in te gloriabimur? Nam gloriabuntur in te (ait Palmista) omnes qui diligunt nomen tuum. Et Sap. dicit: Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Quis verò iustus, vel vnde iustus? Nũquid ex operibus? Nempe si de operibus agitur, refragatur Psalmista dicens: Quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens, consonante Apostolo cùm dicit: Quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo. Vnde ergo iustus? ex fide, quia scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. Abraham ex fide iustificatus, sicut scriptura dicit: Credidit Abraham Deo, & reputatũ est illi ad iustitiam: deinde (sicut memorabimus) mysterium sanctæ trinitatis in trinos angelis videre, & suscipere meruit. Et nos igitur in hac spe iustitiæ glorificemus tẽ ô nomen Dñi, & hoc nobis sit currere ad turrim fortissimam, & exaltari, quod fide lẽ cõtendimus ædificare sermonẽ super fundamentũ fidei, taliter vt turris esse possit in auxilio opportuno, spesq; ista firma sit.

Psal. 5. Prou. 18. Psal. 142. Rom. 3. Abacuc. 2. Gen. 15. Rom. 4.

De eo quod ad Moysen incipiens loqui Deus: Hæc (inquit) dices filijs Israel. Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos, & de nomine Adonay, quod nomen meum (ait) non indicaui eis.

CAPVT II.

AD Moysen Deus incipiens loqui, sic inter cætera dixit: Hæc dices filijs Israel: Dominus Deus patrum nostrorum, Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum. Et alibi ad eundem dicit: Ego Dominus qui apparui Abraham, & Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonay non indicaui eis. Illic subaudiendum est, sicut indicabo tibi. Quandã enim gratiam spiritus sui tunc dabat Dominus Moysi, scilicet operationem virtutũ, quã non dederat siue indicauerat patrib. illis. Neq; enim illi virtutes eiusmodi operati sunt, sed sola fide glorioſi fuerũt. Hoc qui perpẽdit, nimirũ ritè intelligit, hoc dictũ, & nomẽ meũ Adonay nõ indicaui eis. Itẽq; illud q̃ Esa. vbi p̃misit: Vbi est qui eduxit eos de mari cũ pastorib. gregis sui? Protinꝰ subiunxit: Vbi est q̃ posuit in medio eius spiritũ S. sui? Et subinde: spiritꝰ dñi ductor eius fuit. Hęc (inq̃) ritè intelligit, q̃ hoc per priorib. papẽdit, q̃ Moyses pro ratiõe vel necessitate temporis, quia nõ dimissurus erat Pharao populũ, nisi in manu forti, gratiã istã accepit à spiritu dñi. s. operationẽ virtutũ, quã Aposto. medio, scilicet quinto loco ponit in ordine 9. charismatũ eiusdem spiritus S. Nimirũ p istam gratiã, per operationẽ virtutũ, nomen suũ deus indicauit Moysi, & p Moysen omnib. nobis. s. Adonay, q̃ nos generaliter dñm dicimꝰ, ait B. Hier. Hinc est illud q̃ Esa. loco supra memorato cũ dixisset: Vbi est q̃ posuit in medio eius spiritũ S. sui, vt aperiret qualẽ spiritus S. operationẽ illic sic intelligi velit, p̃tinus ait: Qui eduxit ad dexterã Moysen brachio maiestatis suę, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternũ, q̃ eduxit eos per abyssos, quasi equũ in deserto nõ impingentẽ, quasi animal in cãpo descendẽs. Et interposito, q̃ iam supra diximus. Spiritus Dñi ductor eius fuit, rursum ait: Sic adduxisti populum tuũ, vt faceres tibi nomen gloriæ. *Nõ fuisse diminutionẽ gloriæ vel meriti patrib. illis, q̃ dixit: Et nomẽ meũ Adonay non indicaui eis.*

Exod. 3. Exod. 6. Nomen meũ Adonay non indicaui eis. Esa. 63. Cur Moyſi potius quã priorib. papẽdit tribus data est operatio virtutum. 1. Cor. 12. Esa. 63.

CAPVT III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVid proinde dicemus? Nunquid pàtres sancti, Abrahã, Isaac, & Iacob; pro eo minoris sunt gloriæ vel meriti quàm Moyses, quia nomen suum Adonay non indicauit eis, indicauit autem Moysi in cõspectu Pharaonis, & Aegyptiorum, cæterorumque gentium per operationẽ virtutũ. Vnde Psalmista canit: Tu es deus qui facis mirabilia, notã feciſti in populis virtutem tuam, redemiſti in brachio populũ tuũ, filios Iacob & Ioseph. Et ipse Dñs ad Pharaonem. Idcircò aũt posui te (inquit) vt ostendam in te fortitudinẽ meã, & narretur nomen meũ in vniuersa terra? Minimè. Imò per hoc pretiosior corã deo in oculis nostris fulget eorũ magna fides, q eiusmodi signis quæ vsq; hodie Iudęi petũt, siũ linguis, quæ non fidelib. (ait Apost.) sed infidelibus in signum sunt, nõ indiguit vt cresceret. Hinc idẽ Apost. memorata ipsorum fide. Ideò (inquit) deus nõ confunditur vocari eorum deus. Et verè nõ confunditur, quippe q & vltro nomen hoc sibi assumpsit, nomen ipsorũ dicens, vt supra memorauimus: Ego sum deus Abraham, & Deus Isaac, & deus Iacob. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationẽ. Cùm ergo dicit: & nomen meum Adonay nõ indicaui eis, pulchrè subauditur, & tamen fides eorum magna fuit. Econtra cùm eccè nunc indicauero populo huic nomen meum Adonay, deniq; nunc videbis, quę facturus sum Pharaoni, per manũ enim fortẽ dimittet eos, & in manu robusta eijciet illos de terra sua, fides eorum non magna erit, imò rebelles erunt & increduli, & populus duræ ceruicis, in tantum, vt tu quoq; exacerbatus ab illis, distinguere habeas in labijs tuis, & loqui sicut homo non magnę fidei. Iã quippe sciebat Dñs, dicturum esse Moysen, postq; indicasset nomen suum Adonay: Audite rebelles & increduli: num de petra hac aquã poterimus vobis eijcere? Quã culpam mox sententia secuta est dicẽtis: Quia nõ credidistis mihi, vt sanctificaretis me corã filijs Israel, non introducetis hos populos in terram quã ego dabo eis. Hęc idcircò dixerim vt liquido constet, quia non diminutio est gloriæ & honoris, sed dignitatis patrib. illis, qui dixit: Et nomen meum Adonay nõ indicaui eis, imò & maioris esse meriti, q absq; illo indicamẽto tanti nominis, nõ visa tantarũ operatiõe virtutũ exiuit Abrahã de terra sua, cùm isti vix post tantarum operationem virtutum crediderunt & secuti sint, vt habitaret in terra sibi ab ipso data, præsertim cùm clamauissent ad dñm, & educerentur de domo seruitutis, de ergastulo Aegyptiorum, de fornace ferrea. Amplius aũt & hoc mirandum de homine, qui nõ videret resurrectionẽ mortuorum, sicut nec cæterarum acceperat operationem virtutum, quia sicut meminit Apost. fide obtulit Isaac cũ tentaretur, & vnigenitum offerebat qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est: Quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans, qui & à mortuis suscitare potest Deus. Sed iam ad supra dictum capitulum reuertamur.

Psal. 76. Exod. 9. Maxima fides priorũ patrum.

1. Cor. 14. Hebr. 11. Exod. 3. Exod. 6.

Fides Moysi ad aquas cõtradictionis.

Num. 20.

Hebr. 11. Rom. 5. Galat. 3. Gen. 21.

De eo quod Sadducæis respondens Dominus pro resurrectione mortuorũ, congruè patrũ istorum meminit, dicente Deo: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, et Deus Iacob, pro quo sic assumpsit: Non est Deus mortuorũ, sed viuorum, omnes enim ei viuũt.

CAPVT IIII.

HAec (inquit) dices filijs Israel: Dñs de⁹ patrũ nostrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. Huius loci memor Dñs respondit tentantibus Sadducæis, qui dicunt nõ esse resurrectionem. De resurrectione mortuorum non legistis, q dictum est à Deo dicẽte vobis. Ego sum Deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuorũ. Omnes enim ei viuũt. De qua eius responsione nonnulli dubitare solent, quasi non satisfecerit pro astruenda resurrectione contra illorum sectã, siue hæreticã opinionem. Aiunt enim, q etiam si mortui non resurgãt, nihilominus vera & firma sit sententia: non est deus mortuorum, sed viuorum, omnes enim ei viuũt. Quid enim? Nunquid Petrus & Paulus quia nondũ resurrexerũt, nõ ei viuũt? Nónne cũ in corpore essent, cupiebãt peregrinari à corpore, & prẽsentes esse ad deum idcircò, vt verius viuerẽt? Hęc quæstio difficili⁹ solueretur, si Sadducæi sic dicerẽt, nõ esse resurrectionem corporum, vt saltẽ spiritum siue animam post depositionẽ corporis viuere fatерẽtur. At illi neutrũ fatentur. Hinc est illud in Act. Aposto. Sciens aũt Paulus, quia vna pars est Sadducęorũ, & altera Phariseorum, exclamauit in cõcilio. Viri fratres, ego phariseus sum, filius phariseorũ, de spe & resurrectiõe mortuorũ ego iudicor. Et cũ hęc dixisset, facta est dissensio inter phariseos & Sadducęos, & soluta est multitudo. Sadducęi enim dicũt nõ esse resurrectiones, neq; angelum Phariseum aũt vtrunq; cõfitẽtur. Factus est autẽ clamor magnus, & surgentes quidã pharisæorum clamabant, dicẽtes: Nihil mali inuenim⁹ in homine isto. Quid si spiritus ei locutus est, aut angelus? Igitur quia Sadducęi sic negabant resurrectionem corporum, vt nullã post corpora crederẽt esse vitam animarum, pulchrè & rationabiliter Dominus sic asseruit, vitam esse post corpora, vt simul assereret esse resurrectionem corporũ. Concesso nanque, quod necessariò concedi oportebat, dixisse Deum:

Hebr. 11. Rom. 5. Galat. 3. Gen. 21.

2. Cor. 4. Philip. 1. Sadducæi neque animas neque angelos viuere putãt.

Exod. 3. Matth. 22.

Responsio Christi contra Sadducæos.

Actor. 23.

xisse Deum: Ego sum Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob (Pentateuchũ quippe Sadducæi suscipiebãt) simulq; assumpta hac sentẽtia, quę refelli non potest, non est deus mortuorũ, sed viuorũ, cõclusio sequebatur, esse resurrectionẽ mortuorũ. Quia sicut incõueniẽs, imò & impium est, dicere deũ mortuorũ, sic nihilomin⁹ absurdũ est & impiũ, dicere Deũ semiuiuorũ siue deũ semimortuorum, q consequitur, si à viuẽtibus animabus corpora non resurgunt.

De capitulo prophetæ Osee: Et locutus sum (ait Dominus) super prophetas, & in manu prophetarũ assimilatus sum, quomodo sancta trinitas in istis patribus assimilata fuerit; in Abrahã Deus pater, in Isaac Deus filius, in supplantatiõe Iacob, deus spiritus S.

CAPVT V.

LAudare non sufficimus viros tã glorioſos, secũdũ fidem parentes nostros Abrahã, Isaac, & Iacob, quib. tam multã facit gloriam trinitas Deus, vt sub nominib. eorum, nomen suũ designari dignaretur, pater, & filius, & spiritus S. Quod nomen manifestè nondũ portare poterat mũdus. Reuera tres isti sunt prophetę de quib. maximè in Osee dixerit idẽ deus: Et locutus sũ super ꝓphetas, & ego visionẽ multiplicaui, & in manu ꝓphetarũ assimilatus sum. Dicendũ ergo quãuis breuiter quomodo vel quib. rebus gestis in manu prophetę Abrahã, deus pater: & in manu ꝓphetę Isaac, deus filꝰ: & in manu ꝓphetę Iacob, coperante matre Rebecca, deus spiritus S. assimilatus sit, Abrahã pater excelsus, Abrahã pater multarũ, subauditur gentiũ, interpretatur. Et quis pater veraciter excelsus, nisi Deus pater dñi nostri Iesu Christi, pater misericordiarũ (vt ait Apostо.) & deus totius cõsolationis? Et quis veraciter pater multarum gentium, nisi idẽ deus per gratiã, pater omniũ nostrum ex quacũq; gente credentiũ? Hic antiq; sibi cõiũxit ecclesiã. Et enim ecclesia secundũ fidem, ab initio vsq; ad natiuitatẽ dñi nostri Iesu Christi secundum carnẽ cõiunx eius extitit, & hunc filiũ virgo fidelis ex spiritu S. conceptũ illi peperit, lógè ante promissum diu expectatũ. Nonne huic simile fuit, q Abraham ex steрili coniuge Sara, diu expectatũ vnigenitũ Isaac in senectute suscepit? Deniq; in Sara quod nomen interpretatur Princeps, rectè intelligitur fides, cuius principatus ante Deum magnus est. Et in ancilla Agar, quod interpretatur aduena, intelligitur lex, quę prius in seruitute generauit, & nihil ad perfectũ adduxit, quã nasceretur secundũ carnem Dei filius ex libertate fidei. Isaac risus interpretatur, & quis talis risus, vt est Dñs Iesus Christus dei filius? In natiuitate, & ante natiuitatem illius Isaac, in nouissima ꝓ-

Osee. 12.

Abraham Deum patrem significat.

2. Cor. 1.

Hebr 7. Isaac Deũ filiũ præsignauit.

Gen. 21. Luc 1.

misione, riserunt ambo parentes eius, amplius autem mater, quæ nato illo dixit: Risum mihi fecit Deus, quicunque audierit corridebit mihi: Nónne illud simile est huic, quod nato Dei filio ex vtero virginis, mater superna Hierusalem risit. Risit enim, id est, cantauit gloriam Dei in excelsis, & cantando gaudium suum, gaudiũ nostrum, risum magnum hominibus bonę voluntatis euangelizauit. Huic proprio filio suo Deus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & ex abundanti est astruere. Notum quippe est omnibus, quod per istum assimilatus fuerit in eo, quod Abraham illum suum vnigenitum Deo iussus in holocaustũ obtulit. Iacob supplantator interpretatur. Et quis ita supplantator vt est spiritus sanctus? Nec enim indecens est Deo supplantationis verbum, præsertim cùm in Psalmo scriptum est: Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum, subauditur populum Iudaicum, vt auferatur eis, & alijs detur, nõ solùm illud, quod per similitudinem timuerunt, dicendo: Et venient Romani, & tollent nostrum locũ & gentem, verumetiam ea, quæ illorum præcipua sunt, adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequiũ, & promissa.

Rom. 8. Gen. 22. Iacob Deũ spiritum S. præsignauit. Ioan. 11. Rom. 9.

Item de consilio Rebeccæ, quod ille ad vtilem susceрit effectum, quam rectè intelligimus in eo assimilatam esse spiritus sancti gratiam, & de vestibus valdè bonis, quibus illum induit, & de versiculo Psalmi: Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob, quem dilexit.

CAPVT VI.

IGitur in consilio Rebeccæ, quod dedit filio suo Iacob, & ille ad vtilem susceрit effectum, assimilatum esse rectè intelligimus spiritum sanctum. Ipsa nanque Rebecca in illo facto gratiam spiritus sancti significat. In duobus filijs eius, quorum alter Esau factus est (ait scriptura) vir gnarus venandi, & homo agricola. Alter verò Iacob, vir simplex, & habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eò quòd de venationibus eius vesceretur, & Rebecca diligebat Iacob. Exemplum siue experimentum verax fuit Apostolo, vt diceret scribens ad Timotheum: Exerce teipsum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Corporali namque exercitatiõe seipsum exercebat Esau, & hęc illi sicut ad modicũ fuit vtilis, vt magno eiulatu flẽti tandẽ diceret Isaac: In pinguedine terrę, & in rore cæli desuper erit benedictio tua Quib. verbis promissionẽ

Melior exercitatio Iacob quàm Esau.

Gen. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtiq; accepit solius vitæ quæ nunc est. Porrò, pietas in qua Iacob seipsum exercebat ad omnia vtilis fuit, promissionem habẽs vitæ quæ nũc est in his verbis: Det tibi deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei. Promissionem autem vitæ futuræ in his quæ sequuntur. Et seruient tibi populi, & adorent te tribus. Esto Dominus fratrũ tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & q̃ bene dixerit tibi, benedictiónibus repleatur. Ta-

Vestes bonæ, quas induit Iacob charismata sũt spiritus sancti.

li namq; benedictione Christus qui est vita æterna, nasciturus promittebatur de semine eius. Quod vel quale fuit illud cum filium Rebeccæ cum Iacob, in quo supra diximus assimilatum fuisse spiritum sanctum. Nunc ergo acquiesce fili mi consilijs meis, &c. vsque, & vestibus Esau valdè bonis quas apud se habebat domi, induit eum. Vestes illæ valdè bonæ, vestes erant sacerdotales, quas ideò scriptura vestes dixit Esau, quia primogenitus erat, sed Rebecca illum tali functione dignum non esse sciebat. Secundum mysterium, vestes cũ quibus benedici oportebat filium dignũ,

1. Cor. 2.

sunt illa charismata spiritus sancti, quæ ante cõmemorauimus ex Epistola Pauli Apostoli, sermo sapientiæ, sermo scientiæ, fides, gratia sanitatum, operatio virtutum. Prophetia, discretio spirituum, genera linguarũ, interpretatio sermonum. Vestes huiusmodi habebat & habet apud se domi, secundum similitudinem Rebeccæ, gratia spiritus S. Quomodo apud se domi? vtiq; in potestate dandi siue diuidendi, sicut, ꝓtinus ait idem Apost. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Et primum quidẽ charismata hæc diuisit, prout voluit, electio-

Esau Iudaicũ populum, Iacob gentes præsignat.

ni illius populi Israelitici: deinde verò & electioni gentiũ, facta commutatione secũdum similitudinem illorum geminorum, sicut & in Psal. scriptum est: Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quẽ dilexit. Hæc enim dicens, mittit nos ad nostram historiam. Quia sicut Esau, qui prior

Psal. 46.

natu erat, à deo reꝓbatus est, & Iacob dilectus, sic Israeliticus populus, qui prius quadam familiaritate Deo acceptabilis erat, postmodũ est reiectꝰ, gentes verò quæ nullam eius cognitionem in primis habuerunt, eius benedictionibus meruerunt vel

Mala. 1.

receperunt, hoc est, quod dicit speciem Iacob, id est, secundum similitudinem Iacob quem dilexit. Esau autem (ait ipse Malachia) odio habui.

De charismatibus spiritus sancti, per illas vestes bonas figuratis, & de mystica caligine oculorum Isaac benedicentis, & de eo quod dixit Moyses: Aut dimitte eis hanc noxã, aut dele me de libro tuo quẽ scripsisti.

CAPVT VII.

Acciperet benedictio nẽ qui sunt digni.

CVm illis vestibus valdè bonis, consilio Rebeccæ matris ingressus est Iacob ad patrem Isaac, iam non videntem, vt acciperet benedictionem. Neq; enim propter illas vestes benedictionẽ hæreditate possideret, nisi etiã introgressus ad patrẽ (sicut iam dictum est) non videntem, verba benedictionis ex ipsius ore accepisset. Similiter cũ supra dictis sancti spiritus charismatib. omnis vir simplex habitans in tabernaculis, omnis vir fidelis spem habens in verbo promissionis, qualium ex optimis vnus erat Moyses, qui hanc ipsam scripturam mysticam scripsit, ingressus est ingressu fidei, cui omnia præsentia sunt, ad Christum dei filium, quasi non videntem, id est, in cruce morientem, vbi lumina regia, lumina risum & gaudium secundum nomen Isaac, diligentib. se insinuantia, caligine mortis obscurata fuerunt, vt acciperet remissionẽ peccatorum. Neque enim per charismata illa talem benedictionem, scilicet peccatorum remissionem quisquam accipere potuisset, nisi hic noster Isaac, clausis in mor-

Num. 12.

te oculis, iam dedisset. Hoc sciens idẽ Moyses fidelissimus in tota domo eius taliter

Exod. 32. Exod. 33.

locutus ꝯst: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Idem: Præcipis vt educam populũ istũ, & non inducas mihi quẽ missurꝰ es mecũ, præsertim cũ dixeris: Noui te ex nomine, & inueneristi gratiã corã me. Ac deinceps: Si nõ tu ipse ꝓcedas, ne educas nos de loco isto. De isto capitulo (vt verbis loquar Apost.) grãdis nobis sermo, & interpretabilis ad dicendũ, quoniã (q̃ in plurib. verũ est) imbecilles, ait, facti estis ad audiẽdum. Paruuli enim sũt hodieq; q̃ plurimi, quia nondũ cognouerunt illa cognitione, quę perfectorũ est, gratiã Dñi nostri Iesu christi. Interrogemꝰ ergo fidelissimũ Moysen. Quis est sermo iste quẽ tu locutus es. Aut dimitte eis hanc noxã, aut dele me de libro tuo quem scripsisti? Cùm hic percũctatus fueris, puta q̃ tibi respõdeat verbis huiuscemodi, verbis viri eiusdẽ fidei, verbis fidelis Dauid: Afflictꝰ sum & humiliatus sum nimis, rugiebã à gemitu cordis mei. Statimq; cõuersus ad Dñm: Domine (inquit) ante te omne desiderium meũ, & gemitus meus à te nõ est absc̃ditus. Hoc deniq; dixisse cõgruit nõ soli Dauid, verũetiã omnibus sanctis. Omniũ quippe desiderium erat vnũ desideriũ gemituosum, nasci Christum, venire saluatorem Dei filiũ, ad dandam benedictionem, ad dandum spiritum sanctum in remissionem peccatorum, hoc erat illud desiderium. Hinc idem Iacob ad filium suum Ioseph: Benedictiones (inquit) patris tui confortatæ sunt

Oratio Moysi pro passione Christi in remissionẽ peccatorũ.

Hebr. 5. Desideriũ antiquorũ patrũ pro Christo.

tę sũt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium æternorum. Rugiens igitur Moyses à gemitu cordis sui secundũ hoc desideriũ: Aut dimitte, inquit, eis, hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti. Quid est dicere? si non dimiseris, si propter peccatum eorũ promissionẽ tuã implere desieris, vt deletis illis, non veniat semen ꝙ Abrahæ promisisti, vnũ est ac si deleas, & planè consequitur, vt deleas me de libro tuo quẽ scripsisti. Nullus enim nisi ille venerit saluari poterit, proinde si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. Quo enim nobis intrare in terram aliquã, nisi ex populo isto secundum promissionem tuam nascatur, qui nos inducat in vitam æternam.

Gen. 49.

Itẽ de charismatib. spiritus S. & quod benedictio, qua noster Isaac nos benedixit, gratia sit spiritus sancti, ex ipso procedentis, & contra Monotheli tas de mysterio illo mirabili, quod Isaac non ei, cui ipse voluit, sed ei benedixit quem Rebecca mater benedictum esse maluit.

CAPVT VIII.

Fidei eminentia inter charismata spiritus sancti.

OMnium charismatum iam supra dictorum optima est odorifera fides, & hęc maximè iuuit, maximè prouexit omnes, quos spiritus sanctus secundum iam dictã similitudinem Rebeccæ donis suis, tanquã vestib. valdè bonis, induere dignatus est, quem scriptura taliter commendauit, vt diceret: statimq; vt sensit vestimentorum eius fragrantiam, benedicens ait: Eccè odor filij mei sicut odor agri pleni, cui bene dixit Dominus, mysterium magis placet, scilicet sacramentũ fidei, quia ipsa est quæ suauiorẽ inter omnia charismata spiritus S. reddere solet nostro sancto Isaac filio Dei, vt viscera sua continere non possit, quin abũdantiam effundat tantæ, tamq; necessariæ benedictionis, tantæ gratiæ spiritus S. quæ est remissio peccatorũ, quæ de ipso procedit. Factumque mysterio mirabili, vt benediceret ei, cui ipse voluit, sed ei quem Rebecca mater benedictũ esse maluit. Nónne mysterium in hoc fuit Eu-

Duæ voluntates et operationes in Christo contra Monothelitas.

angelicæ siue catholicæ veritatis, qua in vno eodemq; Domino nostro Iesu Christo, sicut duas naturas siue substantias, ita duas voluntates, duas prædicamus operationes, alteram diuinitatis, alteram humanitatis? Hoc enim fidei ratio sapit, & multa

Ioan. 12.

sunt experimenta in verbis ipsius Domini nostri. Exempli gratia. Cùm secundũ voluntatẽ humanitatis dixisset: Nunc anima mea turbata est, & quid dicam: Pater salui fica me ex hora hac, protinus secundũ voluntatem diuinitatis sibimet obuians dixit: sed propterea venĩ in horam hanc, vt non saluificer ex ea, sed mortẽ patiar. Pater clarifica tuum nomen. Similiter secundum voluntatem humanitatis videns ciuitatem, fleuit super illam: voluisset enim illam saluam fieri, vnde dixit: Hierusalem Hierusalem: quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Secũdũ verò voluntatem diuinitatis, facta de restibus funiculo, omnes de templo eiecit, dicto quoque exprimens, quid facto significaret: Amen dico vobis, ait, quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti faciẽti fructus eius. Multa hic dici poterãt cõtra errorẽ Eutychetis, siue Monotheli-

Matth. 23. Matth. 23.

Matth. 21.

tarum hæresim, sed nos, quia ꝓposito tenemur, meminisse contenti duarum in Christo voluntatum siue operationum, pro similitudine Isaac, quia non illi cui voluit, sed illi cui noluit benedixit, cœpta prosequamur.

De operatione virtutum, quæ magna est inter charismata spiritus S. quod secundum illam dictum sit: Et nõ surrexit Propheta vltra in Israel, quem nosset Dominus facie ad faciem, & quod virtutes operari, hoc fuerit indicare nomen Adonai.

CAPVT IX.

DE operatione virtutum, quæ gratia magna est in diuisionibus gratiarum spiritus sancti, superius loqui cœpimus, si mul memores illius dicti. Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen Adonai non indicaui eis. Post illa quæ hinc iam diximus adhuc dicere supereſt, quia secundũ gratiam istam meritò magnificus habetur Moyses, ita vt de illo scriptura dicat: Et nõ surrexit ꝓpheta vltra in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem. Sequitur enim: In omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum vt faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius, & cunctam manum robustam, mgnaq; mirabilia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel. Secundum ergo gratiam istam, scilicet secundũ operationem virtutum, & non secundum omnimodam spiritus sancti gratiam dictũ hoc intelligi oportet: Et non surrexit ꝓpheta vltra in Israel, sicut Moyses. Alioqui repugnans esse videbitur vel illi sententię, quam de vno dixit Dominus: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Proinde notandum quod non ita scriptum est: Et non surrexit vltra propheta tantus vt Moyses, sed sicut Moyses, determinata etiam qualitate siue modo surrectionis, quo ille surrexit, dicendo in omnibus signis atque portentis. Nam reuera secundum hunc modum nec ipse Ioannes, necalius quisquam surrexit sic vt MOYSES.

Quomodo Ioan. Bap. non fuit sic ut Moyses. Matth. 11.

Universidad de Deusto Biblioteca

De quo videlicet Ioanne, sic in Euangelio scriptum est: Et multi venerunt ad Iesum & dicebant. Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autē quæ dixit Ioannes de hoc, vera erant. Fortè dicit aliquis: Quid agis de magno propheta Domino nostro Iesu Christo? Nónne saltem ille propheta surrexit in Israel sicut Moyses? Nón ne de illo sic dixit & scripsit Moyses? Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dñs Deus tuus? Ad hæc, inquam, nimirum si de magnitudine quæritur, sicut veraciter plus quā Iona, & plus quam Salomon hic, ita & plus quam Moyses. Veruntamen apud curiosos homines, non hic sicut Moyses. Vnde cū multa mira faceret, cùm etiam de paucis panibus multa millia satiasset, & diceret eis: Hoc est opus Dei vt credatis in eum quem ille misit. Dixerunt ei: Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri māducauerunt man na in deserto. Denique quicquid fecisset, aut facere vellet, non esset eis sicut Moyses, nisi eorum & curiosos oculos eiusmodi miraculis pasceret, & otiosos ventres semper cibo impleret. Itaque quod dixerat Moyses: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dñs Deus tuus, pro veritate naturæ humanę dictū, rectè intelligitur, quia futurū erat, & reuera sic factum est, vt filius Dei secundum hanc fieret sicut Moyses, id est, verus homo, sicut in Iob scriptum est, & nos meminimus longè superius, si fuerit pro eo angelus, loquens vnum de similib. Nam in cæteris lōgè hic plus quā Moyses. Et de charismatibus spiritus sancti cœptū sermonem peragamus, multa bona, secundum omnes eiusdem spiritus sancti operationes, siue ministrationes operatus est, ex cepto quod genera linguarū ore proprio non exercuit, quā spiritus sancti gratiam, postmodum Apostolus suis dedit, & insuper remissionem peccatorum, per eundem spiritum sanctum solus operatus est.

Ioan. 10. *Deut. 18.* *Matth. 12.* *Ioan 6.* *Quomodo Christus fuit sicut Moyses.* *Iob. 33.*

Itē de illa gratia spiritus sancti, quæ est operatio virtutum, quomodo illam malefici coram Pharaone æmulati sunt, & non valentes subsistere, dixerunt: Digitus Dei est hic.

CAPVT X.

PRæclaram spiritus sancti gratiam, scilicet operationem virtutum, qua Moyses in veritate magnus fuit, æmulator nūc vsque spiritus mendacij, sicut iam tunc coram Pharaone æmulatus est quoadusque potuit, sicut scriptum est: Dum enim proiecisset virgam, & versa esset in colubrum. Et iterum: Cùm percussisset virga aquam fluminis, & versa esset in sanguinē, ac: Cū tertio extendisset manum super aquas Aegypti, & ascendissent ranæ, & operuissent terram, fecerunt malefici per incantationes suas similiter, sed erat mendacium in visu, quia non erat veritas in sensu. Quando ventū est ad cyniphes, vt percusso pulueretē terræ, essent cyniphes tam in hominibus, quàm in iumentis, non solùm importunæ visu, verumetiam mordaciter molestæ in sensu, non potuerunt stare malefici, & dixerunt: Digitus Dei est hic. Vnde miramur, quod efficaciā istā spiritus sancti, scilicet operationem virtutum, scierunt homines eiusmodi nominare digitū dei, sicut & illud miramur, vnde scierit Nabuchodonosor nominare filium Dei. Dixit enim: Eccè ego video viros quatuor solutos, & ambulātes in medio ignis, & species quarti similis filio Dei: Sicut illic: Operāti bus magis illis, hác potētiā digiti dei. s. operationē virtutū, æmulatus est spiritus mendacij, ita & maximè in illo iniquo æmulabitur, cuius ast aduentus, ait Apostolus secundum operationē Sathanæ in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, eò quòd charitatem veritatis non receperūt, vt salui fierēt, & ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nisi enim Pharaói illi similes fuissent, & (vt verbis vtar eiusdem Apostoli) nisi veritatem Dei in iniustitia detinuissent, quia quod notum est, dei, manifestū est illis. Nisi inquam propositum haberēt penetraret domos, & captiuas ducere mulierculas, id est, animas miseras oneratas peccatis secundum similitudinē illius Pharaonis, cui propositum fuit dñm nescire, & Israelem non dimittere, nō mitteret eis, nō permitteret ad eos venire Dñs spiritū mendacij, homines mendaces, resistentes digito Dei, contra dicentes quoad possunt sancto spiritui similes magis illis, vnde & protinus dicit: Quemadmodum autem Iānes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati. Et quid tandem: insipientia, inquit, eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

Exod. 7 8. *Cōfessio demonū de digito & filio Dei.* *2. Thess 2.* *Rom. 1.* *Aemulator miraculorum spiritus mendacij.*

De trina benedictione nominis Domini, quam Dominus per acto tabernaculo mandauit Moysi, dicens: Sic benedicetis filijs Israel, & de eo quod ait: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

CAPVT XI.

POst exitum Israel de Aegypto, perācto tabernaculo, & pscripta lege cæremoniarum, locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron, & ad filios eius: Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus vultū suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Hic quoque abscondit Moyses faciem suam, & positum habet velamē super eam, sed in Christo (ait Apostolus) idipsum velamē euacuatur. Quomodo in ipso Christo euacuatur? Eūtes (inquit) docete omnes gentes, bāptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quid nam est præeunte doctrina baptizare gentes, nisi benedicere filios Israel. Denique ex quacunque gente, siue natione in Christum credentes, propter hoc ipsum, quia credunt, ipsi sunt filij Israel, sicut & filij Abrahæ. Ergo tertio hic repetitum nomen Domini in verbo benedictionis, increduloquidem Iudæo partim velatum est, quia non sic distinctum siue expressum est: Benedicat tibi Dominus pater, ostendat tibi faciem suam Dominus filius, cōuertat vultum suum ad te Dominus spiritus sanctus. Neq; enim intēdere potuissent filij Israel in faciem Moysi, sic expressa gloria vultus eius, sed (vt iam dictum est) in Christo reuelatur. Filij nanque Aaron summi sacerdotis, Apostoli & sacerdotes sunt magni pontificis, qui penetrauit cælos Iesu Christi, Ipsorum est benedicere sub trino nomine Domini, id est, baptizare in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, sic tamen vt sciant se non datores, sed ministros esse, benedictionis. Hoc est quod protinus dicit: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Quapropter prouidus Apostolus scribens ad Corinthios dicit: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Item cùm dicit quis, ego quidem sum Pauli, alius ego Apollo, alius verò ego Cæphæ, nónne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut dñs dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plātat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Nimirum hoc sapere hæc authoritas veritatis exigit, qua dicit. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

Num. 6. *Benedictio filiorum Israel sub nomine trinitatis.* *Tim. 3.* *Hebr. 4.* *1. Cor. 1.* *1. Cor. 3.* *2. Cor. 3.* *Matth. 28* *Iudæis velamē habet Moyses.* *Exod. 34.* *2. Cor. 3.*

De benedictione qua benedixit Iacob Ioseph filio suo sub trina invocatione sancti nominis, Deus in cuius cōspectu ambulauerunt patres mei, Deus qui pascit me ab adolescentia mea, Angelus qui eruit me de cunctis malis, & quod ille angelus persona sit filij.

CAPVT XII.

PEnè præterijt me, & retro relictus est quidam locus agri huius, in quo thesaurum hunc absconditum esse iam sæpe

diximus, id est, scripturæ huius sacro sanctæ, in qua sanctæ trinitatis mysterium mirabiliter & splendere & latere nunc vsq; prædicamus, & in inuentione eius oppido lætamur, dicentes cum Psalmista: Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Cum ægrotaret in Aegypto pater Israel, & hoc audito, ire per rexisset Ioseph, assumptis duobus filijs suis, Manasse & Ephraim, postmodum ita scriptum est: Benedixitque Ioseph filio suo, & ait: deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea, vsque in præsentem diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis. Sic incipiens, benedixit primum duos filios, Ioseph, & deinde duodecim filios suos, singulos benedictionibus proprijs. Semel dixit: Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, & secundo: Deus qui pascit me ab adolescentia mea, tertio autem: Angelus qui eruit me de cunctis malis. Et quis est ille angelus, qui eruit eum de cunctis malis, nisi angelus magni consilij, Deus Dei filius? Ista namque persona, ne dubites quod signi ficetur nomine angeli qui eruit me, ait, de cunctis malis, ista, inquam, persona in initio malorum cunctorum apparuit ei, quando fugiebat Esau fratrem suum dicentem: Venient dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum. Quomodo illi appa ruit? vel quibus ex iudicijs dinosci potest, quod hæc persona, scilicet, filius Dei, fuerit qui illi apparuit? Ait scriptura: Cumq; venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco, viditq; in somnis scalā super terram, angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ dicentē sibi: Ego sum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, &c. vsque: Et ero custos tuus quocunque perrexeris. Denique magnum hic est filij Dei sacramentum si rite scalam agnoscis, si quid sit dominū sca læ innixum rite perpendis. Siquidem sal uo morali intellectu, quo dicere possum⁹, scalam esse vitæ nostræ profectum & scalæ huius latera, nostrum corpus & animam, gradus autem eiusdem scalæ, diuersarum esse ascensiones virtutum, saluo, inquam, hoc morali intellectu, generatio domini nostri Iesu Christi per scalam illam debet intelligi, cuius quasi duo latera sunt duo Patriarchæ magnæ scribente Euangelista: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Ad istos nanque patres deus eundem Christum nasci de semine eorum cū iuramento repromisit. Quo-

Gen. 48. *Esa. 9.* *Gen. 27.* *Gen. 28.* *Scala Iacob ingenerātiōe christi.* *Matth. 1.* *Gen. 48.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo supremo gradu scalæ Dominus innixus fuit? Ita nimirum vt pupillus, id est, absque patre secundũ carnem natus in hoc seculo, opus haberet ad optiuo patre, & nutritio Ioseph. Igitur angelus qui eruit me, ait Iacob, de cunctis malis, ipse est Deus Dei filius, ac proinde quia taliter orauit, tertio Deum nominans, palã constat, quia sanctam trinitatem inuocauit.

Quod oportuerit in illis antiquorum benedictionibus taceri relatiua nomina, quæ sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, & sermonem claudi, vt non sic apertè benedicerent sicut nunc benedicimus, vel baptizamus in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & de eo quod scriptum est in Esaia: Erit nobis visio omnium, sicut verba libri sigillati.

CAPVT XIII.

Sermo de trinitate in veteri testa. clausus & signatus fuit.

CVm igitur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizamur, siue benedicimur, non est hoc recens quod agitur, quia sic ferè antiquo quoque tempore in lege, immò & ante legem benedicebantur, tacitis tantummodo pro temporis necessitate relatiuis nominibus, quæ sunt pater, & filius, & spiritus sanct⁹. Oportebat enim vt sermo clauderetur, immò & signaretur. Hoc etenim quidam eorum, scilicet prophetarum, vt facerent, iussum sibi fuisse testantur. Esaias cùm de isto nomine dixisset: Et clamabant Seraphin, alter ad alterũ, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominꝰ deus exercituũ. Et deinde de nomine nasciturí Emanuel, & de vocabulo eius: Ac celera spolia detrahere, festina prædari: plura fuisset locutus, circa finem visionis hoc sibi iussum fuisse scribit: Liga testimoniũ, signa legem in discipulis meis: Daniel quoque post visiones multas & maximas scribit hoc sibi fuisse præceptum: Tu autẽ Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: Et iterum: Vade Daniel, quia clausi sunt signatique sermones vsque ad tempus præfinitũ. Et quasi quæreret Daniel, vt quid sunt hæc scripta, si debent esse clausa & signata, dictum est ad eum: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Nunquid verò solis istis, & non etiam Moysi & prophetis omnibus hoc intimatum fuit, expedire, vt sub clausura & signaculo loquerentur? Nam propter vel contra illos, qui verba sacramentorum cælestium, non sicut margaritas honorarent, sed potius conculcarent, loquitur Esaias, & pro seipso & pro omnibus: Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati. Quem cũ dederint scienti literas, dicent: Lege istum, & respondebit: Non possum, signatus est enim, & cætera vsque, peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscõdetur. Moyses ergo hactenus de mysterio locutus sanctæ trinitatis, rectè & oportunè sermones clausit, tãtummodo relatiua (sicut iam dictũ est) supprimés nomina patris, & filij, & spiritus S. Nec verò solũmodo clausit, verũetiã signauit. Quomodo signauit.

Tertio.

Esa. 6.

Ibidem. 7.

Dan. 2.

Matt. 7.

Esa. 29.

De eo quod dictum est: Audi Israel: Dominus Deus tuus Deus vnus est, & de eo quod protinus subiũxit hæc tria: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & quod dilectio trina sit & vna: non tres dilectiones, sed dilectio vna.

CAPVT XIIII.

Deut. 6.

AVdi, inquit, Israel: Dominus Deus tuus deus vnus est. Nónne hoc dictũ quasi clausi libri signaculum est scienti literas, scilicet Iudæo profitenti se scire legẽ & prophetas? Cùm enim librum hunc ingeris illi, vt legat lectionem hanc pluraliter sonantem: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã, & rogas eũ, vt trium personarum discretionẽ animaduertat, in verbis istis quæ protinus sequuntur: Et creauit Deus hominem ad imagine suam, ad imaginem Dei creauit illum masculum & fœminã, creauit eos, benedixitque illis: cùm inquam, hæc & cætera, quorum aliqua iam peragrauimus, proponis illi ad legendum, siue ad intelligendum, dicit tibi: Non possum taliter legere librum, signatus est enim, habens signaculum hoc: Audi Israel, Dominus deus tuus, Deus vnus est. Tu autem vis vt legam deos tres: Hoc ne faciam vox ista prohibet. Cùm hoc dicit, signatus est: signatus est liber, verum quidem ex parte dicit, quia sic sibi clausus & signatus est. Veruntamen inexcusabilis est: Non enim vidit, aut videre voluit agnum. quem vidit Ioannes, & nos per eandem vidimus fidem, librum aperientem, & signacula eius soluentem: Ille agnus solis credentibus, sicut cætera sacramenta, ita & illud intelligibile fecit, quod tres personę sint, & nihilominus vnus Deus sit. Hoc audiuit verus Israel, & hoc audit semper, qa non est Deus extra Deum, non extra patrẽ filius, neque extra filium pater, sed ego & pater vnum sumus ait filius, & ego in patre & pater in me est, & spiritus sanctus quem filius mittit, & qui à patre procedit, nusquã extra patrem & filium procedit, quia videlicet hęc vna substãtia trinitatis nequaquã circumscripta est, aut localis, neque aliud quodlibet accidens in illam substantiam cadit, vt vel à semetipsa posit alterari, sicut alteratur homo à semetipso, verbi gratia, quondam infans, nunc autem puer aut iuuenis, dudum senex, nunc autem silicernius decrepitæ ætatis. Dicit aliquis: Vnde exemplum, quo Deus & trinitas in personis, &

Iudæi vnus cusabiles non erubit in agnum qui librum aperuit.

Ioan. 10.

Ibidem 14.

Ibidem 15.

Trinitas & iam in modo diligendi Deũ ex primitur.

Trinitas et iam in modo diligendi Deũ ex primitur.

nis, & vnitas in substãtia posit intelligi? Ad hæc, inquam, nimirum ex eo q̃ Moyses protinus subiunxit, sub velamine vultus sui. Præmisso namque: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est, protinus ait. Diliges Dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudiue tua. Et quidem litera ista secũdum septuaginta interpretes, sicut & pleraque scripturæ verba variantur, quorum translationem Apostoli & Euangelistæ interdum pro necessitate temporis assumpse runt, vt testatur beatus Hieronymus. Et hinc reor apud Lucam Euangelistam scripta esse quatuor hæc: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus virib. tuis, & ex tota mente tua. Nam secundum Hebraicá veritatem tantummodo tria sunt hæc: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Hinc igitur exemplum cape ó dilector trinitatis, cultor & amator vnius Dei. Nónne & dilectio ex toto corde tuo, & dilectio ex tota anima tua, & dilectio ex tota fortitudine tua, dilectio est trina & vna? Sic deus tuus Israel, trinus in personis, vnus est in substantia. Sicut non tres dilectiones, sed vna, sic non tres dij, sed vnus.

Deut. 6.

Luc. 10.

Quod tres sint operationes vnius dilectionis, quas protinus Moyses subordinauit, & quod prima operatio respiciens ad id quod dixerat: Diliges ex toto corde tuo, sic incipit: Eruntq; verba hæc in corde tuo, & quod hæc operatio vita sit contemplatiua.

CAPVT XV.

SEquamur hanc literam, & intendamus diligentius præsenti loco in faciẽ Moysi gloriosam. Mox enim vbi dixit: Audi Israel, Dominus deus tuus, Deus vnus est, protinus adiũxit, hoc quod iam diximus, Diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: sic volens intelligi tres personas vnius Dei, sicut tres sunt operationes vnius dilectionis. Sequamur ergo, quia verè hic est gaudium fidei, sicut gaudium hominis pro inuentione thesauri absconditi. Singulas quippe operationes trinæ dilectionis cõtinuò subordinauit, vt intelligas quia non inaniter Israelem ad audiendum inuitauit, quod dominus deus tuus, Deus vnus sit. Hæc denique sequitur prima dilectionis operatio, respiciens ad id quod dixerat: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiẽs atque consurgens, & ligabis ea quasi signũ in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ, & cætera vsque: Caue diligenter ne obliuiscaris dominum, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nónne in verbis istis splendida facies Moysi, illam intendit operationem dilectionis, quam Israel Dei vitam contemplatiuam nominare consueuit? In illa namq; hoc agitur quod hic dictum est, diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, dũ in corde eius sunt verba dei, dum mediatur & narrat ea spiritualibus filijs suis, non solicitus & turbatus erga plurima, sed sedẽs in domo sua, & ambulans in itinere, id est, gaudens in secreta sciẽtia sua, & de virtute in virtutem proficiens, recta intentione dormiens illa dormitione, de qua dicit in Cant. anima illa, quæ in omnibus requiẽ quæsiuit. Ego dormio & cor meũ vigilat, & de qua Christus in Euangelio. Maria (inquit) optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Si quando dilectus dominus Deus, quẽ taliter diligit ex toto corde suo, vocem suam dederit, & pulsauerit ad ostium dormientis dicens: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, & illa surrexit vt aperiat ei, id est, prædicando doceat aliquos, vt per fidẽ introeat, & sit in illis, manusque illius fimul stillent myrrhã, & digiti eius sint pleni myrrha probatissima. Hoc nimirum est facere quod dictum est: Dormiens ãtq; cõsurgens meditaberis ea, & ligabis ea quasi signum in manu tua, id est, rectè viuendi præbebis exempla, dum verbis bonis firmiter cohærebunt, bona opera tua. Quod si etiam longa & assidua meditatione exercitatus eo vsque profecerit iste Israel, vt verba diuina non solùm legendo & loquẽdo, sed insuper scribendo tractare possit atque explanare ad vtilitatem commissæ sibi Ecclesiæ: hoc nimirum est facere id q̃ sequitur. Eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuę. Huic operationi dilectionis, huic vitæ contemplatiuæ debẽtur sumptus honorifici, de domibus regum, de regionib. gentiũ, vt vacet agere diẽ festum, & sanctum tenere otium, & tunc maximè in illis qui in hac pfessione sunt, nauandũ est, vt non obliuiscantur, immò diligenter obseruẽt propositum suum. Hoc est quod huic Israeli continuò dicitur. Cumque introduxerit te dominus deus tuus in terrã, pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas nõ ædificasti, domos plenas cunctarum quas non extruxisti, cisternas quas non fodisti, vineta & oliueta quæ non plantasti, & comederis & saturatus fue-

Prima dilectionis operatio. Deut 6.

Luc. 10.

Cant. 5.

Deut. 6.

Cõtemplatiuæ vitæ debentur sumptus ex domib. regum, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus fueris, caue diligenter, ne obliuiscaris Dominum qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Est enim sub velamine literæ sensus mysticus. Cùm iam per fidem intraueris per terram viuentium, ad aquam prima introductio est sacrarum intelligẽtia scripturarum, & propter hoc dederit tibi dominus Deus regiones gentiũ, & possederis labores populorum, vt custo-
Psal. 104. dias iustificationes eius, & legẽ eius requiras, caue ne ingratus sis, caue (inquam) ne cum iustitiæ sumptibus, quos tibi dedit Deus, peccato militare velis.

Secunda dilectionis operatio respiciens ad id quod dixerat: & ex tota anima tua, ipsa est vita actiua, quã sic tradere incipit: Dominũ Deũ tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis.

CAPVT XVI.

Deut. 6. Secunda dilectionis operatio.

SEquitur continuò secunda dilectionis operatio, respiciens ad id quod dixerat, & ex tota anima tua dominum Deum tuũ timebis, & ipsi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarum gẽtium, quæ in circuitu vestro sunt, quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui, ne quando irascatur furor domini Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ, & cætera vsque, præcepitque nobis dominus Deus noster, vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dñm Deũ nostrum, & benè sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie.

Vita actiua. Nónne in verbis istis splendida (vt supra dictum est) facies Moysi illam intendit operationem dilectionis, quã Israel Dei vitam actiuam nominare cõsueuit. In ea nãque hocagitur quod dictum est: Diliges dominum Deum tuum ex tota anima tua, dum non vadit post deos alienos cunctarum gentium: quod peccatum est animarum adulterantium, sed dominum deum suum tanquam virum vnicum & legitimũ
1. Ioan. 4. timet, & ipsi soli liberali seruitio seruiuit,
Psal. 18. quia timor eius non pœnalis est, quem perfecta charitas, ait Ioannes Apostolus, foras mittit, sed est timor religiosus ac venerabilis, timor sanctus, vt Psalmista canit, permanens in seculum seculi. Proinde quod nũc dicit dominum deum tuum timebis, tanquam repetitionem superioris dicti, quo dixerat: Diliges dominum deum tuum, cõueniẽter accipis. Sicut enim in eo quod dictum est: Initium sapientiæ timor domini, timorem à sapientia non seiungit: imò sapientiæ coniungit, tanquam initium cõsummationi cuiusque rei. sic & in isto dũ post illud dictum: Diliges dominum Deũ tuum, subiungit: dominum deum tuum timebis, non à dilectione sermo recedit, sed dilectionis initium siue fundamentum ponit. Aliàs autem & veræ animæ Deum tanquam virum diligenti vtile est, timere pœnam siue vindictam adulterij, quippe vbi præmisso, non ibitis post deos alienos, continuò subiungit: Quoniam Deus æmulator dominus deus tuus, in medio tui, ne quando irascatur furor domini Dei tui cõtra te, & auferat te de superficie terræ. Cætera quæ sequuntur, non tentabis dominũ deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis, ac deinde cùm interrogauerit te filius *Deut. 6.* tuus cras, dicens: quid sibi volunt testimonia hæc & cæremonię atque iudicia, quæ præcepit nobis dominus deus noster, dices ei: serui eramus Pharaonis in Aegypto, eduxitq; nos dominus de Aegypto in manu forti. Hæc, inquam, & sequentia congrua sunt instrumenta diligentis animę, tã quam castæ matris familiàs, quã nõ deceat curiositas & vagatio oculorum, sed pudor & reuerentia circa intentabilem virum, & solicitudo circa domus suæ custodiam, & disciplina castitatis in ædificatione filiorũ. Hæc operatio dilectionis, dignitate quidẽ secunda, cæterùm ordine prima est, vitam exercens actiuam, illa autem supra dicta, dignitate prima, ordine secunda est, vitam componens contemplatiuam. Non enim post professionem contemplatiuę descendimus ad actiuam, sed post exercitationẽ actiuę, ascendimus ad contemplatiuam. Huic operationi si quid excedit, dum solicita est, & turbatur erga plurima, quinq; enim sensibus corporis extracta laborat, debetur misericordia, propter hoc ipsum, quod benè satagens circa frequens ministerium, esurientem pauit, sitienti potum dedit, hospitem collegit, nudum operuit, *Luc. 10.* infirmum visitauit, ad eum qui in carcere erat, venit. Pulchrè ergo spem suam intimans filijs suis, dicit in fine sermonis: Erit- *Matth. 11.* que memor nostri misericors Dominus deus noster, si custodiemus & fecerimus omnia præcepta eius, sicut mãdauit nobis.

Tertia dilectionis operatio respiciens ad id, quod dixerat, & ex tota fortitudine tua, est aras subuertere, confringere statuas, & hæc operatio martyrum corona est, sed modo dissimili, quia non pugnauerunt gladio materiali.

CAPVT XVII.

Deut. 7. Tertia dilectionis operatio.

SEquitur operatio dilectionis tertia, respiciens ad id quod dixerat: Et ex tota fortitudine tua. Cùm (inquit) introduxerit te dominus Deus tuus in terram quam ratio. possessurus ingredieris, tradideritque gentes multas, pcuties eas vsq; ad internitionem. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Quin potius hæc facietis eis. Aras eorum subuertite, confringite statuas, lucosq; cõcidite, & sculptilia cõburite, quia populus

populus sanctus es Domino Deo tuo, &c. vsque, dabitq; eos dominus Deus tuus in conspectu tuo & interficiet illos, donec penitus deleantur. Tradet reges eorũ in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cælo, nullusque poterit resistere tibi, donec conteras eos. Sculptilia eorum igni cõbures. Non concupisces aurum & argentũ,
Fortitudo prophetarũ Apostolorũ et martyrũ, pro Deo cõtra idola. de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quicquam, ne ostendas, propterea quia abominatio est domini Dei tui, nec inferes quicquam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est: Nónne in verbis istis splendida facies Moysi illã intendit operationẽ dilectionis, in qua ex tota fortitudine sua decertauerunt, & ante aduentum Christi veteres sancti, scilicet, iudices inclyti, reges gloriosi, prophetæ splendidi, quorum in hoc certamine Helias notissimus extitit, memorabilesq; Machabæi, & post aduentum Christi sancti Apostoli, ac tam multi martyres gloriosi? Isti nanque omnes, sicut ex toto corde suo, & ex tota anima sua, ita & ex tota fortitudine sua dominum Deum suum diligentes, hæc fecerunt: Aras gentium subuerterunt, statuas confregerunt, lucos succiderunt, sculptilia combusserunt, & sicut ibidẽ dictum est inter cætera, quæ cuncta hic præscribere nimis longum fuisset, deuorabis omnes populos quos dominus Deus tuus daturus est tibi, deuorauerunt populos multos per orbem terrarum, ad deuorandum missi, sed deuoratione dissimili. Veteres nanque sancti deuorauerunt ore gladij materialis: noui autem deuorauerunt ore gladij spiritualis. Siquidem alia fuit temporis illius, & alia est ratio temporis istius, de qua vtrorumque temporum dis-
Sancti nationes iudicabunt. similitudine secundum causas patiendi & agendi, plenius egimus in opere quod scripsimus de victoria verbi Dei. Huic operationi cum corona iustitiæ debetur sedes quoque iudicij, & authoritas iudicandi, sicut scriptum est: Iudicabunt sancti nationes, & dominabuntur populis. Pulchrè ergo verba ista tali fine compleuit. Quasi
Sap. 3. spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum, ac sordes abominationi habebis, quia anathema est. Quidnam est hoc, nisi ac si diceret, iudicabis siue condemnabis? Quod quidem nunc faciunt partim, vbi videntur ipsi condemnati & plerique mortificati: facient autem vniuersaliter in die iudicij, palam ipsi iudices conspecti super omnem spurcitiam, & omne inquinamentũ & omnes sordes abominationis, vt abijciãt eas in locum immundum, in profundum inferni.

Quod secundum similitudinem harum trium operationum vnius dilectionis, debeamus iuuari ad intelligentiam, quod pater, & filius, & spiritus sanctus tres personæ & vnus Deus sit.

CAPVT XVIII.

Similitudo trinitatis in opere dilectionis.

SPectabilem (vt arbitror) imaginem habemus hic, per quam nobis imperspicabilem speculari & ex parte cognoscere valeamus, splendorem solis æterni. Eccè enim tres operationes dilectionis, nec tamẽ tres dilectiones, sed vnã dilectio est. Et ecce tria spiramenta hominis, animã & cor, & vtrorumque fortitudo, nec tamen tres spiritus vnius hominis, sed vnus spiritus est. Sic Dei tui (ô Israel) tres personæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus: nec tamen tres dij, sed vnus est Deus. Nónne aliud agit anima, & aliud cor siue mens humana? Anima quippe totum corpus viuificat, & cuncta corporis officia per quinque sensus dispensat: cor autem siue mens in conspectu animæ est, & cũ ea graditur, ac præscribit ei cuncta quæ faciat vtilia. Sic quodammodo Deus pater viuens in semetipso vita est sempiterna: filius autem siue verbum ipsius in ipso est, & in ipso erat, prouidens vt faceret cuncta valdè bona, ita vt dicat ipsum verbum, ipsa sapientia: Quando præparabat cælos aderam, quando certa *Pater & filius in diuinis sicut anima & mens in homine.* lege & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & liberabat fontes aquarum, quando circundabat mari termi- *Prou. 8.* num suum, & legẽ ponebat aquis, ne transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram, cuncta componens. Penè sic de anima architecti, qui basilicam istam siue munitionem illam ædificauit, loquatur cor siue mens ipsius, quando præcogitabat mensuras longitudinis, latitudinis, & altitudinis ædificij huius, quando certa lege numerorum distinguebat columnas & intercolumnia, siue turres & interturria eius, quando elegebat lapides quadratos siue quadrandos, quos in fundamento poneret, cum ea earum cuncta componens. Neque enim aliter ista præcogitaret, nisi cor siue mens cum ea esset, id est, nisi animal rationalis siue artificiosa existeret. Sed quid multa? Memento (ait) quidam, quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri: Omnes homines vident eum, & vnusquisque intuetur procul. Eccè Deus magnus vincens scientiam nostrã, numerus annorum eius inæstimabilis. Si *Iob. 36.* opus eius, id est, seipsum ignorat homo: factus enim est ad imaginem Dei, & idcircò dicitur quasi proprium opus eius, quantò magis ipsum ignorat? Non enim ipsum, sed de ipso cecinerunt viri, scilicet, Moyses iste & cæteri sancti, qui maximè habuerunt scientiam Dei, hinc quidam illorum dicit: Quis vidit eum, & enarrauit, & quis magnificauit eum, sicut est ab initio? Procul

vident

Universidad de Deusto
Biblioteca

vident omnes, procul intuetur vnusquisque, procul (inquam) id est, per speculum & in ænigmate. Vt autem videat facie ad faciem, præsentis temporis non est, sed in futuro spes ista reposita est.

Eccl. 43.

Quod filius Dei, & procedens ex eo spiritus sanctus, in eo assimilatus sit quod dixit Dominus Moysi: Congrega mihi septuaginta viros, & auferam de spiritu tuo, tradāq; eis.

CAPVT XIX.

1. Cor. 13.

LAtius secundum lectionem præscriptā tractare poterat de gloria, seu claritate vultus Moysi, siue apertione libri quondam signati, sed nos tui nominis ô trinitas Deus, in isto loco thesaurum inuenisse cōtenti, quod est nostri propositi, recordemur & illud de gloria eiusdē Moysi, quod pertinet ad processionem spiritus sancti. Diximus nanque superius, in quo prophetis & patriarchis quorum non confunditur vocari Deus, scilicet, in Abrahā, Isaac, & Iacob, trinus & vnus Deus assimilatus fuerit, nunc secundum hoc mysterium spiritus sancti, promptū est dicere, qualiter in manu Moysi quoq; assimilat⁹ sit. Crescēte gloria Moysi, creuit & inuidia populi in tantum quod Moysi intolleranda res visa est, & ait ad Dominum: Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me, &c. vsque, sin autem aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Operępretium est adnimaduertere quod dicimus, quia Moyses exemplum omnium prælatorum, qui benè præsunt, nimiam à subditis inuidiam patiebatur, ita vt videretur ei tormenti huius importabile pondus, quia cùm esset mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, blasphemabatur à detrahentibus & murmurantibus, tanquam homo elatus & gloriæ nimis auidus, intantū, vt nec frater ipsius Aaron, nec soror Maria pepercerint illi ab huiusmodi iniuria. Dixerunt enim: Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nónne & nobis locutus est similiter? Ex verbis ipsius dicentis ad Dominum: Sin autem aliter tibi videtur, obsecro te vt interficias me, & inueniā gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis, promptum est agnosci, quanta doloris tempestas in corde eius fuerit. Et dixit Dominus ad Moysen. Congrega mihi septuaginta viros de seniorib. Israel, quos tu nosti, quod seues populi sint; ac magistri, & duces eos ad ostiū tabernaculi fœderis, & facies ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradāq; eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini congregans lxx. viros de senioribus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditq; Dominus per nubem, & locutus est ad eum: Auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis spiritus prophetarunt, nec vltra cessarunt. Mira pietas Dei, mira benignitas Moysi. Quo enim alio modo melius satis populo facere potuit, quatenus non videretur velle solus gloriari? Sed & hoc purū visum est ei, quod septuaginta viros gloriæ suæ particeps habere meruit, nisi etiam omnem populum optaret similiter posse in Domino gloriari. Cùm enim currens puer, nūciasset ei, dicens: Heldad, & Medad prophetant in castris, statim Iosue filius. Num minister Moysi, & electus è plurib. diceret: Domine mi Moyses prohibe eos, ad hæc ille: Quid (inquit) æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?

Hebr. 11. Quomodo in Moyse assimilata est trinitas.

Num. 11. Moyses exemplar omnium prælatorum.

Num. 12.

Num. 11. LXX. viris datum de spiritu Moysi.

Moysi benignitas erga populum.

Quod partem gloriæ Moysi, scilicet, prophetiam, illi septuaginta viri acceperint, non etiam operationem virtutum sicut Iosue, de quo dixit Dominus: Et dabis ei partem gloriæ tuæ, & quod hoc intenderet, dicendo: Auferam de spiritu tuo.

CAPVT XX.

ANtequam huius rei gestæ ingrediamur sacramentum iuxta tenorē propositi, quo glorificare proposuimus, æquè de filio vt de patre procedentem spiritum sanctum, libet paulisper immorari hic in sensu literali, quia Dominus taliter dixit: Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis, iterum scriptura dicit: Et locutus est ad eū, videlicet ad Moysen, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dās septuaginta viris: Quid enim? Non poterat illis dare spiritū suum, nisi diminueret spiritum Moysi, id est, spiritum quem dederat Moysi: Hoc rectè quæreres, si ita dixisset: Et auferā tibi. Nunc autem absolutè dixit. Et auferam, ꝙ non est aliud, nisi ac si dixisset. Et accipiam de spiritu tuo, tradamq; eis, id est, nó quantum habes tu ex diuisionibus gratiarum spiritus sancti, sed partem aliquam gloriæ tuæ dabo eis. Sic enim de nominatissimo Iosue postmodum ipse dominus dicit. Et dabis ei, præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat enim omnis synagoga filiorum Israel. Et ita factum est. Aquæ Iordanis diuisæ sunt, dicente Domino ad Iosue. Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, omnisque populus transiuit per arentem alueum, & hæc fuit pars gloriæ Moysi, qui glorificatus est, eleuando virgam suam, & diuidendo mare, vt gra derentur filij Israel in medio mari per ſiccum?

Auferam de spiritu tuo quomodo rectè intelligitur.

Dabis Iosue partem gloriæ tuæ.

Num. 27. Iosue. 3. Exod. 14.

cùm? Pars (inquam) gloriæ fuit. Nam in ista gloria, scilicet, in operatione tantæ virtutis, hoc plus fecit Moyses, ꝙ rursum extendit manum contra mare, reuersæq; sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cūcti exercitus Pharaonis, nec vnus quidem superfuit ex eis. Cætera quoque si memores, veraciter dictū animaduertes de Iosue. Et dabis ei partem gloriæ tuæ. Non enim tantus fuit in omnibus signis atque portētis, vt fuit Moyses, quæ fecit per eum Dominus, coram Pharaone & Aegyptijs, & coram vniuerso Israel. Igitur quod dixit Dominus. Et auferā de spiritu tuo, & dabo lxx. viris, non aliter oportet intelligi, quā ac si dixisset, & dabo illis partem gloriæ tuæ, sicut dixit de Iosue. Pars enim gloriæ Moysi prophetia fuit, extra quā nihil gloriæ viros illos accepisse scriptura meminit, dicens. Cumq; requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. Totum quod dicere molimur, per paruæ rei similitudinē demonstrare promptum est: Eccè ignis cū sit corpus, absque sui diminutione diuiditur, & absq; sui detrimento sese diffundit, vt quantaslibet inde partes auferamus. Sed nunquid ei, videlicet igni, magno siue exiguo, luminari seu grandi, seu paruo, quippiam auferimus, dū luminaria plurima prout volumus, accendendo quasi partes de vno auferimus? Nimirum quantaslibet partes indiuisus ignis, de quouis luminari, mutuati tamen luminis detrimenta non nouit. Sic de isto Dominus dicere potuit. Auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ac si diceret, de pluribus gratijs tibi collatis, gratiam vnam gratiam propheticam impartiar illis.

Num. 11. Ignis habet similitudinem ad dona spiritus sancti.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SAN. CTI SPIRITVS. LIBER VI.

De eo quod in Micheæ scriptum est: Et suscitabimus sit per eum septem pastores, & octo primates homines, Qui pastores, & qui sint primates, & quid sit eos super Christum suscitari, & quod Moyses sit vnus de pastoribus illis.

CAPVT I.



OVoties de gratia Domini nostri Iesu Christi, sermonem facientes, ad memoriam reuocamus aliquid eorum, quæ magni patres & iudices Israel, in typū eius gesserūt, facimus vel facere cupimus illud, quod deipso per Micheā prophetam inter cætera dictum est: Et suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines. Quinam sunt vel fuerunt septem pastores, nisi Abraham, Isaac, & Iacob, & Ioseph, qui ad Pharaonem introducens fratres suos, hoc profiteri iussit. Viri pastores sumus, serui tui ab infantia nostra, vsque in præsens, & nos & patres nostri. Verum quippe dixerunt, quia patres eorum Abraham, Isaac, & Iacob, & ipse Ioseph, cū adhuc esset puer, curam habuerunt alendorum gregum. Abraham ergo & Isaac, & Iacob, & Ioseph. Iste quoque Moyses, quem Dominus de rubo vocauit, cùm pasceret oues Iethro soceri sui, & Dauid, quē sustulit Dñs de gregibus ouium, de postantes accepit eū, nónne sex pastores sunt? Quibus adde Abel, qui & ipse primus fuit pastor ouiū, & septem pastores sunt. Porrò octo primates homines, octo sunt præcipui iudices, qui notis & memorabilibus prælijs vicerunt hostes, & de cæde vastantium liberauerunt Israel, videlicet Iosue & Othoniel, Ahor & Barach, & Gedeon, Iephte, Samson, & Samuel. Et quid est istos septem pastores, & octo primates homines suscitare super eū, scilicet, rectorē summū que iudicem Israel, qui ex te egressus est ô Bethleē Iudæ: licut ibidē in eodem prophetā præscriptum est. Quid (inquā) est istos suscitare super eum, nisi demonstrare quia typū eius isti prętulerunt, & ipse in veritate cōpleuit ea, quæ istis in figura contigerunt? Nūc igitur pastorē Moysen hoc modo super eum suscitemus, vt secundum sacramentū rei gestæ quā scripsimus, fateamur id ꝙ verum, quod pium, ꝙ catholicū est, quia sicut de Deo patre, ita & de Deo, Dei filio procedit spiritus sanctus.

Mich. 5. Septem pastores & patriarcha.

Gen. 46. Exod. 3. Psal. 77. Gen. 4.

Octo primates indices præcipui in Israel.

1. Cor. 10.

Item de verbo suscitationis, quoniam suscitari dicitur id quod mortuum fuerat & reuiuiscit.

CAPVT II.

NVsquam scriptura sacra narrauit, de aliquo pastorum, siue primatum eiusmodi, tale quid dictū tale quid factūest, vt hoc, ꝙ dictū est à dño huic Moysi. Et auferā de spiritu tuo, tradamq; eis, rursumq; & locutus est ad eū. Auferēs de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris.

Num. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 1. Eò magis hunc ſuſcitare cupimus ſuper eum, de quo ſecundum facti huius myſterium procedit ſpiritus ſanctus, de cuius plenitudine (ait Ioannes Baptiſta) nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia,

Suſcitabimus ſuper eum. quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Sed iam in primis non importunè ratio quæritur de verbo ſuſcitationis. Suſcitatur enim, vel ſuſcitari dicitur id quod mortuũ erat, & reuiuiſcit. Num ergo quod taliter actum eſt in Moyſe, mortuum fuit. Planè mortuum, propter excellentem vitam, quæ eſt in gratia & veritate Domini noſtri

Exod. 34. 2. Cor. 3. Ieſu Chriſti. Sicut enim dixit Apoſt. cùm loqueretur de illa literali claritate vultus Moyſi, quam videntes filij Iſrael timuerunt dixit. Nam nec glorificatum eſt, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam, id eſt, ad comparationem excellentis gloriæ, & de iſta ſpiritus Moyſi rectè dicas effuſione, quia nec dicendum eſt, quod fuerit viuum aut viuidum propter excellentem vitam, id eſt, comparationẽ excellentis vitæ. Rectè igitur dictum eſt, ſuſcitabimus, id eſt, q̃ in Moyſe factũ minus vitæ & vtilitatis habuit, in Chriſto veram eſſe vitam monſtrabimus. Quare autem non dixit: Suſcitabimus in eo, ſed dicere maluit: Suſcitabimus ſuper eum? Nimirum propter minorationem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia non ſolùm minoratus eſt paulominus ab angelis,

Pſal. 8. verumetiam minor viſus eſt Moyſe, & omnibus prophetis. Longè ſupra formam illam, in qua ſuper terram viſus, & cum hominibus conuerſatus eſt, ſupra formam ſerui, in qua potuit etiam crucifigi, ſunt ea quæ teſtificamur de ipſo ſecundum ſcripturas veritatis, ſcripturas inprimis huius Moyſi. Quod ſciens ipſe, cùm de aduentu ſpiritus ſancti loqueretur, dixit:

Ioan. 6. *Ille de meo accipiet.* Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Statimq̃ ſubiunxit: Omnia quæ habet pater mea ſunt. Propter ea dixi: Qui de meo accipiet, & annunciabit vobis. Quidnam eſt quod ait: Omnia quæ habet pater, mea ſunt, niſi ac ſi diceret: omnes ſcripturæ quas vtique condidit pater per nuncios ſuos Moyſen & prophetas alios, in me tẽdunt? Cùm ergo ſpiritus veritatis faciet vos intelligere

Luc. 24. quippiam eorum quæ ſcripta ſunt de me, in lege & prophetis, & Pſalmis, hoc planè erit accipere de meo, & annunciare vobis, atque hoc agendo, ille me glorificabit, ſcilicet apud vos, & apud omnes qui credent ſermonibus veſtris, dum maiora ſentietis, quàm nunc de meipſo ſupra id quod nunc videtis in me, aut ex me auditis.

Quomodo ſuſcitatum fuerit ſuper Dominum Chriſtũ hoc myſterium huius paſtoris, in eo quod ſeptuaginta viros vt de ſpiritu eius daretur eis, congregare iuſſus eſt ad oſtium tabernaculi fœderis.

CAPVT III.

Moyſes cõgregãs 70. viros, typũ Chriſti geſſit.

IGitur Moyſes congregans ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos nouerat ipſe, quod ſenes eſſent & magiſtri, ad hoc vt de ſpiritu ſuo daretur eis in miniſterio, ſignificat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui diſcipulos quos elegit, notos habens, quod ſenes eſſent, id eſt, fidem haberent, in qua teſtimonium (ait Apoſtolus) conſecuti ſenes, id eſt, ſancti patres, idcircò congregauit, vt participes eos faceret ſpiritus ſui, qui in ipſo eſt, non ad menſuram ſicut in quolibet ſanctorum, ſed (ſicut ait Apoſtolus) quia in ipſo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Docet nos hoc columba illa, quæ baptizato eo viſa eſt deſcendens in eum, ſicut Lucas manifeſtius ſcribit, quia apertum eſt cælum, & deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie, ſicut columba in ipſum. Nimirum & illa corporalis ſpecies quiddam totum, integrum, atque indiuiduum, & iſtud Apoſtoli dictũ: Quia in ipſo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc aſſerunt, quia ſpiritus ſanctus huic non ad menſuram datus eſt, ſed totus in ipſo eſt, totus in ipſo manet, cum omnibus donis ſuis, ſicut corporalis ſpecies columbæ tota in eum deſcendit cũ omnibus membris ſuis, non quod tunc ſpiritus ſanctus in illo eſſet vel manere cœperit, ſed quod in eo eſſet, quod in eo maneret tali ſpecie demonſtrauit. Deniq; ſi de natura eius humana recogitet aliquis, certum eſt, quia manet in eo ſpiritus S. ab initio conceptionis quippe quem de ſpiritu ſancto virgo intemerata concepit. Si aũt de diuina natura ſermo ſit, ſtultũ eſt ambigere vtrũ in filio ſpiritus S. ſit, cũ & pater, & filius, & ſpiritus S. vna ſubſtantia ſit, nullo loco ſeparabilis, nullis accidẽtibus permutabilis. Vbi iſte legiſlator & benedictionis dator, viros iſtos congregauit, vt de ſpiritu ſuo daret eis? Ad oſtium tabernaculi fœderis, & ibi ſtare ſecũ fecit. Quod eſt oſtium tabernaculi, cęleſtis taberñaculi, nõ manufacti? Non enim ignotũ eſſe debet, aliud eſſe tabernaculum, quod fixit Deus non homo: Et aliud, quod iubente Deo, ſecundum exemplar illius fixit homo, iubente (inquam) & dicente Deo: Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in mõte monſtratum eſt. Quod ergo eſt oſtium cæleſtis tabernaculi, niſi paſsio DOMINI noſtri Ieſu Chriſti, in qua patefactum eſt latus eius lancea militis, vnde ſanguis & aqua profluxit? Non enim aliud notuimus oſtium, neque aliunde, niſi per fidem huius

Num. 11. Exod. 33.

Oſtium tabernaculi Chriſti latus eius lancea perfoſſum.

dem huius ſacramenti eſt nobis introitus, ſiue tranſitus in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. Ad illud quidem oſtium omnes adducimur, omnes quicunque in Chriſto Ieſu baptizati ſumus, nam in morte ipſius baptizati ſumus (ait Apoſtolus) & ibi ſpiritum ſanctum accepimus. Sed pulchrum eſt hic illos priores viros attendere, quos tunc præſentialiter adduxit, dicens inter cætera. Subleuatis in cælũ oculis, quos dediſti mihi cuſtodiui, & nemo perijt ex eis, niſi filius perditionis. Quomodo ſtare fecit eos ſecum? Vos eſtis (ait) qui permanſiſtis mecum, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. Ita ſteterunt cũ eo ad oſtium tabernaculi, non dico ſeptuaginta viri, immò viri iam centum & vigin ti, quãdo deſcendit Dominus, & auferens de ſpiritu Chriſti, tradidit eis, quando factus eſt repentè de cælo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & apparuerunt illis diſpartitæ linguæ tanquam ignis.

Rom. 6. Ioan. 17. Luc. 22. Actor. 2.

De eo quod vſque ad illud patienter ſuſtinuerat Dominus, poſtquam autem tot homines acceperunt de ſpiritu Moyſi, murmurantem populum percutere cœpit, & in cuius rei ſigur a iſtud contigerit.

CAPVT IIII.

Murmura & tentationes Iudæorũ contra Deum.

MVltum ad rem pertinet cõſiderare, quæ vel qualia contigerunt populo illi, poſtquam acceperunt de ſpiritu Moyſi, & prophetauerunt, nec vltra ceſſauerũt illi ſeptuaginta viri. Iam antea tentauerũt Dominum multis vicibus, & malè locuti fuerant in ipſis beneficijs Dei, nec enim ſine murmuratione quicquam petierunt, ſic incipientes. Quid bibemus? Et iterum murmurantes dixerunt: Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Aegypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panes in ſaturitate. Patienter ſuſtinuit eos Dominus murmurantes, & malè loquentes, cùm diceret Moyſes ad Dominum: Quid faciam populo huic? Adhuc pauxillulum, & lapidabit me. Tanta erat duritia ceruicis illorum, vt iam ſic timeret Moyſes, nec tamen Dominus aliqua illos per ſemetipſum plaga percuſſit, niſi quod Moyſes propter reatum vitili, quem fecit Aaron, vltro & iniuſſus præcepit filijs Leui, & occidit vnuſquiſque fratrem & amicum, & proximum ſuum, ceciderũtque in illo dei vigintitria millia. Verum illic Moyſes pro Domino zelatus eſt. Nos autem de eo nunc agimus, quod Dominus pro Moyſe iratus eſt. Hoc nuſquã vel dictum vel factum reperitur, antequam accepto de ſpiritu munere diuiſiuo prophetaret, tot homines, ſed ex tunc, quia non ceſſauit eorum murmuratio contra Moyſen, audiens dominus iratus eſt, ita vt ſororem eius in primis operiret, cadens lepra quaſi nix, & populum percuſſit furor domini plaga magna nimis: & omnes (inquit) homines qui viderunt maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in Aegypto, & in ſolitudine, & tentauerunt me iã per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quiſquam ex illis, qui detraxerunt mihi, intuebitur eam. Et ita factum eſt. Quoſdam ex illis terra deglutiuit, quoſdam ignis conſumpſit, quidam à ſerpentibus perierunt, & omnis illa generatio, quæ exierat de Aegypto à viginti annis & ſupra, præter Ioſue & Caleph filium Iephone, varijs cladibus conſumpta, & in deſerto proſtrata eſt. Quid hoc ſibi vult, quod nõ ante ſed poſt diffuſionẽ ſpiritus Moyſi, tam terribile fuit ſupra illos iudicium ſiue ira Dei? Nam hæc omnia (inquit Apoſtolus) in figura contingebant illis, & proinde diligentius quærere debemus, quid per iſtam diſpenſationem temporis, præfiguratum fuerit.

Num. 14. *Plagæ Iudæorum.* Num. 16. Num. 21. 1. Cor. 10.

De eo quod phariſæis dicentibus: Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum, reſpondit Dominus: Qui autem dixerit verbum contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro, & quod illa res geſta in figura contigerit huius iudicij.

CAPVT V.

DVm quæſtioni ſiue capitulo huic intendimus, ſimulque audimus Apoſtolum dicentem, nos autem ſenſum Chriſti habemus, eccè ſenſus eiuſdem Chriſti nobis dignanter occurrit in verbis iſtis, quę Phariſæis reſpondit, quia dixerunt: Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. Et ſi ego (inquit) in Beelzebub eijcio dæmones, filij veſtri in quo eijciunt? Ideò ipſi iudices veſtri erunt. Pauciſque interpoſitis, ideo dico vobis, (ait) omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui aũt dixerit cõtra ſpiritum ſanctũ, nõ remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neque in futuro. In verbis iſtis ſenſus Chriſti nobis occurrit, dum præſcripto intendimus capitulo de cauſa Moyſi, cur non ante, ſed poſtquam de ſpiritu eius datum eſt, ſeptuaginta viris murmurantibus atque detrahentibus, Deus iratus eſt & nõ pepercit, ſed ira eius aſcendit ſuper eos, & terribili-

Matth. 12. *Peccata in Iudæorum filium minus punita ſunt quàm peccata eorum,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

post datum Apostolis spiritum S.

terribiliter modis diuersis, sicut supra dictum est, consumpsit eos. Dicamus ergo: Quamdiu Dominus noster Iesus Christus solus videbatur suimet testis, quasi iure videretur paruipendi à dicentibus: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum: quamuis econtra veraciter respondere posset: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est, quia scio, vnde veni, & quo vado, tamdiu ista patientia peccatum eorum remisibile esse iudicauit, dicens eis. Quicunque dixerit contra filiũ hominis, remittetur ei. Possunt enim adhuc de ignorantia excusari: idcircò cùm pateretur, dixit: Pater, ignosce eis, non enim sciunt quid faciunt. Vbi autem spiritus sanctus ad testificandum venit, secundum quod ipse promisit, dicens: Cùm autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit. Ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis: iam extunc excusationem non habeuerunt de peccato suo, & hoc prospiciens: Qui autẽ (inquit) dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Et ita factum est. Non enim ante, sed postquam spiritum sanctum misit discipulis suis, & illi qui fuerant homines sine literis & idiotæ, cœperunt loqui varijs linguis magnalia Dei, & de scripturis, quæ vtique voces sunt spiritus sancti, proferre testimoniũ Iesu Christi filij Dei, iudicati sunt æterno iudicio, vt non remitterentur eis, neque in hoc seculo, nec in futuro. Quin & in hoc seculo disperirent vincentibus Romanis, & in futuro trahentibus animas ad torméta spiritibus malignis. Nimirum in figura gerendę huius rei contigit illis, qui afflixerunt, siue exacerbauerunt spiritum Moysi, vt non ante, sed postquam datum est de spiritu eius septuaginta viris, irasceretur in eos furor spiritus Domini, & deleret tot tamque diuersis modis omnem illam generationem, quæ exierat de terra Aegypti. In singulis quoque hominibus, id est, iudicium. Quamdiu enim per ignorantiam sanæ doctrinæ contradicunt, superna suspensa tenetur super eos sententia iudicij æterni, vbi autem scientes veritatem, per superbiam contradicũt veritati, exempli gratia, vt Arrius cæterique hæretici, siue hæresiarchæ plurimi, extunc iudicantur esse blasphemi, & verbum dicere contra spiritum sanctum, & peccatum hoc non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Ioan. 8. Luc. 23. Ioan. 15. Matth. 12.

Figura eiusmodi rerum præcessit in Moyse.

Hæretici peccant in spiritum S.

Quod septimus pastorum supra memoratum fuerit Dauid, & quod apud istum non solùm triplicatum nomen Dei sicut apud Moysen, verumetiam relatiua inueniantur expressa nominatrinitatis, quæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus, & quod hic primus spiritum sanctum nominauit, qui prius legebatur, spiritus Dei, siue spiritus Domini.

CAPVT VI.

SEptimus pastorum supra memoratorum extitit Dauid, quem pauisse oues patris, & sacra historia clarissimè narrauit, & ipsemet canit verbis huiuscemodi. Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de postfetantes accepit eum. Quum multi & magni doctores pastorem istum modo supra dicto suscitauerunt per eum, scilicet super Dominum nostrum Iesum Christum.

1. Reg. 16. Psal. 77.

Nos quoque postremi pro posse suscitauimus hunc super eum, cum in plerisque alijs, tum maximè in opere quod scripsimus super duos libros regum, primum & secundum. Apud istum, quod nostri propositi est, inuenimus manifestius expressum fidei nostræ thesaurum sanctæ trinitatis. Quomodo manifestius expressum? Nimirum non solùm, sicut apud Moysen triplicato substantiali nomine, quod est Deus. Exempli gratia, cùm dicit: Bendicat nos Deus, Deus noster, & benedicat nos Deus, verumetiam expressis relatiuis nominibus, quæ sunt Pater, & filius, & spiritus sanctus. Ait enim in ipso loquens ipse Christus: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, subauditur, natura non adoptione. Sequitur enim: Ego hodie genuite. Quod dicit hodie, sic intelligimus, ac si diceret in æternitate, in immutabilitate. Sicut enim illi est esse, & nõ fuisse, aut futurum esse. Vnde & ad Moysen dixit: Ego sum qui sum, & ad Iudæos: Antequam (inquit) Abraham fieret, ego sum, sic in genitura eius, neque heri, neq; cras admittit intellectus fidei nostræ, sed solum hodie. Quod deinde sequitur DOMINVM patrem adhuc dixisse: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Constat esse dictum pro humilitate naturæ nostræ, quia secundum seruiformam & illi congruit, & nobis necessarium fuit, patrem postulare, id est, pati pro nostra salute. Nihil enim aliud intelligere volumus hic in verbo postulatiõis, nisi obedientiam, cuius summa est sacramentum siue sacrificium sacrosanctæ eius passionis. Itidemin Psalmo cùm dicit idem pater, loquens in visione sanctis suis, quorum se vnum gratulabatur Dauid: Ipse inuocabit me, pater, meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ, & ego

Dauid manifestius de trinitate loquutus est Moyses. Psal. 66. Psal. 2.

Filius primogenitus excelsus p̃ regib. terræ.

& ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ. Cùm (inquit) hæc dicit, & relatiua exprimit nomine patris, & filij, & vtramque exprimit naturam vnici filij. Nam secundum naturam diuinã, ipse (ait) inuocabit me, pater meus es tu, & secundum naturam humanam itidem ipse (ait) inuocabit me, Deus meꝰ, & susceptor salutis meæ es tu. Iuxta hũc sensum ait iste primogenitus, iam excelsus præ regib. terræ factus. i. iam à mortuis resuscitatus, iã ad dexterã maiestatis in excelsis ęterna sessione sessurus. Ascendo ad patrem meũ, & patrẽ vestrum, Deũ meum & deũ vestrũ.

Psal. 88. Ioan. 20.

Spiritũ S. Dauid primus nominauit.

Spiritum S. idem Dauid primus nominauit, dicens: Ne pijcias me à facie tua, & spiritũ S. tuũ ne auferas à me. Nã eatenus scribebatur spiritus Dei, siue spiritus dñi. Hic autem & sonorius est spiritum S. primus nominauit, de cuius dignitate vocabuli mẽtionem iam fecimus in primo libello præsentis operis. Itaq; relatiua nomina sanctæ trinitatis, quæ sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, hic patẽter edixit, quæ ante ipsum nec Moyses, nec alius sic euidenter expresit.

2. Reg. 7.

Psal. 50. Actor. 4.

De promissione quæ ad eum cum iuramento facta est. Semel iurauiin sancto meo, &c. de trino nomine Domini ad eum cum dicit: Requiem dabo tibi, prædicetq́ue tibi Dominus, quod faciet tibi domum Dominus.

CAPVT VII.

AD istum repromissio facta est cũ iuramento, sicut ad Abraham, beati seminis quod est Christus, quod nasciturus esset de semine eius, vnde & cantans misericordias domini, dixit ex ore ipsius domini: Semel iurauiin sancto meo. Si Dauid mentiar. Semen eius in æternum manebit. Vnde venerabiliter attendẽdum est, quia beata trinitas, quę sese Abrahæ exhibuit in tribus angelis pro confirmatione promissionis, siue pro magnitudine & dignitate promissi, ipsa penè sese expresit in tribus verbis ad Dauid, in promissione eiusdem seminis, id est, Christi. Hæc dicit Dominus exercituum: Requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prędicetq; tibi Dominꝰ, quod faciat domum tibi Dominus. In istis nanque verbis, in isto initio tantæ promissionis, quod intelligitur ex subsequentibus, dum dicit: Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternũ, ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium. In istis (inquam) verbis patenter se ostendit per distinctionem personarum, vna diuinitas summæ, & indiuiduæ trinitatis. Quis enim, vel quæ persona hæc dicit: Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, nisi persona patris? Sequitur nanque & dicit postmodum: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Ergo persona illa, de qua dicit Dominus pater: Prædicetque tibi Dominus, ipse est Dominus spiritus sanctus, qui per os sanctorum prophetarum prædixit, quemadmodum & Zacharias dicit: Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Non de quo protinus ait: Quod faciat domum tibi Dominus, ipsa persona est Dominus filius. Non tres domini, sed vnus dominus. Quantum potuit vel debuit sacra hæc scriptura, sacramẽtum hoc & futuris seruauit, & illis qui tũc erant, dum ipsa conderetur, abscondit hominibus, quia distinctionem trium personarum (sicut iam alias diximus) portare non poterant, si eis palam prædicaretur.

Trinitas personarum in vna substãtia ex verbis Dauid agnoscitur.

Luc. 6.

De eo quod vbi missus est Apostolis paracletus spiritus veritatis, imò & antequam appareret in linguis igneis (quod factũ est die Pentecostes) cùm aperuisset illis sensum, vt intelligerent scripturas, prima testimonia Christi sumpta fuere de Psalmis Dauid.

CAPVT VIII.

QVanta putas in isto habet pater? Dixit enim filius, & nos supra memi-nimus: Cùm autem venerit Paracletus spiritus veritatis, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Statimque subiunxit: Omnia quæ habet pater mea sunt, propterea dixi: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Quanta ergo putas in isto habet patri? Quanta de isto accepit spiritus sanctus, & annunciauit Apostolis, vt clarificaretur filius Dei? Delectat valdè, quia postq̃ ascendit in cęlum Christꝰ filius Dei, etiam antequam procederet spiritus sanctus apparẽs in linguis igneis, primum quod protulit de isto accepit, & Petro annunciauit vt diceret: Scriptum enim in libro Psalmorum: Fiat habitatio eius deserta, & non sit qui habitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Iam enim factum fuerat, quod Euangelista Ioannes narrauit, dicens: Hoc cùm dixisset, insufflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctum, quodque Lucas eiusdem diei & eiusdem vesperæ gesta scribens dixit inter cætera: Tunc aperuit illis sensum vt intelligerẽt scripturas. Vt aũt impleti sunt dies Pẽtecostes, & ꝓcedẽs spiritus

Ioan. 8.

Testimonia de Christo ex psalmo. Actor. 1.

Psal. 108.

Ioan. 20.

Luc. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actor. 2. Spiritus S. datus Apostolis in linguis igneis

sanctus à throno maiestatis, atque sedit super singulos eorum, tanquam ignis, apparuerunt enim illis dispartitæ linguæ, tanquam ignis, & repleti sunt omnes spiritu S. & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis: vt (inquâ) hæc vox facta est, & hac voce facta, conuenit multitudo mente confusa, nónne primum quod spiritus sanctus per os Petri Apostoli protulit de isto accepit? Præmisso nanq; testimonio prophetæ Iohelis, quod non essent ebrij sicut putabant illi, qui irridentes dicebant: quia musto pleni sunt isti, protinus data propositione de resurrectione Domini nostri Iesu Christi, rationē

Psal. 15. Psal. 109.

hanc intulit. Dauid enim dicit in eum. Prouidebam Dominum in cōspectu meo semper, & cætera vsque: Non enim Dauid ascēdit in cælum, dicit autem ipse. Dixit Dominus dño meo, sede à dextris meis', donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Hoc, vt supra iam dictum est, valdè delectat, quod cùm dicere volumus, quia pater multa in isto habet quæ filij sunt, sicut & cætera omnia, omnes enim scripturæ in filium tendunt, prima quæ spiritus sanctus protulit per os Petri Apostoli ipso die quo datus est, perpendimus, quia de isto accepit, in quo Deus pater testimonia fidelia quam plurima filio suo thesaurizauit.

Item de eo q̄ ait: Ille spiritus me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis, & de illo versu Psalmi quarti: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, de disti lætitiam in corde meo.

CAPVT IX.

HIc in Psalmo quarto dicit. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo. Quia videlicet, Psalmus quartus hunc habens titulum, in finem Psalmus Canticum Dauid, si ritè consideres, in illum diem spectat, quo spiritus sanctus (vt supra dictum est) procedens à throno siue maiestate patris, & filij, discipulos Christi ita lætificauit, vt musto viderentur pleni, loquentes linguis, & silere non valentes prægaudio, quod nemo ex tunc tollere potuit ab eis. Ad hoc perspicere iuuat sensum, ordinemq; Psalmorum præcedentium Psalmi primi, secūdi & tertij, simul & istius scilicet quarti.

Quatuor primi psalmi secundū quatuor sacramenta salutis.

Quia videlicet quatuor sacramenta nostræ salutis (quorum in fide vita nostra consistit) prædicant auri audienti, scilicet incarnationem, passionem, resurrectionem, atq; ascensionem Iesu Christi filij Dei, simulque lætitiam qua spiritus sanctus, vt iam dictum est, in die Pentecostes discipulos eiusdem Domini lætificauit. Hæc enim ô fili de tuo spiritus sanctus accepit, & annunciauit nobis, vt possimus iam in ista fronte, siue vestibulo gazophylacij patris tui, demonstrare quatuor insignia hæc tuæ nobilitatis, videlicet quod homo absque peccato natus, cum hominibus conuersatus fueris, & quasi peccator mortem sis passus propter obedientiam paternæ dilectionis, & quod à somno mortis exurrexeris per virtutem diuinitatis, & quod in cælum ascenderis, rediturus in die iudicij, & percussurus impios, quia sine causa aduersati sunt tibi. Proinde supra scriptum quarti Psalmi versiculum: Signatum est super nos lumē vultus tui domine, dedisti lætitiā in corde meo, paululum differētes, à primo incipiemus hæc demonstrare breuiter, vt perspecta fronte, siue vestibulo sanctuarij, quod intus amplissimum est, dicat quicunq; rudis, & similis nostri spectator adest. O quā ta pater hic habet, & quanta spiritus veritatis hinc accipere potest, vt annunciet nobis de his, quæ filio suo thesaurizauit pater, quoniam in ingressu tam fulgidus, tamq; ordinatus prospectus sacramentorum, in vitam habemus, ornatus est.

Quod per intellectum Psalmi primi, hoc de Christo nobis annunciet spiritus veritatis, quia & in hunc mundum sine peccato venit originali, & in hoc mundo sine peccato vixit actuali.

CAPVT X.

PRimus Psalmus, prima vox Psalterij dicit. Beatus vir, qui non abijt in cōsilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ nō sedit. Quis præter vnum talis aut tantus vir? Et quidē si de peccatis actualibus agitur, vt de sanctis interim taceam maximis atque nouissimis, quis dinumerare possit multitudinem paruulorum innocentium, qui non abierunt in consilio impiorū, & in via peccatorum non steterunt, & in cathedra pestilentiæ nō sederunt? Sed si originale recogites peccatum, nullus omninò est præter hunc vnum, nam in Adam (ait Apostolus) omnes peccauerunt. Hic ergo est ille vir verè beatus, cuius conceptio & natiuitas extitit secundum operationem spiritus S. quod pulchrè insinuatur per hoc dictum: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarū. Pluraliter nāq; decursus aquarum diuisiones intelligimus gratiarum spiritualium, quæ omnes simul in istum deificum hominem, siue beatum virum, ab ipso conceptionis initio diffusæ sunt. At in alio homines, quicunque illo digni sunt, nequaquam sic vel tāta plenitudine, sed longè & incomparabiliter minus donis diuisiuis datæ siue distributæ sunt. Verum nos hac vice pedem retrahamus mentis de istarum profundo aquarū. Proposuimus enim demonstrare breuiter in hoc Psalmo sacrosanctam Domini & dei nostri

Beatus vir qui nō &c. hic est Christus &c.

Rom. 5. Luc. 1. Psal. 1.

Decursus aquarū diuisiones sunt gratiarum.

nostri Iesu Christi humanitatē, quod absque peccato fuerit tam originali quàm actuali, & hoc pficere nūc sufficit ternis oppositionibus istis. Non abijt in consilio impiorum, sed in lege Domini voluntas eius. In via peccatorum non stetit, sed in lege domini meditabitur die ac nocte. In cathedra pestilentiæ nō sedit, sed est vel erit tanquā lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Iam ergo duo opposita demonstremus cōsilia, quorum isti terni effectus valdè contrarij sunt. Quod fuit cō

Gen. 3.

silium impiorum, in quo abijt, id est, à deo recessit ille non beatus vir, ille verus Adā? Nimirum hoc, vt qui erat puluis præsumeret velle, vt esset sicut Deus. Quod contra consilium piorum, in quo non abijt, id est, à Deo non recessit iste beatus vir, iste nouus Adam? Nimirum, vt qui natura erat Deus, in puluerem nostrum descendere dignaretur. Illud fuit consilium spiritus diaboli: Istud autem consilium spiritus Dei. Inde oppositiones istæ, quas diximus, ternæ sunt: qua ille secundum consilium illud abijt, & istius voluntas secundum cō

Galat. 4.

silium istud fuit in lege Domini: imò & sic ut Apostolus dicit, sub lege factus est, cùm esset Dominus legis. Ille in via peccatorū stetit, malam quippe cogitationem tantæ ambitionis, opere demonstrauit: iste in lege Domini die ac nocte meditatus est, vt q̄ præfigurabatur per legales cæremonias, verbi gratia, agni & vituli, cæterorumque huiusmodi, in veritate suæ passionis impleret. Ille in cathedra pestilentiæ sedit, id est, pestilentiam mortis vtriusque, scilicet animæ & corporis, posteris suis hæreditariam dereliquit: Iste autem vt lignum fructiferum hunc fructum in tempore suo dedit, vt comedentes carnem & sanguinem eius,

Ioan. 6.

ab illius cibi vetiti reati simus liberati.

Quod per intellectum Psalmi secundi, hoc de Christo nobis annunciet spiritus veritatis, quia propter obediētiam passus sit pro peccatis nostris, scilicet obediendo patri dicente: Postula à me, nimirum moriendo. Hoc enim fuit postulare, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

CAPVT XI.

Psal. 2. Ioan. 8.

QVare ergo fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Dixit enim quodam loco Iudæis, & quod illis dixit omnibus & gentibus & populis dixit & dicit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Quid aliud sibi vult percūctatio ista: quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Idcircò taliter hunc Psalmum secundum primo vel præcedenti coniungimus: quia iuxta propositum, & hominē sine peccato fuisse conceptum vel natum atque conuersatum Christū Dei filium, in illo primo agnoscimus, & in isto secundo causam cur passus fuerit, quā gentes & populi meditantes inania non cognouerunt, expositam intelligimus. Ait enim: Domi nus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuā terminos terræ. Audito verbo quod dixit, postula à me, modum quoque siue qualitatem postulationis debemus nosse. Quomodo nisi moriendo postulauit? Humilitas proculdubio sacrosanctæ eius passionis postulatio fuit, sacrificium fuit, præterquod aliud holocaustum & pro peccato Deus noluit. Est igitur sensus: Idcircò ego beatus vir, qui morti nihil debui, quia peccatum non feci, mortis debitum solui, idcircò quando fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, quando astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus me Christum eius: Idcircò, inquam, tacui, semper silui, patiens fui, qui poteram vsquequaque dicere, quod semel dixi, ego sum, & abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, quia Dominus pater dixit ad me: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem

Christus à patre gentes hæreditatem suā.

Psal. 39.

Ioan. 12.

tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ad hanc patris dictionem cū multa cōsonent, illud quoq; pertinet quod Esaias inter cætera dixit. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Vnde autem mors eius tanti esset, aut tantum valeret, nisi idem ipse, qui homo in seculo natus est, Deus ante secula existeret? Propterea dicturꝰ pater: Postula à me, præmisit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Cæterorū quæ sequuntur vsque in finem Psalmi, summa hæc est, quā dixit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me. Item dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Potestas vtique iudiciaria à dextris & à sinistris, quæ designatur hoc breui versiculo: Reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos.

Matth. 28. Psal. 2.

Quod per intellectum Psalmi tertij hoc de Christo nobis annūciet spiritus veritatis, quia resurrexit, & in cælū ascendit, & hoc esse quod dicit: Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, &: Tu autem Domine susceptor meus.

CAPVT XII.

POstquam fremuerunt gentes & populi gentiles & Iudæi, vsque dum interimerent eum, lætati sunt, & multipliciter quasi vicissent gloriati sunt, ipsam eius mortem pro magno tenentes experimen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to, quod nõ fuisset à Deo, quod fuisset seductor, & idcircò nomen eius perisset, & nulla esset in Deo salus eius. At ille nunc mortuus per triduum loquebatur, & nunc vsq; viuẽs loquitur ea quæ cõtinet sequens Psalmus: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius, & cætera vsque: Dormiui & soporatus sum & exurrexi. Quis nisi dormiens dormitione peccati, & soporatus alto sopore fallaciæ, nõ agnoscit hãc vocem resurgentis, hæc esse verba resurrectionis. Ergo quod sequitur: Non timebo millia populi circundantis me, exurge domine, saluum me fac Deus meus, vox est ascendentis & euntis sedere à dextris Dei. Vtrunque autem, scilicet & resurrectionẽ & ascẽsionem vno versiculo breuius perstrinxerat, dicens: Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Cuius versiculi Petrus Apostolus taliter sensum expressit gloriosum: Hunc Iesum suscitauit Deus patrum nostrorum, & principem ac saluatorem exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam & remissionem peccatorum. Fecimus quod proposuimus, scilicet demonstrare iam in initio Psalterij Dauidici quatuor sacramẽta hęc, quorum sine fide nullus viuit, incarnationem, passionem, resurrectionem, atque ascensionem, Iesu Christi filij Dei, vt in ordine lucido ad illum diẽ processionis spiritus sancti peruenire mus, cuius gratiam sonatis, qui cõtinuò sequitur psalm. quartus.

Verba resurgentis Christi.

Psal. 3.

Verba in caelum ascendentis.

Actor. 2.

Quod per intellectum Psalmi quarti, qui sic incipit: Cũ inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi, hoc de Christo nobis annunciet spiritus veritatis, quia fecit sicut promisit, dicens: Et gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

CAPVT XIII.

CVm inuocarem exaudiuit me deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Huius quippe versiculum Psalmi superius susceptum habuimus: Signatum est super nos lumen vultus Domine, dedisti lætitiam in corde meo: & hoc dilato, paululum digressi, tetigimus Psalmos superiores, vt demonstraremus, quia sacramentorum salutis nostræ miro modo & latet & splendet hic in prophetia lucidus ordo. Quærimus ergo. Nónne voces quarti huius Psalmi cõueniunt rei gestæ, & voci illius diei, quo spiritus sanctus de cælo venieris, orantes discipulos Domini lætificauit, ita vt dicere congruat conuentui illi, & omni ecclesiæ sequẽti: In tribulatione dilatasti mihi, miserere mei, & exaudi orationẽ meã? Omnes enim perseuerãtes erant vnanimes in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Domini Iesu, & fratribus eius. Nónne ita contigit illis, vt sonat ista vox spiritus prophetici: In tribulatione dilatasti mihi? Eatenus quippe non latum, imò valdè angustum fuerat eorum & cor, & os? Quomodo angustum cor? Homines sine literis erant, & idiotæ. Quomodo angustum os? Vnius habebant rusticitatẽ linguæ Hebraicæ, ita vt loquentes ex idiomate suæ locutionis, statim fierent manifesti quod essent Galilæi. Qui sic angusti fuerant cordis & oris, ita dilatati sunt, vt & scripturas intelligerent, & loquerẽtur linguis, & quod maximum est, non in pace, sed in persecutione. Ibant enim gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Magna & mira dilatatio illorum, qui vnanimiter perseuerantes in oratione secundum istam vocem propheticam: Miserere mei, & exaudi orationem meam, sic exauditi fuerant, vt in corde scripturas, in ore linguas, in vtroque adepti constantiam, loquerentur magistratibus, dicerent tam plebi quàm senioribus. Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum. Quid enim aliud verba illa sapiunt, viri Israelitæ deus patrũ nostrorum glorificauit filium suũ Iesum, & cætera vsque. Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur vestra peccata. Et quã pulchrè quod hic scriptum est in Psalmo. Irascimini & nolite peccare, & quod illic dicit Apostolus Petrus. Pœnitemini, vt deleantur vestra peccata, vnum idemq; significat. Item per hoc, quod hic scriptum est, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium, quã rectè illud arguitur mendacium, quod iam ante illum diẽ, quo prædicare cœperunt Apostoli, diuulgatum erat apud Iudæos, mendacium, inquam, & quod quæsierant emerãt data militibus pecunia copiosa, vt dicerent, quia discipuli eius venerunt nocte & furati eum sunt, nobis dormientibus. Sed iam omissa multitudine eorum, quæ hinc dici poterant, propositum pro agnitione sanctæ trinitatis, pertractemus versiculum.

Actor. 1.

Mendacium quærebat Iudæi.

Matth. 28.

Iterum de versu Psalmi quarti: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, quod vultus Domini sit filius Dei, & quod lumen vultus Domini sit spiritus patris & filij.

CAPVT XIIII.

SIgnatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo, pater, vbi Dominus cui hic dicuntur, signatum est super nos lumen vultus tui Domine, ipse est filius patris: vultus Domini, ipse est filius patris: vultus pater: Lumen tuũ sanctum.

Vox est Apostolorum accepto spiritu sancto.

Christus vt verè Pontifex signauit super nos lumen vultus Domini.

Lumen vultus Domini, ipse est spiritus S. patris & filij. Filius idcircò rectè dictus vultus Dei patris, quia sicut in vultu alicuius hominis affectio lætitiæ vel mœroris potest percipi, sic per filium voluntas dei patris mundo innotuit. Lumen vultus domini: idcircò rectè intelligimus spiritum sanctum patris & filij, quia sicut lumen alicuius rei valdè lucentis viam vel prospectum pandit corporalibus oculis: Verbi gratia, sicut claritas solis, depulsa caligine noctis, nobis efficit diem, sic spiritus sanctus, depulsis ignorantiæ tenebris, docet nos omnem veritatem, quia per ipsum & filium scimus, & patrem, & ipsum cognoscimus ex vtroq; procedentem. Quis, quando, & vbi signauit super nos hoc lumẽ vultus tui domine? Dñs Iesus Christ⁹, quando adhuc latebat vultus tuus in illa humanitate, vt crucifigi posset, nisi enim latuisset, nisi se cõtinuisset, & cessasset dicere, ego sũ, oẽs abirẽt retrorsum, & caderent in terrã, nec possent compræhendere eũ. Dominus (inquam) noster Iesus Christus, cùm adhuc sic lateret in carne eius vultus tuus, signaturũ se promisit super nos hoc lumen vultus tui, & continuò signauit, vt verè põtifex summus pro iure officij sui, cuius est signare, non solam frontem corporis, verumetiam frontem animæ credentis. Dixit enim ipsa nocte qua tradebatur, mittã vobis Paracletum spiritum veritatis, qui à patre procedit, & multa huiusmodi ad distinctionem pertinẽtia trium personarum patris, & filij, & spiritus sancti. Et deinde ipsa qua resurrexit die, stans in medio discipulorum, præmisso bono pacis nuncio, quã fecerat inter Deum & homines, insufflauit & dixit: accipite spiritum sanctum, scilicet in remissionem peccatorum. Sequitur enim, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et die Pentecostes misit eũdem spiritum in diuisiones gratiarum multis choruscantibus miraculis. Ita signatum est habentes super se lumen vultus tui domine, cœperunt eadem die vocare alios, & adducere, vt signaretur super eos idipsum lumen, per ipsorum ministerium, & manuum impositionem. Eadem quippe die, qui receperunt sermonem, baptizati sunt, in nomine patris & filij & spiritus sancti, & appositæ sunt in illa die animę circiter tria millia.

Ioan. 18.

Ioan. 15.

Ioan. 20.

De varietate in eodem Psalmo singularis & pluralis numeri, quod singularitas credentium sit, habentium vnum spiritum & vnam fidem: Pluralitas autẽ siue multitudo, illorum sit quæ sunt contra vel extra hanc vnitatẽ.

CAPVT XV.

In credentibus cor vnũ

ET vide, quàm pulchrè credentes à non credentibus spiritus propheticus distinxit ipso modo locutionis. Nam de non credentibus dixit: Multi dicunt quis ostendit nobis bona, de multitudine verò credentium quandam vnionem factam insinuans, cùm dixisset: Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine, protinus vti magis luit singulari numero, dicens ex persona ipsorum: dedisti lætitiam in corde meo. Et rectè, quia multitudinis credentium, erat cor vnum & anima vna. Quã videlicet vnitatem cordis & animæ, illud quoq; aduerbium pulchrè exprimit, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Ipse nanque spiritus sanctus de multis efficit vnum. Qui autẽ hunc non habent multi, imò & econtra semetipsos sensibus diuersis, & in plerisque contrarijs per sectas diuisi sunt. Quid ergo est, quod præmisso in pace in idipsum dormiam & requiescã, causam siue rationem istam subiũgit, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me, nisi ac si diceret: idcircò quia nunc studio singularitati siue vnitati huic, de qua & Apostо. dicit: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habẽt: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, &c. vsque, idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Quã vnitatem facit vnus spiritus, & vna fides, idcircò, inquam, illuc me spero peruẽturum, vbi dormiam & requiescam, in tanta pace, quanta intelligi vult dictio hæc, qua dixi, in idipsum. Pro huiusmodi sensu variatur modus locutionis, secundum varietatem singularis, & pluralis numeri, vt cùm pluraliter dixerit: signatum est super nos lumen vultus tui Domine, statim singulari dictione dicat: dedisti lætitiam in corde meo: rursumque cùm dixerit: pluraliter: à fructu frumẽti, vini & olei sui multiplicati sunt, statim ex persona diuersæ multitudinis eorum quorum est vel esse debet cor vnum & anima vna, siue vnus spiritus & vna fides, statim singulariter dixit: in pace in idipsum dormiam & requiescam. Potest quidem de reprobis siue terrenis dictum intelligi: A fructu frumenti, vini & olei multiplicati sunt, vt sit sensus vituperationis, quod gratulentur in huiusmodi, & multiplicati sunt à terrenis diuitijs, sed nihilominus ecõtra venerabiliter accipitur, quod ex eo multiplicati sint, q̃ Christus tanquam granum frumenti cadẽs in terram, mortuum fuerit, & duo data spiritus sancti, de quibus iam sæpe dictum est, tanquam fructum vini, & olei. † Hæc vnitas, siue singularitas, quæ in isto Psalmo & in plerisque sanctorum loquitur, ipsa est, quam postulabat ipse Dominus Christus ipsa no-

& anima vna. In nõ credentibus varij & cõtrarij sensus.

Psal. 4.

Actor. 4.

Rom. 12.

Addo multiplicauerit

Ioan. 15.

Ioan. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa nocte qua tradebatur: Pater sancte (inquit) serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnũ sicut & nos. Item: Non pro his rogo tantũ, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, &c. quę ita finiuit, vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis, quã videlicet dilectionem, non aliud quàm spiritum sanctũ oportet intelligi. *Ioan. 7.*

Iterum quo hac dicit vnitas: Dedisti lætitiam in corde meo, & quod vbi spiritus sanctus inhabitat illic sempiterna sit & inenarrabilis lætitia.

CAPVT XVI.

Lætitia patris, & filij & spiritus sanctus est.

OVtinam quoniam non vacat, neque propositum est per singula discutere, quæ hic dicta sunt ab hoc vno, saltem vnius dicti huius sensum penetrare liceat, quod dixisti: Dedisti lętitiã in corde meo. Sed quis penetrare possit, nisi qui eandem lætitiam accepit? hoc interim scire & dicere possumus, quia lætitia hæc spiritus sanctus est. Planè spiritus sanctus, sicut lumen vultus Domini, sic rectè dicitur, & est lætitia patris & filij, vbi spiritus sanctus inhabitat, illic sempiterna & inenarrabilis est lætitia, nec aliud quàm ipsa est lætitia quam importat. Dauid ipse, per quẽ hæc dicta sunt, lętitiam istam expertus fuerat, etenim pleno cornu acceperat, sicut scriptũ est: Imple (ait Dominus ad Samuelem) cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethleemitem, prouidi enim in filijs eius mihi regem. Tulit igitur Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius. Et directus est spiritus Domini in Dauid, à die illa, & in reliquum. Veruntamen ad horam sibi lætitiam hanc diminuit, & (vt verbis vtar Apostoli dicentis: Et nolite contristare spiritum sanctum Dei) tunc spiritum sanctum ipse contristauit, quando in Vriam Ethæum peccauit. Quod sciés ipse & sentiens: Reddet, inquit, mihi Deus lætitiam salutaris tui. Sciunt sancti homines, quorum pectora sunt habitacula spiritus sancti, quomodo fiat illud, quod Apostolus fieri non vult, dicens: Et nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Est enim quidam tactus eiusdem spiritus S. quo interdum sensibiliter hominem tangit, dum vult eum suscitare ad operandum, vt non negligat gratiam quã ipse cõtulit illi. Qui si mente quieta tunc incedit, aut in secreto secum est, siue somno indulgens pro tempore, siue peruigil: blandum vtique & suauissimum tactum illum persentit, tanquã familiarem appellationem præsentis amici. Quod si aliter est, si verbi gratia, festuca irruens mentis oculum turbauit, & per hoc nondum satis fecit: tunc ille tactus & tardior accedit, & asperior est sensui, ita vt dicere conscientia non dubitet: Eccè contristatus est spiritus sanctus Dei. Quantò magis contristatus fuerat spiritus domini, & dicere habebat Dauid: Redde mihi lętitiam salutari tui, propterea quia venit peregrinus, scilicet diabolus, à regno ciuitate dei longè alienus ad diuitem Dauid, & ille parcens sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad se. *Ephe. 4. 2. Reg. 12. Psal 5. Ephe. 4.*

1. Reg. 6.

2. Reg. 12.

Admiratio quam sapienter signatus fuerit liber, donec illum agnus aperiret, & de eo quod dicit beatus Iob, qui commouet terram de loco suo, qui præcipit soli, & non oritur, & stel las claudit quasi sub signaculo.

CAPVT XVII.

ECcè dum in hoc quasi magnæ domus vestibulo, & perspecto fronte splẽdore, similem imò, & maiorem, & interiori amplitudine prospicimus claritatem sancti nominis tui trinitas Deus, quam adoramus, cui cum isto Psalterio psallimus, admiramur quam sapienter signatus fuerit liber, antequam agnus illum acciperet, & signacula eius solueret, & quam fortiter etiam nunc teneatur clausus illi qui propter incredulitatem suam intus legere indignus est. Et reuera quam sapienter cautũ est, vt non diceret in istis maioribus, quod dicere solent Prophetæ in maioribus: Hæc dicit Dominus Deus exercituum, eccè ego adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel, ait Dñs. Hæc dicit Dñs Deus exercituum, Deus Israel, bonas facite vias vestras & studia vestra. Quis enim tũc portare posset, vt iste similiter loquerentur in istis maioribus. Exempli gratia, vt diceret: Hęc dicit dominus Deus exercituũ, Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti. Hæc dicit dominus: Foderunt manus meas, & pedes meos. Hæc dicit dominus. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Benè ergo liber signatus est, omissis eiusmodi dictionibus, & sacramenta importabilia dicturus, iste primus assumpsit personam eius, de quo loquebatur, vt interim negligenter attendẽtibus, de semetipso loqui videretur, cũ in eo loqueretur Messias, id est, Christus. Quem & sæpius nominat verbum quã filium, quatenus eiusdem trinitatis abscondat sacramentum, vt illic. Verbo Domini cælo firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Cuius verticuli longè superius mentionem fecimus, cùm de angelica creatura loqueremur. Hoc (inquam) admiramur, & in ipsa admiratione, quæ tanta est, vt ad eam explicandam nul- *Lib. sapientiæ signatus ante aliud tuũ Clarissi. Apoc. 5. Hier. 5. Idem 7. Psal. 12. Psal. Psal. 86.*

Iob. 6.

dam nullus sermo noster sufficere possit, eccè opportunè quasi post tergum vocem audimus beati Iob dicentis. Sapiens corde est, & fortis robore. Quis resistit ei, & pacem habuit? Qui transtulit montes & nescierunt hi quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutientur. Qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. Hanc vocem audiuimus, dum in contemplatione claritatis, quæ in Psalmis lucet, stantes miraremur. Quinam sunt montes quos transtulit Deus, pro quorum translatione & sapiens corde, & fortis robore meritò prædicetur? putas ne Apostoli, de quibus rectè intelligitur dicens alibi. Et transferentur mõtes in cor maris, id est, in mediũ gentiũ trãsibunt à Iudæis. Et quidem montes ipsi, sed non soli quos Deus transtulit. Moyses quoque & iste Dauid, & omnes prophetæ montes sunt, non pro vlla mole corporum suorum, sed pro eminentia scripturarum, quas inspirãte spiritu sancto scripserunt. Quomodo vel vnde, & quo montes istos transtulit Deus? Nimirum dando genera linguarũ transtulit eos, id est, scripturas eorum per interpretes suos de vna lingua hebraica, in græcam & latinam. Factum est mirabili iudicio, vt legant & sciant omnes gentes, nesciant autem hi, quos subuertit in furore suo, scilicet Iudæi, penes quos eædem scripturæ cõditæ sunt, quorum propter perfidiam excæcauit oculos. Nec solummodo ita subuertit, verũetiã in omnes gentes captiuos dispersit: ita vt iã non sit eis propheta, neq; princeps, neque dux. Hoc benè intelligitur in eo quod protinus ait: Qui cõmouet terram de loco suo, & columnæ eius concutientur. Statimque subiungit: Qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. Habent enim, & secum captiui baiulant scripturas legis & prophetarum & Psalmorum: Christũ autem non habent, in quem omnes scripturæ tendũt. Et quid est habere † scripturarum intentionẽ: nisi quodammdo habere cælum, & non habere solem? Et quid est legere & nolle intelligere prophetas: nisi quasi sub signaculo clausas continere stellas? Hoc Deus idcircò præcipit, quod soli iste non oriatur illis, & huiusmodi stellas idcircò quasi sub signaculo claudit, quia cæcitas eorum non tam ex ignorantia descendit, quàm ex inuidia: propter & quod præcepto huic, quo præcepit soli vt non oriatur illis, securè, imò & laudabiliter concedimus, dicentes cum Psalmista, ex ipsius persona: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorũ semp incurua. *Iob. 9. Psal. 45. Addo, scripturas, & nõ habere. Psal. 86.*

De eo quod Salomon dicit: Quis suscitauit omnes terminos terræ, quod nomen est eius, & quod nomen filij eius si nosti: itemque, væ soli quia cùm ceciderit non habent subleuantem, & cætera: post quæ subiungit, funiculus triplex difficilè rumpitur.

CAPVT XVIII.

SAlomon filium Patris sic manifesta voce expressit, vt dissimulare nõ pos int supra dicti veritatis inimici, qui in vnitate diuinitatis personarum distinctionem audierint. Ait enim: Quis ascendit in cælum? aut quis descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit aquas quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos terræ? Quod nomen est eius? & quod nomen filij eius si nosti? Statimque subiungit: Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se. Quod idẽ est, ac si apertius diceret: Nomẽ filij eius verbum est, & ab hoc fonte manans omnis sermo Dei: quem locuti sunt sancti homines, spiritu sancto inspirati: protegit inspirantes ad se, sicut sperabat ille qui dixit: Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Idem Salomon volens nunquam esse hominem absque societate, sine meditatione sermonis Dei, dixit: Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet? & si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. Statimque subiunxit: Funiculus triplex difficilè rumpitur. Quæ sententia, nónne secundum scripturam supra memoratã stella est quasi sub signaculo clausa? Esto enim vt quispiam illorum qui secundum sensum eiusdem Salomonis dicunt: Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum, non didici sapiẽtiam, & non noui scientiam sanctorum, ita sit homo idiota & sine literis, vt non possit habere meditationem sermonis Dei, & dormire cum illo dormitione illa, de qua in Canticis: dilecta, ego, inquit, dormio & cor meum vigilat? At saltem memoriter possunt tenere nomen Domini in quo signatus est, nomen patris & filij & spiritus sancti. Planè hic est funiculus triplex, qui difficilè rumpitur. Dormiat ergo cum nomine isto, & non erit solus. Non dixit de istis duobus loquens, nunquam cadet vnus ex istis duobus, sed dixit, si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Non inquam, dixit, funiculus triplex, nunquam rumpitur, sed dixit, funiculus triplex difficilè rũpitur. Non enim nunquam contigerit, vt is quĩ habet dilectionem siue meditationem nominis Domini, cadat, oblitus ad horam triplicis de quo pendebant funiculi. Nam & Dauid cecidit, sed cùm ceciderit, resurget, reparata virtute per inuocationem eiusdẽ nominis *Prou. 30. 2. Petr. 1. Psal. 118. Eccl. 4. Prou. 30. Cant. 5. Eccl. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominis Domini, atque ita fit quod hic dixi: & si quispiam prævaluerit contra vnũ, duo resistunt ei. Hinc & alibi dicit. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Substantia diuitis, vrbs roboris eius, & quasi murus validus circundans eum. *Prou. 18.*

Tria esse, scilicet fidem, spem, charitatem, per quæ homo perducitur ad similitudinem Dei, iuxta propositũ eius dicentis. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & secundum hæc tria feciſſe Salomonem tres libros, Parabolas, Ecclesiasten. Cantica Canticorum.

CAPVT XIX.

Gen. 1. TRia sunt per quæ perducitur homo ad Dei similitudinem, iuxta propositũ eius dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hęc tria sunt, fides, spes, charitas. Nam ad imaginẽ Dei homo creatus est, in eo quod rationalis est. Porrò ad eiusdem creatricis trinitatis peruenit similitudinẽ habẽdo tria hęc, fidem, spem, & charitatem. Secundum hæc tria, Salomõ tres fecit libros, scilicet librũ Parabolarum siue prouerbiorum, Ecclesiasten, & Cantica Canticorum. Librum quippe Prouerbiorum scripsit ad instruendam fidem. Ecclesiasten ad corroborandã spem, Cantica Canticorũ ad dilatandam charitatem. Et omnis quidem scriptura diuinitus inspirata in hoc ipsum tendit, sed in isto trium librorũ ordine hoc maximè delectat intueri, quia secundum ordinem harum virtutum trium sunt compositi siue dispositi, scilicet fidei, spei, & charitatis. A quibus primus homo excidens, amisit gloriam similitudinis Dei, tali ordine, vt amitteret charitatem, non teneret spem, non haberet fidem. Primum namque exigebatur ab eo charitas Dei, in eo quod cũctis animantibus eum Deus dissimilem fecit. *Gen. 2.* Et quia non inueniebatur ei adiutor similis eis: Faciamus (ait) ei adiutorium simile sui, videlicet ad propagandam sobolem tam multam, tantæque beatitudinis, vti esset similes angelis, tulitque eum & posuit in paradyso voluptatis. Pro tantis beneficijs nullum rependit officium charitatis, nullam vocem gratiarum actionis. *Gen. 3.* Deinde spes ab ipso exigebatur in illa positione præcepti: Ex omni ligno paradysi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Sperare enim debuit homo rationalis, vt diceret: Si tanta Deus contulit gratis, nõne si præcepta obseruauero maiora dabit? At ille non in Domino sperauit, sed sibimet placens, quasi liber, & sicut Deus esse voluit. Nisi enim hunc tumorẽ intus habuisset, foris tentatus non tam facilè cederet. Fides ab illo exigebatur, dicendo: In quocunq; die comederis ex eo, morte morieris. At ille dicto huic fidem nõ adhibuit, imò serpenti magis credidit dicenti: Nequaquam morte moriemini, & voci malæ credulę mulieris, plus quàm voci Dei obediuit. Itaque verus ille Adam à charitate, spe, fide excidens, se & posteritatem suam defraudauit, & longè fecit à similitudine beatę trinitatis. Et econtra noster Adam reciprocis gradibus per fidem, spem, & charitatem nos reformauit, & ad eandem similitudinem Dei, & omnis (vt iam dictum est) scriptura diuinitus inspirata ad hoc intendit, maximè autem siue manifestius tres isti libri Salomonis. Quod vt demonstremus, libet aliquantisper immorari. *Primus homo charitatem spemq; & fidẽ perdendo perdidit similitudinem Dei.* *Nouus Adam nos reparauit.*

De eo quod ait in Parabolis: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, quod q; Dominus possedit me initio viarum suarum, &c. vsque: Cum eo eram cuncta componens, & In principio erat verbum, Omnia per ipsum facta sunt, vnum & eundem habeat sensum.

CAPVT XX.

PRæmissis paucis, quæ & ad captandam attentionem, docilitatem atque benevolentiam pertinent. *Prou. 1.* Primus est actus in parabolis, mundare animam per doctrinã moralitatis, quatenus accipere possit mysterium fidei, sic incipiendo: Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. *Ioan. 5.* Si dixerint: veni nobiscum, insidiemur sanguini, &c. Quæ diligenter quis attendens, citò animaduertit, hãc eius esse intẽtionẽ, quatenus mundetur vas à cœno peccati, siue ab amore seculi, vt possit pretiosam recipere substantiã fidei, aliter enim non potest fieri. Hinc ipse Dominus Iudæis dixit: Quomodo potest is vos credere, q gloriã ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis? *Matth. 12.* Quantò magis dicere poterat: quomodo potest is vos credere, qui insidiamini sanguini, & absconditis tendiculas contra insontem, & dicitis: deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendẽtem in lacum, omnem pretiosam substantiã reperiemus, iuxta illud: Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas? Et alibi Euangelista dicit: Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Quia ergo non est locus apertus fidei, nisi prius *Eph. 5.* vasa munda sint ab amore seculi, ab auaritia, quæ est simulachrorum seruitus, cæterisque vitijs criminosis, maximeque à prudentia carnis, quæ inimica est Deo, & ab æstimatione sapientiæ secularis, quæ magis gar-

Prou. 5. *Idem. 7.* gis garrula loquacitas, quã sapientia deberi nũcupari. Pulchrè ab huiusmodi prius reuocat filiũ quẽ vocare vult ad intellectũ fidei, eandẽ sapientiã seculi fugiendã esse clamans semel & iterum sub nomine meretricis, primo sic incipiens. Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo gutture eius. Et iterum sic repetens: Dic sapiẽtiæ, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, vt custodiat te, à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi, & cætera vsq;: Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea, viæ infert domus eius penetrantes interiora mortis. Et quæmiro modo, & in litera denotant mulieris meretricis odiosam procacitatem, & in mysterio maximè detestantur ambitiosam atque ventosam mundanæ sapientiæ loquacitatem. Tunc demum semetipsam credẽs *Prou. 8.* à quibus audita est, & quorum ad quisiuit beneuolentiam, iterum exclamans inter cætera dicit: Audite quoniam de rebus magnis locutura sum, & aperientur labia mea vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum. Quibus de rebus magnis loqueris? *Prou. 9.* Quæ recta, quã veritatem prædicabitis. Dominus (ait) possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis, antequã terra faceret. Quando præparabat cælos aderã, & cætera vsq;: Nunc ergo filij audite me. Paucisq; interpositis ait: Sapientia ædificauit sibi domũ, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum & proposuit mensam. Non res istæ, res eadẽ sunt quas Ioannes Euangelista voce clarissima manifestius enunciauit, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis? Paululum voces siue nomina & verba differunt, sed res eædem sunt. Hic sapientia, *Ioan. 2.* illic verbum. Hic initiũ viarum, illic principium. Hic ergo sapientia concepta erat, illic non factum est, sed erat verbum, ait Euangelista. Hic cũ eo eram, inquit, cuncta componens, illic dictum est: Verbum caro factũ est, omnia per ipsum facta sunt. Hic taliter dictum est: Sapientia ædificauit sibi domum, illic dictum est: Verbum caro factum est, & ipsam carnem verbũ incarnatum, suum nominat templum. Hic taliter dictum est: Excidit columnas septẽ, illic certum est, in templo corporis dominici habitare septem spiritus. Hic taliter dictum est: Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam, illic taliter factum est, sicut experti sumus, & experiuntur omnes, qui propriũ corpus suũ tradidit in mortem & in commemorationem mortis eiusdẽ, quotidie proponit nobis panem & vinum, corpus & sanguinem suum.

Quod secundum similitudinem fessi viatoris frequens intercisio librorũ fessum releuet animum scribemis.

CAPVT XXI.

TAnquam fessus viator residere, & hũc librum finire compellor, similis illi, qui in itinere mansionem fortè propositã habuit, putas esse locum vicinum quo peruenire posset ante solis occubitum, & esse iter vnius diei, quod erat duorum vel triũ dierum, ferè sic mihi contigit, dum quærens quandam imaginationem sanctę trinitatis in isto speculo trium virtutum, fidei, spei, charitatis: misi pedem mentis, & cursum linguæ in tres libros Salomonis, putas quod propositum meum breuissimo possit cursu peragi. Ecce autem video quia non tã breuiter fieri potest, alioquin offendam quemlibet iudicem sapientem, boni sermonis probatorem, vt bono sapore propositionis nostræ allectus, nec plena copia saturatus, & idcircò magis irritatus, stomachetur & dicat contra me tale quid, vt est illud: Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Quapropter similis, vt iam dictum est, illi, qui desperans ad propositam peruenire mansionem, accumbit in medio itineris, reseruabo quod viæ reliquum est futuro diei, faciamque hic iam finem præsentis libelli, ne antecedentibus multò prolixior fit, sanctũ inuocans spiritum, cuius solennitas annua nunc recurrens nos in laudem sui aduentus excitat, & ũc quoquo tanquam fluminis impetus ciuitatẽ id est, ecclesiam Dei lætificat, quatenus ipso duce viator iste quo tendit, illuc perueniat: vnam (inquiens) petij à Domino, vt hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meę, vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius. *Similitudo authoris ad viatorem.* *Psal. 41.* *Psal. 26.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS. LIBER VII.

Item de thesauro fidei, spei, & charitatis, in tribus libris Salomonis, quod super illo quidem thesauro sapientiæ gaudendum sit: formidandum autem, quod vir tam sapiens cecidit, vel cadere potuit.

CAPVT I.

GAudeamus quoq; in ista parte agri super inuentione thesauri, in istis tribus libris Salomonis, super consideratione horũ triũ, fidei, spei, & charitatis, per quæ reformatur homo ad quandam similitudinem beatæ trinitatis, quá, vt superius dictum est, perdidit in Adam permanente proposito eius dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Gaudemus (inquam) sed gaudium nostrum offendit, & turbat recordatio non suauis recordatio ruinæ tanti viri, quod tantæ sapientiæ sacrarium intantum ruit, vt propter amorem mulierum seruire posset dijs alienis, iam senex, sicut scriptura dicit: Cũque iam esset senex, deprauatũ est per mulieres cor eius, vt sequeretur deos alienos. Quid enim? Nónne formidabile nobis reddit iudicium Dei recordatio tanti, tamque sapientis viri, tam horribiliter in senectute sua deprauati? Et quidẽ est opinio quorundam consolabilis, quod pœnitentiam egerit, & post pœnitentiam libros istos fecerit, sed nihilominus terrorem facit talibus casus iste, quo tanta columna ruit, quia videlicet non postquam ruit senex: sed antequam rueret, tantam sapientiam iuuenis accepit, dicente ad eum Domino: Eccè feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, intantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Quid ergo dicere possumus hic? Reuera nihil nisi tale quid, vt est illud Apostoli: Quàm incõprehensibilia sunt iudicia tua, & inuestigabiles viæ Domini, & humiliari siue curuari sub eo, sub quo curuantur, vt ait beatus Iob, qui portant orbem, quia & si quid intelligimus de altissimo, quis isto sapientior?

Casus Salomo. iam sẽ nis merito nos omnes terret.

3. Reg. 11.

3. Reg. 3.

Rom. 11.

Iob. 9.

De, coæternitate patris, vel filij, secundum hæc verba Sapientiæ: Antequam quicquam fieret, ego iam concepta eram, & cætera, & de incarnatione eiusdẽ sapientiæ, secundum hac verba: Sapientia ædificauit sibi domum, & reliqua.

CAPVT II.

QVomodocunque cum filio actum sit, vbicunque tale lignum ceciderit, quẽadmodum dicit: Si ciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ciderit, ibi erit. Qualiscunque in extremis fuerit, & nunc vbicunque sit, nos scimus & sapimus, quia bonus est fructus ligni huiusmodi, multum valens ad vitam fidei, ex qua iustus viuit. Claro quippe nomine sapientiæ dicentis: Ab æterno, & ex antiquis ordinata sum, & antequam quicquam fieret, ego iam concepta eram, & ante omnia ego parturiebar: filium Dei coæternum Deo patri astruit, & istud credere exigit ipsa sapientia ab omnibus filijs quos recipit, dicens post hæc. Nunc ergo filij audite me, & cætera, vsque: Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam, omnes qui me oderunt, diligent mortem. Hæc enim, quæ omnia perscribere longum nimis visum est, antequam & patri coæternam Iesu Christi filij Dei diuinitatem sonant, quod ante omnia secula & absque initio natus sit, & illa quæ continuò sequuntur: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, & cætera quæ superius prælibauimus, de incarnatione eiusdẽ verbi mysticè dicta sunt. Verè ergo: Qui autem, inquit, in me peccauerit, lædet animam suam, siue (vt loquar) & omnes qui me oderunt, mortem diligunt. Hæretici enim sunt. Et quis ita diligit mortem, & diligendo mortem lædit animam suam, siue (vt loquar secundũ Dauid, qui Salomonem præcesit) quis ita diligendo iniquitatem, odit animam suam, sicut hæreticus & Iudæus, qui tam cupidè, tam diligenter se exercet in contentione verborum, quatenus rationabiliter videatur astruere, quod Christus ex Maria initiũ existendi habuerit, & quod de semine Ioseph conceptus fuerit? Sunt autẽ inexcusabiles, q; sicut habet hic sacræ literæ series, domina sapientia, postquam ædificauit sibi domum, immolauit victimas, & miscuit vinum, & proposuit mensam misis ancillis suis, vt vocarent ad arcem & mœnia ciuitatis: non solùm dixit, si quis est paruulus, id est, humilis, veniat ad me, verum & incipientib. locuta est: Venite & comedite panem meum, & bibite vinũ quod miscui vobis. Relinquite infantiam & viuite, & ambulate in vijs prudentiæ. Sed quid sequitur? Qui erudiuit derisorem, ipse sibi iniuriam facit. Et quiarguit impium, generat maculam sibi. Nónne hoc expertæ sunt illæ ancillæ, quas domina sapientia misit? Voluerunt erudire derisorem, scilicet populum Iudaicum, & hanc sibi iniuriam fecerunt, quã legimus, & quam eadem sapientia prædixit: Eccè ego (inquit) mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occideris & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem. Voluerunt arguere impium, videlicet cœtum pharisaicum, & hanc maculam generauerunt sibi, quam abhorrent oculi nostri, quia blasphemauerunt spiritum sanctum, qui loquebatur in eis, sicut in Actibus Apostolorum habemus. Exempli gratia: Et cõtradicebant his, quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Quid ergo sequitur? Noli (ait) arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem & diligette. Et hoc ita fecerunt, vt dicerent: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, eccè conuertimur ad gentes, Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. Curiosè hoc agebant Iudæi, dicendo: quod signum tu facis? quod operaris? & idcircò denotantur nomine derisoris, similes Herodi illi, qui Dominũ Iesum videre volebat, sperans sibi signum aliquod ab eo fieri. Diligenter autem Græci sapientiam quæsierunt, & inuenerunt, & dilexerunt, & ad arcem, siue ad mœnia ciuitatis eius vocati venerunt, & eccè de mẽsa eius comedunt, & vinum eius bibunt, & hoc modo iustificata est sapientia à filijs suis, quia nec sapientem, id est, beneuolum auditorem docere neglexit, nec derisorem ita præterijt, vt de ignorantia possit excusari.

Ecclꝛ. 11.

Abac. 2.

Rom. 1.

Prou. 8.

Hæretici dilligunt mortem.

Psal. 10.

Hæretici inexcusabiles

Prou. 9.

Matth. 23.

Actor. 13.

1. Cor. 1.

Ioan. 6.

Luc. 23.

De his quæ sequuntur in eodem libro Prouerbiorum, quomodo ferè totus sermo, quasi in conflictu sit per oppositionem iusti, & impij, sibi inuicem aduersantium, & compugnantium, secundum quod ait ipsa incarnata sapientia: Non veni pacem mittere, sed gladium.

CAPVT III.

Liber prouerbiorum per antithetaiusti & impij.

ECcè (vt arbitror) ostium apertum, & intelligentia clarificata est in istam amplitudinem, siue multitudinem Prouerbiorum Salomonis. Quantum enim, quàm mirabile spectaculum hic habes quicunque attendis: quantus hic est in cursus, quantus conflictus sermonis sapientissimi, consistens in oppositione duorum sibi inuicem aduersantium, iusti & impij contra se inuicem compugnantium, per antitetha horum ferè totus liber decurrit: Filius sapiens lætificat patrem, filius verò stultus mœstitia est matri suæ. Non proderunt thesauri impietatis, iustitia verò liberabit à morte. Non affliget Dominus fame animã iusti, & insidias impiorũ subuertet. Sic incipientẽ opponere oppositiones tã multiplices iusti & impij, siue sapientis & stulti, specta oculis intentis, & tunc demum in hoc spectaculo oppido delectaberis, si certos noueris terminos iusti & impij, siue iustitiæ & impietatis. Quænam est iustitia nostra, nisi fides nostra? siue quis est iustus, nisi qui credit? Nam iustus (ait scriptura) ex fide viuit. Nimirum infidelitas econtra iniustitia est, & infidelis derisor iusti impius est. Pulcherrimum ergo hic est post ædificationẽ domus, quá p incarnationis mysterium sapientia sibi ædificauit, in cunctis diuisionibus sine oppositionibus libri huius, illum intelligere gladium, de quo ipsa sapientia incarnata dixit: Non veni pacem mittere, sed gladium. Extunc enim maximè, & multò plus quàm eatenus, iusti & impij, siue sapientes & stulti contra semetipsos diuisi, ex suis studijs contrarijs manifesti facti sunt. In qua nimirum rationabili consideratione illud quoque non minimè delectat, quod in intio talium oppositionum prius oppositæ constituntur. Hinc sapientia mater iustorum, & illinc stultitia mater impiorum. Ait enim: Principium sapientiæ timor Domini, & scientia sanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Statim q; subintulit: Mulier stulta & clamosa, plenaq; illecebris, nihil omninò sciens, sedit in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes viam, & pergentes itinere suo. Quis est paruulus? declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquę furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Nomine stultæ mulieris, sine dubio denotat, pcacẽ, nimisq; loquacẽ, imò & fallacem sapientiã seculi, excellentẽ se aduersum sapientiam Dei, ex quo tempore, maximè illa domum (sicut iam supra dictũ est) sibi ædificauit, & immolatis victimis suis, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & mœnia ciuitatis. Vtriusque filiorum fines, scilicet filiorum sapientiæ, & filiorum stultitiæ, quàm diuersi, immò quàm contrarij fuerint vel sint, sequẽtis libri ferè tota series

Prou. 1.

Matth. 10.

Sapientia mater est iustorum, stultitia mater impiorum.

Prou. 9.

Fines diuersi iustorum & impiorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

declamare intendit, per antitheta (sicut iá dictum est) huiusmodi filius sapiens lætificat patrem, filius verò stultus mœstitia est matri suæ. Leuemus in directum oculos nostros per omnem mundum, siue in fines orbis terræ, quo exiuit sonus Apostolorum, vbi fusus est sanguis martyrum, vbicunque voce & literis decertauit sapientia patrum orthodoxorum pro gloria domus, quâ sibi sapientia ædificauit, septemque eius columnarum contra stultitiâ Iudæorum, aduersus impietatem paganorũ, & contra nequitiam hæreticorum, & palâ est, quia experimentis horum, quæ ad hoc dicuntur per tot oppositiones sententiarum, omnia plena sunt.

Prou. 10.

Item de oppositione iusti, videlicet ex fide viuit, & impij, id est, fidem nõ habẽtis, & qualis secundũ eundem librum parabolarum finis vtrorũ sit.

CAPVT IIII.

PRopositi nostri memores hic iterum dicemus, quia liber hic parabolarum, siue Prouerbiorum instruit fidem, sequés Ecclesiastes roborat spem, tertius Sirasirim, id est, Cantica Canticorum, † delectat charitatem, per quæ tria reformatur homo ad similitudinem illam, quam proposuit trinitas, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et manifestè necessaria est ad æternam salutem fides, istud confidens, quia sapientia quę hic loquitur: Cum Deo eram cũcta componens, increata est, & nunquam non fuit: & nihilominus istud sciens, quod eadem sapientia domum sibi ædificauit. Quę alium non habuit sensum, quàm hęc Euangelistæ dicta: In principio erat verbum, omnia per ipsum facta sunt, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Qui hæc fideliter corde credit ad iustitiam, & ore confitetur ad salutem, ipse est filius sapiens qui lętificat patrem, filius quẽ iustitia liberabit à morte, cuius animam non affliget Dominus fame, cuius manus diuitias parat, & congregat in messe, cuius super caput benedictus Domini, cuius memoria cũ laudibus, cuius os vena vitę, cuius in labijs inuenitur sapientia, cuius fides substantia diuitis & vrbs fortitudinis est, cuius opus ad vitam, cuius lingua argentum electum, quem benedictio Dominidiuitem facit, nec afflictio sociabitur ei, huic dabitur desiderium suũ, & erit quasi fundamentum sempiternum. Nam econtra impius, qui propter hoc ipsum dicitur, & est impius, quia non habet, immò & odit & persequitur hanc iustitiam fidei, quasi tempestas transiens non erit, & anni eius breuiabuntur: & õmnia quę copiosissimè ex scriptura prosequitur, super eum complebuntur, quorũ in hoc libro nouissimum est illud dictum de Antichristo principe stultorum siue impiorum. Et qui stultus apparuit, postquam eleuatus in sublime, si enim intellexisset, ori imposuisset manum.

forte dilaxat.

Prou. 8 Ioan. 1. Rom. 10. Prou. 8. Filius sapiens quis dicitur.

Prou. 30. Cõsummatio laudis iustorum in tribus similibus.

In tribus illis, quibus istud de vno oppositum est, consummatio est laudis iusto rum, dum dicit: Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum, in quo ipsum intelligimus Christum. Et gallus succinctus lumbis, qui est omnis ordo prędicatorum. Et aries, nec est rex qui resistat ei, in quo intelligimus prælatos omnes, qui benè præfuerunt, vel præsunt Ecclesijs Christi, quorum fidei fortitudinem nullus persequutor vincere potuit, nec ille poterit, qui postquã (vt iá dictum est) eleuatus fuerit in sublime, stultus apparebit, in quo consummatio est vituperationis impiorum.

Item de fide, quod ipsa sit mulier fortis, de qua in fine eiusdem libri scriptum est: Mulierem fortem quis inueniet, procul & de vltimus finibus pretium eius.

CAPVT V.

Prou. 31.

IOcundum sit tibi eloquium meum trinitas sancta, suauis tibi sit laudatio mea, ô sanctę trinitatis similitudo, trina virtus, fides, spes, & charitas. Gustauit & vidit anima mea, quia bona est negotiatio tua; iamque propero ad exitum libri huius Prouerbiorum, in quo (vt iam semel & iterum dixi) documenta sunt fidei, quasi per viam istam lucem aliquam intelligentiæ Deus mihi sparserit, & aliquid iuxta propositũ de profundis istis elucidauerim, & intrare cupio in concionem, vbi concionator sedet Ecclesiastes, habens coronam spei, scilicet librum, in quo sedens sapientissimus rex concionatur super iuuenes & adolescentes, illud maximè insistens comprobare quod adolescentia, & voluptas, & cuncta horum instrumẽta vana sint, timor autem Domini, & obseruatio mandatorũ eius, sit omne esse hominis, quemadmodũ dicit in fine eiusdem huius voluminis: Deũ time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Sed quid agam, tenet enim pedem mentis hic in exitu Prouerbiorum digna laudatio cuiusdam mulieris magnæ & memorabilis, q̃ hoc modo incipit: Mulierẽ fortem quis inueniet? procul & de vltimis finib. pretium eius, confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Quænam rogo est ista fortis mulier? Scimus quidem qa sancta ecclesia est. Sed quęrimus adhuc.

Argumentum libri Ecclesiastæ.

Ecele. 12. Prou. 31.

Mulier fortis Ecclesia est per fidẽ.

Quæ

Quæ causa hæc efficit, quod tot seculorum generationes, tot hominum, siue animarũ multitudines dicantur vna mulier, & vna sit ex omnibus Ecclesia, Deum habens virum, cuius cor cõfidat in ea? Quid (inquã) est illud, per quod istud efficitur, nisi vna fides? Denique sicut in Ecclesiaste dictum est, & supra meminimus: Deum time, & mãdata eius obserua, hoc est omnis homo, ità rectè dicas, vnam fidem Catholicam tene, hoc est enim omnis Ecclesia. Sic ergo hic legamus, & intelligamus laudationem fortis mulieris, vt veraciter ladationem fidei, quia nimirum secundum fidem vniuersa Ecclesia (sicut iam dictum est) vna mulier dicitur, & vir eius, qui laudat eã, cuius cor in ea confidit, ipse est dominus Deus. Quis hoc inueniet? Denique Ecclesiam toto orbe diffusam, nemo est qui nõ inueniat, nisi talis sit, qui oculos claudat ne videat. fidei autem secretum pauci sunt qui inueniant, nec enim aliter inuenitur, vel agnoscitur, nisi per spiritum S. Propterea dixit: quis inueniet? & protinus nobis dignam admirationem facere volens, ait: Procul & de vltimis finibus prætium eius. Hoc intelligens Paulus Apostolus dixit: Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. O quàm procul est substantia hæc, de qua vltimis finibus argumentum hoc profertur, quod nõ apparet, neque videtur, tam multis interiacentibus montibus, siue collibus eorum, quæ videntur. Exempli gratia, Patres insunt ex illis (ait Apostolus) tanquam syderа cæli in multitudine, & sicut harena quæ est ad oram maris innumerabilis, iuxta fidem defuncti sunt omnes, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & cõfitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram. Nobis quoque, qui pro tempore quidem viciniores rei sumus, sed tamen rem ipsam nondum videmus. Petrus Apostolus loquitur: Inueniamini in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi, quẽ cùm non videritis, diligetis: in quem nunc quoque non videntes, creditis, credentes autem exaltatis. O igitur quàm procul (vt iam dictum est) & de quàm vltimis finibus pretium mulieris huius, pretiositas Ecclesiæ huius, fides operatricis huius, aspicientis nõ ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur.

Quid est fides.

v. Pet. 1.

Item pro dignitate eiusdem fidei, quomodo dictum sit: Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit, reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitæ suæ.

CAPVT VI.

QVid proinde illi? Qualem meretur gloriam in conspectu Dei? ait. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Manifestè dictum, venerabiliter audiendum, deus excelsus & immẽsus vir est cõiugis huius scilicet fidei, & in ea cor eius confidit. Quomodo confidit? Eo nimirũ modo, vt secreta sua non dubitet ostendere huic. Plus dicam secundum authoritatem scripturæ, quia secreta sua non potest abscondere huic. Sic enim locutus est ad Abraham, in quo inuenerat fortem mulierem istam, fidem istam. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum? Scio enim quod præcepturus sit filijs suis, & domui suę post se, vt custodiant viã Domini. Magna confidentia tanti viri pro constantia constantissimæ coniugis, vt ei secreta sua celare non possit. Sed consideremus adhuc vehementiam dictionis, quia non dixit: Confidit in ea vir suus, sed confidit in ea cor viri sui. Denique vtiliter perpendi tur dilectio hæc, maximè si non ignores vbi, quando & quali facto sententia talis comprobata sit. Etenim quidem in omnibus sanctis Patriarchis & prophetis hoc experta est fides, quod Deus vir suus in ea confideret: ostendit enim illi secreta sua, quæ & ipsa per os eorum, & eloquta est sapienter, & signauit prudenter & fortiter. Sed est locus, & fuit tempus, de quo veraciter dicas, non solùm ita confidit in ea vir suus, verũ quod vehementius sonat, & profundius penetrat intima mẽtis, cõfidit in ea cor viri sui. Vbinã hoc inuenis? Profectò in anima sanctę Marię virginis Ibi fides experta est, cp de semetipsa hic audiuit, cõfidit in ea cor viri sui: etenim ibi vir suus ei cor suũ aperuit. Quali apertione? Planè magna & ineffabili, vt faceret in ea cor viri huius illud, cp prædixerat per os Dauid: Eructauit cor meũ verbũ bonũ, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribę, velociter scribentis. Ita cor suũ illi aperuit, vt ipsam substantiã verbi ęterni in corde suo cõcepti, de corde suo ante secula geniti, mitteret in mentẽ, & in vterũ virginis valdè fidelis, quæ per ipsam fidẽ, de qua nunc sermo est, tanta diuina mysteria, angelo narrãte cõcepit, Deũ enim castis viscerib. suscepit, & benedicta in æternũ nobis & hominẽ. † O igitur sancta fides, quã verè de te sermo hic: Cõfidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Quibus vel qualib. spolijs, nisi eloquijs Dñi, eloquijs viri sui: Sic enim per os Dauid ipsa dicebat: Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Ergo spolijs nõ indigebit, id est, sua eloquia vir tam familiaris intelligibilia facit cognitæ sibi fidei, certus de eo quod protinus sequitur. Reddet ei bonum, & nõ malum omnibus diebus vitæ suæ. Non est

Confidit in ea cor viri sui.

Gen. 18.

Vehemẽtia dictionis.

Fides Mariæ maxima.

Psal. 44.

Psal. 118.

† Addo, gemit. Spo- lijs nõ indi gebit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim hæc ſicut illa ſuperius infamata mulier ſtulta & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omninò ſciens: mulier (inquam) non fortis, imò cótraria forti mulier huic. Eſt enim impia hereſis, & ipſa reddidit (ſicut Iudaica perfidia, ſiue ſynagoga Sathanæ) malum & non bonum, omnibus diebus vitæ ſuæ, ſemper enim veritati reſiſtit dura ceruice.

Prou. 31.
Prou. 9.
Apoc. 2.

Quod vel quale bonum reddat fides, ſiue Eccleſia fidelis, vt meritò confidat in ea cor viri ſui, ſecundũ alphabetum Hebraicum, cuius ſingulæ literæ ſingulis verſibus præfixæ ſunt.

CAPVT VII.

Alphabetũ Hebraicũ.

QVod vel quale bonum reddidit ſiue reddit fides, ſiue Eccleſia fidelis, vt meritò confidat in ea cor viri ſui? Interrogemus hoc alphabetum Hebraicum, cuius ſingulæ literæ ſingulis verſibus præfixæ ſunt, Aleph, Beth, Gimel, Daleth, He, Vau, Zain, Heth, Teth, Iod, Caph, Lamed, Mẽ, Nun, Samech, Ain, Phe, Zade, Coph, Res, Sin, Tau. Iſtæ ſunt viginti duæ literæ Hebraicæ, quibus apud eos omnes ſcriptura contexta eſt. Quid ergo hoc nobis innuitur, quod ſingulæ literæ ſingulis præfixæ ſunt ſententijs, niſi quia omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, bonum eſt opus mulieris huius fortis, opus fidei quod viro ſuo reddidit. Non enim abſque ratione, ſed ꝑ magnæ rationis ſignificatione præſcribuntur, & in quibuſdam Pſalmis, & in Hieremiæ lamentationibus, & in oratione eius, & in iſto quoque fine Prouerbiorum Salomonis, ſingularum nomina literarum ſingulis ſententijs. Quam videlicet rationem promptum eſt agnoſci ex ipſorum nominum interpretationibus, quas interpretatus eſt vir illuſtris beatus Hieronymus. Hebraicæ linguæ peritus. Interpretatur quippe Aleph, doctrina: Beth, domus: Gimel, plenitudo: Daleth, tabularum: He, iſta: Vau & Zain, hæc: Heth, vita: Teth, bonum: Iod, principũ: Caph, manus: Lamed, cor: Mem, ex ipſis: Nun, æternum: Samech, adiutorium: Ain, fons: Phe, os: non ab oſſe, ſed ab ore: Zade, iuſtitia: Coph, vocatio: Res, caput: Sin, dentes: Tau, ſigna. Huiuſce interpretationes directam primo literarũ ponamus, & deinde ciuſdem literaturæ ſecundum ſenſum, qui in ipſa eſt, conſtructionem faciamus. Doctrina domus, plenitudo tabularum: Iſta & hæc vita bonum principiũ manꝰ cordis. Ex ipſis æternũ adiutoriũ, fons oris iuſtitiæ, vocatio capitis, dentium ſigna. Hæc eſt litera, quæ hoc modo cõſtruitur. Sancta ſcriptura, quæ eſt orãũ interpres viro ſuo Deo reddidit, ipſa eſt doctrina domus, doctrina Eccleſiæ, quæ domus Dei eſt. Ipſa eſt plenitudo tabularum, plenitudo legis, id eſt, decem præceptorum, quæ in tabulis lapideis digito Dei ſcripta ſunt. Iſta plenitudo, & hæc doctrina, quid ſunt niſi vita? Sermo Dei enim eſt, in quo viuit homo, quemadmodum dicit: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Ergo vita & bonum principium, ſubauditur vitæ æternæ. Hic enim principium eſt vitæ in ſcriptura ſacra, vt videamus & ambulemꝰ per fidem, non autem conſummatio, vt iam videamus facie ad faciem. Manus cordis, id eſt, operatio ſanctæ meditationis, hæc doctrina domus, hæc plenitudo legis. Exipſis æternum adiutorium. Quid iſto verius? Hic enim per ſacram ſcripturam diſcimus, quod in æternum ſciamus. Fons oris iuſtitiæ ſine dubio hæc ipſa ſcriptura nobis eſt. Hinc enim haurimus illud, quod ore ad ſalutem confitemur, & quod confitendo iuſtificamur. Vocatio capitis ipſa eſt ſancta ſcriptura nobis, quia per ipſam vocat nos ad ſe, caput Chriſtꝰ, vt membra eius effici mereamur. Dentium ſigna ſunt hæc omnia, quia non niſi dentibus, & plectro linguæ formata ſonant hæc elementa, vt legi vel audiri poſſit omnis ſancta ſcriptura, de tam paucis elementis tam multipliciter conſcripta.

Cur in quibuſdã Pſalmis & orationib. præponuntur literæ Hebraicæ.

Interpretatio literarũ Hebraicarum.

Sacra ſcriptura literarum iſta dõ cõſtruitur.

1. Cor. 13.

De admiranda fidei potentia, maximè in hoc dicto: Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.

CAPVT VIII.

INter cætera pulchræ huius laudationis capitula, quoniam cuncta pertractare noſtri propoſiti non eſt, etenim nimis lõgum eſſet, iſtud intactũ præterire non patior. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Denique ſunt & cætera quidem valdè ſplendida, & ſecundum Metaphoram prophetæ & fortiſsimæ mulieris multum ad rem, ſiue myſterium pertinentia, ab eo quod ait: quæſiuit lanã & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum, vſque ad id: Sindonem fecit & vẽdidit, ſed longè ſupra Metaphoram eſt id, quod ait: & cingulum tradidit Chananæo. Quid enim? Nunquid proba mulier, ſicut ſolet quærere lanam & linum, & operari conſilio manuum ſuarum, ſicut ſolet de longè portare panem ſuum, & de nocte, id eſt, manè ſurgere, ſolicita vnde det prædã domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis, ſicut ſolet inopi manum ſuam aperire, & palmas ſuas ad pauperem extendere, hiſque & alijs modis circa miniſteriũ frequens ſatagare: ſic ſoletetiam Chananæo cingulum tradere? Ergo hoc ſupra Methaphorã eſt. Diligentiam adhibemus, ſicut in cæteris, ita & in iſto intellectum quærimus, maximè propter illud quod dictum eſt in anterioribus

Prou. 31.

Cingulum tradidit Chananæo

rioribus parabolis. Acceptus eſt, regi miniſter intelligens, iracundiam eius inutiliſs ſuſtinebit. Dicimus itaque cũ voce grafortis Chananæo cingulum tradit, quotiés tiarum actionis, quia totiens hæc mulier præpotens fides quempiam, qui fuerat apud homines cõtemptibilis, altiſsimo deo regi magno acceptum reddit.

Prou. 14.

Chananęus quippe contemptibilis, imò & execratus Deo fuit, cùm adhuc eſſet in lumbis patris ſui Cham, dicente Noe: Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Item ſecundo: Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius. Itẽq; tertio: Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sẽ, ſitq; Chanaan ſeruus eius. Valdè ergo contemptibilis Chanaan, cuius ſeptem gentes ad introitũ filiorum Iſrael Deo iudice, terra euomere debuit, quod & fecit. Econtra fides valdè potens, & valdè nobilis, quæ Chananæo tali homini, vel cuilibet ſimili huic ſecundũ ignobilitatem ſeculi, cingulũ tradere potuit, vt præcinctus ambulet ob meritum fidei, quã ſuſcepit: filijs regni, qui fidem nõ habent iacentibus & diſcinctis, aut etiam in captiuitatem ductis. Quemadmodum dicit ſanctus Iob: Baltheum regum diſſoluit, & præcingit funerenes eorum. An non & Apoſtolus hoc dicit? Quæ ſtulta ſunt mũdi, ait, elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi: & contemptibilia elegit Deus, & quæ nõ ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret. Cuncta hæc & ſtulta, & infirma, & ignobilia, & contemptibilia, & quaſi non exiſtentia, rectè intelligis vno nomine Chananæi, quem domina fides & ſyndone ſua veſtire, & cui cingulũ provelle ſuo tradere potuit, & tradidit, & ſola hoc fecit, vt qui ſeculo inhonorus habebatur, honoratus incedat coram oculis domini, & in conſpectu quoque hominũ magnorum ſiue paruulorum, qui domeſtici ſunt eiuſdem fidei.

Gen. 9.

Leuit. 20.

Iob. 10.

1. Cor. 1.

Quomodo ad inſtructionem fidei pertineat ſequens liber Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum & omnia vanitas.

CAPVT IX.

HActenus à nobis habitus ſermo intẽtionem Prouerbiorum ſpectare demonſtrauit ad inſtructionem fidei, ex qua iuſtus viuit, nunc iuxta propoſitum demonſtrandum eſt, intentionem libri Eccleſiaſtes in eo eſſe, vt certam præbeat rationem ſpei, ſcilicet, in quo non ſperare, & in quo ſpem ſuam ponere debeat homo rationalis. Hoc facere ita incipit: Vanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole, ſubauditur, niſi vanitatẽ? Sic

Eccl. 1.

à ſole incipiens, quod pulcherrimum eſt opus creatoris, & excelſiſsimum cunctorum, ex quibus vita mortalium ſubſiſtit, & delicias parat ſibi, cũcta vanitatis arguit, & veraci vtiq; redargutione. Præterit enim (ait & Apoſtolus) figura huius mũdi.

1. Cor. 7.

Tria nomina hic Salomonis ad maiorẽ authoritatem libri.

Nec ſemel dixiſſe contentus, vanitas vanitatum, iterum ac tertio repetiuit: Vanitas vanitatum & omnia vanitas, vt animadtas, quàm ſerio loquatur, vel agat, præmiſſa enim authoritate regij nominis & ciuitatis Hieruſalem. Ait enim: Verba Eccleſiaſtes, filij Dauid regis Hieruſalem. Tribus magnis nominibus pro vtilitate audiẽtium parauit huic libro authoritatem ſeipſum nominans Eccleſiaſten, id eſt, cócionatorem, filium Dauid, & regem Hieruſalem. Quid primum eſt ſub ſole, in quo ſpẽ ſuam cupidus homo poſuit? Vtique terra. Et in hoc mira dementia eſt, quia cùm habitatio terræ huius homini, propulſo à felicitate paradyſi data fuerit ad pœnam, ſcilicet vt in ſudore vultus ſui operaretur eã, ipſe ſibi eam præcipere contendit, quaſi ad gloriam. Nónne hoc eſt vanum, cùm dicit homo natus ex terreno, & cras moriturus: Hoc tantum terræ eſt meum, & mei ſunt iſti tractus? Benè ergo inprimis cupiditatem ſiue poſſeſsionem terræ, vanitatis arguit, dicendo: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in ęternum ſtat. Ac ſi apertè dicat: Fruſtra homines cupidi, terram ſibi ſubiugare, agrum agro copulare contenderunt vſque ad terminum loci, contentione nonnunquam horribili vſque ad effuſionem multi ſanguinis, quia tot generationibus prætereuntibus, & tot aduenientibus, terra hic remanſit, nec illos ſequuta, qui iam prętierunt: nec illos ſequutura qui adueniunt, ſiue aduenturi ſunt. Generatio ꝑterijt, ſicut naſcendo in hunc mundum nihil attulit, ita moriendo nihil auferre potuit, & generatio quæ aduenit: ſiue nos ipſi qui nunc ſumus (vt verbis vtar Apoſtoli) ſicut nihil intulit in hũc mundum, haud dubium quin nec auferre quid poſſumus. Eandem intentionem & in iſto quod ait: Generatio prætérit, & generatio aduenit, & in cæteris quę ſequuntur, quęcunque vanitatis arguit, prudenter intellige. quia ipſa eſt, quã idem Apoſtolus, prẽmiſſo, vtiã memorauimus, nihil enim intulimus in hũc mundum, haud dubium quin nec auferre quid poſſumus. protinus expreſsit, dicens: Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.

1. Tim. 6.

Nihil intulimus in hunc mundũ, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quã quidam appetentes, errauerunt à fide & inseruerunt se doloribus multis. Quid aliud dicit Ecclesiastes, toties repetendo, vanitas & afflictio spiritus. Hoc etiam dicens inter cætera, quid enim proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, quã sub sole cruciatus est? cuncti dies eius doloribus pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. *Eccl.1.*

Quomodo iure vanitatis arguuntur omnia quæ fecit Deus sex diebus in comparatione diei septimi, in quo requieuit.

CAPVT X.

MAgnum est scripturæ huius negotium, & magnum concionis huius emolumentũ, concionatore suo loquente, p̃oculis habẽs duo opposita hæc, hinc vanitatem & inde veritatẽ: & inter vtrũq; clarè discernas, & legitima diffinitione vtrunq; diffinias. Est autem hæc diffinitio vanitatis, quã Paulus Apostolus satis breuem penè expressit dicendo: Præterit enim figura huius mundi. Vanum quippe constat esse omne quod præterit, & prætereundo possessorem siue cupidum sui, fallit & eludit. Porrò veritatis diffinitionem, quam aliam dare possumus dignam, nisi vt dicamus, veritatem illud esse quod semper idipsum est? Illud enim, quia non præterit neminem fallit, neque contingit in hac optima parte, quod euenit in parte vanitatis, his de quibus scriptum est: Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Et quid est illud quod semper est idipsum? Eamus ad caput libri, ad initium scripturarum veritatis, quia illic est magnum & euidens ostium rationis, vnde posimus veritatem à vanitate certis disparare terminis. Sex quippe diebus omne opus suũ cælũ & terram, & omnem ornatum eorum perfecit, & die septimo opus suum compleuit. De quo videlicet die septimo, me in alio opere dixisse memini, quia natura primus est, qui ordine septimus habetur. Vnde & de illo die, quo dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, & diuisit lucem ac tenebras: non sic scriptum est, factumque est manè & vesperè dies primus: sed, factumque est vesperè & manè dies vnus. Sex quippe dies sunt omnium creaturarum, sex primæ species, per quas creator cognosci debet. Propter quod & dicuntur dies, id est, oculos cordis nostri, ad cognoscendum creatore illuminantes: quarum videlicet creaturarũ angelica creatura prima, & humana natura iexta est. Septimus dies, vt iam dixi, natura primus est, quia sapientia, in quã deus omnia fecit: quia verbum est, per quod omnia facta sunt, & in isto Deus requiescit. Et ideo quidem primus est iste dies, quia in ipso vidit omnem creaturam, priusquam faceret: nobis autem septimus est, quia prius cognoscimus creaturam, & per ipsam cognoscim⁹, quia creator magn⁹ est. *2. Cor. 7.* *Psal. 75.* *Quomodo differunt sex dies creationis à die septimo.* *Gen. 2.* *Differunt. cõplere & requiescere*

Notandum ergo, quia sicut dictum est, compleuitque deus die septimo opus suũ, & non dictum est, omne opus suum quod fecerat, dictum est autem: & reqieuit die septimo, ab vniuerso opere quod patrarat. Nam ab omni quidem opere requieuit, vt nullam deinceps nouam speciem crearet, sed si ritè perpendis sensum verbi huius compleuit, non omne opus suum, sed solã rationalem creaturã die septimo compleuit: nec ipsam vniuersam, sed solã electionem quæ per humilitatem illo die septimo dignam sese exhibuit. Quidnam est die septimo compleri, in quo Deus requieuit, nisi introire in illam requiem Domini, quæ plenitudo est beatitudinis: cuius & Apostolus magnificè meminit: Ingrediemur enim, ait, in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit, sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam, & cætera vsque, qui enim ingressus est in requiẽ eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis diebus. *Hebr. 4.*

Quod non tam ipsa creatura quam creaturæ vsus immoderatus vel amor peruersus, rectè vanitatis arguatur: quomodo dicit scriptura: Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.

CAPVT XI.

IGitur hic habemus certis disparata terminis duo opposita hæc, vanitatem & veritatem: vanitatem videlicet, in senario creaturæ numero: veritatẽ, in requie Dei, scilicet, in die septimo. Ergo ne, inquis, creatura vana est, aut opera Dei vana sunt, & ipse Deus vanitatis author est. Nónne cuncta Dei opera potius bona sunt, sicut ibidem scriptura dicit: Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona? Ad hæc, inquam, Planè vanitas est creatura omnis, in comparatione requietionis, quã Deus in die septimo requieuit, & ex eo vanitatis arguitur creatura rationalis quæcũ que, quod requiem quærit in temporalib. siue visibilibus istis, & in illis æternis atq; inuisibilibus bonis, requiei Domini, fundamentum spei non sibi collocauit. Verũtamen hic non tam ipsa creatura, quã creaturæ vsus vel amor immoderatus vanitatis arguitur. Exempli gratia, dum circa solis pulchritudinem ita sese impendit humana mens, vt hunc esse Deum putauerit, vt huic creaturæ potius, quàm creatori seruire delegerit: nec solum huic, verumetiam cæteris creaturis, maximeque quatuor elementis igni & aeri, & terrę, & aquę nomina diuinitatis ascripserit. Propterea meritò cun- *Eccl. 1.* *Sol vanitatis & deo habitus est.*

cta hæc scriptura vanitatis arguit, & in primis solem, dicens: Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Nimirum in ortu eius, & occasu in gyro eius australi, & reflectione aquilonari, quia magna est mutabilitas, magna est & vanitas, quia nec homini laboranti satis grata est productior lux, dum sol ad aquilonem reflectitur, nec his qui in auibus ludunt, semper placet longanimitas tenebrarum, dum gyrat per austrum. Simili terque in cæteris varietatibus diei & noctis, æstatis & hyemis, veris & autumni. Sunt quidem multa humanę infirmitatis remedia, sed multa nihilominus anxietatis tædia, qa nulla in his sufficientia, imò in omnib. magna indigẽtia est. Propterea nec in his, nec in aliquo eorũ, quæ sub sole sunt vel fiunt, est sperandum siue confidendũ, quod cuncta vana, cuncta transitoria sint. *Cur vanitatis arguit omnia.* Hac intentione cuncta vanitatis arguit, tandemque ipsum hominem, cuiuscunq; spes vltra vel extra hæc, pedem suum nõ extendit. Ait enim: Idcircò interitus vnus est hominis, & iumentorũ, & æqua vtriusque conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumentis amplius. Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur. Nõ ergo sperandum in homine, quamuis diuino, quamuis potenti. An non & ante istum, pater David idem sensérat? Nolite (ait) confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Nónne proinde constat, quod ipse homo sit vanitas. Hinc idem alibi dicit: Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Statim quoque duobus hoc ipsum versiculis astruit, quod hic explicatur longiori disputatione concionatoris: Veruntamen (inquit) in imagine p transit homo, sed & frustra conturbatur. Thesaurizat & ignorat cui congregabit ea. Planè idem sensus est in pluribus horum quę hic dicit, addens etiam hęc: Rursus de restatus sum omnem industriã meam, & quã sub sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro vtrum sapiens an stultus sit futurus, & dominabitur in laboribus meis, qui bus desudaui & solicitus fui, & est quicquam tam vanum? *Psal. 146.* *Psal. 38.* *Eccl. 2.*

De eo quod ait: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo, & quod absque timore Dei, omnis homo viuens sit vanitas.

CAPVT XII.

PRo intentione libri huius Ecclesiastes, ad hoc breuiter dicendum, quod in solo sit Deo sperandum, quoniam satis dictum arbitramur pro eo, neque quod in homine, neque in alia creatura sperandum sit. In plerisque Psalmorum sic fecerat, & pater Dauid vbi dixit quod supra memorauimus: Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens, &c. Hoc demonstrare intendens, quod neque in homine, neque in thesauro hominis sperandum sit, protinus ait: Et tunc quæ est expectatio mea? Quod idem est, ac si dicat: In quo ergo sperabo? Nónne in Domino? Itemque cùm dixisset: Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus: causam quoque subiunxit cur in illis nõ sit sperandum, dicens: Exibit spiritus eius, videlicet hominis, & reuertetur homo in terrã suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, protinus exclamauit: Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, & cætera vsque in finem Psalmi. Quibus verbis spem excitare nititur excitatione rationabili, vt bonum quod permanet præferendum esse sentias omni quod transit, iuxta hunc sensum concionator iste, concionis multitudinem ab immoderato amore rerum transeuntium reuocare, & ad æternorum spem bonorũ excitare cupiens, & hoc multiplici ratione peragens, talem in vltimo facit conclusionem: Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, pro omni errato, siue bonum, siue malum. *In nulla creatura sperandum* *Psal. 38.* *Psal. 145.* *Eccl. 12.*

Quomodo sapit tibi in palato cordis ꝙ dixit: Hoc est enim omnis homo? Verbum est, qualem sensum efficit intellectui tuo? Talem nimirum efficere debet, qui pertineat ad eandem rationem, qua dixit æternus & incommutabilis Deus: Ego sum qui sum. Hęc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Egerat enim ab initio libri de corruptione vanitatis, & cuncta corripiens siue discutiens, comprobauerat, quia omne vanum, omne quod transit, vtique fit esse, quasi non sit, nec ipsum hominem excipiẽs quicunque in vanitate ambulauit. Ait enim: Dixi in corde meo de filijs hominũ, vt probaret eos Deus, & ostẽderet similes esse bestijs. Idcircò vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio. Et cætera quorũ supra meminimus, cum illo Psalmi versiculo: Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Vt ergo sciat omnis concio, per quid fieri debeat, vt humana creatura liberetur à seruitute corruptionis. Homo iam non sit vanitas, habens esse, habens participationem in idipsum, cũ æterno illo qui dicit: Ego sum qui sum. *Hoc est omnis homo.* *Exod. 3.* *Ecc. 3.* *Psal. 121.* *Eccl. 12.* *1. Cor. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui sum. Hoc est, ait omnis homo, Deum timere, & mandata eius obseruare. Ablatiuo casu dictũ grammatici intelligunt hoc, ac si diceret: Deum timendo, & mandata eius obseruando, accipit esse homo, & gratia est, adhærendo Deo, qui natura est. Eccl. 2. Nã qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Aliàs autem homo siue sit rex Israel in Hierusalem, siue rex in Babylone præpotens, quantiscunque affluat delicijs, & fruatur bonis, ædificans sibi domos, & plantans vineas, faciens hortos & pomeria, & extruẽs aquarum piscinas, possidens seruos & ancillas, armenta quoque & magnos ouium greges, coaceruans sibi argentum, & aurũ, faciens sibi cantores & cantatrices, scyphos & vrceos, ad vina fundẽda, quid prodest? Et hæc omnia vana sunt, & ipse vanitas est.

Quod hæc duo, fides, quæ in parabolis instruitur, & spes, quæ in Ecclesiaste roboratur, operentur per tertium, scilicet per charitatem, quæ in Canticis loquitur.

CAPVT XIII.

Charitas in Canticis prædicatur.

HAec duo scilicet, fides, quã designauimus in parabolis, prædicari, & spes, quæ in Ecclesiaste roboratur, per multa argumenta contemnendæ vanitatis, operantur per tertium, scilicet per charitatem, quæ aperta facie loquitur, sic incipiẽs: Osculetur me osculo oris sui. De cunctis vocibus libri huius, non opus est nunc astruere quod sint voces charitatis significantes affectum quatuor personarum Christi desiderabilis, & Ecclesiæ desiderantis, amicorum & adolescẽtularum, intendentiũ audire vocem sponsi dilecti, & vocem sponsæ dilectæ, & pro hoc auditu gaudio gaudere. Piget nos segnes, & fatemur, quia piget nos diutius hic immorari, præsertim quia proprium edidimus olim opusculum, de Cant. 1. istis Canticorum Canticis, distinctum septem libellis, ad honorem Dominæ nostræ sanctæ Mariæ perpetuæ virginis, quæ vera sponsa principaliter amici est æterni, scilicet Dei patris, sponsa nihilominus & mater filij eiusdem Dei patris, templum proprium charitatis, id est, spiritus sancti, de cuius operatione illum concepit: qui videlicet spiritus sanctus charitatis est patris & filij. Opus illud accipiat quicunque audierit auditor beneuolus, non sicut contrarium priscis doctoribus, qui in eisdem Cãticis latius amorem exposuerunt sanctæ ecclesiæ, sed sicut aliquid supererogatum vltra lectionem ipsorum adunando & congregando voces tam magni tamque diffusi corporis Ecclesiæ in vnam animam singularis & vnicæ dilectæ Christi Mariæ. Quia nihil huic disconuenit omnium eorum, quęcunq; dici vel cantari possunt de magno & sancto amore dilectę & diligentis Christum Ecclesię. De ista duntaxat scriptura hoc dicimus, quę tota est cantabilis: nam in cæteris scripturis multa sonant lamentabilia pœnitentis Ecclesię, in plerisque peccauit, pro quorum parte cũ fructibus pœnitentię lamentatur & gemit. Et hæc infra dignitatem sunt huius beatæ virginis, cuius vita integerrima nõ habuit cur gemeret, nisi vulnus charitatis, propter dilationem plenę atque perfectæ beatitudinis in tempore huius peregrinationis.

Quomodo in tribus istis, fide, spe, & charitate, vtiliter speculari possumus, quomodo magis ac magis ad cõgregationẽ sanctæ trinitatis erudiamur.

CAPVT XIIII.

Epilogus trium librorum Salomonis.

MEmores esse debemus propositi siue intentionis, qua sermonem cœpimus habere de fide, spe & charitate, secundum libros istos tres Salomonis, scilicet vt in isto quasi speculo, horum trium fidei, spei, & charitatis, quandam specularemur similitudinem sanctæ trinitatis: quia per hæc tria reformauit hominem ad similitudinem suam, iuxta propositum quod proposuerat dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In ista ergo diuinæ similitudinis claritate, in tribus istis, fide, spe, & charitate, est quod vtiliter speculemur, quo aliquantisper magis ac magis ad cognitionem eiusdem sanctæ trinitatis erudiamur, quã nunc in sua Gen. 1. maiestate videre nequimus. Eccè intelligimus & scimus, quia fides per spem & per charitatem, spes quoque per fidem & per charitatem operatur ea, quæ in istis tribus libris, Prouerbiorũ, Ecclesiastis, & cantico rum continentur. Fides nanque per spem & per charitatem hoc operatur in homine, *Quid operatur fides in homine.* vt accedat ad illam, quã sapientia ædificauit sibi domum, vt ad conuiuium victimarum, quas illa immolauit, ad bibendum vinum quod illa miscuit, ad edendum panẽ Prou. 9. mensæ quem illa proposuit, taliter præparata mente, vt similia retribuere velit, scilicet animam ponere pro illo, qui prior in tantum dilexit nos, vt animam suam poneret pro nobis. Spes per fidem & per charitatem hoc operatur in homine, vt, etiam si persecutor desit, qui & facultates terrenas auferre, & corpus solet occidere, ipse intelligens, quia vana, id est, trãsitoria sunt omnia, relinquat vltroneo ea quæ possidet, iuxta consilium dicentis. Si vis perfectus esse; vade, vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, Ioan. 10. *Quid operatur spes.* & veni sequere me. Quantum est quod speculari possumus in isto speculo siue ænigmate de illa altissimę trinitatis claritate, cuius faciem nũc nõ possimus videre? Exiguum quidem, sed hoc ipsum iam aliqua vitæ ęternę scintilla nobis est. Hęc est enim vi-

nim vita æterna, ait ipse filius Dei, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quid ergo est illud quantulũcũq; quod videre nunc possumus, per hoc speculum, in ista ænigmate? Nimirum opus illud quod necessariũ nobis est ad æternã salutem credere & scire, quia Deus pater per charitatem suam, id est, per spiritum sanctum, proprio filio suo mandatum hoc dedit, vt pateretur pro nobis, & ipse filius per eandem charitatem Rom. 8. suam, id est, per eundem spiritum sanctum, Philip. 2. mandatum hoc suscepit, obedire vsque ad Esa. 53. mortem, mortem autem crucis. Quali cũ spe? Illa nimirum, quã per Esaiam nobis annunciauit spiritus sanctus dicens: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Ipse autem pater qua Psal. 144. li vel quanta fide? Fidelis enim in omni- Psal. 32. bus verbis, & in isto maximè, & omnia opera eius in fide, & opus istud præcipuè. Quali ergo vel quanta fide mandatum dedit huius obedientiæ, mandatum huius patiẽtiæ? Nimirum tali fide qualis est ipse: tanta fide, quantus est ipse, fide admirabili, fide inseperabili, fide perseuerãtissima, fide victoriosissima. Quantis irritatus est malis hominum, quã maximis peccatis? Attamen perseuerauerit in ꝓposito, vel promissione tanti boni, & quæ processerant de labijs suis, irrita non fecit. Pro quo & Dauid solicitus: Miserere mei, ait, vt iustificeris in Psal. 88. sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Psal. 50. Quantis regibus, quantis regnis armatus diabolus, hoc propositum eis auertere laborauit? Attamen euicit fortissimus Deus, & sicut proposuerat, eccè filius eius Deus & homo sedet à dextris eius. De illa perseuerantia fidelis & fortis Dei, nostrum illud opꝰ existit, in duodecim libellis, quod intitulatur, De victoria verbi Dei.

Quod in scripturis antiquis nomina hæc, fidei, spei, & charitatis ferè ita raro inueniantur, cũ res ipsarũ vbiq; prædicentur, sicut relatiua nomina, patris & filij & spiritus sancti, aut tacẽtur, aut rarissimè, & cũ cautela pronunciantur.

CAPVT XV.

Nouũ testamen. longè clarius quã vetus prædicat, tũ absoluta tũ relatiua nomina trinitatis.

PRæclara hodie in Euangelicis & Apostolicis literis, & in ore totius Ecclesiæ prædicatio est horum trium, fidei, spei, & charitatis. Olim non ita. Quotus enim est locus in scripturis veteris instrumenti, vbi manifestatio luceat proprijs nominibus facierum istarum, fidei, spei, & charitatis? Notum quidem & certum est omnem scripturam diuinitus inspiratam, res ipsas siue virtutes intendere, quæ significantur nominibus istis, sed cùm ita sit, nihilominus absoluta eadem nomina ferè vbique prædicet, quod iam ex parte monstrauimus. Relatiua hæc nomina, quæ sunt, pater & filius & spiritus sanctus, aut tacuit, aut rarissimè, & cum cautela, & nusquam simul iuncta pronunciauit.

Exempli gratia. Cùm (sicut superius demonstratum est) ferè cuncta, quæ dixit Salomon in parabolis, pertineant ad gloriam fidei, vbi hoc ipsum nomen, quod est fides, palam annunciauit? Item in Ecclesiaste, cùm ferè cuncta quæ illic per multa dicuntur argumenta, hominem prouocant ad coronam spei, vbi spem ipsam nominauit? In Cant. 3. Cantitis Canticorum cũ ferè cuncta pertineant ad sacramentũ charitatis, ipsam cha- Gen. 6. ritatem non multis vicibus nomine pro- Cant. 1. prio nominauit, dicendo: Media charitate constrauit, & alibi: Aquæ multæ nò poterunt extinguere charitatem. Itemque alibi: Ordinauit in me charitatẽ. Verum hoc nomine charitatis liberi? poterat annuncia- Matth. 5 ri, siue declamari, etiã pueris illis, hominib. carnalib. illis, qui nescirẽt, nec scire curarẽt qd fides, quid spes, qd spiritualis dilectio sit, & fortè charitatẽ sufficientẽ reputarẽt viri & mulieris, siue mariti & vxoris, parentum, filiorum, cæterorumque cognatio num, siue affinitatum dilectionem carnalem. In diuinis sermonibus de illa charitate agitur, cuius est ecclesiastica diffinitio hæc, diligere Deum propter ipsum, & proximum, non qualemcunque, sed inimicum hominem diligere propter Deum. Nunquid si huiusce dilectionis capaces esse homines, dixisset eis lex: Diliges amicum tuũ Gen. 15. & odio habebis inimicum tuum? Simili- Rom. 4. ter de fide sentiendum. Si enim fidei ca- Gen. 16. paces tunc essent homines, per quã Abra- Galat. 4. ham iustificatus est, nunquid posita fuisset lex. Et vt per similitudinem sermo iste magis placeat, nunquid ancillam duxisset Abraham, nisi sterilis fuisset libera? Verum nos de his latius alio in opere tractauimus.

Item de fide, spe, & charitate, quod per hæc tria in sanctis scripturis assimiletur sanctæ trinitas, & de capitulo Apostoli: Tunc autem cognoscã, sicut & cognitus sum, quid sit cognoscere vel cognosci.

CAPVT XVI.

1. Ioan. 3.

HIc propositum fuit demõstrare, quod hæc tria sint, per quæ homo ad illam Dei similitudinem reformetur, quod in initio proposuit dicens: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Vnde & Apostolus Ioannes: Scimus, ait, quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicut est. Quantum putas iucunditatis habet demonstratio, siue intelligentia hæc? Nam beati quidem sancti prophetæ pro eo quod in manu eorum Dominus assimilatus est, sicut in Osee 12. Osee dicit, & nos iam ante meminimus: Et

locutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

locutus sum super prophetas, & ego visiones multiplicaui, & in manu Prophetarum assimilatus sum, sed nihilominus sancti & electi omnes beati, qa sancta trinitas, vnus Deus, pater, & filius, & spiritus sanctus, per hæc tria, fidem, spem, & charitatē, assimilatur eis. Hic assimilationis modus est vniuersalis. Habuerunt sancti Patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob (qui & ipsi prophetæ fuerunt) quasdam proprias in semetipsis assimilationes patris, & filij, & spiritus sancti, quod & suo loco commemorauimus, sed hæc est assimilatio vniuersalis charitas, fidei, spei & charitatis, quæ videlicet assimilatio in æternum manebit. Delectamur rei magnitudine, sed labor est in delectatione, dū sermo difficit inuadus, & quantillum in mente suggerit spiritus, fari gestiens lingua non assequitur. Capitulum quippe magnum est, in quo vel circa quod penè defessus animus iam terminare properat, sermonem habitum de his tribus. Quod capitulum? Nunc, inquit Apostolus, cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nuncautem manet, fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem horum est charitas. Qua enim voce, qualibus verbis, horum possumus verborum sensum cōsequi? Verbum quippe cognitionis, duarum quendā significat contractum siue sensum conscientiarum, nimiam nimisque familiarem habentem fiduciam in alterutrum, qui neq; per lectionem, neque per auditionem, sed per solum satis anima scire potest experimentum. Multum est quod sacra scriptura de mutua cognitione spiritus Dei & spiritus hominis agit per similitudinem. Exempli gratia: Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Quod ergo dicit, tunc cognoscam sicut & cognitus sum, verbo cognitionis sempiternum insinuare volens vsum charitatis, siue torrentem voluptatis, redundantem ex secreto diuinitatis in interiora animæ diligentis, quis dignè verbis explicari possit? Absconditum est à nobis toto huius nostræ peregrinationis tempore: propter q̄ psalmista suspirans dicit: Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quā abscondisti timentibus te. Si absconditū est ab omni viuente, imò peregrinante in ista mortalitate, vt rectè dicat, nunc cognosco ex parte. Quidnam est, nunc cognosco ex parte, præsertim quia subiungit: Tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum? Per supra scriptam similitudinem in hoc sensu adiuuemur, qua dictum est, & gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Nunquam enim sponsa plenè cognoscit sponsi affectum, nisi dum per natutalem commixtionem fiūt corpus vnum. Ibi planè dicere potest, nunc cognosco sicut & cognita sum.

Materia inenarrabilis animo per spiritū Sug gesta.
1. Cor. 13.
Esai. 62.
Psal. 30.
1. Cor. 13.
Esa. 62.

Quo sensu vel qua intentione dixerit Apostolus: Nunc autem manēt fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas, & quod hæc tria sunt inseparabilia, sicut & ipsa trinitas.

CAPVT XVII.

Quæstio.

TAndem & illud quæsitu dignum est, quo sensu vel qua intentione dixerit Apostolus, nuncautem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. Nam in beata trinitate, cuius in anima hominis similitudinem per hæc tria formari iam diximus, fidem, spem, & charitatē: certū nouimus, quia nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales. Hic autem in ista imagine siue similitudine, est maius & est minus: est prius & posterius: & nō parua inæqualitas, cū & supra dixerit: Et si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem non habeā, nihil sum. Et deinde cōpositis tribus istis fide, spe, & charitate, dicat, maior autem, horum est charitas. Ad hæc, inquam, fides vera nunquam sine charitate. Et charitas vera nunquam sine fide est. Sicut indiuisus est vnus & trinus Deus, pater, & filius, & spiritus sanctus, sic indiuisa est vna & trina virtus, fides, spes, & charitas, quæ respectu trinitatis in anima hominum efficitur. Verum de Apostolo scire debemus: quia est, vbi suo sensu fidem prædicat, & est, vbi sensu aliorum sicde fide loquitur, vt eos, qui quasi de fide nimis præsumunt, arguat & corripiat. Denique suo sensu fidem prædicat, ita vt fidem, spem, & charitatem, quia verè inseparabilia sunt hæc, simul cōprehendat, cùm dicit: Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum simul qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Et subinde: Dicimus enim quia reputata est fides Abrahæ ad iustitiam. Item: Non enim per legem promissio Abrahæ, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Hæc &c. cùm dicit, nimirum fidem prædicat, non mortuam aut nudam, sed feruore charitatis viuam, corona spei ornatā. Et sicut sanctam trinitatem vno interdum patris nomine inuocamus: Exempli gratiā cùm dicimus: Pater noster qui es in cælis: ita & hic fidem, spem, & charitatem vno prædicat & subintelligi vult nomine fidei. Porrò illorū, quibus loquebatur, scilicet Corinthiorum sensu, quasi fidem à charitate seiunxit, dicendo, quod supra memini mus. Et si habuero omnem fidem, ita vt mōtes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Illi namque fidem à charitate longè seiungebant, quia cū sine charitate esset, fidem Christi se habere putabant. Quapropter & redarguit eos, sic inciens: Obsecro autem vos per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis, & non sint in vobis schismata: Significatum est mihi de vobis, fratres mei, quod cōtentiones sint inter vos. Hoc autem ab initio non expediebat, vt primum prædicare tur, scilicet fidem nihil prodesse, nisi per dilectionem operetur, vel quod (sicut ait Apostolus Iacobus) fides mortua sit sine operibus. Magna cū cautela & discretione prouidendum nouerat, quarenus in pridibus & eatenus idololatria populus reciperetur, & deinde opera bona superædificarentur. Propter hoc sapienti architecto iure seipsum assimilauit, dicens eisdem Corinthijs: Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat, & cæt.

Respōsio. Fides vera nunquā sine charitate. Rom. 4. Matth. 6. 1. Cor. 13. Ibidem. 1. Cor. 3.

Orandum esse, vt quoniam per hæc tria reformamur ad similitudinem trinitatis, augeat in nobis fidem, augeat spem, augeat charitatem beata trinitas.

CAPVT XVIII.

QVoniam igitur per hæc ad similitudinem tui reformamur, auge in nobis fidem, auge spem, auge charitatem, ô beata trinitas. Hæc sunt enim diuitiæ nostræ, hic thesaurus noster, hæc vita nostra ô beata trinitas, Hæc sapientia nostra, hæc fortitudo nostra, hæc gloria nostra, ô beata trinitas: hoc desiderium nostrū, hoc fundamentum sempiternum. Hæc lux oculorum nostrorum, ô beata trinitas. Hæc iustitia nostra, hæc lætitia nostra, hoc gaudiū nostrū, ô beata trinitas. Hæc misericordia nostra, hæc consolatio nostra, hæc fiducia nostra, ô beata trinitas. Hoc decus nostrum, hæc victoria nostra, hæc corona nostra, ô beata trinitas. Hæc igitur auge in nobis, vt in æternum viuentes benedicamus tibi.

Oratio ad beatam trinitatem.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI. LIBER VIII.

Confessionem siue laudem sanctæ trinitatis canticum esse domini, quod ad interrogationem hæreticorum nō debeat cātari in terra aliena: super flumina Babylonis.

CAPVT I.

Psal. 136.

CAnticum Dñi iam cātare gestimus, hymnū & de canticis Sion. Verba cantionū, quibus vel qualibus sancta trinitas Deus deorum laudatur in te, ô superna Syon, sed cātum nostrum fletus intercipit, dum adhuc sedemus hic super flumina Babylonis. Quid ergo? Cessabimus cantare, & in saliciibus in medio eius suspendemus organa nostra dicentes: Quomodo cantabimus cā

Cantiones Dominī sacra scriptura.

ticum Domini in terra aliena? Minimè cessabimus, imò non interrogati cantabimus vltro verba cantionum Domini, Neq; enim interrogamur, aut interrogari volumus ab his, qui captiuos duxerunt nos. Solēt Babylonij, scilicet, filij huius seculi, cōfusione digni, interrogare verba cantionū, non vt ipsi capiant fidei fructum, vel vt nos pascamus, sed vt oblectemus auriculas eorum. Maximè vt pro velle ipsorum in peruersum trahamus voces scripturarum, quę cantiones Domini sunt, qualium videlicet Babyloniorum deterrimi hostes sanctæ trinitatis Arriani extiterūt. Confortemur ad cantandum, non obliti Hierusalem, id est, intentionem non terrenam, sed cælestem, & hanc videlicet supernam Hierusalem propositam habentes, in principiol ætitiæ nostræ, quod est principalem causam hanc habere cantandi, id est, prædicandi gloriam sanctæ trinitatis, vt non hominibus eiusmodi, sed ipsi vero vni ac soli Deo mereamur placere. Confortemur (inquam) & vt constātes simus recordemur quid hic acciderit, quid vel qualiter in Babylone gestum sit. Primo ipsam rem gestam siue historiam sacram ponamus, & deinde mysterium ad consolationem nostri subscribamus.

De tribus pueris victoribus in medio Babylonicæ fornacis, quod in eis sancta trinitas auxilij sui præsentiā contra caput idololatriæ demonstrauerit pariter & significauerit.

CAPVT II.

Deut. 3. Historia triū puerorum in camino.

NABVchodonosor Rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, & latitudine cubitorum sex, & iussit præconis voce clamari. Vobis dicitur populus tribubus & linguis. In hora qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

stulæ,& cytharæ,& sambucæ,& Psalterij,
& symphoniæ,& vniuersi generis musico-
rum, cadentes adorare statuam auream
quam constituit Nabuchodonosor Rex. Si
quis autem non prostratus adorauerit, ea-
dem hora mittetur in fornacem ignis ar-
dentis. Hoc edictum contemnētes,& hanc
pœnam nō metuentes tres pueri Sydrach,
Misach,& Abdenego, missi sunt in caminū
ignis,& non tetigit eos omninò ignis, neq;
contristauit, nec quicquam molestiæ intu-
lit. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit,
Gen. 18. & ait optimatibus suis: Nónne tres viros
misimus in medium ignis cōpeditos? Qui-
bus respondentibus: Verè Rex. Eccè(in-
quit) ego video viuos quatuor solutos,
& ambulantes in medio ignis,& nihil in eis
corruptionis, & species quarti similis est
filio Dei. Hoc miraculum intantum apud
Nabuchodonosor valuit, vt diceret: Signa
& mirabilia fecit apud me Deus excelsus.
Placuit ergo mihi prædicare signa eius,
qa magna sunt,& mirabilia eius, quia for-
tia,& regnum eius, regnum sempiternum,
& potestas eius in generatione & genera-
tionem. Hæc res gesta, res tam victorioſa,
nónne tā gloriosè sanctā trinitatem in istis
tribus pueris prædicat, sicut alia res gesta
in tribus angelis, quos Abraham hospitio
susceþit, eandem trinitaté significauerat?
perpulchra & delectabilis est considera-
tio hæc. Si perpendas, siue recogites, quia
beatæ trinitati,& in istis tribus pueris car-
neis, & in illis tribus pueris angelicis, vnū
idemque negotium fuit. Quod vel qua
le negotium? Nimirum istud valdè ma-
Negotium trinitatis circa Iudæos propter nasciturū Christum. gnum negotium, & cura pergrandis, vt
impleret verbum promissionis: illic, vt na
sceretur Isaac, principium seminis vel ge-
nealogiæ nascituri Christi: hic, vt consola
tionem haberet in illa captiuitate Babylo
nis, genus Abrahæ siue Iudæa, parēs nasci-
turi eiusdem Christi. Intendebat enim dia
bolus per impios homines delere, vt non
esset genus illud, vnde nasciturū erat hoc
semen, id est Christ⁹, sicut Abrahæ promis
sum, & per Prophetas multos iam fuerat
prædictum. Idcircò & multa signa, et hoc
signum maximum fecit Deus excelsus in
oculis illorum, qui captiuauerant illum
dei populum, vt conseruati inter gentes,
tandem remitterentur filij peregrinatio-
nis illuc, vbi oportebat ex eis nasci Chri-
stum, sicut iamdudum præcinebat con-
gratulando vox prophetica dicens: Virgo
Israel reuertere in ciuitates tuas, vsque
quo dolens auerteris? Generabis Domi-
num saluatorem.

Quomodo illi historiæ siue rei gestæ conueniant,& voces,& sensus mystici Psalmi 136. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus.

CAPVT III.

Hier. 31. OPeræpretium est peruidere, quomò-
Psal. 136. do huic historiæ, siue rei gestæ conue
niunt voces Psalmi supramemorati: Super
flumina Babylonis illic sedimus & fleui-
mus, dum recordaremur Sion. Vide-
Iudæi recordabantur Syon præter nascituri in ea Christum. batnanq; spiritus ꝓpheticus iam tempori-
bus Dauid, qui Psalmū illum cecinit, futu-
ram captiuitaté illius populi in Babylonē.
De quo videlicet populo implendo expe-
ctabant sancti promissionem, scilicet, Chri
sti natiuitatem, secundum ꝙ dixerat deus
ad Abraham: Et in semine tuo benedicētur
omnes gentes,& secundum quod dixerat
idē Deus per os Iacob: Non auferetur sce-
ptrū de Iuda,& dux de fœmore eiꝰ, donec
veniat qui mittēdus est. Secundū hęc verba
cōstabat nasciturū esse Christū ex semine *Gen. 22.*
Abrahę, de tribu Iuda. Vbi? Nō vtiq; in Ba- *Gen. 49.*
bylone, sed in Sion, siue in Hierusalē. i. in *Psal. 13⁶.*
terra cuiꝰ metropolis erat Hierusalē, scili- *Mich 5.*
cet, in Bethleē. Et hoc ipsum spiritus ꝓphe
ticus ꝓuidebat, atq; prędixerat. Ait em idē
Dauid: Eccè audiuimus eū in Ephrata. De
niq; Ephrata ipsa est Bethleē. Post illū, vide
licet Dauid, scriptū est per aliū ꝓphetā: Et *Esa. 2.*
tu Bethleē Ephrata, siue terra Iuda, paruu-
lus in millibus Iuda, ex te mihi egredietur,
q̄ sit dominator in Israel. Mediꝰ horū Esa.
ita dixit, rē eandē per spiritū prospiciens:
Quia de Sion exibit lex,& verbum Dñi de
Hierusalē. Quā iustum ergo desideriū de-
buit esse hominib. illiꝰ captiuitatis, filijs il-
lis peregrinatiōis reuertēdi in terrā Iuda?
Dixit ergo tam lōgè aut spiritus ꝓphetic⁹
in persona illorū: Super flumina Babylo-
nis illic sedimus & fleuimus, dū recordare
mur Sion. Quænam alia causa digna erat, *Psal. 136.*
nisi ista, q̄ diximus, propter quā illius terre
næ Sion recordarentur? Propter quā dice-
bat spiritus ꝓpheticus in persona cuiusq;
illorū, quib. reuertendi licentia dabatur:
Si oblitꝰ tui fuero Hierusalē, obliuioni de
tur dextera mea, adhæreat lingua mea fau-
cib. meis, si nō meminero tui, si nō propo-
suero Hierusalē, in principio lætitiæ meæ,
subiungēs: Memor esto dñe filiorū Edom
in die Hierusalē, qui dicūt: Exinanite, exin
anite vsq; ad fundamentū in ea. Illi nanq;, *Filij Edom infesti fuerunt filijs Israel.*
scilicet filij Edom, maximè execrabiles
fuerunt, pro eo quod cùm fratres secun- *Exod. 15.*
dum carnem Israelis existerent, ipsi præci- *Num. 20.*
puè aduersati sunt ab exitu Israel de Ae- *Amos. 1.*
gypto,& gentes cæteras aduersus eos sæpe *Thre. 4.*
concitauerunt, & adiuuerunt & captiuita
ti illorum, sicut & cæteris casibus insulta-
uerunt. Cuius furoris & indignationis per
seuerantis, vsq; in finē, dicit in lamentatio
nibus: Gaude & lætare filia Edō, quæ habi
tas in terra Hus, ad te quoq; perueniet ca-
lix, inebriaberis atq; nudaberis. Quib. nimi
rum in

rum in verbis, eadem iustitiæ vindicta de-
nunciatur, quæ in verbis istis expetebatur:
Memento Domine filiorum Edom in die
Hierusalem. Qui propter causam iam di-
ctam, scilicet, propter spem Christi nasci-
turi recordatus est illius terræ Syon, non
etiam recordatus est cælestis Syon? Et qui
propter desiderium tantæ spei, carnis ap-
petitus,& Babylonicas cōtempsit delitias,
vt rediret in terram illam habens reuerten
di licentiam: nōne illi beatitudo hæc con-
gruit, beatus qui tenebit,& allidet paruu-
los suos ad petram? Non vacat singulis ho-
rum immorari, transeamus ad eum qui ma
gis ad nos pertinet mysticum sensum eius-
dem Psalmi, vti propositum est.

Quod non nobis æquè magna sit, vt fuit antiquis sanctis, huiuscemodi conquæstionis causa in salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra, quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena.

CAPVT IIII.

Nobis minor est flendi causa quàm fuit antiquis. SCiendum in primis, quia non æquè ma-
gna nobis nunc est, vt antiquis erat,
huiusce conquæstionis causa, vt dicamus:
In salicibus in medio eius suspendimus or
gana nostra. Quomodo cantabimus canti-
cum domini in terra aliena? Flendum qui-
dem nobis est quicunque spem habemus
futuri seculi, qui filij sumus illius, quę sur
sum est Hierusalem, ciuitas Dei viuentis,
in qua videtur gloria sanctæ trinitatis, se-
cundum hoc ipsum nomen Hierusalem,
interpretatur enim visio pacis. Flendum
(inquam) quia dum sumus in corpore, pe-
regrinamur ab illa visione,& totus mun-
dus nobis est Babylon, sed in ipso fletu hic
plus habemus gaudij, & consolationis,
quia quem nasciturum expectabant flen-
tes illi, iam natus est Christus, sol generis
humani. Et tanta est flentium distantia, vt
dicas: Quia illi fleuerunt in nocte, nos autē
flemus quasi in die,& liberius quàm illi
inter ipsos fletus possumus organa nostra
tangere,& canticum domini cantare, id est,
os nostrum aperire,& fidem sanctæ trini-
tatis palam prædicare. Hoc facere illis non
licebat, neque enim talis prædicatio tunc
portari poterat. Nam de solis dicimus fi-
lijs illius captiuitatis, horum notissimi
sunt tres pueri supra memorati, quia suo
numero præsentiam,& curam adesse mō-
strauerunt beatæ trinitatis, dum tripudia-
uit in camino ignis ardentis, sed & de o-
mnibus sanctis antiquioribus, Patriarchis,
& Regibus,& Prophetis, quicunq; cogno-
uerunt mysterium eiusdem sanctæ trinita
tis. Salices enim erant non solùm homi-
nes Babylonij, siue Assyrij, siue Persæ,&
Mœdi, verumetiam homines Israelitici,
siue Iudaici generis, ita vt oporteret ma-
ximè propter eos cantionis huiusce orga-
na suspendi, id est, gloriam sanctæ trinita-
tis, aut reticere, aut sic loqui, vt non audi-
retur foris, sic scribere, vt signatꝰ liber nō
posset vulgo legi. Quid tandem accidit,
vel quid actum est, vt vacaret nobis can-
tare canticū domini, cantare siue clamare
cum sanctis cū Seraphin, sanctus, sanctus,
sanctus Dñs Deus exercituum, plena est *Esa. 6.*
omnis terra gloria tua, atque hic modo
fidem nominis tui palam prædicare ô bea-
ta trinitas? Quomodo accidit, vt ita posse-
mus cantare canticum Domini in terra
aliena?

De magna Roma, quod ipsa fuerit magna Babylonia, quamdiu persecutionem contra cultores eiusdem trinitatis, quæ apud illam priorem Babyloniam clarificata est in illis tribus pueris.

CAPVT V.

MIra res ipsa, quę fuerit Babylon, quę
dam Hierusalem facta est filia super *Romana Hierusalem picè Babylon dicta.*
næ Hierusalem, facta est & noua Sion, quę
fuerat Babylon: illam, quæ dicitur, vrbem
Romanam dicimus, quia fuit Babylon,& *1. Pet. 5.*
nunc est quædam Sion: Est (inquam) secun *Dani. 3.*
dum fidem beati Petri Apostoli mater ci-
uitatum fidelis Sion. Tunc erat ista Baby-
lon, quando scripsit idem Petrus in Epi-
stola sua: Salutat vos Ecclesia quæ est in
Babylone electa. Romam quippe tropicè
percussit ista sententia. Cùm adhuc esset
ista Babylon,& rex eius Nabuchodono-
sor, scilicet, Nero, siue Decius, aut Dioclc-
tianus, vel quiscūq; talium, ipsa cùm Na-
buchodonosor statuam erexit magnam,
& altam nimis,& populis, tribubus & lin-
guis edixit, vt cadentes adorarent statuā,
& si quis prostratus non adoraret, mitte-
retur in fornacem ignis ardentis. Idolo-
latriam quippe quoad potuit illud caput
orbis in sublime extulit, ex eo simulachra
sua magis æmulatum est, ex quo nouam
prædicationem audiuit vnius Dei patris,
& filij,& spiritꝰ sancti. Et ex eo vniuersam
ferè mundi latitudinem publicis edictis,
legibusq; præscriptis quasi vnam fornacē
ignis, velut vnum caminum multimodæ
tribulationis atq; ardentissimę persecutio
nis, cōtra Christianum nomen effecit. Sed *Similitudo trium puerorum ad martyres Christi sub Romanis.*
quid ꝓfecit? Sicut angelus Dñi descendēs
in fornacem, cum illis tribus pueris, excus
sit flammā ignis de fornace, & fecit mediū
fornacis, quasi ventū roris flantem, & non
tetigit eos omninò ignis neque contrista-
uit, nec quicquam molestiæ intulit, sic fi-
lius Dei, Angelus magni consilij, cūctis te-
stibus suis confessoribus sanctæ trinitatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in illa tribulatione ita præsens interfuit, sic vel ex eo potest intelligi, quod vni ex illis Petro visibiliter occurrens, adoratusque ab eo, & interrogatus: domine, quo vadis. Respondit, dicens: Vado Romam iterum crucifigi, & sic excusit flammam ignis de fornace, fecitque medium fornacis, quasi ventum roris flantem, sicut expertum sese ostendit ipse martyr Laurentius, qui cùm assaretur, dixit: O insania vestra, infelices non cognoscitis, quia carbones vestri non ardorem mihi, sed refrigerium præstant. Quid multa? Sicut ille Nabuchodonosor, tunc quamuis instabilis & inanis, cognouit & confessus est filiũ dei. Dixit enim: Eccè ego video viros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis, & species quarti similis est filio Dei: sic & multò verius, multoque constantius, Romanum imperium tandem cognouit filiũ dei, & nunc vsque firmiter tenet, tenendãque pronunciat illam vocem cõfessionis beati Petri: Tu es Christus filius dei viui, ita vt etiam ad confessionem istam compellat gentes cæteras, & quodammodo dicit: A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, & tribus, & lingua, quęcunque locuta fuerit blasphemiam contra deum Sydrach, Misach, & Abdenego, siue manifestius, cõtra deum patrem, & filium, & spiritum sanctum, dispereat, & domus eius vastetur. Neque enim est deus alius, qui possit ita saluare.

Vide historiã Egesip. lib. 3. ca. 2. Rom. Imperium ad Christũ cõuersum.

Matth. 16. Dani. 5.

Quàm pulchrum sit mysterium, in eo quod dictum est: Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum, & de fornace succensa septuplum, quã succendi consueuerat, quid ibi numerus septenarius valeat.

CAPVT VI.

TAnguntur igitur organa, resonant verba contionum prædicantia deum in vnitate trinũ, in trinitate vnum, succinente voce Psalmi: Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Hęc autem dominus cælos fecit. Quàm pulchrum mysterium, quàm iucundum in cælo & in terra spectaculũ. Tũc (inquit) hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant deum. Et enim nos omnes homines, quorum est vna catholica fides, sumus quasi tres, & vnum os habemus omnes. Tres (inquam) sumus, quia de tribus pendemus. Quibus de tribus? Tres sunt (ait Ioannes Apostolus) qui testimonium dant in cælo, pater, & verbũ, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Canticum nostrum siue verba cantionum nostrarum, laudationes sunt, glorificationes sunt, benedictiones sunt, quasi ex vno ore trium flendo canentium, canendo flentium, canendo & flendo septenarium peccatum Babylonis, accusantium. Quomodo septenarium? ait litera sacra: Et præcepit Nabuchodonosor vt succenderetur fornax, septuplum quàm succendi consueuerat. Septenarius numerus insolubilis est, neq; enim in æquas partes, præter solas vnitates diuidi potest, & plerunq; in scriptu ris vniuersitatem significat, aliàs malorum, aliàs bonorum. Malorum, vt illic de qua defecerat septem dęmonia, Bonorum, vt illic: septies in die laudẽ dixi tibi. Significat & cor impœnitẽs vt illic: Septies vltio dabitur de Cain. Cum hac significatione libet hic accipere, quod dictum est: Et præcepit vt succenderetur fornax septuplum, quàm succendi consueuerat, vt intelligamus irremissibile peccatum Babyloniorum, id est, omnium impiorum, qui quoad potuerunt, sanctos persecuti sunt, & corde impœnitenti perduraverunt. Qua voce, quibus verbis accusat nostrum Canticum peccatum illorum? Memento domine filiorum Edom in die Hierusalẽ, & cætera de quibus iam supra dictum est.

Numerus septenarius in bonã & in malam partem accipitur.

Marc. 16. Psal. 118. Gen. 4. Dani. 3. Psal. 136.

De quatuor bestijs, leæna, vrso, pardo, & alia sine nõmine terribili atque admirabili, quod contra singulas earum oppositum fuerit auxilium trinitatis, sub sacramento numeri ternarij.

CAPVT VII.

QVoniam de mysterio numeri ternarij sermonẽ cœpimus demõstrãtes, quia sancta trinitas per hunc numerũ captiuorũ in fornace laudantium deum, auxilij sui præsentiam illi populo præclarè significauit, libet adhuc longius prosequi. Scien dum quippe, quia cùm quatuor fuerint grandes bestiæ, quæ ascendebant (ait Daniel) de mari diuersæ inter se: prima, quasi leæna, quod fuit regnum Babyloniorum: alia similis vrso, quod fuit regnum Persarũ atque Mœdorum: alia quasi pardus, quod fuit regnum Græcorum: quarta sine nomine terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis, & fuit regnum Romanorum. Cõtra singulas bestias, siue regna bestialia inuenies oppositũ ternarij numeri sacramentum, id est, auxilium dñi per tres homines impensum, ad reseruandũ siue liberandũ illũ tunc temporis peculiarẽ Dei populũ. Magnũ quippe tunc (vt superiùs iam dictũ est) negotium agebatur, pro quo sancta trinitas solicita esse, & solicitudinis signum tali numero, scilicet, ternario, demonstrare laudabiliter dignaretur. Nũquid enim parũ quis putat, quod de populo illo Christus Deus & homo secũdũ promissionem nasciturus erat. Nimirũ pro causa ista dignum

Dani. 7.

Quatuor grandes bestiæ quatuor regna.

Auxilium Dominus per tres homines impensum singulis quatuor regnum vicissitudinibus.

dignũ se beata trinitas faciebat, in eo quod *Alia causa* de reseruatione gentis illius curare, & so- *Danielis, a* licitam esse significabat. Et vt de prima *lia trium* quidem bestia, quod erat regnum Babylo- *puerorum* nicum, iam dictum est, sed deest aliquid. Potest enim dicere aliquis, quia non per solos tres pueros, sed & per quartum Danielem, Nabuchodonosor victus, & Deus glo- *Dani. 2.* rificatus est. Determinanda ergo est causa trium puerorum diligentius ab illa causa Danielis, propter quam Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem ad orauit, & ab illa propter quã (iubente deo) *Dani 5.* Balthasar indutus est Daniel purpura & *Dani. 14.* circundata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de eo, & ab illa propter quã missus est idem Daniel in lacum leonum: & Deus ait, misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuẽta est in me. Ab istis (inquam) tribus causis, in quibus vnus idemq; Deus trinus & vnus, vnum Danielem clarificauit, clarè secernenda est causa vna, propter quam tres pueros in fornacem ignis missos liberando, Deus idem semetipsum clarificauit. Hæc enim sola causa trium puerorum idololatria, imò & caput idololatriæ fuit, ante quod nullus regum aut principum leges mortis legitur dictitasse pro zelo idoli sui. Nónne igitur eò magis constat, quòd non casu, sed prouidentia Dei, tantummodo tres pueri sunt illi martyrio destinati, quo bestia leænã docta fuit saltem ad horam assumere vocẽ hominis, & Deum confiteri.

De vrso, id est, regno Persarum & Mœdorum, quomodo ibi altissimus suam potentiam clarificauit sub eodem sacramento numeri ternarij, id est, trium regum, in reædificatione templi vel ciuitatis.

CAPVT VIII.

1. Esdr. 1. NVnc demum de alia bestia, quæ erat similis vrso, scilicet, de regno Persarum & Mœdorum, accipe quomodo altissimus suam potentiam clarificauerit, eodem sub sacramento numeri ternarij. In anno primo Cyri regis Persarum, vt impleretur verbum Domini ex ore Hieremiæ: Suscitauit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum, & transduxit vocem vniuerso regno suo, etiam per scripturam dicens: Cyrus Rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domũ in Hierusalem, quæ est in Iudæa. Hac voce transducta cùm ascendissent omnes, quorum suscitauerat Deus spiritum, vt descenderent ad ædificãdum templum Domini, cum vasis argenteis & aureis, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, & ædificare incœpissent templum Domini: auditum hostes, & impedierunt opus domus Domini, & intermissum est, & non fiebat vsque ad annum secundum Darij Regis Persarum. Ille, videlicet Darius, confirmans decretum, quod propositum erat huiusmodi: Omnis homo, qui eam mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur. Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum, qui extenderit manum suam, vt repugnet & dissipet domum dei, illam quæ est Hierusalem, ita subscripsit. Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo. Post hæc verba tertius Artaxerxes idipsum cor- *1. Esdr. 7.* roborans, ita scripsit: Artaxerxes rex regũ Esdræ sacerdoti, scribę legis dei cæli doctissimo salutem. A me decretum est, vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Hierusalem, tecũ vadat, & cætera vsque, sed & imperitos docete liberè, & omnis qui non facit legem dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ suæ, vel certè in carcerem. Nunquid casu hoc mirabile accidit, vt quem verum & solum deum cõtra caput idololatriæ Babylonicæ testificata est, in camino ignis victoriosa fides triũ puerorum Iudæorum, illius domum & ciuitatem, quæ destructa fuerat, reædificare iuberet concordi decreto, beneuolentia triũ regum Paganorũ? Nõ vtiq; casu, sed cę lesti industria, per magnũ ac semper prouidũ sanctę & indiuiduę trinitatis cõsiliũ. Difficile videtur, ac penè impossibile, q̃ dicimus sanctã trinitatem assimilatã fuisse etiam in tribus prædictis regib. gentilibus, imò nec nos istud suspicari auderemus, ni- *Esa. 44. 45.* si quia hoc ipsum primus authoritate sua per os Esa. ꝓphetę declamauit lõgè antè spiritus S. de Cyro, qui fuit horũ trium primus. Præmisso nãq;: Ego Dñs faciens omnia, extendens cælos, & stabiliens terram, *Prophetia* qui dico ꝓfundo, desolare, & flumina tua *Esaiæ de* arefaciã, qui dico Cyro, Pastor meus es, & *Cyro & re* omnem voluntatem meam complebis, *ge Persarũ* qui dico Hierusalem ædificaberis, & templo fundaberis, ita subiunxit. Hæc dicit Dominꝰ Christo meo Cyro, cuius appræhẽdi dexterã, &c. vsque: vt scias quia ego Dominus, qui voco nomẽ tuũ Deus Israel, propter seruum meum Iacob & Israel electum, & vocaui te nomine tuo, assimilaui te, & non cognouisti me: accinxi te, & non cognouisti me. Nisi (inquam) ante totannos, istud authoritate sua signasset spiritus sanctus, dicendo illi Cyro tanto posterius nascituro, assimilaui te, & nisi ratio con-

Trinitatis consilium per tres illos reges.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duceret, conuenire vel congruere cæteris eiusdem beneuolentiæ regibus Dario & Artaxerxi, quod vni Cyro dictum est, asi milaui te. Quid auderet dicere sanctam tri nitatem in tribus paganis regibus pro tali opere asimilata fuisse?

Trinitas assimilata in tribus regibus Persarum.

Item, quomodo ex tribus tantum personis præiuisum est auxilium sanctæ trinitatis aduersus Aman, ne deleret genus Iudæorum, vnde oportebat Christum nasci.

CAPVT IX.

Insidiæ diaboli per Aman cõtra semen Abrahæ promissum.

VEniam ad illam eiusdem vrsi ferocitatem, id est, eiusdem regni Persarum & Mœdorum crudelitatem ac seuitiã plus quàm bestialem, quando sub rege Assuero conatus est diabolus hoc efficere, vt salutis nostræ radix funditus extirparetur, agente Aman superbissimo, & suggerente regi Assuero, quatenus missis epistolis per omne (quod latissimum erat) regnũ eius, vniuersum Iudæorũ genus vna die deleretur. Quomodo vel per quãtos homines econtra præuidit trinitas vnus Deus, & solicit? fuit, p̃ gente illa, quæ arbor erat vnica, vnde salutis fructus omni mũdo, & vita ẽterna Christus erat nasciturus? Tantũmodo per istos tres, Hester & Mardochæũ, & ipsum regem Assuerũ. Nullatenus ergo dubitauerim illi quoq; regi Assuero in ratione ista cõgruere illud, q̃ vni Cyro, lõgè antequã nasceretur, Prophetica voce (vt supra memorauimus) dictũ est: asimilaui te, & nõ cognouisti me, Quid enim? Nónne illum Deus pater quodãmodo asimilauit sibi in eo maximè, q̃ cùm diceret ei: En lignum quod parauerat Aman Mardochæo, stat in domo Aman, habẽs altitudinis quinquaginta cubitos. Appendite (inquit) eum in eo, & suspensus est Aman in patibulo, q̃ parauerat Mardochęo? Nã vt cognoscas, q̃ vera, quã pulchra sit asimilatio, memẽto quod dixerit Apostolus de Dño Iesu Christo. Et vos (inquit) cũ mortui essetis in delictis, & pręputio carnis vestrę, cõuiuificauit Deus cũ Christo donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum vos erat chyrographũ decreti, quod erat cõtrariũ vobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, expolians principatus & potestates trãsduxit cõfidẽter, palã triumphãs eos in semetipso. Ergo in rege Assuero de pater, in Mardochæo aũt Deus Dei filius mirabiliter asimilatus est. Porrò, in Hester gratiã spiritus S. siue spiritum consilij, pro tanto negotio asimilatum fuisse quis dubitet? Illa nanq; mirabili vsa cõsilio hoc effecit, vt regis animus ad gratiam & misericordiã suæ proscriptę genti inclinaretur, & ille Amã superbissimꝰ, in quo diabolus homicida ab initio figurabatur, nõ vbiuis, sed in conuiuio super mensam, crapulatus & ebrius caperetur, & sentẽtia mortis strãgularetur, in eodẽ ipso (quod Mardochæo parauerat) patibulo appensus, nimirũ secundum illius dicti mysterium, quod de diabolo ad beatũ Iob dixerat Dñs: An extrahere poteris Leuiathan hamo, & funeligabis linguã eius? Quasi enim captus hamo & iste fuit qui de reginæ cõuiuio magnificè gloriatus, ita vt diceret amicis suis, & lares vxori suæ, regina quoque Hester nullũ alium vocauit cũ rege ad conuiuiũ prẽter me, apud quã etiam cras cũ rege prãsurus sum, ita prandit, ita pastillos conuiuij momordit, vt post molles edulij sapores, ferream protinus sententiam mortis exciperet.

Hester. 3.
Auxilium per tres homines.
Esa. 45.
Colloss. 2.
Iob. 40.
Hester. 3.

Quod propter causam istã sancta Trinitas Cyrum & regem Persarum ex nomine vocauit, & asimilauit, & in corde cæterorũ regũ Persarum siue Mœdorum tantam beneuolentiam dedit, & quod Dominus noster Iesus Christus, propter quem nascituram illa facta sunt, primus instruitur in scripturis.

CAPVT X.

Propter Christum illa omnia gesta sunt.

PRopter quid sancta Trinitas taliter & Cyrum ex nomine vocauit & asimilauit, & in corde cæterorum regum Persarũ, siue Mœdorum tantam beneuolẽtiam dedit. Propter Iacob (ait) seruũ meum & Israel electum meum. Quem propter Iacob siue quem propter Israel? Deniq; parũ est si illum recipias Iacob, siue Israelẽ de quo scimus & legimus: Isaac autem genuit Iacob, siue illam quantulamcunq; multitudinem reliquiarum, quæ reseruatę sunt illi⁹ populi, qui pasim in scripturis nomine paterno vocatur Iacob, siue Israel: Et quidem nil altius Cyrus intellexit, nihil supra quæsiuit, & hoc sufficit ad captandum eius beneuolentiam populi illi, quod Deus eorum ante tot annos per prophetam suum, de ipso videlicet Cyro, tam magna prędixit, tam gloriosa præscripsit, & ea semetipsum illi facturum promisit. Veruntamen vnus est verus Iacob seruus Domini, vnus & verus est Israel electus Dei, Dñs Iesus Christus, propter quem tanta fuit cura summę trinitati, quãta intelligimus, aut intelligere cupimus in auxilio eius, sub sacramento numeri ternarij. Vnde iam dictũ est, & adhuc dicendum est. Dum hic attendimus, dulciter illud memoriæ nostræ occurrit, quia iste seruus DOMINI primus est, qui DEO gratias egit, antèquem non facilè quempiam inuenies, siue in lege, siue in prophetis, de quo manifestè scriptum sit, quod Deo gratias egerit. Nõdum quippe impleta fuerãt beneficia Dei, quorum omnium hoc summum est, quod istum seruum suum fecit, Christum Iesum secundum formam serui, pro quo facto nimirum

Esa. 43.
Gen. 25.
Matth. 1.
Esa. 45.
Esa. 46.
Christus primus agit gratias in scripturis pro ligno egisse Deo.

nimirum gratiarum actio debetur illi. Deniq; quicunque Deo gratias agit, causam istam in ipsa gratiarum actione non habens præ oculis, quia Deus istum seruum suum fecit, & vt faceret tanta procurauit, inter quæ gentiliũ quoq; regũ animos ad beneuolentiã sui nominis inclinauit: nondũ intellexit, quomodo, vel propter quid gratiæ agendæ sint, diximus, quia primus iste Deo gratias egit, etenim antè hunc nusquã in scripturis auditam fuisse recolimus vocem gratiarum actionis, cũ tot audias maximè in Psalmis voces exultationis & confessionis, voces benedictionis & laudationis, voces adorationis, cantationis, iubilationis. Vox autem gratiarũ actionis, vbi (quæso) prius audita est, vel audiri debuit, quã ex ore huius serui Dñi, huiꝰ electi dei.

Gratiarum actio quid sit, & quando, & quomodo, & vbi Dominus noster Iesus Christus gratias egerit.

CAPVT XI.

Quid proprij est gratiarum actio.

PRimo itaq; diffiniẽdum est, gratiarum actio quid sit, & tunc demum demonstrandum, vbi, quando, & quomodo iste gratias egerit, non lingua tantum, sed opere & veritate, non verbis tãtum, sed & vernebis & factis. Gratiarum actio est, diuinis beneficijs respondens digna retributio. tanta videlicet, vt ei nihil ad perfectionẽ desit, vel qua maior esse non possit. Gratiarũ (inquam) actio est, & digna retributio respondens beneficijs Dei charitas, qua maiorem nemo habet, aut habere potest, vt animam suam ponit pro amicis suis. Huiusce charitatis spiritus dicit in Psalmo. Quid retribuam Dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomẽ Domini innocabo Huius tantæ charitatis, quæ vera (vt iam diximus) & perfecta est gratiarum actio, conscius sibi iste seruus Dñi, gratias egit. Primo, vbi secundũ Ioannem multa locuturus de sacramento corporis & sanguinis sui, accepit quinq; panes, & cũ gratias egisset, respiciens in cælum (vt alij Euangelistæ referunt) distribuit discũtaturus, eleuatis sursum oculis: Pater (inquit) gratias ago tibi, quoniam audisti me, ego aũt sciebã, quia semper me audis, quæ videlicet suscitatio Lazari maxima inuidentib. Iudæis, vt eum interficerent, causa fuit. Tertio, ipsa nocte qua tradebatur, vbi accepto pane & calice, gratias agens dedit discipulis suis: Hoc est (inquiens) corpus meum. Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur. Hic ergo fidelis & verax liberè profiteri poterat quod ageret gratias, quia in veritate gratias agebat, paratus pro nobis, cũ adhuc inimici essemus, calicem accipere, quem pater illi dabat. Quam ob causam ita gratias agere patri seruus iste promptus erat? Debemus enim scire, quia gratias agere minoris est, scilicet formæ serui, & idcircò cùm dicit: Pater gratias ago tibi, non vnã personã, sed tres intelligimus personas, patris, & filij, & spiritus S. qui vnus Deus est, & pater omnium, sicut Apost. dicit, cui nos quoq; orãtes dicimus: Pater noster qui es in cælis. Cę terũ vbi dicit: Pater meus vel patris mei, vel patrem meum, ipso possessiuo pronomine proprietatẽ suã filius vnigenitus discernit, & vnã tantummodo personã nomine patris oportet intelligi. Quam ergo ob causam ita gratias agere prõptus erat? Quoniã audisti me, inquit: Ego aũt sciebã, quia semper me audis. Vbi (quæso) audierit eũ? Nunquid seorsum, antequã accesserat ad locũ, vbi posuerat Lazarũ, secretius oraue rat & respõsum acceperat, q̃ posset suscitare, eum, & idcircò dixit: Pater gratias ago tibi, quoniã audisti me, ego autem sciebã, quia semper me audis? Exilis est ista suspitio, nec attingit ipsam dignitatem gratiarũ actionis, siue maiestatem ipsius gratias agentis: quia non in humilitate precum, sed in potestate verbi sibi insiti habeat omnẽ operationem virtutũ. Longè aliã multò excellentiorem, magisq; operosam auri audienti memorat suimet exauditionẽ, quia longè antequã iste seruus Domini fieret secundum formã serui, aut formaretur, ex vtero virginis exauditus est in cunctis necessitatibus humani generis, exauditus in patriarchis, exauditus in regib. vel iudicibus iustis, exauditus in prophetis, exauditus in filijs captiuitatis, de quibus iã supra diximus, exauditus in Machabęis fratrib. de quibus adhuc dicturi sumus, exauditus in omnium clamore mulieris, in vtero habentis, & pariendo clamantis, & cruciatũ sustinẽtis, vt pareret, id est, in desiderio antiquæ Ecclesiæ Christum ipsum in promissione habentis, & ipsum venire desiderãtis, & quasi parturientis, & parturiendo dolentis, donec ille veniret. Nónne clamor ille, cũ tui causa fieret, tuus erat clamor ô Iesu Christe? Propterea tibi, quasi iã præsenti, quidã illorum dixit: Exaudiat te Dominus in die tribulationis. Vera causa hæc digna gratiarum actione, vt diceres: Pater gratias ago tibi, quoniã audisti me, quia omni mundo aduersitatem nasci fecisti. Et ego sciebã (inquis) quia semper audis, deus enim eras, & nunc es, & cuncta hęc fieri causa tui noueras, antequã ex virginis vtero nascereris.

Ioan. 15.
Psal. 115.
Ioan. 6.
Matth. 14.
Marc. 6.
Luc. 9.
Ioan. 11.
Matth. 26.
Rom. 5.
Ephe. 4.
Matth. 6.
Ioan. 11.
Christus multifariã exauditus est.
Apoc. 12.
Psal. 19.

De bestia tertia, scilicet pardo, id est, regno Græcorum, quomodo sancta trinitas contra illud auxilij sui præsentiã per viros tres, per tres duces, fratres, Iudã, & Ionathan, & Simonẽ demonstrauerit.

CAPVT XII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Semen pro missum in arcu & gladio defensum est à bestia tertia

DIximus de duabus bestijs, leæna & vrso, qualiter contra illas sancta trinitas præsentiam sui in numero auxiliatoré, consignificauerit: nunc iam de bestia tertia scilicet de pardo, dicendum, qualiter actũ sit per auxilium eiusdem numeri. De illa bestia hoc primitus memorandũ, quia non sine arcu & gladio de ore eius ille populus Dei liberatus est. Eatenus sicut euenerat, sic prædictum fuerat per prophetam

Osee. 1. Osee. Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo, & non saluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus. Deniq; quod Nabuchodonosor coram seruis Dei excelsi prosterneretur, & eum solum ac verũ esse deũ semel & iterum, ac tertio victus confiteretur: itemq; vt domus Dei in Hierusalem, quã ille destruxerat, reædificaretur, simili terq; vt Aman malitia in caput eius reuerteretur, & in patibulo (quã parauerat Mardochæo) ipse appenderetur: non in arcu & gladio factũ est, non in bello, neq; in equis & equitibus, sed in Dño Deo, qui solus habens corda regum in manu sua, inclinauit quo voluit, quatenꝰ illius populi reliquiæ saluarentur, & propositum eius adimpleretur. Porrò vt istiꝰ bestiæ ferocitas, id est, regnum Græcorum cessaretur, in eo maxime, qꝑ scripsit rex Antiochꝰ, & misit libros per manus nunciorum in Hierusalem, & in omnes ciuitates Iudæ, vt sequerentur leges gentium: & in arcu, & in gladio, in bello factum est, attamen sicut per Danielem prædictum fuerat, auxilio paruulo. Trés fratres fuêre duces bellorum, Iudas & Ionathas, & Simon, & armis quidem paucis pugnauerunt, sed magna fide vicerunt. De istis latius à nobis tractatum est in opere, quod de victoria verbi Dei scripsimus, & idcircò nunc supersedendum est. Tantum enim ad præsens propositum hoc pertinet considerare in auxilio Domini, sacramentum numeri ternarij, quia more suo fecit trinitas Deus, vt auxiliando illis curam & solicitudinem suam præsentem adesse, per hunc numerum significaret, nimirum dignè pro magnitudine negotij, scilicet ꝓpter spem promissionis positam omnibus sanctis in aduentu, qui tunc expectabatur, saluatoris Christi filij Dei.

Dan. 2.4. 14.
1. Esd. 1.6. 7.
Hest. 3.5. 7.
Prou. 12.
1. Mach. 1.
Dani. 8.
Auxilium Dei in tribus fratrib.

De rectitudine iudicij, quo dictum fuerat per prophetam Osee: Quia non addam vltra misereri domui Israel, & domui Iuda miserebor: & quod domus Iuda tres habuerit reges iustos, domus autem Israel ne vnũ quidem.

CAPVT XIII.

Osea. 1. AD causam eandem pertinet quærere nũc, & scire rectitudinem iudicij, in eo quod paulò antè memorauimus dictũ à Domino per prophetam Osee: Et domui Iuda miserebor. Præmiserat enim: Quia nõ addam vltra misereri domui Israel, sed obliuioni obliuiscar eorum, & nunc demum istud edixit: Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo, & ita factum est. Nam decem tribuum captiuitas permãsit irreuocabilis, qua captiuauit rex Assyriorũ, & transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Aila, & in Abor, iuxta fluuium Gozam in ciuitatibus Mœdorum. Tribus autem Iuda præfinito tempore saluata in Dño Deo suo, & de Babylonica captiuitate reuocata est. Istud ergo quærentib. vel scire volentibus, pro rectitudine iudicij citò respondetur, quia quãuis peccauerit tribus Iuda, regnum Dauid in multis, sicut & decem tribus, regnum Hieroboam, quas ille scidit à domo Dauid, attamen in hoc benè fuit, quod secundum sæpe dictum (quo valdè delectamur) ternarij numeri sacramentum, tribus Iuda causam decem tribuum in iudicio superauit. Tres quippe misericordię viros, tres reges iustos Deus iudicij Dominus, in tribus Iuda inuenit, Dauid & Ezechiam & Iosiam. Nam præter tres istos omnes peccauerunt. De regibus aũt decem tribuum constat, quia omnes peccauerunt, nulluſq; excipi potuit, quia nullus eorũ recessit à peccatis Hieroboam, idem à vitulis quos fecit Hieroboam. In tribu Iuda tres, vt iam dictum est, ab eiusmodi peccato liberi & iusti fuerunt, & de alijs nonnulli de peccato suo pœnitentiam egerunt. In regibus autem decem tribuum, vnus & idem fuit idololatriæ cultus, duntaxat in illis vitulis: nam cultum Baal aliquis illorum deleuit, scilicet Ieheu filius Nansi. Sed quantũ voluit, Baal delere, & nihilominus vitulos pro Deo colere. Propterea dictum illud propheticum valdè congruit illis regibus Samariæ: Qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe.

4. Reg. 17.
Cur tribus Iuda saluata potius ꝙ̃ quãdecem tribus Israel.
4. Reg. 18.
Mich. 7.

Epilogus saluationum, quod à verbo promissionis vsque ad natiuitatem Christi septies saluatus sit populus ille, de quo oportebat nasci Christum: & hoc pertinere ad sanctæ trinitatis mysterium, quia singulæ saluationes factæ sunt propter tres siue per tres viros, qui inuenti sunt in medio eorum.

CAPVT XIIII.

ECcè quoties gens illa saluata est propter tres viros, qui inuenti sunt in medio eorũ sub magno sanctæ trinitatis mysterio, sicut iam sæpe dictum est. Primo vbi seruiebant in Aegypto propter peccatũ patrum suorum, qui vendiderant Ioseph fratrem suum, clamantes ad Dominum, exauditi sunt propter illos patres & maximos trés viros, Abraham, Isaac, & Iacob, dicente scriptura: Ascenditq; clamor eorum

Gen. 37.
Exod. 2.

Exod. 32. eorum ad Dominũ pro operibus, & audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis ꝙ pepigerat cum Abraham, Isaac, & Iacob. Item cũ dixisset vt disperderet eos, propter vitulum quem fecerant, pepercit eis propter eosdem viros, stante Moyse in conspectu eius in confractione, id est, in nimia mentis humilitate, ac dicente: Cur Dómine irascitur furor tuus contra populum

2. Reg. 12.
2. Para. 28

tuum? Recordare Abrahã, Isaac, & Israel seruorum tuorũ. Deinde cũ fecissent duos vitulos, sicuti Hieroboã, & scisi à domo Dauid, & tribus quoq; Iuda coluisset deos gentium, & proinde pars vtraq; iuste tradem tribus Iuda propter viros tres, qui inuenti sunt in medio eorum, Dauid, Ezechiam, & Iosiam, præter quos omnes peccatum commiserũt, ait Iesus filius Sirach: Nam reliquerunt legem potentes reges, Iuda, & cõtempserunt timorem domini. Deinde cũ in captiuitatem ducti cõmunem haberent luctum, iuxta illud: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion, maximum cõsolationis incremẽtum adepti sunt per viros tres, qui inuẽti sunt in medio, Sydrach, Misach & Abdenego: quia contẽpserunt iniqui, regis imperium, & in medio fornacis ardẽtis gloriosè triumphauerunt. Deinde vbi placuit deo vt solueretur captiuitas, & fundaretur templum ꝙ destructum fuerat, & reædificaretur ipsa ciuitas Hierusalẽ. Hoc itidem per viros tres deus effecit, per quales fieri oportuit, scilicet non per ipsos tantum captiuos & inopes, sed per eos sub quibus captiui tenebantur reges potentes, Cyrum, Darium, & Artaxerxen. Deinde vbi voluit superbissimus Aman delere vniuersum genus Iudæorũ, per istos tres salus facta est Hester, & Mardochæum, & ipsum regem Assuerũ. Deinde cùm idem agere conaretur diabolus sub regno Græcorum, per trium ducũ Iudæ & Ionathæ & Simonis, bellicã virtutem ac præclaram fidem, illius populi reliquiæ saluatæ sunt. Valdè iucundum in istis numeris mysterium, quia septies, sicut hic enarratum est, propter viros tres, siue per viros tres, deus vnus & trinus, id est, quem confitemur & colimus, pater, & filius, & spiritus sanctus, populum illum saluauit & liberauit, vsque ad implendum verbum promissionis, per qꝑ & nos salui facti sumꝰ.

Domus Iuda saluata propter tres reges.
Ecclꝭ. 49.
Psal. 136.
Tres reges Persarum.
Assuerus Mardochæus & Hester.

Non ita nunc esse populo illi post natum Christum, sed si fuerint, aut Dominus, tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel & Iob, vnus ego, quia ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas.

CAPVT XV.

ACcipe autem, quid nunc dominus dicat per prophetam Ezechielem, fili hominis terra, cùm peccauerit mihi, vt prę uaricetur præuaricans, extendam manum super eam, & interficiam de ea hominem & iumenta. Et si fuerint tres isti viri in medio eius, Noe, Daniel & Iob, viuo ego, quia ipsi soli iustitia sua liberabũt animas suas. Nec semel dixisse contentus, secũdo & tertio & quarto sententiam repetit, viuo ego, quia nec filios nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur, viuo ego, non liberabunt filios neq; filias, sed ipsi soli liberabuntur, viuo ego, quia filium & filiam, nó liberabunt, sed ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas? Quatuor iudicia sua dominus distinguens, famem, malas bestias, gladium, & pestilentiam: de singulis eandem sententiam subscripsit: At non omni, sed cuidam terræ, cũ peccauerit: non omni inquam, sed cuidam terræ, nam post omnia hæc, ita subiunxit: Quod & si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem & bestias malas & pestilentiam misero in Hierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus: tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Nisi istud decreuisset, nisi quandam terram in superiorib. sententijs, quæ longè diuersa sit ab Hierusalem, intelligi voluisset: nimirũ id quod ait, Noe, Daniel & Iob, ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas, contrarium videretur ei quod hactenus narratum est, quia multoties propter viros tres, & per viros tres gens illa liberata est. Quomodo ergo separationem fecit terræ ab Hierusalem, quid nisi separationem intelligere debemus terræ, id est, synagogæ, quæ nunc vsq; blasphemat Christum, quem crucifixit, ab Hierusalẽ, id est, ab Ecclesia, quæ in Christum credit? Sed dicit aliquis: Quomodo in medio terræ illius, id est, synagogæ quæ Christum crucifixit, vnquam esse potuerunt tres isti viri, Noe, Daniel, & Iob? Ad hæc inquam, isti quidẽ tres viri, Noe, Daniel, & Iob longè ante fuerunt, longè ante ab hac vita decesserunt, quã illa terra maledicta crucifigeret Christum dei filium. Sed si causam illorum ritè discernas, scilicet quia Noe arcam in communi periculo erexit, & Daniel cælibem vitã duxit, & Iob propriæ domui suæ benè præfuit, maximè ex eo notus, quod in tentatione inuentus est fidelis, patenter intelligis, quia in medio terræ illius fuerunt, & de medio terræ illius ad nos venerunt tres viri isti, Noe, Daniel, & Iob. Quod si parum videtur cõmuniter demonstrare in omnibus Apostolis Christi, qui in medio terræ illius fuerunt, & inde venientes tres viuendi ordines supra dictos nobis gentibus ordinauerunt, eccè

Ezech. 14.
Obiectio de tribus, Noe Daniel, & Iob.
Solutio.
1. Cor. 7.
Ephe. 2.
1. Tim. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt, eccè quasi digito demonstrare possumus quosdam ex illis, videlicet Apostolis, tres viros, Petrũ, & Ioannem, & Paulũ, valdè similes illis, Noe, Daniel, & Iob. Deniq; Petrus præcipuus rectorũ Ecclesiæ, ipse est quasi Noe: & Ioannes præcipuũ exemplar cælibis, seu virginalis vitæ, ipse est quasi Daniel: & Paulus qui inter cætera, in quibus plus omnib. laborauit, coniugalẽ quoque vitã benè ordinauit, ipse est quasi Iob.

Quali à gladio & fame, qualibus à bestijs, quali à pestilentia propinquos suos secundum carnem Iudæos, Apost. nõ saluauerunt, & quod ipsi fuerint in medio eorum quasi Noe. Daniel, & Iob.

CAPVT XVI.

Bestia quarta. Dani. 7.

NVnc igitur demonstrandum est, quali à gladio & fame, qualibus à bestijs, quali à pestilentia propinquos suos secundum carnem Iudæos non saluauerint, sed ipsi soli animas suas liberauerint, & quam ob causam iustè hoc fieri debuerit. Quod vt euidentius fiat, iam ordine accedendum est ad illam bestiam quartã sine nomine, de qua sic scriptum est: Post hæc aspiciebã in visione noctis, & eccè bestia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cõminuens, & reliqua pedibus suis conculcãs.

Dani. 7. Quomodocũq; regnum Romanum, bestia magna, terribiter atq; mirabiliter dentib. magnis, dentibus ferreis cæterarum gentiũ robur comederit atque comminuerit, non adeo pertinuit ad illos captiuos, quorum vni hæc reuelata, per quorum vnum hæc

Hester. 3. nobis scripta sunt. Cura enim erat illis tantum de genere suo, cura erat spiritui prophetico de illis propter Christum, qui nasciturus erat ex eodem populo. Sicut ergo de cæteris bestijs scimus, quia taliter demõstratæ sunt. verbi gratia, vt vni diceret: Surge, comede carnes plurimas, propter populum Iudaicum, de quo Aman dixit regi Assuero: Si tibi placet, decerne vt pereat, ita & de ista bestia quarta, bestia terribili atque mirabili, quod dictum est: Comedẽs atq; comminuens, & reliqua pedibus suis

Ioseph. de bel lo Iud li. 7. conculcans, ad eũdem populum spectat, quẽ, ducibus siue principibus Tito & Vespasiano, regnum illud comedit atq; comminuit, tam terribili cõmœstione, tam mirabili comminutiõe, vt nulli vnquam populo, vel ciuitati ab initio seculi taliter cõtigerit, sicut Iosephus scriptor admirando pariter & dolendo patenter edisserit, & reliqua sic pedibus suis conculcauit, vt nunc vsque patet, quia in oẽs gentes ducti sunt captiui, qui reliqui fuerunt ex eis. Nũquid tres viri isti, Noe, Daniel, & Iob, si fuissent in medio eorum, liberassent eos? Fuerunt autem similes istorum aliqui in medio eorum, scilicet Apostoli, & multi credentes in Christũ, sed non liberauerunt eos, imò vt ipsi soli liberarent animas suas, per diuinam iussi sunt reuelationem imminente obsidione, exire de medio eorum. Nónne hoc fuit quasi Noe, & Daniel, & Iob exire de medio eorum? Remanserunt autẽ in medio eorum tres alij valdè contrarij. Eleazarus, & Ioannes, & Simon, autores & principes nimis crudeles seditionum inenarrabiliũ, & ita mirabiliter euenit, vt cũ in Babylone audieris, tres video viros ambulãtes in medio ignis, & aspectus quarti, similitudo est filij dei. Hic contra in ea, quæ dicebãtur Hierusalem, exclamare posis: Tres video viros obtinentes miseram Hierusalem, descendentes eam & excruciantes gladio & fame, miserabilibus modis, tres (inquam) viros principes iniquitatis, & totius latrocinij, & aspectus quarti similis est Barrabæ latronis seditiosi. Nã quia Barrabam sibi præelegerunt, Christũ autem dei filium interfici pẽtierunt, idcircò omnis Noe, & omnis Daniel, & omnis Iob *Dani. 3.* reciſitab eis, & iusto iudicio, cũ foris ob- *Matth. 7.* sideretur à Romanis, intus dati sunt in prẽdam tribus illis authoribus seditiosis, qui contra semetipsos diuisi, communiter diruperunt, & certatim effoderunt viscera ieiunia, & esurientia plenæ ciuitatis.

Hist. Eccl lib. 3. cap. 5

Quod vel quale fuerit peccatum terræ illius, quã Noe, & Daniel, & Iob saluare non potuerũt, & quo modo Iudæi blasphemauerunt, vel dixerunt contra spiritum sanctum.

CAPVT XVII.

Peccatum Iudæorum grauissimum Ezech. 14.

HOc iudicium terræ illius quæ peccauit, non quomodocũq;, sed ita quẽadmodum dixit: Terrã cùm peccauerit mihi, vt præuaricans præuaricetur. Quidnam est præuaricando præuaricari, nisi perseuerare in proposito præuaricationis corde impœnitenti? Hoc denique est peccatum terræ illius grauissimæ, scilicet Iudæorum, *Psal. 4.* quibus maximè & primo loco, et deinde hæreticis illa redargutio congruit: Filij hominum vsquequo graui corde. Quomodo illi maximè præuaricati sunt, id est, in præ- *Psal. 4.* uaricatione perseuerauerunt? Filium dei dominum Iesum Christum in præuaricatione sua reprobauerunt & crucifixerunt. In præuaricatione, inquam, id est, contra legem suam. Dixerat enim in lege Moyses: Prophetam de gente tua & de fratrib. tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies. Qui autem verba eius, quæ *Deuit. 18.* loquetur in nomine meo, audire noluerit, *Christus vtique à Iudæis audiri debuit.* ego vltor existam. Ergo dominum Christum reprobando, præuaricati sunt, præsertim cũ legitimum haberent signum, per quod intelligere eum possent esse prophetam illum, scilicet sufficiens in opere et sermone eius veritatis testimonium. Sed fortè aliquã

tè aliqui de ignorantia se excusare potuerũt dicentes eum esse magnum. Proinde cũ blasphemaretur ait: Et quicunque dixe-

Matth. 12. rit verbum contra filium hominis, remittetur illi. Et cũ pateretur, pater, inquit, ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt. Sed quid post hæc? Quomodo terra illa inexcusabilis facta est, vel quomodo præuari-

Luc. 23. cans præuaricata est, vt inexcusabilis esset? Venit spiritus S. super discipulos eius, quos nimirum significans dixerat illis: Et si ego in Beelzebub principe dæmoniorũ eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideò ipsi iudices vestri erunt. Eijciunt dixit, id est certissimè eijciẽt, magis quã nũc, cùm spiritus S. aduenerit. Venit, inquam,

Matth. 18. spiritus sanctus manifesta virtute testimonium perhibere, Q̃ ille esset Christus, & tunc adimpletũ est Q̃ dixerat illis: Cũ aũt venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre ꝓcedit, ille testimoniũ perhibebit de me, & vos testimoniũ perhibebitis. Hoc facto nihilominus in præuaricatione perseuerauerunt & blasphemare non cessauerunt, & tunc demum contra spiritum S. verbum

Ioan. 15. dixisse iudicati sunt, & illa sententia venit super eos: Qui autem dixerit verbum contra spiritum S. non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

De Hierusalem quæ illa sit, de qua Dominus ibidem: Quod & si quatuor iudicia mea pessima misero in Hierusalem, tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias.

CAPVT XVIII.

Ezech. 14.

ILla autem, quæ est Hierusalem, qualem habet prouentum in medio cunctarum tribulationum. Quod & si, inquit Dominus, continuò in eodẽ propheta, quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, & bestias malas, & pestilentiã misero in Hierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus: tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Mira distantia, mira oppositio illius terræ, id est, apostaticis synagogæ & istius Hierusalem, id est, fidelis & Catholicæ Ecclesiæ. In illa terra, Noe, Daniel, & Iob, si fuerint in medio eiꝰ, non possunt ab vno quolibet iudiciorum istorum liberare filios & filias, sed solas animas suas: in ista autem Hierusalem, si cũ ista hæc quatuor iudicia Dñs iudicat in eã, videlicet vt probetur patientia sanctorum quod sæpe factum est, non dico, quod minus est, Noe, Daniel, & Iob, si fuerint in medio eius, liberabunt filios & filias. Sed dico quod plus est, relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Plus nanq; est moriendo educere filios & filias in vitam æternam qui non erant, quã orando liberare ab interfectione corporis filios & filias qui iam erant. Audiuimus, vidimus, quãta fecerit in ista Hierusalem totus mũdus in maligno positus, & maximè eadem illa bestia superius memorata terribilis atque mirabilis, quantis, quã latè diffusus persecutionibus, quasi magnis & ferreis dentibus, istam Hierusalem comederit atque comminuerit. Sed quid nocuit? Relicta est enim in eis saluatio educentium filios & filias: quia nimirum sicut frumentum seminatũ & in terra mortuum, in multiplicem resurgit fructum: ita perſæpe pauc̃is pro testimonio fidei morientibus, multa millia rationabilem patientiam illorum considerando, in Christum crediderunt. De quibus rectè dicas, quia priores illi morientes, istorum patres siue matres fuerũt, eosque tanquã filios & filias, imò verè filios & filias suo sanguine pepererunt. ista ergo est verè Hierusalem & verè domus Iuda, cui dictum illud in Osee veraciter cõgruat: Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Dño Deo suo, & non saluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, et in equis, et in equitibus. Item in Zacharia: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Dñs exercituũ. Spiritus tuꝰ à te ꝓcedẽs dñe exercituũ, et ab cœnaculo incipiẽs: vbi expectaba tur, cũ pauci homines essent cõgregati in vnum, venit vsque ad illius bestiæ dentes magnos, dentes ferreos, quæ ni mirum bestia, scilicet Romanum imperiũ verè erat Babylonia, & per omnem persecutiõis fornacẽ, semetipsum exhibens pijs martyribus tãquã ventum roris flantem, tam diu illos refrigerauit, et tam diu filius dei cũ illis ambulauit per medium ignis, et fidem illorum illæsam custodiuit: donec illa bestia homo fieret, id est, rationem admitteret, et rationabilẽ esse Christianorũ fidem intelligens, vexillum crucis in sua fronte susciperet, ac voce humana patrem et filium & spiritum S. vnum & verum esse Deum pronuncians, etiam patronum se cultoribus eius exhiberet.

1. Ioan. 5.

Ioan. 12.

Osee. 1.

Zach. 4.

Ro. Imp. erat vt Babylon.

De tribus Viris illis, quorum hæc propria nomina fuerunt, Noe, Daniel, & Iob, qualiter suis quisque temporibus eg reſit fuerunt.

CAPVT XIX.

Ezech. 14.

EXeant igitur de terra illa quicunque pertinere cupiunt ad tres viros istos, Noe, Daniel, & Iob, et videant illius terræ quanta desolatio, et istius Hierusalẽ quàm fructuosa sit probatio. Nam eccè (inquit) ipsi egredientur ad vos, et videbitis viam eorum et adinuentiones eorum, et consolabimini super malo quod induxit in Hierusalem, et omnibus quæ importaui super eam, et consolabuntur super vos cũ videritis viam eorum, et adinuentiões eorum, et cognoscetis quod non frustra fecerim omnia

Mira myſteria trinitatis in his bis. Noe, Daniel, & Iob, quibus tribus ver debitis.

omnia, quæ feci in ea ait Dñs Deus. Magnum et penè inenarrabile sacramentum. Quomodo de terra illa, quâ supra habuimus, Noe, Daniel, & Iob, toties nominati ad nos exierunt, quoniâ filios & filias saluare nõ potuerunt? Dicamus in primis de tribus viris illis, quorum hæc propria nomina fuerunt, Noe, Daniel, & Iob, qualiter suis quique temporib. egressi fuerint. Primus egressus est Noe cum tribus filijs, Sem, Cham, & Iaphet. Daniel verò cum tribus pueris, Sydrach, Misach, & Abdenego. Iob aũt cũ tribus amicis suis, Eliphas, Themanites, Baldat Suites, & Sopharna Amathites. Qualis fuit egressus illorum? Egressus Noe de congerie mortuorum fuit, ad reparationem generis humani de tribus filijs, sub trina benedictione Dei dicentis: Crescite & multiplicamini. Egressus Danielis cum suis concaptiuis ad consolationem ipsorum cum tribus pueris, quos de medio Babyloniæ fornacis victores recepit, glorificatus ipse tribus gratiæ incrementis. in conspectu trium regum, videlicet in conspectu Nabuchodonosor, interretatione somniorum: in conspectu Balthassar, lectióe, interpretatióe & verborũ, quæ miro modo in pariete ab inuisibili visibiliter scripta sunt: & in conspectu Darij victoria laudabili, quia misit Dñs (ait) angelum suum, & conclusit ora leonum, & non me contaminauerunt. Egressus Iob fuit in exemplum patientiæ cunctis superuenturis seculis, tribus modis tentati atq; probati, scilicet occulta potestate, q̃ aduersus eum Sathan accepit, sed aperta lingua coniugis, & nimia trium amicorum sapientia, quæ illum valdè afflixit, quos nõ recta locutus ipse per sacrificium Deo reconciliauit. Itaq; tres viri isti, Noe cum tribus filijs, Daniel cum tribus socijs, & Iob cum tribus amicis, fiunt duodecim, & hic numerus eorum est, qui & arcam, scilicet Ecclesiam in aquis baptismi regendâ primi post Christum susceperunt, & in gentibus, quasi in Babylonia Deum clarificauerunt, & in cunctis tentationibus fortiter perstiterũt. Quod qui ritè perpendit, nimirum ipse persentit hoc dictum à Domino, & cognoscetis, quod non frustra fecerim omnia quæ feci.

Gen.7. Daniel. 3. Iob.2. Gen.9. Dan.2.5 14.

Iob.1.2.

Iob.42.

Ezech.14.

P

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, ET PROCESSIONE SANCTI SPIRITVS. LIBER IX.

De eo quod scriptum est: Sicut qui mel comedit multum non est ei bonũ, sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria: & quod scripturas scrutari non idẽ sit quod scrutatorem esse maiestatis.

CAPVT I.

GLorificationem tuam loquentes, reuerenda trinitas vnus deus, iamdudum sub virga timoris tui pauemus, dum & tua laude nũquam cessandum, & nihilominus multiloquium esse cauendũ non ignoramus. Scriptum est enim: Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Et alibi: Deus enim in cælo, & tu super terram, idcircò pauci sunt sermones tui. Attamen nũquid scrutari scripturas, idem est q̃ scrutatorem esse maiestatis? aut ei, qui quod loquitur, non loquitur extra regulam, siue autoritatem scripturarum veritatis, nunquid rectè dicas, non pauci, sed multi sunt sermones tui? Cœptam igitur laudationẽ Domini adhuc loquetur os meum, & hoc opus iam octo libellis protractum, in isto nono libello concludam. Quod cũ fecero, ô spiritus patris & filij, quæ merces huic operi? imò quæ gratia pro ista gratia? Liceat homini interiori suâ intentionem siue expectationem breuiter & occultè significando, vti verbis B. Iob: Duo tantum, inquit, ne facias mihi, & tunc à facie tua nõ abscondar. Manum tuam longè fac à me, & fortitudo tua non me terreat. Quod est dicere, De peccatis meis vindictam non sumas, & principes tenebrarum mihi non occurrant, & tunc in exitu suo dicet anima mea beneficij largitate exhilarata: Eccè q̃ cupiui iam video, quod speraui iam teneo, ab eius facie non sum abscondita post exuuias corporis, quem in corpore posita tota dilectione fidei dilexi. Huius igitur libri vltimi materia tu mihi esto domus sanctissima, cũ tuis septem columnis, quâ sapientia ibi ædificauit. Nã tui quidẽ in superioribus loco quodã memini, sed septẽ columnarum sacramentum, quod ferè omnibus notum est, huc vsq; distuli, notitiæ communi sibi vsitatæ lectioni supererogare cupiens aliquid in domo ista, quæ est tẽplum corporis dominici, ad laudem spiritus sancti, à patre & filio procedentis.

Prou.2.

Præmia laboris post hanc vitã. Iob.13.

Argumentũ huius libri noni. Prou.9.

Quod

Quod domus illa, quã sapientia sibi ædificauit, sit corpus Christi, & quod in istã domum processio spiritus. S. tertio celebrata sit, primo ad ædificandũ, secundo ad exornandum, tertio ad dedicandum.

CAPVT II.

HIc ergo in primis illud memorare libet, quia in domum istã, processio spiritus S. tertio celebrata est, secundũ typum domus illius siue tẽpli manufacti, q̃ Salomon magna sapientia ædificauit, mira gloria decorauit, magna solẽnitate dedicauit. Etenim spiritus S. domũ istã non manufactam templũ dominici corporis, sapienter per semetipsum ædificauit, decenter exornauit, gloriosè ac feliciter dedicauit. Aedificauit, inquã, in ipsa verbi incarnatióe, exornauit in illius veri hominis manifestatióe, dedicauit in eiusdẽ sacrosancta resurrectione. Quam videlicet dedicationẽ illeinnuit psalmi. xxix. titulus, psalmus canici in dedicatióe domus Dauid. Mittit emnos titulus ad historiã, & historiæ intelligẽtiã sacræ, quia sicut Dauid impẽsa & apparatu suo per manũ Salomonis tẽplũ dño ædificauit, & postea cũ iucunditate & ✝ solẽnitatib. verbis ad laudem dñi dedicauit: sic corpus Christi secundũ singularem natiuitatẽ, & immunitatẽ à peccato, fuit edificatũ: post resurrectionẽ verò secundũ impassibilitatẽ & immortalitatẽ, æterna gloria manet dedicatũ. Manifestationẽ verò illã dicimus qua manifestauit eũ spiritus S. in specie colũbæ, Ioanne prædicãte: Et ego nesciebã eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. In istis igitur tribus splendorib. gratiæ, quę diffusa est in labijs tuis, speciosa forma præ filijs hominũ, sic sanctã trinitatẽ laudam⁹ & glorificamus, vt sanctũ spiritum de patre & de filio, procedentẽ pariter prædicemus, opificẽ istius domus, quæ videlicet domus es tu secundũ humanitatem, in qua requieuit ipse cum omnibus quas tibi thesaurizauit, diuitijs siue thesauris sapientiæ & scientiæ.

1. Para. 22

aliàs, solennibus.

Ioan. 1.

Psal. 44.

De septẽ eiusdem domus colũnis: & quis primus autor fuerit huius numeri, vt scriberet septem spiritus Dei.

Septẽ colũnæ templi septem spiritus Domini.

CAPVT III.

SEptem columnas, quas excidit sapientia in ista domo sua, sicut dicit scriptura: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, septem esse spiritus dei, quis non audiuit consonantibus scripturis alijs? Nam exempli gratia, Prophetа Esaias dixit: Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Multa sunt in scripturis consonantia sanctum septiformem spiritum, sub sacramento numeri septenarij, videlicet septem lampades ante thronum DEI, septem cornua agni, septem eius oculi, quod non est aliud, quàm apud Zachariam Prophetam, in vno lampide septem oculi, & in vno candelabro septem lucernæ super caput vnius candelabri. Verum nos istud quærimus, & inuenire delectabile est, quis primus fuerit author numeri huius, vt scriberet septem spiritus domini, & quã ob causam idem septem spiritus, nomine columnarum totidem debuerint significari. Non est dubium quin omnia sint diuinæ authoritatis, quæcũq; habẽtur in scripturis canonicis: veruntamen tũc melius placet, & abundantius lætificat ipsa diuina authoritas, cum diuina quælibet scriptura simul authoritatem siue testimonium habet de aliqua priore scriptura. Exempli gratia: Quod in Zacharia scriptum est, vt iam memini, quia super lapidem vnum septem sunt oculi, cùm sit diuinæ authoritatis: spiritus enim sanctus per os omnium Prophetarum locutus est, attamen amplius ex eo delectat, quod ante istum Esaias Propheta, cuius iam meminimus, scripsit apertissimè septem spiritus Domini, ita vt singulos proprijs quoque exprimeret vocabulis. Hoc igitur quærimus, vtrum & iste qui sine dubio diuina scripsit authoritate, sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, priorem quempiam legerit, siue audiuerit similia loquentem. Verbi gratia, Dauid siue Moysen. Quærentes istud, citò inuenimus, quia præcessor huius & omnium prophetarum, in isto sacramento numeri septenarij, Moyses fuit, cuius scriptura ✝ fluens, nõ ab homine, siue à literatura manuscripta cuispiã hominis, sed ab ipsius ore, quasi fons scripturarum est, nam cæteræ omnes scripturæ propheticæ, quasi riui sunt eiusdem fontis. Hoc demonstrare promptum est, si tamen paucis rem tantam lingua verbis explicare potest.

Numerus septenarius

Apoc. 4. 5. Zach. 3. 4.

Zach. 3.

Esa. 11.

Prou. 9.

Libri Moysis fons scripturarum.

De septem diebus primis, & quod spiritus Domini qui ferebatur super aquas, ex illis cognosci debeat, quod sit spiritus septiformis, primum spiritus timoris, secundum diuisionem tenebrarum & lucis, & in supremo spiritus sapientiæ, secundum diem septimum in quo Deus requieuit.

CAPVT IIII.

IN principio spiritus Domini ferebatur super aquas, qui videlicet spiritus Dei

Gen. 1.

I bonitas

bonitas ipsius Dei. Pro hac bonitate sua Deus sex diebus cuncta creauit, & in septimo requieuit. Et quoniam à creatura cognoscitur creator, sicut Apostolus dicit: Inuisibilia ipsius enim, à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas, idcircò nos maximè, qui cognoscentes Deum, sicut Deum glorificare & gratias agere cupimus, à creatura ipsorum dierum ipsum, qui ante omnem diem fere batur super aquas, debemus cognoscere spiritum sanctum. Videlicet ab illo die, quo diuisit Deus lucem & tenebras, id est, angelos bonos & angelos malos, cognoscitur spiritus iste, quia timoris est. Timorem quippe efficit credenti animæ memoria illius iudicij magni & terribilis, quo angeli tenebrarum ab angelis lucis tãta diuisione diuisi sunt, vt vltra in æternũ recuperari non possint. De quo videlicet timore, siue spiritu timoris, scriptum est in Iob: Potestas & terror apud illum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. A die secundo quo fecit Deus firmamentum in medio aquarum, & diuisit aquas ab aquis, cognosci potest spiritus Dei, quod sit spiritus pietatis: si ritè perpendas, qua intentione fecerit Deus fabricam huius mundi, cuius initium fuit factura eiusdem firmamenti, quod cælum vocauit. Quidnam intendebat, sic incipiens Deus, vel sapientia Dei? Quando (inquit) præparabat cælos ad eram, quando certa lege & gyro vallabat abyssos, cum eo eram cuncta componens, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Et quid tam pium, quã idcircò præparasse cælos, & fecisse hunc mũdum, & in eo genus humanum, quia ipsa sapientia iam deliciabatur, quandoque fieri homo, & esse cum filijs hominum. A die tertio quo dixit Deus: Appareat arida, quã vocauit terram: & germinet (ait) herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram, quod fuit initium exornationis mundi, propter quod scriptura dicit: Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, subauditur enim ornatus, siue exornationis terræ. Ab isto (inquam) die tertio cognoscitur spiritus sanctus, quod spiritus scientiæ, immò & scientiarum sit Dominus. Quã videlicet scientiã, quia iã in corde suo æmulabatur Adam in paradyso positus, permissus est accedere tentator qui diceret: Comedite, & eritis sicut dij, id est, similes Deo, scientes bonum & malum. A die quarto, quo dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctẽ, & sint in signa, & in tẽpora, & dies, & annos: cognoscitur spiritus S. q̃ sit spiritus fortitudinis. Quis aũt ecclesiasticorũ, aut gentiliũ philosophorum nõ miratus est fortitudinẽ, siue potestatẽ in istis duobus magnis luminaribus, sole, & luna, & stellis, quas posuit deus in firmamnto cæli? Primus Psalmista dicit: Qui fecit luminaria magna, solẽ in potestatem diei, & lunã & stellas in potestatẽ noctis. Post hunc inquisitores mũdi, sapientes huius seculi tanta dixerunt, tanta scripserunt de ista creatura tã mirabili, de sole & luna & stellis, quæ cursus suos tã certa, tãq; firma lege custodiũt, cõstitutione Dei ex præcepto q̃ ille posuit, vt ea etiam viuere, & ex eis fata hominũ pendere crederent, q̃ recipere nec voluit, nec debuit Ecclesia Dei. Sunt alia potestatũ insignia sano intellectu sufficientia ad cõprobandum, q̃ verè in his fortitudo magna sit. Quinq; tenent cælũ zonæ ait Poeta insignis, quarũ circa positiones vel causas temperamenti siue intẽperamenti, multa insignia sese expenderũt t secularii. Nec ea reprobauit discretio ecclesiasti corum, solẽ intelligentes diuersitatis huius esse causam principalẽ, secundũ quod illi positum est præceptum, ascendere sursũ, & descẽdere deorsum. Oritur em̃ sol, & occidit (ait ecclesiastes) & ad locum suũ reuertitur, ibiq; renascẽs gyrat per meridiẽ, & flectitur ad aquilonẽ, lustrãs vniuersa in circuitu, pergit spiritꝰ, & in circulos suos reuertitur. Nimirũ gyrãdo, & regyrãdo duas tẽperat zonas, vna q̃ & media, est nimiũ exusta, eò q̃ soli semp sit subiecta; duabus aũt extimis, à quib. lõgiꝰ abest, vel quib. gyrãdo & regyrando nõ appropinquat, frigore torpentib. & glacie perpetua. Horũ hic meminisse superfluũ ducere mus, nisi ꝓ fortitudine, quę in sole est, dicere aliquid oportuisset, maximè quia Psalmista quoq; horũ meminit, dicendo: Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, neque à desertis mõtib. subauditur, patet locus effugij, quoniã deus iudex est. A die quinto quo dixit deus: Producãt aquę reptile animę viuentis, & volatile super terrã sub firmamẽto cęli, & benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini, cognoscitur spiritꝰ sanctus q̃ sit spiritus cõsilij. Cuius potentia, dum super aquas fertur, hoc mirabile fecit in creatura eiusmodi, quę rationem nõ habet, ita cõsulere noluerit suæ posteritati, vt homo rationalis non sufficiat admirari, idem animantibus etiã minimis, quæ sexto die terra ꝓduxit: Vade (inquit Salomon) ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiã. Quæ cũ non habeat ducẽ, nec præceptorem, nec principẽ, parat æstate cibũ sibi, et cõgregat i messe, q̃ comedat,

Rom. 1.

Iob. 21.

Spiritus pietatis secundo die.

Prou. 8.

Spiritus scientiæ tertio die.

Gen. 5.

Spiritus fortitudinis quarto die.

Psal. 135.

comedat, deniq; in creatura humana non adeo mirum est, q̃ sit consilij capax, videlicet quia in homine inter sensualitatem & moralitatem media est rationalitas, aut in huiusmodi creatura, quæcũq; est rationalitatis expers, cũ quinq; fungatur sensibus, valdè mirũ est tantam inesse mortalitatẽ, siue quasi consilij solicitudinẽ, vt pro exemplo posit esse homini, socordiam eius in plerisque redarguens. A die sexto, siue à creatura humana, quæ die sexto facta est, cognoscitur spiritus S. q̃ sit spiritus intellectus, non solùm quod rationalis cognitus, verum etiã (quod maximum est) spiritualis intelligentiæ capax. Deniq; & si tunc primus homo non intellexit, & post cũ quàm plurimi (sicut scriptũ est) homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et rursus: Animalis homo non percepit ea quæ fecit Deus, attamen spirituales fuerunt, & sunt multi, magnus enim Dominus, quos voluit, multos spiritu intelligẽtię repleuit. A die 7. cui deus benedixit, & in quo requieuit quẽ sanctificauit. Propter hoc ipsum vt in ipso requieuit, inquãtũ iam in hac vita, vel percipi, vel gustari potest requies ipsa cuiusmodi sit, cognoscitur spiritus S. quod spiritus sit sapientiæ, quia verè ad magnam sapientiam adducit illum, quem docilem facit illius dicti: Tollite iugnum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Ista requies sapientia est, quam spiritus sanctus efficit, id est, participatio sapientiæ increatæ, quæ est ipsum verbũ dei, sapiẽtia patris.

Spiritus in telligentiæ die sexto. Psal. 46. 1. Cor. 2.

Spiritus sapientiæ die septimo. Matth. 11.

Quam ob causam idem sacramentum spiritus septiformis congruum fuerit septem columnarum appellatione designari, cur & Esaias ordine conuerso spiritus eosdem ornans, à spiritu sapientiæ descenderit ad spiritum timoris.

CAPVT V.

IN quantum potuit sermo fidelis fontẽ lucidum adiuit, de quo riuus emanauit per ora multorum, dicentium similia huic, qui cùm dixisset: Sapientia ædificauit sibi domum, secutus ait: Excidit columnas septem. Quam vero ab causam, iam dictum septiformis spiritus sacramentum designari conueniebat appellatione septem columnarum? Nimirum propter gloriam magnam & honorem huius altissimi filij hominis, quia videlicet templũ corporis eius, ipsa est domus, quam sapiẽtia sibi ædificauit. Domus autem quæ super columnas ædificata est, profectò ex ipsis columnis firmitatem pariter & pulchritudinem habet, & alte est. Si igitur columnas aspicis, quas nunc ordine digestas demonstrauimus, nónne talis positio domus sapientiæ, illa est exaltatio filij hominis, de qua scriptum fuerat iamdudũ: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum? De omniq; & Dominus est angelorum sanctorũ, & Dominus firmamenti, id est, cæli, & Dominus terræ, siue paradysi, & maris, & Dominus solis & lunæ & stellarum, & Dominus omnium creaturarum, quas aquæ produxerũt, & quæ de terra productæ sunt, & Dominus totius generis humani, & Dominus etiam sabbati, id est, patriæ cælestis, in qua est plenitudo illius, quã speramus requiei. Verè magna domus, pulchra, & altissima domus. Ipse septiformis spiritus, in eadẽ domo plenariè habitat quietissimè, nullam enim vnquã passus est ibi offensam alicuius culpæ siue negligentiæ. Hoc est q̃ Esaias dixit: Et requiescit super eũ spiritus sapientiæ & Domini. Quod autem eosdem spiritus aliter subordinauit, primum ponens spiritũ sapientiæ, septimũ autem spiritum timoris, causam siue rationem hanc habet, quia dominus noster Iesus Christus, cuius aduentus prædicabatur de altissimo sapiente secreto, & magna requie sua, de sinu patris huc descendit, vsque ad obedientiã & mortem crucis, quę videlicet obedientia, religiosus in ipso erat timor Domini: nos autẽ, quorum ad eruditionem siue correptionem scripta sunt opera illa, patris, & filij, & spiritus sancti, à timore incipimus, & in sapientia perficimur, sicut alia scriptura dicit: Initium sapientiæ timor Domini.

Filius hominis domisti eum super opera manuum tuarum? Dominus est omnium. Dominus est angelorum sanctorũ, & Dominus firmamenti.

Duplex ordo septem spirituum. Psal. 110.

De ædificatione huius domus Domini, & quod ibi factum sit illud quod Psalmista dixit: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt.

CAPVT VI.

QVomodo factum est istud? Quomodo ædificata est ista domus? Malleus & securis et omne ferramentum non sunt audita in domo, cùm ædificaretur, sed in secreto silentio, nulla interstrepente humani operis inquietudine, spiritus sanctus, qui in principio ferebatur super actus, qui in beatam virginem superuenit, eiusque vtero ineffabiliter obumbrauit, in modum volucris ouum subiectum desideratissima sessione calefacientis. Qua tamen similitudine, nisi ante nos præsumpta fuisset, fortè nostra infirmitas in tanto mysterio vti non auderet. Tunc itaque factum est illud quod Psalmista canens prædixerat: Misericordia et veritas obuiauerunt sibi, iustitia et pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo

3. Reg. 6.

Spiritus obumbrauit vterum Mariæ. Luc. 1.

Psal. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prospexit. Denique misericordia spiritus sanctus est veritas, verbum Dei, filius Dei est. Ité, iustitia Christus dei filius est: pax, id est, remissio peccatorum, spiritus est. Quomodo, vel ad qd talis misericordia, & talis veritas, & vbi obuiauerunt sibi? Quo modo, vel ad quid talis iustitia, & talis pax osculatæ sunt? Quis me hoc interrogabit? vel quis idoneus, vt ad hæc respõdere possit? Interrogarem & ego aliquid, q̃ longè minus est, & tamen neque verbis explicari, neque sensu hominis compræhẽdi potest. In nido volucris, ouo subiacente, quomodo & ipsum corpus volucris, & cõcretus ex ouo fœtus obuiant sibi? Neque enim subsidentis corpus volucris in semen conuertitur, autà natura sua diminuitur. vt similis illi fœtus nascatur, sed calore corporis subsedentis, ouum animatur, & succus eius in volucrẽ similem formatur, 3. Reg. 4. sicque obuiant sibi, & inuicem osculantur, id est, inseparabili amore consociantur. Quis de huiusmodi disputare sufficiat? Legimus quidem, quia disputauit Salomon super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsq; ad hyssopum, qui egreditur de pariete, & disseruit de iumentis, & volucribus, & rẽptilibus, & piscibus: sed non legimus eum disputando, & differendo hæc eadem comprehendisse. Quanto minus quis disputare, vel differere sufficiat, quo modo spiritui sancto in beatam virginem, & superuenienti, & in sua natura, siue substantia permanenti, ne quis putet, quod il lic ipse pro semine fuerit, verbum Dei cũ sementina substantia virginei ventris obuiauerit, iuxta illud quod iam dictum est: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, Non ergo hæc nobis altiora quæramus, ne velut scrutatores maiestatis arguamur. Hoc scire contenti, quia sapientia domum ĩstam, templum sacrosanctũ corporis sui, spiritu suo sibi ædificauit, spiritu (inquã) suo, id est, ex operatione, non de substantia spiritus sui, & iam dictas septem columnas, non de sola patris sui persona, qua si de alio mõte excidit, sed ipsa sapiẽtia siue filius dei & pater eiusdẽ filij, sicut sunt vna substantia, sic & ambo inseparabiliter septiformem spiritum suum, indiderunt huic domui, huic homini Iesu Christo, filio Dei, filio hominis.

Multa nobis explicabilia.

Incarnatio Christi ineffabilis nobis.

Proue. 25.

Itẽ de eadẽre, ad quid misericordia & veritas obuiauerunt sibi, & quale consilium de saluando humano genere illic habuerint, secũdũ illud beati Iob: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram mœrui, & calamitas quam patior in statera.

CAPVT VII.

DIximus propositum esse, quomodo & vbi misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iam dicẽdum etiã ad qd, nam etiã hoc supra propositum est. Ad quid ergo misericordia & veritas sibi obuiauerunt? Ad quid cõuenerũt? Ad quid iustitia, quæ est ipsa veritas: & pax q̃ est ipsa misericordia; osculatæ sunt? Nimirum ad consulendum & habendum de rebus magnis cõsilium, ad pertractandum magnæ rei negotium, scilicet, quomodo saluaretur genus humanũ. Non enim leue erat pondus huius rei, quo modo salua ratione iustitiæ seu veritatis, quæ est ipsum verbum, siue filius Dei, hominem excusaret, & saluti restitueret misericordia, quæ est spiritus sanctus. Habitum ergo est consilium, immò quod ante secula fuerat, consilium præfinitum, tunc ex vtero virginis productum est ad effectum, agendo, scilicet, quatenus constaret ad hominem plus calamitatis esse passum, quàm peccatis suis promeruisset Hęc ergo fuit summa consilij in illa conuentione obuiantium sibi misericordiæ & veritatis, siue osculãtiũ iustitiæ & pacis, hominẽ illũ diuinę benignitatis, fructũ terræ nostrę, scilicet virginei ventris oportere mortalẽ nasci, & mori, & resurgere à mortuis, atq; ita consummatũ per fidem in cordibus nostris, vt essemus nos duo, videlicet homo peccator, ac propter peccatũ morti addictus, & in vnoquoq; nostrũ homo absque peccato mortalis factus, & mortificatus, & idcircò mortis victor effect⁹. Nónne ita ô mediator dei & hominũ homo Iesu Christe, ego & tu duo sumus? Imò nónne vnus spiritus & vnũ corpus sumus? Attamẽ alio respectu duo sumus, & de nobis duobus sapientia loquitur: Melius est duos simul esse quã vnũ. Habent emolumentũ societatis suę. Si vn⁹ ceciderit, ab altero fulcietur: & si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. Vbi fit, aut fiet istud? Nimirum in ista vita incipitur, & in porta, cuius meminit Psalmista dicendo: Non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta, in porta (inquam) id est, in exitu vitæ huius perficitur. Quomodo ibi perficitur? Astando ante tribunal Christi, & parata ibi statera, quam beatus Iob suis temporibus nondum paratam suspirans, dicebat: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Statera ista tunc parata est, quando misericordia & veritate (vt iam dictum est) obuiantibus sibi immortalis DEVS mortalis homo factus est. Cùm ergo venitur ad examen stateræ huius, dum statur ante tribunal iudicis huius, ibi sunt duæ lances, altera misericordiæ, altera iudicij: & tamen duo sunt (vt iam diximus) scilicet homo qui peccauit & habitans per fidẽ in corde

Ad quid iustitia & pax osculata sunt.

Summa consilij iustitia & pacis.

1. Cor. 6. Eccl. 4.

Statera iudicij in exitu huius vitæ.

Lapides dolati atque perfecti sũt atq; prophetæ.

Esa. 8.

Iob. 6.

Ephe. 3. corde eius Christus, qui non peccauit, appenduntur peccata vnius tantum in statera iudicij, appenditur calamitatis duorum in statera misericordiæ, & calamitas mortis eius qui peccauit. Verbi gratia, Iob aut alterius viri fidelis, & calamitas mortis eius qui non peccauit, scilicet Iesu Christi. Nónetaq; calamitas in lãce misericordiæ gra uior appareret, quàm peccata in lance iudicij? Planè grauior quasi arena maris, vtpotè duplum contra simplum: quia cũ simus duo, & vnus tantum peccauerit, ambo soluimus debitum mortis. Quid igitur? pronimus, si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei, id est, si princeps mũdi huius contra steterit, vt accuset animam egredientem à Christo, habitante in se de- *Psal. 34.* fensionem petit. Appræhende (inquiens) arma & scutum, exurge in adiutorio mihi.

Item de ædificatiõe domꝰ eiusdẽ, quid mysterij habeat dictum illud: Domus cum ædificaretur lapidibus dedolatis atque perfectis ædificata est.

CAPVT VIII.

Colloss. 2. SEd iam propositum de domo tua Domine, de corpore tuo Christe, quo proposuimus ordine sermonis, persoluamus. proposuimus namque sermone fideli connationem, atq; dedicationẽ domus huius, celebrare tria hæc, ædificationem, exordi- *3. Reg. 6.* in qua inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Iam ergo de exordinatione dicendum esset, nisi quod adhuc in ædificatione capitulum nos illud tenet: Domus cùm ædificaretur, lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est. Huius namque capituli mysterium intactum animus præterire non patitur. Quid ergo est, huiusmodi domum ædificatam esse lapidibus dedolatis atque perfectis, nisi media torem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, conceptum esse ex vtero, sicue concretum in vtero virginis, secundũ fidem, sermonemque fidelem Patriarcharum atque prophetarum, qui vtique fuerunt, vel sunt lapides magni, lapides perfecti. Huic etenim vnus illorum Esaias gratulatur & dicit: Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filiũ Barachiæ. Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prędari. Planè hic vnus dixit, cæteris quoque omnibus sanctis prophetis, quorum per os spiritus sanctus locutus est à seculo, dixisse vel dicere congruit. Omnes enim ad illam prophetissam accesserunt, omnium fides, omnium prophetiæ in illam beatam virginem conuenerunt, & ipsa sciuit quid ageretur secum secundum veritatem scripturarum. Domus igitur ædificata est lapidibus dedolatis atque perfectis, id est, incarnatio dominica secundum fidem & expositionẽ sanctorũ, & secundum scripturas prophetarum, & verum ex omnibus habet testimoniũ sancta domus tua Domine, iuxta illud præco- *Psal. 92.* nium magni prophetæ: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum. Quàm benè aũt lapides isti perfecti dicuntur etiam dedolati. Quis enim illorũ viam vitæ huius pertransiuit absque dolatura tribulationis? Denique plerique illorum fuêre dolati vsque ad internitionem *Osee. 6.* sui corporis. Hinc ipse Deus dicit in Osee: *Actor. 7.* Propter hoc dolaui in ꝓphetis, occidi eos in verbis oris mei. Et in actibus Apostolorum protomartyr Stephanus ait: Dura cervice, & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti.

De exornatione eiusdem domus, quali auro exornata sit, descendente ad illam super Dominum spiritu sancto in specie columbæ, cùm baptizaretur à Ioanne.

CAPVT IX.

AEdificata domo ista, siue templo dominici corporis, quid deinde factum est? quomodo exornata siue decorata est? Domum quoque (ait scriptura mystica) an te oraculum operuit Salomon auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis, nihilque erat in templo quod non auro tegeretur. Sed & totum oraculi altari texit auro, & fecit in oraculo duo Cherubin de lignis oliuarum.

3. Reg. 6.

Exornatio domus non manufactæ apparuit anno ætatis Christi trigesimo.

Secundum typum illius manufactæ exornationis, quã totam hic præscribere nimis longum esset, & exornata est domus non manufacta, de qua nunc loquimur, scilicet humanitas Christi, nostri saluatoris, anno tricesimo suæ ætatis. Nam vsque ad annum illum ignotus inter homines mãsit. Illo denique anno (sicut Euangelistæ manifestè dicunt) ipse autem Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, cùm baptizaretur à Ioanne, descẽdit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, & ipse plenus spiritu sancto regressus à Iordane. Quid rogo est plenum spiritu sancto regressum esse à Iordane, cũ sine dubio plenus spiritu sancto fuerit ab ipsa conceptio- *1. Cor. 12.* ne? Quid (inquam) est vel erat plenum spi- *Ioan. 7.* ritu sancto à Iordane regredi, nisi quia iã *Ioan. 15.* tempus erat opere exercere, quæ prius in potestate habebat charismata spiritus sancti? Hoc autem aurum verum, aurum purissimum est, lapides pretiosi sunt,

Luc. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

videlicet sermo sapientiæ, sermo scientiæ, operatio virtutum, gratia sanitatum, prophetia, discretio spirituum, interpretatio sermonum. Huiusmodi charismata sic ex tunc opere cœpit exercere, vt nunquam sic locutus fuerit homo sicut hic, & nemo alius vnquam talia fecit opera, qualia fecit hic. Nónne igitur domus illa operta est auro purissimo, nihilq; erat in templo q̃ non auro tegeretur? Tali namq; auro, siue splẽdore auri, delectata sponsa eius, dicit in Canticis: Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Tornatiles, id est, ad operandũ citæ, vel faciles: aureæ, id est, operãtes potẽtia diuinæ naturæ: plenæ hyacinthis, id est, cælestia sacramẽta spirantes in exterioribus signis. Eatenus non apparebat, q̃ ornata esset domus huiusmodi ornatu, vsq; adeo in vsitatum fuerat per annos triginta, vt cũ discipulos eligeret, & illis quoque talium operum faciendorum potestatem daret, fieret nimiæ admirationis stupor in eum, sicut Marcus euidenter narrat. Et cũ audissent (inquit) sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, quoniam in furorẽ versus est. *Marc. 3.*

Quo pertinuerit, quod ad hoc opus procedens spiritus sanctus, non in qualicunque specie, sed in specie columbæ apparuit.

CAPVT X.

QVo pertinuit quod ad hoc opus spiritꝰ sanctus non in qualicunq; specie, sed in columbæ specie procedens apparuit? Reuera ad magnum pietatis sacramẽtum, quod manifestum est (vt ait Apostolus) in carne iustificatum est in spiritu, apparuit angelis: prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria. Non enim illud solum attendere debes, q̃ ex tunc verbum in carne, Deus in homine, miraculis cœpit clarificari, imò quod tunc pœnitentiam pro nobis agendam suscepit, baptizatus baptismo Ioannis, videlicet in pœnitentiam, quã protinus à ieiunio quadraginta dierũ inchoauit, & in ea perseuerauit vsque ad mortem, mortem autẽ crucis. Verè magnum pietatis sacramentum, quia Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum in pœntentiam. Nam eius modi pœnitentiam, morte crucis consummatam, lex sacra & mystica in sacramento sacrificij signauerat dicendo: Si holocausti oblati fuerit Domino de turturibus & pullis columbę, offerat eos sacerdos ad altare, & retorto ad collũ capite, & rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris. Non secabit, nec ferro diuidet eã, & adolebit super altare lignis igne supposito, holocaustum est & oblatio suauissimi odoris Domini. Quid enim in hac oblatione turturis & columbæ, quæ pro peccato iubetur offerri, atque vt post mortem hostiæ caput corpori inhęreat, nisi mediatoris nostri persona signatur? Redemptoris enim nostri mors, ad coniũctionem sui corporis, id est, ecclesię valuit, non ad separationem. Mediator etenim Dei & hominum, id est, caput omnium nostrum, est veræ mundationis hostia. Vnde pro nobis mortem pertulit, vnde nobis verius inhæsit. Post sectionem ergo caput columbę suo corpori inhæret, quia Christũ & ecclesiam nec mors interueniens diuidit. Multum igitur pertinuit ad magnum sacramentum pietatis, quod spiritus sanctꝰ in specie columbę super eum apparuit, de quo Apostolus ait: Quia per spiritum sanctum semetipsum immaculatum offerens Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiẽdum Deo viuẽti. Adde quod ibidem Baptista Ioannes, vbi testimonium perhibuit dicens: Quia vidi spiritum sanctum descẽdentem de cælo quasi columbam, & mãsit super eum: tali voce, taliq; iudicio mansuetudinem eius prędicauit: Eccè agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Denique in sacrificio Domini, sacrificio odoris suauissimi, eadem mãsuetudo agni, quã simplicitas columbæ mysticè significat innocentiam & pietatem Christi filij Dei. *Hebr. 9.* *Ioan. 1.*

1. Tim. 3. Christus p nobis pœnitentiam egit.

Esa. 53.

De die illo quem determinauit spiritus sanctus in Dauid, dicendo: Hodie si vocem eius audieritis.

CAPVT XI.

EXtũc dies ille est bonę auditionis, dies vocis audiendæ in lenitate fidei, quem spiritus S. determinauit in Dauid, & populus modo meminit. Quapropter sicut dicit spiritꝰ sanctus: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto. O vox dulcis & suauis, vox dilectionis & gratię, vox turturis & columbę, quã apud Lucam taliter cœpimus audire: Regressus in virtute spiritus in Galileam, cùm venisset Nazareth, & intrasset in synagogam, & traditus esset sibi liber prophetę Esaię, locũq; hunc statim inuenisset: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euãgelizare pauperibus misit me, prędicare captiuis remissionẽ, prædicare annũ Domini acceptum, & diem retributionis: Hodie (inquit) impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Ab ista voce debent corda nostra hodie mollescere siue mitescere: hodie, inquam, id est, alio die, qui alius est ab illo die, quo exiuit Israel de Aegypto per mare rubrũ, & per xl. annos tentauerũt, atq; exacerbauerunt spiritum sanctum in deserto. Nunquid non hoc vidit Ioannes Baptista, qui in initio diei huius videns ad se Iesum venientem, *Psal. 49.* *Luc. 4.* *Esa. 61.*

Eccè agnꝰ Dei. Ioan. 1. Exod. 12.

nientem, dixit (vt supra meminimus) Eccè agnus Dei? Denique talis eius dictio talem nobis sensum efficit. Eccè cuius in figura immolatus est agnus in Aegypto sumpto sanguine qui erat in limine, & posito in superliminari & super vtrunq; postę, vt figuram crucis exprimeret, factumque est phase, id est, transitus: transiuit enim Dominus per Aegyptum, Aegyptios percutiens, & filios Israel saluans. Nuncalia per cutietur Aegyptus, & aliud mare diuidetur, & aliud manna de cælo dabitur, & alia petra sitiẽtibus alias dabit aquas, & in aliã terram intrabitur, & alia ciuitas Hierusalem inhabitabitur, & omnia in nouum restituentur, dicente isto, qui spiritu sancto baptizat, eccè noua facio omnia. Igitur dies sanctæ nouitatis tunc illuxit, quando desuper in colũbæ specie apparente spiritu pietatis pontifex declaratus est Christus filius Dei: Põtifex (inquam) ipse, & hostia, & tẽplum, ex tunc optimè ornatum (vt supra diximus) secũdum figuram templi illis manufacti, auro videlicet non corruptibili, sed auro vero splẽdidę diuinitatis, quæ tũc in eo splendere cœpit per operationẽ virtutum, & gratiam sanitatum, cæteraque opera digiti Dei spiritus sancti. *Eccè noua facio omnia. Apoca. 21.*

De eiusdem domus dedicatione, id est, resurrectione secundum Psalmum vicesimum nonum, cuius est titulus, Psalmus Dauid cantici in dedicatione domus Dauid.

CAPVT XII.

AD dedicationem domus iuxta propositum properat animus, id est, ad gloriam resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, qua sine dubio dedicatum est templum corporis eius, ita vt omnia mortalitatis seu passibilitatis paupertate deterſa, solennitas æterna, festiuitas sempiterna, in voce exultationis, & confessionis in ea celebretur ab angelis, celebretur ab hominibus, quotquot sunt vel erunt filij resurrectionis. Hoc loco sensum & verba nostra dirigat textus Psalmi. 29. cui talis præscriptus est titulus: Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid. Primum autem in fundamentum sermonis illud ponere libet, quia domus illa manufacta, quæ in typum huius ædificata fuit, vt supra diximus sub trina benedictiõe nominis Domini dedicata est, sicut habet manifestè ipsa scripturæ series. Primo namque sic scriptum est: Conuertitque Rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel, & ait: Benedictus Dominus Deus Israel, qui locutus est in ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, &c. Item secundo: Stetitaũt Salomon ante altare Domini, in conspectu Ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cælum, & ait: Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo desuper, & super terram deorsum, qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo quæ locutus es, &c. Deinde tertio: Factum est cùm compleuisset Salomon omnem orationẽ, stetit & benedixit omni ecclesiæ Israel voce magna dicẽs: Benedictus Dominus qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia quæ locutus est, &c. Itaq; sub trina, vt iam dictũ est, inuocatiõe nominis Dñi, ecclesiam siue domum domini dedicauit, non vtiq; casu, sed magna cum ratione sapientiæ, quã Deus dederat illi, præsertim qa talis data fuerat regula benedicẽdi. Sic enim scriptum est in libro Numeri: Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron & filios eius. Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Cõuertat Dominus suum vultum ad te, & det tibi pacem. Hoc dicimus pro glorificatione trinitatis, quia (sicut hactenus demonstrare curauimus) ferè nihil celebre siue memorabile referunt scripturæ veritatis absque sacramento sancti huius nominis. *Dedicatio domus Christi in resurrectione eius celebrata est.* *3. Reg. 8.* *Num. 6.*

Item in eodem Psalmo de trina appellatione nominis Domini: Exaltabo te Domine, Domine clamaui ad te, Domine eduxisti ab inferno animam meam: & de titulo alterius Psalmi, in finem canticum Psalmi resurrectionis.

CAPVT XIII.

NVnc igitur perpende q̃ perpulchrũ est, quia in isto Psalmo cantici cantãti siue cantandi, secundum dedicationem domus Dauid, id est, corporis Christi, similiter trina præpollet appellatio eiusdem nominis Domini. Primo namque dicit: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Deinde secundo: Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Deinde tertio: Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Cõtinuò sequitur, cõcẽtus multitudinis sub admonitione huiusmodi. Psallite Domini sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Sic in dedicatione domus illius manufactæ post trinam adorationem nominis Domini à Salomone præmissam, continuò sequitur admonitio ad multitudinem, & magnæ festiuitatis vniuersalis communicatio, prosequente Salomone, fit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro. Et subsequente scriptura: Igitur Rex & omnis Israel cũ eo immolabant victimas coram Domino. Generalis quippe festiuitas est, festiuitas huiusce dedicationis, festiuitas resurrectionis. Vnde non prætereundum, quia *Psal. 29.* *De resurrectione Christi.* *3. Reg. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alius psalmus de resurrectione Christi.

titulum psalmi præscripti (qui sic sese habet, psalmus cantici in dedicatione domus Dauid) titulus alterius psalmi, scilicet sexagesimi quinti, penè exponit qui eiusmodi est. In finem canticum psalmi resurrectionis, tali præeunte titulo: Iubilat omnis terra Deo, psalmum dicit nomini eius, dat gloriam laudi eius, & dicit inter cætera. Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea, holocausta medullata, offeram tibi cũ incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis. Quæ omnia mysticè significant combustionem vitiorum, purificationem spiritus, omnimodamque intẽtionem ad destructionem totius repugnantiæ, quasi arietum cornutorum, & totius excellentiæ quasi boum cornupetarum, & totius fœditatis malorum operum, quasi hircorum. Cum huiusmodi quippe holocaustis introitur in domum resurrectionis, in domum quã sapientissimus Salomon, id est, Christus filius dei, per seipsum ædificauit, id est, immortalitatem & impassibilitatem, quã habent iã cælestes spiritus, in quibus plenissimè habitat maiestas sanctæ trinitatis, quo præcursor introiuit per viam, quam illi columba, id est, spiritus sanctus demonstrauit. Passus enim idem Christus, & resurgens à mortuis festiuitatem sibi & nobis inchoauit huiusce dedicationis, tanquam caput corpori, & hanc fidem tenere, atque hac spe perdilectionem operari, hoc nimirum est legitimè cantare canticum Psalmi resurrectionis, iamque stare cum cantico in illa dedicatione domus Dauid.

Oblatio mystica.

Cur ab illa festiuitate dedicationis, id est, à gloria resurrectionis spiritus sanctus non in specie columbæ, sed in specie ignis apparuerit, & de spiritu blasphemiæ, q̃ peccatum non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Actor. 2.

CAPVT XIIII.

MAgnam quidem habet hæc dedicatio domus festiuitatis iucũditatem, sed magnum nihilomin⁹ species quæ exin de apparuit, debet incutere timorem, & excitare solicitudinem. Non enim hic in colũbæ specie videndum se spiritus sanctus exhibuit, sed in specie ignis super beatos

Ioan. 16.

Apostolos ab illa domo processit, mittente illo secundum virtutem vel naturam diuinitatis, quemadmodum dixit ad illos: Si autem abiero, mittam eum ad vos. Quã obrem ergo non in specie columbæ, sed in specie ignis? Attendant tantam diuersitatẽ specierum istarum, scilicet columbæ & ignis, quicunque irreuerenter istam, postquam dedicata est, aspicere audent domũ Domini, qualibus ipse dixit: Ideò dico vobis, Omne peccatũ & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemię non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctũ, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Attendant (inquã) qui eiusmodi sunt, imò quia tales attendere nolũt, attendamus nos quanta cum ratione tam diuersas species, diuersis temporibus exhibuerit apparens vnus & idem spiritus. Dicendum autem in primis, quid distet inter blasphemiam, & spiritũ blasphemiæ, quoniam dixit: blasphemia remittetur, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Blasphemia tantũ, & nó etiam spiritus blasphemiæ est, cũ quis ignorans loqtur aliter quã se habet veritas, vel agit quippiam contra iustitiam, sicut exempli gratia, Saulus ignorans & errãs agebat. Porrò spiritus blasphemię est, vbi quispiam sciẽter, & per inuidiã veritati repugnat, quod peccatũ Iudæorũ est & hæreticorum, quos Apostolus vitandos esse denunciat. Hæreticum (inquit) hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cùm sit proprio iudicio condemnatus. Vtriusque ergo reatus discretionem habens spiritus S. non in specie ignis, sed in specie columbæ super dominum Iesum apparuit ante glorificationem eius, & econtra, non in specie columbæ, sed in specie ignis super Apostolos post glorificationem eius. Adhuc enim qui dicebant verbum contra filium hominis, de ignorantia poterant excusari, & idcircò decebat agere eum, vel pati cuncta in spiritu mansuetudinis. Verbi gratia, vt nó consentiret discipulis suis dicentibus: Magister vis dicamus, vt descendat ignis de cælo & consumat eos? Sed diceret: Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Amplius autem, vt diceret dum crucifigeretur: Pater, ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.

Matth. 12.

Luc. 9.

Luc. 23.

Item de eodem spiritus sancti iudicio, cum illa Apostoli sententia: Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccatis.

CAPVT XV.

VSque illuc patientia & masuetudo agni, quam columbam significauerat circa vos, ô oues domus Israel, ad quos missus venerat, vnde & dicebat: Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel. Extunc vobis peccantibus, peccatũ vestrum in spiritu blasphemiæ reputatur, q̃ neque in hoc seculo, neque in futuro remittatur. Iam enim non est vobis hostia, quippe quibus filius Dei, cùm esset agnus, in leonem conuersus est, & spiritus sanctus, qui vt columba visus fuerat, quasi ignis demonstratus est, quia non per ignorantiam delinquitis, sed voluntariè peccatis subuersi & proprio iudicio condemnati. Hinc est illud Apostoli: Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam nõ relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ cõsumptura est aduersarios. Quomodo nobis, scilicet natura Iudæis non relinquitur hostia pro peccatis, si voluntariè peccamus, id est, si vocem eius audientes, & ex scriptu ris eum cognoscentes, corda nostra obdũrare voluerimus? Nimirum taliter, vt nec hostia, siue sacrificium, nec locus siue templum remaneat in quo sacrificetur. Sic enim & Danieli prẽmonstratum fuerat: Occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce vẽturo, subauditur Vespasiano siue Tito, & finis eius vastitas, & post finem belli statucta desolatio. Et deficiet hostia siue sacrificium, & in templo erit abominatio desolationis, & vsq; ad consummationẽ & finem perseuerabit desolatio. Eccè quomodo iã non relinquitur hostia pro peccatis volũtariè peccantibus, id est, dedicationem istã odientibus, & sacrificiũ vnicũ, quod in ea celebratur, secundũ Euangelicã similitudinem illius senioris fratris, qui sciens intus celebrari conuiuiũ p̃ iunioris fratris reuersione, voluntariè foras stabat, & nolebat introire. Quę autem est illa quæ adhuc supereſt terribilis expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ cõsumptura est aduersarios. Non enim sola est illis pœna, quam receperunt iam in hoc seculo, cadentes in ore gladij, & in omnes gentes ducti captiui. Quæ ergo illa est? Ignis (ait ipse Dominus) succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Hæc eadem sententia est duplicis pœnæ in hoc dicto: Nõ remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro: & iustè, quia non habet excusationem de peccato suo quis, voluntariè, id est, scienter peccans, & (vt ait Apostolus) filium Dei conculcans, & sanguinẽ testamẽti pollutum dicens, & spiritui gratię contumeliam faciens.

Helæ. 6.

Iudæis nec hostia, nec locus immolãdi relinquitur.

Dani 9.

Luc. 15.

Iudicii sæculi p.r i-gnem.

Deut. 32.

Hebr. 6.

Quomodo psallere, & quid psallendo confiteri debeamus memoriæ sanctitatis eius, & quod ipsa memoria missio sit filij Dei dicentis apud Esaiam: Antequam fierent: ibi eram, & nunc Dominus misit me spiritus eius.

CAPVT XVI.

IGitur quemadmodum dicit, vt supra memorauimus, psallite Domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius, cuius psalmi titulus est: Psalmus canticum in dedicatione domus Dauid: Psallamus concorditer, & confiteamur fideliter, tanquam filij resurrectionis, tanquãm sacerdotes & leuitæ huius dedicationis. Quid psallemus, aut quid cõfitebimur? Quid psallendo & confitendo dicemus? Nũquid hoc solũ q̃ hic audiuimus eum dicentem: Exaltabo te dñe pater, quoniam suscepisti me, dicentẽ: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum? Deniq; hoc & totus ferè eiusdem psalmi textus humanitatis, siue humanæ naturæ voces sunt, cuius Deus & dñs est, & pater & spiritus S. & ipse qui illã sibi vnitatem personæ assumpsit filius. Altius psallimus & cõfitemur non aliud, sed idipsum q̃ ab ipso accepimus, quod locutus est ipse propheta longè antequã in carne nasceretur: Accedite (inquit) ad me & audite, hoc non à principio locutus sum in abscondito, ex tẽpore antequã fierent ibi eram, & nunc dñs me⁹ misit me, & spiritus eius. Altissima namq; est hæc memoria sanctitatis eius, cui necessario ad salutem nostram confiteamur, quia ibi eram (inquit) ex tempore cuiuscunq; meminisse potes, imò & antequã fierent, subauditur cælum & terra. Præmiserat enim paulò antè: Manus quoq; mea fundauit terram, & dextera mea mẽsa est cælos, siue ex tẽpore cuiuscunq;, videlicet Adæ, Noe, vel Abrahæ, vel antequam fieret ipse Abrahã, vel superiorum quispiam, ibi eram, & à principio locutus sum, non in abscondito, sed palã omni mũdo, siue in Moyse, siue in prophetis: imò & superius ad Abraham, siue ad Noe. Nihil enim abscondi eorum quæ futura erant, testante propheta: Quia non faciet dñs Deus verbũ, nisi reuelauerit Dominus secretum suum ad seruos prophetas. Ibi inquã eram antequam fierent, & nunc Dñs Deus misit me, & spiritus eius. Dominus in quã, Deus pater misit me, voluit enim me carnẽ induere, siue hominẽ assumere, qui ante secula secundum naturam diuinam generauit me, de ventre matris meæ vocauit me, & iterũ in Iordane vnxit me, & euangelizare pauperib. misit me. Et secundũ illa prima, & secundũ hæc nouissima, psallite dño, vt sitis sancti eius, & memoria sanctitatis eius. Solemus basilicas martyrũ appellare memorias eorum, pro eo quod ibi psallendo & confitendo memoramus martyria illorũ. Benè ergo & hic memoriã sanctitatis dñi istam intelligimus domum cuius dedicationem psalmus iste secundũ præsentem titulũ, quẽ supra scripsimus, intendit. Huic itaq; memoriæ sanctitatis dñi rectè cõfitemur, dum p̃pter hoc opus memorabile, sanctum dominũ prædicamus, laudamus & benedicimus sanctũ dominũ patrẽ qui filiũ misit, sanctũ spiritũ eius qui virginis vterũ filio præparauit, sanctum ipsum filium qui in sanctitate sua hominẽ assumpsit.

Luc. 23.

Amos. 5.

Esa. 48.

Esa. 49.

Psal. 29.

Cõfitemini memoriæ sanctitatis eius.

Psal. 29. Canticũ filiorũ resurrectionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

assumpsit. Et quis nisi voluntarie peccans, te ô beata trinitas in verbis istis non intelligit, & nunc Dñs misit me & spiritus eius. Non ergo pars illis in dedicatione domus huius, sed foris sunt extra mensurá templi siue regulá fidei, & quamuis Christú confitendo, intus esse videantur, sicut plerique hæretici foris sunt, & cum paganis reputantur, iuxta illud: Atrium autem quod foris templum est, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus. *Apoca. 11.*

De processione spiritus S. iuxta subsequens capitulũ Esaiæ: Non sitierunt in deserto cũ educeret eos, aquam de petra produxit eis, & scidit petrã, & fluxerũt aquæ, & de voce exultatiõis qua istud iubemur annũciare.

CAPVT XVII.

Esa. 46. LIbet aliquantulũ progredi, ꝓ tenore, ꝓpositi, vt principio cõueniẽs reddatur finis huius operis de glorificatione trinitatis & processione spiritus S. Vbi dixit: Et nunc Dñs misit mẽ & spiritus eius, paucis interpositis, ait: In voce exultationis annũciate, auditũ hoc facite, afferte illud vsque ad extrema terræ. Dicite: Redemit Dominus seruũ suũ Iacob. Nõ sitierunt in deserto cũ educeret eos, aquã de petra, ꝓduxit eis, & scidit petrã & fluxerunt aquæ. Petra nanq; ista domus ipsa est, de qua loquebamur, templũ dominici corporis est, de cuius resurrectione sermo nobis habebatur. De quo & alius ꝓpheta: Vidi, inquit, aquã egredientẽ de templo à latere dextro, & oẽs ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Et hic & illic, aqua singulari numero spiritus S. est, ea gratia qua datur in remissionẽ peccatorũ: Et aqua plurali numero idẽ spiritus est, ea gratia qua datur in diuisiones gratiarũ. Huiusmodi aquam siue aquas de petra, inquit, ꝓduxit eis, quia spiritus S. aqua viua, q̃ qui biberit, nõ sitiet vnquam, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã: nimirũ vt de patre, sic & de filio procedit. Cuius in figura cõtigit, q̃ petra percussa in deserto, aquã sitienti populo dedit vel fudit. Vnde & Apost. Bibebant autẽ de spirituali cõsequente eos petra, petra autẽ erat Christus. Vox exultationis iñ, annũciate, inquit, & auditũ hoc facite, afferte illud vsq; ad extrema terræ. Vox, inquam, prædicatio est exultationis euangelij. Vnde & nomen accepit vt vocaretur Euangelium, quod interpretatur bonũ nuncium, quia veraciter magna exultatio, magnum & verum in isto nuncio est gaudium, cuius videlicet nuncij summa hæc est, redemit Dominus populum. *Ezech. 47 Esa. 48. Ioan. 4. Num. 20. 1. Cor. 10. Esa. 48.*

Quod huius manufactæ domus dedicatio fuerit illius veteris & manufactæ abdicatio, secundum illam Esaiæ visionem, qua clamantibus Seraphim: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus, domus impleta est fumo.

CAPVT XVIII.

TAndem & illud sciendum, quia huius nõ manufactæ domus dedicatio, illius manufactæ est abdicatio: quemadmodum & Apostolus testatur, dicens: Reprobatio quidem est præcedentis mandati ꝓpter infirmitatem eius & inutilitatẽ. Ipsam, quã dicimus abdicationem, fumus ille significabat, quẽ vidit Esaias: Clamabant, inquit. Seraphim alter ad alterũ, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus Dñs Deus exercituũ plena est omnis terra gloria eius. Et commota sunt superliminaria cardinũ à voce clamantium, & domus impleta est fumo. Sic enim futurũ erat, & sic factum est, quẽadmodũ hæc sacra prænotauit ꝓphetia. Sedente Domino super soliũ excelsum, & eleuatum, id est, postquã Dominus Dei filius ascendit in cælũ, & sedet à dextris Dei, quod nimirũ soliũ est excelsum. Seraphim ꝙ interpretatur credẽtes siue intẽdẽtes, ter sanctum Dñm clamauerunt, id est, sancti Apost. afflati spiritu S. per speciẽ ignis, vt iam supra dictũ est, sanctã trinitatẽ prædicauerunt, & eccè gloria prædicationis huius, terra plena est. Et si sensus alius esse potest, nihilominus tamen hic verus est, & ad rem magis pertinet. Dicit enim in euangelio suo Ioannes: Propterea non poterãt credere, quia iterũ dixit Esaias. Excæcauit oculos eorum, & indurauit eorũ cor, vt nõ videant oculis, & non intelligant corde, & cõuertantur & sanem eos. Statimq; subiungit: Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Eccè locus vbi hęc locutus est Esaias: imò spiritus S. in Esaia. Vbi enim præmissum est, & domꝰ impleta est fumo: Postmodum sic scriptũ est: Audite audientes me, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videant oculis suis, & auribus audiat & corde suo intelligat, & conuertatur & sanem eum. Ergo visio domini sedentis super soliũ excelsum & eleuatum, ꝓphetia erat dominicæ ascensionis in cælum. Et ꝙ dictum est, ea, quæ sub illo erant, implebãt templum, idem est ac si diceretur, & dona gratiarum, quę dedit hominib. sicut scriptum est: Ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, impleuerunt corda credentium, qui & ipsi templum Dei sunt, propter Christũ habitantẽ per fidem in cordib. eorum. Super huiusmodi templum Seraphim stabant, id est, Apostoli & prophetę, ex vtroque testamento, præeminentes principatũ habent, idipsum sentientes de trinitate, quæ est vnus Deus, sicut sacrę illorum literæ testãtur, quod est alterum clamare ad alterum, & dicere: Sanctus, sanctus, sanctus dominꝰ Deus *Hebr. 7. Esa. 6. Ioan. 12. Esa. 6. Ephe. 5. Duo Seraphim, Apostoli & ꝓpheta. Hebr. 4. Esa. 6.*

Deus, vtriusque testamenti pagina, vtraq; scriptura prophetica & euãgelica idem de vno creatore cõsonat: qui senario dierum numero creauit omnia, & in septimo sabbatizat, illud idẽ sabbatũ fidelib. suis, maximeq; prædicatorib. veritatis largiturus, vt cũ cõpleuerit opera sua requiescant & ipsi ab operib. suis (ait Apostꝰ.) sicut & à suis Deus. Sex ergo alæ vni, & sex alæ alteri. Quot alis volabant, totidẽ velabãt faciem eius, & totidẽ. s. velabant pedes eius: quia videlicet quanta ex vtroq; testamẽto sanctam trinitatẽ testificantur intentiõe, tanta & claritatẽ diuinitatis Christi filij Dei, & sacramentũ humanitatis siue incarnationis eius abscõdunt discretione, vel his qui non possunt capere, vel maximè his qui nõ possunt audire præ tormento inuidiæ. Cõmota sunt enim, ait, superliminaria cardinum à voce clamantiũ, & domus impleta est fumo. Seditionẽ quippe excitaturi principes & seniores populi Iudæorum, & missos ad se, ꝓphetas & sapientes & scribas quosdã occiderunt, quosdã flagellauerũt, & de ciuitate in ciuitatẽ persecuti sunt, & idcircò relicta est eis domus sua deserta, fumo impleta præcæcitate cordis eorũ abiecta. Cõpuncti sunt corde aliqui ex eis, & dixerunt ad Apost. Quid faciemus viri fratres? Eorũ in persona cõgruè dixit prophęta: Væ mihi quia tacui, ꝙa vir pollutꝰ labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regẽ dominũ exercituũ ego vidi oculis meis. Hoc enim fuit dicere vnumquemq; illorũ: Væ mihi, quiá clamando, & cõsentiendo clamantib. crucifige, crucifige, labia mea pollui, & regẽ meum Christũ, quẽ vidi oculis meis, qui venit in diebus meis, vt ꝓmissum fuerat in lege et prophetis, negaui ante faciẽ Pilati. Et volauit ad me (inqt) vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quẽ forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. Petrus nãque ait ad illos. Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisq; in nomine Iesu Christi, in remissionẽ peccatorũ, et accipietis donum spiritus S. Rectè enim Petrus hic intelligitur vnus de Seraphim, ipse est enim Apostolorum primus, et ipsi præ cæteris dictum est: Quodcũq; ligaueris super terrã, erit ligatum et in cælis, et quodcunq; solueris super terrã, erit solutum et in cælis. Hoc est ꝙ hic audimus: In manu eius calculus, quia potestas ei data est præcipua post Christum, vt credentib. remissionẽ peccatorũ operetur, quem videlicet calculũ idẽ *Ad quid 6. alæ vni. Commota superliminaria quid significant. Matth. 23. Actor. 2. Esa. 6. Matth 27. Ioan. 19. Matth. 16.*

spiritꝰ S. gloriã forcipe tulerat de altari, id est de maiestate Christi, forcipe (inq̃) id est, per egregiã fidẽ vnius eiusdẽq; dei et hominis Iesu Christi. Et audiui (inquit) vocem Domini dicentis: Quẽ mittã, & quis ibit nobis? ac si diceret: et ꝓphetas occiderunt, et persecuti sunt, et me prophetarum Dominũ crucifixerũt. Post tot experimenta peccata eorũ et duri cordis quẽ mittã? quis ibit nobis? Hic ô ter quaterq; beate, ꝓtomartyr Stephane, temetipsum obtulisti spõtanea fide, fidelissima spe, gratiosa charitate, et dixisti: Eccè ego mitte me. Neq; iussus aut missus ab homine, vel per hominẽ, sed per spiritus S. plenitudinẽ faciebas ꝓdigia et signa magna in populo, ipsos beatos Apostolos præueniens in prælio, primusque in Euãgelio Christi martyr, et secundum nomen tuum coronatus victor obdormiuisti in Domino. *Esa. 6. Actor. 6.*

De eo quod scriptũ est in laudib. mulieris fortis, id est, sanctæ fidei, vireius laudauit eam, & date ei de fructu manuum suarum.

CAPVT XIX.

ECcè ô beata trinitas nomen tuum iuxta propositum pro posse glorificauimus, et tuam ô sancte spiritus, ꝓcessionem, eccè prout ipse dedisti voce et literis prosecuti sumus. Quid dabis præmij? Audemus enim nos, non autem ex nobis, sed audet in nobis mulier fortis prospicere prætium suum, procul, et aduocare de vltimis finibus. Quæ est illa mulier fortis? Nónne fides, per quã Abraham tibi complacuit, et omnis electorum multitudo sic est amica coniuncta tibi vni Deo, quemadmodum vxor siue dilecta viro suo? Ipsa in nobis audet, et nos per ipsam audemus, quia non aliunde, sed ex ipsa iusti sumus, & ex ipsa viuimus. Eccè hic quoque, eccè in nobis os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua eius, et panem otiosa non comedit. Surgãt igitur filij eius, et beatissimã prędicent eã, et vir eius Christus laudet eam, neque per hoc minus laudabilis habetur, quia nos secundum miseram conditionem fragiles sumus, magno quoque Apostolo dicente: Habemus thesaurum istum in vasis fictilib. Vbi surgãt, et beatissimam prædicent eam filij eius? Vbi laudet eam vir eius? In portis, in exitu vitæ præsentis, secundum edictum sapientię, quod hic habemus: Date ei de fructu manuum suarũ, & laudẽt eam in portis opera eius. *Peroratio. Fides mulieris fortis. 2. Cor. 4. Prou. 31. Prou. 31.*

LIBRI NONI ET VLTIMI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI

ABBATIS MONASTERII TVITIENSIS, E REGIONE AGRIPPINAE COLONIAE IN RHENI RIPA SITI, ORDINIS Sancti Benedicti, viri, & vitæ sanctimonia, & sacrarum literarum peritia pręclari, Commentariorum in Euangelium Ioannis, Libri XIIII.



COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD HAEREDES ARNOLDI BIRCKMANNI,
ANNO SALVTIS D. D. LXXVII.
Cum Gratia & Priuilegio Cæsa. Maiestatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX IN EVANGE. LIVM IOANNIS.

Abraham quærit vxorem filio. 72.b
Abraham duos habuit filios. 43.b
Adam cũ Abrahã cõparatur. 204.a
Adam priuauit nos mansionibus cæli. 261.a
Adoratores veri non sunt extra Ecclesiam. 86.b
Adorandus Pater in spiritu. 85.& 86.
Adultera præfigurauit Ecclesiam de Gentibus. 174.a
Aemulatio discipulorũ Ioannis. 71.
Aetas Christi, viuo adhuc Ioanne Baptista. 90.b
Aetates mundi quinque ante Christi aduentum. 100.b
Agnus typicus. 250.b (94.a
Alienigenæ celeres ad credendum.
Amare animam suam. 242.a
Andreas magnus. 34.b
Angeli Apostolos designant. 219.a
Angelus non potest humanam naturam assumere. 68.b
Angeli boni quomodo possunt peccare. 108.a
Anima hominis terra dicitur 169.a
Arbitrium liberum negare, Hæreticum est. 53.b
Angelus qui in piscinam descendit, quid significet. 100.a
Antichristus. 177.b
Apostoli sunt equi & quadrigæ salutionis. 293.a
Apostoli sunt rationales cæli. 258.a
Apostoli quare clausis foribus simul erant. 322.b
Apostoli lux mundi. 191.b
Apostoli quomodo sint vnum. 297.
Apostoli quo fratres Iesu. 221.a
Arbitrium liberum. 246.b
Architriclinus. 43.a
Argumentum Iudæorum vitiosum. 176.b
Argumentatio ex quinque partibus constat. 116.b
Argumẽta rhetorica etiam in sacris literis. ibidem.
Arrius quomodo lapsus. 11.b
Aqua minimum in Baptismo. 18.a
Aqua in vinum cõmutatum, quid significet. 45.a & 46.b
Aqua vinum factum, quale miraculum. 39.b
Aqua, vinum & sanguis, quomodo differant. 137.b
Aqua viua, gratia Spiritus sancti. 81.b 82.a
Aqua quomodo abluit peccatũ. 61.a
Ascensio domini gaudiũ habuit. 282
Asellus super quem sedit Christus, quid significet. 240.b
Astutia Iudæorum. 173.b
Audacia turbæ Iudaicæ de petendo rege. 130.a

B,

Baptismus discipulorum Christi. 69.b
Baptismi virtus post Christi resurrectionem. 56.b
Baptismus Christi ante eius passionem, qualis. 69.a & 70.a
Baptismus passiõis & martyrij. 314.
Baptismus Christi duplex. 25.b
Baptizatus à renato differt. 59.a
Baptismus est vnctio. 23.a (24.a
Baptismus duplicem habet virtutẽ.
Baptismus Hæreticorum, speciẽ solum pietatis habet. 26.à
Baptismus per rubrũ mare designatus. 315.a
Baptismus Christi diuersus à Baptismo Ioannis. 22.a (297.b
Beatitudo est, videre Dei claritatẽ.
Blasphemia Pharisæorum in Spiritum sanctum. 55.a

C.

Caecus à natiuitate, Gentes prę figurauit. 20.b
Cæcus cuius rei figura sit. 210.b
Cœna in domo Simonis leprosi. 236.b
Cæsaris retributio condigna. 309.a
Calix passionẽ mortis designat. 301.
Calumnia de contrarietate Euangelistarum. 316.b
Canes Iudæi. 164.a
Capharnaum. 48.a
Captiuitas sub peccato. 187.b
Caro, item anima pro toto homine quandoque ponitur. 10.a
Caro non prodest quicquam præsertim exanimis. 154.a
Casus primorum parentum 8.a
Causa quare Ioannes scripsit Euangelium. 1.a
Caiphas spiritum habuit mendacij. 234.a
Certamen inter Iudæos & Samaritanos. 85.a
Charitas blanditur & sæuit. 27.a
Charitas est vera scientia. 278.b
Chiliarchi qui fuerint. 130.a
Christus vir & agnus masculus. 29.
Christus filius Dei natura, non adoptione. 30.a
Christus Deus & homo. ibidem.
Christus non habet duas personas. ibidem.
Christus nomen officij. ibidem.b
Christus quale verbum est. 1.a
Christum sequi, 33.a
Christum multi falsò sequuntur, sola fide. 33.a
Christus quomodo dicitur & est hęres. 115.b
Christus pax nostra. 321.a
Christus brachium Domini. 307.b
Christus quare debet sepeliri. 312.b
Christus tria habuit nomina. 307.a
Christus per humanitatem cessit Ioanni Bapt. 78.b
Christus quando publicè prædicare cœpit. 47.b
Christus secundum carnem non genuit. 58.b
Christus quare in specie hortulani comparuit. 320.a
Christus petra & lapis sub capite Iacob. 35.b (135.a
Christus aliter à Deo est, quàm nos.
Christus est Sacerdos, Sacrificium & Templum. 293.b (122.b
Christus non Accusator, sed Iudex.
Christus à quatuor necessitatibus nos liberauit. 132.a (106.a
Christus lucerna est Iudæis inuisa.
Christi responsio cunctis regibus prehensibilis.
Christus quare fordes abluit.
Christus sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech. 15.a
Christus & Spiritus à quibus fugiunt. 130.a
Christus fecit quod Moses facere nõ potuit. 14.a (104.b
Christus cognoscitur ex Scripturis.
Christus verus Deus probatur. 52.b
Christus maior Mose & omnibus Prophetis. 177.b
Christus quomodo ascendit & non ascendit. 158.b
Christus à Patre traditus est pro nobis. 213.
Christus aliter lux erat, aliter Ioannes. 7.b
Christiani quid amplius habẽt, quã antiqui Patres. 24.b
Christus quomodo recipitur. 8.b
Christus feliciter natus. 76.b
Christus Deus & homo. 1.a & 41.b
Christus Pastor bonus essentialiter. 217.a
Christus quare tempus suæ mortis elegit. 156.a
Christus quare sexta feria pati voluit. 213.
Christus ostendit se Deum esse. 63.b
Christus secundum carnem post Ioannem venit. 11.b
Christus quare iuit per Samariã. 79
Christus vt homo euangelizauit. 25.
Christus quod exiuit de manibus Iudæorum, quid significet. 226.à
Christus solus idoneus fuit ad agendam pro nobis pœnitentiam. 22.b
Christus à suis reiectus, & à Gentib⁹ receptus. 48.a
Christus cur ad tempus abijt in Ephrem. 235.à
Christus à Deo processit. 281.a
Christus neminẽ adulatus est. 200.à
Christus ad ęgrotos descẽdit. 40.b
Christus quomodo nos lauit. 253.à
Christus quare vendi debuit. 234.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus est cibus viuorum & mortuorum. 140.b
Christus de prescietia traditus. 182.b
Christus suum mandatum perficiens, dat nobis exemplum, 258.b
Christus quare se filium hominis appellat. 63.a
Christus tricesimo anno edidit miracula. 47.a
Christiani quomodo fiant. 9.a
Christi cur gratias agebat Patri. 232
Cibus qui perit impedit à Christo. 133.b
Cibus Christi, vt faceret voluntatē Patris. 90.b
Circuncisio quid causſæ & vtilitatis habeat. 57.b
Circuncisio. 163.a
Circuncisio cur post passum Christum desijt. 57.b (248.b
Clamor Christi de credendo in se. 296.b
Claritas Christi duplex. 296.b
Clarificatio Christi p passionē. 257.
Claritas credētiū in cęlis futura. 296
Claritas Christi non potuit abscondi. 121.a
Clarificationes præcipuè in Christo duæ. 244.a
Cognoscere à scire differt. 262.b
Collybistæ qui sint. 49.b
Communio Patris & Filij. 178.a
Concilium malignantium. 234.a
Coniugium Adæ & Euæ. 45.a
Confessio Fidelium. 206.a
Continentia Patrum. 46.
Cophini duodecim quid designent. 128.b
Corona & Chlamys quid designēt. 306.b
Corpus Domini indignè manducātes, qui sint. 141.b
Corpus Christi in cruce & in Altari est vnum. 141.a
Corpus Christi ex Virgine verum, & non phantasticum. 10.a
Creaturæ apud Deum sicut gutta situlæ. 77.b
Credere in Deum quomodo. 135.b
Credere quid sit. 96.a
Credere in nomine Dei, quid sit. 9.a
Crucis mensuræ quatuor. 309.b
Crucis mysterium. 310.a
Crux Christi quomodo nobis portanda. ibidem.
Crux Dęmones fugat. 64.a
Crux tribunal Christo fuit. 309.b
Cura pro sepeliendis mortuis. 313.a
Curiosa perscrutatio. 304.a
Curiositas Iudæorum in cibis. 89.a

D.

Dæmones quomodo obsident hominem. 68.
Defensio Christi 'artificiosa. 177.a
Desperatio pœnitentiæ in Hæreticis. 272.a
Deus omnia quomodo simul creauerit. 43.a
Deus vita animæ. 230.a
Deus solus trahit hominem. 142.
Deus quid rogandus. 272.
Deus est, erit, & venturu est. 180.b
Deus Iudæos irritauit. 167.a
Deus ad nos quo conuertitur, 33.a
Deus per similitudines rerum nobis mysteria aperuit. 89.b
Deus Pater & Filius non tenentur Lege Sabbati. 108.b
Deus est pater Iesu. 107.b
Deus verè Spiritus est. 86.b
Diabolus cur princeps Mundi dicitur. 269.b
Diaboli odium contra Filium. 112.b
Diabolus semper mendacium loquitur, etiāsi eueniat quod dicit. 195.
Diabolus à semetipso loquitur. 163.
Diabolus pater Iudæorum. 190.a
Diabolus mendax est, & pater eius. 195.b
Dies nouissimus festiuitatis Iudæorum quid designet. 168.a
Dies Sabbati magnus. 314.a
Dies festus Iudæorum. 99.b
Differentia inter Marthæ & Mariæ ministerium. 236.b
Differētia inter duos fremitus Christi. 231.a
Dilectio Christi erga nos. 275.a
Dilectio sine iustitia non est. 65.b
Dilectio Patris & Filij, est Spiritus sanctus. 297.b
Dilectio quid. 274.b
Dilectio in opere consistit. 266. & 268.a
Discipulatus Christi in dilectione consistit. 259.a
Disputatio Christi artificiosa. 193.b
Discipuli quoq; Regnum terrenum desiderauerunt. 241.a
Discipulos occidi non expediebat. 300.a
Dissensio Hæreticorum cōfert fidei Catholicæ. 171.b
Distributio operū Trinitatis. 115.a
Diuinitas Christi, forma non forma ta. 14.b
Dona Sancti Spiritus. 169.b
Dona Spiritus varia. 27.& 28.

E.

Ecclesia in Spiritu sancto Colūba. 29.
Ecclesia Hæreticos detestatur. ibidem.
Ecclesia similis arcæ Noe.
Ecclesia ex Christi latere formata. ibidem.
Ecclesia quomodo dicatur Corpus Christi. 149.a
Ecclesia quousque tolerabit malos. 256.b
Ecclesia felix ex Gentibus. 83.a
Ecclesia mater Iesu. 44.a
Ecclesia triumphans. 280.b
Ecclesia primitiua per mulierem designata. 88.a
Ecclesia post passionem cœpit ordinari. 170.b
Ecclesia est mulier quę parit. &c. 286
Ecclesiæ status prænguratus per Mariam Magdalenā & Marthā. 227.
Egestio defodienda in terra, quid significet. 243.a
Electi de hoc mundo nō sunt. 180.a
Eloquentia etiā in diuinis eloquijs. 21.a
Eloquentia apparet magis in rebus Humanis quàm Diuinis. 116.b
Eloquium æternæ sapientiæ artificiosum. 106.a
Encænia. 221.a
Episcopi ante passionem Christi nō fuerunt Apostoli. 570.a
Error Iudæorum duplex. 110.b
Esse substantiuum Deo proprium. 181.a
Esse ex Deo, quid. 198.a
Euangelium Lege perfectius. 13.b
Euangelistæ omnes quare narrant negationem Petri. 259.b
Euangelistæ quo ad literam, discrepant. 31.a
Euangelistæ quomodo in concordi am redigendi. 32.
Euangelium Iohannis, margarita preciosa. 1.b
Eucharistię tractatus vbi inchoetur. 133.b
Excusationes Peccatorū malæ. 278.a
Exhortatio ad compatiendum Christo. 171.a
Expostulatio in Pharisæos. 244.
Expostulatio contra Iudęos. 226.b
Exurgam diluculo, quomodo intelligatur. 317.a
Exultare ad horam, de Regno temporali. 119.a

F.

Fabula Manichæorum. 4.a
Facta Christi. 251.
Festum dedicationis Templi. 221.a
Fides Abrahæ. 66.
Fideles ex Gentibus liberi. 102.a
Fides perhibetur esse duplex. 123.b
Fides Abrahæ absque præuijs signis. 96.b
Fides Gentium ex auditu. 97.b
Fides cum Baptismo aperit Regnū Dei. 58.
Fidelium ordines sunt tres. 327.a
Filius Dei peccare non potest. 117.a
Filius Dei Vnicus, differt ab Adoptiuis. 150.b
Filius solus, Altissimo similis. 112.a
Filij Abrahæ diuersi. 192.
Filius manet in domo in æternum. 188.a
Filio datum est omne iudiciū. 110.b
Filius hominis eò ascendit, vnde venit. 153
Filius eiusdem substantiæ cum Patre. 108.a & 111.a
Filius non est conuertibilis. 108.b
Filius facit omnia quæ Pater. ibidē.
Filij dolebunt mortem patris. 258.a
Filius quos vult, viuificat. 110.b
Filius hominis quomodo primus fuit in cœlo. 239.
Filius, Dei imago. 4.a
Filius qūo honorificandus. 112.b
Filius non potest à se facere quicquam. 108.a
Filia Sion. 240.b
Fletus erit risu prior. 157.
Flumina aquæ viuæ ad Gentes deriuata. 168.b
Flumina duo Spiritus sancti. 169.b
Fons vitæ Christus est. 175.
Formatio hominis quanto tempore in vtero fit. 52.a
Fratres Iesu eius propinqui. 157.
Fremitus Christi. 230.

G.

Gallicinii quid significet post trinam Petri negationem. 260.a
Gaudium nostrum in tribulatione. 216.a
Gaudium plenum.
Gazophilacium. 288.a
Genealogia Christi secundū reprobationem. 179.a
Gigas geminæ substantiæ. 225.a
Gentes Filium Dei maximè receperunt. 2.b
Gentiles faciliùs conuertuntur, quā Iudæi. 8.b
Gentes non spernendæ ab Apostolis. 81.
Gentiles & Iudæi currebant simul. 77.
Gentiles & Iudæi viuificandi. 317.
Gladius & arcus peccatorum. 110.b
Gloria Patris & Filij æqualis. 299.a
Glorificatio Christi per obedientiā mortis. 201.a
Glorificare seipsum debet nemo. 201.a
Gloriandum non est de sanctitate Parentum.
Gratia Iudæos prælegit. 9.a
Grabbatum, Apostoli sunt & doctores. 204.a
Granum mortuum multum fructū affert. 103.a
Græci errant de processione spiritus. 241.b 244.b 280.b
Gratia & veritas per Legem facta. 14.b
Gratia confertur vita æterna, non merito. 21.b
Gratia Linguarum & Prophetiæ tā bonis quàm malis data est. 24.a
Gratia pro gratia accepta. 13.a
Gratis iurauit Deus Patribus. ibidē.

H.

Habitus mysticus in Christo. 298.a
Habitus summi Pontificis. ibidem.
Hæretici rebaptizantes. 26.a
Hæretici plantaria mortis. 271.b
Hæretici corui sunt. 29.a
Hæretici rationibus vincendi. 193.b
Hæretici negant corpus Christi in Sacramento esse. 152.b
Hæretici quibus sagittis configendi. 2.b
Hæreticorum temeritas circa tunicam Domini. 311.a
Hæresis Nestoriana refutatur. 62.b
Herodes vulpes erat. 304.a
Hæreditas nostra versa ad alienos. 266.a
Harundo in manu Christi, quid significet. 306.
Heli heli lamasaptani. 184.b
Hieroboam in adorādo peccatum. 85.
Holocausta Deus permisit, non iussit. 87.a
Homo similis factus iumento. 39.a
Homo recens Christianorum Deus. 2.
Homo optima pars eorum quæ facta sunt. 5.
Homo nescit an amore an odio dignus sit. 61.a
Homousiani exultabunt. 3.a
Hora sexta mundi ætas. 80.b
Homousiani Catholici. 23. b
Honorare Deum, & inhonorare Filium, sunt contraria. 199.b
Honor patrum in honore filiorum. 111.a
Humilitas Gentilium. 241.a
Humilitas fecit Christum descendere ad Peccatores. 48.a
Humilitas Christi. 39.a
Hypocrisis Pharisæorum. 304. a

I.

Iesus quomodo habuit peccata. 314.b
Iesus cur intrauit in hortū. 288.
Iesus Iudæis absconditus, Gentes illuminauit. 203.b
Iesus crescit, Ioānes minuitur. 74.a
Iesus quomodo à Deo derelictus. 80.a
Iesus fatigatus ex itinere. ibidem.
Iesus quomodo abijt & abscondit se. 246.a
Iesus quare interrogabatur de doctrina sua. 302.b
Iesus quare primùm ad Annam ductus. ibidem.
Iesus cur prostrauit inimicos. 299.b
Iesus quare in Sabbatis curabat. 106
Iesus variè ambulauit. 32.b
Iesus cur processit obuiam cohorti. 298.a
Iesus non declinauit à Iudęa causa meritus. 156.
Ignorātia affectata nō excusat. 67.a
Iesus cur nō respondit. 305.a & 308.a
Imagines rerum in anima. 4.a
Immutatio vultus Dauid. 151.b
Incessus Lazari mirus. 232.b
Incredulitas Iudæorum. 96.b
Infirmitates nobis oriuntur ex tribus causis. 105.
Infirmitas Christi instante morte. 244.a
Ingratitudo primi hominis. 135.a
Inimicitię inter Deum & homines. 268.b
Insufflatio Christi qualis sit. 322.b
Insidiæ Iudæorum contra Iesum. 190.
Intentio Pilati mala. 310.b
Intrare per ostium, quid. 212.b
Ioannes quòd stabat, quid significet. 32.b
Ioannes Baptista singulariter à Deo missus. 6.a
Ioannes cur vocatus. ibidem.
Ioannes contemptor inanis gloriæ. 72.a
Ioannes non erat Christus, sed purus homo. ibidem.
Ioannes Baptista quomodo Iesum nesciebat. 15.a
Ioannes à Christo illuminatus. 8.a
Ioannes pro cunctis Fidelibus scripsit. 330.
Ioannes rectè Aquila dicitur. 1.b
Ioannes Euangelista præcipuè dilectus. 251.
Ioannes per speculum in ænigmate vidit. 1.b
Ioannes quare Aquila dicitur. 99.a
Ioannes designat Iudæos. 317.
Ioannes fide dignissimus. 256.a
Ioannes rigidum animum contra vanam gloriam habuit. 16.a
Ioannes quomodo est Helias, & nō est. ibidem.
Ioannes quomodo Propheta. 16.b
Ioannes quam sanctè in deserto vixerit. 18.a
Ioseph à Iudæis nō potuit reprehendi. 315.b
Ioannes quomodo agnouit Iesum ad se venientem. 20.a
Ioannes Baptista diuina inspiratione prædicauit. 15.a
Ioseph non est pater Christi naturalis. 50.b
Ioseph quomodo pater Iesu dicitur. 36.b
Iudæi maximè seipsos interficiunt. ibidem.
Iudæi carnaliter de Regno Christi opinati sunt. 21.a
Iudæa, cui præerat Pilatus, quarta pars Regni. 70.a
Iudæi & Hęretici differunt. 5.b
Iudæi non veri Moysis discipuli. 122.b
Iudęi credent in Antichristum. 120.
Iudęi quid de Messia credebant. 55.b
Iudęi frustra quęrebant delere nomen Iesu mortui. 180.a
Iudęi inexcusabiles ob Ioannis testimonium. 5.b & 20.b
Iudęi homicidium & sacrilegium commiserunt. 277.
Iudęi magis rei quàm Gentes. 5.b
Iudęi inexcusabiles de perfidia. 120.
Iudæi quare ad Ioannem miserint. 15.b
Iudęi quomodo de Messia opinabantur. 15.b & 66.a
Iudęorum Sabbata odit Deus. 103.
Iudęorū sensus fuit & est terrenus. 142.b
Iudęi & Gentiles vnus in Christo populus. 295
Iudęi quomodo oppressi. 305.
Iudęi filij Abraham secundum carnem, non promissionem. 329.
Iudęi cur signa quęrebant. 51.a
Iudęi irreuerentes in patria contra Iesum. 94.b
Iudęi ob pertinaciam malè audiūt. 94. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæi quare Christum Samaritanũ dixerint. 93.a
Iudęi testimonium de Iesu respuũt. 176.
Iudęi à fide Patrum degeneres. 97.a
Iudęi cæci & surdi. 120.a
Iudęi refelluntur, eò quòd non ferunt nostra simulacra. 64.b
Iudęi cur dispersi. 65.a
Iudas Thaddęus. 267.a
Iudas nebulo teterrimus. 237.b
Iudas quare in Apostolum à Christo sumptus. 155.
Iudas cunctis hominibus nequior. 298.b
Iudas non interfuit sacræ communioni corporis Christi. 256.b
Iudas filius perditionis. 254.b
Iudas Apostolis admixtus. 292.a
Iudas non pœnitentiæ, sed iracundiæ carbonib⁹ combustus est. 256.
Iudas proditor filius perditionis. 293.b
Iudas multos habet sibi similes. 155.
Iudas sacræ communioni interfuit. 156.
Iudicũ facere, ad filiũ attinet. 116.a
Iudicium Christi iustum. 212.
Iudicium Dei non flectitur humano affectu. 117.a
Iudicium triplicem habet significationem. 248.b
Iustitia. 383.
Iustitia in duo dilectionis præcepta diuiditur. 274.
Iustificatio Abrahæ per fidem. 57.a

L.

Languentes sub porticibus. 109.
Languidus quem populum designet. 101.a
Lapis super quẽ dormiuit Iacob. 38.a
Lapis per angelum sublatus. 317.a
Laus maxima verbi. 3.a
Lazarus excitatur. 231.& 232.
Lazarus excitatus, quid significet. 233.a
Legati pacis, Christus & Apostoli. 322.b
Lex de Messia venturo. 87.b
Lex Iudicijà Christo obseruata. 175
Lex de vero Propheta cognoscendo 226.a
Lex peccatum ostendebat, non tollebat. 23.b
Liberatio à Pharaone, quid. 20.a
Lignum vitis ad nihil vtile. 271.b
Lignum scientię boni & mali. 102.b
Linguæ dispertitæ, cur super Apostolos: & super Christum, cur columba apparuerit. 27.a
Lucerna Iudęis extincta. 299.a
Lucas ordinem variat ab alijs. 156.
Lucrum animarum, Deo charissimum. 114.a
Lutherani & Pigardi confunduntur. 139.a
Lux mundi à Iudęis extingui non potuit. 176.a
Lux rationis in tenebris malæ conscientiæ etiam lucet. 5.b
Lux in homine duplex. ibidem.
Lux diuinæ cognitionis. 7.b

M.

Magi quando habuerunt reuelationem. 225.a
Magister noster vnus est Christus. 61.b
Magistri in Israel supercilioſi. ibidẽ.
Maiestas verbi. 3.a
Maledictus omnis qui pendet in ligno. 312.b
Mali oderunt diem. 68.a
Manere in sermone Christi, quid sit. 185.b.
Manere in tenebris, quid. 248.b
Manichæi curiosa perscrutatione in ciderunt in errorem. 196 b
Mandatum Dei, vita æterna. 249.a
Mandatum nouum Christi. 238.b
Mandata omnia in dilectione. 274.
Mãducatio corporis Domini fit dupliciter. 141.a
Munducare corpus & sanguinem Christi, quid sit. 148.b
Manna non præstabat mundo vitã. 142.a
Manna non liberauit à morte. 147.a & 148.a
Maria quomodo sit mater Ioannis. 311.a
Maria omnium Christi discipulorũ mater. ibidem.b
Maria Magdalena. 227.a
Mansuetudo Christi. 199.a
Mare rubrum diuisum, quid significet. 170.b
Mare Galilęæ multa habet nomina. 124.b
Mausoleum Ioseph. 80.a
Mediator inter Deum & hominem, Christus est. 287.a
Meditatio de passione Christi. 184.a
Meditatio Christi sedendo. 124.b
Mendacium custodientium milium. 318.
Mercenarius. 217.a
Merita Sanctorum malè negantur. 261.
Messis spiritualis duplex. 92.a
Messis spiritualis curam de terrena excludit. ibidem.
Miracula in quibus rebus non debeant fieri. 233.
Miseria natiuitatis humanæ. 76.
Misericordia. 175.
Moderatio Christi in sermone. 193.
Moyses mysticus. 34.b
Moyses quomodo signa fecerit. 43.a
Mors Christi fructificatiua. 242.a
Mors in cruce, apta ad Christi exaltationem. 65.
Mulier Samaritana, aquam hauriens, quid significet. 80.b
Mulieres ex Bethania venerunt. 316
Mundus omnia mysteria Christi capere non potest. 329.
Mulier quæ parit. 286.b
Mundus pro genere humano ponitur. 66.a
Mundus cur odio habuerit Apostolos. 293.a
Mundꝰ nõ accipit Paracletũ. 265.b
Murmuratio summũm peccatum. 144.a
Mysterium incarnationis etiam Ioanni Baptistæ impenetrabile. 18.
Mysterium spirituale in corporalibus operibus Christi. 44.a
Mysterium numeri trecentorum octo annorum. 101.a
Mysterium in actibus Iesu. 95.a
Mystica expositio passionis Christi. 125.a
Mysterium sextæ & septimæ horæ. 98.b
Mysteriũ curationis cæci. 205. & 206.
Mysterium de duobus hircis. 306.b
Mysterium auris amputatæ. 300.a
Mysterium horæ decimæ. 34.b
Mysterium virgæ in colubrum versæ. 219.a
Mysterium tabularum confractarũ. 123.a
Mysterium ex facto Christi. 104.a

N.

Nathanael in Lege peritꝰ. 36.
Natiuitas hominis carnalis duplex. 56.a
Nemo est sicut Deus. 150.a
Nicodemus adhuc timidus. 172.b
Nullus ad Patrẽ venit, nisi per Filium. 292.b
Noë vino inebriatus. 45.
Nos cythara & organum sumus. 5.a
Nouitij in fide, leniter tractãdi. 105.
Numerus 46. in hac voce Adam designat corpus Ecclesiæ. 52.b
Nuptiæ spirituales inter Deum & hominem. 44.a
Nuptiæ in Cana Galilęæ. 41.a

O.

Obedientia Christi in forma serui. 22.a
Octo Beatitudines, sunt septẽ dona Spiritus sancti. 27. & 28.
Oculi septem spiritus Domini. 101.
Odisse animam suam, quid sit, & quid significet. 242.a
Odium Iudæorum non excusatur ignorantia. 282.a
Odium veritatis excæcauit Iudæos. 214.
Ouilia Christi duo. 215.b
Odium mundi non erit perpetuum. 288.
Odium Diaboli antiquum contra Filium Dei. 194.a
Opera quibus abstinendum. 207.a
Opera nostra bona, sunt cibus Christi. 90.b
Opera Christi donec dies est. 205.a
Opinio Iudæorum de Christo. 165.b & 186.a
Opus Dei præferendum Patri & matri. 41.b
Opus trifariam diuiditur. 207.a
Opus Dei semper licitum. ibidem.
Oratio Christi cui congruit. 290.
Oratio Christi & nostra differt. 130.
Orationis quatuor partes. 292.
Ordinatio charitatis. 274.b
Orphani qui sint. 266.a
Osanna

Osanna quid. 239 b
Ossa Christi quare non debebant cõminui. 312.a
Ostium quis sit. 213.a
Oues edu. endę de sordibus peccatorum. ibidem.
Oues pastorẽ sequẽtur velut ipsum Christum. ibidem.
Oues quæ gemellis sunt fœtib. 329.

P.

Pactum sempiternum non circuncisio. 58.a
Pactum Dei cũ hominibus triplex. ibidem.b
Panis Vitæ Patribus & Gentibus est datus. 147.b
Panis sanctam Scripturam designat 127.b
Panis fit corpus Christi. 138.a & 139.
Paracletus alius dabitur. 264.
Paracletus quare dicitur. 265.a
Pater cur demonstrat omnia Filio. 106.a
Partus vitiosus ex menstruatæ coitu. 203.b
Paruuli morte præoccupati, quomodo excusentur. 149.a
Pascha Iudæorum vltimum. 235.b
Pascha vetus plenũ mysterijs. 250.b
Pascha primi anni prædicationis Christi. 99.a
Pastores alieni Hæretici sunt. 214.b
Pastor bonus quomodo ante Oues suas vadit. ibidem.
Pater operatur vsq; modò, quomodo intelligendum. 212
Pater diligit Filium. 77.a
Pater habet vitã in semetipso. 114.b
Patientia docetur. 279.
Patres in fide seminis Abrahæ saluati. 111.b
Patres antiqui an comederint escã spiritualem. 137.a
Pater suscitat & viuificat. 110.b
Pater non iudicat quenquam. 111.a
Patres in lymbo quomodo baptizati. 56.
Pater hominem intus docet. 143.b
Pater & Filius quomodo omnia cooperantur. 108.b
Patres quomodo Deum vidisse leguntur. 145.
Patres antiqui in cruce Christi primum baptizati sunt. 24.a
Patri & Filio omnia ferè communia. 112.a
Patria ingrata Christo, 87.b
Pauperibus Christus pepercit. 50.a
Pax vobis, noua fuit Salutatio. 321.a
Pax duplex est. 269.a
Pax vera, Remissio peccatorũ. 322.b
Peccatum originale. 284.a
Peccator seruus Peccati. 187.b
Peccatum Adæ sacrificio non delebatur. 140.a
Peccatores omnes erant ante passionem Domini. 261.a
Peccatum originale. 50.a
Pedes Apostolorum quare à Domino loti. 252.b
Pendere in ligno, quomodo intelligatur. 312.b
Persona Spiritus sancti. 279 b
Peruersitas Iudæorum. 207.b
Peruersitas Iudæorũ summa. 197.a
Petrus & latro in morte Christi baptizati. 303.a
Petrus cæteris ardentior in amore. 259. a
Petrus in quoloco confidentior fuit. 329.a
Petrus maior Andrea. 34.b
Petrus præ alijs à Christo honoratus. 35.a
Petrus gerit typum Gentiliũ. 317.b
Petrus traxit solus rete ad terrã. 327.
Petrus bonam habuit voluntatem, sed imbecilles humeros. 259.b
Petrus eminus Christũ negauit. 302
Petrus primus Apostolorum. 232.b
Petrus quando mendax. 260.
Pharisæi inflati scientia. 17.a
Pharisæi Clerici Iudæorum. 211.b
Pharisæi fures & latrones. 212.a
Pharisæorum fastus ac liuor. 162.
Philosophi filij noctis. 3.b
Philosophia inanis mundi disciplina. 80.b
Pilatus dissimulator callidus. 303.
Pilatus ciusdẽ voluntatis fuit cum Iudæis. 306.a
Pilatus exilio damnatus seipsum interfecit. 308.b
Piscium & agnorũ triplex ordo. 329.
Piscina gemino lacu. 100.a
Piscina quem receperit. 102.b
Piscina Iudæorũ quid designet. 101.
Pontifices moderni cõparantur Petro frigido, & Christũ negãti. 302
Pœnitentia. 227.
Potestas remittendi peccata, quando data. 322
Potestas omnis carnis. 291.
Præcepta charitatis duo per Christum impleta. 218.b
Prædestinatio. 53.a
Prælati Ecclesiæ multi Iudæ similes. 238.a
Præmium sequẽtis Christum. 243.a
Præscientia Dei non est causa peccandi. 33.
Præscientia Dei an voluntati nostræ vim inferat. 246.a
Præsẽtia omnia in Diuinitate. 202.b
Principes insaniebant à vino. 304.a
Prophetæ omnes à Deo missi. 6.7.8. 25.a
Prophetia minor gratia Baptismi.
Prophetæ omnes & Patriarchæ de plenitudine Christi acceperunt. 12.a &b
Prophetia etiam de præteritis est. 84.a
Prophetia occulta cordis inspicere. ibidem.b
Prophetæ de seipsis testificati sunt. (176.b
Prouerbium quid. 214.
Pueri cuiusdam præfiguratio. 127.a
Pugna inter Carnem & Spiritum. 59.b
Purificationes Iudæorum multiplices. 42.b

Q.

Quæstiones de voluntate & prudentia Dei. 9.a
Quæstio de bibendo calice à filijs Zebedæi.
Quid figurata locutio. 137.a

R.

Rabies Iudæorũ in Iesum. 106.
Rabbi quid. 54.b
Reatus Iudæorum. 211.b
Recitatio Testamenti. 250.a
Recõciliatio nostra cum Deo in Lege præfigurata gratia est. 17. b
Reconciliatio confert gratiam Spiritus sancti. 26 b
Redargutio Iudæorum. 199.b
Romana Ecclesia. 26.b
Remissio peccatorum non dabatur ante passionem. 70.a
Remissio peccatorum quãta res sit. 25.a
Remissio peccatorum & dona gratiæ differunt. 24.a
Remissio peccatorũ ex Baptismo. 25.
Regnum Dei nemini præcluditur ob donum Scientiæ. 37.b
Regulus qui Christũ adijt. 95.b 97.b
Reparatio humani generis ab æterno præuisa. 4.b
Repromissio ad tres præcipuè facta. 225.a
Responsio simplicium contra Hæreticos. 214.a
Responsum pium Christi de pauperibus. 238.b
Respõsio Christi de Diuinitate irreprehensibilis corã Præside. 222.b
Resurrectio duplex, prima & secunda. 116.a
Resurrectio neminẽ excludet. ibidẽ.
Resurrectio prima quæ sit. 319.a
Reuelatio Magis facta. 225.b
Rex Israel quid. 240.a
Rex nobilis Christus. 158.

S.

Sabbatum. 165.a
Sabbatum cum Lege simul ablatum. 102.a
Sacerdotes rectè seruient Domino. 134.a
Sacerdotes quæ excogitauerant lucra. 50.a
Sacerdotium Annæ & Caiphæ venale. 212.b
Sacerdos libertatis minister. 188.b
Sacerdos ante passionem Christus fuit. 170.a
Sacramentũ cur & vnde dicatur. 148
Sacrificiũ verum nõ in vitulis. 89.a
Sacrificia Veterum sanctiora quàm Manna. 138.b
Salus quomodo ad Gentes peruenit. 101.a
Salus paruulorum. 77.b
Salus per fidem Filij Dei. ibidem.
Samaritani quid de Deo credebant. 55.b
Samaritani per Christum consolati. 83.a
Samaritani à Iudæis vitabantur ob duas causas. 79.b

Samuel

Universidad de Deusto
Biblioteca

Samuel occultabat vnctionem Dauid. 23.a
Sanguis & aqua quare simul profluxerint de latere Christi. 314.b
Sanctificari in veritate quid sit. 294.
Sancti non habent aliquid impassibile sicut Christus. 90.a
Sanctificare quid sit. 294.b
Sathanas non debebat scire Christi primum aduentum. 23.a
Scala quam vidit Iacob. 38.b
Scenopegia octo durabat diebus. 158.
Schismata periculosa animab. 221.b
Seculum præsens dicitur dies. 204.a
Sem & Iaphet Catholici. 51.a
Sententia Christi irreprehensibilis. 157.a
Septem dona Spiritus sancti in nobis. 28.a
Septenario numero Ecclesia figuratur. 326.
Sepulchri Dominici situs. 320.a
Sermo Dei iudicat. 249.a
Sequi Christum quid. 243.a
Sermo Dei ad quos factus est. 221.a
Sermo de Dilectione. 264.b
Sermo Christi veritas est. 294.b
Sermo Dei viuus & efficax. 249.a
Seruus in Scripturis quid. 275.b
Serpentis morsus, peccata sunt. 63.b
Serpens æneus, figura Christi. ibidē.
Seruus peccati, no semper filius Diaboli. 194.a
Seruus non manet in domo in æternum. 188.a
Simon quare Petrus vocatus. 35.b
Simoniaci mystice è templo eijciuntur. 50.a
Sola Filij persona Mediator Dei & hominum. 296.
Sola fides non sufficit. 149.b
Sol super Bonos & Malos oritur. 5.b
Soluere corrigiam calceamenti. 18.b
Spes Pilati & Herodis frustrata. 310.
Spiritus sanctus Interpres verborū Christi. 253.
Spiritus à Patre processit. 280.b
Spiritus sanctus verus Deus. 29.b
Spiritus sanctus quare spirat vbi vult. 60.b
Spiritus sanctus quare in specie Columbæ apparuit. 27.a
Spiritus sanctus super neminem, vt super Christum, visus est. ibidem.
Spiritus ab vtroq; procedit. 323.b
Spiritus sanctus maximum in Baptismo. 18.a
Spiritus est Deus. 86.b
Spiritus sanctus quomodo in Christo, & quo in nobis maneat. 28.b
Spiritus dupliciter in discipulos missus est. 283.b
Studium Iudæ proditoris. 284.
Sudariū Christi quid designet. 318.a
Substantia Dei & Verbi vna. 2.
Superbia à Deo vindicatur. 178.b
Subuersio mensarum in templo, diuinitatis indicium. 48.b
Superstitio Iudæorum in cibis. 8.a
Superbia Iudæos excæcauit. 246.b
Siloe fons, &c. 208.
Syllogismus Iudæorū fallax. 172.b
Sychar, quæ & Sychem. 80.a
Synagoga Iudæorum. 281.a
Synagoga duplex. 318.

T.

TAbulæ Legis duæ. 273.b
Templum Hierosolymitanū, quàm diu extructum. 52.a
Tempestas tribulationū præfigurata. 130.b
Tempus miserēdi quādo venit. 102.
Tentatio Pharisæorum. 209.a
Tentatio terminū habet à Deo. 260.
Tenebræ apud Inferos. 246.a
Tenebræ erant in mentibus Discipulorum. 318.
Terror extremi iudicij. 115.b
Thomas vt cæteri, fuit incredulus. 324.a
Testimonia resurrectionis duo. 217.
Testimonium Ioannis quantū. 6.b
Testimonium Legis de Christo euidens. 121.b
Testimonium quomodo accipitur à Christo. 118.a
Testimonium Christi quantū, 74.b
Testimoniū Christi mirabile. 60.a
Testimonium examinandum ab effectu. 118.a
Testes duo contra Iudæos. 122.b
Testes Christi duo. 17.a
Testimonia Christi de seipso. 192.b
Timor seruilis. 266.b
Titulus Crucis corrumpi non potuit. 310.a
Titulus Crucis quomodo conscriptus, & quare tribus Linguis. ibi.
Transitus Christi ad Gentes præfiguratus. 168.a
Triplex ordo ad Iudicium futurū 115.b
Tria sunt Iudæis ablata. 308.
Turba in Christum credit. 167.a
Turba palmas tum ferebat. 239.b
Turba duplex. 241.a

V.

VErba Christi quantam habuerint virtutem. 154.a
Verbum Dei viua omnium rerum imago. 4.a
Verbum Dei apud Deū & in Mundo simul. 8.a
Verbum non est versum in carnem. 9.b
Verbum vt in Patre & Carne totū. ibidem.
Verbum totum hominem assumpsit. 10.a
Verbum quomodo apud Deum erat. 3.a
Verba Christi, spiritus & vita sunt. 154.a
Verbum omnia subijt, præter peccatum. 10.b
Verbum æterna sapientia. 4.b
Verba singula ponderanda. 6.a
Veritas. 175.
Veritas non est tacenda. 204.a
Vestimenta Christi non erant vilia. 310.b
Vetus Testamentum insufficiens. 127.b
Via ad Patrem, Christus est. 261.b
Via difficilis ad Regnum Dei. 60.a
Victimæ carnales cur ad tempus cōcessæ. 87.a
Victoria Christi in disputatiōe. 197.
Vinū consecratione fit sanguis. 137.
Vinea Zodomorum Iudæi. 312.a
Virgines sacræ non debent interesse nuptijs. 41.a
Virga Aaron. 39.b
Virginitas coniugio præfertur. 39.a & 40.a
Visio Esaiæ. 247.b
Vita duplex. 249.b
Vita animæ Deus. 230.a
Vitis quid significet. 270.b
Vita actiua & contemplatiua in dilectione. 273.b
Vnguentum nardi pisticæ. 237.a
Vngere caput & pedes quid. 237.b
Vnio catholica. 271.b
Vocare oues nominatim. 213.b
Voluntatem propriam facere, quid sit. 143.b
Vox Spiritus sancti, id est, Christus. 40.a
Vulnera Christi quare in eo permanserunt. 321.a

FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS PROLOGVS.

DIscipulus quem diligebat Iesus (qui & recubuit in cœna super pectus eius) verum eidem dilectori suo testimonium perhibet in Euāgelio suo, quòd sit Christus filius Dei, id est, quod non tantum homo, in fine seculorum natus ex vtero virginis, sed ante omnia secula, Deus ex Deo patre generatus sit. Et omnis quidem diuina scriptura, diuinitùs inspirata, testimonium perhibet huic veritati, sed huius maximè hoc propositum esse, tam causa, quàm ipse textus operis manifestè defendit. Causa videlicet, quia misso illo in exilium à Domitiano (qui secundus post Neronem Christianorum persecutor extitit) irruperant in Ecclesiam Hæretici, quasi in destituta pastore ouilia lupi, Marcion, Cherintus & Ebion, cæteriq; Antichristi, qui Christum fuisse negantes ante Mariam, simplicitatem Euangelicæ fidei, peruersa maculauere doctrina. Et inde compulsus ab omnibus penè turæ Asiæ Episcopis, & indicto omnibus ieiunio, dominum precatus, ac Sancti spiritus gratia inebriatus, hoc Euangelium scripsit, quo omnes Hæreticorum tenebras, patefacta subitò veritatis luce, dispulit. Textus verò operis, quia videlicet talis omninò est, qualem legitimi postulat ordo testimonij. Nam ascito secum teste alio, non minùs idoneo, scilicet Ioanne Baptista, vt sint testes duo. (Non enim minùs in ore duorum testium stabit omne verbum) Ascito ergo Ioanne, qui venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, dicta, tam illius, quàm sua, frequenter appellat testimonium, dicens de semetipso in fine omnium: Hic est discipulus, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hęc, & scimus quia verum est testimonium eius. Testis itaq; filij Dei singularis hic est atque præcipuus, qui in publico cæli & terræ auditorio, cum ageretur non tam de terminis aut legibus Regni, quàm de ipsis natalibus Regis nostri, testibus alijs defecisis, & à clamore contra dicentium violēter oppressis, repente in medium prosiliuit, & magno vocis Euangelicæ tonitru, verbiq; choruscantis fulmine, omne Concilium vanitatis cunctamq; Ecclesiam malignantium vbiq; terrarum perterruit ac dissipauit: apertè protestans de illo, quòd Filius vnicus & consubstantialis, ac per hoc, hæres legitimus patris æterni sit. Nostrę autem, id est, pupillorum omniū, quos ille hæredes suos testamento æterno, per suum sanguinem conscripsit, nostræ nimirum spei, quę periclitabatur tantis Aduersariorum derogationibus, testimonium hoc magnificè suffragatur. Quid enim? Quomodo ratum erit Testamentum, quo cęlestem nobis hæreditatem legauit, si legitimus ipse possessor cæli non fuit? Quomodo autem cælum eius possessio fuit, si ipse de cælo non venit, sed à Maria initium sumpsit? Opportunè ergo nostræ (vt dictum est) spei fidus hic Testis subuenit, dum ingenui testatoris antiqua iura proloquens, non solum cælum, sed & omnia quæ sunt, eius esse, imò omnia per ipsum facta, & sine ipso nihil factum esse definit. Nobis igitur (qui testantes filium Dei, scripturas testamur, & in via testimoniorum eius delectamur, sicut in omnibus diuitijs) nobis omnibus hoc prępiuè testimonium scrutandum, & in toto corde exquirendum est: hoc tota anima concupiscendum, atque super aurum & topazion diligendum est. Nam si Euangelici negotiatores sumus, & bonas margaritas quærimus, ecce vna pretiosa margarita inuenta est. Vbi enim vlla, quæ maioris pretij sit, reperiri potest? Hanc animarum verus amator Deus, dilectę Ioannis animę, pro monumēto dilectionis prępiuę, fixit in pectore. Vt ver sanctis, viua mortalibus promerat voce. Danda ergo sunt omnia, vt hæc sola margarita cō parari queat, omnesque carnalium sordes affectuum, ab oculis cordis abstergendæ sunt eis, qui in schola Christi venerabilibus student literis: vt hanc aliquatenus valeant Aquilam prosequi, quam cordis munditia iuuit, vt claritatem solis æterni plus cæteris diuinæ visionis animalibus, irreuerberata possint mentis acie contemplari. Nā de eo, qui per mundi tiæ viam ad veram tendit sapientiam, loquitur Dominus per Esaiam: Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè. Imò, quod ad rem euidēs tiùs attinet, hic, sicut ad B. Iob, alijs quidem verbis, sed eodem sensu dictum est; ad præceptum Domini eleuabitur, vt aquila in arduis ponet nidū suum, in petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccesis rupibus. Inde contemplatur escam, oculi eius de longè prospiciunt. Et quidem, hæc omnia Ioannes, huius verbi ac sempiterni principij contemplator excelsus, magnificè assecutus est. Quia videlicet eleuatus est vt aquila, apertos intendens oculos in diuinitatis radios, & in arduis posuit nidum suum, id est, æterni huius Euangelij sui munimentum in petris mansit, id est, in soliditate veritatis. Atque

Ioan 21. *Christū esse Deum & hominem.* *Causa scri bendi hoc euangeliū.* *Testes Christi duo, Ioannes, Bap. & Euangelista.* *Deut. 1.* *Ioan. 21.* *Suffragiū spei nostræ.* *Heb. 9.* *Psal. 118.* *Matth. 13.* *Euangeliū Ioānis margarita vna preciosa.* *Ioannes re ctè aquila dicitur.* *Esaiæ 33.* *Iob 39.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde contemplatus est escam, scilicet illam, quam & attingere meruit, huius verbi sempiterni gloriam. Attamen, sicut suprà dictum est: oculi eius cernent terram de longè, ita & hic inquit: oculi eius de longè prospiciunt. Quia videlicet, sic quoque eleuata hæc aquila, nec dum per speciem, sed per speculum in ænigmate videt Deum. Nunc enim, inquit, filij Dei sumus, sed nondum apparuit, quid erimus. Licet autem pulli eius lambant sanguiné, *1. Cor. 13.* id est, auditores eius cognito tantum crucifixi Domini cruore satientur, eò quòd Diuini- *1. Ioan. 13.* tatis arcana percipere nequeant: non tamen omninò iure reprehenditur, quòd tantæ aquilæ volatum aliquatenus prospicere conamur. Nam & pulli idcirco in nido suo aluntur, vt post matrem suam quandoque ad eandem euolent escam. Igitur alta mysteria, quæ in hoc splendore Euangelij, velut grandis aquila, peruolauit magnus doctor Augustinus, nos eadem quidem via, sed non omninò eisdem vestigijs subsequi enitemur. Nam ille quidem alta montium peruolat cacumina: nos interdum & circa radices imas occupabimur. Ille, præcelsæ arboris superiora quæque poma carpere festinat: nos terræ quoque proximos, quos paruulis reliquit, attingere conabimur Euangelicæ literæ ramusculos. Vt, quia grandioribus in alta mysteriorum explanatione satisfactum est, nunc paruis, id est, nostri similibus, continuatio quoque literæ subueniat.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

IN principio erat verbum.] Ecce veritas, quæ de terra orta est, carnem de Virgine assumens, vt nos à diabolo liberaret, eadem de virginali Ioannis anima generatur: vocé corpoream induens, vt pro nobis contra omnem Hereticam prauitatem dimicet. Qui enim de corde suo verbum bonum eructauit in vterum virginis, vt Deus inuisibilis, visibilis & verus homo fieret: ipse castis cõplexibus suis ascitam dilecti Ioannis animam eodem verbo imprægnauit, vt verbũ ineffabile, per vocem literamque eius, audibile & intelligibile procederet. Ait ergo: In principio erat verbum. Itaque non recentẽ adoramus Dominum, sicut Cherinthus, Marcion atque Ebion, cęterique Antichristi mentiti sunt: falsum quippe est quod dixerunt, ante Mariam non extitisse Christũ. Christus enim, qui nunc homo est in fine seculorum, in principio & ante secula erat verbum. Non erat totum, quod nunc est, scilicet caro & verbum, sed erat tantummodo verbum. Nunc geminæ Gigas substantiæ, dupliciscj; operationis vna persona est: in principio autem, vnius substantiæ, vniusque operationis verbum erat. Christus igitur ante Mariã erat. Quia, in principio verbum erat. Verbum autem hic, non puerili- bum est Christus. ter, id est, iuxta Etymologiã nominis, accipiendum est, scilicet, sicut apud Donatum pueri accepimus verbum dici, eò quòd verberato aere plectroq; linguæ formetur. Nã verbum eiusmodi per aerem sonando trãsit: verbum autem, quod in principio, scilicet ante ipsum aerem & ante omnia, quæ facta sunt, erat, manet in æternum. Hoc etenim verbum, ratio perpetua est, sapientia *Esaiæ 40.* sempiterna est, intellectus incomprehensibilis est, veritas incommutabilis est. Cùm autem apud nos, tam de articulata voce, quã de tacito animi consilio verbum æquiuocè prædicetur, cur non ipsa ratio sempiterna rectè verbum dicatur: vnde nobis inest rationalitas, id est, vniuersa, quæ nobis suppetit, verba faciendi facultas? Nolite ergo pueri effici sensibus, inquit Apostolus. Quia ver- *1. Cor. 14.* bum, etsi nõ aereum, id est, verberato aere formatum, verbum, inquam, etsi non affectiuum, vt verba nostra sunt, * aut substan- *aliàs at.* tiale, inquam, Christus in principio erat verbum. Vbi autem erat hoc verbum? Quis erat locus eius? Nescit homo pretium eius: sicut per B. Iob dicitur. Reuelante autem *Iob 15.* spiritu, paulatim cognoscitur, per ea quę sequuntur, & primùm per id, quòd quasi locus eius, vbi iam tunc in principio fuerit, ostenditur, cùm subditur: [Et verbum erat apud Deum.] Ecce sagittæ domini istæ sũt, quarum in luce imus: hæc fulgurans eius *Abac. 3.* hasta est, cuius in splendore gradimur, sicut ei per Prophetam dictum est: In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulguran tis hastæ tuæ. Nam eius sententiæ sagitta, quam primùm iecit, eos omnes Hæreticos confixit, qui diuersis quidem blasphemijs, sed pari spiritu malignitatis, Christum ante Mariam (sicut iam dictum est) fuisse negabant: Hac autem sequenti, Patripassianos percutit: qui Trinitatem abnegantes, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnam tantùm, non tres esse Personas asserebant. Ait enim euidenter: Et verbum erat apud Deum.

Anima Ioãnis per verbum imprægnata. *Psalm. 84.* *Psal. 44.*

Deum. Vt de Personis non dubites, dum alteram audis esse vel fuisse apud alteram. Magnificè huius verbi dignitatem insinuat, dicendo: erat apud Deum. Nam, apud Deum erat, quid est, nisi in magno erat honore, in summa dignitate, in magna dilectione? Erat apud Deum, sed nõ, quemadmodum apud diuitem aurum suum. Nam apud diuitem aurum est arca, non in ipsius substantia misera atque vitiosa, fortasis & leprosa. Erat autem apud Deum, quomodo apud sapientẽ sapientia, apud fortem fortitudo. Nam per B. Iob dicitur: Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Aurum diuitis, in marsupio eius. Verbum Dei in corde eius. Verè ergo verbum erat apud Deum. Iam verò, sicut Personas distinxit, dicendo: Et verbum erat apud Deum: sic econtrà Substantiam coniungit, subdendo: [Et Deus erat verbum.] Substantiam quippe breuiter vnam esse testatus est in duabus Personis, Dei & verbi sui. Quod ægrè ferunt Sabelliani, molestè accipiunt Arriani. Nam illi quidem, id est, Sabelliani, mallent, vt dixisset, Dei & verbi sui, sicut vnam Substantiam, sic vnam eandemq; esse Personam: Isti autem, id est, Arriani, sicut duas personas, ita nihilominus duas ac diuersas vellẽt eum expressisse Substantias. Solum enim patrem esse Deum vel creatorem: filium verò, creaturam esse volunt, licet magnam atq; excellentem. Sed ve ritas præsentis testimonij, tanquam vox sul gurãtis tonitrui, verberat vtrinq; terram. i. vtrarumq; partium cauteriatam æquè conscientiam. Exultent igitur Homousiani, id est, confessores Consubstantia litatis, neq; confundentes personas, neque Substantiam separantes: scilicet duas quidẽ personas, sed vnam patris & verbi Substantiam, cum tanti testis suffragatione, confitẽtes. Deus enim, inquit, erat verbum. Protinus vna sententia perpulchrè complectitur cuncta, quæ in tribus iã dictis expresit positionibus. [Hoc, inquit, erat in principio apud Deum.] Quid tãdem prouenit ex eo, quòd verbum erat apud Deum? vel, cur nõ maluit Euangelista dicere: erat in Deo verbum, sed ait, imò & secundò repetiuit: erat apud Deum? Hac enim positiuncula, significat magnum aliquod se intendere negotium. Nam & nos quoties ita loquentes dicimus, personam aliquã apud aliam esse personam, in eo proprietas locutionis est, si significare velimus certum aliquod interesse negotium. Quid ergo? inter vtrunque, mediante vtriusque bonitate, conuenit. Sequitur: [Omnia per ipsum facta sunt.] Hoc plenè propter vtriusq; bonitatem, quæ est Spiritus sanctus, effectum est. Nam si quæras, quis omnia fecerit? respondebitur, Deus. Si quæras, per quid? ecce habes, per ipsum, scilicet verbum. Si interrogas, quare? respondetur: quia bonus est. Et hæc tota Trinitas est. Omnia, inquit, per ipsum facta sunt. O quanta laude, quanta veneratione dignum est hoc verbum, per quod omnia facta sunt. Beneuoli spectatores leuant oculos cordis & corporis, ad pulchritudinem eorum quę facta sunt, visibilium & inuisibilium, & attentè considerãtes corde & ore conclamãt: magnum atque pulchrum esse artificis Dei ingenium, quod non est aliud, nisi hoc ver- *Ps. 32. 148.* bum, per quod tãta, tam pulchra facta sunt. Per ipsum enim omnia facta sunt. Nam & alia scriptura testatur: quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt, scilicet ea, quæ ad laudem creatoris inuitabant: omnes Angeli eius, omnes virtutes eius, sol & luna, stellæ & lumen, cæli cælorum, & omnia, quæ in eis sunt: terra, & omnia, quæ in ea sunt: mare, & omnia, quæ in eo sunt. Dixit ipse (vt alia quoque scriptura testis est) fiat lux, & facta est lux: Dixit, fiat firmamẽ- *Gen. 1.* tum, & factum est: Dixit & de singulis cæterorum, fiat, & facta sunt: per verbum ergo facta sunt, quia dicendo facta sunt. Dicendo autem, non elementali sono, vel voce corporea (Deus enim spiritus est) sed eo modo loquendi, quo anima tua, quicunque es homo, quam ille fecit ad imaginem suam, taciam, quum libet, format loquelam.

Quomodo verbũ erat apud Deũ. *Iob 12.* *Vtia substãtia Dei & verbi.* *Cur potiùs apud Deũ, quàm in Deo.* *2. Tim. 4.* *Homoiisiani.*

Attende quicunque filius lucis es, & sicut telas aranearum, ea contemne, quæ filij noctis, id est, philosophi huius seculi, somniarunt. Dixerunt enim materiam, ex qua cuncta fierent (quam etiam appellauerunt Hylen) non à Deo creatam, sed Deo fuisse consempiternam: qua Deus sit vsus, vt artifex ligno vtitur, dum mundum istum conderet, sibi coæternum. Qui etiam formulas fuisse finxerunt (quas dicunt Idæas) quibus intẽdens, ad earum cuncta faceret imitationem. Hæc ergo contemne, verbi æterni cultor & agnitor. Quia nõ sic habet veritas, sed omnia per ipsum facta sunt, & in hoc principio, id est, in hoc verbo, creauit Deus cælum & terram, & omnia, quę in eis sunt. Igitur ab eo, quod infirmum est Dei, à natiuitate carnis, ab angustijs præsepis, ab omni cõditiõe mortalitatis, leua furium oculos mẽtis supra Mariam (quę & ipsa sine dubio per ipsum inter omnia facta est) & ex eo, quòd omnia per ipsum facta sunt, antiquitatem Christi, maiestatem verbi Dei, fideliter æsti ma, quisquis nondum audita vel intellecta veritate tanti Testis, Christum ante Mariã non extitisse suspicabaris. Qui quanta intentione dixerit, omnia per ipsum facta sunt, acri repetitione protinus inculcat, cùm subiungit: [Et sine ipso factum est nihil.] Nihil inquit, sinè ipso factum est, nulla natura, nulla substantia, nulla omninò, quamlibet mala. Nulla enim mala per naturam: nulla mala nisi per accedentem malitiam: Nam & Diabolus per vitium quidem malus est, sed substantia eius, per naturam mala non est.

Filij noctis philosophi. *Hyle.* *Idææ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fabula Manicheorum.

Explosa ergo est fabula Manichæorum de malo principio, vel de tota, nescio qua, Gête tenebrarum: Quia (sicut iam dictum est) omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sequitur:

Duæ quæstiones de voluntate & prudentia Dei.

[Quod factum est, in ipso vita erat.] Adhuc nihilominùs molesti veritatis interpellatores vrgere solent, maximè hi, qui mundum Deo coæternum (vt iam dictum est) fuisse suspicati sunt, & dicere: Cur noua Deo voluntas incidit? Cur nouum consilium inijt? Nam, si post infinitas æternitatis suæ moras, fecit quandoque mundum, noua voluntas est, nouumque consilium, satisq; hoc euidens est mutabilitatis eius indicium. Item, si constat, ante Mariam extitisse Christum, & omnia per ipsum facta sunt, vnde noua voluntas, vt post tot annorum millia, veniret ad reparationem hominum? Imò, si cùm faceret Mundum, & formaret Protoplastum, saluum voluit esse genus humanum, cur non prouidit, vel præcauit, ne incurreret perditionis naufragium? Nã alterum quidem mutabilitatis, alterum imprudentiæ potest argui. Has quoque partes contentionis aduersæ, veritas vndique oculata, tanquam renascentia succidit hydræ capita: subiungendo (sicut sapientiæ maiestatem decet) tranquillè ac breuiter:

Quod factum est, in ipso vita erat, id est, vitalis scientia.

Quod factum est, in ipso vita erat. Sensus iste est: Quicquid factum est, antequam fieret, in ipsius erat præscientia, quæ videlicet præscientia non est aliud, quàm vita. Diuinitati nanque non est aliud, viuere: aliud, scire: nec aliud est in Deo, viuens sapientia, quàm, sapiens vita. Aliter autem est in anima. Nam viuit quidem substantialiter, sapit autem accidentaliter: Deus verò tam viuit, quàm sapit substantialiter. Nihil enim accidentium in diuinitatem cadere potest. Igitur vita, id est, vitalis omnium quæ facturus erat, iam in ipso erat à principio scientia. Verum est, probabile est, necessarium est. Nam, vnde hoc habet anima rationalis, vt cùm fabrili vel architectonica quippiam componendum est structura, priùs totum illud apud se intus videat in arte, quàm foris exhibeat in opere? Si enim arcam, vel amplæ domus fabricam struere velit, eius apud se priùs versat imaginem: iamq; mens & cogitatio talis est, qualis postmodum materialis situs operis visendus est. Rectè ergo dicas, quia, quod faciendum est, iam in mente artificis vita est? Vnde quæso, hoc habet anima rationalis, nisi quia creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum? Imago autem dei,

Imagines rerum in anima.

Heb. 1.

splendorque (vt ait Apostolus) & figura substantiæ eius est hoc Verbum, hic filius de Deo Deus, figura videlicet per similitudinem dictus. Quia Pater cum hoc Verbo sic vnus est Deus, sicut aurum vel ebur, & imago Regis in eo, sigillum vnum esse dinoscitur. Nec verò secundum exteriorem hominem (sicut Humaniformij suspicati sunt) sed secundum interiorem nos hac figura signati sumus. Vnde & rationales, id est, dòctrinæ vel disciplinæ perceptibiles sumus. Si ergo tam pulchra sunt rationis lineamenta in ea, quæ formata est, anima, quàm clara, quã certa est ipsa Ratio Diuina? quæ non est formata, sed ipsa forma. Si adeo viuaciter artis suæ compos est vmbra, nónne multò magis in proposito vel opere suo, prouida & constans est ipsa veritas? Planè incomparabiliter constantiùs atque perfectiùs omnium, quæ facienda erant, in hoc Verbo viuebat ordo vel natura. Nec solùm nouerat ab initio, quæ vel qualiter omnia conderet, suoque statu singula disponeret, sed etiam quædam perdita, qualiter ad suam gloriam recuperaret. Inde est, quòd suum certum seruat omnis natura cursum, nihilque fit sub sole nouum. Quia videlicet semel de immutabili voluntate posuit præceptum, semel & simul omnia creauit, qui viuit in æternum. Sic omninò insuperabilis manet altitudo diuini consilij, quod habuit super salutem generis humani. Nec enim electos alios vocauit, iustificauit, & magnificauit, quàm quos ante secula præsciuit & prædestinauit: neque tanquam præuentus aut circumuentus à Diabolo, nouum aliquid excogitauit, quando hoc Verbum misit incarnari, sed sic præfinitum est, sic omninò, quia pulchrum & speciosum erat, ante Patrem complacitum est: vt inter inimicitias aduersantis Diaboli, semper in melius saluti nostræ prospiciens, vsque ad summum suæ dispositionis beneficentia diuina peueniret. Quid ergo impotentiæ vel temeritatis Deum arguis, Hæretica temeritas? Quod factum est, hic subdistingue, ac deinde subinfer: in ipso, scilicet verbo, vita erat. Vel certè (vt iam secũdum scripturam aliam loquar) quod factum est, spectabilis atque delicioſus coram sapientiæ suæ Deo ludus erat. Sic enim dicit ipsa, quæ est hoc Dei verbum, Sapientia: Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequã quicquam faceret, à principio, & ab æterno ordinata sum. Et post pauca: Et delectabar, inquit, per singulos dies ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum: Et deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. Ludus iste ineffabilis est diuinæ bonitatis iucunditas, qua iam creator, antequam quicquam faceret, delectabatur in verbo suo, in sapientia sua. Magna sunt hæc, alta sunt hęc. Et horum quidem sensuum maiestas, mortalium oculos, velut claritas solis, reuerberat: Attamen eorundem similitudo nonnulla, tãquam solis imago, quę perspici possit in aqua, nostræ naturæ subrutilat. Verbi similitudinem ex arte componit, certisque ac sibimet cognitis

Eccle. 1.
Eccle. 18.
Rom. 2. 9.

Diffinitio rectus. verbi ratio sapientia. Prou. 8.

Similitudo ex arte.

gnitis dimensa numeris, vocum interualla discriminans, flatu vel pulsu, concitatum sonum inanimatæ rei, rationem sibi insitam imitari compellit. Quid ergo? Nonne antequam instrumenta componeret, aderat ludens in mente & voce eius musica? ludens in diuersitate vel distinctione modorum? & deliciæ eius in multorum suauitate cantuum? Vna fuerat, vna nihilominùs & nunc est musica, nihilque crescit aut se multiplicat, quamlibet multas ad canendum voluptas cantoris comportet citharas. In hoc (vt dictum est) nonnulla similitudo est. Nam quid sumꝰ nos, nisi magni musici Dei, quædam instrumenta? Vnde & in citharis & in organis (quæ profectò corda & corpora nostra sunt) dominum laudare iubemur. Ipse quoque Dominus noster, musicum Dei patris maximè instrumentum est: cui dicit idem pater, dum secundum corpus in sepulchro iacet: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Imò totus mundus diuinæ laudis instrumentum est, licet solus homo vel angelus laudem Dei decantare sciat: sicut in citharis, sola chorda, sed non sine ligno, modum cantilenæ personat. Igitur, quemadmodum natura musicæ in anima musici vita est, quam instrumento ars imitata est, sic totius mundi compositio (qui (vt iam dictum est) diuinæ laudis instrumentum est) priusquam fieret, in hoc verbo, vita erat, de qua & subditur: [Et vita erat lux hominum.] Hæc, inquit, vita, quæ erat hoc verbum per quod omnia facta sunt, hæc ratio sempiterna, lux est hominum: scilicet optimæ partis omnium, quæ facta sunt: Quia videlicet solam in hoc visibili mundo illuminat humanam naturam: id est, cùm super omnia, quæ facta sunt, luceat, suam ipsius imaginem in sola exprimit hominis anima. Omnium enim quæ facta sunt, alia quidem sunt, vt lapides: alia & sunt & viuunt, vt arbores: alia verò sunt, & viuunt, & sentiunt, vt pecora. Homo autem post Angelum solus in hoc honore est positus, quòd ad quærendum & inueniendum Creatorem suum factus est idoneus. Ergo quod ait, vita hæc erat, vel est lux hominum, tale est, ac si diceret: Rationalitatis lucem soli impertita est naturę hominum. Quod cùm ita sit, potuit dicere sic: & vita erat Angelorum pariter & Hominum. Vtramque enim naturam, scilicet angelicam pariter & humanam, splendidæ rationis nobilitas illustrauit: quam exinde percepimus, quòd (vt sùprà dictum est) fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Verùm non Angelis, sed solis Hominibus Euangelium scribitur, nec enim propter Angelos, sed propter Homines tantum venit Christus, quem qui non receperunt, in hoc maximè Euangelio, & in cæteris Apostolorum dictis arguuntur, arguente per illos Sancto Spiritu. Iuxta quod de illo loquens ipse Christus: Ille, inquit, arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me. Benè ergo dictum est nunc, lux hominum tantũ. Nam de Angelis ad præsens non pertinet negotium. Et lux hominum, vniuersaliter dictum est, id est, bonorum pariter & malorum. Quia videlicet æquè, tam boni, quã mali; in hoc lucent, quod rationales sunt. Nam licet homo malus peccando obtenebretur, fiatque noctis atque tenebrarum filius: non tamen ea, qua pecora præcellit, rationis luce priuatur. Est & alia lux, quæ per malitiæ tenebras potuit vel potest amitti: scilicet gloria Similitudinis Dei. Fecit enim Deus hominem, non solùm ad Imaginem, sed *ad Similitudinem suam. Ad imaginem videlicet, in eo, quòd rationalem & æternum: Ad Similitudinem verò, in eo, quòd suæ bonitatis imitatorem fecit eum. Et hãc quidem similitudinis Dei lucem tunc amittit, quando peccando creatoris imitationem deserit. Illa autem, quam habet ex imagine Dei, rationis claritate lucere non desinit. Et per illam redarguitur à Deo, qui etiam in hoc solem suum facit oriri super bonos & malos, quòd rationis luce nec bonos priuat nec malos: Lux igitur hominum est etiam malorum, ꝓpter quod inexcusabiles sunt. Vnde & sequitur.

Psalm. 130.
Psalm. 56.

Duplex lux in homine.

*1. Thes. 5. *etiam.*

Matth. 5.
Rom. 1.

[Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.] Lux, inquit, scilicet Discretio supradictæ rationis, lucet in tenebris, id est, in conscientia illorum, qui malè agendo tenebræ facti sunt. Nam (vt de Iudæis taceam, qui cum rationis luce, lucernam quoque habuerunt sacræ scripturæ) de gentilibus, eiusmodi lucem non habentibus, dicit Apostolus: Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim eius à creatura mũdi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Lux ergo rationis est, quæ lucet in quamlibet profundis peccatorum tenebris. Sed lucem hanc in seipsis lucentem, cùm tenebræ essent, ipsi non comprehenderunt: quia videlicet cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Amplius autem rei sunt Iudæi. Quia cùm tam naturalis rationis iudicio, quàm sacrę legis testimonio, lucem veram possent agnoscere præsentem, magis obtenebrati sunt, & non cognouerunt eam. Clauserunt quippe oculos suos, ne viderent: & aures suas compresserũt, ne audirent: & omninò intelligere noluerunt, vt benè agerent. Ecce signum, cui contradicebatur, quantis fragoribus intonantis veritatis defenditur? Quid spiritus immundi contrà hiscere possunt, ab interioribus Hæreticorum prorepentes, in modum Hæreticarum? Veruntamen alij supersunt hostes Christi, & contradictores huius signi, scilicet

Psalm. 118.
Rom. 1.

Esaiæ 9.
Act. 28.
Psalm. 33.
Lucæ 2.

Aliter Iudæi, aliter Hæretici hostes Christi.

Cur hic nõ duitur vita, lux, angelorum & hominum.

Ioan. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæis:qui tanquam sub alio cælo positi,nó terrentur:quia nõ audiunt fragorem huius tonitrui. Nam Hæretici quidem, quasi de suo cælo fulminantur,dum sequaces Apostolorum se esse simulãtes (aliter enim non audirentur,nisi Apostolici esse putarentur) simulãtes ergo apostolicã se tenere,vel proferre doctrinam,tanti Apostoli testimonio desuper,ꝗvt aduersarij, feriuntur. At verò Iudæi,tanquam sub alio climate sunt. Quia Christi Apostolos non recipiunt, & propterea,nihil ad eos pertinet,nihil eos mouet,ꝙ tantã gloriã Dei nostrũ annunciat firmamẽtum. Quid ergo? Nũquid excusabiles erũt? Nunquid nõ audierunt,vel se audisse dissimulare potuerunt? Imò primi audierũt, nõ vndecũq;,sed ex ore eius, quẽ nec abscõderе nec refellere vllatenus possunt. Audierũt quippe per Ioannẽ Baptistã,quem oẽs sciũt esse Prophetã, cuius non ex hominibus,sed de cẽlo fuisse testimoniũ,negare ipsi nequeunt. Celebratũ est enim & ab ipsorũ Historiographis nomẽ,meritumq; Ioannis, miraculũ natiuitatis, & sanctitas vitæ mirabilis, dignitas prædicationis, vel autoritas Baptismatis, testimonium quoq;,quod Christo perhibuit,& causa mortis. Qui ipse quidem nihil scripsit,sed cùm tantus esset, vt Christus potuisset æstimari,quid dixerit,quem digito ostenderit,totus orbis audiuit,& hic sonus eius in omnem terram exiuit. Hunc ergo testem tam idoneũ,hic dilectus Christo Ioannes assumit secum,vt in ore duorũ testium legitimè stet hoc fidei verbum, digneque frequẽs præstetur auditorium, tam propter testium vitam,quàm propter testimoniorum constantiam,cum quibus hunc assumit:alternatim positurus nunc sua, nũc illius verba,Christo testimonium perhibentis. Hoc modo ostendens ante omnia, quis vel qualis fuerit. [Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.] Proinde cùm de verbi ẽternitate loquens,Euangelista dixerit,Erat & Erat:nunc Fuit homo dicit detorta in præteritum perfectũ tẽpus dictiuncula. Nã,quia verbi esse,nec cœpit nec desijt huius aũt hominis Ioannis, vtpote defuncti iã, Esse præterijt: Iã diu quippe rectè homo Esse dicitur, quã diu caro est cum anima rationali: Prudẽter ergo, & propriè de illo Erat,de hoc dictũ est,Fuit: Etenim cæli perибunt,tu aũt permanes (inquit Psalm.) & oẽs sicut vestimentum veterascẽt, & sicut operторiũ mutabis eos,& mutabũtur: Tu aũt idẽ ipse es, & anni tui nõ deficient. Fuit ergo, inquit,homo missus à Deo, cui nomẽ erat Ioannes. Singula verba,quasi statera,ponderãda sunt,quia videlicet de thesauris sapientiæ prodeũt: cuius dicta tunc grauioris põderis habẽtur,quãdo superuacuè prolata nõ vidẽtur, præsertim in tãto tamq; prẽcipuo negotio, vbi maximè semetipsã maiestas veritatis agnoscere debet:ne effluere digneturverbis inaniter cadentibus. Cùm autẽ sic dici potuisset: Venit Ioannes in testimonium, superfluè videtur sic protelatũ: Fuit homo missus à Deo,cui nomẽ erat Ioannes: hic venit in testimoniũ. Siquidẽ & alij ꝓphetę,homines fuerũt,& oẽs à Deo missi sunt,& nomine Ioãnis multi homines ęquiuocati sũt.

Matth.21. Lucæ 20.

Vide Ioseph. de antiq.li.18. ca. 10. Ioan.1. Duo testes idonei.

Diligentiùs ergo pensanda sunt. Quia non exili elocutione, sed grandi declamatione prolata sunt. Videlicet tali in loco vel causa sic nominatus homo fuit, multum suspiciendus,longè dissimilis hominibus multis:vtpote quo maior inter natos mulierũ nemo surrexit:adeò magnus,vt longè ante per Prophetã, Angelus dictus sit. Hic est enim(inquit Dominus)de quo scriptum est: Ecce mitto Angelum meum qui præparabit viam ante faciem meam. Homo igitur excellens & inclytus,ore rotundo, plenaq; Euangelij voce,in omnium cõtentione hominum meritò pronunciandus. Missus, inquit,à Deo. Et Prophetæ omnes à Deo missi sunt Nã,si à Deo missi nõ sũt,à semetipsis venerũt. Et,si à semetipsis venerunt, & à semetipsis loquuti sunt,fures sũt & latrones. Sed absit hoc à præconib. veritatis:absit ab his, ad quos factꝰ est sermo Dei:de quibus Spiritus Sanctus:ego,inquit,dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Igitur & sãcti Prophetæ omnes à Deo missi sunt,quia cum verbo Dei omnes venerunt. Quid ergò dignum habet singulari tantæ enuntiationis præconio,quòd fuit hic homo missus à Deo? Multum per omnem modum. Primum quidem quia dies aliorum,qui missi sunt,velociores cursore fuerunt. Quia videlicet,cùm sit cursoris officium, vel tantillum expectare, donec videat, quid nunciet eis ad quos recursurus est, illi priùs hinc per viam vniuersæ carnis recurrerunt,quàm prestolatum Domini videre mererentur aduentum: Hic autem eo tempore missus est, quo illum videre posset:ita, vt eundem viuens viuentibus digito ostenderet: mortuus mortuis apud inferos paulò pòst affuturũ nunciaret. Deinde sic missus est, vt supra naturã veniret, natus ex vtero senectutis & sterili(qđ nó natura vsus,sed solius Dei est opus)vt nascitu rũ in nascendo prẽueniret,prędicaturũ prędicãdo prẽcurreret, baptizaturũ baptizãdo præiret,morituũ moriẽdo præcederet. Singulariter ergò missus est,cui nusquã sublistere,nusquã diuertere, nullũ vacauit cum seculo sermonẽ habere:nõ domum, non agrũ possidere nec affines agnoscere: sed vrgẽte sermone Dñi,vrgẽte negotio mittentis pariter & subsequentis, nudus & expeditus currere habebat ante faciẽ eius,velut qui ad hoc solũ factus erat & natus, vt pararet corã eo vias eius. Et huic nomẽ erat Ioãnes Non ab hominibus, neq; per hominẽ, sed à Deo per ipsius Archangelũ,nó casu,sed certã ob causam,nomẽ illi erat Ioannes. Certã planè ob causam. Quia videlicet totius prædicatiõis eius summa fuit,Domini gratia. Quid enim prædicauit, nisi carnalem Legem abolitam,& spiritualem exortam esse Gratiam? Nam vsque ad ipsum Lex,quę per Moysen data est:à diebus autem ipsius Gratia, quæ per Iesum Christum facta est. Et ex quo Autorem eiusdem Gratiæ prætento monstrauit indice, per eãdem Gratiam regnum cælorum vim patitur,& violenti diripiunt illud. Hoc autem, scilicet, domini gratiam, nomẽ Ioannes interpretatum sonat. Igitur causa manifesta, causa digna est, propter quam illi nomen erat Ioannes. Sed Iudæus hoc ignorat. Quia videlicet *alia sunt hæc, quia velamen, quod est positum super cor eius, admittere recusat. Veruntamen alia multa præsto sunt(quæ & superiùs ex parte dicta sunt)quibus arguentibus, testimoniũ eius, vel Baptismum de cælo fuisse negare nequeunt. Igitur demõstrato tanto hoc homine, tanquam in conspectu Concilij,imò in medio turbarum, vel in seditione concitati aduersus Christum Iudaici populi,constanter edicit: [Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.] Hic(inquit)tam magnus,tam*expectabilis, ad hoc venit,ad hoc factus vel natus est, ad hoc positus in sublimi, vt ab omnibus visus, à cunctis auditus, testimonium perhiberet de lumine: videlicet,aduersus tenebras, quæ(vt suprà dictum est)lucentem in semetipsis lucem noluerunt comprehendere,dicentes:Nónne hic est filius fabri? quomodo ergò nunc dicit:quia de cælo descendi? Aduersus eos iste testimonium perhibere venit, quòd Is nitus Dei Filius, per quẽ omnia facta sunt. Et quidem Prophetæ omnes de hoc eodem lumine testimonium perhibuerunt. Sed differt, atque præcellit huius testimonium,in eo maximè, quòd illi venturum esse testati sunt:hic, iam aduenisse testificans, digito quoq;(ne de persona eius dubitaretur)prẽsentem ostendit, dicens: Ecce Agnus Dei: Hic erat quem dixi. Quo autem indigebat Lux hominum, vel,quod sibi prospiciebat emolumentum, vt in conuenticulis nostris tantoperè sibi prouideret tam magni prædicatoris testimonium? Vt omnes(inquit)crederent per eum. Subaudis,quòd Ipse, & nõ alius: Ipse idẽ Iesus Mariæ filius & Ioseph, (vt putabatur)esset à principio Dei Verbũ, Verbum Deus,Lumen æternum. Hæc ergo erat intentio charitatis eius, quæ nõ quærebat ea quæ sua,sed quæ nostra sunt. Hoc lux illa intendebat, vt omnes crederemus, credendo accederemus ad eum & illuminaremur. Gratulamur, & gratias agimus,pro tam benigna Diuinitatis beneuolentia. Nó autem, quod parum luceret lux ipsa, idirco testimonijs indigebat: Imò non lucis ipsius,sed oculorum culpa erat, quòd per semetipsum agnosci non poterat. Lippientes enim,imò & penè cæcati erant oculi hominum ex puluere terrenæ cupiditatis. Et idcirco lux vera,quantò magis lucebat, tantò grauiùs illos offendebat. Eius ergo impatiẽtes,sese auerterant,& quasi dorsum ad solis ortum dederant. Ioannẽ autẽ,velut montẽ, Solis eiusdẽ radijs illustratum, tolerabiliùs aspiciebant. Hic placebat eis, mons magnus decoro lumine vestitus,& in tantũ delectabat eos, vt putarẽt, quòd ipse esset Christus. Contra quã illorum opinionem mox subditur:[Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.] Cur enim lux esse denegatur,nisi quia lux idem, Christus esse putabatur? Sed non erat lux. Non, inquit, erat lux vera, non erat lux illuminans,non erat ipsa Lucis Substantia. Erat autem talis lux,qualis & Apostoli, quibus dictum est: vos estis lux mundi, lux scilicet aliunde susceptа:lux non essentiali bono, sed accidentali dono. Sed Christus qualis lux erat?

Quantũ Ioannis Bap. testimoniũ

Cur nomẽ eius erat Ioannes.

Iudæi Ioãnis testimoniũ negare nõ possũt.

**talia. 2.Cor.3. Luc.20.*

**spectabilis.*

Matth.13. Luc.4. Ioan.6. Marc.6.

Maius testimoniũ Ioãnis, quã aliorũ prophetarum. Ioan.1. Luc.3. 1.Cor. 13.

Ioh 9. 2.Reg.3. Ioan.1.

Cur dicitur hic:Nõ erat ille lux.

[Erat, inquit, lux vera.] Lux erat vera, id est, eius lucis, qua lucebat & Ioannes, efficiẽs causa. Nam sequitur:[Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum.] Illuminat, inquit, omnẽ hominẽ venientem in hunc mundum. f. illustratione illa, quam in Adam omnes homines perdiderunt. Quadam enim luce, scilicet luce rationis, quam habent ex eo, quod ad imaginem Dei facti sunt, omnes homines illuminati veniunt. Quadam autem illustratione (scilicet, cognitionis diuinæ, quam habere debuerant ex eo, quòd nihilominùs ad similitudinem Dei factus est homo) priuati, nascuntur in hunc mundum. Sed nõ oẽs homines, non oẽs omninò filij Adã, istã diuinę lucis consequuntur gratiã. Multi. n. ab illa sunt iustè relicti,& errauerunt à via veritatis, & Sol iustitiæ non ortus est eis. Igitur, quod dictum est, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, idem est, ac si dixisset: Lux vera Christus erat, sinè qua nemo illuminatur omnium hominum venientium in hunc mundum: qui vtique ex paterna prẽquaricatione omnes obtenebrati veniunt. Sciendum autem, quia per propriam operationem Spiritus sancti fit, quòd illuminantur homines, vt sancti sint ad similitudinem DEI: qui profectò, quòd rationales sunt conditi ad imaginem Dei, proprium est Filij, qui est (vt ait Apostolus) imago Dei inuisibilis. Veruntamen & hoc ipsum, quod Spiritus sanctus aduenit ad illuminandam mentem hominis, eiusdẽ Filij gratia fit, qui eundem Spiritum sanctũ dare venit, sicut ipse de seipso enunciat: Ignem veni mittere in terrã, & quid volo, nisi vt ardeat? Lux ergo vera, solus Christus, qui (vt dictum est) vtroq; modo illuminat oẽm hominem venientẽ in hunc mundum.

Vna illuminatio Christi & Spũs sancti.

Matth.5.

Coloss.1.

Luc.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si autem omnem hominem, vtique & Ioannē. Sed hoc dictum est, quia lux ista Christus, lux vera Dei verbum, priusquam in testam carnis nostræ deueniret, erat apud Deum: Quomodo ergo, inquis, & ante Ioānem, illuminabat omnem hominem, tam longè à Deo factum, tam longè venientem in huius mundi exilium? (Nam fortè de Ioanne non mireris. Quia, quando illuminatus est, iam lux ista in mundum venerat, iā templo suo, scilicet virginali vtero sese infuderat. Fortè & verum dicas, quia descendēs magna illius lucis substantia, simul & Ioannem in matris vtero radiauerat, & leni concussu illam, cui gaudentes applaudimus, infantis exultationem fecerat.)

Ioānes quo que à Christo illuminatus.

Illud quæris, quomodo priùs, cùm adhuc esset apud Deum, illuminabat omnem hominem venientem in hunc mundum? Sed hoc te nō moueat: imò, audi q̄ sequitur: [In mundo erat.] Et apud Deum erat, & in mundo erat. Verbum quippe Dei erat. Deus autem omnium creator, & in *patre non est, quia vbiq; est. Verbum ergo Deus, quia incircunscriptum lumen est, quia vbique est, & apud Deum erat, & in mundo erat. Quid autem mirum, quòd & in mundo erat? Audi quod maius est. Sequitur enim: [Et mundus per ipsum factus est.] Mundū ergo implet, vt regat: regit, vt impleat: quem & implendo circundat: & circundando, implet: & sustinendo transcendit: & transcēdendo, sustinet. Igitur repugnantia nō sunt ea, quæ dicta sunt, scilicet, quòd hoc verbum, hæc vera lux, & erat apud Deum, & illuminabat omnem hominem venientem in hunc mūdum, quia videlicet cùm vbique sit, & apud Deum erat, & in mūdo erat. Iam verò, quid doloris, quid habet conquestionis, quòd, cū dixisset, & mūdus per ipsum factus est, protinus adiunxit. [Et mundus eum nō cognouit.] O cęcitas, O ingratitudo. Ingrati nanq; primi homines clauserant, dum se aperire putabant, oculos suos promittente mendacij patre Diabolo, quòd, si transgrederentur mandatum, aperirentur oculi eorum, fierentq; sicut Dij, scientes bonum & malum, id est, haberent, quod solius Dei est, scientiā vniuersorum. At verò econtrà cæcati sunt, suamq; cæcitatem posteris suis hæreditariā dereliquerunt: vt per cæcitatem eum nō viderent, qui in mundo erat, & per quē mundus factus est. Cuius scientiæ coęquari procaciter affectauerant, & per ingratitudinē, eum nec de tantillo, quantum ex operibus illum cognoscere poterant, sicut Deum glorificarent, aut gratias agerent. Quod ergò ait: Et mundus eum non cognouit. Exclamatio dolentis est. Amplius autem & hoc, quod sequitur: [In propria venit, & sui eum non receperunt.] In propria nanq; venit, scilicet, in hunc mundum, qui per ipsum factꝰ est, vel in eo, quòd apprehendit semē Abrahæ, de quo propagatus peculiaris illi fuerat populus Israel. Apprehendens enim semen Abrahæ, id est, assumens carnem de semine Abrahæ: in propria venit, dum in Genteilla conuersatus est cum hominibus, quā sibi magnis in propriam hæreditatem acquisierat beneficijs. Venit autem non localiter, (Deus quippe est: vnde & constat, quia vbique est) Venit sanè nō de loco ad locū transeundo, sed qui erat inuisibilis, visibilem se exhibendo. Nam in mundo erat per Diuinitatem: cuius est esse vel manere: venit autem in mūdum per humanitatem, cuius est, ire, & de loco ad locum transire. [Et sui (inquit) eum non receperunt.] Parum est, nō receperunt, insuper & occiderunt. Nam qui sunt hi sui, nisi maligni illi & malè perdendi agricolę, quibus ipse suam locauerat vineā? Aptiùs nanq; sic accipitur: in propria venit, vt vineam illam intelligas, de qua scriptum est per Prophetam: Vinea enim domini exercituum domus Israel est. Quā iuxta Psalmistam de Aegypto transtulit, eiecitq; gentes, & plātauit eam. Cui sepem circundedit, quia videlicet vrbes muratas, vel Angelorum præsidia præstitit, fodit in ea torcular, & turrim ædificauit, id est, altare, & decus templi, in ea sola gēte habuit. Cùm ergo ad hanc vineam suam missus esset, dicente patrefamilias: Verebuntur filium meum, in propria venit, sed mali agricolæ, mali operarij Legis, non receperunt eum. Imò eiecerunt eum extra ciuitatem, & occiderunt animosiùs & nequiùs, quàm seruos eius, id est, iustos & Prophetas occiderant. [Quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestatē filios Dei fieri: his, qui credunt in nomine eius.] Vniuersali quidem enuntiatiōe dixit: Sui eum non receperunt: sed non vniuersaliter dixit, aut dicere debuit: Nemo suorum recepit eum. Nam aliqui suorum, licet pauci, receperunt eum. Et (quod maiori gratia dignum est) cùm scirent se quoq; similiter ejciendos esse propter eum, tamen recepe-runt eum. Maximè autem de gente, quam nesciebat: de populo, quem nō cognouerat, scilicet de vniuersitate Gentium innumeri ad eum confluxerunt extra vineam suam proiectum, & suo sanguine cruentatum, qui & subiectis humeris deuotè impositum, ad suum transtulere diuersorium. Quotquot ergò (inquit) receperunt eū: quotquot exierunt ad eū extra portā passum, quotquot de gentibus, quæ illū nō cognouerant, ad eum cucurrerunt, & improperiū eius portare nō erubuerunt, dedit eis magnam potestatem, inclytam potestatē, scilicet, posse filios Dei fieri, cū priùs Dei fuissent inimici. Talē ille potestatē dedit ijs qui receperūt eū. Quid sit aūt recipere eū, ne nimis laxè accipiatur, definit euidētiùs, adiungēdo: [His qui credūt in nomine eiꝰ.] Ac si dicat: nō tecto inducētibꝰ, aut cibū apponētibꝰ, potūq; miscētibꝰ, & sic

Quomodo venit.

In propria venit, ad semen. s. Abrahæ. Heb. 2.

Ingratitudo & casus primorum parentum. Gen. 3.

*Verbū Dei simul apud Deū, & in mūdo, quia vbique. * in parte.*

Quomodo recipitur.

& sic solummodò recipientibus, ista potestas datur, vt filij Dei efficiantur. Nam talia Iudas quoque exhibere, & diabolus esse potuit. Siquidem hoc modo caro sola reficitur. Christus autem non tantùm caro, sed & verbum est, & maximè ex eo, quòd Dei verbum est, prædictam potestatem dare potest. His ergo qui sic receperunt eum, quomodo recipiendum est Dei verbum, dedit potestatem filios Dei fieri, id est, qui credūt in nomine eius. Credere nanque, est semen Dei verbum cum amore susceptum, impregnata mente portare. Quod tantæ virtutis atque potestatis est, vt animæ substantiam, in suum vigorem transferens, de hominib. Deos: de filijs irę, filios gratiæ faciat, fiatque vt in loco, vbi dicebatur, non plebs mea vos, ibi vocentur Filij Dei [Qui nō ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.] Nō ergo glorietur quis, quòd ex sanctis parentibus carnaliter generatus sit, videlicet quomodo gloriari solent Iudæi, quòd semē Abrahæ sint. Non enim, quòd illis vel illis parentibus carnaliter quis natus sit, idcirco magis aut minùs computatur inter filios Dei. Quod maximè patet in duobus gemi-nis Iacob & Esau. Nam cùm ex eisdem sanguinibus, id est, ex commixtione eiusdem patris, eiusdēm matris generati sint, cùm nati sint ex voluntate eiusdem carnis, id est, fœminæ (carnem namque Euangelista pro fœmina posuit, iuxta illud: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.) Et ex voluntate eiusdem viri, videlicet sancti, & Patriarchæ magni. Cùm ergo ex eisdem sanctis parentibus ambo nati sint, non tamen idcirco ambo prædestinati, vel vocati sunt in numerum filiorum Dei, sed Iacob dilexit: Esau autem odio habui, dicit dominus.

Quid est credere in nomine eius. Psalm. 8. Ephe. 2. Osee. 1. Rom. 9.

Non gloriandum de sanguinib. & sanctita te parentū. Matt. 3.

Caro pro fœmina. Gene. 2. Mala. 1. Rom. 9.

Item, ex sanguinibus Christianorum parentum, quamlibet fidelium & iustorum, qui nascuntur filij, nascendo accipere non possunt, vt dictum est, ex parentibus Christianis, quia videlicet parētes non ex eo, qd Christiani sint * sed ex eo carnaliter generant, quòd homines sunt, id est, non per Christi gratiam, sed per carnis naturam. Atque ideò non in Christo generant, sed in Adam.

*Ex Christianis nō generatur Christianus, id est, filius Dei. * Christianos generant.*

Igitur non minus hi qui ex circuncisione, quàm qui ex præputio: nō minus qui ex iustis, quàm qui ex iniustis parentibus nati sunt, opus habent ad Catholicam proficisci Ecclesiam, cuius per ministerium renascantur secundum nouum Adam, per quem & verum patrem Deum contingant: Quia videlicet priùs ex qualicunque parentum sanguinibus pullulando nascebantur, secundū veterem Adam, per quem & præuaricationis principem Diabolum contingebant.

Renascendo Christiani sunt. Epilogus.

Igitur (vt in extrema conclusione ad superiora recurrat oratio) is qui (vt dictū est) illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: qui sese recipientibus, talem dedit potestatem, vt filij Dei fiant, is ipse erat lux vera: Ioannes autem, in cuius minorationem hęc dicta sunt, quia tantus erat, vt putaretur esse lux vera, Testimonium, ad quod venit, de hoc eodem lumine, à quo & ipse illuminatus est, perhibeat. Ad hoc enim illum hic Euāgelista Ioannes (vt suprà dictum est) asciuit, vt tam suo, quàm illius testimonio, lucem veram posit defendere: aduersus tenebras, quæ noluerunt illā comprehendere. Prosequitur ergo de verbo, quod cœperat dicens: [Et verbum caro factum est.] Vt audiat Cherinthus & cæteri Antichristi, quid coniunctio, Et (quæ hic ponitur) sibi velit, continuandum est sic: Dixi superiùs: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt. Ad idē regressus, postquam alium testem asciui: Et verbum caro factum est. Ergo audiant pupilli, audiant posthumi generosam antiquitatem patris sui. Audiant & sciant, quia per Christum omnia facta sunt, & quia per ipsum factus est mundus, qui mundi origine tanto iunior dicebatur, vt ante Mariam fuisse negaretur ab Hæreticis & Iudæis, nobilitati filiorum inuidentibus. Cùm autem audiuimus: quia verbum caro factum est, non idem esse quis arbitretur, ac si dictum esset: verbum in carnem versum est. Nam hic sensus Hęreticus est, hęc expositio à Fide aliena est. Nō enim Verbum in Carnem versum est, sed assumendo carnem carnalibus condescendere dignatum est. Et sic dictum est, verbum, quod erat apud Deum, caro factum est, quomodo tu quoque, dum loqueris, rectè dicere potes, verbum quod erat in anima mea, vocale factum est. Quomodo ergò voce tua proficiscente de ore tuo ad aures alienas, idipsum verbum tuū in corde tuo permanet, quod per auditum in alterius quoque mentem profectum est: sic & verbi carne visibili ad publicos aspectus prodeunte, verbum ipsum in corde patris totum permanet, quod totum nihilominùs, per eandem carnem, ad nos transmissum est. Ita verbum idem totum in patre, totum in carne, attingens à fine vsq; ad finem, idem à corde patris (vltra vel supra quem nihil est) quasi trames aquæ immensæ de fluuio, trans vniuersos Angelorū ordines descendens ad carnem nostram, vltra vel infra quā, propter peccatū in sepulchro putrescentē, abiectius nihil est. Illud quoq; nō prętereundum, quòd hic cū nomine vel substantia carnis, anima quoq; rationalis omninò debet intelligi. Nō enim (sicut Apollinaristæ Hæretici suspicati sunt) verbū Dei sine

Verbū ater nū, caro factum est.

Verbum non est versum in carnem.

Verbum & in patre, & in carne to tum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caro hic etiã animã comprehẽdit. *Luc.19.* *Verbum totum hominem assumpsit.*

sine anima carnem assumpsit. Venit quippe saluum facere, quod perierat: Totus autem homo perierat. Totus reuera, id est, & in corpore & in anima. Nã in corpore, mortalis: & in anima, iam mortuus: & in vtroq;, æternaliter erat damnatus. Vt ergò totum saluaret verbum, totum nihilominùs hominem, id est, carnem & animam rationalé assumpsit. Alioquin, si solam carnem sine anima verbum Deus suscepisset, vbi radicem suam fixisset? Solus quippe rationalis spiritus capax eius est. Siquidem verbum hoc ratio est, sapientia est. Quam singuli quoq; homines, quantum ea participantur, non nisi mente vident, non nisi anima complectuntur. Multò magis ergo verbum vniuersum, quando carnem suscepit, cõgruum sibi Exceptorium, id est, animam rationabilẽ non omisit. Abiit suspicio hæc à corde, abiit ab ore omnium, in verbo incarnato spem habentium. In anima quippe maximè scriptura illa facta est à Deo patre verbum bonum eructante, de qua ipse in Psalmo: Lingua, inquit, mea calamus scribæ velociter scribentis. Inscripta nanque est, veræ & integræ hominis naturæ, vera & perfecta verbi huius natura, id est, coniuncta in vnitate personæ absque confusione vtriusque substantiæ.

Psalm. 14.

Electrũ ex auro diuinitatis, & argento humanitatis.

Sic effectum est præclarum illud electrum, humani generis precium atque ornamentum, in quo & Diuinitatis aurum, nihil de suo fulgore perdidit: & humanitatis argentum, augmẽtum sui decoris obtinuit. Igitur quod ait: Verbum caro factum est, idem est, ac si dixisset: Deus homo factus est, more scilicet eo, qui in scripturis vsitatus est. Solet enim nomine Carnis, interdũ totus homo significari, vt ibi: Et videbit omnis caro salutare Dei: Sicut econtrà, per animam, totus homo significatur, sicut scriptum est: Descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta quinque. Ergo Deus homo factus est, [Et habitauit in nobis.] In nobis, planè per omnia, vtpote, de suis inuisibilibus, ad nostra visibilia profectus. Primùm in vera natura nostræ carnis, in cunctis humanæ naturæ legibus, habitauit in nobis. Nã, hoc solummodo excepto, quòd puerpera, non secundum morem vniuersæ carnis, ex virili semine conceptum hominem edidit, nec partu violata est, sed virgo ante partum, virgo permansit & post partum, hoc sanè excepto, toto ordine suo vera hominis natura cucurrit. Quod si Iudæus, vel detestandus calumniator Manichæus, dicendo, si virgo peperit, phantasma fuit, consequens est, vt primos hominum parentes, scilicet Adam & Euam (quia carnalibus caruere patribus) non veros, sed phantasticos fuisse homines arbitrentur. Longius quippe est, à natura nobis vsitata formari hominem de terra, quàm concipi de fœmina. Mirabilius est plasmari virum de inanimata & insensibili materia, quàm generari virum sinè viro, de animata & sensibili, imò & rationali substantia. Illud quidem mirabilius, hoc autem est venerabilius: Illud diuinæ est potentiæ, hoc opus potentiæ pariter & gratiæ. Iam quidam omninò abhorrent, quòd Sanctus sanctorum Deus potuisse pati creditur, vt fœmineis claudere-tur visceribus. Sed, quæso, num sciunt ipsi modum sui horroris? Est enim horror, alius qui à ratione: alius qui à sensu proficiscitur. Siquidem à ratione est, quòd vitium in comparatione virtutis perhorrescimus, cũ tamen secundum sensum, magis interdum vitio, quàm virtute delectemur. A sensu autem est, quòd serpentẽ magis abhorremus tangere, quàm lapidem: cùm tamen secundum rationem, animatum & sensibile corpus serpentis, inanimato corpori lapidis indubitanter præferamus. Quonam ergò modo fœminea perhorrent viscera, sensu an ratione? Sensu vtique, non ratione. Quia videlicet, ratio nullam substantiam vel naturam, nihil omninò eorum, quæ fecit Deus, potest abhorrere.

Et caro & anima pro toto homine quandoque ponitur. *Luc.3.* *Act.7.* *Deus homo factus habitauit in nobis.*

Duplex horror, vnus à sensu alius à ratione.

Verum nõ phantasticum corpus Christi ex virgine.

Deus autem, vel verbum eius, cùm sit ipsa ratio, nullis nostris sensibus afficitur, nullam omninò creaturam vel naturam, quam procul dubio nemo alius, quàm ipse fecit, sed solum naturæ vitium auersatur & odit. Multò magis ergo, quòd incorrupta viscera virginis non abhorruerit, fideliter & piè credere expedit. Habauit igitur in nobis verbum Deus, & in illo fœmineæ secreto naturæ, de quo nos non sine peccato processimus singuli, nouem mensibus, absque peccati contagione, hospitatus est: Inde tanquam sponsus de thalamo suo procedens, & in sole ponens tabernaculum suum, habitauit in nobis, tenera, vt infans, circumdatus carne, & vagitus emittens infantiæ, factus sub Lege, subditusque Ioseph & Mariæ, circuncisus, & tanquam peccator legali hostia mundatus, passus famem, & fraudes tentatoris perferens, persecutiones quoque hominum sustinens, & contristatus vsq; ad mortem, de loco ad locum fugiens: ad extremum autem factus obediens vsque ad mortem. Sed hæc humilitas infirmitatis, quem ad finem tandem peruenit? Sequitur: [Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.] Gloriam, inquit, eius vidimus: quam & idcirco attestari possumus, quia vidimus: & ab eo signo videre cœpimus, quo aquas in vinum conuertit, ad nuptias inuitatus. Hoc enim fecit initium signorũ coram discipulis suis, & manifestauit gloriã suam. Deinde vidimus cęcos oculos illuminantẽ, lepram tactu suo fugantem, febres depellentem, putres mortuos suscitantẽ, linguã constrictam, & surdas aures referantem, super vndas ambulantem, ventos sedantem, fluxum sanguinis constringẽtem, & multa milia de

Verbum caro factũ est. Omnia humana præter peccatũ subijt. *Psalm.8.* *Galat.4.* *Luc.2.* *Matth.4.* *Luc.4.* *Matth 26.* *Ioan.7.* *Philip.2.*

Non horruit virginis viterum.

Effectus miraculorum Christi.

Iohn.2. *Matth 20.* *Luc.17.* *Matth. 8.* *Ioan.11.* *Matth.12.* *Ioan.6.* *Matth.9.* *Luc.6.* *Matt.14.* *Ioan.6.* *Matth. 17.* *Luc.24.* *Marc.16.* *Ioan.20.* *1.Ioan.1.* *Ioan. 21.* *Marc. vlt.* *Act.1.2.*

lia de paucis panibus saturantem. Vidimus & transmutatæ faciei eius, reuelandam ipsis Angelorum choris gloriã. Vidimus ad extremum, quod maximum & glorioſissimũ est, à mortuis resurgentem, vidimus in manibus & pedibus eius fixuram clauorum, vidimus (inquam) & inspeximus, palpauimus, & manus nostrę contrectauerunt latus eius lancea confixum, manducauimus cum illo & bibimus, & in cælum gloriosè ascendentem vidimus, & promissum ab illo Paracletum Spiritum sanctum accepimus. Hanc gloriam eius vidimus, gloriam quasi vnigeniti à Patre, id est, tantã gloriam, quanta nullus omnium Dei filiorum glorificari dignus habitus est. Nam cæteri filij Dei, omnes adoptati sunt: hic, genitus, imò vnigenitus est. Cæteri, sunt omnes filij per gratiam: hic, vnus & solus per naturam. Iure ergò hic speciosus forma, præ filijs hominum, differentem præ filijs omnibus habet, quã vidimus, gloriam. Supremam tandem huius capituli audiamus conclusionem. Quàm gloriosum illum vidistis? [Plenum, inquit, gratiæ & veritatis.] O magnum præconium, magnum & fidele testimonium. Quærebas, cuiusmodi esset illa vnigeniti gloria? Aurum est, aurum verum, dignum nostrę captiuitatis pretium. Homo iste diues & nobilis, de thesauro altissimi prodijt: corpusculum eius, sacculus est auri pretiosi. Tene illum, dum redit, quod in illo est, talentum gratiæ & veritatis. Quàm plenus autem sit Christus gratiæ & veritatis, vel quanti eadem gratia & veritas sit ponderis, hic idem Euangelista Ioannes subsequenti mox Ioannis Baptistę testimonio declarabit, vbi dicturus est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Nam (sicut in Procœmio dictum est) hi duo testes in hoc Euangelio loquuntur: nec tam Historiæ paries texitur, quàm testimoniorum turris inexpugnabilis erigitur. Ait ergo: [Ioannes testimonium perhibet de Ipso, & clamat, dicens: Hic est, quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est: Quia prior me erat.] Ioannes Baptista, qui (sicut de illo testatur veritas) nec arundo vento agitata, nec homo mollibus vestitus erat, stat fortiter in alto monte positus, vbi amplissimè patebat magnis & crebris venti vehementis incursionibus, nec frangendus aduersis, nec flexus laudibus suis. Nõ enim delectatus famæ magnitudine, maiorem se quàm est, æstimari patitur, ipsum esse Christum existimantibus turbis, quem solum nunc Euangelista dixit plenum gratiæ & veritatis. At ille quidem gratiæ minister erat, sed fons plenæ gratiæ non erat. Verax quidem ac fidelis erat, sed ipsa veritas non erat. Quòd si vellet, & gauderet videri quod non erat, neque gratiæ particeps, neque veritatis consors extitisset. Stans ergo, fortiter (vt dictum est) radicibus firmis, nihilque motus inanibus ventis, tanquam cedrus Libani, totam popularem auram magno clamore relidit, & dicit: [Hic est quẽ dixi: qui post me vẽturus est, ante me factus est: Quia prior me erat.] Vt per testimoniũ Ioannis, maximè cõfirmet Euangelista hoc, quod nouissimè dixit, Plenũ gratię & veritatis, Idcirco hęc per Anticipationẽ intulit. Nam posmodum narraturus est, quando vel vbi Ioannes dixerit ea, quæ se de Illo dixisse nunc asserit. Hic (inquit) qui medius vestrum stetit, quẽ vos nesciebatis, Hic homo ipse est, quem dixi vobis, scilicet: In Bethania trans Iordanem, vbi eram ego baptizans, quando misistis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogaretis me: tu quis es? Tunc enim confessus sum, quia non sum ego Christus, & dixi de Hoc, qui medius vestrum stetit. Qui post me vẽturus est, ante me factus est, &c. Post Ioannem venisse Dominum secũdum carnem in hunc mundum, nulli dubiũ est. Quippe cuius conceptio dominicam annunciationem, & nihilominùs natiuitas sex mensibus Domini præcesserat natiuitatem. Ergo quod ait Ioannes de illo, Ante me factus est, ad carnis facturam, quam verbum assumpsit, referri non potest. Quia (sicut iã dictum est) vix illa carne calceare se Diuinitas cœperat, & illic Præco eius exultauit clausus, tanquam gestiens materni vteri fores erumpere, & illum mox post se venturum nuntiare. Hoc sciens Arrius, hostis fidei, inimicus gratiæ & veritatis, dictum hoc ab ore Ioannis præripit: vtpote qui insidiatur in abscõdito, quasi leo in spelunca sua, insidiatur vt rapiat pauperem, & trahendo ad se, scindat Christi populum. Dei namque Filium, facturam esse contendit, & ideo dictum hoc, ante me factus est, in defensionem suæ perfidiæ festinus inuadit. Sed verè furore cæcus, quid sequatur, non attendit. Nam iuxta sensum eius subuersum, quem locum habet ratio, quę subiecta est, Quia prior me erat? Iamque, vt manifestiùs fiat, quàm inconuenienter, imò violenter literam hanc detorqueat, interim cum sensu eius Ioannem percontari libet: Quare ante te creatus est ille, ô Ioannes? Quia prior me erat, inquis. Quæ hæc est ratio? Ideo creatus est ante te, quia erat prior te? An idcirco clamas, & de ipso testimonium perhibes, vt iuxta Arrium creaturã illum esse annuncies: & tam concinnam Rationem Propositioni tuę subijcias? Vanè ergo impius furit, qui tã tenui ramusculo innixus, tam profundum præcipitium subter se non metuit. Nam si Ioãnes iuxta sensum eundẽ, quo dixit, Ante me factus est, præsenti vel futuro tẽpore vti voluisset, dixisset, Ante me fit, vel: Ante me fiet. Idẽ est enim, ante me factus est, ac si dixisset, maior me effectus est. Quia videlicet, eodẽ sensu hoc dictum est, me oportet minui, illum

Testimonium Ioãnis Baptist.

Christus sũcundũ carnem post Ioannem venit. *Luc.1.*

Insidiatur Arrius ex hoc dicto Ioan. Bap. *Ante me factus est, id est, maior me esse.*

Non quatus est ille, drat ad sen

ratio tomas, xtus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum autem crescere, vel illud, quod in figura eius dixit Daniel de lapide: Qui abscissus de monte sine manibus, statuam comminuerat. Lapis autem (inquit) creuit, & factus est mons magnus, & impleuit orbem terrarum. Lapis etenim Christus, qui comparatione Ioannis paruus videbatur, & super Ioannem, & super omnes eiusmodi montes magnꝰ factus est. Igitur qui post me (inquit) venturus est, qui post me vobis prædicaturus, vosque post me in Spiritu Sancto baptizaturus est, ante me factus est, ante me positus, maiorque me effectus est, me minorato creuit, me comite Rex magnus incedit. Et hoc iure, quia prior me erat. Prior me longè: non, quia secundum carnem ante me natus sit, cùm ego sex mensibus natiuitatem eiꝰ præcesserim, sed inde prior me erat, quia apud Deum erat, quia Deus erat. Nam si vis scire, quia tanto prior me erat, audi euidentiùs [Et de plenitudine eius nos omnes accepimus] Omnes omninò, scilicet, quicunque illuminandi in hunc mundum venimus, omnes Prophetę, vniuersi Patriarchę, omnes omninò, quicunque missi sumus, quicunq; donum aliquod de sursum accepimus. Ecce, quomodo sibi consonant maximæ Tubæ duorum testamentorum, Hic Ioannes, præcipuus Euangelistarum: & ille alius Ioannes, maximus Prophetarum. Ecce quomodo sese duo Cherubin mutuo respiciũt, versis vultib. in propitiatorium, Hic, in noui testamenti capite; Ille consistens velut in extremo veteris instrumenti margine: Hic, Euangelista & Apostolus: Ille, Patriarcharu atque Prophetarũ nouissimus. Versis quippe vultibus in propitiatorium, id est, intentis animis ad perhibendum Christo testimonium (qui est propitiatio peccatorũ nostrorum.) Mutuò sese respiciunt, quia videlicet idem sentiunt, consona dicunt. Namq; hic ait: In principio erat. Ille subijcit: Prior me erat. Hic dicit: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum. Ille autem: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. Hic, plenum gratiæ & veritatis. Ille autẽ, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, inquit. Ergo (vt dictum est) mutuò sese respiciunt, & facies eorum similes sunt, ita vt ex alterius visione promptum sit & alterum agnoscere. Igitur quod hic suprà dixit, In principio erat, idem est, quod Ille nunc ait: prior me erat. Magna & decenti grauitate contentus fic dixisse, cùm & ipse dicere potuisset: In principio erat. Sufficit enim hoc modicum mediocris enuntiationis flabellum, ad abigendas muscas Hæreticorum, qui Christum fuisse negant ante Mariæ partum vel conceptum. Proposito namque à Ioanne Baptista sic dicente: Prior me erat, Assumit protinus conscia omnis ferè Iudæa: Sed tuus exortus, illius exortu, totis sex mensibus prior erat. Concludit vniuersa Christianitas: Ergo Christus eodem exortu suo, quo secundum carnem exortus est, vel eodem conceptu, quo conceptus est, prior erat. Sufficit igitur aduersus sordes hęreticas dixisse Ioannem: prior me erat. Quia si ante Ioannẽ extitit, ab vtero Mariæ Christus initium existendi non habuit. Quod si te altior enunciatio delectat, & in hoc tanquam cælesti modulamine iuuat magis acutas, quàm graues audire chordas, ecce altiorem quidem, sed modi eiusdem chordã hic præcentor veritatis eodem digito percutit.

Ioan. 3. *Dan. 2.*

Quia prior me erat.

Oẽs pphetæ & patriarchæ de Christi plenitudine acceperunt.

Iacob. 1.

Duo Ioannes sicut duo Cherubin.

Exo. 37. *Hebr 9.* *1. Ioan 2.*

Consona vtriusq; testimonia.

Christus ante Ioan. Bap. & ante Mariã.

[Et de plenitudine eius, inquit, nos omnes accepimus.] Hoc profecto altiùs sonat. Nam si omnes impleuit, & omnibus procul dubio prior erat. Sed quid est illud, quod de plenitudine eius omnes accepimus? Vtique (vt cætera nunc omittam) totum illud ab ipso accepimus, vnde vobis mirandi apparemus, vnde præcipuè ego Ioãnes videor magnus, quòd sum ex vtero senili & sterili comitantibus prodigijs progenitus, quòd sum lucerna ardens & lucens, ita vt in lumine meo vos exultare voluerit is, dicentes: Magnus hic est: Christus hic est. Ita nos omnes ab illo accepimus, singuli iuxta beneplacitum eius: vt alij ex nobis prophetali spiritu digni: Alij Patriarchæ magni: alij Reges electi inuenti sint, fide præclari, iustitia insignes, longanimes in spe, obedientes in præceptis, credili in promissionibus, futurorũ præscij, verbo potentes, miraculis effulgentes. Plenus quippe erat, vt nunc est, gratię & veritatis. Vnde & eiusdem gratiæ diuidua nobis fluenta, de semetipso viuo fonte, profudit. Nõ enim sic plenus erat infusionibus aliunde petitis, sed sicut fons ex proprijs venis erat, imò est plenus aquæ in vitam æternam salientis.

De plenitudine eius nos oẽs accepimus. *Luc. 1.* *Ioan. 3.*

Oẽs pphetæ, patriarchæ, & iusti desiderauerunt videre quæ videmus, & non viderunt.

Ne ergo dicatis: Moysi locutus est Deus: hic autem nescimus vnde sit. Moyses enim & ipse, vtpote vnus ex nobis, de plenitudine huius hoc accepit, vt cõstitueretur Deus Pharaonis, vt eodem Pharaone superato, totaque Aegypto cæsa plagis diuersis, tandem diuideret mare rubrum in diuisiones, & educeret Israel per medium eius, & acciperet panem de cælo, & aquam de petra interrupta in eremo. Et hic est illa manus Domini, cuius digito conscriptam legem ille accepit in tabulis lapideis, & de hoc eodem ille scripsit: Ne ergo dicatis illi: Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahã vidisti? quia videlicet, antequam Abraham fieret, hic erat, imò est. Nam hic ipse verbũ Domini est, quod ad Abrahã vel ad omnes sanctos Prophetas factum est. Omninò vniuersi nos, quibus dicit Spiritus sanctus: Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes, de plenitudine eius accepimus hoc ipsum, quod Dij vocamur: Quia videlicet ex eo dicti sumus Dij, quòd factus est ad nos sermo Dei. Hic autem

Moyses quoq; ad eo accepit.

Ioan. 3.

Exod. 17.

Psal. 77.

Exod. 32.

Ioan. 10.

Psalm. 81.

autem ipse sermo Dei est. Ex ipso igitur (vt dictum est) accepimus, hoc ipsum, quod Dij dicti sumus. Sequitur.

Gratiam pro gratia.

[Et gratiã pro gratia: quia Lex per Moysen data est, Gratia & Veritas per Iesũ Christum facta est.] Oportet hęc quę dicta sunt, sic intelligi, vt quã maxime currat expositio cũ præsenti intentione Ioan. clamantis, & de Christo testimonium perhibentis. Nam potest quidem & sic accipi: Accepimus gratiã pro gratia, scilicet gratiam æternæ salutis, pro gratia fidei præsentis, ad quam nos gratis, id est, nullis nostris præcedentibus meritis, per Prædicatores suos ipse vocauit, & gratuita peccatorum remissione iustificauit, sed (vt dictum est) ad præsentem Ioannis intentionem, propiùs accedendum est. Est autẽ hæc eius intentio, vt & sibi, & omnibus sanctis, ipsi quoque Legislatori Moysi Dominum Iesum præferat, omnibusq; aduentum eius necessariũ fuisse ostendat, eò quòd Lex, quæ per Moysen data fuerat, neminẽ eorũ ad perfectum adduxerat. Ait ergo: Et gratiã accepimus pro gratia, ac si dicat: Antequam veniret per corporalem præsentiam, de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam, & eo per carnem apparente, pro eadem gratia accepimus gratiam. Accepimus autem meliorem gratiam, pro bona gratia: quia videlicet bona quidem gratia Legis, sed quia nihil ad perfectum adduxit, hic veniens adfuuantem dat gratiam Euangelij, sitq; commutatio lucrosa, velut si quis iubeatur omittere argentum, vt accipiat aurum: fastidire aquam quamuis limpidissimam, vt vinũ bibat optimum. Legem autẽ gratiam hic recte vocari, facilè comprobari potest. Dicitur enim Gratia, quod sit gratis data. Gratis autem, id est, nullis præcedentibus meritis, data esse Legem, vel cuncta Dei beneficia populo priori testatur Moyses, cùm dicit: Scito igitur, q̃ nõ propter iustitias tuas dedit tibi Dominus Deus tuus terram hanc optimam in possessionem, cùm durissimæ cervicis populus sis. Sed dicit aliquis: Iam erat debitum: quia iurauerat Deus Patribus ipsorum, quod daret illis terram fluentem lac & mel, iustumque erat, vt verbum suũ impleret. Quærimus ad hæc, Vtrùm hoc ipsum quod iurauit, gratis an ex debito iurauerit? Et procul dubio fatendum, quia non ex debito, sed gratis iurauit, gratis promisit: gratis omninò Abrahæ cęterisque patribus apparuit, vel innotuit, quippe qui peccãtem primum hominem iustè priuauerat gloria paradisi, nihilque debens cunctis hominibus, vtpote patris abiudicati filijs, iustè faciem suam absconderat ab eis. Hæc est ergo anterior gratia, quæ simpliciter gratia dicitur: sequens autem Euangelij gratia, non simpliciter Gratia, sed Gratia & Veritas nominatur. Hanc autem scilicet gratiã, & veritatem commutatam esse pro gratia Mosaicæ Legis, testatur ipse Ioannes, qui hæc *cũ lege.* dicit. Nam cùm præmisisset, Et gratiam pro gratia, protinus adiunxit exponẽs quid dixerit: Quia Lex per Moysen data est, Gratia & Veritas per Iesum Christum facta est. Et si quæras, In quo Gratia & Veritas Iesu magis profit, quàm Lex Moysi, protinus subdit: [Deum nemo vidit vnquam.] Ecce imperfectio Legis, quia videlicet nemo vnquam, per illam ad visionem Dei redijt, quã in peccato Adæ totum genus humanum perdidit, Moxq; sequitur: [Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit.] Ecce perfectio Gratiæ & Veritatis: Deum enim filius enarrauit, vtpote plenus (ficut iam dictum est) gratiæ & veritatis: Quia per suum sanguinem aditum aperiendo, Deum hominibus manifestauit. Igitur in eo, quod dictum est, & gratiam pro gratia: quia Lex per Moysen data est, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, Sensus hic ritè procedit, secundum intentionem Ioannis clamantis, & testimonium de Christo perhibentis. Quia videlicet multum ad cognoscendam eius plenitudinem proficit, scire quòd acceperit ab illo populus eius primò Gratiam, id est, Legis & Prophetarum scientiam, per quam haberet veri Dei notitiam, gratis sibi datam: ac deinde gratiam pro eadem gratia, id est, Veritatem pro Figura, rem pro vmbra, spiritum pro litera. Sic enim gratia & veritas per Iesum Christum facta est: gratia videlicet, quia cùm essemus inimici, cùm essent, inquam, ipsi quoque Iudæi (sicut Apostolus testatur) natura filij iræ sicut & cęteri, reconciliati sumus Deo, per mortem filij sui, scilicet eiusdem Iesu Christi. Nullo modo nanque melius hic accipimus gratiam, quàm vt intelligamus, nostram cum Deo reconciliationem per Christum factam. Hæc autem Gratia vel reconciliatio in Legis cæremonijs: Verbi causa, in immolatio ne paschalis Agni, cæterisque eiusmodi prę figurabatur tantum, non etiam confereba tur: Quia videlicet, quamuis iusti vel sancti Patres omnes, vbi dormierant, apud Inferos, licet in magna securitate & beata spe, detinebantur. Neque per vllam Legis illius iustitiam paries inimicitiarum solui poterat: quo ad videndam gloriam Dei, ob culpam paternæ præuaricationis, impediebantur. Vnde & subditum est: Deum nemo vidit vnquam. In passione verò Christi paries ille solutus est: quia peccati chirographum cruore eius deletum est. Qui & veniens (inquit Apostolus) euangelizauit pacem his qui longè, & his qui propè erant, id est, Iudæis, qui per priorem Legis gratiam propinqui: & Gentibus, qui per veritatis ignorantiam, ab eo fuerant nimium longinqui. Vnde postquam dixit: Deum nemo vidit vnquam, protinus adiecit: V-

Gratia cũ mutatio.

Lex gratia hic dicitur.

Deut. 9.

Gen. 17.

Exod. 33.

Gratia est, Deũ patribus iurasse & promisse.

Gen. 12. 15.

Ioan. 1.

Exod. 33.

Psal. 77.

Exod. 32.

Ioan. 10.

Psalm. 81.

Gratia euangelij etiã veritas dicitur.

Ephe. 2.

Exod. 12.

Ephe 2.

per Christũ reconciliatio nostra.

Coloss. 2.

Ephe. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Qui est in sinu Patris. O quanta celsitudine, quanto decore Patrem rursum contingit Filium testificans, præsens columna veritatis. Dixit suprà: quia prior me erat. Nunc de eodem repetens: qui est in sinu patris, inquit. Hæc ita omninò dicta sunt, ac si dixisset, quomodo de suo dixit Euangelista: In principio erat, & apud Deũ erat. Nõ satiatur oculꝰ visu, & auris auditu: Oculus videlicet eius, qui iuxta Esaiam cernit terram de longè: Et auris eius, qui cum Ezechiele audit interiùs ab animalibus sanctis sonum alarum, quasi sonum sublimis Dei. Hũc ergo sonum tam sublimem attento quæso, discernamus auditu. Quia non frustra sic dixit, qui est in sinu Patris: cùm dicere potuisset: qui est apud Patrem. Non enim nihil habet momenti dictio huiusmodi, imò permaximum reddit audienti splendorem diuinæ pulchritudinis, præsertim in hoc fortissimo Themate, quo in summo negotio Legis & Gratiæ quædam fit comparatio siue oppositio: non sicut boni & mali, sed sicut perfecti & imperfecti: videlicet, vbi dictum est: Quia Lex per Moysen data est, Gratia & Veritas per Iesum Christum facta est. Percipiat ergo diligens auditus Fidei, quid hoc supremo clamore velit insinuare Præco gratiæ & veritatis. Quærebas vnde haberet Iesus Christus, vt faceret, quod facere non potuit Moyses: qua de causa solus esset electus de tot millibus, qui gratiam & veritatem inter Deum & homines restitueret, id est, inimicitias solueret, pacemque reformaret. Ecce respondetur tibi: Quia ipse est in sinu Patris. Quid est, in sinu Patris? In summa diligentia, & cura & custodia diligentissima est Dei Patris? Ad quid? Videlicet, vt peccatum illum inuenire non possit, quod omnes homines inuenit ab initio seculi: quod omnes omninò animas persequens, inuenit foris, & comprehendit vnamquanque in menstruis suis. Foris inuenti sunt: quia videlicet, proiecti sunt, testante Esaia: & dormierunt in capite omnium viarum, sicut bestia illaqueata. Quomodo ergo possent abiectos in gratiam reducere proiecti: soluere vinctos illaqueati? Propter quod paulò superiùs, cùm dixisset idem Propheta: Consurge Hierusalem quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius, subsequutus adiunxit: Non est qui *sustentet eam, ex omnibus filijs quos genuit, & non est, qui apprehendat manum eius, ex omnibus filijs quos enutriuit. Quia videlicet omnes (vt prædictum est) exierant de sinu gratiæ Dei, cum peccato primæ præuaricationis nati, & insuper actualibus peccatis nequaquam omni ex parte liberi, quamlibet magni & iusti. Hic aũt foras nõ abijt, foris nõ stetit, foris nõ sedit, quãdo regionẽ nostrã introiuit. Adam nescíuit, Serpens ignorauit, Eua nec delectata est, nec doluit, sed solus Pater Deus Virginis conscius fuit. Qui miro modo Filium hunc, & in vterum eius misit, & in sinu suo continuit, quem & nunc & semper tanta custodit cura, tanta cõfouit diligentia, vt tentator Diabolus, nulla vnquã inueniat eius vestigia, ignoret vnde veniat, nesciat quò vadat. Quia ergo sic est in sinu Patris, quia peccatum non fecit, nec aliunde contraxit, idcirco ad reconciliandos homines vultui Patris eiusdem assistere venit: idcirco Gratia & Veritas per eum facta est (sicut suprà dictum est) idcirco Deum, quem nemo vidit vnquam, enarrauit, id est, reuelauit, videndum hominibus reddidit. Hinc est illud in Psalmo, quòd idem patet, dum dicit opera Regi huic: dum lingua sua, id est, Sancti Spiritus potentia, veluti calamo scribæ velociter scribentis, hoc verbum suum, hanc sapientiam suam, potentiamque vniuersam, humanæ naturæ inscribit, alloquitur eum sic: Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Speciosus nanque forma est præ filijs hominum: quia videlicet, non solùm homo, sed & natura Deus est. Nam & filij hominum, sunt quidem aliqui per adoptionem Dij (sicut suprà dictum est, ex testimonio Psalmi dicentis: Ego dixi, Dij estis & filij excelsi omnes) Hic autem solus per naturam Deus est: solus Patri consubstantialis Filius est. Cuius diuinitas hic propriè signatur hoc nomine, qꝺ est forma. Diuinitas nanq; forma est: forma, vtiq; nõ formata (quia videlicet creata vel facta non est substantia Dei, ac per hoc, vt dictum est, constat, quia non formata) sed tantũ forma est. Formata quippe dicuntur & sunt ea, quę constant ex materia simul & forma. Verbi gratia, vt, Homo formatus dicitur: quia constat ex corpore & anima. Ipsum quoq; corpus solũ, constans ex terra simul & Dei plasmatura: vel etiã statua aliqua, constãs ex materia lapidea vel ærea, & artificis sculptura. Deus aũt ex nulla constat materia. Propter quod semper est idem quod est, non permutatur, nullisque subiacet accidentibus. Quapropter Diuinitas nõ formata (vt dictũ est) sed tantùm forma est. Vnde Iesu Christi Diuinitas propriè signatur per hoc, quod dictũ est: Speciosus forma præ filijs hominum, ac si diceretur: Ex eo quòd Deus es, speciosus & gloriosus es præ cunctis hominibus: quia puri sunt homines. Igitur dicturus: Diffusa est gratia in labijs tuis, rectè præmisit: Speciosus forma præ filijs hominum: quod idem est, ac si dicat Ioannes Euangelista: Idcirco plenus est gratiæ & veritatis, quia in principio erat verbum, & Deus erat verbum. Vel sic dicat Ioannes Baptista: Idcirco Gratia & Veritas per illum facta est, quia prior me erat, vel quia in sinu patris est.

Esa. 33. Ezech. 10.

Coloss. 1.

Esa. 51.

* aliàs sustentet.

Gratia & Veritas per Iesum facta est.

Psal. 44.

Psal. 81.

Diuinitas Christi forma, nõ facta.

[Et hoc

[Et hoc testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarẽt eum: Tu quis es?] Hoc, inquit, est testimonium Ioannis quod dixi, quod nunc perhibet, quod nũc clamat aduersus omnes Antichristos, qui ante Mariam Christum fuisse negant, immò & perhibebit & clamabit, quamdiu bonis piscibus mali pisces permixti, conabuntur rumpere retia fidei. Hoc verum est eius testimonium. Quod quando vel qua causa commonitus perhibuerit, iam dicam. Multùm enim attinet ad rem, scire tẽpus & causam, præsertim, cùm exinde possit dinosci, vtrùm ex hominibus, an de cælo testimonium eius sit, id est, ea quæ de Christo testatus est, vtrùm ex coniectura humana, an ex Prophetiæ spiritu percepit. Hoc ergo dico: quia testimonium hoc, quod prædictum est, tunc elocutus est, quãdo miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es? Videlicet, recens à deserto venerat, vbi vitam eremiticam, imò Anachoreticam duxerat, adeò secretam & hominibus incognitam, vt quando venit Christus aut Helias, aut vnus ex antiquis Prophetis, ex occultis & soli Deo cognitis locis apparuisse putaretur. Quod nimirum palàm suffragatur veritati, scilicet, quòd non ex hominibus (vt prædictum est) sed de cælo testimonium eius fuerit. Non enim fama Iesu excitus venerat (quippe qui adhuc inter homines occultus degens, nihil famosum operabatur) neque ab illo per visibilẽ aliquem nuncium fuerat euocatus, sed (sicut Lucas refert) inuisibili diuinitatis inspiratione iussus erat, vt veniret prædicare & baptizare. Ait enim: Anno decimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudam, Tetrarcha autem Galileæ Herode, & cætera vsque, factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & reliqua. Itaque nesciebat adhuc dominum Iesum secundum hominem, donec vidit eum venientem ad se inter turbas, vt baptizaretur ab eo in Iordane, & tunc repletus Spiritu, quo super eum factum fuerat verbum Domini, cognouit illum proprium esse templum eiusdem verbi domini, ante cuius faciem mittebatur, vt pararet vias eius. Vnde & post aliqua dicturus est: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me videris Spiritum Dei descẽdentem sicut columbam, & manentẽ in eo, hic est qui baptizat in Spiritu S. Non enim nesciebat venisse Christũ, cùm ob hoc itaq; à deserto illum expulisset Spiritus, vt veniens prædicando & baptizando insuper & moriendo, suæ coram illo præcursionis officio fungeretur. Neque ignorabat virtutem vel maiestatem eius, cùm & minoris gradus Prophetæ non ignorauerint, imò & nõ minora quàm Euãgelium, scriptis quoque suis, ipsi Ioanni nõ incognitis, de Christo, pteſtati sint. Sed secũdum hominem nesciebat illum (vt dictum est) id est, cuius figuræ vel habitus esset, aut vbi, vel quibus cum hominibus habitaret. Tantò ergo fidelius & omni acceptione dignius est testimonium, quantò ab omni humano fauore purum, vel coniecturali præsumptione constat esse liberrimum. Igitur non ab re (vt iam dictum est) testimonij posito tempore vel causa: nunc ipsa verba restant, eò quòd ad idem testimonium peruẽtum est, ordine disserenda. Nouerant Iudæi ex Lege & Prophetis, magnum Regẽ Christum esse venturum, nec defecturum Regẽ vel Principem de Iuda, priusquam veniret Ipse, qui mittendus erat. Sic enim dixerat pater ipsorum Iacob: Non auferetur Sceptrum de Iuda, & Dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. Iam verò sub oculis suis ea videbant, scilicet, ablatum esse Sceptrum de Iuda, Ducemque de fœmore eius, præsertim cùm in regno diuiso ac dilacerato, quatuor alienigenæ per partes singulas principarentur. Igitur facilè persuaderi poterant, vt crederent venisse Christum, ad omnẽ sonum arrecti semper, ac suspecti, nouumque aliquid audire cupidi, vtpotè, iuxta carnalem opinionem suam, habituri aureum, ac gemmatam Hierusalem, & seculum carnale, regnumq; victoriosum, ita vt iuxta Prophetam capientes essent eos, qui se ceperant, scilicet Romanos, quorum sub ditione erant. Hoc statim ad prædicationem Ioannis facilè suspicari poterant, in tantum, vt ipsum esse Christum æstimarent.

Testis Io. Bap. contra Arrianos. Matth. 13.

Quõ Ioan. Bap. nescie bat Iesum.

Luc. 3.

Cur Iudæi miserunt ad Ioannẽ.

Gen. 49.

Esa. 60.

Verunta men carnalem illorum spem, nõ parum offendebat, quòd humilitatem pœnitentiæ prædicabat, & genimina viperarum, faciendo fructus dignos pœnitentiæ, fugere à ventura ira commonebat, & ita omninò Regni Dei Leges, suis vitijs, quibus libenter inhærebant, contrarias illo prædicante fore, audiebant. Miserunt, inquit ergo Euang elista, ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es? Tu, inquiunt, homo tanti nominis, qui tanta authoritate, nouum baptismi ritum induces, quẽ te esse dicis? Nimirum audire cupiebant ex ore ipsius, vtrùm ipse esset Christus, sicut vulgo existimabatur. At ille, necarundo erat (sicut suprà dictum est) vt veneto aduersò posset agitari, & à veritate deflecti: nec homo mollibus vestitus, vt meruram suam excedentis famę suæ præconia, quasi palpantium manus, molli assensu exciperet. Velut faciunt hi, qui in domibus Regum sunt, quia potestatem habentes gratulantur, quòd ab adulatoribus suis benefici vocentur. Interrogatus ergo, protinus excutiens hirtas animi setas, pilis camelorum, quibus exteriùs erat contectus,

Matth. 13.

Matth. 11.

Luc. 7.

Matth. 20.

Luc. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multò asperiores: Nó sum, inquit, ego Christus. Verax vtique veritatis Præco, cauit sapienter mortiferũ diuini nominis adulteriũ: velut qui cùm Paranymphum esse sciret, clanculum ad Sponsum veniendo, sponsum se esse mentiri nollet. Notanda verò diligẽter, non frustra ore Apostolico sumpta huiusce circumlocutionis exornatio, qua dicit sic: [Et confessus est, & non negauit, & cõfessus est: Quia non sum ego Christus.] Res quippe, id est, eiusdem quæ in Ioanne est veritatis & humilitatis virtus, quæ hic narratur, tanta est, vt dignè elocutio eius splendẽtium sententiarum, quasi quibusdam oculis illustretur, vt attendamus, miremur, & eiusdem imitatione delectemur. Nihilominus notandum & hoc, quod Euangelista enuntiationem negatiuam, qua dicit: non sum Christus, confessionem esse affirmat, negationem esse negat. Nimirum hoc intendit, vt hoc maximè loco Ioannem Baptistam, quod omnino probabile verum est, Christi Confessorem esse sentias. Nam si Christum se esse dixisset, vel ita opinantibus consensisset, eum proculdubio, qui Christus est, Christum esse negasset. Igitur ex hoc oppositio satis constans est, quia dum dicit pro testimonio Christi: non sum ego Christus, vno & eodem dicto Christum cõfessus est, Christum non negauit, ac proinde verus hoc loco Christi Confessor claruit. Itaque fidelis Christi testis dignè ab Euangelio Christi testimonium recepit, pronunciante sic Euangelica veritate: Et confessus est, & non negauit. & subaudias Christum: quem profectò negasset, si aliud dixisset, quàm dixit: non sum ego Cristus. [Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non.] Nõ, inquit, iuxta sensum vel opinionem vestrã, in persona Helias ego ille sum, qui in igneo curru raptus est in cælum, futuro tempore * reseruandus: sed sum homo alius, ante annos circiter triginta, patre veterano, & matre sterili eademque, prouecta progenitus. Sic enim distinguendum est. Quia videlicet sine vlla exceptione, Heliam se esse, negare non poterat. Alioquin contrarium hoc esset veritati, dicenti de illo ad turbas: Si vultis recipere, Ioannes ipse est Helias. Nunc autẽ quomodo non repugnet, perspicuum est. Nam q̃ ait Dominus: ipse est Helias, mystice esse, & egere intelligentia, sequenti sermone demonstrat, dicens: Qui habet aures, audiat. Videlicet in hoc est Helias, q̃ iuxta aliud Euangelij testimonium, venerit in spiritu & virtute Heliæ, & eandem Spiritus Sancti gratiam habuerit vel mensuram. Sed & vitæ austeritas rigorque mentis Heliæ pares sunt. Ille in eremo, Iste in eremo, & vterque zona cingebatur pellicea. Ille, quoniam Regem Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere compulsus est: Iste, quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. Vel idcirco Ioannes Helias vocatur: quia sicut (iuxta Malachiam) Helias præcessurus est, & venturum Iudicem nunciaturus: sic Ioannes in primo aduentu fecerit, & vterque, Hic primi, Ille secũdi aduentus nuncius sit. Itaque mysticũ est, quód Ioannes à Saluatore Helias dictus est. At illi mysteria non quærebant, de persona tantùm Heliæ requirebant. Igitur contrarium non est sententiæ veritatis, quod Heliã se esse denegat. Quia proculdubio, q̃ mystico intellectu (vt iam dictum est) verũ erat: illorum sensu, qui interrogabant, si diceret: Helias ego sum, falsum erat. [Propheta es tu? Et respondit: Non.] Et hoc planè verum est, licet de illo dicat Dominus: Quid existis in desertum videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam. Ioannes enim virtute quidem Propheta erat, sed officio propheta non erat. Quod autem officio propheta non fuerit, palã fiet ex ipsa definitione officij prophetici. Prophetarum officium fuit, verbum Domini, antequam caro fieret, carnem assumpturum esse, dictis præsignare, factis præfigurare. Nam, & si sunt vel fuerunt plurimi, qui diuersis in rebus prophetiæ Spiritu perdoceri meruerunt: eos tamen solos Ecclesia sancta computat in catalogo prophetarum, qui de summis rebus, id est, de verbi incarnandi mysterijs Sanctis Spiritus oraculum mente perceperunt, voce & literis mundo annunciauerunt. Ioannes autem non hoc modo verbo Domini obsecutus est: quippe qui non in vmbra futurorum, sed in veritate erat præsentium: neque proferebat propheticum sermonem, cui attendendum esset, tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, sed digito prætento monstrabat verum solem exortum eis, qui toti auersi, mortalitatis suæ sequebantur occasum: Christi nanque humanitati penè coæuus aderat: cuius exortum non plus quàm sex mensibus, ipse ortu suo præcesserat. Igitur officio propheta non erat, nec teque hoc denegat requisitus, velut si dicat sponsæ paranymphus: Non ego legatus, vt cæteri, xenia tibi vel eulogias à sponso tuo detuli: sed ipse sponsus me architriclinũ vel cõsecretalem habens, ecce te nuptiali die conuenit. Virtute autem vel gratia propheta, imò plus quàm propheta erat: quia videlicet præsentem prophetarum omnium verticem Christum contingens, ipsius mysteria prohetis omnibus familiarius nouerat. Sed dicit aliquis: Cur interrogatus, vtrùm esset propheta, cùm de officio negauit, de virtute vel gratia reticuit? Videlicet, quia cùm hi, qui interrogabant, ex aduerso cõsisterent (quod & paulò pòst Euangelista latenter innuit, cùm dicit: Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.) Cùm ergo iniqua vel insidiosa intentione starent ex aduerso,

Ioan. negãdo se Christũ esse liquido Christũ est confessus.

*Quõ Ioan. est & non est Helias * reueladus*

4. Reg. 2. Lucæ 1. Matth. 11. Lucæ. 1. 4. Reg. 1. Matth. 3. 3. Reg. 10. Matth. 14. Malac. 4. Marc. 1. Lucæ 3.

Matth. vlt. Luca 7.

Ioan. virtute propheta erat.

Matth. 11.

aduerso, non placuit Ioannis habitatori Spiritui sapientiæ, vt illis alio modo respondere dignaretur, Tantùm ad interrogata respondit parcitate irreprehensibili: quia videlicet nemo iure reprehendit, quod non respondetur vltrà vel aliter quàm modus inquisitionis exigit. Duo nanque modi sunt inquisitionis. Vnus qui propriè Interrogatio dicitur: quo solo Dialectici vtuntur, quo cùm aliquid inquiritur, semper aut Est, aut Nó respõderi oportet. Hoc videlicet modo nũc isti Aduersarij sunt vsi, dicẽtes: Helias es tu? Propheta es tu? Alius verò modus inquisitionis est, qui nihilominùs propriè percõtatio dicitur: quem Dialectici nesciunt, quo cùm aliquid inquiritur, multa ac diuersa, pro voluntate vel sensu respondentis, subijciuntur: quo item isti tandem vtuntur, dicentes: [Quis es? Vt responsum demus his, qui miserũt nos. Quid dicis de teipso?] Quãdiu ergo hi, qui sibi sapientes & prudentes videbãtur, interrogationibus irreuerenter habitaculum tantæ gratiæ pulsauerunt, simplici negatione, iuxta modum inquisitionis (vt par erat) cassati sunt. Vbi verò quomodocunq; ad percontationem descenderunt, dicentes: [Quis es? Vt responsum demus his, qui miserunt nos. Quid dicis de teipso?] Tunc delectis illis Sacerdotibus & Leuitis, hoc de seipso respondit, quod interrogare ipsi non nossent, quodque auditum, præaltitudine mysterij, nullatenus attingere, ac per hoc pede sui contemptus conculcare non possent. Ait: [Ego vox clamãtis in deserto, dirigite viam Domini: sicut dixit Esaias propheta.] Eant nunc magistri scripturarum, qui clauim scientiæ tulerunt, profitentes pectes se magisterium esse Legis & prophetarum: eant isti, & suo sensu, si possunt, perspiciant huius lectionis suæ sacramentum: aut certè, si non possunt, humiliter ab ipso solui postulet, à quo sublimiter est propositũ. At illi sapientes videri magis quàm esse volunt, nescire q̃ discere malunt, nũc maximè, quando ob hoc missi sunt, quia tales æstimabantur, qui possunt comprehendere omne recertum habere iudicium. Ergo prauè prudentes declinant animo retrorsum, & hoc responsum dissimulatores callidi, quasi non audierint, surda aure prætereunt. Vnde & rideant paruuli, quibus hæc & cætera talia reuelata sunt, abscondita autem à sapientibus & prudẽtibus, qui humilem Spiritus altitudinem per superbiam nesciẽtes, deijciuntur, dum extolluntur, & circa viles literæ sãculas occupantur. Ex hoc enim, quod ait Ioannes: Ego vox clamantes in deserto, ex hoc dicto solis paruulis, id est, humilibus intelligi datur, quia contemporalem Christo se esse fatetur. Ac si apertè dicat: Sicut suprà dixi, Nõ sum ego Christus, sed ego ille sum, quẽ Esa. intentiori audiuit auditu clamantem vobis, vt paretis vias eius: quia nunc ad est idem Dominus, scilicet Christus. Clamo enim nũc vobis: Parate viam Domini: quia videlicet dico vobis: pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum Dei. Cùm ergo vox hæc mea tanta sit, vt tanto antè tempore audierit propheta tantus super custodiã suã, imò sup custodiã Dñi, stans totis noctibus, & si aspiciens à longè videnscq; Christũ, me quoq; vidit & audiuit in spũ, & gaudio attonitus exclamauit, dicens: Vox clamantis in deserto, parate viã Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Cũ ecce tantus ego sim vt de me quoq; sit prophetatum, & homines me suspicati sint ipsum, quem expectatis, esse Christum: dignũ est, vt credatis mihi, cũ vobis ostendero Christum. Sicut enim ad hoc sit vox, vt verbum audiatur: sic ego ad hoc factus vel natus sum, vt per ministerium meum Christus, qui est incarnatũ Verbum patris, præsens agnoscatur. Et quid clamo? Parate viam Domini. In via nanq; est Dominus, viam vitæ præsentis est ingressus. Et qui secundum se, semper idem est, secundum nostræ mutabilitatis varietates, ad grãde opus proficiscitur. In via nunc est. Ecce tanquam Sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt Gigas ad currendam viã. Vnde & quò iturus est? A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Nolite obuiare, nolite resistere, nolite offendicula ponere. Nam super quẽ ceciderit, comminuet eum. Væ illis, quorum scelere in mortem casurus est. Dirigite ergo, inquit, viam Domini. At illi surda (vt prædictum est) aure clamorem eius prætereuntes, quasi nihil dixerit, dicunt in cõclusione sic: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque Prophe-
ta? Poterant eadem memoria tenere id, quod nouissimum audierant, qua & superiora diligenter computant, nisi doctrinam mallent inuidere, quàm quærere. Quod Euangelista, vt suprà dictum est, tacitè innuit, cùm subiungit: [Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.] Ex pharisæis, inquit, erant, videlicet ex eis, qui non Dei, sed suam quæ rebant gloriam, qui clauim scientiæ tulerant, & nec ipsi introibant, nec alios intrare sinebant. Quo vitio nunc Ioanni insistebãt, non solùm non pœnitentes, sed & alios inuitari ad pœnitentiam non ferentes, ac dicentes: [Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta?] Igitur, vt dictum est, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, & illi sic eum interrogauerunt, sic percontati sunt, tota expectante Synagoga Iudæorũ & Pharisæorum, à quibus missi sunt: tunc perhibuit Ioannes de Christo hoc testimonium, quod magna ex parte suprà scriptum & expositum est. Tunc exaudita est vox clamantis in deserto, imò à deserto venientis, vbi

Duæ species inquisitionis, inter rogatio. f. & percontatio.

Esa. 40.

Matth. 7.

Inflati scientia pharisæi.

Matth. 11.

Lucæ 11.

Sanctitas Ioannis.

Ioan. in da

serto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctitas Ioã. in deserto.

tis, vbi solitarius & Heliæ persimilis vitam aluerat, qualem decebat esse legitimi & immaculati testis, ne oculi qui visuri erant præsentiam verelucis quippiam haurirent de omni quæ in mundo est concupiscentia carnis: ne digitus, quo prætento demonstratus erat agnum Dei, vel manus quas subiturum, & à quibus baptizandũ caput erat reuerendum potestatibus Angelicis, aliquid tangerent de omni massa picis coinquinantis, & pulchritudo oris, à quo primum audiendum erat testimonium Gratiæ & Veritatis, aliquo modo defloresceret. loquendo aliquid vani aut otiosi sermonis. Tunc illa audita est vox magna, vox præclara, à

**alias ex* deserto venientis: imo * & illo deserto clamantis, vbi quondam iustitia habitauit, nũc autem homicidæ, quos eadem iustitia deserentes se deseruit, quorum ex conuentu erant hi, quibus (vt suprà dictum est) insistentibus hoc modo respondit: [Ego Baptizo in Aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.] Ego quidem, inquit, non ab re, non absque cælesti authoritate, non veniens à meipso, sed missus à Deo, Baptizo in Aqua, & proinde sum omnibus admirationi, & quis sim ego tantoperè quæritis: quia non de medio vestri, non de conuersatione communi, sed à deserto veniens, cum voce prædicationis, actum & habitum præfero sanctitatis. Et hęc quidẽ nonnulla sunt, sed medius vestrum stetit, id est, in frequentia plebis iam dudum ambulauit, in conuictu hominum assuefactus est, & habitatione communi: quem tamen vos nescitis, quem scire expedit, quem quærere oportet, quem inuenisse prodest, in quem credere salus est. [Ipse est, qui post me venturus est, & qui ante me factus est.] Et cætera, quę suprà exposita sunt, quæ hoc ordine ingressus fidelis Orator elocutus est: auditores magis habens attentos, quàm dociles aut beneuolos, curiositate videlicet propria magis attentos, quàm beneuolentia. Et ex tunc ipse quidem minui, Christus autem Iesus crescere cœpit, sed sic diminuendo se corã hominibus, tantùm creuit coram Deo, vt vltrà illum crescere nullus potuerit homo. Ego, inquit, Baptizo in Aqua. Iam in hoc diminutiõis eius magna est humilitas, quòd cùm dixisset, ego baptizo, addidit, in Aqua: videlicet, vt subaudias id, quod paulò pòst dicturus est: Ille autem in Spiritu Sancto baptizat. Et quidem Christus quoque in Aqua baptizat: sed hæc est tertia, imò minima baptismi eius substantia. Tres quippe sunt qui testimonium dant in Baptismo Christi: Spiritus, Aqua, & Sanguis. Horum, vt dictũ est, Aqua minimum est. In qua sola Baptizabat Ioannes, antequam glorificato Iesu, datus esset Spiritus, imò & antequam lanceato Iesu fusus esset Sanguis eius. Maximum est Spiritus, in quo solo peccatorum remissio datur, quam Ioannes dare non prævalens, baptizando in pœnitentiam baptismo Christi populum præparabat. Christus enim per Aquam & Sanguinem veniens, non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine, solus in Spiritu baptizat, testificante quomodo Christus est veritas, qui solus remissionem peccatorum dat, Aqua signatã, Sanguine emptã, Spiritu sancto effusam. Suæ ergo diminutionis causa hæc ab ipso maioris ac minoris, tam longè differẽs oppositio facta est. Amplius autem ac manifestiùs, ex eo quod sequitur, semetipsum diminuit, vt crescat æstimatio magnitudinis Christi. Ait enim: Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est. Hoc superiùs expositum est, scilicet in eo post Ioannem venire Christum, quia natiuitatem, prædicationem, baptismum quoque & mortem eius, ipse nascendo, prædicando, baptizando quoque & moriendo secutus sit. Et in hoc ante illum factus est, quod illi prælatus est. Sed hoc est magnum ac præclarum humilitatis speculum, quod subsecutus ait: [Cuius ego non sum dignus, vt soluã eius corrigiã calceamẽti.] Hoc etenim dicto presentib. qui aderãt nota similitudine, iuxta quod audire vel capere poterant, cũ maxima sui diminutione, Christi commendat excellentiam, & nobis de pectore fœcundæ gratiæ perpulchrè signat illam, quam nunc videmus viduitatem vel abiectionem synagogę. Mos enim apud veteres fuit, vt si quis eam, quæ sibi competeret, acipere vxorem nollet, ille calceamẽtum ei solueret qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Cui aũt magis competebat, vt vxor esset synagoga, quàm Christo? Cuius tota patris hæreditas, vel vniuersa, quæ est ab initio vsq; ad finẽ seculi Ecclesia? Quis enim patri propinquꝰ magis, q̃ Filius? Sed hic competentẽ sibi vxorem ducere recusat, quia quondã Deo coniunctam synagogam repudiat. Non ergo putet eadem synagoga, quod à Christo pro vitio suo repudiata, Moysen aut prophetas habeat. Videlicet, quia sicut Ioannes de seipso testatur, nemo priopinquorũ Christi dignus est soluere corrigiã calceamenti eius, id est, nemo Patriarcharum aut Prophetarum apud illam remanere, vel eandem saluare potest, quæ Christi cõiunctione indigna est. Quod tamen & aliter intelligi potest. Nam, quia calceamenta ex mortuis animalibus fiunt, incarnatus Dominus, quasi calceatus apparuit. Quia in diuinitate sua, morticinia nòstræ corruptionis assumpsit. Vnde & per Prophetam dicit: In Idumæam extendam calceamentum meum, id est, Gentibus innotescam per incarnationis meæ mysterium. Sed hoc ipsum incarnationis eius mysterium *oculis penetrare non sufficit. Inuestigari enim nullatenus potest, quomodo corporatur Verbum: quomodo summus & viuificator

Ioan. minuit seipsũ vt crescat æstimatio Christi.

Soluere corrigiã calceamenti.

Deut. 25. Ruth. 4.

** oculis.*

1. Ioan. 5. Ioan. 7.

viuificator Spiritus, intra vterum matris animatur: quomodo is, qui initium non habet, & existit, & concipitur: Ioannes ergo soluere corrigiam calceamenti eius non valet, quia incarnationis eius mysterium, nec ipse inuestigare sufficit, qui hãc per Prophetas spiritum agnouit. Sed ô tu Ioannes, veritatis & gratiæ Symmystes, nunquid non saltem hoc scire potes, quã ob causam illa corrigia ligata est? Nunquid ignoras, quo vel quali in diuersorio Diu initas calceata est? Nunquid nescis, quali ex muliere Verbum caro factũ est? Ignoras tu cælestis paranymphus & sponsi amicus, quod nos paruuli Ecclesiæ filij non ignoramus? Cur ergo silet de hoc vox clamantis in deserto? Cur non hoc Euangelizas, & vocẽ exaltas? Videlicet, quia tempus nondum est. Tempus enim loquendi, & tempus tacendi. Tempus hæc loquendi tunc erit, cùm Filius hominis à mortuis resurrexerit. Non ergo ab re gemit affectus amantis, & magno desiderio clamantis, sũque imputat indignitati, quod tempus non habiturus sit, vt currat cum speciosis pedib. super montes Euangelizantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutẽ, dicentis: Sion, regnabit Deus tuus.

Ioannes Symmystes.

Eccl. 3.

Esaiæ. 52.

Matt. 3.

Hunc affectus eius clamorem vehementem, Euangelista Matthæus alijs verbis non minus exprimit, dicens: Qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceaméta portare. Quid enim est calceamenta eius portare, nisi prædictũ incarnationis eius mysterium palàm mundo annunciare? Fecerunt hoc Apostoli, quos

Psal. 18.

propheticus beatificãs spiritus: Cœli, inquit, enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum: Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et quis sonus, quæ verba eorum? In sole, inquit, posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, &c.

Ioan. Baptista. Altaxerxes. Assitio eius.

Hoc etenim facientes Apostoli, calceamenta eius in Idumæam, & in omnes alienigenas extensa portauerunt, pro quibus & contumeliam pati, & mori digni sunt habiti. Ioannes autem in spiritu prævidet enarrandæ illius gloriæ tempori, se non esse seruandum: magnus quidem, & nullo minor

Act. 5.

Apostolorum, sed de seipso humiliter sentiens, & gratiam, quæ in se est comparatione illorum, qui illam Dei gloriam enarraturi sunt, paruam ducens. Scit namque, quia, priusquam Christus illa per passionem calceamenta deponat, suisque electis per totũ mũdum portanda imponat, ipse in angustijs Iudææ consummandus, & ad Inferos descensurus sit, vt illuc quoq; officium suæ peragat præcursionis. Gemit ergò, profitens, quòd calceamenta eius portare, vel corrigiam eius soluere indignus sit, id est, mysteriũ incarnationis Christi, gloriamq; resurrectionis, non mereatur cum beatis annunciare Apostolis. Veruntamen non Macherunta Galilææ oppidulum, non carcer Herodis adultori, tantũ caput continere potuit, quin per omnem mundũ quadrigis emicans Euangelicis, cũ firmamento cæli enarraret gloriam Dei, id est, cum beatis Apostolis altiso num ferret testimonium verbo Dei. Sicut vsque hodie personare non definit in Euangelio eiusdem filij Dei, notus & inclytus, maximè ex illo famoso testimonio, qd ei Christus ipse perhibuit: Quia nemo inter natos mulierum maior eo surrexit. [Hæc in Bethania facta sunt, trans Iordanem, vbi erat Ioannes Baptizans.] Quia locus quoq; quęri solet in causis, scilicet celebris, an desertus sit is, in quo actum quid, vel dictum asseritur: benè locum quoq; Euangelista, in quo tanta vox clamantis insonuit, subijcit dicẽs: Hæc in Bethania facta sunt trans Iodanem, vbi erat Ioannes baptizans. Ac si dicat: O vos Scribæ & Pharisæi, testimoniũ hoc, qd de cælo esse, non potestis diffiteri, latere quẽ quam vestrum non potuit. Nam & propinquus erat locus, vtpote, tantùm quindecim stadijs distans ab Hierosolymis, & tunc nimium celebris: quia videlicet ibi erat Ioannes baptizans, & egrediebatur ad illum (vt alij quoque Euangelistæ referunt, & vestri non tacent Historiographi) omnis regio Iudææ & Hierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur ab eo, confitentes peccata sua. Excusabiles igitur vos esse, non finit verbum Domini: quòd trans Iordanem, tam propè ad vos accesserit, & tali in loco, talem per hominem, eo tempore quo missis ad illum, testimonium perhibuit veritati. Sed vos quidem non credidistis ei, at ille in Bethania, id est, domo obedientiæ, scilicet in Ecclesia, quæ est domus Christi, obediens fidei eius, itidem clamare non desinit, Vos impietatis accusans: Nos in fide Christi suo testimonio corroborans. Interea nemo, qui ambigat, Ioannis animam de siderio suspensam cælo inhærere, & eum quem intus agnouerat, foris quærere oculis intentis & animo iugiter orante. Nam Spiritu sancto edoctus, idcirco à deserto venerat, & confluentes ad se turbas excipiens, baptizabat, vt eum qui peccata mundi tolleret, venientem inter peccatores (quod prò culdubio futurum erat) & ipse agnosceret, & cæteris palàm ostenderet. Sic enim & ipse paulò post dicturus est: Et ego nesciebam eum, sed vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua Baptizans. Cùm ergo staret in excelso Speculator, omni mundo sublimior, desiderio vulneratus, & cælum pulsans gemitibus, salutem suam videre sitiens, vt eam & viuis ostenderet, & mortuis nunciaret. [Altera die

Bethania domus obedientiæ.

Matt. 21. Matt. 3. Luc. 3.

Marc. 13.

Quõ Ioan. agnouit Iesum.

Cùm sum ad se venientem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vidit eum venientem ad se.] Altera (inquit) die, postquam tanto clamore præco veritati obsecutus est, præmium recipit Fides, deuotio remunerata est. Magnum vtiq; recipit præmiũ illud, scilicet, quòd ipse, qui sanctorum omnium corona est & præmium,
Ioan. 14. pro magno repromittit dicens: Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum. Quomodo enim Ioannes videns agnouisset eum, ni si aliqua ex parte Iesus manifestaret ei seipsum? Nunquid agnouisset eum, si veniens solam manifestasset ei serui formam, quam omnes videbant? Non vtiq;. Quia (sic ut iam dictum est secundum hominis formam, vt Ioannes ipse testatur, nesciebat eũ. Vidit igitur in forma hominis illã, qua speciosus erat præ filijs hominum, speciem & pulchritudinẽ, vidit mundo cordeillã, quã protestatus fuerat per eum factam esse gratiam & veritatem. Vidit illum & ait: [Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.] Hoc planè, quod dilatata mente vidit, hac breui enunciatione mirabiliter expressit. Suauitatem Dei, quam ex corporali pariter & spirituali eius aspectu dupliciter delectatus degustauit, nobis protinus degustandam, gratulationis voce refudit. Qui enim exultauit
Luc. 1. infans in gaudio, cùm adhuc esset paruus in vtero, quòd in aulam virgineam Rex seculorum descendisset: quanto exultauit trepudio iuuenis prædicans, cùm idem Rex Christus coram alloquendus adesset? Et qui tam digna, quæ suprà elocutus est, de illo sentire meruit, dum sola mente videns, exteriorib. illum quæreret oculis, quantò magis vbi illum inuenit, dignum aliquid exclamando
Exclamatio Io. Bap. effari debuit aut potuit? Exclamauit igitur magno concussus impetu Sancti spiritus, & prioribus verbis quasi auro mundo gemmam præciosam superaddidit, dum gaud.o mentis in vocem erumpente, dixit: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Cunctis namque superior sermo eius, quasi aureum subtelliũ rutilat in Euangelica Christi quadriga. Hoc verò dictum, tanquam preciosissimus lapis, ad augmentum decoris accedit, quòd sancta Ecclesia certatim rapiens in fronte & in pectore suo præfixum, frequentiùs concelebrat in laudibus Christi. Ecce
Ecce agnus Dei. (inquit) Agnus Dei: Vbi agnum audis, euidentem magni sacramenti aditum inuenis. Notũ quippe est, quia per immolationẽ agni liberatus est ab Aegyptiaca seruitute populus Dei, & Pharaonem cũ omnibus Aegyptijs, quorum duritiam decem plagę non vicerant per manum Moysi, solus agni cruor, & vespertini mystica virtus sacrificij contriuit, cæsis omnib. primogenitis. Filios quoq;
Exod. 12. Israël per mare rubrum transire fecit, submerso Pharaone, cum curribus & equitib. suis. Hanc vmbram futurorum, in veritate Christi mox adimplendam, Ioannes Propheta & plus quàm Propheta, digito demõstrat: Ecce (inquiens) Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, ac si dicat: non plagæ decem præceptorum, quæ per Moysen data sunt, verberauerunt sufficienter, vsque ad plenam victoriam spiritualem, Pharaonem libertatis & vitæ nostræ exterminatorem: sed sanguis huius agni, id est, hominis innocentis, qui nullum omninò peccatum fecit, Agni veri absque maculà, quem nec originale, nec aliquod actuale peccatum offuscat liberos nos ab illo mortis Prępositi & Principe tenebrarum, transire faciet in illã, quã in primo parente perdidimus, patriam lucis & veram terram repromissionis. Non enim decem præceptis, tanquam in decem plagis, resistendo spirituali Pharaoni, neque in carnalibus sacrificijs, potuimus ad perfectum iustificari nos, aut patres nostri; sed hic Agnus tollet peccata mundi, quando pendens in cruce, riuo sanguinis & aquæ de latere suo profluentis, vniuersam Ecclesiam suam emundabit, quantacunque est vel erit abinitio, vsque ad finem seculi. Hoc intẽdens hic ipse Ioannes Baptista, secundum alios Euangelistas dicebat: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Debebat enim tam ipse, quã omnes electi baptizari in sanguine Christi, quia videlicet hactenus excubabat foris vniuersa ab origine mundi Ecclesia: non admittente summæ iustitiæ Censura, vt cælestesanctuarium ingrederetur antiquæ prę-
Esai. 64. uaricationis delicto menstruata. Vnde dicit vnus ex sanctis illis, sanctus & magnus Esaias Propheta: Facti sumus vt immundi omnes nos: omnes iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatæ. Ergo quòd ait Ioannes: Ego à te debeo baptizari, hoc tam de se, quã de omnibus, quotquot præordinati sunt ad vitam, veraciter sensit. Per solam quippe gratiam ad Regnum cælorum reducimur, quod nullis operum nostrorum meritis, comparare possumus. Nam & Abraham potuit quidem per fidem suam vel iustitiam, paterni reatus euadere pœnam: sed nullis meritis illam, qua in primo parente iustè exhæredatus est, potuit redimere gloriam. Res est non meriti, sed gratiæ, magnitudo vel æternitas cælestis gloriæ. Gratis
Rom. 5. data est beatis Angelis, gratis nihilominus data fuit primis parentibus humani generis, gratis omninò, id est, per solam Christi gratiam redditur nobis, quicunque per ipsum nunc reconciliationem accepimus.

Igitur solus & verus hic est Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Quo dicto mirabilis Præco veritatis breuiter vtranque in vna Persona substantiam, scilicet DEI & hominis ostendit, vtranque, id est, passibilem humanitatis, impassibilem verò diuinitatis naturam confitendam exprimit. Nãm ex eo, quod homo est, potuit quasi

Agnus

Esaiæ. 53. Agnus mansuetus portari ad victimam, deditq; corpus suum percutientibus, & genas suas vellentib. vt carnibus eius cibaremur,
Exo. 12. & lanis eius operiremur: & confixus atq; la-
Gen. 49. ceratus est, vt sanguine eius postes nostrarũ frontium signarentur. Ex eo aũt, quod Deus est, quod potuit tollere peccata mundi, ascendens ad prædam, & rugiens apud inferos, vt catulus leonis: non valente resistere antiquo prædone, Tyranno mortis: & nunc morte superata, sedens ad dexteram patris, credentium in se potenter peccata dimittit, Benè ergo hic Euangelista, cui propositum est testimonia congerere, Diuinitatis Christi, dictum hoc nõ omittendũ putauit, præsertim cùm tanti sit splẽdoris, vt ab hoc effectu, id est, ab eo quod tollit peccata mũdi, maximè comprobetur id, ꝙ superiùs dictum est, plenum gratiæ & veritatis. Sequitur: [Hic est de quo dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.] Ac si dicat: Ne aliũ suscipiatis in nomine Christi, tanquã ipse sit Christus: neq; seducamini, quando dicent vobis: Ecce hic Christus, aut ecce illic. Quia hic, & nõ alius,
Mat. 24 hic (inquam) est Christus, de quo dicebã vo-
Luc. 17 bis: Hic est, qui venit benedictus in nomine
Matt. 21 Domini: alius cũ venerit in nomine suo, vi-
Luc. 3 dete ne illũ suscipiatis. Hic Iesus (vt putatur
Gen. 49 filius Ioseph) Christus est, tempore certo, & præfinitis diebus natus in Bethleem, ex semine Dauid, scilicet, quando ablato sceptro de Iuda, & Duce de fœmore eius, alienigena Herodes in regno Dauid principabatur. [Et ego nesciebam eum, sed vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.] Nequeo satis admirari rerum omnium artificẽ, toẽm habentẽ virtutẽ, omnia prospicientem Dei sapientiam, quomodo
Eloquentia etiã in diuinis eloquijs. summis in negotijs, non dedignata comitem habere secularem eloquentiam, sic vtatur illa veluti ancilla, sic secum illam abducat, vt
Iob. 5. magnitudine sua totam operiat: adeò, vt nõ nisi à diligentissimis internosci queat gar-
Carnalis opinio Iudæorum de regno Christi. rulæ huius pedissequę præsentia. Ecce enim dum sapientes in astutia ipsorum comprehẽdere gestit, euidentissimè syllogismum fecit. Suprà namque per hunc Ioannem Baptistam, fidelẽ suę voluntatis Interpretẽ prodata est beatis Angelis, gratis nihilominus
Psal. 76 Quia prior me erat, de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia, &cæ. Concesserit auditor omnis populus, imò & libenter accepit, Christũ magnũ fore regem, magnum & inclytum Ducẽ, habiturũ coronam regni in capite suo, & dominaturũ à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarũ. Hæc enim vna erat omnium sententia de Christo, & sic Prophetæ indicauerant de illo. Tantò ergo attentiùs audierant, & tantò procliuiùs testificanti Ioanni concesserant, quãtò carnalibus subditi affectib. voluptates corporis & omniũ

rerum affluentium, & per omnia carnale seculum, Christo regnante, sibi non defuturum sperabant. Igitur constante apud auditores tanti præconis, propositione, veniente tandem Iesu, inter alios homines ad Ioannẽ assumit Spiritus sanctus per os eius dicens: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: *Matt. 13* *Luc. 4* Hic est de quo dixi, &c. Ad hęc auditor, qui *Validum testimoniũ Ioãn. bap. de Christo.* suprà nullatenus conquieuit, imò quantis potest argumentis de pugnando cõtradicit: Iesus enim homo Galilęus erat inter eos, vt cæteri hominũ, hactenus ambulauerat, tanq; in patria sua. Sed ꝓfectò verũ est illud: quia nemo Propheta acceptus in patria sua. Oportet ergo vt hic, qui assũpsit, cõfligat in eadẽ assumptione sua, ꝙ & facit validis vtẽs testimonijs, & ad vltimũ cõcludẽs sic. Et ego vidi & testimoniũ perhibui. Quia hic est filius Dei. Igitur cùm dixisset: Ecce agnus Dei, &c. protinus ad confirmationem sui sermonis, & confutationem Aduersarij, sumptum de cælo testimonium infert, cùm dicit: [Quia vidi Spiritum Dei descendentem, sicut columbam, & manentem in eo.] Et vt purum esse ostendat testimonium suum, ab omni humano fauore vel gratia, & ego (inquit) nesciebam eum. Ac si apertè dicat: Cur me æstimes gratia, vel fauore humano conductum, hoc illi perhibere testimonium? Ego nesciebam eum, quippe qui cùm in deserto Anachoreta essem, nullam ante hac habueram cum illo conuersationem, nullumque colloquiũ. [Sed vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.] Id est, non veni à deserto, eò quod scirẽ eum: sed veni ego idcirco, vt scirem eum. Sed dicis mihi: Vndè vel hoc nosse poteras, quod in aqua baptizans inuenires eum, nisi quia sciebas cum? Ad hęc inquam: [Et ego nesciebam eum, sed qui misit me in aqua baptizare, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem in eo, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.] Itaque non voluntate humana, sed authoritate diuina, veni in aqua baptizans. Et quomodo mittebatur Samuel in Bethlem, sciens esse in filijs Isai, quem vngeret in Regem, sed quis filiorum eius esset nesciẽs: sic & ego veni in Iordanem, Christum iam
1. Reg. 16 venisse sciens, sed in persona quis Christus esset, nesciens. Et sicut idem Samuel ex occursu faciei Dauid agnouit (erat enim rufus & pulcher aspectu, decoraq; facie) certior autem factus est, dicente Domino: Surge & vnge eum. Ipse est enim: sic & venientem hunc ad me, & reuelante spiritu agnoui & dixi: Ecce Agnus Dei, & ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Certior autem factus sum veniente super eum Spiritu in specie columbæ. [Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.]

Finis libri primi.

RVPER-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

TRIA sunt, quæ hoc loco distincta diligenter consideranda sunt, scilicet: Baptismus Ioannis, de quo ipse ait: sed vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Baptismus quoque Christi, de quo ad ipsum Ioannem dictum est: Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Et Columbæ species, in qua Spiritus sanctus supra Dominum descendens, eidem Ioanni ostensus est. Hęc (vt iam dixi) diligenti consideratione digna sunt. Quia videlicet magna sunt & alta, quorum intellectu Fides pascitur, Spes enutritur, Charitas accenditur, totusque homo interior, velut matutinæ lucis infusione serenatur. Illud igitur diuinæ gratiæ præuio lumine, primùm quærimus, quæ causa, vel intentio fuerit, vt Ioannes, Christi gratiam nomine signans, officio prædicans, veniret (vt ipse ait) in aqua baptizans. Et quidem causa illa protinus occurrit, quòd idcirco venerit baptizans in pœnitentiam, vt hoc modo illi viam pararet, qui veniens post ipsum baptizaret in remissionem peccatorum. Sed nunquid adeò necessarium erat, baptizare in pœnitentiam, quasi glorificato Domino Iesu, nemo posset, nisi sit præparatus, Baptismi eius percipere gratiam: Hoc certè omninò alienum est à Fide. Nam econtrà, pauci admodum de gente illa, cui baptismus pœnitentiæ prædicatus est, baptismum Christi consecuti sunt: ad nos autem absque Baptismo pœnitentiæ, tota transmigrauit gratia Baptismi in remissionem peccatorũ. Quid ergo intendit Spiritus sanctus (qui Prophetas omnes misit, suo quenque tempore) dũ Ioannem à deserto expulit, vt iret ad prædicandum Baptismum pœnitentiæ? Nõ enim sterilis Iudæa, valdè dignos attulit pœnitentiæ fructus. Nec verò frustrari potuit in hoc facto, quæcunque fuit intentio eius, quem proculdubio misit Spiritus sanctus, cuius instinctu quæcunque cœpta sunt, nullo prorsus impedire valente, perficiuntur. Erigenda est igitur consideratio ab illa exili pœnitentia populi. Quæ profectò, quantulacunque fuerit, nihil dignum attulit tanto molimine vocis clamantis in deserto: Dirigite viam Domini. In ipso namque Domino nostro causam eandem qui quærit, hoc modo inueniet. Nemo fidelium, qui dubitet Christum Iesum idcirco venisse in carne, vt peccata mundi tolleret, & in se transferret. Iuxta Prophetam dicentem: Et Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrũm, & pro nobis dolet, & disciplina pacis nostræ super eum. Hanc autem veram & summam esse pœnitentiam, pro omni mundo celebratam, res ipsa ostendit, ratio sentit, fides sancta confitetur. In ipso namque habitu pœnitentis, hunc Dei Filium Propheta idem, qui suprà intuens: & ascendit (inquit) sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, &c. Igitur ad agendum pro cuncto mundo pœnitentiam, qua peccata cunctorum expiaret, Dominum nostrũ venisse dubium non est.

Alius Ioannis, alius Christi baptismus.

Matth. 8.

Esaiæ 5.3.

Ibid.

At ipse iuuenilem iam attigerat ætatem, & cùm sciret se ad hoc venisse, vt tanto pro cunctis (vt dictum est) officio fungeretur, humiliter apud se latebat, expectans in forma serui, iubentis Patris imperium: videlicet, * in totum opus suum, non voluntatis propriæ sed veræ atque perfectæ foret obedientiæ. Dandum quippe nobis in semetipso nouerat exemplum, ne quis nostrũm, de sanctitate vel scientia confidens, præripere audeat munus Ecclesiasticum, maximeq; sancti ac venerabilis Sacerdotij gradũ. Quod videlicet eiusdem Christi Domini peccata mundi tollentis, proprium est ministerium. Vnde Apostolus ait: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret, sed qui locutus est ad Deum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Illo ergo (sicut dictum est) legitimam atque ordinatam suimet expectante promotionẽ, venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorũ. Hanc autem Ioannis prædicationem, huius esse vocationem, testatur idem Ioannes Baptista, in hoc Ioannis Euangelio dicẽs: Quia vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aquâ baptizans. Igitur causa, cur Ioannes venit in aqua baptizare, & prædicare Baptismum pœnitentiæ, non est alia quàm hæc: Vt ille Sãctus sanctorum, qui solus erat idoneus ferre pœnitentiam, pro peccatis omnium electorum, aduentum eius, ab origine mundi expectã. tium, hac voce publica vocatus, accederet palàm ad cæleste sanctuarium, in conspectu Dei Patris & sanctorum Angelorũ, vbi eodem Spiritu in Columbæ specie super se descendente, designaretur Pontifex, quo dudum in Mariam superueniente, idem sanctus & immaculatus homo conceptus est, non aliam habiturus quam offerret hostiam, nisi carnem propriam, quam statim quadraginta dierum & quadraginta noctiũ ieiunio, deinde omnibus pœnitentiæ modis afflictam, tandem pro peccatis nostris oblaturus erat Deo patri, hostiam in odorem suauitatis acceptam.

Solus Christus idoneus fuit ad agendam pro nobis pœnitentiam.

Hebr. 5.

Psalm. 3.

Matth. 3.

Matt. 4. Ephes. 5.

Hoc autem totũ sic oportebat fieri, quatenus & curiosam diaboli malitiam, totamque eiusdem Sathanæ Synagogam consiliũ Dei pro tempore lateret, & de ipso latibulo suo crebris intermicans beneficijs, eius sapientia simplicibus proficeret. Propositum namque erat vtiliter, vt primo aduentu occultus veniret Filius Dei. Nam secundo idẽ Deus noster manifestè veniet & non silebit. Benè ergo Ioãnes ex cõsulto Sancti spiritus, ministerium suum, quo solus quærebatur Christus, mittit in turbam, palàm vniuersis Baptismum prædicans, cunctosque baptizans in pœnitentiam: vt, dum idem plurib. cernitur, occasio dissertandi de vno, ad prę-

Psal. 49.

Sic Samuel occultabat vnctionem Dauid. 1. Reg. 10.

sens subtrahatur. Sic profectò Samuel, (de quo suprà dictum est) missus vngere Regẽ, quem prouiderat sibi Dominus in filijs Isai, & timens ne audiret Saul, vitulum tulit de armento ex præcepto Domini, veniensque Bethleem admirantibus senioribus & dicẽtibus: Pacificus ne est ingressus tuus? Pacificus, inquit: Ad immolandũ Domino veni. Sanctificamini & venite mecum, vt immolem. Et eduxit eos ad sacrificium. Sic nimirum & illic vnctionẽ electi regis, & hic manifestationem Saluatoris, diuina prouidentia in magna frequentia secretam esse voluit, resq; effecta est consultè magis, quàm occultè. Quia videlicet idcirco facta est, vt sciretur in suo tempore. De his, qui baptizabãtur in Iordane ab eodem Ioanne (vt ait Lucas) peccata sua confitentes, & dignos fructus pœnitentiæ facientes, nulli dubium esse debet, quin peccata illorum, Hic in innocentia pœnitens, & in pœnitentia innocens, super se tulerit, cum peccatis omnium, qui illum apud Inferos expectabant: ita videlicet, vt postmodum per Passionem Christi saluarentur, quotquot ex eis ab hac vita decederent, ante reuelatum eius Baptismum, cuius definitio vel regula est: Baptizari in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nã quotquot ex eis peruenientes ad illam plenitudinem temporis (in qua dictũ est: euntes, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:) non receperunt hoc lauacrum gratiæ & veritatis, nihil profuit illis, baptizatos fuisse Baptismo Ioannis, nec omnino saluare potuit illos, pœnitentia fide Christi non adhùm pœnitentiam indicens, (ea causa vel in-

Baptismus Ioan. quid conulit.

tentione missus, quæ iam, pro posse, dicta est,) * non est, non etiam peccatorum remissionem tribuens. Christus autẽ baptizauit, semel quidem in aqua, simul & sanguine de latere suo profluente: baptizauit nihilominùs, imò & nunc baptizat in Spiritu sancto, cum aqua & eiusdem sanguinis sui sacramẽto, perfectam tribuens peccatorum remissionem. Quæ extra Baptismum eius, (postquam Regulam eius deprompsit,) nulli deinceps tribuitur. De quo eius Baptismo iam nunc dicendum est, sicut suprà propositum est. [Super quem videris (inquit) Spiritum descendentem sicut columbã & manentem in eo, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.] Notandũ diligẽter, quòd cùm propria posset eũ appellatione designare & dicere: Hic est Christus, vel (quod magis est proprium,) hic est vnigenitus Dei Filius, maluit descriptione vti, dicendo: Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Primo definiẽdum est, quid sit baptizari in Spiritu sancto, ac deinde dicendum, cur maximè hoc loco dicere voluit: qui baptizat in Spiritu sancto. In Spiritu sancto baptizari, est gratiam accipere Spiritus sancti, quæ non modò, quid sit peccatum, ostendat, sed & auxilium aduersus peccata præbeat, delendo præterita, repellendo instantia, atque ita de seruis peccati faciat filios Dei, de filijs iræ filios gratiæ, de ignotis & aduenis genus regale & sacerdotale. Baptismus enim Christi vnctio est regalis & sacerdotalis, qua ipse vnctus præ cunctis participibus suis, Christus nuncupatur. (quod Hebraicè, Messias: Græcè, Christus: Latinè, dicitur Vnctus) Qua ipse plenariè solus sic vnctus est, vt particulariter vngere alios, & facere possit adoptionis filios, & à se (qui principaliter vnctus est) vnctos, id est, à Christo vocari faciat Christianos, quod designatur per hoc, quod dicitur: Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Hoc antè Christi aduentũ nullatenus effici poterat, quia videlicet Lex, quæ data fuerat, peccatum ostendere tantùm, non etiam auferre valebat. Vnde patres antiqui quamlibet iusti ad inferos descendebant, veterem paternæ præuaricationis portantes ignominiã actualium quoq; peccatorum non omninò effugientes cœnum, quin aliquam contrahe rent sordem v el maculam, quã carnibus tau rorum aut sanguine hircorũ emundari impossibile erat. Hoc erat opprobrium Israel, quod exprobrabat iugiter hostis incircuncisus, scilicet Diabolus, insultans patribus antiquis quamlibet iustis, & quodammodo dicens: Quare venistis parati ad bellum? eo quod Legis * mandato, velut arma tenentes, nihil fortiter agerent: nec de se virũ dare possent, qui pro cũctis iniret singulare certamen. Frustra namque varijs baptismatibus & iustitijs carnis, opprobriũ suũ * conabantur delere * conabatur, eò quod non haberent

Non est. Baptismus Christi soluit abluit peccatis.

Quid est baptizare in Spiritu sancto.

Rom. 6. Ephes. 2. 1. Petr. 2.

Psal. 44.

Rom. 7. Hebr. 9.

*1. Reg. 17. Marc. 7. * mandata.*

tur.

Sacer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdotem, qui Spiritū sanctum dare posset, cuius gratia vera & sola peccatorum remissio est. Cùm ergo Ioanni signum datur, quo Christum agnoscat, dicitur ill: Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Quod idem est, ac si diceretur: Hic est, qui aufert opprobrium ab Israel, videlicet peccatorum remissionem tribuendo, quæ non datur omninò, nisi in Spiritu sancto. Et hic Baptismus non vnius tantum potentiæ, sed duplicis operationis est. Baptizat enim Christus in Spiritu sancto: primùm, (vt dictum est) peccatorum remissionem tribuendo. Baptizat nihilominùs & secundò, diuersarum ornamenta gratiarum conferendo. De gratia namque remissionis peccatorum ipsa die, qua resurrexit, dicit ipse insufflans discipulis suis: (quos vtique iam lauerat à peccatis eorum in sanguine suo) Accipite Spiritum sanctum. Quem se illis dare in remissionē peccatorum testatur ipse, protinus adiungens: Quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: &, quorum retinueritis, retēta sunt. De illa verò donorum largitate, qua diuersarum (vt prædictum est) confert ornamenta gratiarum, dicit ipse: (Luca referente in Actibus Apostolorum,) quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies. Vtrunque * datum huius Baptismi, hic idem Ioannes Baptista apud Euangelistas Matthæum & Lucam exprimit, cùm dicit: Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Baptizat enim nos Spiritu sancto, cùm in fontem Baptismi descendente inuisibili gratia eiusdem Spiritus sancti, omnia peccata eorum, qui baptizantur, dimittit. Baptizat & igni, cùm eiusdem Sancti Spiritus feruore accensos, fortes in amore, & in fide constantes, vel in scientia lucentes, & zelo bono calentes efficit. Et in remissione quidem peccatorū, nulla diuisio est, sed æqualiter atque vniformiter vna eademque omnibus gratia remissionis adest: deponens omnes iniquitates nostras, & proijciens in profundum maris omnia peccata nostra. In donis autem gratiarum, non eadem omnibus quantitas impenditur, sed quodammodo diuiditur mare rubrum in diuisiones, dum alij datur fides, alij sermo scientiæ & sapientiæ, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, &c. Quæ omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Et in sanctis quidem noui Testamenti hæc baptizantis dona, hæc Baptismi glorioſi præclara videmus insignia, quæ nemo illorum, antequam in remissionem peccatorum baptizaretur, percepisse legitur: Præter Cornelium, & eos, qui cum ipso erant, super quos adhuc loquente Petro cecidit Spiritus sanctus, & erant loquentes linguis, & magnificantes Deum.

Duplex virtus & operatio baptismi. *Ioan. 20.* *Actor. 1. Baptizat in spiritu sancto & igni.* **donum.* *Matt. 3.* *Luc. 3.* *Differētia inter remissionem peccatorum. & dona gratiarum.* *Psal. 135.* *1. Cor. 11.* *Actor. 10.*

Patres autem veteris Testamenti nonnulli operationes virtutum, & plurimi prophetiam perceperunt, & baptizati non erāt in remissionem peccatorum. Certum est enim, quia tunc omnes baptizati sunt, quando mortuus in cruce Christus, fluuium sanguinis & aquæ de suo profudit lanceato latere, in emundationem vniuersæ Ecclesiæ, quantacunque fuerit ab origine mundi, vsque in ipsam horam mortis suæ, à primo iustorum, scilicet Abel, vsq; ad latronem, qui in cruce, nondum effuso de latere Christi tantæ tamque salutiferæ mundationis fluuio, Dominum confessus est, regnumq; eius futurum credens, eadem celeri confessione mercatus est. Positum est autem extunc eiusdem Baptismi sacramentum, ad primas eiusdem Sanctæ Ecclesiæ fores, vt quis quis Ecclesiam ingredi cupit, quo modo illa iam baptizata est, & ipse baptizetur, siue Gētilis, siue Iudæus. Cùm ergo veteris Testamenti patres eadem gratiarum dona consecuti sunt, antequā Christus baptizaret, quæ idem Christus ascendens in altum dedit hominibus noui testamenti, certa discretione opus est, vt non ignoret Christiana Fides, quid nouis amplius quàm veteribus, imò, quid nouis pariter ac veteribus in Christi baptismo collatum sit. Nam vbi causa postulat, vt de gratia Christi vel Sancti spiritus sermo habeatur, fidelem atque Catholicum in dictis suis, Aduersarius hærere facit obiectionibus suis. Qui & si non sensu, interdū sermone deficit. Tanta enim per patres antiquos idem Deus operatus est, tanta idem Spiritus per os sanctorum, qui à secula sunt Prophetarum eius locutus est, vt obloquēte Aduersario, nouos veteribus conferre cōtentiosum: præferre verò, difficillimū sit, si non animaduerso priùs rei puncto, verborum agere circuitum cœperit. Primùm ergo dicendum, illam Baptismi Christi gloriam, quo sancti Apostoli post ascēsionem eiusdem Domini glorificati sunt, accipiendo diuersarum dona gratiarum, maximeque genera linguarum, (quæ in signum sunt, nō fidelibus sed infidelibus) vel prophetiam, (qua maximè veteres sancti claruerunt) nō eius esse virtutis, vt in eis salus perfecta sit: præsertim, cùm illa & boni, & mali habere possint. Multi enim (inquit Dominus) dicēt mihi in illa die: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo multas virtutes fecimus? Et tunc respondebo eis: Nō noui vos, recedite à me operarij iniquitatis. Etenim Saul quoque prophetare, & malus esse potuit. Nonne filij Israel omnes in Moyse baptizati in nube & in mari panem quoque de cælo, & aquam de petra consecuti, & alijs mirabilibus glorificati, post modum quàm plures reprobati sunt, alij viuentes absorpti, alij à serpentibus cōsumpti, & alijs multis modis, præter paucissimos, omnes in deserto prostrati? Imò, vt ad no

Ioan. 12. *Luc. 23.* *1. Cor. 14.* *Matth. 3.* *Ephes. 4.* *Actor. 2.* *Luca 1.* *1. Reg. 19.* *1. Cor. 10.* *Exod. 32.* *Num. 15.*

Matth. 10. *Luca 9. 10.* *Ioan. 6.* ad nouos veniam, quādo conuocatis Dominus Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia Dæmonia, & vt languores curarent, misitque eos ad prædicandum Regnum cælorum, nónne Iudas erat vnus ex illis, quem ipse qui mittebat eum, Diabolum ante traditionem suam nominauit, quia nec dominicis loculis fidē exhibere potuit? Cùm ergo non soli boni, sed etiam & mali, huiusmodi charismatum dona potuerint cōsequi, nō nos dubios reddat claritas mirabilium, quæ in antiquis facta sunt, non cæcos vel cæcutientes nos faciat ad considerandam maiestatē nouæ gratiæ Christi. Quia videlicet & horū potentiā, & illud, sine quo nihil hæc prosunt, scilicet *Remissio peccatorū res longè maior quā alia Charismata.* remissionem peccatorum, hic qui baptizat in Spiritu S. nobis & illis dedit. Et huius qui dē muneris. i. operatiōis virtutū vel cætero rum huiusmodi de quibus iam suprà dictū fuit, sed adiectio largitatis: cùm in die Pentecostes discipulos Domini Spiritus S. impleuit. Sed eius, quod maximum opus maximaque virtus est. Baptismi Christi, scilicet remissionis peccatorum, inchoatio simul & perfectio est mors Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit in odorem suauitatis. In qua morte baptizamur. Sicut Apostolus dicit: qa quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsi⁹ baptizati sum⁹, cōsepulti cū illo per Baptismum in mortē, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nam in morte sua sanguinem & aquam (vt iam dictum est) de latere suo fundens, lauit vniuersam Ecclesiam à peccatis suis, dans viuis & defunctis Spiritū remissionis, sicut mox, vt apparuit illis vitam sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis. Hoc solùm munere baptizati paruuli morientes transmigrant in regnum Dei. Illo autem, cuius in die Pentecostes adiectio fuit, sic potuerunt antiqui patres clarificari, & apud Inferos propter originale peccatum detineri, quomodo potuit Iudas, cùm eodem munere fungeretur, Diabolus vocari, & esse fur loculorum Domini, & habere locum in profundissimis Inferni, in quem abiret, præuaricatione peracta sui ministerij perditionis. Ipsum Dominum in forma serui dona hæc recepisse, propheta testatur, qui hæc in persona eius loquitur: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me. Nā hæc de præsenti vnctione sua dicta esse, qua Spiritus Sanctus visus est super eum, in specie columbæ, testatur & ipse, qui (vt Lucas narrat) plenus Spiritu sancto regressus è Iordane, & actus in desertū, & cōsummata omni tētatione regressus in virtute Spiritus in Galilæam, introiuit in Synagogam, & traditus est ei liber Esaiæ prophetæ. Quem cùm reuoluisset, inuenit locum prædictum, & cœpit dicere ad eos: Quia hodie impleta est scriptura hęc in auribus vestris. Nō ergo ea tantùm causa, vt signum daretur Ioanni, Spiritus Sanctus in Dominum Iesum descendit, sed vt euangelizandi officio, & summi Sacerdotij ordine fungeretur vnita deo natūra hominis. Nam, sicut non à seipso venit Filius Dei, sed pater illum misit, vt omnium Dominus, formam serui assumere dignaretur, sic in eadem serui forma, non à seipso Filius hominis euangelizandi officium præripuit, sed à Spiritu sancto impositum sibi onus humiliter suscepit. Sic enim decebat eum implere omnem iustitiam, vt qui obedienter fuerat homo factus, obedienter nihilominùs ad prædicandum mitteretur per eundem Spiritum, qui cæteros mittit, quicunque salutis ministerium dignè sortiuntur, vt quidam Apostoli, alij prophetæ vel Euangelistæ in Ecclesia ponantur. Tunc ille magnus atque conspicuus magni consilij Angelus, stetit iuxta aram templi, scilicet vocatus ad sacrum ordinem summi Sacerdotij, apparēte super caput eius in specie columbæ Spiritus pietatis, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Dominum, & repropitiaret de licta populi. Accepit igitur dona in hominibus creator omnium Deus, ad ministrandum missus, quæ postmodum ascendens in altum, & captiuam ducens captiuitatem, mittendis ad idem ministerium daret hominibus, & sic plenus Spiritu Sancto (vt prædictum est) à Iordane regressus est. Plenus sanè, non quòd tunc primùm Spiritum sanctum acceperit, quippe qui ab ipso humanitatis suæ initio eiusdē Spiritus operatiōe cōceptus est. Quid ergo nunc actum est, vnde diceretur Spiritu sancto plenus à Iordane regressus? Nimirum plenitudo, quæ in illo iā erat * superficiem, id est, vsque ad ipsos exteriores actus, fese diffudit, vt inde omnes acciperemus, quomodo si plenitudo viuæ & indeficientis aquæ, quæ in altissimo puteo * fursum ad superficiem oris ascendat, vt paruis quoque infantibus hauriendi vel bibendi detur facultas. Ita nimirum, vsque ad exteriora se diffudit plenitudo, quam habebat intrinsecus, & diffusa est gratia in labijs eius vt audiretur in verbis, & videretur in mira culis abundantia eius, qua plenus erat gratiæ & veritatis. Peccatorum autem remissionem non accepit, quam (vt suprà dictum est) baptizando in Spiritu Sancto hominibus dedit. Quia quod maius est, de Spiritu sancto conceptus est, vt peccatum nec Originale haberet, nec Actuale admitteret.

Ioan. 19. *Remissio peccatorum ex baptismo.* *Ioan. 20.* *Donū prophetiæ minus est quā gratia baptismi.* *Vnctio Christi.* *Esa. 61.* *Luca 7.* *Luca 3.* *Luca 4.* *Christus vt homo accepit officiū euangelizandi & Spiritus S.* *Philip. 2.* *Matth. 3.* *1. Cor. 12.* *Apoca. 8.* *Hebr. 2.* ** vsque ad* *Psal. 64.* *Ephe. 5.* *Quo à bonis* *Matth. 11.* *Psal. 44.*

Sed dicit aliquis: Baptizari quoque debuit in remissionem peccatorum: non suorum, sed nostrorum: vt illo baptizato, fieret peccatorum nostrorum remissio. Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi duplex baptismus, vnus aquæ, alter passionis. Luc. 12. Ephe. 1. 5.

plane oportet concedi, sed de illo duntaxat Baptismo suo, de quo ipse iam baptizatus à Ioanne dicit: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur? Quod videlicet de Passione sua dixit, in qua tota Ecclesia (quæ est corpus eius) baptizari habebat. Alioquin si in Iordane baptizato illo, facta est peccatorum nostrorum remissio, quid nobis necessaria fuisset eius Passio. A nullo ergò homine Baptismũ accepit remissionis peccatorum, sed ipse nobis per Passionem suam fons remissionis factus est. Vnde rectè sancta Romana Ecclesia, non in die Epiphaniorum, sed in sacrosancta solennitate Paschali communiter atque vniuersaliter Baptismi sacramentum celebrare consueuit. Quia videlicet (sicut suprà dictum est) quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Igitur hic est qui baptizat: hic est qui solus peccatorum remissionem dat: hic est qui probrosam atque ignobilem, ex peccato accidentem naturæ nostræ inopiam, copiosus per Spiritum sanctum donis Diuinitatis suæ solatur & munerat. Cur autem hoc loco vel tempore, tam certum tamque euidens de authoritate Baptismi datum sit iudicium iam dudum, Catholicæ Ecclesiæ benè cognitum est. Primò sciendum, quia magnus hic homo, qui missus est à Deo, magnus meritis, & secundum suam magnitudinem, magnam habẽs intrinsecus in corde vocem sancti desiderij, leuabat oculos mentis ad Deum, & clamabat forter in cælum, orans iugiter, vt videre sibi daretur citiùs illam, quam propè esse sciebat, quamque in vtero matris salutauerat consolationem Israel. Non enim minus erat desiderium huius desiderio beatissimi senis Simeonis, cuius internus clamor & vociferatio grandis, tetigit aures altissimi, vt non contineret se miseratio Dei, responsum dante illi Spiritu sancto, quòd non esset visurus mortem, nisi priùs videret Christum Domini. Ergo hic & clamando magnis desiderij vocibus & orando iugiter, hoc à Spiritu sancto obtinuerat, vt responsum dans illi diceret: Super quem videris hoc signum, hic est qui baptizat. Et huius signi rationem Catholica (vt prædictum est) iam dudum benè nouit Ecclesia. Futuros nanque sciebat columba illa (quæ Ioannem mittebat, & omnes Prophetas miserat) futuros illa sciebat coruos atque miluos, qui inuicem se rostris laniantes, & vnitatem scindẽtes, dicerent, contra alterutrum erecti, & spiritu proteruo tumentes: A nobis, quod datur sanctum est. Hic ab illo ebrioso, ille autem ab illo fornicario baptizatus, indignus est. Tu ab illis vel illis baptizatus (inquit Donatus) à nobis, si sapis, rebaptizandus es. Clamat contra hos columba illa, ramum virentis oliuæ semper in ore suo portans, id est, veram pacem & vnitatem semper amans & prædicans clamat, ecce de summo vertice illius altissimi capitis nostri, & dicit: Hic est qui baptizat. Ac si dicat: Quid vos, ò milui rapaces & corui litigiosi, Baptismi gratiam, tam pertinacibus rostris in tot authores distrahitis? Vnus est qui baptizat: Vnus & solus hic est, qui sanctificat: Vnus est fons: vnus est riuus Baptismi salutaris, qui per qualescunque canales influat: Hic est, qui baptizat: De cuius ore profluit ipsa vis sacramenti, purificans, emundans, viuificans: totum fidelem hominem & sanctificans. Tu fortè fontem viuum, nesciebas à mortua palude vel cœnosa discernere cisterna. Ecce sicut dixit tibi: super quem videris Spiritum descendentem sicut columbã, hic est qui baptizat: sic & nunc dico tibi: Vbicunque audieris verbum hoc integrè prolatum: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: ibi est absque dubio hic ipse, & hic ibidem baptizat. Quid enim Paulus? Quid autem Apollo? Quid verò Cephas? Ministri sunt in hoc sacramento Christi: ministri isti sunt, non authores: serui, non Domini: canales, non fontes. Vnus enim hic est fons (vt prædictum est) vnus Dominus, vnus author, qui baptizat quidem in aqua per ministros, baptizat autem tantùm per semetipsum in Spiritu sancto. Quod si sub sacramento prædicti nominis morticinum fœtet alicuius Hæreticæ putredinis, nec sic tamen irrita iudicabitur inuocatio Diuini nominis, sed Baptismus talis est duntaxat, qualis q mortuos * fieri potuit, de quibus Apostolus dicit: Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Nam palmites quidem sunt sed à vite præcisi. Membra fuerunt viuentis corporis Ecclesiæ, sed vita carent, quia præcisa sunt à corpore. Speciem ergo solam pietatis quam habent, baptizando contulerunt: sed quam non habent virtutem eiusdem pietatis conferre non potuerunt. Quapropter hi, qui à talibus baptizati sunt, quãdo ad Catholicam Ecclesiam redeunt, non eis repetitur lauacrum carnis, vt perficiatur sed (quod deest) inferuntur Catholicæ Matri, vt per eius reconciliationem Spiritus sancti gratiam percipere mereantur: Nam in illa sola Spiritus sanctus datur, quia videlicet in scissura mentium Deus non est, sed in vnitate & pace, quæ perfectionis vinculum est. Et hi quidem, quasi thoro minùs legitimo procreati, tamen reputantur filij. Nam ex omni tribu filiorum Israel, numerati sunt filij Deo cogniti, vbi signantur serui Dei nostri in frontibus suis, scilicet tam ex tribub. Gad & Assur (qui de ancilla nati sunt) quàm ex tribu Iuda & Ioseph (qui ex legitimis cõiugibus orti sunt) Igitur nulli hominum attribuenda, neque secundum hominem metienda est Baptismi gratia. Quia solus Hic est, qui

Luce 2.

Rom. 6.

Contra hæreticos rebaptizãtes

Donatus à nabaptista

Gen. 8.

1. Cor. 3.

** mortuus.*

2. Tim. 3.

Reconciliatio ad Ecclesiam.

Spiritus sancti Colos. 2. Apoc. 7. Gen. 35.

Cur in specie columbæ visus est Spiritus S. Ioan. 3. Ephe. 2. 1. Ioan. 4.

est, qui baptizat. Et in nomine eius solius baptizamur, qui solus pro omnibus nobis est crucifixus: sicut columba de capite eius ostensa testatur. Qua in specie cur Spiritus sanctus apparere voluerit, diligenter (inquãtum ipse aperire dignatur) iam nunc intuendum est. Spiritus sanctus omnium, quæ circa salutem nostrã acta vel agenda sunt Dominus & Arbiter, imò & efficiens causa est. Cur enim, nisi propter charitatem suam Pater filium misit in hunc mundum, vel ipse Filius patri suo nos, cùm inimici essemus, reconciliauit per sanguinem suum? Quid autem Spiritus sanctus, nisi Patris & Filij charitas est? Hic igitur Spiritus sanctus super Authorem nostrę salutis apparens, congruũ satis gratiæ suæ secundum tempus indicium præbuit, dum assumptam Columbæ speciẽ, corporaliter humanis ostendit oculis. Columba nanque, auis simplex & mitis est. Et charitas fœuit quidem & zelatur, sed primò blanditur: ita, vt in neminem fœuiat, nisi in eum, quem non flectunt blandimenta: nunquam in virga venit, nisi ad eos, à quibus sua mansuetudo fuerit contempta. Vtrunque in Christo sic eadẽ charitas ordinauit, vt primus aduentus eius ad nos, in mansuetudine fieret: secundus aũt, in fortitudine zeli, futurus sit. Venientem ergò ad nos in spiritu mansuetudinis, rectè idem Spiritus super ipsum apparens, velut auis mansueta, designauit. Sciendum autem, quia super neminem Sanctorum, ante Christi aduentum Spiritus sanctus apparuit: neque post eius aduentum, super vllum, in hac specie, visus est. Antè quidem dona dabat (vt suprà dictum est) & eorundem quantitatem, siue qualitatem congruentibus nonnunquam signis indicabat: velut, Cùm Prophetam sudictum misit, vt in Regem vngeret electum suum Dauid, non lenticulam (sicut ad inungendum Saul) sed cornu olei tollere iussit: videlicet, significans, doni sui magnitudinem simul & fortitudinem, id est, Throni eius firmitatẽ, & Prophetalis gratiæ celsitudinem. Item, cùm Heliam in cælum tollere vellet, quem huius diuini amoris zelum feruentissimum habuisse notum est, ad significandam eius boni zeli dignitatem, currus igneus cũ equis igneis, quib. tolleretur, missus est. Sic & in alijs pleriſque Sanctorum dona quæ dabat, figuris competentibus exprimebat: super nullum autem ipse (vt dictum est) antè Christi aduentum apparere visus est. Post ipsum verò super Apostolos apparens visus est: non quidem ipsa eius substantia (quæ inuisibilis est) sed ignis, præsentiæ eius index: ita tamen, vt ex ipso igne diuisas & spartitæ linguæ viderẽtur: Quia videlicet nulli cuncta dabantur, sed pro voluntate eiusdem Spiritus, sua cuique mensura gratiæ diuidebatur. Super ipsum autem Dominum & ipsa Sancti Spiritus substantia inuisibilis adest: &, quod foris videtur, non pars aut partis signum, sed quiddam totum est atque integrum. Quia videlicet hic & solus est, cui non ad mensuram dat Deus Spiritũ. Quia in ipso (inquit Apost.) habitat plenitudo Diuinitatis corporaliter. Corporaliter dixit, nõ q. Deus corporeus sit, aut localis, sed qã sicut corpus quodlibet quouis in loco, cũ omnibus mẽbris suis indiuisum est, ita Spiritus S. Diuinitas tota, cũ omnib. donis suis in Christo præsentialiter adest. Quã eius plenitudinem Propheta longè antè intuẽs ait: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eũ spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus cõsilij & fortitudinis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Hæc enim sunt cuncta Sancti spiritus dona, velut cuncta vnius corporis membra: quorum Christo nullum deesse, testatur tam prædictum præconium Prophetæ, quàm præsentis integra atq; indiuidua species columbæ. Etenim sapientiæ spiritus in eo plenariè requieuit. Quem primus homo non habens, imò per superbiã à se repellens, noluit attendere vel subesse meliori, veramque lucem relinquens, seq; sibimet lucere confidens, inter latrones quasi per noctem incidit, à quibus spoliatus & plagatus, semiuiuus relictus est. Hic autem homo secundus, velut columba residens iuxta fluẽta plenissima, Diuinitati sibi insitæ semper intendit. In cuius liquida maiestate prospiciens, venientem insidiosum accipitrem vidit & euasit, dum tentationes eius omnes in deserto sapienti responsione cassauit. Spiritu quoq; intellectus iste repletus, sciuit quibus aperiret mysteria Rgni Dei, quibusue loqueretur in parabolis. Quo primus homo fraudatus, non discreuit in statera rationis, quantò fideliores essent cõminationes Dei, promissionibus Serpentis, cùm diceret: Eritis sicut dij. In felle quippe amaritudinis erat, positumque sibi esse præceptũ, tumens superbiæ spiritu, indignè ferebat. Hic autẽ velut columba, omnium eiusmodi felle carens, & sano cordis palato cuncta discernẽs, nec Dæmones admittebat, confitentes ipsũ esse Filium Dei: nec indignis loquebatur mysterium Dei, imò prohibebat, sanctum canibus dari, & margaritas antè procos mitti. Spiritum nihilominùs habens consilij, abscondebat hæc à sapientibus & prudentibus, vt reuelaret ea paruulis. Quo penitus carens primus, contulit sermonem cum Aduersario, nec se in humilitate absconditab eo. Hic autem propositum suum omninò secretum habuit à Diabolo, vt licet sciret ipsum esse Filium Dei, nesciret tamen, per crucem & passionem eius, facturum esse salutem generis humani. Eodem consilij spiritu euangelizans pauperibus, nec Samaritanos, nec Gentiles à misericordia repellebat,

Omnia dona spiritus S. in Christo simul. Esa. 11.

Spiritus sapientiæ. Luc. 10.

Spiritus intellectus. Matth. 13. Gen. 3.

Cant. 5. Matth. 4.

Ioan. 3. Colos. 2.

Actor. 2. S. Spiritus quo pacto visus super Christũ & Apostolos.

Marc. 5. Matth. 7. Spiritus cõ silij. Matth. 11. Ioan. 4. Matth. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 4. lebat, imò & infirmos eorum curabat, velu-
Mat h. 15. ti columba (quæ interdum pullos foueta-
Matth. 8. lienos) & eis ab oriente & ab occidente ven
turis, sinum Abrahæ ad recumbendum sese
Spiritus fortitudinis aperire promittebat. Spiritu quoque forti-
tudinis incessit. Quo relicto, primus homo
victus, intemperanter gulæ succubuit, & se-
ipsum venalem fecit: imò gratis venundatus, semetipsum omni præsidio destituit &
perdidit: Hic autem velut columba in pe-
tris nidificans, quo Serpens accedere non
posset, credentes in se tuto præsidio collo-
Ioan. 10. cauit. Verbi gratia, cùm diceret, nemo po-
Spiritus scientiæ. test rapere de manu Patris mei. Spiritu
scientiæ, similiter abundauit. Quam pri-
mus homo perdidit, dum plus scire appe-
tit: promittente hoste antiquo, quòd trans
gressor præcepti factus, habiturus esset scié
tiam boni & mali. Hic autem aceruum
omnium scripturarum habens penes se,
quomodo columba de magno tritici acer-
uo grana congerit candidiora, sic de omni scriptura tempori vel rei congruas pro-
ferebat sententias, ita vt mirantes dicerét
Ioan. 7. eius Aduersarij: Quomodo hic literas scit,
Spiritus pietatis. cùm non didicerit? Spiritu pietatis om-
ninò plenus fuit. Quo nimirum primus ho-
mo nudatus erat, quando seipsum & po-
steros suos æternæ morti addixit, nec post
culpam requisitus, animæ suæ condoluit,
vt pœnitentiam ageret: imò, in Deum re-
Gen. 3. torsit malum, quod perpetrauit, dicendo:
Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi &
comedi. Hic autem, non solùm neminem
occidit (velut columba, quæ nihil viuum
comedit) verùm & eò semper intentus fuit,
vt vitam daret mortuis: Nam Filius homi-
nis, inquit, non venit animas perdere, sed
Lucæ 9. saluare. Spiritus timoris Domini super il-
Spiritus timoris Domini. lum requieuit. Quem primus homo à se re-
pulit, à prima suggestione Diaboli, vsque ad
consummationem peccati. Hic autem, sicut columba pro cantu gemitum habet, ita
pro delicijs habuit, cũ voluntate Patris sa-
turari opprobrijs, dicens per omnia ab ini-
tio suæ incarnationis, dicens promptè non
Lucæ 22. solùm verbis, sed & factis: Pater, non mea,
sed tua fiat voluntas. Igitur Spiritus Do-
mini, qui hactenus in magna sylua generis
humani requiem non inuenerat, tandem
super hunc florem requieſcit. In quo æter-
na statione permanens, nullam alicuius vi-
tij repulsam aliquando pertulit: Quam
ei⁹ requiẽ & in hoc loco diuinũ oraculũ nõ
tacuit: Cùm enim dixisset: Super quem vi-
deris Spiritum descendentem sicut colum-
bam: protinus adiunxit: & manentem in
eo. Et apud nos quidem & in nobis est (iu-
xta promissum eiusdem Saluatoris nostri)
hic idem Spiritus, sed longè præstantiùs
multoque præsentiùs in ipso capite nostro
manere dicitur. Nam apud nos ita quidem
manet, & ita in nobis est, vt nunquam desint
in Ecclesia, qui huius gratiam Spiritus ha-
beant, vel aliquod donum eius, id est, fidẽ,
sapientiæ vel scientiæ sermonem, interpreta
tionem sermonum, vel discretionem spiri-
tuum, & his similia. Rarus autem quisque
est, qui adeò profecerit, vt eius intrinsecus
anima, vel ad momentum, illum huius Spi-
rus contractum sentiat, qui per sibilum au-
ræ tenuem significatur in Helia, dicente: Et *3. Reg. 19.*
post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi Domi
nus. Est enim intimus quidam circunscri-
ptæ veritatis sensus illa significatione expres
sus, quem sancta mens in contemplatione
rapta, subita interdum illustratione degusta
re meretur. At ille sic eodem Spiritu plenus
est, vt in ipso habitet corporaliter, vt suprà
dictum est, semper mansueti pectoris eius
mansione contentus, nulloque vnquam car
nalium affectionum strepitu inquietatus. *Coloss. 2.*
Spirituum supradictorum plenitudinem,
quasi prima eructatione nobis ipse refudit,
dum primum sermonẽ, quem post hanc ma- *Sermo de-*
nifestationem turbis ad se confluentibus ha- *mini in mõ*
buit, hoc modo incepit: Beati pauperes spiri *te.*
tu: quoniam ipsorum est regnũ cælorũ, &c. *Matth. 5.*
Hic enim nos ad hoc inuitat & informat, vt
simus ad ipsius imitationem, iuxta quendã
supernæ dispensationis modum, per timo-
rem Dei humiles, per pietatis studiũ mites,
per scientiam discreti per mentis fortitudi-
nem liberi, per consilium cauti, per intelle-
ctum prouidi, per sapientiam maturi. Sed p
pheta de cælestibus loquens, gradus istos de *Duplex ra*
scendẽdo magis, quàm ascendendo numera *do in scala*
uit: videlicet, sapientiam, intellectum, consi *domis spiri*
lium, fortitudinem, scientiam, pietatem, ti- *tus S.*
morem. Constat enim proculdubio, quia à *Psal. 10.*
timore ad sapientiam ascenditur, non autem
à sapientia ad timorem reditur. Quia nimi-
rum perfectã habet scientia charitatem, ini-
tium verò sapientiæ timor Domini.

Dominus aũt, quia nos à terrenis ad cæle
stia subleuat, eosdem gradus ascendendo nu
merat, à timore incipiens, qui per paupertã
tem, Spiritus intelligitur, dicendo: Beati pau
peres spiritu. Deinde pietatem commendat.
dicendo: Beati mites. Mitescere nanq; opus
est pietatis, neq; resistere diuinę scripturæ: si
ue intellectæ, dum aliqua vitia nostra percu
tit: siue non intellectæ, quasi nos meliùs sa-
pere, meliùs prę cipere possimus. Deinde ve
nitur ad tertiũ scientiæ gradũ, dũ dicit: Bea
ti qui lugent. Nam ille timor, quo cogitat
de iudicio Dei, & illa pietas, qua non potest
nisi credere & cedere diuinæ scripturæ, co-
gitat eum seipsum lugere. Vera nanque scien
tia bonæ spei hominem, non seiactantem,
sed lamentãtem facit. Tunc esse incipit in
quarto gradu fortitudinis, de quo dicit: Bea
ti qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Forti-
tudinis nanq; est, animũ adeò ab omni mor-
tifera iucunditate rerum transeuntium ex-
trahere, vt vacet ei iustitiã esurire ac sitire.

Deinde

Deinde in consilio misericordiæ purgat ani
mam tumultuantem, & quodammodo ob-
strepentem sibi, de appetitu inferiorum cõ-
ceptis sordibus. Vnde & sequitur: Beati mi
sericordes. Hinc ascendit in sextum gradũ
intellectus. Vbi iam ipsum purgat oculum,
quo videri Deus potest, inquantum potest
ab eis, qui huic seculo moriuntur, inquan-
tum possunt, de quibus subditur: Beati mũ-
do corde. In hoc gradu ita purgat oculum
cordis, vt veritati nec seipsum præferat, nec
proximum, quẽ diligit sicut seipsum. Talis
filius ascendit ad sapientiam, quæ vltima
& septima est, qua pacatus tranquillusque
perfruitur. Vnde & subditur: Beati pacifici,
quoniam filij Dei vocabuntur. Octaua bea
titudo eadem quæ prima est. Dum ergo hęc
dicit is, in quo manet & requiescit, velut co
Cant. 5. 6. lumba Spiritus septiformis, hoc nimirum
intendit, vt eodem spiritu regenerata Eccle
sia talis sit, de qua ipse meritò dicat in Can-
ticis: Vna est columba mea, formosa mea,
immaculata mea. Vna quippe columba est,
dum ex quamlibet multis hominibus colle
cta, vnum habens spiritum, vnanimis est Ec
clesia, idipsum dicens, idipsum sentiens, nec
se per sectarum scandala diuidens. Nam qui
cunque alio spiritu aguntur, corui sunt, cor-
2. Cor. 1. ui rapaces, corui litigiosi. Talis fuit Mace-
Hæretici non colum ba, sed cor- uis sunt. donius, qui in membris columbæ, id est, Ec-
clesiæ computari indignus dixit, quia Spiri-
tus Sanctus non est Deus. Hic verè coruus,
horribili facie de aquis Baptismi, totus ni-
ger & sinister euasit: Nec eum columba il-
la, quæ super Dominum apparuit, donorũ
suorum aliqua parte respexit, sicut scriptum
est: Spiritus enim sanctius disciplinæ effugiet
fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ
Sap. 1. sunt sine intellectu. Columba verò, id est,
Spiritus Sanctus de illa mansione sua in qua
requieſcit, satis firmo probat argumento
quod Deus sit. Si enim Deus non esset, quo
modo humano vel angelico spiritui capabi-
lis esset? Creatus nanq; spiritui alieno se in-
fundere nullatenus potest. Valet quidem
malignus spiritus occultas corporis cauer-
nas irrepere, & hominis animam furijs age-
re (vnde & dicitur homo Dæmonio plenus
esse) ipsam autem substantiam suam illius
Ibidem. substantiæ nullatenus potest infundere. So-
lus nanque Creator Spiritus, subtilitate sua
capabilis est rationali spiritui, veluti creatu-
ræ suæ: ille autem nullius est capax, nisi Di-
uinæ atque creatricis substantiæ. Hic autẽ
Luca 4. Spiritus replevit orbem terrarum, & ipsum
quoque replevit, quem totus nõ capit orbis
terrarum, sicut suprà dictum est. Quia Ie-
sus plenus Spiritu S. egressus est à Iorda-
ne. Et ne fortè obijciat Hæreticus: Quia car
nem eius implevit, non mentem, memi-
nisse oportet: Quia hic Spiritus Domini
spiritus est sapientiæ & intellectus, consi-
lij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & ti-
moris Domini. Vbi autem sapientia, & in-
tellectus, vbi consilium vel fortitudo, nisi
in mente inhabitat? Vbi scientia vel pietas,
siue timor Domini, nisi in corde regnat?
Igitur hic, qui rationali mente capitur, qui
omnia scrutatur Spiritus, Deus est. Qua- *Ecclesia hæ*
propter & hunc, scilicet Macedonium, & *reticos de-*
cæteros omnes, quotquot sunt coruini ge- *testatur.*
neris, vna columba, id est, sancta Ecclesia
respuit, & eorum laniantia detestans oscu-
la, communionem nullam patitur habere
cum illis. Pacem amat, pacem amplectitur,
vtpotè cum columba prior Sanctus Spiri-
tus, ramum attulit Oliuæ virentibus folijs,
faciendo pacem per Christum, per quem
nos Deo reconciliauit. Sed iam tribus his,
quæ proposita fuerãt, pro posse explicitis,
audiamus quid Ioannes testis & decertator
veritatis euidentibus roboratus indicijs, ad
summum liberè proclamet in spiritu forti-
tudinis. [Et ego vidi, & testimonium per-
hibui, quia hic est Filius Dei.] Non, inquit,
solam famam audiui, non ex incertis conie-
cturis didici: sed ego vidi columbam venié
tem de cælis, ego vidi Spiritum Dei, non
sola columbę oscula porrigentem, sed totũ
seipsum huic homini inferẽtem. Et in hoc
templo suo manet, vnde vltrà migratus nõ
est, nusquam inuenitur, nisi in hoc accubi-
tu suo, quo in magna quiete mansurus rece *Christus tẽ*
ptus est. Et miro modo sic in hoc templo *plum sancti*
suo manet, vt inde semper egrediatur, vide- *spiritus.*
licet ad hoc, vt de huius plenitudine omnes
accipiamus, haurientes aquam, quæ (iuxta
Ezechielem) egreditur de hoc templo à late *Ezech. 47*
re dextro. Templum enim magnæ ciuita-
tis, quæ illi ostensa est, templum verum san
ctæ Ecclesiæ, hic ipse Dominus est, sicut & *Apoc. 21.*
in Apocalypsi testatur Euangelista Ioan-
nes: Et templum non vidi in ea. Dominus
enim Deus omnipotens templum illius est
& Agnus. Hoc ergo templum, vt prædi-
ctum est, velut columba ingressus, velut a-
qua viua mundans & saluans, egredi Pro-
phetæ ostenditur: scilicet, vt (sicut iam di
ctum est) de plenitudine eius nos omnes ac-
cipiamus. Hoc, inquit, vidi & testimoniũ
perhibui, quia hic est Filius Dei. Dicat hoc
dignus orator, amicus Regis & curiæ cæle-
stis Archisenator nobilis, dicat quia vir iste,
qui (vt suprà dixi) post me venit, hic est Fi-
lius Dei. Nihil enim libentiùs audiunt ciues
supernæ vrbis, nullum citharœdum audi-
re malunt pueri probi cantandi dociles, & *Matth. 11.*
ad bonum canticum salutare docti. Nam
quis manifestiùs hoc præcentore fidei, Chri
stum Deum & hominem esse, potuit con-
fiteri? Vbi enim virum post se venientem
dixit, hominem post se natum euidenter ex
pressit. Et magnificentiùs Agnum Dei vi-
rum, quàm hominem dixit, videlicet eo re-
spectu, quo de Agno typico in Lege dictum
est: Erit autem Agnus absque macula, mas-

Universidad de Deusto
Biblioteca

culus anniculus. Agnus nanque masculus est hic homo, nulla mollitie resolutus, sed omni virtute constans, solidus atque perfectus. Virum ergo dicens, veram cum integritate virtutis expressit naturam hominis. Nunc autem testificans, quia hic est filius Dei, veram nihilominus confitetur in illo naturam Diuinitatis. Filium nanq; alterius naturæ esse, quàm Pater est qui illū genuit, rationabiliter non potest intelligi. Quando enim homo aliud generat, quàm hominem? Sic & omne animal, non aliud, quàm quod ipsum est aliquando generat. Sed, nec vlla herbarum semen affert, nisi iuxta genus suum, neque lignum faciens fructum suum in semine aliquando excedit speciem. Sic enim Creator omnium illa statuit, præceptūque posuit & non præteribit. Quantò magis ipse Creator, non aliud, quàm quod est ipse, genuit, id est, Deus Deum, lux lumen, immensus immensum, omnipotens omnipotentem? Istum quippe non adoptauit, sed genuit: sicut hic ipse Ioannes euidenter exprimit, in eo quod superiùs ait: Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Claro igitur lumine nobis lucerna hæc ardens & lucens, lucem veram Christum Deum & hominem esse ostendit, quam non comprehenderunt tenebræ, scilicet Manichæus atque Fotinus, ille verum Deum, hic verum hominē esse negans hūc Iesum Christum, Sed rursus cauendum nobis est Hæresis Nestorianæ monstrum biforme, asserentis: Sicut duas Naturas vel substantias, sic duas nihil ominùs in Christo cōfitendas esse personas: vt alius filius Dei sit, alius filius hominis. Hoc sanè nec ratio, nec ipse communis nostræ locutionis vsus admittit, quod maximè norunt Dialectici. Non est enim nomen aliquod speciale aut generale, præter hoc quod generalissimum est, scilicet substantia, quo simul de⁹ & homo possint appellari generaliter. Verbi gratia: Quomodo Moyses & Aaron duo sunt homines, & hic bos & ille, vel duo sunt animalia, siue duo sunt animata corpora. Non aliquo, sic pariter Deus & homo prædicari poterunt vno speciali vel generali, nisi tantum eo, quod generalissimum est, id est, Substantiæ vocabulo. Neq; enim de Deo vero æquè, vt de homine potest animal prædicari. Quia videlicet Deus verus corpus non est, quapropter nec animatum corpus aut animal est. Cùm ergo masculino genere de Christo Deo & homine prædicaueris duos, quod subiectum secundum hoc prædicatūappones? Desiderat em̄ prædicatum habere subiectum: siue (quod pueri quoque norunt) semper mobile quærit sui generis, numeri quoque & casus eiusdem, habere fixum. Et vtique non quod diuersas species, aut diuersarum indiuidua specierum significet: quod fieri in genere masculino impossibile est. Nam, verbi gratia, hominem & equum, quia diuersarum nomina sunt specierum, vno masculini generis substantiali nomine proferre non potest. Quapropter de homine & equo meliùs dicis: hæc duo, quàm hos duos. Quia videlicet, equus cum homine personarum non facit numerum, licet pluralitatem faciat substantiarum. Quid ergo subijcies, cùm in Christo Deo & homine prædicaueris duos? Nunquid Christo subijcies? Nempe tale hoc est, ac si de vno equo & sessore ei⁹ duos dicas equites. Christus enim, non naturæ, sed officij nomen est. Siquidem Christi, id est, vncti fuerunt & alij, de quibus ipse ait: Nolite tangere christos meos: sed hic, in quo habitat plenitudo Diuinitatis (vt suprà dictum est) præ consortibus suis vnctus est. Imò multò magis inæqualia sunt Deus & homo, quàm equus & homo. Nam veri Dei & hominis hoc solum commune est, quod de vtroque prædicatur, Substantia: de homine autem & equo, non solùm substantia, sed & corpus cōmuniter prædicatur & animal. Si ergo persona sedentis in equo, sic equi personam absumit, vt cum ipso equus, cui tamen vnitus non est, personarum numerum facere non possit, quantò magis in Christo, Persona Dei, sic hominis personam absorbet vel absumit, vt nequaquam dicantur aut sint duo Christi, siue duo Filij, præsertim cùm homini Deus inseparabiliter vnitus sit. Igitur, salua duarum veritate Substantiarum: vnus, id est, vna Persona est CHRISTVS vnus: hic est Vir siue Filius hominis, vnus idemque hic est Filius Dei. Cuius specie & pulchritudine delectatus ipse Deus Pater, dignum illud memoria verbum de cælo super eum locutus est: Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Hoc vtique à principio non dixit, cùm vniuersa conderet, cùm cæli fabricam extenderet, vel mari terminum poneret, & omnia visibilia siue inuisibilia mirabilis artifex componens, sua singula loco, vel ordine distingueret. Et quidem placebant illi cuncta quæ fecerat, quia erant valdè bona: sed nusquam in omnibus illis seipsum sibi complacuisse insinuat. In hoc autem vno sibi complacet & dicit: In te mihi complacui. Quod longè *si aliud, quàm* dixisset: tu mihi complacuisti. Attendamus ergo quid in Christo factum sit, & videbimus quod verè pro magnitudine vel qualitate operis, rectè Pater in illo sibi complacuerit. Videlicet cùm omnia fecisset Deus, nihil omninò simile sibi vel æquale fecerat. Nec enim fieri poterat, vt increato Deo similis vel æqualis formaretur creatura. Non ergo beneuolentiæ creatoris sufficiebat, ꝙ ea quæ fecerat, erant cuncta valdè bona: qa nihil inter omnia sibi simile vel æquale videbat. Sed (vt iā dictū est) tale quid omnino, qualis ipse est, creari non poterat.

Quapropter

Exod. 12. Christus filius Dei natus, nō adoptione.

Gen. 1.

Psal. 144.

Nō duæ personæ in Christo.

Christus munere officij.

Psal. 10. Coloss. 2. Psal. 44.

Marc. 1. Prou. 8. Gen. 1.

Quapropter multitudo creaturæ infirma, vtpote de nihilo facta, partim corruerat, neque suis viribus vllo modo restaurari valebat. Suggessit igitur ipsa, quæ nunc apparuit in specie columbæ, mitis & beneuola Patris charitas, quatenus ipsam virtutem, ipsum verbum per quod omnia fecerat, quoniam nihil æquale sibi condiderat, facturæ suæ vniret, & sic vnum quid, cui nihil deesset, in ordine vel natura creaturę produceret. Quo facto, gratulatur omnipotens bonitas, & applaudit sibimet dilectio columbina, omnis inuidentiæ nescia, quòd ope sua compar sibi facta sit humana creatura: dignum laude iudicans, quòd inopi naturæ eius, de suæ naturæ diuitijs adeo subuenerit, vt totum regnum patris regere, vniuersam omninò cæli ac terræ rempublicā disponere, & in throno eius dominari, æquè vt ipse deinceps idonea sit. Hoc opus suum adeò collaudat, & in hoc sibi complacet intantum, vt cuicunque non complacuerit, Quicunque cum laude & gratiarum actione non aspexerit eū, velut ingratum & verè superbum & inuidum, à salute sua, & ab eiusdem Christi filij sui regno repellat. Sed iam narrationis Euāgelicæ sequentia videamus. [Altera die itē-

Discrepantia ad literam hic inter Euangelistas.

rum stabat Ioānes & ex discipulis eius duo.] Hoc loco rectè quæritur, qualiter hic Euangelista Ioannes cæteris tribus Euangelistis præsenti narratione non discrepet. Matthæus enim statim post ieiunium Domini & tentationem diaboli ita subinfert: Cum autem audisset Iesus, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam. Item & Marcus continuò post eiusdem tentationis narrationem. Postquam autem, inquit, traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam. Hoc isti consonanter astruere videntur, quòd antequam Ioannes traditus esset in Galilæam, non venerit Iesus. Lucas interim de traditione Ioannis facit, ita incipiens: Et consummata omni tentatione, Diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Et egressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, &c. Hic autem, scilicet, Euangelista Ioannes refert, quia nondum tradito Ioanne, veniens in Galilæam, vocauit Philippum & Nathanaël, & tertia die inuitatus ad nuptias in Cana Galilęæ, de aqua vinum fecit, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius, & post multa dicit sic: Erat autem & Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim. Quia aquæ multæ ibi erant, & veniebant & baptizabantur. Et protinus subinfert: Nondum enim missus fuerat in carcerem Ioannes.

Ioan. 3.

Quō cōcordantia inueniatur.

Quæritur ergo: Quomodo non discrepent, quos contrarios esse sibimet nemo dicere audet, nisi qui animæ suæ contrarius est? Et quidem solutio Quæstionis nimium difficilis esset, si Christus in Galilæā semel tātùm venisset, vel si cunctis Euangelistis singulatim, cunctos eius actus, cunctos eius egressus vel regressus describere propositum fuisset. Constat autem Euangelica narratione quia plusquam semel Dominus noster, salutis nostræ minister, iuit & redijt, & nulli Euangelistarum, cuncta quæ gessit comprehēdere, quod impossibile esset, propositū fuit. Sed vnumquodque animalium cælestium, ante faciem suam graditur, id est, vnusquisque Euangelistarum de innumerabilibus factis vel dictis eius, tantum describere proposuit, quantum & fidei testificandæ sufficeret, & lectori fastidium non afferret. Et Matthæus quidem, & Marcus, Lucas quoque, de primo anno tacuerunt, quo adhuc prædicante Ioanne, miracula quidem fecit Iesus, & seorsum aliquos docuit: sed publica prædicatione non adeò turbis innotescere voluit. Alioquin vnde illa opinio nata fuisset, vt quando publicè prædicādo innotuit, Ioannes putaretur surrexisse à mortuis? Sic enim in Marco scriptum est: Et audiuit Herodes rex (Manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat: Quia Ioannes Baptista surrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Lucas quoque sic ait: Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia, quę fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis. Igitur de primo anno tacuerunt, & à publica prædicatione eius, quam cœpit postquam traditus est Ioannes, narrationes suas orditi sunt. Quod manifestè ex subsequentibus Matthæi vel Marci animaduertere promptum est. Nam vterque cùm dixisset: venit IESVS in Galilæam, statim Apostolorum subijcit vocationem. Lucas verò paulò tardiùs. Nam apud illum, ante vocationem Apostolorum, Iesus frequenter est in Synagogis, & docet Sabbathis. In hoc verò Euangelista Ioanne, fortè ad susciptenda illa, quæ dicta sunt, scrupulum mouet illud, quod antequā traditus esset Ioannes, ad indicium eiusdem Ioannis, Andreas sequitur Iesum, & adducit ad eum Simonem fratrem suum, & ipse Iesus in Galilæam exiens vocat Philippum, & Philippus adducit Nathanaël. Sed amoto omni scrupulo, certiùs pedem figat ratio: quia profectò non est hæc ipsa, quæ citiùs quidem (vt dictum est) apud Matthæum & Marcum, tardiùs autem apud Lucam occurrit, Apostolorū vocatio. Nec enim cōsequens est, vt quia sequentes ad eū venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo, iam perfecti, iamq; Apostolico fastigio sublimati sint. Nam tūc quidem cognoscere illum cœperunt: non autem iam tunc eundem relictis omnibus secuti sunt. Oportet ergo primùm vt sensum illum ab animo suo lector attentus amoueat, qui ferè omnium, Euangelicā scripturam audire incipientiū, animos cōfestim vltro præoccupat. Nā, quia post tentationē

Ezech. 1.

Marc. 6.

Luc. 9.

In Euangelio Apostolico fastigio sublimati quidem cognoscere illum cœperunt: non autem iam tunc eundem relictis omnibus secuti sunt.

Ordo eadem qua litera mouet, qui ferè omnium, Euangelicā scripturam audire incipientiū, animos cōfestim vltro præoccupat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suprà memoratam in cæteris Euangelistis, statim subiungitur prædicationis Christi narratio, sicut litera coniungitur (verbi gratia, cùm dicit Lucas: Et egressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & venit Nazareth, vbi erat nutritus) sic temporis quoque vel rerum continuatam fuisse successionē, negligēter opinantur. Quod profectò non ita esse, ex eiusdem Lucę vicina subiunctione manifestum est, Dicunt enim illi venienti Nazareth, vbi fuerat nutritus: Quanta audiuimus de te facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ante hunc ergo regressum eius in Galilæam, à quo cæteri Euangelistæ, præmissa tentatione, prædicationis eius narrationem incipiunt, manserat & signa fecerat in Capharnaum. At verò postquam Discipuli Ioannem loquentem audientes secuti sunt Iesum, imò post miraculum, quo in nuptijs aqua conuersa est in vinum, facta sunt illa signa in Capharnaũ. Hoc enim fuit initium signorum: quo facto descendit Iesus in Capharnaum. Sic enim hic Euangelista subiungit: Post hæc descendit Capharnaum ipse & Mater eius, & Discipuli eius. Igitur hoc rectè sentiendum est: quia ille regressus Iesu in Galilæam, à quo cæteri incipiunt, ille est, quem Ioannes longè inferiùs commemorat, dicens: Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit & baptizat, quàm Ioannes (quanquam Iesus non baptizaret, sed Discipuli eius) reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. Cùm autem tam multa miracula eius audire, imò & videre Petrus & Andreas potuerunt, priusquam de nauicula vocati, eundem Redemptorem sequerentur, omnibus relictis: dictum est tamen à priscis Doctoribus de his Principibus & Patribus nostræ Fidei, nulla hunc facere adhuc miracula viderant, nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant, & tamen ad vnum Domini præceptũ hoc, quod posiderè videbantur, obliti sunt. Quòd nequaquam superioribus dictis debet videri esse contrarium. Nam hoc dictum est, respectu eius narrationis, cuius secundum Matthæum talis textus est: velut quod ante vocationem ipsorum nulla doctrinæ eius, vel miraculorum mentio facta sit. Itaque nihil à cæteris hic Euangelista dissonans, post manifestationem Christi, quæ in Baptismo facta est, narrationem suam sic inchoat, imò prosequitur ea, quæ cœperat, Diuinitatis eius testimonia. Stabat Ioannes, & ex Discipulis eius duo. Quod stetisse Ioannem asserit, iuxta literam quidem situm hominis indicat stantis, & aliquid quod offici sui esset, instanter agentis vel dicentis: Iuxta altiorem verò sensum, magnam ac semper suspensam eius intentionem insinuat, qua videlicet ei, quem supradicto modo cognouerat, Domino nostro, non solùm exteriùs officio suæ præcursionis deseruiebat, sed & interiùs erecto mentis affectu iugiter astabat. Nam vbi illum baptizauit, & Spiritum sanctum super eum in specie columbæ descendentem vidit, statim idem Spiritus expulit eum in desertum, & erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctib. & tentabatur à Sathana. Quod hic Euangelista, vt cætera multa, omittit, videlicet hoc intendens (vt in initio dictum est), quatenus testimonia proferat de Diuinitate Filij Dei, atque ideò, quasi de magno aceruo eorum, quæ dicta vel facta sunt, tantummodò splē didiora colligens, quæ intentioni vel propositio suo magis idonea cognoscit. Nec verò dubium est, quin ad reditum Domini nostri idem Ioannes toto affectu tetenderit, vt iterum videret eum, quem videre, salus agnoscentis, gloria prædicantis, gaudium erat demonstrantis. Stabat ergo in altitudine cordis speculator vitæ & salutis, nuntius redēptionis & pacis, iudex gratiæ & veritatis. Stabat planè altior solis præcursore Lucefero, solem iustitiæ prospectans in nube latentem, id est, Christum expectans, in deserto tentationum obiectiones perferentem, veluam victo Tentatore, adhuc se in vmbra humilitatis suæ continentem. Incertum autem est, vtrùm antehac à deserto regressum illum Ioannes viderit. Stabant & duo ex Discipulis eius cum eo, qui videlicet magistrum suum statu mentis imitabantur, & erant primitiæ plebis illius, quã non sibi, sed Domino parabat ille Præcursor eius. [Et respiciens Iesum ambulantē, dicit: Ecce Agnus Dei.] Notanda diligenter narrationis series, in superficie quidem breuis & lucida, intrinsecus aũt (quod paruuli necdum attingere præualent) mysteriorũ pondere grauida. Quid enim est ambulans Iesus, nisi mutabilitatis nostræ particeps factus Dei Filius? Qui hominib. non ante cognitus, ex eo cognoscì atque diligi cœpit, ex quo ambulare cœpit, de cœlo veniens in vterũ Virginis, de vtero in præsepe, de præsepi ad crucē, de cruce in sepulchrum, de sepulchro rursus in cælum. Extũc ille notus esse cœpit & dilectus, sicut eidem in Canticis Canticorum dicitur: Oleum effusum nomen tuum, ideò adolescentulæ dilexerunt te. Quid enim oleum est effusum, nisi verbum de corde Patris eructatum: Si ergo nostræ anima iam adolescentulæ sunt, iamq; velut in adulta ætate Ioannis, semper cum discipulis eius firmo gradu stare didicerunt, per iudicium ipsius in hoc Euangelio loquentis, agnoscunt Iesum ex eo, quòd ambulat, & sequentes eum tandē perueniunt eò quò idem ipse per diuinitatē manens inhabitat. Quod pulchrè nobis innuitur ex profectu conuersionis eorundem discipulorũ eius. Ait enim secum stanstib. illis: Ecce Agnus Dei. Secundum naturam hominis, eum (vt superiùs dictum est) Agnum vocat.

Luc. 4. — Christus in deserto. Luc. 4.

Ibid. — Ioannes expectans postea Christi ex deserto stabat.

Ioan. 2. — Regressus Christi in Galilæam. Ioan. 4.

Matth. 4. — Oleum effusum nomen tuum. Cant. 1.

Ecce Agnus Dei.

Exo. 12. cat. Quia videlicet, sicut per immolationē Agni Pharao quondam superatus, & seruitus filiorum soluta est, quod per manũ Mosi & Aaroh, plagis immissis perfici nó potuerat, sic per passionem Christi princeps tenebrarum Diabolus victus, & redemptio generis humani facta est, quod per Legis anti-quæ præcepta, veteris que Sacerdotij sacrificia perfici non poterat. [Et audierunt eum duo Discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum.] Non soli auditu corporis audierunt, sed soli tunc* obaudierunt, & testimonium eius receperunt, Ille namque, vt testis fidelissimus, ea semper intentione de illo loquebatur, vt illum potiùs, quàm se, auditores sui sequerentur, sicque fieret ad gloriã Dei, quòd dixerat ipse, me oportet minui, illum autem crescere. Hanc ergo eius intentionē duo Discipuli audierunt, & testimonium eius (vt iam dictum est) receperunt, dum loquente illo, sequuti sunt Iesum. Quãdo autem quisque conuersus, Dominum Iesum ambulantem (vt prædictum est) mente & pij affectus mobilitate sequi incipit, meditãdo, scilicet, & memoriter humanitatis eius vestigia tenendo, non continuò cõuertitur, & faciem suam illi ostendit Iesus, id est, maiestatis suæ diuinam præsentiam, secundum quam nusquã ambulat, non statim in initio conuersionis sequentibus aperit, quæ per facicm intelligitur, sed eundum est, & ea quæ de illo ad tempus fuerunt, iamque præterita sunt, & finem habuérunt, scilicet, quæ in carne gessit, vel passus est, tenaci memoria tam diu ruminanda sunt, donec altissima eius diuinitas sese à sequentibus quæri sentiat, & huc vndè excesit, quasi post dorsum suum respiciens, occulta inspiratione faciem suam aliqua ex parte ostendat. Nunc enim cælo præsidens magis sentit perseuerantiam sequentium fidem, quàm olim inter homines ambulans sentiebat turbam comprimentem.

*obedierũt

Ioan. 3. — Sequi Christum.

Sequitur ergo: [Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Et dixerunt: Rabbi (quod dicitur interpretatum magister) vbi habitas?] Bene Iesus conuersus esse dicitur. Quia videlicet, antequã supradicto modo ambularet, à summo cælo egressus, totus erat auersus, id est, propter peccatum hominis vniuerso generi humano iratus. Vnde clamat ingemiscens Propheta: Peccauimus, & tu iratus es, & auertisti faciem tuam. Conuertitur autem, dum singulos eum in Fide quærentium respicere dignatur. De qua eius conuersione dicitur in Psalmo: Deus tu conuersus viuificabis nos. Item: Conuertere Domine, & cri pe animam meam. Conuertitur ergo Iesus, & videt eos, qui se sequuntur, dum eos, qui Incarnationis vel passionis eius fidem confitẽtur, dignãter intuetur. Sed sunt inter eos multi, qui sequi illũ vidẽtur, & nesciunt quid quærant, id est, credũt quidẽ, vt sibi videtur, in illum, sed nesciunt, cuius spiritus sint, vel quam intentionem habeant, quia confitentur, (inquit Apostolus) se nosse Deum, factis autem negant: & cum labijs Christum honorent, cor eorum ab ipso longè est. Possunt enim & Christum sequi fidei promissione, & aliud quàm Christum quærere, imò possunt & in vestimentis ouium incedere, & intrinsecus lupi rapaces esse. Sic Iudas cũ cæteris Apostolis Christum sequi potuit, & aliud quærere: vocari Apostolus, & Diabolus esse: prædicare vel baptizare, & fur dominicorum loculorum sceleratissimus esse. Sic & Simon Magus potuit baptizari, & in felle amaritudinis esse: potuit Fidem Christi confiteri, & tamen nullã in sermone hoc partem aut sortem habere. Sic penè quotidie tanti cum electis reprobi Ecclesias intrant, vt prę multitudine illorum, valde parua videatur quantitas Electorum, quomodo in magno aceruo nisi propius accedas, vix grana parent præ multitudine palearum.

Tit. 1. Esai. 29. Matth. 7. Ioan. 6. Ioan 12. Act. 12.

Quia ergo non vno cuncti animo Christum sequuntur, rectè nunc ipse his, qui illũ primi sequebantur, dicit: Quid quæritis? Quod dictum quoties audimus, nos ipsi ad cor nostrum respicere debemus, nostramq; singuli interrogare cõscientiam, vt sciamus qua Christũ intentione sequamur. Quod enim duobus illis dicit, omnibus dicit: Quòd si verè Christum quærimus, & vbi ipse est, illic & nos esse volumus, tunc desideriũ nostrum, & præparatio cordis nostri hoc in actibus eius loquitur: Rabbi (q; dicitur interpretatũ magister) vbi habitas? Benè enim dicimus, magistrũ illũ vocantes: quia de disciplina eius sumus, dũ reuera Deũ quærimus. Dicimusq; illi, vbi habitas? dũ supernã cogitamus patriã, vbi sedet ad Patris dextrã, clarificatus claritate quã habuit, priusquã mundus esset, apud Patrẽ: qui incola & peregrinus in hoc seculo cũ esset, nõ habebat vbi caput suũ reclinaret. Hęc recordat' sum (inqt Psalmista) & effudi in me animã meã: quoniam transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad domũ Dei. Hoc & nos recordari debemus, quicunq; confessione fidei Christũ sequimur, ne per intentioné vanã remaneamus cum illis, de quibus ipse: Amen dico vobis, inquit, receperunt mercedem suã. Quibus item Psalmista refugiens assimilari, vnam petij, inquit, à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Hoc autem iugiter pertentibus & hoc modo dicentibus, vbi habitas, fiet aliquando quod sequitur. [Dicit eis Iesus: Venite & videte. Jac deinde subiungitur: [Venerunt & viderunt vbi maneret.] Tunc enim dicit Iesus: Venite & videte, quando mentem per adiuuantem gratiam bene meritam, in contemplationę subleuat,

Quid quæritis.

Luc. 8. — Quo conuertitur Deus ad nos. Esaiæ. 64. Psal. 84. Psal. 6.

Ioan. 17. Matth. 8. Psal. 41. Mat. 6. Esai. 26.

& cę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cæleſtibus gaudijs ad horam admittit, vt dulcedinem illam guſtare præualeat, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit. Ita veniunt & vident vbi Ieſus maneat, eisque videntibus Creatoris habitationem, angusta eſt omnis creatura. Quorum vnus, vt ipſe ait, raptus eſt vſq; ad tertium cælum, raptus eſt vſque in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et multi quidem Sanctorum diuerſa gratia gloriam regni in quo Ieſus habitat, præguſtantes viderunt. Hic autem tanta gratia vocatus eſt ad videndum, vt neſciret, vtrùm extra corpus ſit omninò eductus, an in corpore manens, ſolummodo per extaſim fuerit ſubleuatus ſpiritus eius (ſicut ipſe ait) ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit. Sanè hoc iuxta literam prætercundum non eſt, quod ſequitur:

Eſai. 64. 1. Cor. 2. 2. Cor. 12.

Manſerũt apud eum die illo.

[Et apud eum manſerunt die illo.] Oportuna quippe determinatione vſus, dicendo, die illo. Non enim tunc relictis omnibus illum ſecuti ſunt, neque extunc ſemper cum illo manſerunt, ſed tantum die illo apud eũ manſerunt, & verba gratiæ, quæ procedebant de ore eius, familiariter audire cœperunt. Ieſus enim, nondum tradito Ioanne, (vt ſuperiùs dictum eſt) neque publicè prædicabat, neque derelinquendo patre aut matre, vel cæteris neceſſarijs abnegandis, cuiquam legitur noua dediſſe præcepta. Sed iã ſpiritualiter cœpta proſequamur. Et Paulus quidem excellenti magnitudine reuelationis audiuit (vt iam dictum eſt) arcana verba, quæ non licet homini loqui. Cæterorũ autem ſinguli, in ſua ſubleuantur menſura, ſcilicet, vt alius ſapientiæ vel ſcientiæ, ſermonem accipiat: alius * generationis linguarũ, alius gratiam ſanitatũ, & his ſimilia. Quòd cùm aſſecutus quis fuerit, iam idoneus factus eſt, qui & alios inuitet, & prædicando Chriſti faciat ſectatores. Quod & in his, de quibus preſens Euangelium refert, pulchrè præſignatum eſt. Sequitur enim: [Hora aũt erat quaſi decima. Andreas autem, frater Simonis Petri, erat vnus ex duobus, qui audierant ab Ioanne, & ſequuti fuerant eum. Inuenit hic primò Simonem fratrem ſuum, & dicit ei: Inuenimus Meſsiam, quod eſt interpretatum, Chriſtus. Et adduxit eum ad Ieſum.]

**genera.*

Qui primus audierat, & Ieſum ſecutus fuerat, fratrem ſuum poſtmodum inuenit, & adduxit, iam tũc implens ſcripturam, quæ per hunc ipſum Ioannem dictura erat:

Apoc. 22.

Qui audit, dicat veni. Sed cur interpoſitum eſt, hora erat quaſi decima, vbi Ieſus noſtræ vocationis carpebat primitias? Videlicet, quia vocatorum ſalutem non aliquòd ipſorum præcedens meritum, ſed ſola vocantis operatur gratia: Et in omnibus omninò ætas non diſcernit, nec præiudicat, congrua ſignificatione dictum eſt, hora quaſi decima.

Matth. 20.

Ipſe eſt enim ille Paterfamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam, & circa tertiam & ſextam, nonam ac decimam horam exijt, & fecit ſimiliter, tandemque dixit: Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Hora decima vel vndecima proculdubio prope eſt iam veſpera, quæ humanæ vitæ occaſum ſignificat.

Magnus quidẽ Andreas, ſed maior Petrus.

Coſtat verò, quia magnus quidem Andreas, qui venit ad Ieſum hora decima, maximus verò in ordine Apoſtolorum Simon frater eius, qui adducitur tardiùs, iam propinquiore veſpera. Eadem namque die veniunt ad Ieſum, primò Andreas cum altero deinde frater eius Simon, in craſtinum verò Philippus & Nathanaël, & abſque myſtica horarum interpoſitione, die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ. Igitur quod poſtea loquens in Parabolis, ſignificaturus erat verbis, iam in ſuis ſignificat: dum illos, quos magnos eſſe volebat Apoſtolos, per occultam inſpirationem trahẽs, vltima diei parte, id eſt, hora decima, vocare incipit. Eſt & illud, propter quod magis placeat, hunc Agnum Dei demonſtratum, vel agnitum eſſe hora decima. Agnus quippe, per cuius immolationem cæſa ſunt Aegypti primogenita, & filiorum Iſrael ſoluta eſt captiuitas, qui huius agni typum præferebat, iuſſus eſt in domos filiorũ Iſrael tolli luna decima, immolandus poſt quartam decimam lunam ſequente veſpera, quando luna eſt pleniſſima. Decima (vt dixi) luna aſſumi iuſſus erat agnus, decima quoque plaga attrita fuerat Aegyptus, decem nihilominus ad verberãdùm ſpiritualem Pharaonem, poſtmodum data ſunt legis præcepta. Cùm ergo audimus hunc Agnum Dei, digito Ioannis eſſe hora decima demonſtratum, hæc omnia nobis vtiliter ad memoriam redeunt, quia videlicet hora decima his, qui intelligere poſſunt, myſticam innuit eſſe conſonantiam ſcripturarum.

Exod. 12.

Exod. 20.

Nunc enim reuera verus Agnus ille tollitur in domos filiorum Iſrael, quando dicente Ioanne: Ecce Agnus Dei, incipiunt illum ſequi Iſraëlitæ veri, quorum vita ſic erat, veluti luna decima, ſcilicet, nondum plena & rotunda, quia videlicet Lex, ſub cuius decem præceptis ſeruierant, nihil ad perfectum adduxerat. Et Ioannes quidem veluti alter Moyſes, diſcipulos habens, & decem præcepta Legis optimè cuſtodiẽs, quaſi decem plagis Pharaoni, id eſt, Diabolo repugnabat. Sed illo nondum victo, digito demonſtrans, dicebat: Ecce Agnus Dei, ſubaudis cuius ſanguine cùm fuerint noſtrarum poſtes frontium ſignati, liberandi ſumus in manu forti, & ſubmergendus eſt princeps tenebrarũ in aquis Baptiſmi, quo nos ille mixto ſanguine ſuo baptizabit. Hoc igitur pertinuit ad Euangeliſtam, vt deſignationem huius agni referens decimã, quę tũc erat,

Heb. 7.

erat, non taceret horam. Sed iam inſequentia videamus.

Andreas qui (vt prædictum eſt) vnus erat ex duobus, qui audierunt à Ioanne, & ſequuti ſunt Ieſum, inuenit Simonem fratrẽ ſuum. Ecce nos aſpicientes à longè, per hoc verbum quod dictum eſt, inuenit, quaſi per ſubuolantẽ ſcintillam agnoſcimus, magnam in illis fuiſſe flammam ſancti deſiderij. Et re vera in illis quos gratia prẽueniens ad tantam prædeſtinauerat gloriam, magnũ & omnis moræ impatiens erat deſiderium videndi Saluatorem, cùm veniſſe illum audirent à magiſtro ſuo Ioanne, teſtimonium perhibente, quia vidit Spiritum deſcendentem ſicut columbam, & manentem in ipſo. Cùm ergo ambulantem (vt ſuprà dictu eſt) Ioannes iterum oſtenderet eum, cumque ſe quutus Andreas vidiſſet vbi maneret, proculdubio feſtinauit, cucurrit, quæſiuit fratrem ſuum, vt qui erat ſocius deſiderij, particeps fieret & gaudij. Quærens itaque inuenit fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Meſsiam, quod dicitur interpretatũ, Chriſtus. Inuenimus, inquit, non clamantẽ, neque contendentem, quia nec audita eſt foris in plateis vox eius, ſed adhibita lucerna, ſcilicet teſtimonio Ioannis, qui eſt lucerna ardẽs & lucens, in humilitatis & ſilentij latibulo ſe continentẽ, inuenimus Meſsiam. Ille enim Agnus abſque macula, totusq; candidus inter nigros latebat hœdos nocte iſta, in qua peccatorum oculi caligant. Sed lucernа Ioannes tenebras noſtras diſpulit, eumq; nobis oſtendens: Ecce, inquit, Agnus Dei. Quod dicitur interpretatum Chriſtus. Hoc Andreas non dixit, ſed Euangeliſta, verbũ Hebraicum volens aperire Græcis & Latinis, de ſuo appoſuit. Meſsias namque, Hebraicè: Græcè, Chriſtus: Latinè dicitur, Vnctus. [Intuitus autem eum Ieſus, dixit: Tu es Simon filius Ioanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus,] Magnum & ineffabile gaudiũ B. Petro præſignat, hoc primum intuentis & alloquentis eum Dominj prædicamentum. Si enim cunctis Apoſtolis & omnibus Sanctis gaudendum eſt in hoc ſeculo, quòd eorũ nomina ſcripta ſunt in cælo, quantò magis huic Beatiſsimo lætandum eſt, qui (vt ita dicam) in capite libri nomen ſuum inuenit ſcriptum? Non enim aliquem adhuc Dominus proprio vocauerat nomine, nec poſtea quenquam tam familiari deſcripſit inſpectione, nec tam amica expreſsit intentione. Cauſam autem huius nominis, ex alio ſecundum Matthæum cognoſcimus Euangelij loco. Nam cũ dixiſſet Petrus: Tu es Chriſtus Filius Dei viui, Reſpondens Ieſus dixit: Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cælis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Tan-

Vſai. 42. Mat. 12. Ioan. 5.

Meſsiæ.

Petrus præ alijs à Chriſto honoratus.

Luc. 10.

Matth. 16.

quam ſi quæreres: cur Petrum illum nominaret, rationem, in humilitate ſua pro tempore latentem, ſubdidit: & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã. Claret ergo, quia Chriſtus ſuper ſeipſum (videlicet firmam petram) ſuam ædificaturus Eccleſiam, vbi vidit, imò intuitus eſt (vt ait Euangeliſta) id eſt, diligenter reſpexit illum, quem primum poſt ſe volebat eiuſdem eſſe Fundamentum Eccleſiæ. Hac de cauſa Petrum à ſeipſo Petra prima denominauit, vtpote in quo poſt ſeipſum tota cõſtituta erat fabrica ſpiritualis ædificij. Sed & ex fine præſentis capituli maximè idem poteſt intelligi. Sic enim finitur: Amen dico vobis, videbitis cœlos apertos, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra Filium hominis. Quod dum dicit, proculdubio mittit nos ad hiſtoriam, vbi Iacob lapide ſuppoſito capiti ſuo, vidit in ſomnis, ſcalam cœlos tangentem, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes per eam. Surgensque manè, tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper. Ille namq; lapis perfuſus oleo, ipſum ſignificat vnctũ Spiritu ſancto. Vnde & ſingulariter dicitur Chriſtus: quia præ conſortibus ſuis eſt vnctus. Sed de hoc plenius paulò poſt dicendum eſt. Igitur Simon (quod interpretatur obediens) quia primus Petræ illi erat ſuperponendus, ſuper quam Eccleſia ædificatur, pulchrè mutato nomine, Petrus ab ipſa Petra denominatur: per quod ſignificatum eſt, quia cunctis, qui ſuper illud ſundamentum (quod eſt CHRISTVS) ædificantur, iuxta Prophetam vocandum ſit nomen nouum, quod os domini nominauit. In quo nec illud vacat, quod tali loco vel tempore dicitur filius Ioanna. Quia videlicet, ſicut nomen illi commutatur, ſic à carnali patre vel generatione ad ſpiritualem transfertur: Vt deinceps ſit pater eius ille ſponſus, qui de latere ſuo ſponſam ſibi erat ædificaturus, in qua, ſicut primus lapis, ſic & primus merebatur eſſe filius.

Chriſtus petra, & lapis ſub capite Iacob. *Gen. 28.*

Pſal. 44.

Eſai. 62.

Epheſ. 5.

[In craſtinum voluit exire in Galilæam & inuenit Philippum.] Ne caſu accidiſſe putes quòd Philippum inuenit, voluntatem eius Euangeliſta præmiſit. Nihil enim per caſum diuinæ prouidẽtiæ occurrit, nihil temerarium, nihil fortuitum, cuncta videntibus oculis eius ſe ingerunt. Benè ergo dicturus: inuenit Philippum, præmiſit: voluit exire. Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet: volens inuenire Philippum, immò volens de aqua facere vinum, ibique facere ſignorum initium, vbi poſtmodùm (iuxta Matthæum) primò prædicaturus erat, & dicturus: Appropinquabit Regnum cœlorum, volens omninò Prophetiam implere, dicentẽ: Primò tempore * reuelata eſt terra Zabulon, & terra Nepthalim: vita maris trans

Matth. 4. Eſai. 9.

**alleuiata.*

Iordanem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo inuenit Iesus Philippum, sicut pastor ouẽ perditam. Lucæ 15.

lordanem Galilææ Gentium: exiuit in Galilæam, & inuenit Philippum. Inuenit, vtpote quem quæsiuit, Ipsum enim cum omnib. Sanctis præsciuit & prędestinauit. Atque idcirco exiuit, vt vocaret tunc, quem ante secula præsciuit & prædestinauit. Inuenit autem, non eo modo, quo nos inuenisse dicimur, cùm quidlibet videmus, quod antea non videntes quærebamus. Sed quomodo dicit pastor bonus: inueni ouem meam, quæ perierat: quomodo dicit mulier: congratulamini mihi, quia inueni dragmam meam, quam perdideram: quomodo itidem inuenit singulos nostrum, quando ad Fidem suã nos colligit, qui fueramus perditi eodẽ modo nunc eodemque pondere dictum est: Inuenit Philippum. [Dixit ei sequere me: & surgens secutus est eum.] Et hoc ipsum præscierat, quia mox vt diceret ei: sequere me, surgeret, & sequendo obediret. Iam enim gratia sua nescientem præuenerat, & antequam vocem ad aures dirigeret, manum suam ad trahendum illum in cor eius miserat.

Ioan. 6.

[Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.] Hoc opus diuinã maximè commendat gratiam, quòd de ciuitate peccatrice, tres isti vocati sunt, magni Patres iustorum atque credentium. Bethsaida namque peccatrix erat ciuitas, in tantum, vt

Matth. 11.

& illi Dominus (sicut Matthæus refert) exprobret, ac dicat: Væ tibi Corozaim, Væ tibi Bethsaida. Quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, profectò in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Cùm ergo de ciuitate illa, cui propter incredulitatem & impœnitentiam væ pronunciat veritatis iudicium, tanti Patres vocari ad gaudium, & ad pacem vniuerso mundo Euangelizandum, eligi meruerunt, Cuius opus? cuius est hoc donum, nisi gratiæ Dei? Quæ suos præueniens & subsequens Electos, indebitum illis præstat beneficium. Sequitur:

[Inuenit Philippus Nathanaël.] Quærẽs vtique Philippus Nathanaël, inuenit, vt eũ participem præsentis faceret gaudij: & iuxta nomen suum (Philippus enim interpretatur os lampadis) proximum suum illustraret, festinat lumine boni nuncij. [Et dicit ei: Quem scripsit Moyses in Lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filum Ioseph à Nazareth Galilęæ.] Ordo verborum est: Iesum filiu Ioseph à Nazareth Galilææ, inuenimus ipsum esse, quem scripsit Moyses in Lege &

** Prophetæ.*

* Prophetis. Hoc inuenimus, ita esse didicimus, talem tantumq; hominem, de tam humili loco, scilicet à Nazareth Galilææ, Lucerna probabilium testimonium prodente, exortum agnouimus. Oportuna descriptio

Quo Ioseph dicitur pater Iesu. Luca 3.

ne vsus est. Quia videlicet multi, vocabulo Iesu nuncupabantur, idcirco cum proprio nomine, ipsius ciuitatis quoque nomẽ posuit, & patris eius, qui erat Ioseph, vt putabatur. In quo & veram tenuit legem historiæ, quæ est: Opinionem vulgi pro tempore & loco non omittere. Et mendacij notam non incurrit, patrem illum nominando, qui non erat pater eius carnalis. Si enim hi, qui alienos sibi adoptant filios, non incongruè dicũ tur Patres eorum, quos paterno sibi affectu adoptauerunt, quantò magis hic, vnicus & singularis Domini nutritius, pater eius non inconuenienter dicitur? Natus enim pupillus in hoc seculo, id est, absque carnali patre Dominus, illo beato viro pro patre in omnibus vsus est, & in illa Generationis Scala, quæ per Matthæum texitur, eidem Sancto Ioseph, omnis humanæ opis indiga Humanitatis eius natura tanquam gradui supremę innixa est. Hoc ergo audito. [Respondit Nathanaël, & dixit: A Nazareth potest aliquid boni esse?] Nathanaël, quia Legisperitus erat (Vnde & Philippus ei nuntiando prædixerat, quem scripsit Moyses in Lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum) sciens, quia de Bethleem ciuitate Dauid secundum scripturas, & de semine Dauid, nascitur* esset Christus, dubitat vel quærit, vtrùm à Nazareth possit aliquid boni esse eiusmodi. Nesciebat enim, neque sibi fuerat indicatum, vel, si quando sciuit, ab eius memoria poterat esse obliteratum, quòd in diebus professionis ascendisset Ioseph à Galilæa in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, (eò quod esset de domo & familia Dauid) vt profiteretur, cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Et fortè hoc sciebat, quòd Ioseph vel ipsa quoque Maria, quæ in Nazareth habitabat, de Bethlehemitico genere, & semine Dauid esset. Et idcirco quomodolibet distinguatur, quod ait: A Nazareth potest aliquid boni esse: siue interrogando, siue affirmando, à vero sensu non discrepat. [Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita in quo dolus non est.] Et hic planè Saluator apertis gratiæ suæ vidit oculis: illis nimirum oculis, quibus nos omnes, antequam essemus, vidit & prædestinauit. Nec poterat ignorare, quali mente veniret ad se, scilicet, qđ in simplicitate cordis quæreret Deum, iuxta quod scriptum est: Quæ sunt in corde hominum oculi tui vident, & in libro tuo omnes scribentur: Homo videt in facie, Deus autem in corde. Quam ergo sententiam de illo sine errore scripserat in Libro suo, statim protulit, dicens: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Dignum vtique spectaculo illũ esse significat dicendo: Ecce, Facitque oportunam Israelitarum distinctionem, addendo; verè, &, in quo dolus non est. Non enim omnes, qui secũdum carnem ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ: sed hi tantùm, in quibus dolus non est, qui recto corde sunt, & Deum videre intiunt, reputantur Israelitæ. At ille vultu alacer, & mente alacrior, vt verè Israelita filius illius, qui

Matth.

Michæ. 5.

Gen. 4.

Gen. 3.

Luc. 2.

Psal. 138.

1. Reg. 16.

1. Cor. 1.

Ecce vere Israelita. Rom. 9. Gen. 32.

qui cum Deo luctatus est. [Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti?] Qua percontatione hoc ipsum indicat, quod iuxta veritatis testimonium verus sit Israelita. Falli nanque Israelitæ nimium delectantur laudibus suis, scilicet non attendentes, vtrùm laus ipsorũ ex hominibus, an ex Deo sit. Hic autem audiens verum Israelitam se appellari (quod magnæ est laudis, magnique pretij) Vnde, inquit, me nosti? Subaudis, quem hactenus secundum hominem non vidisti? [Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te.] Hoc est, quod quærebat, scilicet Deum ac Dei filiũ, qui secundum Diuinitatem vbiq; præsens, etiam illos videt, quibus corporaliter præsens non est. Attamen comparatione maiorum, paruum hoc est, quòd illum sub ficu se vidisse testatus est. Vidit enim non solùm illum, sed & omnes electos suos, cùm essent sub ficu: vidit misericordiæ suæ oculis, id est, cùm primus Parens illorum, factus mandati transgressor, consutis sici foliis, pudenda contegeret. Iam tunc vidit eos, & miseratus est: iam disponebat misericorditer, quo illos ordine à prævaricationis reatu liberaret. Verus ergo Israelita Nathanael, in quo dolus non erat. Quia non, more Pharisæorum, veritatem sciens impugnabat, sed cognitam simplici corde diligebat, citò ac breuiter satisfactum sibi Christum quærenti, protinus indicat. Nam sequitur: [Respondit Nathanael, & dixit: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israel.] Loco prælenti subsistit, & tenetur animus amator fidei, circunspiciens, & scire ardens, quò post tam sonoram Confessionem filij Dei dilectus iste Nathanael deuenerit. Nusquam enim comparet, neque in hoc Euangelista, neque in aliquo cæterorum, nisi quòd post Dominicam resurrectionem, hic idem Ioannes Euangelista, eiusdem hoc modo fecit mentionem: Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & duo filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius dño. Et quis non optaret, vt lucerna tantæ claritatis nequaquam sub medio lateret, sed supra cãmo Ecclesiæ sunt, luceret? Quis, rogo, non cupiret, vt tantus Confessor filij Dei computaretur inter magnos Apostolos Christi? Quid enim amplius Petrus confessus est, qui non solùm Apostolatum, sed & præcæteris claues meruit Regni cælorum? Quærenti hoc fortè dicat aliquis: Petrus, piscator erat: Nathanael, Legisperitus erat. Propositum autem Deo fuerat, vt per infirma & contemptibilia mundi, fortia confringeret, & per ea, quæ stulta fuerant, confunderet sapientes. Igitur in proposito perstitens, piscatoris Petri fidẽ & confessionẽ non solũ Apostolatu, sed & cælorũ clauib. remunerauit. Nathanaelis aũt confessionem, nec Apostolico remuneratam ordine, quia Legispe ritus erat, inferiùs dereliquit: Cũ hoc dixerit quis, non sic omninò satisfaciet studioso lectori. Quia videlicet spiritus scientiæ (qui vnus est de septem spiritibus Dei) cũ sit honorabile donum Dei, nullo modo fidei veritatem vel meritum diminuit. Imò docta sanctitas, sanctã rusticitatẽ præcellit: testãte Angelo, qui ad Danielẽ dicit: Quia docti fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ad summam maximè & illud repugnat, quòd Saulum magnę scientiæ Sacrarium, & (vt ipse fatetur) adpedes Gamalielis eruditum, Dominus ab Apostolica gratia nõ repulit, sed q operatus Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & huic inter Gentes. Et creditum est mihi, inquit, Euangelium præputij, sicut & Petro circuncisiõis. Quærimus igitur, vbi nam iste Deo amabilis Nathanael delituerit, quia (sicut iam dictum est) præter hunc & alium, suprà memoratum locum, in cunctis Euangelistarum diuersorijs nusquam vlla vestigia parent huius nominis. Rursus autem aspicientes ad duodecim sedes, & sedentes in illis, videmus Bartholomæum, Philippo (per quem Nathanael iste vocatus est) vbique cohærentem: quem ignoramus, quando vocatus sit, sicut nescimus Nathanael, postquam vocatus est, quò deuenerit. Et sicut hic Euangelista Ioannes, qui de Nathanael scripsit, sparsim cunctos nominans Apostolos, de Bartholomæi nomine omninò tacuit, sic econtra cæteri Euangelistæ, qui vbique Bartholomæum Philippo coniungunt, de nomine Nathanael omninò tacuerunt. Constat verò, quia Bartholomęus non Hebraicum, sed Syrum nomen est, q̃ Latinè dicitur, filius suspendentis aquas: Nathanael autem Hebraicum, & interpretatur, donum Dei. Fortassis ergo hic ipse Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, Bartholomæus est, quod interpretatur, filius suspendentis aquas: Quia tertia die, cùm nuptiæ fierent illo vico suo Cana Galilææ, fortè per occasionẽ eius Dominus inuitatus ad nuptias, aquas in vinum conuertens, in admirationem omnium, illas suspenderat. Sed audiamus quid huic confessori suo filius Dei, Rex Israel, vnus idemque homo, respondeat. [Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis.] Hoc planè de seipso spe rare potest quisque fidelis. Cùm enim parua, quæ sentit de verbo Dei, fideliter & intentione bona depromit, dignum se exhibet, cui reuelet maiora pater qui est in cælis, quæ reuelare non potest Caro & Sanguis. Vnde scriptum est in Psalmo. Os meũ aperui, & attraxi spiritũ. Os nanq; suũ aperiens, scilicet confitendo ad salutẽ, q̃ corde credit ad iustitiam, Spiritum S. attrahit, qui in amplio-

Propter doctrinæ studium scientiæ lectori. Esa. 11.

pellitur à regno Dei. Dani. 12. Actor. 22. Gala. 2.

Matth. 16. Psal. 118. Rom. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pliori cognitione veritatis, bonum eius impleat desiderium. [Et dixit illis: Amen dico vobis, videbitis cælũ apertum, & Angelos Dei descendentes & ascendentes super filiũ hominis.] Hoc illis dicto, illud *quo nescie bãt, videndũ repromittit, scilicet per passionem suam cælum esse aperiendum, futuram que Angelorum & hominum concordiam, qui priùs inter se discordes fuerant, clauso hominibus cælo & subtexto pariete inimicitiarum, propter originale peccatum. Non enim fuerat hactenus ille Angelorum & hominũ cõsensus, vt venientes Sancti Angeli, exeuntes de corporibus animas beatorum hominum, per patentes portas cæli inferrẽt (vt nunc faciunt) venerantes & adorantes in Rege ac Deo suo naturam hominum, qui sine vehiculo Angelorum potenter ascendit in cælum, ponens nubem ascensum suũ, & ambulans super pennas ventorum. Hoc planè videndum veris promittit Israelitis, vt quod in figura præuidit carnalis Pater eorum Israel, hoc in semetipso reuera complendum esse pronunciet. Iacob nanque egressus de Bersabee, & pergens Aran, cùm venisset ad quendam locũ, & vellet in eo re quiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebãt, & suppposuit capiti suo, dormiuitq; in eodem loco: viditque scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum, Angelos quoque Dei ascendẽtes per eam. Iacob ille, (qui postea dictus est Israel) veros significat Israelitas, qualis iste erat Nathanael, de quo paulò ante dixerat Dominus: Ecce verus Israelita, in quo dol⁹ non est. Lapis autem ille, quem capiti suo supposuit, vt dormiret, hic eundem Christum significat, Lapidem angularem, quem falli Israelitæ reprobauerunt, ædificantes. Hunc enim quicunque supponit capiti, id est, cordi suo, dormit securus: quia mundi diuitias contempsit, & ideò passionibus mũdi non perturbatur, nihil habens in seculo cur gaudeat, cur timeat, cur speret, cur doleat. Secura nanque mens est, vbi propter Christum hæc desunt, dicitque is, qui Lapidi Christo sic superposuit caput, id est, cor suũ, vt his passionib. careat: Ego dormiui, & cor meum vigilat. Fecerunt hoc illi maximè, qui tunc audientes vocem eius, dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: relinquentes omnia veniebant ad eum, & discere ab ipso, quia mitis est, & humilis corde, vt in humilitate cordis eius, tanquam super solidum lapidem dormientes, & animabus suis requiem inuenientes, mysteria Regni Dei scirent: quę scire nõ possunt superbi, inter quos semper iurgia sunt, qui ad lites & contentiones vigilãt. Hi viderũt cælum apertum cluibus illis, quas præcipuo Vicario suo Petro Dns tradidit: viderunt extinctũ flammeum gladiũ, qui positus fuerat ad introitum paradisi: & expergefacti repentino sono aduenientis super eos Spiritus Sancti, pauentes & exclamantes annunciauerunt nobis.

Per Christum inter angelos & homines cõ cordia. *Ephe. 2.* **quod* *Psal. 103.* *Gen. 28.* *Psal. 117.* *Actor. 4.* *Cant. 5.* *Matth. 11.* *Matth. 16.* *Gen 3.* *Actor. 2.*

Qui & illum tollentes lapidem, super quẽ requieuerant, erexerunt in titulum, vt omnes videremus, & crederemus in illum: & spirituali ędificio constructis super eundem Lapidem sanctæ Ecclesiæ parietibus, quàm terribilis est, inquiunt, locus iste, scilicet por tis Inferi, quæ non pręualent aduersus eum. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli: videlicet, per quam ascendunt & descendunt Angeli supra filium hominis, ascẽdentes ad Diuinitatis eius contemplationẽ: descendentes autẽ, ad humanitatis vel passionis ipsius venerationem. Per hanc enim solam & vnicam portam descendunt Angeli ad ipsum filium hominis, Deum & Regem suum, habitãtem per Fidẽ in cordibus nostris: & ascendunt per illos scalę gradus, quos moraliter intelligimus diuersos virtutum esse profectus: quibus duo latera, scilicet corpus nostrũ & anima, insignita sunt, cælumque recta via contingunt: quò sanctis Angelis suffragantibus, qui nobis per mortem Christi amici facti sunt, deportemur. Sequitur: [Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat Mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & Discipuli eius ad nuptias.] Gloriã Filij Dei, præcedit semper humilitas vnius eiusdẽ filij hominis. Quod agnosci promptum est ferè in omnibus, quæ fecit vel pertulit in terris, nostræ salutis volũtarię intẽtus operationi. Natus de fœmina, virgineis lactatur vberib. pannis inuolutus, ab Angelis gloria in excelsis Deo, canentibus collaudatur: & in præsepis angustia positus, in latitudine cęli stella fulgẽti declaratur: ad tẽplum, tanq̃ peccator deportatus, à Simeone lumen verũ prędicatur: & inter peccatores ad ferui sui baptismũ veniẽs, voce patris & Spiritu S. visibili specie super illũ apparente, Sanctus sanctorũ manifestatur: fraudes pfert tentatoris, & mox accedẽ tes Angeli ministrãt ei. Sic & nũc, cum hominibus carnalib. ad nuptias inuitatus, venire nõ dedignatur, & mox aquã in vinũ conuertens, Deus verus, elementorum Dns, & naturæ Imperator cõprobatur. *Sic enim gloriæ est, miraculũ hoc fecisse, & elementum supra naturę suæ Leges sola volũtate eleuasse, q̃ vtiq; ad diuinã eius maiestatem credendam, solũ posset sufficere: Sic magnæ & prædicandæ humilitatis insigne est, eum, qui absque viro cõceptus est, & salua Matris integritate natus est, ad nuptias venisse quibus virginitas amittitur, & in inferiori gradu cõiugatorũ tribulatio carnis acquiritur. Inferioris quippe gradus est, quãlibet honorabile coniugium & thorus quantũuis immaculatus: altioris autẽ honoris & gratiæ sacra virginitas, quã pia commendat humilitatis venustas. Non ita contra quosdam Hæreticos, qui nu-

Lapis inuitatum ad. *1. Pet. 2.* *Gen. 28.* *Matth. 16.* *Luca 2.* *Matth. 3.* *Luca 3.* *Matth. 4.* *Luca 4.* **Sicut* *CAP. II.* *1. Cor. 7.* *Hebr. 13.*

Virginitas præferenda coniugio. *Benedictio cõiugij.* *Gene. 1.* *Homo similis factus iumento.* *Gen. 3.* *Psal. 48.* *Rom. 7.* *Gen. 3.* *Galat. 5.* *1. Cor. 7.* *Gen. 1.* *Rom. 5.* *2. Cor. 7.* *Gen. 3.* *1. Cor. 7.*

qui nuptijs detraxerunt, coniugia defendimus, vt alijs consentientes, virginitati nuptias coæquemus, aut etiam impudenti temeritate præferamus. Quis enim nesciat, bonum quidem & à Deo constitutum esse Coniugium, sed ipsam vitiatam esse coniugum naturam. Nam, cùm homini primo Deus vxorem fecisset, in adiutorium scilicet propagandæ sobolis, benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam. Eratque in benedictione sic data generationis facultas, vt absque omni iniuria carnis superbientis, & aduersantis spiritui: absque omni pruritu libidinis, soli nascerentur electi, & ad decimi ordinis restaurationem prædestinati. At vbi veneno Serpentis antiqui homo intumuit, deiectus est ab illa potestate suę carnis: & qui in honore positus fuerat, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Statim enim Coniuges honesti, qui fuerant rationales conditi, cœperunt rationabiliter commoueri, cœpitque caro commouere spiritum, vt suis nutibus seruiret, cuius erat conditio talis, vt ipsa spiritus imperio, sicut decebat, obtemperaret. Vnde semetipsos erubescentes, folijs sici consutis pudenda contexerunt. Pugnat ex tunc caro cum spiritu, in quamlibet sanctis aut iustis coniugibus: & quantumuis sanctè reliquo tempore viuant, carnemque spiritui subijciant dum sibi copulantur, superior caro, inferior spiritus est, totaque mentis acri, orationi vacare non possit. Vnde Paulus cùm dixisset: (secundum indulgentiãm, non secundum imperium) Nolite fraudare inuicem, statim subdidit: nisi fortè ex consensu, ad tempus, vt vacetis orationi. Vitiata ergo (vt prædictum est) coniugum natura, permanet quidem, quæ ante peccatum data est Benedictio, dicentis: Crescite & multiplicamini, & replete terram: sed bonum hoc imminuit vitium, quod per peccatum accessit: Et (quod valdè dolendum est) illa tribulatio carnis, non deficit in complexibus Coniugij, quæ à Deo iustè imposita est mulieri, quando dixit ei: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Multiplices nanque conceptus de terra carnis, tanquam spinarum & tribulorum densitates, excrescunt super numerum. Et tanti nascũtur reprobi, vt ad comparationem illorum pauci sint electi. At verò Virginitas solicita est, quomodo placeat Deo, & cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta, & corpore, & spiritu. Quia nõ intercurrit caro media inter Deũ & spiritũ eius: sed superior carne spiritus, carnem inferiorem regit, à superiore Deo regitur. Nõ quidẽ condemnat Apost. in coniugatis licentiæ vsum: sed cõsidẽter licentię prefert illud q̃ vtilius probat, de virginibus consilium. Igitur humilitatis est dignatio, q̃ homo cę lestis, de virgine natus, terrenis & carnalibus nuptijs interesse nõ renuit inuitatus. Quod aũt de aqua vinũ fecit, consequẽs est, post humilitatem gloria semper noua, semper eadẽ admiratione prædicanda. Nam licet in vitibus omni anno Deus idem eadem potentia, terræ gremio susceptam, in vinum trãsire faciat aquã, & noster sensus hanc illius cõprehendere non possit efficaciam, maximè tamen ad hoc miraculũ cuncti laudatores, nostrã intendimus mentem, diuinę laudis auidam. Illo nanque naturali vsu monstratur id q̃ omnibus notum est, Deum esse omnipotentem: hoc aũt nouo miraculo probatur id, quod solis fidelibus creditum est, Deum omnipotentem factum esse hominem. Præterea cæteris omnibus elementis cooperantibus efficitur hoc, quod aqua vinum fit in vitibus. Primò nanq; terræ gremio aqua suscipitur, sine cuius ope, nullam posset præstare pinguedinem, vitium siue herbarum, vel arborum radicibus. De hinc aeris blanda tẽperie prouocatur, vt erũpat in palmitibus: si mulq; beneficio caloris accedente, frondescit palmes, floresçit botrus, & vua paulatim decoquitur. Hic autem, vbi cunctus deest ordo naturæ, testatur vinum ex aqua factum, quoniam hic homo natura ipsa maior est, naturæ Dns est. Sic multò magis illã miramur virgam Aaron (quæ fronduit, flores que protulit, qui in amygdala deformati sunt) magis omninò miramur & venera-mur, quã vniuersas cedros Libani, cæteraq; ligna reuirescentia, fructusque aut semen vnumquodq; in genere suo singulis annis vsitato cursu naturæ producẽtia: Nõ, quia maiora sunt hæc, sed quia cum ipso miraculo diuinæ præsentiæ signum, atq; voluntatis eius & curæ vigilantis super nos euidens præstant indicium. Non enim miramur tantum, quòd Deus potuerit ex aqua facere vinum, quantum gaudemus, quod is, qui solus hoc potuit facere, factus homo, triginta annis inter homines ambulauerat, degens intra carnis latibulum. Igitur (vt suprà dictum est) gloriam filij Dei præcedit in hoc quoq; facto humilitas eiusdem filij hominis: vt omni ordini ostendat: in semetipso factis, quid docebat verbis dicens: Quia sicut omnis qui se exaltat, humiliabitur: sic econtrà, omnis qui se humiliat, exaltabitur. Meritũ nanque humilitatis præcedentis, ianua est gloriæ subsequentis. Sed iam ad ipsa lectionis Euangelicæ verba veniamus. Et primò litera per ordinem inspecta, deinde mysteria requiramus. [Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ.] Coniunctio, quæ præponitur, ad superiora diligentem remittit lectorem, videlicet hoc modo: Altera die stabat Ioannes, & cæt. In crastinum voluit exire in Galilæam & inuenit Philippũ: & die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Diligenter adnimaduertere voluit

**quod* *Vini in vite generatio.* *Mysterium quo die tertia nuptia factæ sunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos Euangelista, quia non sinè causa, sed certi gratia mysterij, Dominus noster duobus
Psal. 18. diebus quosdam Discipulos collegit: tertia verò die, miraculū fecit, quo gloriam suam manifestauit, vt crederent in eum Discipuli eius. Ipse est enim, qui duobus seculi temporibus, scilicet antè Legē, & sub Lege, paucos
Eccle. 3. de massa perditorum sanctos homines elegit, & tertio tempore, videlicet sub gratia, in medijs nuptijs hominum vxores ducentium & dantium ad nuptias, suisque omninò voluptatibus vacantium, Sanctæ Ecclesiæ cælestes nuptias intulit: procedens ipse tanquam Sponsus de thalamo suo, vt filij spirituales de illo nascerentur virginali coniugio: Sed hoc posteriùs dicendum: nunc (vt prædictum est) primò historiæ fundamenta iacienda sunt. [Et erat Mater Iesu ibi.] Magnum, & cunctis Sanctæ Ecclesiæ spectandū ordinibus humilitatis exemplum: veruntamen sacris virginibus non imitandum, quod Mater Iesu, virgineum Domini templum: ilibatum Sancti Spiritus sacrarium, non aspernata est carnalium interesse celebritati nuptiarum. Non enim sacris virginibus hoc
Virginitas melior coniugio, per Christum, non per legem. imitādum est. Quia videlicet tempus aliud, alia persona, locus alius est. Omnia tempus habent, dicit Ecclesiastes. Virginibus Deo dicatis propositum, quod ardeat in mēte, luceat in veste, radiat in ore, vel publica professione. Matris domini virginitas cunctos homines latitabat, quia videlicet diuulgari
2. Cor. 3. illam, ratio temporis non sinebat. Neque enim libera tunc esse poterat virginitatis professio, vel huiusce exempli prædicatio, cùm adhuc Moyses sub velamine suo declamaret: Maledictus omnis, qui non facit semen in Israel. Maluit ergo humiliter præsens cauere scandalū, quàm futuris virginibus, immaturū rigidi propositi præbere exemplum quo plus attolleret supercilium virginum latuarum, quàm instrueret custodiam prudentium, matribus cæterisque, quæ cunctæ viros nouerant. Virgo mater se nulli præferrens, matrem vbiq; se profitens, eò quod haberet filium: virginitatis autem suæ tacitum conseruans in corde mysterium. Nam sicut incongruum, imò impossibile est, tectum domus stabilire, antequam fundamētum: sic impossibile erat antè susceptam fidem incarnationis Christi, præscribere ordinem, quo sacrę virgines sese à secularibus distinguere debeant. Nunc autem publi-
1. Cor. 7. cum est propositum, publicè datum atque acceptum est de virginibus consilium: Et id circo sacræ Virgines maius eūdo ad nuptias, quàm talem refugiendo conuentum, facerent Ecclesiæ Christi scandalum. Quapropter intus quidem habent prudentes virgines, humilitatis vel charitatis oleum, scilicet non cōtemnendo, quāuis in inferiori gradu stantē legitimā licentiam nubentiū: foris autem, & maximè ad eandē frequentiā nuptiarum, lucentes suas lampades nō efferunt. Vbi enim citiùs vento miseræ vanitatis extin-
Gen. 44. gui possunt? Aut vbi properantiùs in oculis vel auribus suis periclitari queunt? Iuxta exemplū Dinæ filiæ Iacob. Quæ idcirco à corruptore inuenta & oppressa est, quia leuitate puellari exiuit, vt filias ignotę regionis videret: Non enim ita securæ esse possunt, sicut illa beata Regina cælorum, quæ virginitatis thesaurum & hominibus habebat occultum, & filij sui fortè præsidio, sanctorūque Angelorum fida custodia præmunitū. [Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias.] Et hoc procul dubio non temerè spiritualis propositi viris est imitandum. *2. Ioan. 1.* Nam vbi ratio postulat, non solū ad nuptias *Exemplum* ire, sed & idoleū frequentare, irreprehensi *à medico* bile est. Vbi verò causa idonea est, quæ pro *circa infirmos.* hibeat, non solū cū Publicanis & peccatoribus manducare, sed vel fratri, Aue, dicere, indignū est. Quod nota similitudine discernere promptu est. Quādiu languidus suimet impotens est. s. phreneſim siue lethargum passus, aut certè paralysi dissolutus, tam diu prudenti & nobili medico laudi est, si ob visitandum ægrum ad locum sibimet indignū accedere, & lectulo paupertatis assidere non subterfugiat: interrogatusq;, imò & ab ægro percussus, opem gratuitam impendat. At vbi sensus menti, vel sanitas redierit corpori, si quid denuò inciderit, siue pituita, siue grauior tussis molesta fuerit, tunc demum suū medicus honorem agnoscens, ad sordidas pauperis ægri tabernas non descendit. Quia videlicet, nota est domus, sua, in qua requiri vel inueniri possit, iamq; ille ambulare potest, pro seipso loqui nouit. Ita nimirum, cū *Christus ad egrotum descendit.* incarnatus Deus in hunc mundum venit magnus & verus medicus ad ęgrotum iam desperatum descendit, qui non posset ad medicum accedere, nesciret opem eius implorare: imò qui cùm semiuiuus iaceret, sanum se putaret esse. Sicut ergo non expectauit, vt talis in cælum ascenderet, seipsum deducere: sic postquam descendit, non expectauit, vt peccatores venirent ipsum in synagoga legentē, vel in templo docentē audirent sed ipse prior descendebat ad illos, cū Publicanis & peccatoribus manducans & bibens, ita vt dicerent Pharisæi: Ecce homo vorax, & *Matth. 11.* potator vini, amicus Publicanorum & peccatorum. Sic & eius Apostoli fecerunt, vbicūq; gentium doctores missi, tanquam ad ægrotos ignoti venere medici. At vbi languorem curauerunt, & viuendi præcepta dederunt, longiùs se ab eis sequestrauerunt, in quibus per fidē curatis, vitia morū renouata sunt, dicente Paulo: Scripsi in epistola, nō cōmiscere fornicarijs, non vtiq; fornicarijs huius mūdi, aut auaris &c. Et paulò pòst: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne cibum sumere.

1. Cor. 5.

Igitur

Igitur postquā ad eos, qui malè habebant accessit Medicus, & vocādo peccatores ad pœnitentiam, sic per fidem curauit eos, vt sciāt ipsi, vel possint venire ad Ecclesiam: iam nō est spiritualis propositi viris eūdum. exemplo Domini, ad nuptias secularium: sicut eiusdem nihilominùs exemplo, non est peccatoribus & publicanis communicandum, cū ipsius Apostoli, cum eiusmodi nec cibum sumere, nec, Aue, eis dicere, eodem Christo in se loquente, præceperint.

2. Ioan. 1. Et non, quòd, iuxta Tacianum & Marcianum, aliosque nonnullos Hæreticos, nuptijs detrahant, aut fornicationi comparent: sed, quia melioris ipsi votum propositumque habentes, bonum hoc post tergum dereliquerunt: quod tale est, vt non sine periculo respiciatur, quia non sine labore relinquitur. Sequitur. [Et deficiente vino, dixit
Pia intentio in nuptijs in Cana Galilææ Mater Iesu ad eum: Vinum non habent.] Optat beata Dei genetrix conuiuantibus sempiternæ cæli ianua cælestis beneficij, ne illorum deuotio, qui se inuitauerant, fructu suo careret: neue hilaritatem præsenti rei competentem, importuna penuria contristaret. Credēdum nanque est, quod pia deuotione Dominum Iesum, Matremque eius, ac discipulos inuitauerint: præsertim, cū famam illorum, quæ de ipso dici iam cœperant, nō ignorare possent: Nam & ex eodem vico erat Nathanael, qui die precedenti illum agnoscens, dixerat: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. Vnde & insignanter Euangelista cùm dixisset: nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi: distinctè subdidit: Vocatus est autem & Iesus & Discipuli eius ad nuptias. Vt intelligas iam impletis nuptijs discumbentium, iam considentibus conuiuis, consultò factum esse, vt vocaretur & Iesus, tanquam homo sanctus, velut Propheta magnus, cuius benedictio posteritati nubentium, vel toto cœtui conuiuantium profutura frustra nō speraretur. Igitur beata Virgo, vt illorum, qui se inuitauerant, remuneret deuotionem, sciens in carne sua, quā pepererat, rerum omnium creatricem habitare Dei virtutem, dicit filio suo, Deo suo: Vinum nō habēt. [Dicit ei Iesus: Quid
Quid mihi & tibi est mulier? mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.] Hoc duobus modis accipi, & vtroq; modo sensum potest ædificare rectè credentis. Primum est, vt Hæreticos illos, qui (vt sępè dictum est) Christum antè Mariam fuisse negant, hac quoque sententia percuti arbitremur. Contra quos maximè præsentis Euāgelij cuncta testimonia conscribuntur. Diuinitas quippe, quæ in illo humanitatis
Duæ naturæ in Christo. suæ tēplo latebat, & nūc sese ad faciēda mirācula, paululum exerebat, veraciter hoc dicere poterat: Quid mihi & tibi est mulier? Quia videlicet iam tunc in aurib. eius, Hæreticorum blasphemiæ personabunt, qui dicturi erant: Quia Christi totum initium ex Maria est. Itaque vnius eiusdemque Personæ naturam vtrāque, duobus his exprimit breuibus sententijs: Diuinam scilicet, Quid mihi & tibi est mulier? Humanam verò, cùm protinus subiungit: Nondum venit hora mea. Nam qui secundum Diuini *Maria theotócos.* tatem sine tempore & sine matre est: secundum humanitatē, tempora, & horas (non fatales, secundum Mathematicos, sed quas ipse sibi posuit) habere nascendo & moriendo dignatus est, Cauendus tamen est in hoc error Nestorij, qui duas in Christo confitēdas esse personas arbitratus, vetuit beatam Mariam Theotocon, id est, Dei genetricem nominari, dicens: quòd non Dei, sed hominis mater sit, eò quòd humana tantùm, non etiam diuina Christi natura ex illa sumpta sit. Sed procul dubio, sicut tenet Catholica Fides, Dei & hominis Mater credenda & cō fitenda est. Quia veraciter in corporeum Verbum patris, aure cordis credendo concepit, & de carne sua corporatum, ex Vir- *Alia expositio dicti Christi.* gineo ventre peperit. Aliter: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. *Luce 2.* Non antè hac *inuenit matrē suam ignorasse dominus Iesus: sed erat subditus illi, sicut quodam loco Lucas Euangelista testatur, de parentibus eius loquens: & descendit cū eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. *inuenitur* Nunc autem, vbi miracula facere incipiens ad hoc se præparat, vt paulò pòst per ciuitates & castella circumeat, & Regnum Dei annuncieț, dicit eidem Matri suæ: Quid mi- *Matth. 12.* hi & tibi est mulier: Cui simile est illud, q iuxta alium Euangelistam, loquente eo ad turbas, cùm dixisset ei quidam: Ecce Mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes loqui tibi. Respondens eis ipse dixit: Quę est Mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extēdens manum in Discipulos suos, dixit: Ecce Mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus & frater, & soror, & mater est. Itaque fecit ipse prior, quod nobis faciendum præcipit. Non enim alia cuiquam præcipit, quàm quæ ipse primus opere impleuit, sicut de ipso scriptum est: Quæ cœpit Iesus *Actor. 1.* facere & docere. Præcepit autem ei, qui sese dignus esse cupit, vt propter Euangelium *Matth. 10.* patrem & matrem relinquat, & renunciet o- *Luce 14.* mnibus, quæ possidet. Hoc igitur primus *2. Cor. 8.* ipse fecit. Quia descendens à patre, cùm dites esset, p nobis paup factus est: domū quoque & matrem, & affines carnis suæ deserēs, ad euangelizandum pauperibus exiuit. Dicit itaque Matri suæ in initio miraculorum paulò pòst succeſſura suæ prædicationis functione: Quid mihi & tibi est mulier? Quod vtique nec ipse secundum Carnem dicit (vt suprà dictum est) sed secundum Diuinitatem (quæ existendi initium ex Matre non accepit) cuius opus omninò præferendum est curæ carnis: nec ab aliquo se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum carnem dicendum est Patri vel Matri, sed secundum Deum: scilicet vbi opus
Exod. 12. Dei omnia, & propriam quoque animam ne
Deut. 5. gligere exigit. Et hoc modo nullatenus ad-
Deut 33. uersus Legem facit, dicentem: Honora Patrem, & Matrem. Nam eadem Lex, quæ hoc dicit, rursus eadem authoritate vel eodem spiritu loquitur: Qui dixerit patri suo vel matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt Legem tuam, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & Legem tuã ô Israel. Ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Magis ergo, vt Legem perfectè impleret, Matrem suam saluo eius honore nesciuit: Quia profectò nulla est exhonoratio patris vel matris, dum eis non quælibet causa, sed solius
Ioan. 19. præfertur honor vel opus Dei. Cui videli-
Nondũ venit hora mea. cet magno ac necessario salutis operi Iesus intentus, nesciturum se matrem suam profitetur, donec eodem opere peracto dicat ei: Mulier: Ecce filius tuus. Quod videlicet in hora mortis suæ dicturus erat. Vnde & cùm dixisset, quid mihi & tibi est mulier? protinus addidit: Nondum venit hora mea. Ac si diceret: Ex quo ad Baptismum veni, & in desertum exiui, destitutam te esse præsentia mea, materno affectu suspirasti, nunc habes me in his nuptijs, & gaudes, quod præsentia mea frueris: sed adhuc tempus imminet, vt magis ac magis te relicta, non desinam circuire p ciuitates & castella: Cũ vita præsenti finiam opus quod cœpi. Ab hac expeditione redeuntem, vulneratum me & morientẽ recipies. Nunc interim tantum impendet onus cælestium negotiorum, vt non vacet perpendere, quòd maternis affectibus tuis debeam. Nec enim habeo facere voluntatem meam, sed impositam à Patre perferre obedientiam. Qualem mandati eius necessitas adduxerit, talem me filium tuum in illa hora ostendam tibi. Et hæc quidem dicta non ad illud respondit, quod dixerat mater: vinum non habent, sed ad interni desiderij eius clamorem vehementem, in aures suas altè personantem. Quia faciem eius ardebat semper videre præsentem. Nam conuiuas, quorum deuotione inuitatus fuerat, non minùs quàm ipsa suo volebat beneficio lætificare, maximè ob vtilitatem illorũ, quos hoc viso miraculo nouerat in se credituros esse. Rectè ergo sequitur: [Dicit Mater eius ministris: Quodcunque vobis dixerit, facite.] Voluntatis eius conscia, & de potentia eius non dubitans, oportuna commonitione ministrorum animos præparat: videlicet ne id q̃ præcepturus erat, amentiæ reputarent, nondum verã eius experti virtutem. Nã & propinqui eius, cũ Apostolos eligeret, & nomina quibusdã mutata imponeret, exierũt (inquit Marcus Euangelista) vt tenerẽt eũ, dicẽtes, quia in furorẽ versus est.
Marc. 3.

Itaq; solicita prærnonet, vt non diffidentes, aut etiã irridentes, indigni fierẽt gratia miraculi, sed præcepto parẽtes, viã faceret manifestandę gloriæ Dei. [Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem Iudęorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Et dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua.] Purificationes Iudæorum multiplices erant. Aliquæ à Moyse, plurimę autem ex traditione Pharisæorum: De quibus & Marcus: Pharisæi enim, inquit, nisi crebrò lauent manus suas, non mãducant, tenentes traditiones seniorum. Et à foro ve-
Marc. 7. nientes, nisi baptizentur, non comedunt. Et
3. Reg. 17. alia multa sunt, quę tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.

Ob huiusmodi purificationes, vt aqua esset in promptu, hydriæ ponebantur, quæ in hac domo nunc lapideę fuisse referuntur: Erantque vasa sic appellata, quòd essent aptæ receptui præparata. (Hydor enim Græcè, aqua dicitur Latinè. Cæterùm abusiuè hoc nomen ponitur, vt ibi: Hydria farinæ non deficiet, neq; lechytus olei minuetur.) Quarũ quantitatem fuisse inæqualẽ, Euãgelista curauit significare in eo, q̃ ait: Capiẽtes singulę metretas binas vel ternas. Metretas *Metreta.* dicit mẽsuras quasdã: tãquã si diceret, vrnas, amphoras, vel si quid huiusmodi. Nomẽ mẽsuræ est metreta, & à mensura accepit nomẽ ista mensura. Metron enim dicũt Græci mẽsurã: vnde appellatæ sunt metretæ. [Et impleuerunt eas vsq; ad summũ.] Notandum, quòd Dñs nec de nihilo vinũ, quo conuiuas lætificaret: nec de nihilo panẽ fecit, quo turbas esurientes satiaret: nec aliquid omninò in tota suorũ serie signorũ, de non existentibus fecit: sed vel existentia in maius & melius prouexit, faciendo de aqua vinũ, & panes quinq; aut septẽ multiplicando in faciẽtẽ multorum milium: vel corrupta in integrum reformauit, infirmos curãdo: vel desiluta restituit, mortuos resuscitãdo. De nihilo autẽ nõ operatus est aliquid. Non enim mẽtitur Scriptura, q̃ dicit: Qui viuit in æternũ, creauit omnia simul. Simul quippe omnia. In prima rerum Elemẽta de nihilo creauit: Sex aũt diebus operatus rerũ omniũ Species, nõ de nihilo creauit, sed ex eisdẽ Elementis verbi imperio formauit. Et die quidẽ septimo requieuit ab omni opere, q̃ patrarat: scilicet vt nullam deinceps nouã speciem, pduci iubeat, operatur tamẽ vsq; modò, dum easdẽ gubernat & multiplicat, maximeq; humanũ genus, quod in melius commutat. Igitur quia, & sicut Scriptura testatur, semel loquitur Deus, & secundò ipsum non repetit, vinum daturus incommutabilis Dei Fi-
Eccl. 18. lius, non de nihilo creauit, sed de cõpetenti
Gen. 2. elemento fecit: scilicet de aqua, quã singulis
Ioan. 5. annis, per vites à radicibus ascendentem in
Psal. 148. vinum conuertit, præcepto quod posuit, & non

Non de nihilo fecit Christus vinum &c. *Matth. 14.*

non præteribit. Quod qualiter fecerit, credi
Mirabilius potest, inuestigari non potest. Sed profectò
est creare mirabilius est, aquam de nihilo creasse, quã
aquã, quã vinum de aqua fecisse. Mirabilius quippe
ex aqua vi est, quamlibet substantiam, quæ non erat,
nũ facere. condere, quàm substantiæ iam existenti quodlibet accidens adijcere. Est autem omnis humor vna generaliter substantia, vnúque elementum: color autem siue sapor ritè inter multitudinẽ ponuntur accidentiũ. Igitur dum aquã de nihilo creauit Deus, quia substantiam edidit, fecit mirabilius: cùm autem vinum de aqua fecit, humori substantiæ solum accidens adijciendo, eiusdem Dei Filius fecit, quod est venerabilius. Non enim tam est mirabile, (vt suprà dictum est,) quòd hoc facere potuerit Deus, quàm quod is, qui hoc facere posset, Deus erat homo factus.

[Et dicit eis: Haurite nunc, & ferte Architriclino.] Architriclinus dicitur is, qui est sponsi amicus: qui sponso vacante, & à cũctis feriato negotijs, nuptijs præest, res necessarias prouidet, conuiuantibusque & vni-
Architricli uersæ domui præeminet. Dicitur que Archi-
uius. triclinus, id est, Princeps triclinij eò, quòd in triclinio quiescentium Sponsi & Sponsæ cõsecretalis sit. Triclinium autem dicitur, qua si tertium reclinium, id est, cubiculum intra cubiculum: imò cubiculum intra primum & alterum cubiculum. Huic iubet primò propinari vinum ex aqua factum, vt lucerna tam splendidi ac iucundi miraculi non lateret, sed tanquam in fastigio nuptialis conuiuij posita, claritatem suam latius diffunderet, totamque domum serenans, & vniuersos conuiuas lætificans, Fidem illorũ,
Matth. 11. propter quos maximè factum fuerat, alacriùs accenderet: quod & factum est. [Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, &c.] Verè ergo (vt ait ipse Dominus) ecce plus quàm Iona hic, & non solùm plus quàm Iona, aut plus quàm Salomon, sed & plus quàm Moyses, aut aliquis omninò Sanctorum & magnorum hominum Nam, vt taceam, quòd quãdo vel quo modo voluit, natus est: quod quando vel quomodo voluit, mortuus est, & resurrexit, & in cælum ascendit, vt interim hæc maiora taceam, quis omnium Sanctorum, per quos signa & ostenta facta sunt, sola voluntate vel imperio fecit aliquod signum? Mo-
Exod. 14. ses namque clamando ad Dominum (ita vt diceret illi Deus: quid clamas ad me?) fecit in Aegypto signa. Clamando ergo, id est, non sua potestate vtendo, sed alieno imperio, virga percutiens diuisit aquas: Hic autem, solo nutu, sola voluntate, sedens & tacens, in vinum bonum conuertit illas. [Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam.] Magnum sanè ac præclarum signorum fecit initium, quo, tanquam fulgur, ea choruscatione fe-

riret oculos hominum, vt ad consecrandam cæli faciem attoniti leuarent intuitum, id est ad considerandã cætera quoque, quæ factu-
rus erat, ad credendum Regni Dei aduentũ diligentes & attenti spectatores credulum conuerterent animum. Et hoc, inquit, signo manifestauit gloriam suam: scilicet vt viderent illi, & audiremus nos gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre: audiremus procul & crederemus ad iustitiam & salutẽ nostram. Non enim idcirco venerat lucerna, vt lateret sub modio, sed vt posita super
Rom. 10. candelabrum, omnibus qui in domo sunt
Matt. 5. luceret. Sic & nos, vbi fructus dignus est, id est, vtilitas animarum, manifestare debemus coram hominibus eam, quæ in nobis est gratiam, vt videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum, qui in cælis est. Et crediderunt in eum Discipuli eius. Dictum est hoc loco, quia crediderunt in e-
Discipuli eius tũ nõdum omnia reliqua erant. um, sed non dictum est, quod relictis omnibus secuti sunt illum. Nondum enim Ioannes missus fuerat in carcerẽ. Ipse autem Iesus antequam Ioãnes traditus esset, cursum publicæ prædicationis ingressus non est, neque Matre & affinib. relictis circuibat, prædicando per ciuitates & castella, à qua prædicatione eius cæteri Euangelistæ (vt superiùs dictum est) suæ post Baptismum eius sumũt narrationis exordia. Quapropter nec Discipulis suis hoc præceperat, quod non nisi prior ipse fecisset, præcipere habebat: scilicet, vt relictis omnibus, sua, quæ nondum illis præcedendo ostenderat, sequeremur vestigia. Inter quos & hunc Ioannem Euangelistam relictis nuptijs (Ipsius enim istas fuisse nuptias, opinio ferè omnium est) ipsum Dominum sequi cœpisse arbitramur. Tradunt namque Historiæ, quod eum de nuptijs volentem nupervocauerit: & propterea, quem à carnali voluptate retraxerat, potioris amoris sui dulcedine donauit. Discipulos ergo iam quidem habebat, quos ad eum maximè Ioannis testimonijs dirigebat, quibus ipso Ioanne cœptum cursum per publica ministeria peragente, priuata miraculorum & doctrinæ suæ aperiebat initia. Vnde & subditur: [Post hæc descendit Capharnaum Ipse & Mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus.]

IN EADEM LECTIONE explanatio secundum mysteria Allegoriæ.

IN his, quæ circa salutem nostram acta
Mysterium sunt diuinis operibus, ita mysticam in-
spirituale esse rationem credimus, sicut in Patre,
in corpora qui vsque modo operatur, Filium, qui &
libus operibus Christi. ipse similiter operatur, esse confitemur. Et
Ioan. 5. hoc est dignum atque laudabile Catholicorum Patrum in venerabilibus literis studium, vt sicut Pater æternus sine filio cœter

Universidad de Deusto
Biblioteca

no nihil operatur, ita nihil eorum, quę ad salutem hominum siue in Lege, siue in Euangelio corporaliter acta sunt, à spirituali intelligentia vacare patiantur. Hoc autem signorum eius fuit initium, & rara, quæ facta sunt ab eodem Domino, id est, à Verbo propter nos incarnato, maiorem stuporem hominibus attulerunt: Igitur quia filium confitemur, vt & Patrem habeamus, cum ipsius adiutorio, sanctorum quoque Patrum præeunte exemplo, in hoc magno & mirabili opere pulchritudinem speculemur spiritua

Spirituales nuptias inter Deum & hominem.

lis intelligentiæ. Nuptiæ, inquit, factæ sunt in Cana Galilææ. Hoc magnum & multis Prophetarum præconijs prænunciatum, atque Patriarcharũ factis fuerat præfiguratũ, quod duæ Naturæ, Diuina scilicet & Humana conuenturæ essent in vno Christo, essetque ipse in sole positurus tabernaculum suum, tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Factumque est in illo Virginalis veteri thalamo Sponsus Sponsæ, id est, Creator Creaturæ magna coniunctus est dignatione. Cana verò zelus, Galilæa transmigratio interpretatur. Quod loci nomen multũ operatur ad sensum spiritualem. Quia videlicet magno zelo ductus est fortissimus spirituum Deus in adulterum Diabolum, cum tali modo requirens suam, quam ille corruperat, creaturam, eidem auxit iusti iudicij pœnam: requisitæ verò & inuentæ Creaturæ, indebitã sua gratia reddidit gloriam. Nuptiæ ergo factæ sunt in Cana Galilææ. Festũ agit diem vniuersa domus, quæ est Sancta Ecclesia, non frustra credens, se totam illi Deo coniunctam, à quo suam credit naturam in veritate carnis assumptam. Et erat

Mater Iesu spiritualiter est Ecclesia.

Mater Iesu ibi. Mater Iesu adest, vbi istæ nuptiæ celebrantur: quia profectò vera incarnationis Christi fides non deest omnibus, qui harum nuptiarum filij vel conuiuæ dici & esse merentur. Marcion, Cerynthus, Hebion, alijque Hæretici, seorsum conuenticula sua facientes, harum nuptiarum filij non fuerunt. Nõ enim ibi erat Mater Iesu. Quia diuersis quidem erroribus, sed eodem malignitatis spiritu Fidem incarnationis eius, à suis cordibus & conuentibus excluserunt. Illic tantummodò harum cælestium nuptiarum solennitas celebratur, vbi est Mater Iesu, id est, vbi est mater Ecclesia, videlicet vbi quotidie nubentibus Christo adolescentulabus, vera Incarnationis eius Fides prædicatur. Illic vocatus adest Iesus & Discipuli eius, sponsus videlicet & amici eius. Quatuor itaque personæ sunt istæ, quæ in Canticis Canticorum de nuptiali loquũtur amore: scilicet, Adolescentulæ, quarum nuptiæ supersunt, vel quę quotidie Christo nubũt: Mater Ecclesia, quæ illas parturit, donec Christus formetur in eis: Christus ipse & discipuli eius, videlicet sponsus, & amici eius. Quid ergo in his corporalibus nuptijs signi

Quatuor personæ in nuptijs. Cant. 1.6. Gal.4.

ficatum est, quod ad istas spirituales pertineret? Hoc videlicet, quod partim factum fuerat, partim autem & futurum erat. Nam per id, quòd vinum deficit, significatum est illud, quod factum fuerat, scilicet quòd Beatitudo vel incorruptio, quæ humano generi data fuerat, peccante primo parente defecerat. Sic enim homo conditus est, vt si vellet, posset non peccare, & posset non mori, quandoque peruenturus ad hoc, quod melius & perfectius est, scilicet non posse peccare, & non posse mori. Peccando autem eo decidit, vt non posset carere peccato, & non posit non mori. Vinum ergo deficit, quia collatæ gratiæ beatitudine priuata est miserabilis natura hominis. Illud quoque iam factum fuerat, quod signatum est per sex hydrias lapideas aqua impletas. Nam senarius hydriarum numerus perfectus, Sanctos Patres vniuersos significat. Qui diuersis temporibus, id est, sex mundi ætatibus diuisi, suo quique tempore, aqua sapientiæ salutaris impleti sunt. Mentes namque illorũ *Eccl. 1.* veluti hydriæ lapideæ fuerunt, scilicet fide stabiles, ingenio capaces. Capiebant autem singulæ metretas binas vel ternas: quia videlicet cùm omnium fuerit vna Fides, non omnibus eadem vel æqualis data est sapientiæ quantitas. Plus enim indicatum est (Verbi gratia) Moysi quam Abrahæ, Dauid quã *Gen. 12.15* Mosi. Quod ex ipsis sacræ Scripturę verbis patenter ostenditur. Quis enim nesciat, quia Abraham cum Deo locutus est? Et tamẽ ad *Exo. 3.6.* Mosen Dñs dicit: Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob: & nomen meũ Adonai non indicaui eis. Ecce plus Mosi q̃ Abrahæ innotuerat, qui illud de se Mosi indicat, q̃ se Abraham nõ indicasse narrabat. Psalmista quoq; cũ dixisset: Quomodo dile- *Psal.118.* xi Legem tuam Domine, tota die meditatio mea est, subsecutus adiunxit: Super oẽs docentes me intellexi. Et iterum: Super senes intellexi. Qui ergo Legẽ se meditari memorat, & super omnes docentes se, & super seniores se intellexisse testatur, quia diuinam scientiam plus quã Moses acceperit, manifestat. Ita impletur Danielis sentẽtia dicentis: *Daniel. 12.* Quia pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Igitur nõ vna vel æqualis est hydriarum huiusmodi capacitas, quia Diuini nominis Trinitatem, vel cætera Diuinitatis mysteria non omnes coæquali perceperunt gratia. Et omnes quidem illa sapientiæ salutaris aqua, de plenitudine huius sumpta est, qui dixit nunc: Implete hydrias aqua, sed tamen erat aqua pallens & frigida, neq; naturam humanam in pristinum vigorem restituere poterat. Illa namque Mosaica Lex, illa D E I dona nihil ad perfectum adduxerant. Quia peccatorum remissionem, & carnis resurrectionem generi humano conferre non poterant, solamque occi- *Hebr. 7. 2.Cor. 3.* dentem Legis literam, non viuificantẽ spiritum

Aqua in vinum cõuersa.

tum accipiebant. Per hoc autem, quòd aqua in vinum cõuersa est, significata est illa, quæ facta est, imò quæ tunc cœperat, per Iesum Christum Gratia & Veritas. Nostræ quippe naturæ corruptionem Diuinitatis suæ forti tudine induerat: nec multò post Passione mortis superata, resurrectionis patriam in semetipso, multisque Sanctorum secum resurgẽtium corporib. dedicaturus erat. Quo facto nunc ascenso cælo desuper in subiectas omnes hydrias clarissimè rutilat, & in sanctarum Scripturarum aquis, imaginem ac virtutem suam videndam siue degustandam repræsentat. Ita naturæ nostræ infirmitate sanata, quicunque baptizati Spiritu sancto iam prima resurrectione reuiximus, & in secundam beata spe transpositi sumus, ipso sensu nobis aperiente, spiritualem in eis demscripturis rationem intelligimus. Nunc de ipsis ætatibus parumper, quod ad eiusdẽ

** exordio.*

Christi nuptias vel Sanctæ Ecclesiæ castitatem pertineat, dicendum est. Ecce in *exordium primę ætatis dictum est: Hoc nunc os

Gen. 2.

ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quãobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hoc manifestè legitimi atque casti, sed tamen carnalis coniugij fidem atque vnitatem commendat. Veruntamen, quàm diu non nisi iuxta carnem intelligebatur, nó nisi aqua, quamlibet hausta dulcis, & ad potandum habilis erat.

Coniugiũ Christi & ecclesiæ.

At vbi desponsata sibi Ecclesia venit ad nuptias, & vox eius intonuit super aquas multas, (dicẽte illo per Apostolũ suũ, in quo ipse loquebatur: Sacramentum hoc magnũ est, ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia)

Psal. 28 2.Cor.13 Ephe.5 Ephe. 4 Ioan.15 Philip. 2

aqua in vinum conuersa est. Hoc enim audito, sanctæ animæ spiritualium nuptiarum amore feruẽre cœperunt, alium cogitantes hominem, scilicet nouũ, eum qui secũdum Deum creatus est: qui quodammodo reliquit patrem suum, dum à Patre exiens & veniens in mundum, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Matrem quoq; suam (scilicet Pharisaicam Synagogam totamque Gentem Iudaicam) & adhæsit vxori suæ, videlicet electę de Gentibus Ecclesię, cum qua iam vnum corpus est, caput & membra, sponsus & sponsa, Christus & Ecclesia. Nam, sicut non vndecunque, sed de

Gene. 2

ipsius viri substantia fecit Deus Euã, vt maior esset naturalis dilectionis causa, (Tulit enim vnam de costis eius dormientis, & ꝺi ficauit eam in mulierem) sic & Ecclesiam non vndecunque, sed de lateris sui sanguine & aqua fecit nasci: nec aliunde nisi de carne & sanguine suo eãdem pascit. Vnde & maior

Ioan.19

in vtroque vnius eiusdem carnis vnitas existit. Hoc ergo intellectu, tanquam vino optimo, & sitis extinguitur, & amor accenditur, & vsque ad virgineæ castitatis appetitũ

Luc.14

plurimi inflammantur, vt non solùm iugaboum, quæ comparauerunt, & villas quas emerunt, sed & coniugia carnis negligant, quò magis nuptijs cælestibus vacare præua leant. Secunda ætas inchoatur à Noé. De hoc Scriptura refert, quia plantauit vineam, bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo, &c. Et hoc quidem secundum literam acceptum, aqua est dulcis, & moribus apta purificandis: ne quis exemplo Cham, paternam contemnens, si quam nouit, infirmitatem, similem illi iustè incurrat Maledictionem: sed honore & amore debito contegens, exemplo Sem & Iaphet, dignam hæreditet Benedictionem. In quibus illud considerandum est, quòd cum omnes eodem sinu arca seruauerit super aquas, tam longè tamen apud patrem ipsorum distinxit eos multum diuersa morũ qualitas. Hu- *Aqua est* ius scripturæ autem literalis sensus, velut a- *litera, vinũ* qua in vinum conuertitur, dum spirituali *sensus spi.* intelligẽtia filijs nuptiarum ita propinatur: *ritualis.*

Vino inebriatus Noe Genesis 9

Noé, (quod interpretatur requies) scilicet Dominus noster (cuius dum iugum super nos tollimus, requiem animabus nostris in- uenimus) plantauit vineam, videlicet illam quam de Aegypto transtulit Gentem Iudaicam, bibensq; ab ea vinũ nimis amarũ, i- mò acetum cũ felle mixtum, nudatus est in tabernaculo suo, scilicet in similitudiné hominum factus, verè passibilis, habitu & veritate mortis inuentus, vt homo.

Matt. 11. Psa.79 Matt. 24. Ioan.19 Philip. 2 Gen. 9

Quam eius infirmitatem despicit Cham (quod interpretatur callidus) id est, contentiosus & impatiens promptusque ad rixam Hęreticus, & quem Passionis infirmitate hominem verum intelligit, dedignatur verum Deum confiteri. Propter quod sicut Cham in filio suo Chanaan, sic & iste in posteritate, id est, in anima sua maledicitur. At verò Catholici viri, qui per Sem & Iapheth figurati sunt, eandem Patris in- *1.Cor.1* firmitatem dignis sacramentis venerantur, scientes, quia quod stultum est D E I, sapientius est hominibus: & quod infirmius *1.Ioan.2.* est D E I, fortius est hominibus: Et idcir- *Gen.21* co in Regno patris inclyti fiunt, & in æter- *Gene.16* nis mansionibus dilatantur. Sem enim in- *Abrahæ* clytus, Iapheth dilatatus interpretatur. Et *duo filij* quidem illi omnes, scilicet Heretici, cum i- *Rom.4* stis in eadem arca Ecclesiæ Baptismi aquis supernatauerunt, sed abalienati sunt retrorsum, & à nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Aetate tertia nascitur Isaac patre veterano, matre diu sterili eademque prouecta. Nascitur autem de liberà per repromissionem, nato prius Ismaele de ancilla secundum carnem. Hæc *diui- **diuini.* operis historica narratio, lympida & dulcis aqua est, vtiliter irrigans legentis animam, & Fidei eius per exempla augens incremẽtum. Quia Fidei extitit Patris Abrahæ, quòd non considerauit corpus suum emortuum, cùm ferè centum esset annorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, & emortuam vuluam Saræ: credens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere: Sed hæc sunt (inquit Apostolus) *Galat. 4.* *2. Cor. 13.* per Allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo Testamenta, vnùm quidem à monte Syna in seruitutem generans, quæ est Agar, & cæt. Igitur auctore Apostolo, imò Christo (qui in illo loquitur, licut ipse ait: An experimẽtum vultus eius, qui in me loquitur Christus) Auctore itaq; Christo hæc literalis sensus aquã in vinum conuersa est, quo inebriata pubescit fides, quam adamat Spiritus sanctus, & animarum nuptialis charitas multiplicatur. Sic & cætera, quæ illa ætate facta sunt, velut aquæ in vina mutantur, dum spiritualiter intelliguntur, quia omnia in figura contingebant illis, vt ait idem Apostolus. *1. Cor. 10.* *1. Reg. 7.* Quarta ætate præter facta figuratiua, qualia *3. Reg. 7* sunt, victoria Dauid de Goliad, & Hierosolymitani templi cõstructio, mira sapientis regis architectura: præter hæc & alia his similia facta, plura quoq; mysticè dicta sunt, quorum pleraque iuxta literam, talem aquã sapientiæ, quæ nec satis liquida, nec habilis sit ad potandum. Verbi gratia, quale est illud in Canticis Canticorum: Sexaginta sunt *Cant. 6.* *2. Cor. 3.* reginæ, & octoginta concubinæ, & adole- *Cant. 7.* scentularum non est numerus, & similia, q̃ secundum literam accepta, castos Ecclesiæ mores nullatenus ædificant. Accipiuntur ergo secundum spiritum, & fit ex aqua vinum bonum, dignum (vt in eisdem Canticis dicitur) dilecto ad potandum, labijsq; ac dentibus eius ad ruminandum. Sic & illud quod cecinit Dauid: Exi thalamum: & cætera cantica Psalmorum: sacra quoq; volumina Prophetarum, si solam sequamur literam, penè in omnibus mortuam & insipidam bibimus aquam: spiritum verò sequentes, viuificantem optimi vini saporem miramur & vir- *4. Reg vlt.* tutem. Quinta ætate captiuus populus Dei, *Hier. vlt.* sub Rege Babylonis ducitur: & electi de fi- *Daniel. 1.* lijs captiuitatis in domo eius Eunuchi sunt, quibus ob summam vitæ continentiam, dedit Deus scientiam & disciplinam ĩ omni libro & sapientia, præcipuè Danieli intelligẽtia omnium visionum & somniorum. Hæc & cætera in superficie literæ, dulcis aquæ præbent poculum, magnoq; sunt exemplo, quòd per munditiam vitæ peruenire quis possit ad honorem sapientiæ. Spiritualis autem homo illos intelligit prætiguratos *Matth. 19.* Eunuchos, qui se (vt ait Dominus) castraue- *Ephes. 5.* runt propter Regnum cælorum, & in præ- *1. Cor. 7.* senti captiuitate, qua rex confusionis Diabolus humanum genus in primis parentibus captiuauit, scientes, quia tempus breue est & dies mali sunt, illud approbant Apostoli consilium, vt sine coniugio sint. Talibus enim clarior datur intelligentia secretorum cęlestium: V.g. vt Ioanni huic, cuius est hoc Euangelium & Apocalyp. cuius quot verba, tot penè sunt mysteria. Hæc ergo aqua vinum facta est, quo miro modo inebriati luxuriam obliuiscuntur, imò & Eunuchizantur, vt veræ vineæ Christo arctiùs inserantur. Sextę ætatis hydriã per semetipsum impleuit Dominus, de fonte aquę salientis in vitam æternam. Et quidem incarnationis eius mysterium, dicta quoque & facta eius priusquàm resurrexisset à mortuis, aquam interim quamuis lympidissimam sapiebãt. Quia videlicet, & passibilis in illo erat nostra natura, & non clarè intelligebantur ea, quæ dictis aut factis significabat Regni Dei mysteria. Vt autem resurrexit à mortuis, aqua in vinum conuersa est: Quia videlicet æterna incorruptione solidata est nostra, quæ in illo passibilis fuerat, natura, vt idem & in nobis sperare mus: Et ipse discipulis suis aperuit sensum, vt intelligerent Scripturas & spiritualiter intelligendos recordarẽtur sermones, quos ab illo carnaliter audierant. Igitur cunctę salutarium diuisiones aquarum, quæ pręteritis generationib. distributæ sunt, simul conferuntur in hoc cęlestium conuiuio nuptiarum, & ex aqua facto vino lætantur conuiuę. Quia videlicet *Psal. 103.* vinum hoc lętificat cor hominis, & hic calix *Psal. 22.* inebrians quàm pręclarus est. E contrà in cũctis Iudęorum atq; Hęreticorum conuenticulis, quia Mater Iesu ibi non est, id est, nõ conuiuatur dominicę incarnationis fides: istę aquę vertuntur illis in sanguinẽ: vt corruptas Scripturas corrupti atq; corrumpentes bibant & vomant, imò bibant & morian- *Exod. 7.* *Hier. 25.* tur: sitque ignis & sulphur, & spiritus pro- *Psal. 30.* cellarum pars calicis eorum. De quorũ pœna in Apocaly. iustitia Dei laudatur, dicen- *Apoc. 16.* tibus: Iustus es Domine, qui es, qui eras Sanctus, quia hæc iudicasti, quia sanguinẽ Sanctorum & Prophetarum fuderunt, & sanguinem dedisti eis bibere, vt digni sũt. Hauriunt nunc (iubente Domino) ministri, id est, tractatores Scripturarum studiosi: & exponentes eas spiritualiter, ferunt Architriclino, dum non sibi attribuunt, quod intel- *Luc. 2.* ligunt, sed Spiritui sancto. Ipse namque hãrum nuptiarum Architriclinus est, qui & Beatæ Virgini superueniens, vteri eius triclinium præparauit, vt in illo diuina natura humanę naturę vniretur, & singulis animabus opitulatur, vt intra secreta conscientię Deo Patri copulẽtur, vt eodem verbo, quo virgo felix impręgnata est, & ipsę ex eius complexibus fœcundentur. Ipsius ergo laudi propinandum, & cum eius honore bibendum est hoc vinum bonum. Quod seruatũ est vsque adhuc, quia prioribns temporib. non est datum, sed nobis, in quos fines seculorum deuenerunt. Quo tempore anni vel *1. Cor. 10.* die factum sit signum istud. auctoritate sanctæ Ecclesię dubitare prohibemur, quæ ipsa die qua idem Dominus adoratus est à *Matt. 2.* Magis, & qua à Ioanne baptizari voluit, hu- *Matt. 3.* ius quoque signi gloriam celebrare consuevit.

Aqua sextæ ætatis.

Ioan. 4.

Aqua illa in vinum spiritualiter versa.

Luca 24.

uit. Quod si eodem die reuertente anno factum est, imò quia prædictæ auctoritati sanctæ Ecclesiæ indubitanter concedendũ est, cogimur fateri, quia toto annõ illo, cuius initio baptizatus est, qui ætatis eius tricesimus annus extitit, absque miraculis taciturnus deguit. Initio namque tricesimi anni sui, videlicet eiusdem anni die tertiodecimo baptizatus est. Dicit enim Lucas: Ipse autem Ie- *Luc. 3.* sus erat incipiens quasi annorum triginta. *Christus est iam post tẽ-* Quod idem est, ac si dixisset: Quando bapti- *tationes in* zatus est Iesus, annus tricesimus ætatis eius *deserto mo-* volui tunc cœperat. Vbi verò toto illo an- *ram fecit.* no fuerit, vel quid egerit, incertum est. Nã si exacto quadraginta dierum ieiunio, statim à deserto rediit, & inter homines ambulauit, quomodo Ioannes (qui illum cælitùs agnouerat, iamque ostenderat venientem ad se, dicens: Ecce Agnus Dei) quomodo (quæso, lucerna lucens, quæ ad hoc accensa fuerat, vt omnibus illum ostenderet, toto illo anno se continuit, nec suis saltem indicauit Discipulis? Claret enim, quod eis anno illo non indicauerit, qui nunc primùm, id est, tertio die ante prædictas nuptias, illo ite rum dicente: Ecce Agnus Dei, gratulantur se inuenisse illum, & dicũt: Inuenimus Messiam, &c. Potest itaque rectè intelligi, quòd & post ieiunium quadraginta dierum aliquantùm in deserto perstiterit, Matthæo di- *Matt. 4.* cente: Reliquit eum Tentator, & ecce accesserunt Angeli & ministrabant ei. Marcus *Marc. 1.* quoque videtur expresiùs indicare morã temporis, dicendo: Eratque cum bestijs, & Angeli ministrabant ei. Igitur, * si à maioribus diligenter obseruatum, nobisque traditum, tricesimo primo ætatis suę anno iam inchoato, fecit glorioſum hoc signorum initium, dignum sequacibus suis: in hoc quoque prouidens exemplum, ne quis immaturè virtutes suas in publicum proferat, in periculo pernicioſæ vanitatis, cùm ipse Dominus (cui vanitas nulla vnquã obrepere possit) legitimum tempus, id est, plenam viri ætatem, ad ostendendam omnipotentiæ suæ gloriam expectauerit.

** sicut.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM LIBER TERTIVS.

Legentes scripturã, similes nautis.

QVI magno feruntur pelago pauidi nautæ, placidam sibimet auram inprecati, fixa cęlo sydera respiciunt, terraque amissa, tenẽt cælum, sedentesq; ad clauum syderib. curaut Syrtes naufragolas incidant, aut in regio nes ignotas deuecti, portus optatos nunquã attingant. Idem nobis, qui Scripturæ huius Euangelicæ profundum ingressi sumus, agendum est. Et primò * placidius nobis ille ** placidus. Psal. 142.* Spiritus implorandus est, de quo Psalmista: Spiritus (inquit) tuus bonus deducet me in terram rectam. Deinde Doctores sacri mentę ac vigilantibus oculis tenendi sunt, qui tanquam Arcturi nunquam occidentis lucida sydera, stabili Fide semper fixi steterũt, & lucem Fidei fundentes, erroris occasum *Iudas Apostolus in sua Epistola.* nescierunt: Hæreticorum veò lux erratica, longè fugienda est. Sunt enim (vt Apostolus ait) sydera errantia, quibus procella tenebrarum in æternum conseruata est. Et quisquis de errore illorum quippiam sequitur, in nullius Scripturæ profundo maius, quàm in hoc Ioannis Euangelio, naufragiũ patitur. Ipso ergo aspirante, à quo scripturę fideles vniuersę conditę sunt, felicia sequentes Doctrinę Catholicę sydera, cœpto curramus nauigio, nihil metuentes Pyratas Hęreticos, quos hoc Pelagus non alere, sed æterno demergere consueuit naufragio. Sequitur: [Post hęc descendit Capharnaũ ipse & mater eius, & fratres eius & discipuli eius, & ibi mansit non multis dieb.] Magna moderatione Dominus noster adhuc post tantũ miraculum, quo aquas in vinũ cõuertit, pau- *Christus* lulùm subsistit, & pręcursorem suũ Ioannẽ *post decollã* adhuc prędicantem, vsq; ad debitum finem *tum Ioãne* pręire permittit, certo loco commanens, su- *publicè præ* am q; prędicationem à publicis conuentibus *dicare cœ-* & à circuiendis ciuitatib. vel castellis suspen- *pit.* dens. Hoc iã & superiùs dictũ est, quia priusquam Ioan. traditus esset, ipse publicũ suę prędicationis cursum distulit, intantũ vt dum prędicare cœpisset, Ioan. putaretur surrexisse à mortuis. Sic toto hoc anno (Qui erat ętatis suę XXXI.) paulatim miraculis seorsũ exhibitis, viam & ipse prępарat futurę suę prędicationi. Post quem videlicet annũ, tradito Ioanne, & ipse prędicare incipit, vnde cęteri Euangelistę exordium fecere suę narrationis. Decollatus est autẽ idem Ioannes. IIII Calẽ. Septẽb. eius anni qui est. XXXII. Domini

Luca. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Descensus Christi per humilitatẽ

Descensus Domini nostri. Descendit ergo Capharnaũ. Hic descensus eius non tam decliuem terrarum situm, quàm humilitatis ipsius magnã innuit dignationem: Quia videlicet Deus ad homines, Sanctus descenderat ad peccatores. Capharnaum namque ciuitas peccatrix erat intantum, vt huic quoque exprobrauerit ipse postea dicendo: Vę tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida. Ac deinceps: Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in Infernum demergeris. Exprobrat autem ciuitatibus istis, idcirco, quòd in eis multæ virtutes ab eo factæ fuissent, & non credidissent. Descendit ergo ipse & Mater eius, videlicet quam postmodum studio prædicationis occupatus, quodammodo erat nasciturus, intantum, vt iuxta alium Euangelistam dicenti cuidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærẽtes, dicat ipse: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? &c. Fratres eius, qui cum eo descendunt, cognati eius sunt, quia videlicet mos hic frequens est in Scripturis vt fratres vocentur, maximè in illa Gente, hi qui sunt iuxta carnẽ propinqui. verbi gratia, fratrueles siue consobrini. Discipuli quoque aliqui iam illum sequebantur, quos quasi primis doctrinæ cęlestis imbuebat elementis, ad eã perfectionem nondum adductos, vt eis iam cuncta relinquere præcipiẽdum esset: quod tunc maximè factum est, quãdo alios de nauibus, alios de diuersis negotijs vocans tandem fecit, vt (præter alios) duodecim essent cum illo. Est autem Capharnaum ciuitas in Galilæa Gentium, sita in finibus Zabulon & Nepthalim, iuxta stagnum Genezareth. Interpretaturque Capharnaum villa consolationis. Quapropter populum Gentium rectè significat, cui pro parte illorum quibus crux Christi stultitia visa est, ipse Christus meritò improperat: pro parte verò illorum, qui eum Dei virtutem & Dei sapientiem credentes receperunt, relictis Iudæis, consolationis suę gratiam dat. Quòd manifestius secundum Lucam prefiguratum est. Nam cũ dixissent illi: homines ciuitatis suæ. Quanta audiuimus in te facta Capharnaum fac & hic in patria tua. In veritate dico vobis (inquit) multę viduę erant in diebus Heliæ in Israël, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sydoniæ ad mulierẽ viduam. Quibus dictis, cùm illi duxissent eum ad supercilium montis, suprà quem ciuitas illorum erat ædificata, vt eum præcipitarent, Iesus autem (inquit Euangelista) transiens per medium illorum ibat, & descendit Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat eos Sabbatis. Quem eius descẽsum hic Euangelista Ioannes post multa commemoraturus est. Hoc enim facto præfiguratum est, quia sui, scilicet Iudæi, quorum de carne natus est, ad præcipitium mortis illum *perdituri essent, & propter hoc ipse transiturus ab eis, & ad * fidem Gentium descensurus esset, vt ibi fide Ecclesiæ pasceretur, sicut & in eo præfiguratum fuerat, quod ad nullam viduarum, quæ multę erãt in Israel, missus est Helias, nisi in Sarepta Sydoniæ ad mulierem viduam: vel in eo, quòd cùm multi leprosi essent in Israel sub Heliæo, nemo illorum curatus est, nisi Naaman Syrus. Non enim frustra cum tam terribili iuramẽto hæc præterita cõmemorauerat ille. Dicẽs. In veritate dico vobis. Ergo postquã vinum de aqua factum est, Dominus Capharnaum descendit, scilicet in villam consolationis. Quia postquã resurgendo à mortuis, mortalitatis nostræ aquam, in immortalitatis suæ vinum transtulit, & dato Spiritu sancto aquaticum literæ sensum, ad spiritualem promouit intellectum: relictis Iudæis ad consolandas Gentes transijt. Sequitur: [Et prope erat pascha Iudęorum, & ascẽdit Iesus Hierosolymam.] Itaq; non multis diebus (vt ait Euãgelista) mansit in Capharnaum, id est, fortè non totis diebus triũmensium. Nam à die qua constat (vt suprà dictũ est) factum esse illud signorum initiũ, aqua conuersa in vinum, vsque ad sacram Paschę vesperam, anno illo iuxta Lunæ rationem, octoginta octo, vel secundum veriora Cõpuristarum exemplaria, tantum octoginta dies fuerunt. Hoc omninò prætereundum non est, quia hic ascensus Domini nostri in Hierosolymã propter illa, quæ ibi dicta vel facta sunt, inter testimonia diuinitatis, quæ maximè hic euangelista colligere solerter intẽdit, meritò scribi debuit. Nam pleriq; arbitrãtur qdẽ maximũ esse signorũ quòd Lazarus fuscitatus est, quòd cæcus ex vtero lumen accepit, quod ad Iordanem audita est vox patris, quod transfiguratus in monte gloriam ostendit triumphantis. Prudentioribus aũt, inter omnia signa quę fecit hoc videtur esse mirabiliùs, q; vnus homo, & illo tẽpore contẽptibilis, & intantũ vilis vt postea crucifigeretur, Scribis & Pharisęis cõtra se fœuientib. & videndibus lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli verbera, tantam ejicere multitudinem, mensasque subuertere, & cathedras cõfringere, & talia facere quæ infinitus nõ faceret exercitus. Igneũ enim quiddã atq; fydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Hoc ergo testis filij Dei, diuinitatem testificans eiusdem filij hominis, rectè ad conuincẽdos hæreticos non omittere, curauit. Sed quid sibi vult, quòd hic euangelista nunc illum idem fecisse, scilicet vendentes & ementes de templo eiecisse asserit, quod secundum alios Euãgelistas tũc fecit, quando turbis comitantibus, & pueris Hosanna clamantibus, ad ciuitatẽ eandem iam passurus aduenit? Nũquid casu vnumquodque sicut memoriæ primum occurrit, ita primitus describit: tanquam curã dum

*finem.

4. Reg. 5.

Allegoria de aqua in vinũ versa.

Matth. 11. Matt. 12. Matt. 4. 2. Cor. 11. Luca 4. *Christus à suis reiectus.*

Ioan. 11. Ioan. 9. Matth. 3. Matth. 17.

dum non sit de factorum tempore, dummodo constet de rerum veritate? Hoc forte magis opinari liceret, quod secundum intentionem vel propositum suum colligẽs testimonia Diuinitatis Christi, quia factum hoc insigne magis cæteris extitit, priùs scribere dignum dixit. Sed hoc vel illud opinari, sequens literæ textus non sinit. Nam inferius scriptum est: Cùm ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilęi, cùm omnia vidissent, quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Nunquid cæteri Euangelistæ in recordatiõe temporis, quo istud actum est, omnes errauerunt? An casu concorditer omnes idem de eodem tempore falsum opinati sunt? Absit. An fortè propter aliquod mysterium id; quod primo anno factu est, ipsi ad vltimum transtulerunt? Sed hoc textus literę ipsorum suspicari vetat. Nam secundum Lucam, cùm iam passurus Hierosolymam adueniret, & videns fleuisset super illam, ingressus templum, cœpit ejicere vendentes & ementes, vt videlicet, quod futurum prædixerat, idipsum facto suo illos ejiciendo præsignaret. Marcus autem idem quoque magis determinat, quo illos ejecit, scilicet vendentes & ementes, videlicet, sequenti die, postquam ciuitatem iam passurus ingressus est. Igitur vndiq; coartamur, vt illud plusquàm semel factum esse fateamur, quod vendentes & ementes ejecisse de templo narratur. Et reuera fidenter affirmare licet, quod non solum nouissimè, quãdo passurus ascendit, sed & quoties ascendit ex quo miracula facere cœpit, quoties eiusmodi negotiationes, imò latrocinia inuenit zelatus est, & comedit eum zelus domus Dei. Nec verò frustra hic Euangelista Ioannes in eo diuersus voluit esse à cæteris, vt quod illi nouissimo, hic primo anno factũ esse assereret. Nam posset Aduersarius hoc dicere, quòd non Diuinitatis nutu constricti vel attoniti Scribæ & Pharisæi quieuerint, & lucra sua perire permiserint, sed metu turbarum, quæ multæ partim cum illo venerant, partim venienti cum laudibus & ramis palmarum obuiam exierant. Vt ergo totum quod factum est Diuinitatis eius virtuti indubitanter adscribendum esse sciamus, illo quoque tempore hoc illum fecisse testatur, quo parum notus adhuc, nulla venerat turba comitatus. Sed iam Euangelij verba perscrutemur [Et inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, & nummularios sedẽtes.] Sciendum, quia iuxta Legis mandata augustissimo in toto orbe templo Domini, & de cũctis penè regionibus Iudæorum illuc populo confluente, innumerabiles immolabantur hostiæ, maximè festis diebus, taurorum, arietum, hircorum: pauperibus, ne absque sacrificio essent, pullos columbarum & turtures offerentibus. Accidebat plerunque, vt qui de longè venerant, non haberent victimas. Excogitauerunt igitur Sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia, quibus opus erat ad sacrificia, vendebant, vt & venderent non habentibus, & ipsa rursus empta susciperent. Hanc strophã eorum crebra vendentium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant: sed nec vnde emerent quidem aues ac vilia munuscula. Po fuerunt itaque & nummularios, qui mutuam sub cautione darent pecuniam. Sed quia erat in Lege præceptum, vt nemo vsuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia fœnerata, quæ commodi nihil haberet, & interdum fortè perderetur: excogitauerunt & aliam *tegnam, vt pro nummularijs col- lybistas facerent. Cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Collyba dicuntur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuscula: verbi gratia, frixi ciceris, vuarumque passarum, & poma diuersi generis. Igitur quia vsuras accipere nõ potuerant, collybistæ, qui pecuniam fœneraturi erant, pro vsuris accipiebant diuersas species, vt quod in nummo non licebat, in his rebus exigerent, quæ in nummis coemuntur: quasi non hoc ipsum Ezechiel prædicauerit dicens: Vsuram & superabundantiam non accipietis. Iliusmodi Dominus cernens in domo Patris sui negociationem seu latrocinium, ardore spiritus concitatus (iuxta quod scriptum est in sexagesimo octauo psalmo: Zelus domus tuæ comedit me) fecit sibi flagellum ex funiculis, & tantam hominum multitudinem eiecit è templo. Hoc præter exterius factum verè magnum, & in testimonium veræ & summæ Diuinitatis Christi prędicandum, aliud portendit miseris Iudæis, verè magnum & miserabile malum, verè dolendum, nisi meritò accidisset, cruentæ ciuitatis & prophanati templi excidium, totumque penitus abolẽdum ab oculis Dei præsignat veteris sacrificij ritum. Quid enim funiculus ille agit in manu potentis, in manu sapientis? Quid nisi Romanum pręsignat exercitum, durum ad cædẽdum, fortem ad ligandum & captiuandum? Qui enim quondam per Prophetam dixerat: Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manus eius indignatio mea: nunc per seipsum factus proclamat: Vę magnæ Romani imperij bestiæ, quæ iuxta Danielem comedit atque comminuit, & reliqua pedib. conculcauit. Funiculus iræ meę, lorumque ferreum, & captiuandæ huius Gentis vinculum ipsa est. Hoc malum portendit illis infaustum prodigium, quod maximè claret ex Euangelio secundum Lucã: Nam (vt ille refert) ingressurus in templum & facturus hoc signum, priùs videns ciuitatem fleuit super illam, & dixit: Quia si cognouisses & tu, quia venient dies in te, &

Quæstio de ejectione nummularioꝝ è templo

Matth 21. Mar. 11. Lucæ 19. Ioan. 4. *Aliud tempus huius facti, secũdum ires euãgelistas*

Luc. 19. Marc. 11. Psalm. 68. Deut. 12.

*technam.

Deut. 32. Ezec. 22. *Iesus fleuit super illã.* Luc. 19. Esaiæ 10. Danie. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

circundabunt te inimici tui vallo, &c. Cùm ergo priùs illud extremum pronunciat excidium, & tunc ad eijciendos illos de domo Patris sui, factum de funiculis adhibet flagellum, apertè innuit, se facto præsignare ipsum, quod verbo prædixerat malũ, quod & secundũ naturæ humanæ cõpassionẽ defl et, & secundũ iustam Diuinitatis suæ cẽsuram exercet. Et congruè vindicta, quia plectendi erant, funiculo præfigurratur. Nam ipsi lõgis peccatorum suorum funiculis circundabantur. Quorum longitudo rursus secundum Matthæum exprimitur. Nam cũ dixisset: Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: statim addidit longitudinem funium istorum, quibus circundabantur dicens: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zacharię filij Barachię, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Igitur in signum atque portentum miseriarum.

Psalm.118. *Matth.23.*

[Facto de funiculis flagello, omnes eiecit de templo: oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, mensasque subuertit.]Non curãs, si Sacerdotum latrocinantium, populumque deprædantium lucra perirent. [Et his qui columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negociatiõis.]

Pauperibus pepercit ibi Christus.

Et hoc valde notandum, quòd in medio feruore districtionis, in ipsa flamma zeli ardentis, dum sine cura Sacerdotum mercimonia proijcit, pauperibus (scilicet his qui columbas vendebant. Non enim diuites, sed pauperes eiusmodi auiculas vẽdere solent) pauperioribus ergo parcit, vt non exturbet columbas quas vendebant, quas, cùm exturbatæ euolassent, ipsi consequi non possent, & aliquando damno affecti angerentur, ac iure deplorarent. Illud quoque non prætereundum, quod cùm in alio Euangelista de Scriptura dicat (proferẽs testimonium: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum) hic dicit: Nolite facere domum Patris mei domum negociatiõis. Nam illud dixit Scribis & Pharisæis, siue Sacerdotibus, qui reuera sub specie diuini cultus quasi in spelunca latentes, prædam & latrocinium (vt prædictum est) de populo faciebant: Hoc autem pauperibus columbas vendentibus loquitur, qui nesciebant, quid esset inter dextram & sinistram suam. Cęterùm secundum mysticos intellectus, quotidie Iesus ingreditur templum Patris, & eijcit omnes, tam Episcopos, quàm Presbyteros, tam Diaconos quàm laicos, & vniuersam turbam de Ecclesia sua: & vnius criminis habet vẽdentes pariter & ementes. Scriptum est enim: Gratis accepistis, gratis date. Mensas quoque nummulariorum subuertit, id est, altaria, videlicet propter auaritiam Sacerdotum nummulariorum mensas appellata. Cathedras quoque vendentium columbas, iuxta Matthæum euertit, quod iuxta simplicem intelligentiam accipere absurdum est. Non enim columbæ in cathedris erant, sed in caueis: nec columbarum institores putandum est sedisse in cathedris, sed mystice in cathedris magistrorum dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur, cùm mixta fuerit lucris. Quod de Ecclesijs dictum est, vnusquisque & de se intelligat. Dicit enim Apostolus Paulus: Vos estis templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis. Non sit in domo pręcationis nostrę negociatio, non vendentium ementiumque commercia, non dono rum cupiditas: ne ingrediatur Iesus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito, vt de spelunca latronum, & de domo negociationis domũ faciat orationis.

Matth.20. *Esaiæ 56.*

Mystičè eij ciuntur tẽplo simoniaci.

Matth. 21. *Cathedras vendentiũ.* *1.Cor.13.*

Quomodo autem Iudæi vel Hæretici Hebionitæ (id est, pauperes, videlicet sensu magis quàm nomine) & cæteri, aduersum quos maximè fulminat hæc secundum Ioannem Euangelica veritas: quomodo, quęso, non audierunt imperiosam vocem dicẽtis: Et nolite facere domum Patris mei domum negociationis? Audierunt Mariam matrem eius dicentem: Fili quid feci sti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quęrebamus te. Et idcirco prorumpunt, dicentes: Christum ex Ioseph semine esse natum, & non audierunt quòd hic ipse, Nolite, inquit, facere domum Patris mei domum negociationis. Si agni mansueti mitem balatũ non audierunt, dicentis: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Quomodo saltem hunc rugitum leonis nó audierunt? in tempestate & turbine vias suas agentis, & omnia terrore aspectus sui subuertentis ac dicentis: Domum Patris mei nolite facere domum negociationis. Non enim leue aut paruum est, quod dicendo, domum Patris, addidit, mei. Altius quippe est, quàm si dixisset tantùm: domum Patris. Hoc ferè vbique in verbis eius notandum est, quòd cùm Patrem nominans addidit, meum, de paternitate agit Naturæ, qua solus & vnicus Filius est. Et maximè alta sunt & diuina quæ loquitur, vt illud: Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Cùm verò Patrem nominans non addidit, meum, de paternita te agit Gratiæ, quæ nobis communicatur, vel qua fratres eius sumus. Et tunc magis humilia de seipso loquitur, vt illud: Et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Sequitur: [Recordati verò sunt Discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit

Contra Iudæos et Hebionitas, illi centes Ioseph esse natũ ex Christo naturali. *Luc.2.* *Ioan.7.* *Luc.2.*

Duplex modus quo de patre loquitur Christus. *Ioan.5.* *Ioan.14.*

in titul. Psalm.68.

comedit me.]Extũc recordati sunt, hoc de illo esse scriptum, ex quo aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas. Recordati sunt ergo, de illo fuisse scriptũ, quia viderant impletu: Zelus domꝰ tuę comedit me. Quod longè sonoriùs dictum est, quã si dictũ fuisset: Zelus domus tuæ inflãmauit vel accẽdit me. Infirmitas nanq; Humanitatis eius orat in illo Psalmo, quæ cũ Diuinitatẽ in se habitantem ita contegeret, vt inter homines ambulans, hominibus non appareret, repentè sic illum commouit zelus Patris sui, vt ipsa infirmitas eius quasi non compareret, quæ hactenus hoc agebat, vt Diuinitas lateret. Quid enim aliud facere potuisset, si naturæ nostræ infirmitatem non haberet? Comedit ergo illum zelus domus Dei, dum Diuinitatis fulgurantis splendor se exercens, naturam infirmam operuit vel abscondit. [Respõderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hęc facis?]Quã diu cælum detonuit, ranæ tacuerunt, quàm diu Diuinitas fremuit, de illo carnis suæ habitaculo proclamans: auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negociationis, tam diu Iudæi conticescentes, & in palude silentij sui se continentes, contrà hiscere nihil ausi sunt. Atvbi tonitruum quieuit, rursus prorepentes, adhuc tamen quasi iracundo timore, timidaque iracundia trementes & palpitantes: quod signum, inquiunt, ostendis nobis, quia hæc facis? Iudæi namque signa petunt, non ad Dei, sed ad illam, qua lactata est antiquitùs infantia Gẽtis illius, miraculorum alimoniam: vt possint nouis & ipsi prodigijs (sicut & patres eorũ) superbire, & cunctis per circuitum nationibus spectaculo esse: non recogitantes, quòd patres ipsorum rebelles & increduli, & manna manducare, & in peccatis suis mori potuerint. Aiunt ergo: Quod signum ostendis nobis? Ac si dicerent: Moyses signa & prodigia de cælo ostendit, & manna dedit patribus nostris: tu si Christus es, sicut Ioannę testificante vulgo cœpit iam dici, quod signum ostendis? Quid operaris, vt credamus quòd Deus, cuius hæc domus est, pater tuus sit? Hæc illis dicentibus, verè non decebat sapientiam Dei, vt illis signa daret, qualia vellent ipsi, nihiloque meliores effecti, semper magis ac magis quærerent curiositate insatiabili. Ait ergo: [Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui.]Tria nobis hoc loco discrenda sunt. Primum, cur signum quærẽtibus, cùm multa signa fecerit, solam pro signo respondit virtutem suæ resurrectionis. Deinde secundum, cur eandem resurrectionem vel mortem suam edixit quidem, sed ab eorum, qui signum quærebant, intellectu abscondit. Tertium, cur nó qualicunque figura, sed templi nomine vel similitudine vti voluit. Planè ad rem pertinuit, vt illis dicentibus: quod signum ostendis nobis, quia hæc facis: illud signum respõderit, quod ad discernendam magnitudinẽ vel eminentiam eius sufficiens est. Nam idcirco quæstione pulsabatur, quia de templo illos eiecerat, domum esse asserens Patris sui: & hoc ab ipso quęrebatur, quo signo credendum esset illi. Hoc ergo signum respondere debuit, quod sufficeret ad argumentum eius Diuinæ maiestatis: imò quo illis exhibito, cunctos eos de domo Patris & regno eius expelleret, simulque captiuos in omnes Gentes disperderet. Vnde enim magis veritas Diuinitatis eius claruit? vnde magis iustitia damnationis vel dispersionis illorum constitit, nisi ex eo, quòd crucifixus ab illis resurrexit à mortuis? Moyses namque & cæteri Sancti omnes mortui sunt, & nemo illorum resurrexit: Hic autem crucifixus quidem est, ex infirmitate nostra, sed viuit nunc ex virtute Dei. Et huic quidem, quia factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, donauit Deus nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flecteretur, cælestiũ, terrestrium, & infernorum. Illi autem, quia crucifixerunt eum, de domo DEI electi sunt, & tanquam oues & boues quos in templo vendebant & emebant, in prædam & occisionem cunctis Gentibus iustè expositi sunt. Igitur huic percontationi illorum, rectè pro signo respondit Iesus: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dicis: Cur tanti signi gloriam sic edixit, vt tamen ab his quibus respondebat, non posset intelligi? Vel, si nolebat intelligi, cur non omninò reticuit? Videlicet idcirco non omninò reticuit, sed & hic & multis in locis, aliàs obscuriùs, aliàs manifestiùs præsignauit, vt hi qui iam erant vel futuri erãt digni reuelatione mysteriorum Regni Dei, in tempore suo recordarentur verborum eius, & ad cognoscenda vel credenda facta sequentia, dictis eius præcedentibus adiuuarentur. Vnde & subditur:

Tres quæstiones.

Exod 16. *Num.14.*

Cur signa quærebant Iudæi.

Prima, cur de resurrectione respõdit Christus.

Secunda, cur tam ob scurè illis respondit.

1.Cor.1. *Philip.2.*

Nec discipulis mox diceret: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, & tertia die resurget: Si, inquam, cùm hæc diceret, oportuna moderatione sensus

omnia reuelauit.

[Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt Discipuli eius quia hæc dicebat.]Idcirco autem hæc ipsa cùm diceret, ab ipsorum quibus loquebatur intellectu remouit: quia videlicet (sicut paulò post Euangelista narrat) ipse Iesus non credebat semetipsum eis. Tales quippe illos esse nouerat, qualibus ipse mysteria consilij sui credere non habebat. Si enim his, quibus maximè crediturus erat semetipsum, cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum, vt non intelligerent, tenuit, & vt verbum istud absconditum esset ab eis, quantò magis insidiatoribus suis, quibus nunquam semetipsum crediturus esset, ver
Matth. 20. bum istud abscondere debuit? Et si Discipulos suos, nondum Spiritus sancti gratia
Matth. 9 reformatos, vtres veteres esse dixit, & ideo vinum nouum non esse infundendum illis: quantò magis in hæc sepulchra mortuorum, quæ pulchra deforis parebant, intrin-
Matth. 23 secus autem plena erant putredine, sui puritatem consilij non debebat infundere? Rectè igitur illis signa quærentibus, & hoc omnipotentiæ suæ signum, nec omninò reticuit, nec nudo sermone, vt palàm intelligerent edixit. Tertium eorum quæ proposita sunt illud est: cur non qualicunque figura, sed templi nomine vel similitudine, responsionis suæ sensum aperuit. Et quidé
Psal. 106. hoc dicto inimicos suos errare fecit, quasi in inuio & non in via: fidelibus autem suis reseruauit ea, quæ recordarentur, & tempore oportuno intelligerét, propositi sui mysteria. Errantes enim illi dicunt: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum
2. Reg. 8. hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Quasi verò ille dicendo: soluite templum hoc, digitum intendisset in illos parietes magnos & pulchros, aut Deus non in alio, quã in illo habitaret templo manufacto: cùm econtrà, templi illius constructor Salomon dixisset: Ergóne putandum est, quòd verè Deus habitet super terram? Si enim cælum & cæli cęlorum te capere non possunt, quãtò magis domus hæc, quam ædificaui tibi? Sed hæc isti surdi intus audierant, qui templum illud exterius videbant: multò magis verò illud attenderant, quod per os eiusdem incarnanda sapientia de semetipsa
Prouer. 9. dixerat: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, & cæt. Cùm ergo sic in præsentia veritatis errarent, & oculi eorum sole præsente caligarent: Quadraginta, inquiunt, & sex annis ædificatum est templum hoc: non primam, sed secundam ædificationem significantes. Primus enim Salomon templum in maxima Regni sui pace, decentissimo septem annorum opere perfecit: quod destructum à Chaldæis, post
3. Reg. 7. septuaginta annos, ad iussionem Cyri Per-
4. Reg. vl. sæ laxata captiuitate, reædificare cœptum
1. Esdr. 1. est. Sed filij transmigrationis, opus quod Principibus Zorobabel & Iesu iubentibus faciebant, propter impugnationem Gentium vicinarum, ante quadraginta & sex annos implere nequiuerũt. Et hi quidem hoc modo in verbo veritatis errabant. Nos autem non solùm cum Discipulis eius Scripturæ credimus & sermoni quem dixit Iesus, sed & in errore illorum dicentium: quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: inuitis illis, sensum veritatis extorquemus. Hic enim numerus non quidem annorum, sed dierum: perfectioni Dominici corporis aptissimè congruit. Tradunt enim naturalium Scriptores rerum, formã corporis humani tot dierum spacio persici. Quia videlicet, primis sex à conceptione diebus, lactis habeat similitudinem: sequentibus octo conuertatur in sanguinem: deinde duodecim solidetur: reliquis decem & octo, formetur vsque ad perfecta lineamẽta membrorum: & hinc iam reliquo tempore vsque ad tempus partus magnitudine augeatur. Sex autem & octo & duodecim & decem & octo: quadraginta & quinque faciunt. Quibus si vnum adiecerimus, id est, ipsum diem, quo discretum per membra corpus incrementum sumere incipit, tot nimirũ dies in ędificatione corporis Domini, quot fabrica templi annos inuenimus. Vnde rectè per templum illud manufactum, sacrosanctam ipsius carnem, quam sumpserat de virgine, figurabat. Sed & sanctæ Ecclesiæ (quæ est corpus eius, & de qua perfidos Iudæos cum flagello iustæ damnationis erat eiecturus) hic idem nihilominùs rectè congruit numerus. Ipsa enim de vniuersitate generis humani ex Adam propagati constituitur. Nomen autem Adam quatuor literis, quibus scribitur, hunc ipsum numerum, id est, XLVI. effecit, si in computo Græco considerentur. Nam α vnum, δ quatuor: & iterum α vnum, μ quadraginta significat: qui simul fiunt quadraginta sex. Illud quoque sciendum, quòd eisdem quatuor literis, id est, α δ: iterum α & μ: quatuor partes orbis designantur, in quas sparsus est Adã in filijs suis, de quib. vniuersitas Ecclesiæ colligitur. Nam in principijs nominum partium mundi, hæ quatuor leguntur: videlicet ἀρκτός, quod est septentrio, ab α incipit: & δύσις, quod est occidens, à δ: & ἀνατολὴ, quod est oriens, ab α: μεσημβρία, quod est meridies, à μ.

Numerus Græcus. *XLVI. hac vice.* *Adam dicit.* *Quatuor partes mundi.*

Mysticè ergo, XL & VI. annos in adiumentum Fidei sumentes, detestamur eos, qui hunc annorum numerum infideliter obiecerunt. Quia maledicti sunt, eò quòd (sicut à Patriarcha Iacob in typo, Simeon & Leui fuerat prædictum) vasa iniquitatis effecti sunt. Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maximè enim hi, qui fuerant de tribu Leui, scilicet, Scribæ & Pharisæi, talem occiderunt virum, tanti templi clauis, & lancea suffoderunt murum. His ita iam dictis, notanda est diligenter Euangelistæ intentio, dicentis: Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cur enim hoc tandem intulit, nisi vt Hæreticos hoc quoque dicto percuteret, Christo Dei Filio linguis vipereis detrahentes. Contra quos (vt sæpè dictum est) hoc Euangelium maximè conscriptum est. Quod vt manifestum sit, quærere nunc libet ab eisdem Hæreticis: Cuius nisi Dei templum

Gen. 49.

Christus rè Deus est, quia habet proprium templum.

templum est? Creaturæ quippe alicui templum, nec aliquando factum, nec vnquam faciendum vel dicendum est. Hic autem proprium templum corpus suum appellat
2. Pet. 2. Dei Filius. Quis enim nisi Dei Filius, nisi verbum incarnatum loquitur: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud? Deus ergo est, quia templum habet: quantumuis econtrà grunniant crassæ sues, in suis sepaludibus volutantes. Et proculdubio dignius est hoc templum filij Dei, templo illo Patris sui, de quo dixerat: Nolite facere domum Patris mei domum negociationis. Hoc enim templum non manufactum, iam in æternum dirui non potest: illud manufactum habitatorem non habens Deum, di-
Ezec. 47. rutum est. Et de hoc templo iuxta Ezechielem à latere dextro aqua egressa est, & omnes, ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. De illo autem templo à Scribis & Pha-
Matth. 27. risæis sanguis effluere non cessat, quem sibimet imprecati sunt dicendo: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Sequitur: [Cùm autem esset Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in eum, videntes signa quę faciebat. Ipse aũt Iesus nõ credebat semetipsum eis.] Isti credentes in eũ, credẽdo quoq; errabant, ita vt (sicut prædictum est) meritò Iesus semetipsum illis non crederet. Nam credebant quidem, quod ipse esset Christus, qui talia coram ipsis operaretur: sed Regnum eius carnaliter ęstimantes, humilitatis eius vias vel Regni ipsius mysteria percipere non merebantur. Talium vanitatem Spiritus sanctus redarguit in Psal-
Psalm. 12. mo dicens: Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis. Nam ante lucem surgere, quod omninò vanum est, illi appetunt, qui ante tempus exaltari quærunt, qui non recto ordine ad festiuitatem gloriæ nituntur, id est, qui non priùs humiliantur vt postea meritò exaltentur. Sic nempè isti, qui videntes signa quæ faciebat Dominus noster, credebant in eum: sic vani volebant venisse & regnare Christum, vt illo Rege ipsi (iuxta carnalem intellectũ suum) fortitudinem Gentium comederẽt, & in gloria eorum superbirent: & hunc ipsum esse Christum credentes, nondum humiliati cum illo iam de exaltatione sibimet
Matth. 20. applaudebant. Sic & filij Zebedæi (quorum
Marc. 10. hic Ioannes vnus est) nondum humiliati iã exaltari volebant, dicentes: Magister, dic vt vnus ad dexteram & alius ad sinistram sedeamus in Regno tuo. In vanum ibãt, quia lucem præire volebant, id est, ante Christum exaltari quærebant, & alia via, nec feruato ordine, quem ipsa lux disponebat, ad exaltationem properabãt. Nam antequam humiliarentur secundum passionem Domini, iam sibi loca eligebant, vbi sederent, vnus ad dexteram & alius ad sinistrã. Quare autem non æquè his & illis semetipsum abscondit vel credidit? Filijs namque Zebedęi statim semetipsum credere incipit, dicendo: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Ac deinceps paulatim illis arcana cælestia committit, maximeque huic Ioãni, cui sempiterni secreta Principij, multosque reuelationum cælestium thesauros ostendit. Istis autem qui crediderunt in eũ, ipse Iesus (inquit Euangelista) non credebat semetipsum. Quare ergo hos & illos tã diuersa sorte distinxit? Sequitur: [Eò quòd ipse nosset omnes: & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine.] Firmissima planè ratio, atque ad satisfacien
Rom. 9. dum sufficiens ei, qui ab Apostolo didicit, quòd non dicat figmentum ei qui se finxit: Quare me fecisti sic? Primum verò dicendum, de hac eadem ratione, non vana neq; infirma, quia secundum sæpè dictam Euangelistæ intentionem, aduersus Hęreticos edita est. Quis enim nouit omnes homines, nisi scrutans corda & renes Deus? Cui non est opus, vt quis testimonium perhibeat de homine, nisi Deo? Cui veraciter dictum est:
Psalm. 7. Tu solus nosti corda omnium filiorum ho-
Hier. 17. minum. Quis denique scit, quid sit in homi-
3. Reg. 8. ne, nisi Deus? De quo non vanè dictum est:
1. Reg. 16. homo videt in facie, Deus autem inspicit cor. Igitur hic etiam Euangelista iuxta propositum suum manifestè Christum esse Deum testatus est, dicendo: Eò quòd nosset omnes. Si autem omnes nouit homines, vtique & illos nouerat qui crediderũt in eum, signa videntes, quæ faciebat. Ergo secundum quod eos nouerat, discretè cum illis agere debebat, videlicet vt carnalia sapientibus rectè spiritualia non obijceret, præsertim cùm eius consilij non sit: Sanctum cani
Matth. 7. bus dare, vel: Margaritas ante porcos mit-
Rom. 8. tere. Non enim (quamuis habeat figulus potestatem facere de eodem luto aliud quidé vas in honorem, aliud verò in contumeliam) idcirco existimandus est figulus noster erga nos hac vti libera potestate, sine præeunte causa iustitię, videlicet: quòd idcirco sint multi homines vasa contumelię, quia noluit illis honorem ostendere notitię suę. Nempè potiùs idcirco non vult illis honorem suum infundere, quia sunt ipsi vasa cõtumelię. Et, vt manifestiùs dictum sit, non idcirco quisque malè agit, vnde pereat, quia Deus illum morti prædestinauit: sed idcirco Deus illum morti prædestinauit, quia malè actурum præsciuit. Sicut contra Hæreticos liberum arbitrium negantes, copiosè disputatum est ab adiutoribus Dei. Nam, teste Apollo, sicut vocationem prædestinatio Dei: sic prædestinationem eius præscientia præcedit. Igitur quod ait Euangelista: Iesus autem non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homi-

Quæstio de prædestinatione.

Hæreticũ est negare lib. arbitr.

Rom. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne: Ipse enim sciebat quid esset in homine: tale est, ac si dicas de pro uido quouis homine: Noluit vasculis illis vel illis vinum suum infundere, eò quòd illa sciret ipse cœno oppleta esse, & non erat illi opus, vt quis prose iret inspicere: ipse enim per semetipsum curauit & potuit introrsum peruidere. Nunc sequentia videamus narrationis Euangelicæ.

CAP. III. [Erat homo ex pharisæis Nicodemus nomine, Princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.] Hic homo non tam pro natura quàm pro ratione dici æstimandus est. Si quidem & illi, quibus Iesus non credebat semetipsum, omnes quidem natura homines erant: sed, quia non rationabiliter quærebant ea, quæ nesciebant, quodammodo homines non erant. Hic autem, Deo fauente, in his quæ vidit & audiuit rationis operæ vsus est, qua sola iuuamur, vt brutis animantibus simus dissimiles. Videns enim signa, quæ Iesus faciebat & non intelligens ea quę dicebat, non in stultam admirationem euanuit (quemadmodum illi qui dixerant, quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?) sed vt rationalis homo præparans se ad percipienda ea quæ Dei sunt, forti Argumentatione constrinxit se, ita proponens: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: ac deinde firmissimam rationem subijciens: Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Quid verò gratiæ, quid bonæ & prædicandæ indolis habet, quòd venit ad eum nocte? O laudabilis Lictor & venerabilis Executor, multùm dissimilis Iudæis (quorum Princeps erat) & Pharisæis (ex quibus erat) qui miserunt ad comprehendendum illum nocte, ad quem audiendum ipse venit nocte. Miserunt illi nocte vt comprehenderent Iesum sine turba: venit hic ipse nocte, vt audiret Iesum sine turba, cui Iesus semetipsum non credebat. Illi hora sua malè vsi sunt, & potestate tenebrarum: hic doctrinę aptum nocturni silentij benè captauit otium. Et illi quidem comprehendendo & ligando amiserunt Saluatorem Christum: hic interrogando & audiendo inuenit & tenuit Christum Dei verbum. Igitur homo hic erat Princeps Iudæorum: ipsi autem Iudæi genimina erant viperarū. Erat hic ex Pharisæis, secundum nomen suum, diuidentibus, & à Deo diuisis: sed ab illis exiens vni adhæsit, vni verbo Dei se coniunxit.

Nicodemus homo, alij tanquã nõ homines.

Matth. 3.

Prouerb. 8. Vnde & contigit illud voce sapietię prolatum beatitudinis præconium: Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas, & obseruat ad postes ostij mei. Hic enim ad fores sapientiæ nocte vigilauit totis oculis, non minùs animi quàm corporis, nocte vna hic ad fores eius humano diei clausas vigilauit. An non sapientiæ domus erat illud incarnati verbi corpus, de quo paulò ante dixerat Iudæis eadem sapientia habitatrix eius: Soluite templum hoc, & in tribus diebus ædificabo illud? An non clausæ erant domus vel templi huius fores illis maximè irreuerenter pulsantibus ac dicentibus: quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus ædificabis illud? cùm & his qui crediderunt in eum clausæ essent, Euangelista dicente: Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. Sed hic reuerenter accedens, remotis imò & dormientibus illis, quibus secretarium templi huius non decebat aperiri, vigilans & obseruans amica voce pulsauit, & habitatricem sacri pectoris sapientiam ad se per apertos oris ac linguæ postes euocauit. Beatus ergo est, quia & tenebrarum filios, quos forsitan adhuc timebat effugiens, lucem in nocte quæsiuit & inuenit, maximaque ab ore sapientiæ hausit Sacramenta nostræ salutis. Sed iam isto interrogante, respondentis domini scrutemur verba, nostrisque faucibus & ori nostro dulcia super mel & fauum experiamur eius eloquia. [Rabbi, inquit, scimus quia à Deo venisti magister.] Poterat sic scribi: Magister, scimus quia à Deo venisti magister. Sed opportuna linguarum varietate vsus est, non solùm pro ornatu dicendi, verùm etiam gratia sensus elucidandi. Sic enim melius elucescet, quòd ita dixerit. Scimus quia ad hoc à Deo venisti vt sis magister. Dicitur autem Rabbi, pro excellentia magisterij, cùm in Latinum (vt cętera verba Hebraica) verti potuerit, sicut & alia quædam non interpretata proferuntur, pro excellentia vel dignitate eorum quę significantur: vt, Alleluia, Amen, & si qua huiusmodi reperiũtur. Et quidem iure beatificamus rationabile studium hominis, quod depositio supercilio Pharisęorum (ex quibus erat) Dominum nostrum adiens, Magistrum illum vocauit vera intentione discendi: sed hoc deesse notamus, quod necdum illum Magistrum simul ac Dominum vocare nouit, vt iam illis æquaretur, quos approbans ipse: Vos, inquit, vocatis me, Magister & Domine, & benè dicitis. Sum etenim. Verùm ignoscendum est illi, & expectanda est eius lactens & edentula fides, donec crescat & proficiat, moxq; compleatur in illo quod scriptum est: Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius. Hoc interim gratulamur, quòd illum pedibus appropinquare videmus, dũ dicit: Scimus, quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facere, quę tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Illi qui ab hoc eodem magisterio sese elongabant, scilicet Pharisęi (ex quibus & hic erat) quid dicebant?

Differẽter venerũt ad Iesum nocte Nicodemus & alij Iudæi.

Rabbi.

Ioan. 13.

Deut. 33.

Blasphemia pharisæorũ in spiritũ sanctũ Matth. 12. bant? In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Attamen idem quod iste, idem planè & illi sciebant. Nam de se & illis ait hic: Scimus quia à Deo venisti magister. Idcirco rectè arguuntur illi, verbum dixisse contra Spiritum sanctum, quod non remittetur eis, neque in hoc seculo neque in futuro: Quia scientes eum in digito Dei eijcere Dæmonia, quod & Magi in Aegypto coram Pharaone, Moyse signa faciente, scire poterant. Dixerunt enim: Digitus Dei est hic. Scientes ergo illum in Spiritu sancto Dæmones eijcere, dicebant: In Beelzebub Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia: quod idem est ac si dicerent (quod auditu quoque nefas est) Spiritus sanctus Beelzebub est. Ergo, quia tantum ore confessus est, quantum corde intelligere potuit, vidit Iesus, imò & ante viderat, quod semetipsum credere deberet huic, eumque verę sapientiæ, quæ ipse est, secretis admisit. Nam sequitur: [Respondit Iesus & dixit ei: Amẽ dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre Regnum Dei.] Amen amen, id est, verè vel fideliter. Et congrua sibimet affirmatione incarnata Veritas dicta sua confirmat, vt somnolentum & de futuro non cauentem excitet, & attentum reddat.

Exod. 18.

Cur in Ioanne, Amẽ geminatur Notandum verò, quòd cùm in cæteris Euangelistis, aliàs crebriùs, aliàs rariùs, semper autem simpla hæc affirmatiua dictiuncula ponatur, in hoc solo Euangelista sæpius & eadem semper duplicata reperitur. Quia videlicet, quæ ab hoc referuntur, maiora & diuiniora sunt, & idcirco concitatiore, id est, geminato semper affirmationis clamore magis attentum efflagitant auditoris animum. Potest & sic rectè intelligi, quòd Amen dictum sit, pro ipso nomine veritatis, quæ est ipse Filius Dei, iuxta illud in Apocalypsi: Hæc dicit Amen testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei: & sic dicat, Amen amen dico vobis, vt intelligas eum dixisse, ego Veritas veritatem dico vobis. Sed iam ipsius verba tanto veritatis firmamento suffulta prosequamur. Nisi quis natus fuerit denuo, inquit, non potest videre Regnum Dei. Hic iam attenti (quoniam non solos sacramentorum ruminare nucleos, sed & literarum vellicare corticem* vobis propositum est.) Quærimus primùm, ad quid Dominus hoc responderit? Quia, sicut se habet Euangelicæ textus literæ, respondendo Nicodemo hæc intulit. At ille quæstionem nullam proposuisse videtur, ad quam de videndo Regno consequenter responderit Iesus. Quòd si ita dixisset: Scimus quia à Deo venisti Christus Rex: nulla de conuenientia responsionis quæstio superesset. Igitur nos quoque nostræ noctem ignorantiæ discutientes, & cum hoc Nicodemo in* adiutorio veritatis vigilantes, primum ab intentione eiusdem Nicodemi viã quæramus, ad audienda, quæ dicuntur huic, magna & profunda mysteria Regni Dei. Hoc primùm nemo qui dubitet: Nicodemum non defuisse multis illis, qui (vt suprà dictum est) in die festo crediderunt in eum, videntes signa quæ faciebat. Quid autem credebant in eum, nisi quòd ipse esset Messias, quem olim expectabant venturum Regem magnum, Regem victoriosum? Hæc ergo Nicodemi nocte venientis erat intentio, vt ab eo disceret, quando vel quomodo in throno Dauid relideret, & restitueret Regnum Israel. Nec verò ab hac intentione propositio eius dissonare putanda est, dicentis: Scimus quia à Deo venisti Magister. Denique ipsi qui scripturas à Deo nesciebant, non solum Regem, sed & Doctorem iustitiæ Christum fore sperabant. Vnde & loquitur ad eum mulier Samaritana: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cùm ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia. Quantò magis hic, qui erat Magister in Israel, scienter, imò rectè, hunc quem esse Messiam credebat, Magistrum vocare potuit? Hæc igitur perpendentibus valde iucunda & admirabilis elucet ista responsio, tam congruè, quàm verè reddita, vt eloqui summam decebat sapientiam ore proprio: Amen amen, inquit, dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre Regnum Dei. Quid enim amplius admirari poterant viri Barbati, iam filijs suis circumfusi, qui se putarent hæreditario propter patres Regno Dei iam idoneos, iamque cordis auari sinum laxabant, affluxuris (vt putabant) in illo regno diuitijs, atque in contemptum omnium Gentium robustam ceruicem erigere fuerant parati? Quid amplius poterãt admirari, quàm id, quòd nisi priùs nascerentur, non essent visuri Regnum Dei? Nonne faciliùs constare poterat apud illos, nullum fore Regnum DEI, quàm aliquem natum posse denuo nasci? Vnde: Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cùm sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterum introire & *nasci?] Imò quia senex, quia vetus homo est (Inueterauit enim inter omnes inimicos suos) id-circo oportet eum denuò nasci, oportet alterari, oportet alia generatione renouari. At ille terreno sensu, cælestis hominis dicta penetrare non poterat, idcirco dicebat: Nunquid potest homo, in ventrem matris suæ rursus introire & nasci? Solam enim natiuitatem vel generationem illam attendebat, quæ ex sanguinibus & ex voluntate carnis, & ex voluntate viri fit: vnde non nascuntur, vt sint Filij DEI, aut, vt videant homines Regnum DEI. Veruntamen hoc impossibile vel Regno Dei inutile, non illa obijciebat intentione vel spiritu, quo illi dixerunt superiùs: Quadraginta & sex

Quid de Messia credebant Iudæi.

Quid Samaritana: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cùm ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia. Ioan. 4.

aliàs renasci.

Psalm. 6.

Ioan. 1.

Ioan. 2.

**nobis.*

Quæstio de responso Christi.

**auditorio*

Universidad de Deusto
Biblioteca

annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus ędificabis illud? Alioquin nec huic semetipsum crederet Iesus. Pulsabat potiùs ardore discendi, non obstrepebat liuore aduersandi. Se potiùs deficere sensu, quàm illum proferre inania arbitrabatur. [Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.] Non, inquit, impossibile est, quod proponitur, volentibus introire in Regnum Dei. Nec enim dixi, quòd oporteat hominem in ventrem matris suę rursus introire & nasci.

Spiritalis. Alia natiuitas est, qua possibile est hominē quamlibet senem denuò nasci. Possibile est namque aquam homini adhibere, Spiritum sanctum super aquam inuocare. Inuocatus autem statim adest, & familiare sibi elementum sanctificat: familiare, inquam, Nam &

Gen. 1. in principio ferebatur super aquas. Et omninò impossibile est, inuocationem nominis eius irritam fieri, maximè ad hoc opus super aquas, cum nomine Patris & Filij inuocati. Itaque non in ventrem matris suæ, sed in fontem gratiæ Dei potest homo introire & denuo nasci. Aliàs autem & verè in ventrem matris suæ rursus ingreditur, quãdo in sinum huius gratiæ vera Fide reducitur. Mater enim nostra gratia est, mater nostra Dei & beatorum omnium Angelorum eius, vna, concors, & dilecta ciuitas est. De cuius vtero tunc malè nati & foras proiecti sumus, quando in primo parente, deserta

Peccatũ originale & eius quatuor incremẽta. Paradisi requie, propter peccatum expulsi in hoc exilium decidimus. Cuius natiuitatis infelicitatem vir sanctus mysticè deplorat dicens: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo.

Iob 3. Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? & cæt. His enim dictis, quatuor originalis deplangit incrementa peccati, scilicet: Suggestionem, Delectationem, Cõsensum, Defensionem, quibus quatuor modis omne peccatum cõsummatur. Sic ergo nati ad mortem, rectè renasci dicimur ad vitam: quando eiusdem matris nostræ, à qua per peccatum diuisi sumus, videlicet supernæ Ecclesiæ, sacramentis per Baptismum immergimur. Sic.n. à tribus sinistræ generationis gradibus, ad tres nihilominùs dextræ generatiõis gradus trãsmigrauimus, scilicet à Diabolo ad Deum: à veteri Adam ad nouum, id est, Christum: à proprijs carnis nostræ progenitoribus ad sacros Catholicę Ecclesię Ministros vel Sacerdotes, per quos ascendere incipimus. Igitur cùm dixisset Nicodemus: Nunquid potest homo in ventrem matris suæ rursus introire & nasci? rectè Dominus non negauit hoc posse fieri. Quia videlicet, non quidem secundum carnalem illius sensum potest fieri, sed secundum spiritualis sacramenti veritatem fieri potest, & fit. Sciendum autem non confestim hoc dicto cœpisse Sacramenti huius celebrari virtutem, sed nec quam diu idem Dominus noster Deus immortalis homo inter homines deguit, nostram indutus mortalitatem. At vbi resurgendo ipse à mortuis regnare cœpit, priorque in Regni sui gloriam intrauit, tunc primùm cœperunt renasci, qui viderunt Regnum Dei, videlicet per Baptismum commoriendo & conresurgendo illi, data tunc primùm Regula baptizandi ab eodem dicente: Euntes docete omnes Gẽtes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Non enim vel per Baptismum Ioannis, vel per aliquod aliud remedium cuiquam poterat aperiri hic, de quo nũc agitur, introitus Regni Dei, priusquam ipse Rex per passionem suam acquireret Regnum Dei: priusquam per aquam & sanguinem de latere suo profluentem, ipsum conderet Sacramentum Baptismi, vniuersam Ecclesiam (quæ illum apud Inferos expectabat, sicut alio in loco dictum est) eodem sanguine redimens, eademque aqua abluens in peccatorum remissionem. Quoniam autem hæc homini circunciso locutus est, & sine vlla exceptione circuncisionis aut præputij, dixit vniuersaliter: nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei, Res ipsa postulare videtur, vt quæramus, imò & quęrentibus cum Apostolo respondeamus, quid amplius Iudæo, aut quæ fuerit vtilitas circuncisionis? Constat enim, quia cùm hæc diceret Dominus, nullus adhuc introiret in Regnum Dei. Ergo dum sinè exceptione dixit: nisi quis renatus fuerit: constat, quòd & illos oportuerat renasci ex aqua & Spiritu sancto, qui apud Inferos detinebantur, quamlibet fuissent sancti aut iusti, & (sicut alio iam loco dictum est) tunc est factum, quando Christus in cruce moriens, Adæ debitum soluit, vniuersamque Ecclesiam, quæ hactenus fuerat, regenerauit, vbi mortuus mirabiliter sanguinem & aquam de latere suo profudit, vnde illa renasceretur, sicut dormientis Adæ lateri costam subduxit, vnde Eua fabricaretur. Igitur de causa vel vtilitate circuncisionis ita differendum est, vt pariter intelligamus, q̃ rectè extũc cessare debuerit, ex quo moriente Christo in cruce, Baptismi sacramentum conditũ. Circuncisionẽ pro signo iustitiæ fidei datam esse, Paulus Apost. testatur, dicens: Dicimus, quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione, an in præputio? Nõ in circũcisione, sed in præputio. Et signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis, & cæt. Hoc manifestũ est ex serie libri Geneseos, quòd Abraham ante circuncisionem iustificatus est per fidem, eadem scriptura dicente: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Hic autem addit Apostolus, quia signo circuncisionis signatus est, dicendo: & signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. Signatus est quippe tanquam vas iustitiæ, cõtinens thesaurum fidei, quam Deo iã obtulerat in precium promissionis, vt hoc signo Testamentum eiusdem promissionis firmaretur, & iure teneretur debitor qui promiserat Deus. Cùm enim dixisset Deus: Circuncidetur ex vobis omne masculinũ, & circuncidetis carnem præputij vestri, statim addidit: vt sit signum fœderis inter me & vos. Benè ergo Apostolus ait, quia signũ accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. Quid autem Deus promiserat illi, vel quid credendo iustificatus est, vt hoc fidei signum accepit? Hoc vtique promiserat Deus, & hoc ille crediderat: Quòd futurum esset semen eius, sicut stellæ cæli: &, quòd in semine eius benedicerentur omnes Gentes terræ. Quæ promissio de benedicendis gentibus, in semine eius, prima & vltima allocutione eius firmata est. Prima namque apparitione præcipiens illi, vt egrederetur de terra, & de cognatione sua: Benedicens (inquit) benedicam tibi, & multiplicabo semẽ tuum, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Vltima verò, quando filium suum Deo obtulit, vocans illum de cælo, cum interpositione iuramenti benedictionem repromittens: possidebit (inquit) semen tuum portas inimicorum suorum, atque in semine tuo benedicentur omnes Gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Vnde & repromissio dicitur. Quia primò & secundò de benedicendis in semine eius Gentibus promissio facta est. Cùm ergo fides Abrahæ, quæ illi ad iustitiam reputata est, in eo fuerit, quòd credidit in promissione seminis, & hanc fidem Deus signatam esse voluerit, vbi conuenientiùs, quàm in ea parte corporis, per quam semen traijcitur, signari debuit? Solent enim irridentes obijcere Iudæi, cùm dicimus eis, circumcisionem signum fuisse Fidei: Cur (inquiunt) non potiùs in aure, vel in labijs, siue in alia qualibet nuda corporis parte, quàm in ea, quæ semper operitur, positum est hoc signum, vt meliùs pateret, si, vt dicitis, pro signo Fidei data est? Attamen hoc ipsi negare nequeunt suæ Scripturę autoritate constricti, quin pro signo fidei (sicut prædictum est) à Deo data sit. Eis ergo dicimus: Cùm circuncisio fidei signum sit, fides autem in seminis promissione fuerit, nónne conuenientiùs secundum causam in ipso seminis effusorio, quàm in alia qualibet corporis parte poni debuit? Igitur (vt prędictum est) cum autoritate Apostoli, imò & Scripturæ veteris, circuncisio fidei signum est. At verò ipsa fides in Promissione seminis est. Cõstat ergo, quia circuncisio, eiusdem seminis expectandi professio est, & quisquis circunciditur, semen illud se expectare profitetur, quod est Christus. Non.n. promissio facta est de seminib⁹, quasi de multis, sed de semine vno. s. quod est Christus. Quisquis aũt se hoc semẽ profitetur vẽturũ expectare, profectò negat venisse. Igitur quicunque Christum in carne venisse confitemur, abolita circuncisione, eiusdem Christi Domini nostri, solo Sacramento indigemus, de quo nunc agit. Nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei. Qui si circũcideremur, Christus nobis nihil prodesset: quia videlicet, hoc signo vẽturũ nos expectare profiteremur, ac per hoc venisse negaremus. Sed dicit ad hæc Iudæus: Quod Deus semel in sempiternum statuit, nunquam ipse mutari concedit, aut præcipit. Acquiescimus: Immutabilis enim est Deus. Subiungit itaque: Statuit circuncisionem in pactum sempiternum, in fœdus æternum. Sic enim de illo loquitur ad Abraham: Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te, in generationes suas, fœdere sempiterno. Et post pauca: Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Igitur non est hicà Deo, qui & per semetipsum Sabbatum non custodit, & per baptizatos vel baptistas suos, sempiternum circuncisionis pactum dissoluit. Ita Iudæis argumentantibus, illum Psalmi versiculum opportunè, importunè decantamus: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. Hoc enim in illis isto modo impletur, dum Scripturæ huius cæterarumque sacrarum mensa lectionum fit eis in laqueum, vt prauè intelligentes illaqueentur, & digna retributione fiat eis, vt scandalizati ad lucem veritatis peruenire non sinantur. Quid enim? Nunquid hoc Scriptura ista prædicat, quod Deus circuncidendi ritum indixerit in æternum? Nascendi & generandi succesio ęterna non erit, & circuncidendi Lex ęterna esse poterit? Quid ergo? Ipsa scripturę verba meliùs inspiciamus, ne vllatenus excusabiles illos esse suspicemur. Quid Deus voluit esse ęternum? Quid statuit vt esset sempiternum? Pactum suum, fœdus suum. Quod est illud fœdus? quod est illud pactũ? Nunquid ipsa circuncisio fœdus est aut pactũ? Nó vtiq;, sed est fœderis vel pacti signum. Cùm.n. dixisset Deus: circuncidetur ex vobis oẽ masculinum, & circũcidetis carnẽ pręputij vestri, statim addidit: vt sit signũ fœderis inter me & vos. Nõ ergo circũcisio fœdus, sed signum fœderis est. Quantum distat inter testatoris scriptum, & ipsi⁹ quod impressit Sigillum, tantum distare cer-

Iustificatio Abrahæ per fidem. *Gen. 15.* *Rom. 4.* *Virtus baptismi posterior resurrectio Christi.* *Matth. vlt.* *Ioan. 19.* *Gene. 2.* *Rom. 3.* *Coloss. 2.* *Ioan. 19.* *Circũcisio.* *Rom. 4.* *Gen. 15.* *Gen. 12.* *Gene. 22.* *Circũcisio cur post passũ Christi esse aut fieri nõ debet.* *Galat. 3.* *Galat. 5.* *Gen. 17.* *Iob 9.* *Solutio ꝙ male intellecti scripturas.* *Psalm. 68.* *Gen. 17.*

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum est inter eam quę ad Abraham facta est seminis (quod est Christus) promissionem, & ipsam Circuncisionem. Promissio namque seminis, occurrente alacriter Fide Abrahæ, pactum vel fœdus est: Circuncisio verò, signum fœderis est.

Pactū æternū est, non ipsa circuncisio.

Et, pactum quidem dixit Deus fore sempiternum: cùm autem dixisset, vt signum fœderis inter me & vos, non addidit, æternum. Tunc enim fortasse rectè intelligi vt cunq; posset, quòd circuncisio in æternum exercenda esset: quod tamen sic impossibile est, sicut generandi vel nascendi successionem æternam esse, verum non est. Nunc autem pactum quidem ęternum est, quia semen æternum promissum & creditum atque datum est: circunsio verò, quę pactivel fœderis signum est, nec æternaliter exerceri potest: nec iam, postquam illud semen quod promissum fuerat, venit, exerceri debet. Quæritur adhuc, cur Sancti Patres ante aduentum Christi non introibant in regnũ Dei? Nonne per eandem Fidẽ fuerant iustificati & ipsi? Ad quod respondemus: Cur sacramentis sanctæ Ecclesiæ, verbi gratia, corporis & sanguinis Domini communioni non admittuntur Catechumeni nostri? *Rom.10.* Nonne corde credunt, & ore confitentur fidem Christi? Videlicet, inquis, quia nondũ sacro fonte sũt regenerati. Ita planè veteres Sãcti idcirco ab illa cęlesti Ecclesia nõ debebant in communionem gloriæ & visionis Dei recipi: nec fas erat, vt inter candorem innocentiæ vel charitatis Angelicæ reciperentur, qualescunque humani generis iustitiæ (quæ omnes, testante Esaia, sic erant, *Esaiæ 46.* sicut pannus menstruatæ) nisi priùs lotæ essent sanguinis & aquę de Christi latere profluentis, inundatione. Adhuc nihilominus Aduersarius Iudæus obijcit: Cùm ipse qui vobis Baptismum dedit, Christus vester circuncisus sit, qua ratione circuncisiõem excludit is, vt non exemplo eius circuncidami-

Cur nos nõ circuncidimur, sicut Christus. Lucæ 22.

ni, priusquam baptizemini? Cur illud nostræ religionis non admittitis, quod in carne sua Christum vestrum admisisse negare non potestis? Mirum si non & illud obijciant, cur non & par turturum, aut duos pullos columbarum offeramus in sacrificium pro paruulis nostris primogenitis, cùm & ipse Christus noster huiusmodi hostia, secundum Legem Moysi mundatus sit. Ve-

Solutio huius quæstionis. Rom.5. Galat.4.

rùm prædictam obiectionem, & omnium imprudentium hominum ignorantiam, sanus sermo fidei iamdudum obmutescere facit. Primò namque dicimus cum Apostolo: Christum ministrum circuncisionis datum propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Qui & idcirco sub lege factus est, & rectè legaliter circuncisus est, vt circumcisus legitimus & irrepre hensibilis minister salutis suæ gratiam prędicaret. Deinde & hoc subiungimus: quia semen, quod Abrahæ promissum est, ipse Christus, est semen vnum, propter quod, donec veniret, generationes computatæ sunt, tribus & familiæ, cognationes ac domus seorsum distinctæ & diligenter obseruatæ sunt, necùm Christus veniret, incertum esset, quin de semine Abrahæ, de tribu Iuda, de familia Phares, de domo Dauid (cuius fidei nihilominùs fuerat repromissus) existeret. At ipse Christus neminem secundum carnem genuit, sed ęterna virginitate carnem suam continens, generationes carnis Abrahæ in se vno semine, quod illi repromissum fuerat, consummatas ostendit. Et, si ritè attendas, verbum promissionis vltra hoc semen Abrahæ, quod est Christus, nulla genealogia carnis eiusdem Abrahæ protendi iam debet aut supputari. Igitur sicut Christus neminem secundum carnem genuit, ita consequenter neminem secundum carnem circuncidere debuit. Ab eis, de quibus secundum carnem natus est, rectè secundum carnem & circuncisus est, rectè nihilominùs neminẽ nostrum secundum carnem circuncidit, quorum neminẽ secundum carnem genuit. Vbi Christus hæres æternus datus est, protinus, sicut generatio carnis in illo desijt, sic & circuncisio carnis iure deficit. Alterius, id est, spiritualis genealogiæ principium ipse, ac proinde alterius quoque Sacramenti nobis autor est. Secundò nanq;, imò iã tertiò, nobiscum Deus in Christo pepigit fœdus. Et nota diligenter, fœderis quod Deus cum hominibus pepigit, fœderis, inquam, eius ternariũ nota diligenter incrementum. Primò nanque cum Noe: Secundò cum Abraham: Tertiò pepigit cum semine eius, quod est Christus. Et secundum rem fidemque singulorum variauit, vel magis ac magis propè fecit in singulis fœderis sui signũ. Siquidem Noe quia dicente Deo futurum credidit diluuium, credensq; obediuit in fabricando arcam, & fecit omnia quæcunque præcepit ei Deus, accepit signum secũdum rem fidemque suam congruum, scilicet, arcum in nubibus cæli positum, dicente Deo: Ponam arcũ meum in nubibus cæli, & erit signum fœderis inter me & inter terram, & recordabor fœderis mei quod pepigi tecum: quia videlicet potissimũ de nubibus defluxit ipsum, ham in circquod loquente Deo, futurum crediderat diluuium. Abrahã verò, quia credens obediuit Deo præcipienti, vt egrederetur de terra & de cognatione sua: & promittenti q benedicẽs benediceret, & multiplicaret eũ: & quòd in semine eius benedicerentur oẽs Gentes, signum accepit fœderis Dei, non iam extra se (sicut Noe, qui accepit in nubibus) sed in semetipso: veruntamen in carne exteriùs, in ea duntaxat corporis parte, per quam (vt suprà dictum est) semen traditur: congruè scilicet, quia in seminis promissione

Gen.15. Matth.1. Num.vlt.

Psalm.11.

Christus secundũ carnẽ neq; genuit neque circũcidit.

Triplex fœdus Dei cũ hominibus.

Primũ cũ Noe in arcã nubiũ. Gen.6. Gen.9.

Secundum cum Abraham. Gen.12. Gen.17.

Tertiũ, cũ Christo in baptismo. Philip.2.

missione non dubitauerat fide confortatus. Christus tandem, quia non solùm fideliter, sed & scienter seruiens (Nihil enim ignorare poterat) factus est obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis: accepit, imò & dedit, fœderis ęterni signum sempiternum, iam neque extra hominem, nec in parte hominis ponendum, sed quo totus homo intus & exteriùs, visibili Sacramento, pariter & inuisibili virtute regenerãtur & sanctificatur. De quo vt pertractemus, iam ad ipsa lectionis Euangelicæ verba redeamus. [Nisi quis renatus fuerit, inquit, ex Aqua & Spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ Dei.] Et qui verba Dei ponderare nouit, & claro intuitu splendorẽ diuini agnoscit eloquij, longè circumspectiùs dictum esse liquet: nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu, quàm si dictum esset nisi quis fuerit baptizatus. Nam videtur quidẽ idipsum significare baptizatus, quod renatus ex Aqua & Spiritu, verùm nonnihil differt. Etenim baptizatus quidem est omnis qui renatus est ex Aqua & Spiritu, sed non econuerso, omnis qui baptizatus est, ex Spiritu, quoque renatus est. Quod vt manifestum sit, quærenda est in primis definitio renati. Renatus verò ille est, qui spiritu mẽtis suę renouatus est, qui veterem hominem cum actibus eius exuit, & induit nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Sed multi illorum qui baptizantur aqua, spiritu mentis suę nõ renouantur, non deponentes veteris hominis actus, quamuis in aqua demersi, nouum se hominem induere profiteantur. Prouidè ergo Veritas loquitur, dum mauult dicere: nisi quis fuerit renatus, quàm nisi quis fuerit baptizatus.

Differunt baptizatus & renatus. Ephe.4.

Act.8.

Quapropter vt Simon magus baptizatus quidem aqua est, sed spiritu sancto baptizatus non est: sanctus enim spiritus disciplinæ effugit illum fictum, ac proinde baptizatus quidem, sed non renatus dici potest. Sic & alij multi baptizantur quidem, sed nõ renascuntur, ac proinde malis fœtibus rectè comparantur: qui vtero quidem concipiuntur, sed non viuificantur, aut vitam inspiratam protinus amittentes abortiui promittuntur. Etisti quidem illis quoque assimilantur, qui tranſito mari rubro in desertо prostrati sunt, & Repromisionis terram non introierunt. Illi autem, qui ex Aqua & spiritu sancto renati, & regnum Dei perseueranter introeunt, illis similes sunt, qui mari rubro & Iordane quoque tranſito, terram promisionis, præliorum virtutibus victores obtinuerunt. Illi quoque qui ab Hæreticis baptizantur, baptizati quidem sunt, nec eis repetitur lauacrum carnis: renati tamen nequaquam sunt, qui iam mortui prodeũt, sed nec vnquam vixerunt. Vnde nec saltem illis fœtibus comparantur, qui viuificati in materno vtero moriuntur antequam proferantur. Qui tamen, si ad vnitatem Ecclesiæ reuertantur, & per Confessionem Catholicæ Fidei, matri vnicæ Ecclesiæ subijciuntur, tunc eo, qui in illa sola est, Christi spiritu viuificantur, & sic inter eos qui ad videndũ Regnum Dei renati sunt, ipsi quoque computantur. Tantummodò quasi natalib. differũt ab eis, qui in catholica Fide & Ecclesia baptizati sunt: sed ad regni eiusdẽ consortium peruenient. Quemadmodum Gad & Asar, Dan & Nepthalim, de ancillis quidem obscurius nati sunt, sed tamen in diuisione terræ, nihilominùs ęquum distributionis funiculum sortiti sunt. Iam nunc audita propositione, qua, quid necessarium sit ad videndum Regnum Dei, veritas exposuit: rationem audiamus, quam subintulit eidem suo, quem erudiendum suscepérat, *Ioan.16.* auditori. Sequitur: [Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.] Bonus doctor, cui non opus est, vt quis eum interroget, non expectauit vt eũ Nicodemus interrogaret: quare nemo, nisi renatus, possit introire in regnum Dei, sed vltro subtilẽ valdè subtiliter rationem reddidit. Quod natum est (inquit) ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Hæc ratio prudentem & acutum auditorem desiderat. Quia audita hac, tanquam cælestis Dialectici, propositione, protinus eodem spiritu, quo renatus est, suggerente, assumat, & dicat: Sed omnes homines ex carne nati sunt, ex carne peccatrice, Deum nesciente, mundum diligente, post concupiscentias suas eunte. Regnum autem Dei totum in spiritu sancto est, totum in spiritu cõstat & veritate, nihil habet terrenum, nihil admittit caducum, nihil vanum habet aut ineptum. Ante omnia tu qui hæc loqueris, *Luc.17.* Rex atque Imperator huius regni Dei ex *Ioan.4.* carne quidem natus es, sed non de carne so- *Rom.8.* la. Nam de spiritu sancto ex carne virginea conceptus & natus es. Proinde tu caro qui- *Christus natus quidem ex carne, sed etiam de spiritu sancto est.* dem & vera caro es, quia ex carne natus es: sed & spiritus es, quia de spiritu sancto conceptus es. Cæteri homines tantùm caro sunt, quia de sola carne concepti & nati sunt. Cum ita assumpseris tu, quisquis es, concludit ille sic: Ergo, inquit: [Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuò.] Non, inquit, mireris, nã potiùs mirandũ esset, si dixissem hominem nõ renatum posse introire in Regnum Dei. Homo enim non renatus, caro est: Regnum verò Dei spiritus est. Hæc autem. s. caro & spiritus contraria sunt, & hæc, inquit Apostolus, sibi inuicem aduersantur. Quorum altercantium & inuicem aduersantium rixã impacatam, homo non renatus non sentit? Quia videlicet totus caro est, nihil habens de spiritu aduersario carnis. Vbi aũt renatus est, & in hac noua generatiõe adolescit, graues expitur pugnas

Rom.7. 1.Ioan.2. Pugnat inter carnẽ et spiritum. Galat.5.

gnas

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnas Carnis ac Spiritus. Quia condelectaba
Rom 5. tur quidem Legi Dei secundum interiorem hominem, videt autẽ aliam Legem in membris suis, repugnantem Legi mentis suæ, & captiuum se ducentem in Lege peccati, quę est in membris suis, & ingemiscens dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quem sic iugiter clamantem, cùm liberauerit Gratia Dei, adhuc viuens, iam non est in carne, nescit passiones, quæ per carnem eius erant operantes, & si quid submurmurat ancilla superba, protinus à domina sua Ratione districtè affligitur. Cum igitur homo non renatus (vt prędictum est) caro sit: Dei verò Regnum, spiritus sit: caro autem & spiritus cõtraria sint, & sibi inuicem aduersentur, Non mireris (inquit Dominus) quia dixi tibi, oportet vos nasci denuò. Magis enim mirandum esset, si dixissem: hominem non renatum, qui ex carne natus est, & caro est, posse introire in Regnum Dei, quod totum spiritus, id est, spirituale est.

Poterat Nicodemus (vtpote rudis & huius natiuitatis gratiam non expertus) respõ
Difficile introire in regnã Dei. dere ad hæc: Quis ergo poterit in Regnum Dei introire? Sic enim & Discipuli Iesu, cũ
Matth. 19. dixisset ipse, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitias habentem
Luc. 18. introire in regnum cælorum: audientes mirabantur, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Quorum spei fluctuanti statim subueniens, inquit: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum omnia possibilia sunt. Ita ergo poterat & hic decidere à spe Regni Dei, putando impossibile esse de Spiritu sancto renasci. Vnde enim possibile esse putaret homini visibili, vt nasceretur de spiritu inuisibili? Nam & hoc apud homines impossibile est. Igitur quia apud homines quidem hoc impossibile est, apud Deum autem & hoc & omnia possibilia sunt, protinus adiũgit: [Spiritus vbi vult spirat.] Quo dicto gratiam simul & potentiam Spiritus sancti cõmendat. Nam quod non debet, & vult, gratia est: quòd vbi vult spirat, omnipotentia est. Et reuera nulli hominum quicquam debet hic Spiritus, quia cunctorum pater Adam primus præuaricatus est, & iusta lege, Dei regno, de quo nunc agitur, exhæredatus est. Cumque omnibus Regnum Dei iustè clausum fuerit, quod quibusdam aperitur regenerante hoc Spiritu, gratuitæ misericordiæ, vel misericordis gratiæ est: quòd verò quibusdam non aperitur, iustæ vindictæ vel vindicis iustitiæ est. Ait ergo: Spiritus vbi vult spirat. Ac si dicat: Ne dicas in corde tuo, quis ascendet in cælum, hunc Spi
Deut. 30. ritum sanctum deducere, vt in illo possim renasci, & sic in Regnum Dei introire? Ipse enim gratis & vltrò dignatur, & potest aspirare. Qui mox, vt virtute sua, qua vbi vult spirat, emiserit se super aquas, mirificum agit opus suæ potentiæ, vt elementum inanimatum viuificetur, nõ quidem vita animali, sed virtute spirituali, fiatque ianua Regni Dei, fiat thorus cælestis gratiæ, fiatque venter supernæ Matris Ecclesiæ.

Quod enim agunt viscera materna, vt susceptum semen coalescat & viuificetur, hoc *Quomodo aqua viuificatur à spũ sãcto.* agit elementum hoc superueniente Sancto spiritu, vt homo natus de massa perditionis *Ephe. 2.* & mortis, renascatur in cœtum viuentium *1. Pet. 2.* & populum acquisitionis. Et hoc quidem modo æque cunctis aspirat, æquè cunctos regenerat, ę qualiter vniuersis remissionem *1. Cor. 12.* peccatorum dat. Deinde verò dona gratiarum non omnibus æqualia vel eadem dat, sed aspirat singulis quando vult, & quomodo vult, & diuidit singulis prout vult, alij dans sermonem sapientiæ, alij genera linguarum, alij discretionem spirituum, & cæt. Quo facto, non cessat nouus homo, qui renatus est loqui de Regno Dei, cui renatus est, inuocare Patrem, à quo regeneratus est, annunciare verbum, quo refectus est, confiteri in Spiritu sancto, quo renouatus est. Vnde & nunc Dominus, cùm dixisset: spiritus vbi vult spirat, statim addidit: [Et vocẽ eius audis, sed non scis vnde veniat, aut quo vadat.] Hoc tunc singulariter Nicodemo dictum est, & indubitanter verè dictum est. *Vocem eius audis. Christum.* Vox enim ista quam tunc ille audiebat, dicentis: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non po *1. Cor. 12. Ephe. 4.* test introire in Regnum Dei, &c. Vox erat, imò vox est Spiritus sancti, de quo conceptus est hic homo nouus, homo cælestis qui hæc loquitur, cuius ad similitudinem nos omnes renasci oportet eodem Spiritu, vt Regnum ipsius videre possimus. Vox planè hæc est Spiritus sancti. Non enim carnalia dicit, sed spiritualia: non humana, sed diuina: non terrena loquitur, sed cęlestia. Nescit autem Nicodemus vnde veniat, aut quo vadat: quia videlicet, quo ex tempore, quãta plenitudine super hunc per quem ista loquitur, idem Spiritus requiescat, quale ad Regnum, vel quali ordine illum perducere disponat, penitus ignorat. Non enim nouit adhuc, quòd ex ipso suę conceptionis initio septiformi spiritu hic homo sanctificatus sit, quodque eò peruenturus sit, vt per eundem Spiritum sanctum, semetipsum offerat Deo, pro omni mundo hostiam viuam, in odorem suauitatis, & tali ordine hoc effecturus sit, vt ex aquâ & eodem spiritu renati possimus introire in Regnum Dei. Benè ergo huic ait, & nescis vnde veniat, aut quo vadat, quia mysteriorum eius ignarus, *Nescit vnde veniat, aut quo vadat.* spirituale Regnum Dei carnaliter expectabat. Veruntamen hoc & de singulis sentiendum est hominibus, iuxta rationem vel mensuram donorum, quæ operatur vnus atque idem Spiritus diuidens singulis prout vult. *1. Cor. 12.* Cùm enim quempiam habentem aliquid donorum

Nescit homo an amo donorum eiusmodi loquẽtem siue prophe-
re an odio tantem audiuimus, vocem quidem spiritus
dignus sit. audimus, quia spiritualia esse quæ dicit, sentimus: sed nescimus vnde veniat, aut quò vadat, quia videlicet notum nobis non est, quando vel q uomodo is qui loquitur, gratiam acceperit loquendi mysteria, vel quẽ
Eccl. 9. ad finem siue fructum processura sit eadem,
Philip. 3. qua nunc videtur donatus esse gratia. Vnde & protinus subditur. [Sic & omnis q natus est ex spiritu] Parum autem dictum est. Nã nõ solùm is qui audit vocem eius, nescit vnde veniat spiritus, aut quo vadat: verùm idem ipse qui loquitur, nescit vnde vel quibus ex meritis Spiritum acceperit: Nescit & quo vadat, id est, ignorat, vtrum æternam accepturus sit gratiam pro ista temporali gratia. Nescit enim homo finem suum, & omnia in futurum tempus reseruantur incerta. Paulus quoque non arbitratur se comprehendisse, & omninò nescit homo, vtrùm amare, an odio dignus sit. [Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hęc
Ioan. 2. fieri?] Non vt incredulus, qualiter hæc fieri valeant, inquirit: sed certus complenda esse, quæ à tanto magistro audiebat (quippe quem à Deo venisse magistrũ modo confessus est, quo ista fieri modo vel ordine possint, sibi postulat exponi. Et quidẽ poterat Dns omnia, quæ dixerat, ab eo loco quo ait: Soluite templũ hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud, manifestiùs exponere huic discipulo suo. Verbi gratia, sic dicendo: Hoc corpus meum templũ illud est, de quo dixi
Ioan. 10. Iudæis: Soluite templũ hoc, & in tribus die-
Ezech. 47 bus excitabo illud. Soluent eñ illud, nõ quidem iussi, sed permissi: soluent, inquã, per violentiam passionis & crucis, Tunc lancea patefaciet latus templi huius, & aqua cum sanguine egredietur: & omnes ad quos peruenerit aqua ista, salui fient. Peruenit autem & ad mortuos omnes electos inuisibilis vir tus eius, videlicet quorum salutis causa & hoc templũ corporis mei solui permittitur. Et hæc aqua cum sanguine peruenietad vi-
Matth. vl. uos quoq; oẽs, qui crediturí sunt in me. Ergo cùm in tribus diebus hoc templũ excitasum huius, de qua nunc loquor, necessariæ Regenerationis Regulam, dicẽdo: Euntes, docete oẽs gentes, baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Cũ huius nominis inuocatione peruenietad illos aqua ista, & salui fient. Cũ hac enim dabitur, tam mortuis, quã viuis spiritus remissionis: vt sicut & in corporeis cogitationibus, & corporeis quinq; sensibus peccatum admissum est, ita corporeo elemento aquæ, & incorporeo Spiritu emundentur. Aliter enim aperiri non potest regni Dei introitus. Hoc nimirum modo sua dicta manifestiùs illi exponere poterat. Verùm nec huic adeò credebat Iesus semetipsum sciens, quod nec ipse posset talia portare. Nam de huiusmodi suis quoque Apostolis ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. His ergo pro tempore suppressis, ait:
Ioan. 16. [Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?] Oportunè non huius tantum, sed & omniũ Scribarum & Pharisæorum, qui sedebant super Cathedram Moysi, supercilium decutit. Quia videlicet amantes primas Cathedras in synagogis, & vocari ab hominibus Rabbi, ipsarum profectò, quarum profitebantur magisteriũ, verum non habebant intellectum Scripturarum. Si enim veri Magistri essent in Israel, & Scripturarum notitiam haberent, quomodo hæc ignorarent. Quid enim aliud legebant, verbi gratia, & in Ezechiele dicente: Tollam vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, *Matth. 23.* & adducam vos in terram vestram, & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis spiritum nouum. Quid rogo, aliud scriptura hęc loquitur, quàm id ipsum, quod nunc ait Dominus: Oportet vos renasci ex Aqua & Spiritu? Quam verò terram promittit post effusionem aquæ & spiritus, dicens: Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, nisi Regnum Dei? quod nunc, ait, aliter introire nõ possemus, nisi sic renati. Idem ergo est, ac si dixisset: Nisi priùs effundam super vos aquam mũdam, & spiritum meum ponam in medio vestri, non habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: imò non introibitis in Regnũ *Ezech. 36.* Dei, quod dederam quondam primis parentibus vestris. Item in Ezechiele, quæ sunt aquæ de templo à latere dextro egredientes, quibus cæteræ aquæ sanantur, & pisces magni creantur: nisi aquæ baptismi, & dona spiritus sancti? quibus de Christi & Ecclesiæ eius templo pro fluentibus, sanantur & re- *Gen. 2.* nascuntur omnes populi, vt possint introire *Ezech. 47.* in Regnum Dei. Omitto quod de hac eadẽ baptismi regeneratione loquens Zacharias: Et erit, inquit, fons domus Dauid patens in *Zacha. 13.* ablutionem menstruatæ, & cætera talia, quę *Marc. 13.* sparsim in Scripturis inueniuntur: quæ omnia Scribæ & Pharisæi (quorum vnus hic erat) ignorantes, falso sibi Magistrorum nomen & locum arrogare comprobantur, dicente Domino: Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras? Quod enim vni dicit, omnibus dicit: Quod idem est ac si diceret: Tu ignoras hæc, & Magister es in Israel? A quorum præsumptione Discipulos suos reprimens ait: Nec vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus. Verè etiã vn- & so- *Matth. 23.* lus magister noster est Christ, in quo sunt *Colos. 2.* oẽs thesauri sapiẽtiæ & scientiæ absconditi, *Lucæ 24.* qui discipulorum suo: im sensum per Spi- *Matth. 11.* ritum Sanctũ aperuit, vt intelligerent Scri- *Deut. 17.* pturas, qui abscondidit hæc à sapientibus *Matth. 11.* & prudentibus, & reuelauit ea paruulis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De cuius magisterij sui veritate protinus subdit: [Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur: & testimonium nostrum non accipitis.] Notandum quòd cùm suprà vel infrà singulariter loquitur: Amen amen dico tibi, & cætera, in hoc duntaxat versiculo pluraliter loqui maluit: quod scimus loquimur & quod vidimus testamur, & cætera. Videlicet quia testari se profitetur, & loquelam suam testimonium nuncupat: Testimonium autem vnius, legitimum non est, sed in ore duorum vel trium testium, stat omne verbum. Rectè ergo non ait: & quod vidi, hoc testor, & testimonium meum non accipitis: sed quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Seipsum & Patrem intelligi volens, sicut & alibi dicit: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater. Et est sensus: Non, inquit, sic ut Magistri Scribæ, & Pharisæi, ex quibus es tu, qui tulerunt clauem scientiæ, & nec ipsi introeunt, nec alios introire permittunt: non ita nos ex cõiecturali præsumptiõe (sicut hi, qui à semetipsis loquuntur, propriam quærentes gloriam, & de cordibus suis prophetant.) sed quod scimus & quod vidimus rem certam in veritate existentem, verum Scripturarum sensum (quarum profitemur magisterium) loquimur & testamur. Quid enim nescit, quid non videt vna patris & filij diuinitas, in qua consistunt omnia, quæ regit & implet omnia? Illud quoque nõ prætereundum, quòd cùm vni loquatur Nicodemo, non singulariter ait (vt in cæteris) & testimonium nostrum non accipis, sed testimonium nostrum non accipitis, inquit, subaudis, Vos Scribæ & Pharisæi, qui in hoc solùm vos sapientes & magistros arbitramini, quòd vocamini ab hominibus Rabbi, & famæ vestræ detrimentum pati metuentes, doctrinam audire, veritati acquiescere dedigna mini. Videlicet hoc illi singulariter dicendũ non erat, qui ex ipsis quidem erat, sed ex ipsis exigens, hũc vt magistrum qui à Deo venisset, audire desiderabat. Illos autem nolle suum accipere testimonium, argumentando probat, dicens:]Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis?] Ac si dicat: Terrena sunt, Templum manufactum solui, & illud in tribus diebus reædificari. Terrena, inquam, sunt, vestro sensu, id est, sic accepta, quomodo verba sonant exteriùs, vltra quæ vester non ascendit sensus terrenus. Sed vos ista non creditis. à me tam breui temporis spatio posse fieri: videlicet nescientes, me verbum esse, per quod mundus, & omnia quæ in mundo sunt, in sex diebus condita sunt. Hoc vt dixi, non creditis, à me tam citò posse fieri, quod licet maiori spacio, id est, quadraginta & sex annis, ab hominibus factum, & idcirco opus terrenum est. Reuera autem cælestia sunt hæc, quia cæleste templum est, quia cælitus ædificatum est, quia non manu factum, sed à Deo conditum est. Quomodo ergo, si dixero vobis, vos illud crucifigendo soluetis, & ego in tribus diebus reædificabo, resurgendo à mortuis, & ex tunc incipient homines renasci, resurgendo & ipsi à peccatis suis: si hæc & cætera his similia, quæ verè cælestia sunt, dixero vobis, credetis: Sequitur: [Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo.] Et hoc, inquit, Amen, id est, verè dico tibi: vel idipsum ip̃ iã dixi tibi, neminẽ nisi renatum ex Aqua & Spiritu sancto, posse introire in Regnum Dei: rursus æquipollenti ratione confirmo tibi, quia nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. Idcirco expedit vniuersis, vt renascendo ex aqua & spiritu induant filium hominis, vel incorporentur illi, vt quia ex carne nati sunt, quia caro sunt, & idcirco in cælum ascendere non possunt, leuentur illuc ab eo, qui solus ascendere potest in cælum: & quomodo caput membra sequuntur: & vbicunque fuerit corpus, illuc & aquilæ congregantur: ita quicunque renascendo ex aqua & Spiritu sancto Christum induunt, & Christo incorporantur, vehiculo diuinitatis eius in cælum subleuentur: & cibo visionis eius æterno pascantur. Hoc loco maximè Nestoriana Hæresis geminato ictu percutitur: Quæ Christum diuidens, alium filium Dei, alium volebat esse filium hominis. Quomodo enim filius hominis descendit de cælo, cùm quando missus est Angelus Gabriel ad virginẽ, & cum voce eius Verbum Patris interiorem eiusdem Virginis aurem penetrauit, hactenus non filius hominis, sed erat tantummodo filius Dei? Et quomodo iam tunc erat in cælo, vt diceret: Filius hominis, qui est in cælo, cùm ista loquens duobus pedibus staret, aut fortè complicatus sederet in terra? Quomodo, quæso, & de cælo descendit filius hominis, & in cælo iam erat filius hominis? nisi quia cum verbo, quod de cælo descendit, vna est persona, qui de terra sumptus est homo: & cũ homine loquente in terra, Deus qui & in cælo & vbicunque est, vna eademque persona est? Ergo qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vnus idemque Dei & Filius Dei, & filius hominis: Qui & ex eo ascẽdere potuit, quia non (vt Hæretici blasphemare ausi sint.) ex Maria initium sumpsit, sed de cælo (vbi ante Mariam fuerat) in illam descendit. Hęc autem omnia Nicodemo dicebantur, vt interim clausa, tanquam sub velamine tegerentur, quia modus, quo hęc fieri possent, illo etiam quęrente, non exprimebatur. Nam reuera nox erat, & ob hoc dicta hęc, vel quęcunque similia congregabantur, vt orto die,

Reuera alia cælestia tũ dicta.

Cur Christus tã sæpe vocat se filium hominis.

Ioan. 8.

Luca 12.

Hier. 27. Ezec. 13.

Testimoniũ meũm non accipitis.

Terrena in ore ta sensum Iudæorum.

Ioan. 3. Psal. 34.

Galat. 3. Hier. 17. 1. Cor. 15. Matth. 24. Luca 17.

Hoc vtrum hæc confutatur Hæresis Nestoriana.

Luca 1.

Ephes. 2. Vnus idemque qui Dei & hominis filius.

id est, clarificato Iesu per resurrectionem & ascensionem, ipsius dicta factis, imò dicta & facta Scripturis conferrentur, & tunc demũ oportunè intelligerentur. Hoc sanè in gratia labiorum eius venerandum est, quòd cũ dicere potuisset: nemo ascendit in cælum, nisi ego qui sum in cælo, sicut in sequentibus ait: ita exaltari oportet filium hominis, cùm dicere potuisset, ita me oportet exaltari, sicut & in cæteris penè omnibus locis, familiare est ori eius, appellare se filium hominis. Et quidem cum hac appellatione, meliùs humilitatis suauitatem dicta eius redolent. Quo exemplo docemur nos quoque viciniores iactantiæ voces deuitare. Verùm & præter hoc est aliud, quod in hoc nomine filij hominis rememorantes ampliùs delectemur. Etenim proximum atque fratrem nostrum sese vult intelligi, tam frequentem habens in ore suo appellationem filij hominis: Et procul dubio magis hoc modo sese indicat nobis affinem, quàm si se appellaret tantùm hominẽ. Quod vt indubitanter pateat, operæpretium est respondere his, qui quærere solẽt: cur Deus ob restaurationem generis humani hominem assumens, non de terra plasmauit, quem assumeret, ex qua fecerat Adam, sed ex genere eiusdem Adã, ex massa perdita, veram sumpsit hominis naturam, de semine Abrahæ, de stirpe Dauid, de carne vel semine Mariæ, licet virginis? Ad hoc breuiter respondere libet: Quia poterat qdẽ de terra, quẽ sibi assumeret, plasmare nouum hominem, & esset quidem caro & sanguis, sed non nostra caro, neque noster sanguis: homo quidem, sed non proximus nobis: homo planè, sed non filius hominis. Quapropter nec tam iusta esset causa nostræ redemptionis: Quippe, cùm non eadem peccatum expiaret caro, quæ peccatũ admisit: nec tam rectè nostra reputaretur iustitia vnius hominis, vtpotè ignoti, & à genere nostro alieni. Nunc autem misericordia & pax obuiauerunt sibi. Quia nos in vno eodemque Christo, & misericorditer Diuinitas requisiuit, & iustè nostra caro reconciliauit, cùm idem Deus & homo creator, & proximus noster sit. Hoc igitur nobis congruè cognato affectu loquitur in gratia, quę diffusa est in labijs eius, cùm tam crebro tam quę familiariter se appellat filium hominis. Vt vni & eidem Christo, tanquam creatori nostro, debitum timorem & honorem exhibeamus: & tanquam proximo, occurramus cum fiducia dilectionis: Sequitur [Et sicut Moyses exaltauit Serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.] Ecce qualem vitam, qualem introitum vni, expectanti regnum Dei, & in illo vno omnibus qui expectant, vel quærunt illud, paulatim Saluator ostendit. Dixerat, non nisi renatum posse quẽquã videre regnum Dei: renatum autem nõ vndecunque, sed ex Aqua & Spiritu sancto, spirante vbi voluerit, &c. Magna quidem & alta, quæ tamen nondum Nicodemum altiùs prouexerant, vt plus de illo æstimarent, quam primò confessus est, dicens: Scimus quia à Deo venisti magister. Nunc autem, ꝙ se auditurum non sperabat, audire incipit, scilicet, quod hic idem magister, non homo tantùm, sed & Deus sit. In quem enim aliũ, quã in Deum credere oportet, imò in quem, nisi in solum Deum credere perniciosum non est? Hic autem qui à Deo venit magister, oportere in seipsum credere, manifestè docet: vt omnis, inquit, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam. Igitur palàm de seipso testatur: quia Deus est. Ipse quoque diuinitatis suæ attestatione perpendе, quantam humilitatem redoleat, cum sit altissima confessio: Sicut exaltauit, inquit, Moyses Serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. Serpẽtem in figuram sui factum fuisse consentit, imò Serpentem fieri se præcepisse, testatur in figuram sui. Quis enim hoc & cætera fecit, vel fieri præcepit, nisi Deus, nisi Verbum Dei? Hic autẽ homo, Hic ipse Christus, qui hæc loquitur, verbum Domini est, quod ad Moysen & ad omnes Sanctos Prophetas factum est. Ipse idem ergo, qui fieri mandauit, factum esse testatur in similitudinem sui. Nota historia est: Locutus populus contra Moysen & Dominum, quia tedebat eos itineris, ac laboris: Cur, inquit, eduxisti nos de Aegypto? vt moreremur in solitudine? Quamobrem immisit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum morsus & plagas plurimorum cùm clamarent ad Moysen, & ille oraret ad Dominum: Fac, inquit, Dominus, serpentem æneum, & pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum, viuet. Quod & factum est. Huius signi sui recordata humilitas (Quæ vt nos ad cælum leuaret, semetipsam ad terram deposuit.) Sicut exaltauit, inquit, Moyses Serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Signi ergo eiusdem similitudo, quæ illa nocte Nicodemo prædicta vel commemorata est, nobis in clara die perspicienda tunc est. Et quidem plura sunt quæ similitudinem exaltationis huius filij hominis perficiunt. Primum, ꝙ contra morsum Serpentum, signum datum est: Deinde quòd non qualecunque signum, sed Serpentis simulachrum propositum est: Tertiò, quòd non lapideum aut ligneum, sed æneum factum est: Quartò, quòd aspicientibus solo visu remedium conferebat. Hæc enim omnia Domini nostri Principis & Saluatoris, ad dandam pœnitentiam & remissionem peccatorum exaltati, quandam similitudinem perficiunt. Morsus enim serpentum, peccata sunt, quibus plagatum est humanum genus, ex quo primum hominẽ per ser-

Cur ex terra Christus humanam assum. psit naturã

Hic ostendit Christus se Deum esse dum in ipsum creditur.

Num. 21.

Ibidem.

In quatuor consistit similitudo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per serpentẽ decepit Diabolus, de quo contra signum datum est, scilicet ipse, qui hic de seipso loquitur Christus. De quo dixit Symeon, cùm teneret eum in vlnis suis: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Quomodo autem, vel à quibus huic signo contradictum est? Videlicet maximè à Iudæis illi contradictum est, dicẽtibus illum esse Magum, maleficum, seductorem: & hoc inclamando tam diu perstiterunt, donec illum in crucem exaltatum, iuxta quod Propheta prædixerat, inter sceleratos reputarent. Ergo serpentis similitudo quædam extitit, quia nihil aliud de illo dici vel æstimari volebant, nisi Magus est, seductor est. Et ipse quidem talis dici & iudicari potuit, sed quemadmodum Serpens ille forma quidem, imò effigie sola serpens erat: serpentis autem venenum non habebat: Ita ipse in similitudine carnis peccati damnatus hominũ iudicio, & crucifixus est inter peccatores, aut maleficos, sed peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Hoc idẽ intelligendum esset, si ligneus aut lapideus serpens factus fuisset. Veruntamen hoc ad mysterium ampliùs valet, quod æneus fieri iussus est: tum, quia vt tale simulachrum fieret, non ferro cedente, sed igni conflante actum est: tum, quia natura æris valdè sonora est: præterea, quia diuturnũ est, & rubigine corrumpi difficilimè potest. Nã Deus homo, non maritali opere, sed veri ignis cõflatione, id est, Sancti Spiritus operatione conceptus est: & cum hominibus loquens, non vt veri serpentes, id est, susurrones aut detractores, occultè aliquid insibilabat, sed tanquam sonorum æs clarè concrepans, publicè prædicabat. Sicut ipse de seipso perhibuit: Ego palàm locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil. Et caro eius, tanquam ænea, nulla cuiuslibet vitij rubigine solubilis extitit. Ad summum, totius perfectio similitudinis in hoc est, quòd sicut de illo æneo Serpente dictum est: Qui percussus aspexerit eum, viuet: ita & hic de filio hominis: Vt omnis (inquit) qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam. Hæc similitudo intantum valet apud fidelem populum, desiderantem viuere, abolitis spiritualium morsibus serpentium, vt, sicut serpens ille visibiliter pro signo exaltatus est, & corporalibus aspiciebatur oculis, ita corporaliter quoque Ecclesia exaltet signum huius filij hominis: & mente sequens atque explorans absconditum in cælo, corporeis quoque oculis inhæreat visibili eius signo. Quod Iudæi videntes irascuntur, quia videlicet atroci conscientia dissecantur, dum scelus eorum hoc etiam modo maximè publicantur, & in nullo terrarum angulo latere sinitur. Irascuntur ergo & contra nos cantant: Simulachra Gentium argentum & aurum, opera manuũ hominum. Ac deincepst Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Et quidem Dauidicum se putant cantare canticum. Sed reuera, quoties hæc dicunt, secundum intentionem ipsorum serpentina sibila sunt. Sibilant aduersus Dominum & aduersus Christum eius: contra filium hominis & contra signũ eius. Sed non terreant nos, non nos absterreant, neque auertant oculos nostros, quò minùs aspiciamus mente Christum, & oculis reuerentibus eius signum, vt euadamus morsus serpentium, per ora ipsorũ blasphema sibilantium. Simulachra, inquiunt, gentium argentum & aurum: Cócedimus quia sunt argentum & aurum, id est, sine sensu, sine anima sunt, sicut argentum & aurum. Sed quid ad nos? imò quid ad exaltatum & iure exaltandũ hoc filij hominis signũ? Nun quid impugnatur per illud Dauidicum canticum? Absit. Non enim est simulachrum Gentium. Simulachra Gentium fuerunt idola. Beelphegor, siue Baal & Astaroth, cæterorumque mortuorum, quæ Patres istorum commixti inter Gentes adoraverunt, mentientes, quia deos illos esse vel fuisse dixerunt. Item simulachra Iouis & Neptuni, Martis & Mercurij, siue Saturni ac Veneris, cæterorumque Idolorum portenta, simulachra Gentium fuerunt, tantummodò aurũ erant & argentum. Hoc autem exaltati filij hominis est signum, quod Gentes ignorauerunt, quod nesciebamus nos, cũ essemus Gentes, ad simulachra muta prout ducebamur euntes. Hoc verò signum non est tantummodò aurum & argentum, sed est veritatis signum. Hoc illi balbutiant vipereis in fantulis suis, quibus thesaurizauerunt sanguinem Christi. Hoc Patres categorizent infelicib. puerulis suis, sicut Dauid, putantes se habere vasa cãtici, & dicãt: Simulachra Gẽtium argentũ & aurũ, digitum intendentes in illas Basilicas Martyrũ, vbi exaltatũ esse sciũt tale filij hominis signũ, & dicant illis de hoc signo illud esse præcantatum, vt ab ore paterno perditi filij certatim imbibant odium Christi. Nobis autẽ idem Deus, cuius Propheta hoc dixit de simulachris Gentiũ, nobis Gentibus Deus idem per Prophetam dicit de hoc signo Christianorũ: Ecce ego leuo ad Gentes manum meam, & ad populos, dicit Dominus, exaltabo signum meũ, vultu in terram demisso adorabunt eum. Cantitent ergo quantũ volunt, & sui ipsimet illaqueati cantico teneantur, dicẽtes: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis, sintque similes vitulo, quem fecerunt in Oreb: & sculptili, quod adorauerunt. Quia verè mendaciũ coluerunt, & mẽdaciũ locuti sunt, dicentes: Isti sũt dij tui Israel, qui te eduxerũt de terra Aegypti. Illis iure similes sunt, videlicet oculos habẽtes & non videntes, aures habentes & nõ audiẽtes.

Et ne

Lucæ 2. Matth. 12. Ioan. 7. Esa. 3. Marc. 15.

1. Pet. 2. Esa. 53. Maior in æneo, quàm ligneo aut lapideo serpente similitudo.

Num. 21. Iud. 6. 4. Reg. 23. 1. Cor. 12. Matth. 27. Amos 6. Esa. 49. Ioan. 8. Luce 4. Matth. 23. Psal. 113. Responsio. Psal. 2. Psal. 105. Exod. 32. Alibi sua.

Et ne se ab hoc maledicto immunes putent, & de alijs dictum existiment, non illis obijci

Rom. 3. mus, quia non recipiunt Paulum Apostolũ dicentem: Scimus quia quæcunque Lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur: potiùs

Esa. 43. Esaiam Prophetam audiãt, per quem loquitur Deus: Educ foras populum cæcum & oculos habentem, surdum & aures ei sunt. Item: Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus nisi seruus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? Et ad sum

Psal. 126. mum, non solùm simulachris suis, sed Barrabæ latroni suo seditioso similes facti sunt, quem elegerunt, crucifigentes Regem suum pacificum, iusteque homicidijs ac seditionibus penè consumpti ac dispersi sunt. Nos au-

Esa 9. tem signo, quod adoramus, similes fieri non recusamus, videlicet, vt sicut habitatores illorum Dæmones, in aspectu huius signi tremunt & fugiunt, ita cùm quisque nostrum loquitur illis inimicis suis in porta, id est, in exitu vitæ præsentis, confundantur & subsistere non valeant, sed auolent longè corui crocitantes, pœnamque nostram esurientes, eamque consequi non valentes, cælumque liberum ascendenti Christianæ animæ hoc signo insignitæ, eam citiùs derelinquũt. Igi-

Esa. 26. tur iuxta aliud quoq; Prophetæ oraculum dicentis: Et leuate signum ad populos: Ecce Dominus auditum fecit ab extremis terræ. Visibiliter quoque exaltemus hoc signum, sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, vt non obliuiscantur eius populi, quia nõ expedit. Quid irascuntur? Ipsi quoque ab hoc dispersi sunt in cunctis nationibus, ne

Psal. 58. quãdo populi Christũ obliuiscantur. Dicit enim ipse in Psal. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quãdo obliuiscãtur populi mei. Sed qd? Dispergе illos in virtute tua. Itaq; licet irascãntur, & captiuitas ipsorum, & huius signi exaltatio vbique prædicabit Christum. Et ad hanc exaltationem maximè iuit scelus illorum. Si enim aliter Christum occidissent, nullo modo tam commodè potuissent exaltari mortis eius euidens signum. Si, vt aliquando co-

Ioan. 8. Luce 4. Matth. 23. nati sunt, lapidassent, aut de supercilio montis præcipitassent, vel aliquo genere mortiũ, quibus Prophetas occiderunt illum periisset, longè minùs euidenter mortis imaginatio proponi potuisset. Nunc autem in qualitate mortis & mentibus est miraculũ audacissimi sceleris eorum, & oculis aptum, atque euidens propositum imaginationis spectaculum. Verè igitur exaltatus est filius hominis, quia sic oportuit, vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam. Subiectam rationem contra Hæreticos, quos maximè hic Euangelista destruens, Diuinitatis Christi testimonia conscribit, audiamus. Præmissa nanq; sententia, qua se exaltari oportere, & in se credendum esse pronunciat, rationem auditor desiderat, quæ & Nicodemo præsenti satisfaciat, & Hæreticorum, qui futuri erant, os obstruat. Ait ergo. [Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam.] Vix ex parte cognosci, vix per speculum in ænigmate potest videri nunc ars Magistri huius, qui à Deo in eo venit, maximè dum insinuare vult, quis ipse aut vnde natus sit, vel quam ob causam venerit. Cùm enim dixisset se ex

1. Cor. 13. astari oportere & in se credendum esse, rationem auditor tacitus expectabat (qui in vnum & solum Deum credendum esse non ignorabat: quippe, qui Princeps Iudæorum erat) qua perdoceretur, vt quid in filium hominis credi oporteat. Nam si credendum in illo est, consequitur, quia Deus est. Hoc ergo consequebatur, vt diceret: Quia Deus sum: Quia Filius Dei sum: Quia Dei Patris vnigenitus sum. Et hoc subiungit, sed cum tanto condimento sapientiæ & humilitatis, vt illum, non tam seipsum commendare, vel gloriam propriam quærere, quàm necessariam audientium salutem optare, manifestum sit: Sic enim (inquit) Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret. Nõ ne hoc dicens rationabiliter ostendit, idcirco in se filium hominis credendum esse quia sit vnigenitus Filius Dei, Patri consubstantialis? Idcirco oportunè repetit quod dixerat: Vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam. Quantum habet gratiæ & pulchritudinis, quòd dum causa necessaria poscit, vt se fateatur esse Filium Dei ostentationem declinans, imò declinando se esse quod erat insinuans, ad commẽdationem dilectionis Dei confugit dicens: Sic Deus dilexit mundum, cùm dicere posset: Tantus ego sum, vt credentem in me totum possim redimere mundum: tanta (inquit) di-

Rom. 8. lectione Deus dilexit mundum, vt pro illo

Nõ est Dei in pretium daret filium suum vnigenitum. Daret (inquit) id est, traderet: filio non parcens vt seruum redimeret. Et quis dicere audeat illi: Quare sic fecisti? Nunquid rectè Aduersarius, qui mundum captiuum tenuit criminari potest, quod hæc tam misericors dilectio vel diligens misericordia sine iustitia vel absque veritate sit? Fortè superbus Angelus, cùm dicimus: Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, audet mouere pennam, & aperire os, & gannire: falsum est, inquiens. Nam quòd Deus sic dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, misericordia sine veritate est, misericordia iniusta est. Cui tam fortiter, quàm fideliter in suam proteruam, & obscœnam faciem resistimus dicentes: Nunquid iustum erat, vt Dei dilectio cuiusquam hominis dilectione minor appareret? Nonne Pater noster Abraham (Pater enim est noster, & omnium credentium, siue illorum qui ex circuncisione

Vt omnis qui credit in ipso non pereat.

dilectio sine iustitia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue illorum qui ex præputio sunt) in quo iustificatus est per fidem tradidit homo, erat ex illa massa, quæ tota in Adam perierat. Ecce hic obtulit Deo filium suum, & nō pepercit filio suo propter Deum. Nónne ergo salua iustitia & veritate, Deus homini debitor esse voluit, vt & Deus propter hominem filio suo non parceret, quia propter Deum homo filio suo non pepercit? Vbi Deus accepta tanta iustitię causa proclamat: Per meipsum iuraui, quia fecisti hanc rem & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum, & possidebit semen tuum portas inimicorū suorum, atque in te benedicentur omnes Gentes terræ. Quis dicere audet: Quare sic iurasti? Quare apud hominem damnati generis iuramento te obligasti, vt semen illi dare deberes, quod portas inimicorum suorū possideret, in quo benedicerētur omnes Gētes? Nempe & si solius gratiæ vel misericordiæ est, quòd priùs illum vocauit & hoc semen benedictionis promittés, de Hur Chaldæorum eduxit: hoc sanè iam veritatis quoque & iustitiæ est, quòd in tanta tentatione fideli & emerito, cum interpositione iuramenti promisit atque compleuit. Igitur tam verax, q̄ misericors Deus, tam cōstanti veritate, quā irreprehēsibili misericordia sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, id est, in altitudinem crucis exaltandum traderet, vt omnis qui credit in ipso, videlicet eiusdem Patris Abrahæ fidem eandem firmiter tenens, non pereat, sed habeat vitam æternam. Fide nanque ille filium obtulit cùm tentaretur: & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones, ad quē dictū est, quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrās qa à mortuis suscitare potēs est deo. Qui igitur credit in Filium Dei vnigenitū, quòd Deus illum dederit, sicut promisit, & interemptum suscitaverit, & Principem ac Saluatorem exaltauerit: hic eandem cum illo possidet Fidem: eandem consequitur Benedictionem, vt non pereat, sed habeat vitam æternam. Mundum sanè quem dilexit Deus, humanum genus accipimus, id est, vuos & mortuos. Mortuos scilicet, qui venturum in fide expectauerunt: Viuos, qui in illum siue ex Iudæis siue ex Gentibus, crediturі erant. Sic enim ait absque distinctione Gentilis ac Iudæi vniuersaliter, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Quod quia Nicodemum vel cæteros tunc temporis auditores mouere poterat, adhuc adstruit confirmatione subiūcta. [Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.] Hoc profectò contra carnalem Iudæorum opinionē intulit, quibus (vt iam dictum est) terrenum regnū & carnale seculum Christo regnante sperabatur affuturum, bellis & cædibus Gentiū cruentum, videlicet per occisiones hominū pacificam pararent sibi victoriam, essentq; capientes eos, qui se cœperant. Quo sensu irridendo expectabant & quidam Hæretici mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Hierusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinē otium sabbati, circuncisionis iniuriam, nuptias partus, liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum Gentium seruitutem, rursumque bella ac triumphos & superatorum neces. Contra hunc, vt dixi, illōrum sensum quo talem expectauerant Rēgem Christum, Non, inquit, misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum. Non, inquit, misit illum vt iudicet, sed vt iudicetur: non vt iudicet vel disponat ea, quæ in mundo sunt, sed vt iudicetur, & agat ea quæ salutis æternæ sunt. Vnde cuidam dicenti sibi: Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem: respondit sic: O homo, quis me constituit Iudicem aut diuisorem super vos? Cæterùm in ipsorum potiùs iudicium, qui veniente Messia mundum iudicare, gentesque suo subiugare Domino, sperabant se venisse, alio loco testatur dicens: In iudiciū veni in hunc mundum, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant. Veruntamen nec ista spiritualia sic iudicare tunc venerat, sicut iudicaturus est in maiestate sua: nec secularia vel carnalia vllo modo iudicare habebat, sed vt saluaretur mundus per ipsum, iudicandus potiùs quàm iudicaturus erat. Hac itaque iudicij parte remota, de illo ad quod venit, iudicio protinus subiungit. [Qui credit in eum, non iudicabitur: qui autem non credit iam iudicatus est.] Ecce quē non misit Deus in mundum, vt iudicet mundum, quomodo sedens, imò iam quasi exaltatus & pro signo positus iudicat mundum? Claret proinde, quia non de omni iudicio dixit: non misit Deus filium suum vt iudicet mundum, Nam ecce iudicat, ecce discernit. Qui credit in eum, inquit, non iudicabitur. Rectè, iustè, fideliter. Qui enim credit in eū, hoc quoq; quod suprà dixit, quod præceptū est, credit scilicet, quòd nisi quis ex Aqua & Spiritu sancto renatus sit, non possit introire in regnum Dei. Hoc ille credit, & credendo festinat renasci, renatus autem iam alius homo est, iam nouus homo est, iam à vetusto patre recessit, & ad nouum accessit, alienatus homo est, alterius semē est. Quare ergo iudicabitur? Quare propter Adam morietur? Quare propter peccatum illius à Dei regno exclusus inuenietur? Absit, inquit. Non iudicabitur. Qui autem non credit, iam iudicatus est. Vbi? quando? In illo patre suo, in illo peccatore antecessore suo. Quando ille peccauit & iudicatus est, quādo tunica pellicea indutus & à regno Dei eiectus est, tūc & iste iudicatus, & cū illo cuius in lumbis

Rom. 9 Gen. 15.

Geh. 22.

Gen. 11.

Gen. 21. Rom. 4.

Carnalis Iudæorum opinio de regno Messiæ

Luca 19.

Ioan. 9.

Gen. 3.

Mundus ponitur pro genere humano.

in lumbis erat, à regno Dei expulsus est. Et quare (inquis) sic expulsus nunc & in æternum foris permanet? [Quia non credit, inquit, in nomine vnigeniti filij Dei.] Id est, quia non credit, quod oporteat eum renasci secundum vnigenitum filium Dei, vt possit introire in regnum Dei. Idcirco is, qui non credit, iam iudicatus est: id est, in illa damnatione permanet. Ille autem qui credit, iudicatus quidem & ipse tunc est, sed non iudicabitur, id est, in illa damnatione non retinebitur.

Iudicatus in massa iudicabitur & in persona si nō credit.

Diligenter enim aduertendum est, cùm enim ait, qui credit non iudicabitur, nō hoc negat quin iudicandus sit. Hæc ergo distinctio est: Qui credit iudicatus quidem est in massa, sed non iudicatur in propria persona: qui autem non credit, & tunc iudicatus est in massa, & in futuro iudicabitur in sua persona. Nunc in illum diem, quo is, qui credit, non iudicabitur, & is, qui non credit, in illa qua iudicatus est, damnatione retinebitur, in illum scilicet extremi iudicij diem mente transpositi, iudicem ipsum percontemur, & huius iudicij causam vel æquitatem ex ore eius audiamus. Ait: [Hoc est autem iudiciū, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem.] Hoc, inquit, est iudicium, hinc homines inexcusabiles sunt, hinc illorum damnatio iusta est, quia lux venit in mundum, & dilexerunt magis tenebras quàm lucem. Si enim lux nō veniret hodie (cùm diceretur eis, ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, pater enim vester primus Adam peccauit, qui diaboli consilium audiuersum me audiuit, affectās esse similis mei, & vos in illo pariter iudicati estis, quia in lūbis eius eratis) cùm inquā hoc diceretur eis, responderent dicentes: Domine quando primi parentes nostri apertis oculis nudos se esse cognouerunt, quando lux venit ad eos requirens & arguens eos, & dicens primū Adæ: Vbi es? & quis indicauit tibi, quod esses nudus, nisi quod ex illo de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? nunquid nos culpę vel defensionis eorum conscij fuimus qui necdum nati eramus? Si ad nos lux venisset & peccata nostra nobis ostendisset, pœnitentiam egissemus, & mala opera recognoscentes ea reliquissemus. Hæc fortasis illi hodie dicerent. Nunc à Deo remota est omnis accusatio, & ab illis sublata est omnis excusatio. Venit enim lux in mundum, pro iecta est homines mox vt de Regno Dei proiecti sunt. Plurima illis accendit luminaria, vbi post paternam denudationem nati sunt, & nuditatem suam recognoscentes & pœnitentiam agentes, vestitum vel ornatū suum recuperarent. Plurima eiusmodi illis accēdit luminaria & ante legem & sub lege, scilicet iustos viros, quorum factis, scriptis, vel dictis lucentibus seipsos viderent & agnoscerent, tandemque venit ipsa substantia lucis, paratum illis ostendens & facilem introitum Regni Dei, sed dilexerunt magis tenebras quàm lucem. Quare? [Erāt enim eorum mala opera.] Quæ? Fornicationes, adulteria, homicidia, veneficia, comessationes, ebrietates, furta, periuria, falsa testimonia, & his similia. Quibus omnibus lux ista inimica est, quæ committi prohibet, quibus cōuenire non potest. Idcirco dum ostendit illis aditum Regni Dei, dum præcipit illis ex aqua & Spiritu Sancto renasci, & generationem cælestem ingredi, in qua nō liceat scortari vel inebriari, polluere vel pollui, concupiscere & rapere vel furari, refugiunt ab ista luce, seque in tenebras suas recondunt, sicut Adam pater ipsorum, & folijs prauæ defensionis pudenda opera contegunt, blasphemantes insuper ipsam lucem, suasq; defendentes tenebras, vocantes tenebras lucem & lucem tenebras. [Omnis enim, qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius.] Non omnis, qui male agit. (Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei) sed omnis, qui male agit instanter, studiosè, perseueranter: omnis vtiq; non qui per ignorantiam vel per infirmitatem peccat, sed qui diligit, qui diligenter defendit iniquitatem, odit istam lucem, & non venit ad eam vt non arguantur opera eius: veluti illi, quorum ego lucra dispersi eijciendo vendentes & ementes de templo. Nam idcirco lucem istam non recipiunt, idcirco me non audiunt, quia nisi de cupidis & auaris atque rapacibus vel adulteris, munifici, largi, atque operosi fiant, & omninò renascantur, vt alij sint, dico illis quòd Regnum Dei consequi non possint.

Gal. 5.

Esai. 5.

Rom. 11.

Lux præmittit luminaria multa.

Isti tales videntes me eijcere Dæmonia, & scientes quòd illa in digito Dei eijciam, quem Magi quoque coram Pharaone ex operibus cognoscere potuerunt, mentiuntur & dicunt: In Beelzebub Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia, quia videlicet oderunt me veram lucem, & quòd ad me venire nolunt, quòd lucem præsentem fugiunt, videri volunt ex iudicio rationis facere, non ex præsumptione odij vel inuidiæ.

Matth. 12. Exod. 8.

(Qui autem facit veritatem, venit ad lucem vt manifestentur opera eius, quia in D E O sunt facta.] Qui facit (inquit) veritatem, id est, qui cum D E O sentit, & iudicat aduersus suam, quā odit iniquitatem, qui condelectatur Legi Dei secundū interiorem hominem, & videns aliam legem in membris suis repugnantem Legi mentis suæ, & captiuum se ducentem in Lege peccati, quæ est in membris suis, confitetur, clamat, & ingemiscit, qui taliter cum D E O tribunal ascendit, & sibi ipsi displicens seipsum iudicat, & alius esse cupit: hic talis venit ad verā lucem,

Rom. 7.

Ingemiscēs legi peccati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid sit bonum sibi indicantem, & Regni Dei aditum ostendentem, vt manifestentur opera eius, piæ confessionis & veræ pœnitẽtiæ vocibus, quia in Deo sunt facta. In Deo vtique non contra Deum, non quomodo illorum, qui scienter & per industriam peccant, & peccata sua defendunt. Ipsi namque vel per ignorantiam, vel per infirmitatem peccauerunt, & peccata sua cognoscẽtes doluerunt, fleuerunt, cõfessi sunt, & salutis suę consilium receperunt, vt renascerentur ex Aqua & Spiritu: & regenerationem istam custodientes, Regnum Dei ingrederentur.

Boni noctẽ mali diem oderunt.

Sanè competenti similitudine pro re & tempore vsus est. Nam quando hæc Nicodemo dicebat, noctis & tenebrarum tempus erat: quòd sicut adulteri & scortatores amãt noctem, diemq; fugiunt, sic omnes impij præsens seculum diligunt & futurum oderunt, ac mendacio protecti à veritate se abscondunt. Econtrà sicut operosi ac pudici noctem fastidiunt, diemq; tardum æmulo lumine præueniunt: sic omnes, qui ex Deo sunt, peccata sua oderunt, iustitiamq; esuriunt & sitiunt, presensq; seculum fastidiẽtes, conscium vbiq; futuri Regni Dei veritatem requirunt. Competenti igitur (vt dictum est) similitudine, per comparationem lucis & tenebrarum vsus est, cunctos collaudãs, qui, quomodo Nicodemus vt in tempore noctis lucem quęrebat veritatis, ita vitę præsentis obscuritatem sacræ Scripturæ illustratione solantur, attendentes illi tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus nostris. Illos autem improbans, qui vt se de ignorantia excusent, nolunt intelligere vt benè agant: imò & iuxta Prophetam: Dormientes in lectis eburneis, & lasciuiẽtes in stratis suis, non inquietentur neq; dimidientur voluptates eorum comminationibus futuri iudicij, præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nunc in fine sermonis huius dominici prætereundem nõ est, quia quæri solet: Cur Deus pro mundi dilectione, (quod suprà dictum est) non Legatum neque Angelum, sed vnigenitum suum dederit. Aiunt enim aliqui: Nónne per Michaẽlem vel Gabrielem Archangelum, siue per aliquem Principatuum ac potestatum, Thronorũ aut Dominationum, Diabolũ debellare potuisset? Cur cõsubstantialem filium misit? cur tradidit? cur mortis iniuriam subire voluit? Hæc illis dicentibus, si non aliquid certum respondeatur, quòd cunctis claro fine costantissimum comprobetur, non potuisse hominem per creaturã aliquam quamuis fortissimam, à Diabolo liberari, nisi per solum vnigenitum Filium Dei, fortasse nimis vltronea dilectio vel grãtia Dei nimis importuna videbitur eius humilitas vel indignatio Filij Dei. Et quidem dicimus eis illud Apostoli: decebat enim eũ per quem omnia, & propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per passionem consummari, sed non illis est satis. Insequuntur enim & dicunt: Quomodo illum decebat, vel cur decebat, si adeò non erat nobis necessaria incarnationis vel mortis ipsius iniuria? Ad hòc multa sunt, quæ dicantur, sed ei, qui non ex contentione est, qui acquiescit veritati, sufficiunt pauca de pluribus. Primò dicendum, non aliter genus humanum æqua vel iusta redemptione potuisse saluari, nisi is, qui ad redimendum vel ad saluandum propiciator accederet, priùs ipsam, quæ peccãtum admiserat naturam induisset, vt in ipsa pro cunctis eiusdem naturæ reatibus, dignam Deo satisfactionem offerret. Hoc autem Angelicę naturæ omninò impossibile erat, vt scilicet hominis naturam assumeret, vt humana se anima vestiret. Nihilo quippe Angelicus spiritus humana subtilior est anima. Vnde nec alter alteri, scilicet Angelicus spiritus humano spiritui capabilis est, nec alter alterius est capax. Solus deniq; Deus, Spiritus increatus, spiritus incircunscriptus, cùm nullius ipse sit capax, omni rationali spiritui siue Angelico siue humano capabilis est. Proinde cùm quis diabolico dicitur plenus spiritu, non hoc existimandum est, quod substantiam humanæ animæ substantia Diabolici spiritus ingressa sit, sed quod in occultas corporis cauernas irrepserit, animamque in suis sedibus deprehensam, tartareis diuerberet flagellis, inficiat venenis, vel inflammet incendijs. Quomodo ergo Angelus humanam naturam assumeret? qualiter hominis animam qua non est, subtilior indueret? Præterea nec Angelica natura nostri comparatione, qui terra sumus, aurum optimum est, ac proinde quilibet Angelus non tanto pretio sior est homine, vt vænundatus hæreditatem æqui ponderare posset. Quid enim est Angelus secundũ naturã, nisi creatura rationalis & immortalis? Planè & homo secundũ animã creatura rationalis & immortalis est.

P. sal. 35. Amos. 6.

Quæstio cur non angelus, sed filius Dei factus est homo.

Hebr. 2.

1. Tim. 6.

Angelus nõ potest esse substantia rationis.

Præter quam & pulcherrimam corporis fabricam posidet, & vtroque, scilicet corpore & anima, vitæ æternæ beatitudine perfrui potest. Et is cùm Angelus simplam habeat, homo duplam perennis gloriæ stolam habiturus est. Igitur hoc vnum nostræ saluti erat necessarium, vt DEVS, qui dilexit mundum, non Legatum mitteret, sed filium suum daret vnigenitum, qui diuina potentia faceret, quod neque legatus, neque Angelus facere posset, id est, humanam subtilitate Diuinitatis suæ penetraret animam, totamque sibimet in vnam eandemque personam coniungeret, vel vniret hominis naturam, quam & pro debito Adæ dignum pretium, vtpote quouis Angelo longè & incomparabiliter pretiosior,

Angelus nõ potest humanam naturam assumere in se.

sior, æterno patri offerret, videlicet electus ex millibus, eo quòd caput eius aurum optimum sit, id est, Pater eius solus & verus Deus sit, & ipse eiusdẽ Patris Vnigenitus & cõsubstantialis Filius, ac proinde verus Deus sit. Nónne ergo hoc decebat illum? Nónne hoc opus verè diuinum est & sufficiens verè Diuinitatis argumentum? Nonne hoc opus non minùs clementiæ quàm potentiæ capiti eius aureo gloriosum est insigne, quia voluit & solus potuit nostram assumere naturam, voluit & solus potuit totum genus nostrum in statera crucis grauissimè præpõderando comparare? Verè ergo (vt Apostolus ait) decebat eum, per quem omnia & propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorũ per passionem eorum consummari. Nũc ad Euangelicæ lectionis seriem redeamus. [Post hæc venit Iesus in Iudæam terram, & illic demorabatur cum Discipulis suis & baptizabat.] Baptismi nomen vbicunq; positum vel nominatum fuerit, tantę magnitudinis est, vt totum auditoris animum confestim impleat, tantiq; splendoris, vt proprietatem faciei suæ vix perspici nisi ab exercitato inspectore permittat. Siquidem pleriq; lecta vel audita narratione hac: quia venit Iesus in Iudæam terram & Discipuli eius, & illic demorabatur & baptizabat: ita Maiestate nominis complentur, vt non vacet illis cogitare aut quærere, vnde primùm eiusdem Sacramenti virtus aut vtilitas exorta sit. His autem, qui Fidei Sacramentis pleniùs imbuti sunt, dubium non est, quia Baptismi Christi virtus vel auctoritas ab ipsius domini nostri Iesu Christi morte & resurrectione initium sumpsit: quando iam mortuus & sanguinem & aquam de latere suo lanceatus effudit, Paulo dicente: quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti cum illo per Baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. De qua re suprà in libro secundo pleniùs dictum est. Cùm ergo nunc baptizasse legitur Iesus, quomodo vel qua virtute baptizauerit, quę rimus: maximè propter eos, qui discretionẽ non habentes, & sola nominis huius, id est, Baptismi reuerentia præoccupati, nullam esse eius æquiuocationem, nisi per litis molestias audire patiuntur. Et quidem difficilius quæstionis huius finis inueniretur, nisi prouidus Euangelista post aliqua diceret: quam Iesus non baptizaret, sed Discipuli eius. Nunc ex eo dicto facilior quęstionis exitus aperitur: Quia videlicet cùm oppositæ sint hæc, baptizabat & non baptizabat, & vtrunque simul esse non possit, liquet profectò, quòd Iesum baptizasse hoc loco secũdum vulgatam opinionem dixit, quam & rursum ponit, vt destruat vel corrigat, cùm dicit: Vt ergo cognouit Iesus, quia audierũt Pharisæi, quia Iesus plures Discipulos facit quam Ioannes, & baptizabat (quanquam Iesus non baptizaret, sed Discipuli eius.) Hæc enim dum dicit, priorem sententiam destruit, qua Iesum baptizasse nunc ait, demorantem in Iudæa cum Discipulis eius, famamque hanc per Discipulos Ioannis æmulantes dispersam fuisse innuit, maximè Iudæis inuidentibus, & inuidiam concitantibus. Sicut in sequentibus declaratur per Quæstionem, quæ ex Discipulis Ioannis cum Iudæis facta esse narratur. Discipuli nanque Iesu baptizabant, quòd ipsi reuera imputandum erat, quia de eius authoritate baptizabant, imò & priuilegium supra Discipulos Ioannis, pro tanti Magistri magnitudine non frustra vendicabant. Quia Ioannes quidem signum fecit nullum: Hic autem tantus erat, vt multi crederent in eum, videntes signa, quæ faciebat Præterea, Ioannes huic testimonium perhibebat, tantoq; minor illo erat & paulatim minuebatur, vt corrigiam calceamenti eius soluere se indignum fatere tur. Ipsi ergo Iesu imputandum erat, quòd baptizabant Discipuli eius: verum non ab inuidentibus vel calumniantibus, sed à fideliter credentibus, & in magisterio discipulorum dignè magistri gloriam diligentibus. Veruntamen (vt suprà quærere propositũ est) quo modo vel qua virtute Discipuli Iesu, vel, si mauis, ipse Iesus per illorum ministerium baptizabat? Nunquid eadem Regula vel efficacia, qua nunc discipuli eius, imò per discipulos vel ministros suos ipse baptizat? Non vtique eadem Regula. Quia neque data fuerat eadem Regula baptizandi, sine qua nusquã potest agi Baptismus Christi: quia non ante, sed post resurrectionem suam tradidit illam, dicens: Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Non ergo eadem efficacia baptizabant, quia necdum apertũ erat (de quo iam superiùs dictũ est) viuifici templi latus dexterũ, vt inde cũ sanguine aqua egrediens, iuxta Ezechielem: Omnes aquas sanaret, & virtutem illis regenerationis afferret. Nondũ erat mare rubrũ, id est, huius baptismi sacramentũ Christi sanguine sacratũ. Quomodo ergo, qui baptizabantur per hoc mare, quod nondũ erat trãsisse dicuntur? Nondũ Agnus erat occisus, & iam filij Israel per mare rubrum transisse putantur? Vt quid postea verus iste Agnus occiditur, eiusq; sanguine postes cõsecrantur, si iam Pharaonis & omniũ Aegyptiorum primogenita interierunt, & omnes in mari rubro submersi sunt, id est, si hoc Baptismo baptizabant Discipuli Iesu, quo nunc dum baptizamur, omne peccatum, tam actuale, quàm originale obruitur. Sed dicit aliquis: Idcirco baptizabãt Discipuli Iesu, vt qui baptizabantur, ad futuram Christi redemptionem

Qualis baptismus Christiante eius passionem.

Quo Christus baptizabat & non baptizabat.

Ioan. 4.

Baptismus discipulorũ Christi.

Matth. 3.

Matth. vlt.

Exod. 12.

Ezech. 47.

Ioan. 19.

1. Cor. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptionem pertinere mererentur. Hoc sanè recte conceditur, dummodo remissionem peccatorum, quæ est ipse spiritus sanctus, neq; mortuorum, neque viuorum aliquis ante Christi passionem aliquo Baptismate accepisse credatur. Vndè in eodem hoc Euangelista scriptum legitur: Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Igitur, quia secundum auctoritatem Euangelicam non habemus, quod discipuli Iesu de præcepto vel Regula Baptizandi quicquam acceperunt, nisi hoc tantum quod nouissimè Nicodemo ad se venienti dixerat: Nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei, indubitanter tenendum est, quia non expectata baptizādi traditione vel Regula quippe quam nec interrogare nouerant, nec vllā aliam esse putabant, nisi secundum quam Ioannes baptizabat, scilicet in pœnitentiam: baptizabant & ipsi quodāmodo ab eodē Ioanne baptizati fuerāt, scilicet absq; catechizatione crucis, mortis, vel resurrectionis Christi, absq; necessaria distinctione Personarū, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: & hoc ipsum quādiu Ioan. superfuit. Nā postquam ille traditus est, & Iesus in prædicationis officiū succedens, vt Euangelistę Matthæus, Marcus, & Lucas euidenter attestantur (quod iam alio loco dictum est) in Galilæam venit, nusquam discipuli Iesu baptizasse leguntur. Nec enim hoc illis ante resurrectionem suam præcipiebat ipse Iesus. Et quidem conuocatis duodecim Apostolis, cum daret illis virtutem & potestatem super omnia Dæmonia, mittens illos ad prædicandum. Item cū & alios mitteret septuaginta duos, nihil de baptizandi ministerio loquebatur eis, sed tantum vt prædicarent, dicentes: Pœnitentiam agitæ. appropinquabit enim Regnum Dei, quod extunc intra nos est, ex quo per mortem regis nostri Dei & hominis Christi, per mortem (inquam) & resurrectionem huius magni Regis, Principis mundi huius iudicatus, & foras missus est. Vbi enim toto tempore prædicationis Christi (id est, à traditione Ioannis vsq; ad passionem eiusdem Domini nostri) Discipulos eius baptizasse, vel ipsum Iesum hoc illis inuenimus præcepisse? Igitur cum audimus, quia baptizabat Iesus, imò discipuli eius, non ita magnitudine nominis Baptismi opprimamur, vt non discernamus rem ipsā vel faciem eius, talemq; Baptismum agi putemus, qualem Apostolis à Christo post resurrectionem eius mandatum esse non dubitamus. Sanè Iudæam terram, quò venit, vel vbi demorabatur Iesus & Discipuli eius illam Iudaici regni quartam partem hic appellat Euangelista, quam Pontius Pilatus procurabat. In qua Iesus post illa, quæ Hierosolymis facta vel dicta sunt, demorabatur (vt dictum est) & baptizabat. [Erat autem & Ioannes baptizans in Enon, iuxta Salim, quia aquæ multæ ibi erant, & veniebāt, & baptizabantur.] Enon locus est, in quo & Salim vicus octauo lapidè à Scythopoli, in campo qui Salomias dicitur. Ibi (inquit) erat & Ioannes baptizans. Vt quid baptizare cœperit Ioānes, superiùs iam dictum est, videlicet vt illo baptizante, Christus manifestaretur in Israël. Sic enim ipse dixit: Quia ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizās. Cur ergo à baptizandi officio non cessabat, quoniam quidem Christus manifestatus erat? [Nondum enim (inquit) missus fuerat in carcerem Ioannes.] Opportuniùs atque rationabiliùs cessaret, cùm in carcerem missus, baptizandi facultatem amisisset, etiam si vellet, ac proinde neminem tanquā de mutatione sententiæ suæ solicitum redderet, velut qui populum frustra tanto clamore permouisset, nonnunquam Baptismi vsum magis propter vnum hominem, quàm propter Regnum Dei, tam citò desiturus in choasset. Et quidem hoc tempore opportuno sciendum erat, quod propter manifestandum vnum hominem Christum baptizans in aqua veniisset, sed tempus nunc loquendi non erat, vt hoc & cætera omnia iam diceret. Baptizabat itaque & pœnitentiam prædicabat tā diu, donec in carcerē mitteretur. Quo facto nec discipuli eius, nec Iesus vel discipuli eius vsquā baptizasse legūtur, donec ipse prior baptizaretur illo baptismo, de quo ait: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsq; dum perficiatur? Baptizandus namq; erat Passione sua, quoniā & ipse adhuc iuxta Prophetā sordida habebat vestimenta, scilicet membra carnis corruptibilia, passibilia, atq; mortalia: quibus ablatis vel depositis per expoliationē mortis, recuperaret eadem per gloriā resurrectiōis cā dida facta, id est, impassibilia virtute immortalitatis. [Facta est ergo quæstio ex discipulis Ioannis cū Iudæis de purificatione, & venerunt vsq; ad Ioannē.) Ecce nūc quoq; tā tus tamq; vehemens flauit ventus, vt nō solùm arundo aliqua, sed & adulta iā arbuscula, eius impulsu agitari posse videātur. Crescente namq; Iesu, & isto iā incipiente minui (q; fieri oportere fuerat & ipse protestatus) æmulati sunt discipuli eius, Iudæis malitiosè solicitantib. & inuidiæ flammā concitare volentibus, vt testimonium Ioannis, quod perhibuerat de Iesu, Discipuli eius infirmare conarentur, extorquendo videlicet ab illo sermonem de Iesu, qui à priori testimonio dissonare videretur.

V g. Puta dixisse Iudęos: Ecce habemus duos Baptistas, cuius eorū Baptismus meliùs purificat? Cuius (inquiunt discipuli Ioan.) nisi eius, qui aquas istas primus inuenit, primusq; mortalib. ostendit? Baptista noster non ab hominib. neq; per hominē, sed per verbum Domini, cùm esset in deserto solitarius, baptizare didicit, atque inde huc veniens, iuniorem illū (ad quem omnes modo veniunt) vt cæteros ipse baptizauit. Econtrà Iudæi: Nónne magister vester (inquiunt) Baptismo suo purificationem Baptismi illius prætulit, dicens: Ego baptizo in aqua, ille vos bāptizabit in spiritu sancto & igni? Nónne se indignum dixit soluere corrigiam eius calceamenti? Itaque facta quæstione huiusmodi, venerunt (inquit) ad Ioannē. Nec mirū rudes eatenus Discipulos contendisse de purificatione Baptismatum, vel dignitate Magistrorum, cùm & magni Apostoli, iā instante passione Magistri, contenderint quis eorum videretur esse maior in regno cœlorum. Vsque ad Ioannem venerunt. Multū instanter & animosè quæstionem ventilarunt, qui ventosam eiusdem quęstionis machinam vsque ad turrim illā perduxerunt, quæ fundata erat supra petrā altissimam, longè eminentiorem multoque fortiorem harundinibus nostris, quæ huiusmodi vento solent quamlibet in partem leuiter agitari. Nā vt nouerimus, quod vsq; ad illum venerint hac intentione, vt eū deuocarent à testimonio Christi verba ipsa satis euidenter hoc innuunt, quæ fuerunt huiusmodi: [Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes currunt ad eum] Summa eorum quæ ab illis dicta sunt, vel dici potuerunt, ita breuiter expressa est, vt in singulis penè dictiunculis vis insita lateat, quę permouere potuisset, nisi solidum, prudentem, & bene (vt prædictū est) in veritate fundatum animum offendisset. Primò (vt sæpè ventus vrens blando susurro præludit,) blandiuntur, & dicunt: Rabbi. Quo prænomine gaudere sciebant molles auriculas Scribarum & Pharisæorum, sicut & Dominus: Amant enim (inquit) primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Nusquā enim præter hunc locum inuenimus eū vocatum esse Rabbi: nec ab ipsis qui quærentes ab illo consilium salutis dicebant, quid faciemus & nos, nec ab aliquibus in quibuslibet Euangeliorū locis. Quod & si quando dici potuit, & ab Euangelistis, vt superfluū, rectè prætermissum est, hoc tamē loco nullatenus omitti debuit, ob significandā magnitudinem præsentis adulationis. Hoc itaq; magnifico prænomine præmisso, quo ad cō sensum ipsorum putaretur posse deflecti, vt Domino Iesu studeret sese *preferri. Qui erat (inquiunt) tecum trans Iordanem, &c. Notandum diligenter quāta arte, quāque accuratis agitur insidijs, vt Iohannem pœniteat testimonij, quod Domino perhibuit. Duabus nanq; præcedentibus propositiunculis, duas obliqua excusatione subnectunt, hoc modo: Qui erat tecum trans Iordanem, ecce hic baptizat: & cui testimonium perhibuisti, ecce omnes veniunt ad eum. Qui trans Iordanem tecū erat, seq; tuis manibus vt minor submiserat, ecce hic in Iudæa super te est, & sua seorsum auctoritate baptizat. Et cui tu testimonium perhibuisti indiscreta humilitate nimium te subijciens illi, & gloriam tuam dans alteri, ecce omnes te neglecto, veniunt ad eum, tuumque Baptismum paruipendentes, illum iuniorem certatim expetunt. His & huiusmodi dictis Iudaico liuore concinnatis hoc agebatur, vt fidelissimi testis animus à veritate, cui testimonium perhibebat, auerteretur, atque ita baptizantium rupta concordia, Baptismi vel pœnitentiæ remedium, faciliùs quasi rationabiliter contemni videretur. Nam Pharisæi & Iudæorum quàm plurimi spreuerunt consilium Dei, non baptizati Baptismo Ioannis: quippe qui expectabant falsi & fallentes, Messia regnante, in Regno eius superbire, non de peccatis suis humiliari, vel pœnitentiam agere: Gentes vniuersas spoliare, non duas tunicas, aut duplices escas cum Gentibus diuidere.

Ante passionem nō dabatur remissio peccatorū per baptismum. *Ioan. 7.* *Matt. 4. Marc. 1. Luc. 4. Matt. 10. Luc. 10. Matt. 4. Lucæ 1. Ioan. 18.* *Terra Iudæa cui præerat Pilatus quarta pars regni.* *Ioan. 1.* *Baptismus passionis. Luc. 12.* *Zach. 3.* *Matth. 11.* *Discrepantia de baptismo Ioannis & Iesu.* *Matth. 20. Luca 11.* *Tentatur Ioannes ad æmulandū contra Iesum. Matt. 23. Marc. 12.* *Præua intentio Iudæorum.* *Luc. 7.*

FINIS LIBRI TERTII.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM
LIBER QVARTVS.

QVIA reuera Ioānes lucerna ardens & lucens est, meritò nos in lumine eius exultamus, si tamen ipsum lumen eius agnoscimus, quod Iudæi cognoscere noluerunt. Et ideo volentes exultare ad horam, id est, temporale terreni Regni gaudium ab illo, quem Christum esse existimauerunt, festinantes præripere, competenter exultare nó potuerunt. Est autem lumen eius, humilis veritas, & vera humilitas, qua totus in corde & in ore præfulgens, veras inanis gloriæ, (quæ stultis lumen esse videtur) tenebras admittere non poterat. Cùm ergo mittunt, imò & veniunt Iudæi ad Ioannem, Quæstionem (vt prædictum est) de Purificatione facientes, & ille testimonium perhibet veritati, bene & laudabiliter in lumine eius exultamus, nó ad horam, sed ad verum & integrũ diem: non ad tempus, sed ad intemporalem tendentes æternitatem: dum radiantem per os eius libenter amplectimur veritatẽ. Hoc itaque loco quid respondeat, audiamus.

Ioan. 5.

Ioannes cõtemptor humanis gloriæ.

[Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo.] Ac si diceret: Quid me, ô fautores importuni, tantopere vocatis Rabbi? Quid maiore, quàm ego sum vocabulo, me quasi honorantes extenditis? Hoc nomen eius est, & illi congruit, qui solus nullius indiget, qui solus habet, docetq; hominem scientiam, dat præcepta viuendi Legemq; vitæ ac disciplinæ subiecto sibi impartitur homini. Et hic lógè homines excellit, quorum nemo accipere potest quicquã, nisi fuerit ei datum de cælo. Omnes enim aliundè acceperunt: singuli de plenitudine alterius donum expectant proprium. Omnis ergo homo prohibendus est, ne amet vocari ab hominibus Rabbi: quippe cùm Moysen nusquam Scriptura sacra hoc nomine appellare consueuerit, quia videlicet Legẽ non de suo dedit, sed aliunde, vt daret, ipse accepit. Quapropter nolite me vocare Rabbi: sed vocate me Discipulũ veritatis. Quia profectò, cùm & ego sim homo, non potuissem quicquam accipere, nisi fuisset mihi datum de cælo. Nunquid verò nunc primũ dico, quòd non sim ego Deus, sed tantùm homo? [Vos ipsi mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim: Ego non sum Christus, sed quia missus sum ante illum.] Quando misisti ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent me: Tu quis es? confessus sum & non negaui, & confessus sum: Quia nõ sum ego Christus, & dixi: Qui post me vẽturus est, ante me factus est, &c. Quòd ergo nunc ita dixerim: Vos mihi nunc testimoniũ perhibebitis, in eo quod dicitis: Rabbi, qui erat tecũ trans Iordanem, cui tu testimoniũ perhibuisti. Nequaquam ergo nunc primũ me purũ hominẽ esse cognoui: quia vos scitis, vos memores estis, & nunc mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim: Ego non sum Christus. Quod si dixissem, profectò plus quàm hominem me esse affirmassem. Quia Christus plus quã homo est: quia nõ tãtùm homo, sed & Deus & Homo est. Quapropter illi soli dicite Rabbi, quia Magister vester vnus est Christus, de quo & dixi iam, & audistis, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. Illius itaque vos mecum stote Discipuli. Quid enim habeo, quod non de plenitudine eius acceperim? Si autẽ accepi, quid me gloriari vultis, quasi non acceperim? Soli illi gloria est, quia de nullo accepit, quia plenus est, & non illi de cælo datum est, quia cælum ipsum eius est. Iam nemo mihi molestus sit, si Spiritus potestatem habens ascenderit super me, locum meum non deseram. Locum (inquam) meum, modulum meum non excedam. Noui ego locum meum, hunc scilicet: quia non sum ego Christus, sed missus sum ante illum. Vultis audire quid ille, & quid ego sum? Vultis nunc istud cognoscere per simile, quod vobis est benè cognitum? [Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocẽ eius. Hoc ergo gaudium meum impletum est.] Nostis hoc quicunque aut nuptias egistis, aut nuptijs interfuistis, quanta sponsi & amici eius distantia sit. Sed cur ô Ioannes amice sponsi, non apertè, sed quasi sub velamine vtranque, scilicet diuinam & humanam Christi naturam commemorasti? Poteram enim sic dici: Qui Deus & Homo est, ille Christus. Nam illud quod dictum est: qui habet sponsam sponsus est: non quidem sic accepimus, ac si dictum fuisset: Nõ ego, qui purus homo sum (vt quisq; vestrũ) Christus sum, quia Deus non sum: sed ille Christus est, qui & antequam homo esset Deus erat, sed postquam homo factus est, nihilominùs secundum suam naturam Deus est, propter assumptam verò hominis naturam, Christus est. Quomodo quilibet spõsus, & antequã sponsam acciperet, vir erat: & postquam accepit illam, nihilominùs natura, vel sexu suo vir est: propter coniunctum verò sibi sexum fœmineum sponsus dicitur & est. Nos ergo sic dictũ esse spõsum hoc accipimus, & inde Christũ esse cognoscimus, quia non hominem tantùm, sed Deum & hominem esse credimus & confitemur. Nam nisi priùs illud crederemus, hodie illud Dauidicũ præconiũ: Et ipse tanq̃ spõsus procedens de thalamo suo, cæteraque huiusmodi testimonia Scripturarum nequaquam intelligeremus. At illi necdum credebant, necdum sciebãt Christum Deum esse & hominem. Non sic expectabant Messiam, vt Deum fore crederent, sed hominem, quàmuis magnum, tamen hominem tantùm. Cur ergo ô Ioannes lucernã mundi, non saltẽ discipulis tuis apertè priùs Christum Deum & hominem esse ostendis, quorum tarditatem ipse meliùs nosti, sed tãquam perfectis, & in fide Christi exercitatis mystica & alta proloqueris, quorũ superficiẽ vix aduerte re possint? Videlicet, quia non iam ante Passionem Christi expedit ista prædicari. Nec enim ratio diuinitatis admittit eũdem Christum agnosci, quis vel quantus sit, & secundum dignitatem suam honorari vel adorari, priùs quàm peracto quod à Patre iniunctum est seruitio, sedeat ad dexteram Maiestatis in excelsis. Hic ordo necessarius erat nostræ salutis, vt priusquàm sibimet exigeret ea quæ Dei sunt, ageret ipse, vel pateretur ea, quæ hominis sunt. Vnde & cùm duodecim Apostolis daret virtutem & potestatem super omnia Dæmonia, & vt languores curarent, & mitteret eos ad prædicandum, non seipsum illis prædicare iubebat, sed hoc tantùm, vt pœnitentiam homines agerent, & hoc scirent, quia appropinquaret regnũ Dei. Itaque & Ioannes, quia quæstionibus pulsabatur, & ideo de magnitudine Christi (quæ est diuinitas eius) omninò reticendũ non erat. Rursus verò * sui non erat officij, prædicare incarnationẽ eiusdem Filij Dei, sed tantùm baptizare & dicere: Pœnitentiã agite appropinquabit enim regnum Dei, sic testimonij sui dicta temperabat, vt & veritatem non taceret, & tamen vulgo dijudicandam aut conculcandam non exponeret. Ait ergo: Qui habet sponsam sponsus est. Quod præter hanc (de qua iam dictum est) latentis intrinsecus mysterij gloriam (quàm, iuxta Psalmistam, Cæli enarraturi erant, ita vt non essent loquelæ, neque sermones, quorum non audirentur voces eorum, quorũ sonus in omnem terram, & verba in fines orbis terrarum exitura erant, dicendo: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: Exultauit vt Gigas ad currendam viam) præter hãc (inquam) interiorem gloriam, in superficie quoque vtilitatis habet plurimũ, quod præsentes quoque ædificare, & à sua poterat ni-

Psal. 93. *Eccl. 45.*

1. Cor. 4. *Ioan. 1.*

Exod. 36.

Ioan. 1.

Matt. 23. *Ioan. 1.* *1. Cor. 4.*

Psal. 18. *Cur Ioan. non apertè dixit Iesũ esse Deum & hominẽ Responsio.*

Matth. 10. *Prudens reticuit.* *Sponsio Ioãnis.*

Matth. 3.

** quia*

Iesus est spõsus, id est, Deus & homo.

Psal. 18.

miùm carnali æmulatione compescere. Siquidem nemo illorum erat, qui execrandũ esse nesciret adulterium, vbi paranymphus, de seruo Asponsum se esse mentitus, creditæ sibi sponsæ audeat commaculare thalamum. Verbi gratia: Pater Abraham seruum suum fidelẽ esse arbitratus, per Deum cæli adiuratum dirigit, vt vxorem accipiat filio suo Isaac, dans illi quæ secum portet de omnib. bonis suis. Ille Rebeccam ad puteum inuentam allocutus, & aquas haurientem contemplatus, quia speciosa erat, primò armillas tradens, & inaures appendens auribus, animo illius iam benè præparato, tandem à parentibus illius obtinet, vt fidei suæ credita, domino suo Isaac transmittatur. Nunquid iste cùm seruus sit Isaac, si ipsum Isaac se esse mentiatur, puellæ pulchritudine delectatus, & domino suo præripiat eius amplexus, impunitus dimittetur? Nemo vtique illorum erat, qui nesciret execrandum hoc esse facinus. Cuius ob magnitudinem seruilibus pœnarum modis meritò puniretur. At nunc, quia seruilem conditionem fidelitatis honore supergressurus est, idcirco magnus in domo nuptiarum sponsique domini sui paranymphus stans, & audiens eum, & gaudio gaudens propter vocem eius gratulantis super industria vel sedulitate sua, quod condignam sibi puellam adduxerit. Planè huic simile Ioannes illud asserit: quòd venit ipse in aqua baptizans, parare Domino plebem perfectam. Cùm enim dixisset, qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem eius, cõclusit sic: Hoc ergo gaudium meum impletum est. Quod gaudiũ? Hoc videlicet, quod eius qui habet spõsam, & inde sponsus est, amicus sum: & quòd ante illum missus sum: &, quod primitiuam discipulorum eius Ecclesiam, baptismi mei aquas haurientem allocutus, armillis bonorum operũ adornaui, & inaures appendi, dicendo: Appropinquabit regnum Dei, & sic vsque ad vnigenitum filiũ Dei patris perduxi, dicendo: Ecce Agnus Dei, cui mox copulabitur (matre sua Sara, id est, Synagoga, mortua præ infidelitate) & implebit faciem orbis semine. Hoc (inquit) gaudium meum est, & hoc impletum est, ita vt altius quid nõ ambiam. Quid mihi dicitis: Tu ipse esto spõsus? Sponsus ille vocetur & sit cui sponsa debetur. Meum quippe gaudium impletum est in hoc, quòd sum sponsi amicus: in hoc, q̃ sto in triclinio & audio eum, gaudens propter vocem eius, propter testimonium eius, q̃ & vos audituri estis, quo me beatificat, dicens: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, &c. Cùm ergo hæc diceret Ioan. eis, qui se supradicta Quæstione pulsauerant, & de illo existimari volebãt ipso authore supra id, q̃ ex ipso audiebãt & videbant: alij quidẽ nimium fauentes: alij verò ma-

Exemplum de seruo Abrahæ quæ-rente sponsam filio Isaac. *Gen. 24.*

Luc. 1.

Gaudium Ioan. impletum. *Matth. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rò malitioſe teſtimonium, quod Dño perhi buerat, imitatione vocis eius infirmare, vel annullare molientes. Cũ idcirco illis ſimilitudinẽ de ſponſo & amico obijceret, nõne ſe metipſos reprehendere diſcipuli eius, q̃ Magiſtro nimium fauebant? nõne intra ſemetipſos erubeſcere Iudæi poterãt, qui teſtimonium de Chriſto, q̃ imminuere tentauerãt, ecõtrà patiùs augeri videbant? Proinde verus ac dignus ſponſi paranymphus, integer amicus, dignè in æterno cæli triclinio ſtat coram illo, & audit vocem eius, & gaudio gaudet, quod ab illo nõ auferetur. Dignè per omnia hic omnibus paranymphus in exemplum ꝓponitur. i. omnibus qui ſponſæ Chriſti, videlicet ſanctæ Eccleſiæ curã atq; regimen ſortiuntur, vt nequaquã adulterinis illam oculis contemplentur, & vero ſponſo eius copulã furentur. Nã quãdiu Catholicã illi Fidem prædicant, ſpõſi amici, ſponſi vicarij, viri quoq; vocãtur, & ſunt. Quia Chriſtus in eis loquitur, & ipſius ſemen eſt verbum fidei, quod per illos ſuſcipitur. Vbi autem quippiã eorum, quæ à fide Chriſti aliena ſunt, aurib. eorum inferre moliuntur, ad ulteri sũt. Quia nõ Chriſtus in eis loquitur, & velut alieno corpore ſponſa commaculatur, cũ talibus errorum magiſtris ſe ſummitti patitur. Quã eius voluntariam paſſionem Paulus de præcipuis ſponſi huius amicis vnus, magno clamore redarguens: Nunquid (ait) Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Dicebãt enim illi diſſenſiones habentes inter ſe: Ego quidem ſum Pauli, ego autẽ Apollo, ego verò Cephæ. Et hoc modo non quidem Paulus aut Cephas ſiue Apollo adulterabant ſponſam Chriſti (erant em̃ fideles eius miniſtri) ſed pronæ in adulterium eius animæ conabantur amicos ſponſi ſui ad adulterandum prouocare. Verùm quacunq; ex parte, ſiue eius, quæ ſponſa dicitur: ſiue eorum, qui amici dicuntur, adulterij proueniat fomes, teſtimonium hoc verum eſt, & diſſolui non poteſt. Qui habet ſponſam ſpõſus eſt, id eſt, ſolus ille, qui cũ Deus eſſet, humanam ſibi naturam vnire dignatus eſt, ſolus ex omnibus ille, & nõ alius Sanctæ Eccleſiæ ſponſus eſt, & quicunq; alius ſe ingeſſerit, adulter eſſe poteſt: ſponſus eſſe non poteſt. Huic autẽ (quem ſponſi huius omnes imitantur amici) vero amico latis eſt, quia magnum eſt, quia plenum gaudium affert, q̃ dignus habitus eſt, ſtare & audire eum, & eſſe conſcius eorum, quæ cũ ſponſa geruntur ſecretorum cæleſtiũ. Quid ergo ſupereſt: quid de reliquo faciendum eſt? Ait: [Illũ oportet creſcere, me aũt minui.] Hactenus (inquit) ſolo vocis teſtimonio clamauerim, q̃ ille maior me ſit, & quod prior me fuerit, deinde rebus euidentib. oportet certo fieri, quòd non ego Chriſtus, ſed ante Chriſtũ miſſus ſum: quod ille nõ vt ego homo tantũ, ſed & Deus. Hoc enim mihi minui, & illi creſcere eſt: nõ quòd mihi collata menſura decreſcat, vel eius immenſitas agnoſcat, ſed quòd in notitiã vobis veniat longè inæqualis vtriuſq; quantitas. Aliàs autẽ & verè ſecundum naturã hominis, quia paulò minor eſt ab Angelis, creſcere habet: primò, ſignis & prodigijs: deinde, ordine mortis, reſurrectionis, & aſcenſionis, & ſic accipere nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & in omnes Gentes pœnitentia prædicetur, & remiſſio peccatorum. Sic omninò fieri oportet, ſic expedit, ſic neceſſarium eſt humano generi, vt adoretur ſedens ad dexteram maieſtatis in excelſis. Interim me oportet minui, nec quis confidat in me puro homine, & ponat carneũ brachium ſuũ, Quod mox fieri videbitis, quando traditus & decollatus, ad Inferos deſcendã, nihil dignum agẽs hoc nomine Chriſti, quod vos mihi importunè imponitis. Quibus peractis tunc demum nõ ſolũ vobis, ſed & toti mundo decantabitur cõparatio mei (quẽ Chriſtum eſſe putaſtis) & eius qui verè Chriſtus eſt, contra quem veſtris quæſtionibus depugnaſtis: tunc iſtud ſcietur & dicetur, quantũ illo, quem filium Ioſeph dicitis, minor ego ſim, quem Zacharias genuit, quod vos diſſimulantes, pro eo, quòd ex deſerto incognitus, & iamdudum obliuioni traditus aduenì, Chriſtum me eſſe arbitremini, qui de quibuſdam ſecretis & inuiſibilibus locis aduenerim. Nec dubita diſcretione mea paruitas ab eius magnitudine diſtinguetur. Quem enim homo corruptibilis, mutus, & loqui nõ valens, de carne ſua genuit, procul dubio minor dicetur, vt eſt, eo quem Deus incorruptibilis & inuiſibilis, eloquẽs & omnia dicendo faciens, de corde ſuo eructauit. Hæc & cætera vbi palàm omni mũdo cœperint prædicari, ſonantibus cælis, & gloriam enarrantibus huius Filij Dei, tunc indubitanter apparebit, quòd monte quouis cælum altius ſit: quòd dies nocte ſublustri pulchrior ſit: quòd ſol lucifero ſplendidior ſit. Hoc eius crementũ, ipſa quoq; natiuitatis ac paſſionis eius tempora, modus quoque & locus paſſionis eiuſdem pulchrẽ ſignificant. Non enim natus eſt, vel patitur, quibus temporibus dies minuuntur: nõ (vt ego) Herodis, aut Pilati infauſto natalicio: ſed in paſchali patitur plenilunio: non ad ſaltationem vnius puellæ, ſed ad clamoſam petitionẽ totius ſynagogę: nõ in abſcondito tenebroſi carceris, ſed ſub dio, palã omni cælo, teſte omni mundo, extra portã ciuitatis: non decollatus, & capite imminutus, ſed patulo ligno exaltatus, & extenſus: Figura crucis ſeſe orbem quadrifidum ad ſe trahere proteſtatur: [Qui deſurſum venit ſuper oẽs eſt.] Audiant & hoc, & cętera quę ſequũtur: Audiãt Iudęi, & cõfuſiõe operiãtur hęretici, contra

Luca 10. Paranymphi ſum catholici doctores Adulteri, hæretici.

1. Cor. 1.

Quõ totus minuitur, & creſcit Ieſus. Pſal. 8. Philip. 2. Luca 14.

Hier. 17.

** ne*

Luca 1. Matth. 13. Luca 1.

Matth. 14. Marc. 6.

In omnibus Ieſus maior Ioanne. Pſal. 18.

Vnus enim ſponſi ſponſus.

contra quos maximè hoc Euangelium (vt ſæpe dictum eſt) conſcribitur, qui Chriſtum ex Maria ſumpſiſſe initium, Diabolico cõmentati ſunt ſpiritu: Qui deſurſum venit (inquit) ſuper omnes eſt. Dixerat quòd oporteret illum creſcere, rationem ſubiungit, probans quod meritò creſcat, quod meritò mundus omnis de illo maiora, quàm de ſe ſentiat. Cur (inquis) ille creſcit, cur tu illo creſcẽte minueris? Qui deſurſum venit (ait) propter hoc ipſum, q̃ deſurſum venit, quòd non ex traduce in vtero matris ſatus eſt, nec de nihilo, & non aliunde quàm de carne Virginis prodijt, ſed in principio erat Verbum & apud Deum erat, & Deus propter hoc dignè ſuper omnes eſt, maior omnibus eſt, excellentior omnibus eſt, non loco, ſed dignitate: nondum corpore, ſed honore: nondũ carnis impaſsibilitate, ſed gratiæ & veritatis plenitudine. Omnes enim de deorſum ſunt, & ꝓpter hoc ipſum, quòd de deorſum ſunt, & de deorſum venerunt, de terreno Patre, qui de terra ſumptus eſt, cuius materia vel initium terra eſt, & cùm gratia creatoris cælum fieri poſſet, terra factus eſt, quã ſerpens comederet, propter hoc iure infra illum omnes ſunt, & ille ſuper omnes eſt. Vnde & ſubditur: [Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur.] Quid eſt enim eſſe de terra, niſi exiſtendi initium habuiſſe de terra? nihil amplius eſſe, quàm quòd ſumptum de terrena humani generis maſſa? Qui ergo eſt de terra (inquit) id eſt, cuius eſſe cœpit ex terra, de terra eſt, id eſt, terrenus eſt, quemadmodum & anteceſſor eius, de quo Apoſtolus: Primus (inquit) homo de terra terrenus. Terrenus omninò eſt omnis, qui terrenum fundamẽtum, id eſt, terrenum habet initiũ, ac proinde de terra loquitur, id eſt, terrena ſapit, terrenis ſenſibus inuoluitur. Quid ergo fieri oportet? quomodo illi ſubuenitur? Ait: Qui de cælo venit ſuper omnes eſt, & quod vidit & audiuit hoc teſtatur: Qui de cęlo venit, & ideo cæleſtis eſt, vt ait idẽ qui ſuprà Apoſtolus. Secundus homo de cælo cæleſtis, vnde & ſuper omnes eſt, vt prædictum eſt: Iſte, quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, videlicet vt de plenitudine eius nos omnes accipiamus, & aliquid de cælo loqui ſciamus, qui non niſi de terra loquebamur. Ecce aperuit quò tendat, id eſt, ad quid dixerit: ſuper omnes eſt, vel quomodo, aut ſuper quos omnes eſt. Ait enim: Quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, videlicet ſuper eos omnes eſt, qui futurum eſſe teſtati ſunt regnum Dei, qui aperiendum eſſe hominib. teſtati ſunt introitũ regni Dei. Hoc autem Prophetæ & Reges antè teſtati ſunt, hoc Patriarchę & iuſti expectantes & prænoſcentes, à lõgè ſalutauerunt, & de illo poſteris cohæredib ſuis prælocuti ſunt. Sed nunquid regnũ illud viderũt: nunquid regni illius voces audierũt, & inde huc venientes, ſedentibus in tenebris captiuis, qui vincti erãt, viſa & audita liberi annunciauerunt? Nunquid de cęlo venerũt, & nõ potiùs in iſta captiuitate, q̃ antea omninò nõ erãt, nati ſunt, & toti de terra exorti ſunt? Ergo ſuper oẽs regni Dei teſtes, hic teſtis idoneus eſt: quia videlicet erat iam antequam huc veniret, & de regno Dei de regno ſuo, huc in noſtrum exilium venit. Et cũ eſſet Rex illius regni Dei, propter nos (vt illud nobis teſtaretur & aperiret) in forma ſerui naſci voluit. Vnde veriſimè nunc dictũ eſt: & quod vidit & audiuit, hoc teſtatur. Et quidem Prophetæ viſiones quaſdã regni illius videbant, vnde & videntes dicti ſunt. Sed longè aliud eſt viſiones regni Dei figuratiuas & ænigmaticas oculta inſpiratione videre, aliud ipſum regnũ Chriſtus vidiſſe, & inde huc veniendo, nobis, qui nũquam prouquam ibi ſuimus, teſtari vel annunciare. Ad pherę vidit quid autẽ dixit hoc Diſcipulis ſuis, ſiue Iudęis, cũ quibus Quæſtio facta eſt de purificatione? Ad quid (illis dicentib. Rabbi, Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum) hoc dixit, niſi vt Diſcipuli ſui pro ſe æmulari deſinerent, vt Iudęi cõtra veritatẽ illi inſidias machinari deſiſterent, & potiùs ad illũ Baptiſtã verum ſubmiſſo capite oẽs venirẽt? Quod, quia facere frigidi præ inuidia detrectabant protinùs dolendo ſubiungit: Et teſtimonium eius nemo accepit. O conſilium malignantium, Synagoga perdita, cœtus ſceleratus. Ecce qualem Legatum, quã legitimum teſtẽ, quàm fidele teſtimonium non acceperunt. Indignitas rei * præſciuit cor Ioannis altè tetigit, acerbitas ſacrilegij mentem tanti Domini conſciam perculſit, ita vt dolens exclamaret. Et teſtimonium eius nemo accepit. Verè enim teſtimonium eius nemo accepit, videlicet quãdiu inter homines ambulauit, quãdiu præſentia corporali ſtans in concione hominum teſtimonium perhibuit veritati, ſiue in Synagogis Iudæorum, ſiue in prætorio Pilati. Clamat hoc iniuria crucis, probat hoc indignitas mortis, qua punitus eſt velut falſus teſtis. Sed dicit aliquis: Nemo non accepit eius teſtimoniũ, nam aliqui acceperunt, aliqui in eum crediderunt? Acquieſcimus, non negamus, aliqui vtcunq; crediderunt, quantumuis incerti & infirmi, dum illũ eſſe Filiũ Dei confeſsi ſunt, teſtimonium eius acceperunt, veruntamen in illo articulo vel hora neceſſariæ teſtificationis, quanti cõteſtari aut ſubſcribere auſi ſunt? Nónne omnes relicto eo fugerunt? Nónne percuſſo Paſtore oues diſperſæ ſunt, & ſolũ illum reliquerunt? Igitur quãdiu hic Dominus in forma ſerui teſtimonia Regni Dei declamauit, quãuis non ſolùm dictis ſecundum Scripturas, ſed etiam mirabilibus factis eadẽ teſtimonia confirmauit, teſtimonium eius nemo accepit. Aut vbi reiectus à cõcilio malignantiũ contẽptus à iudicib. iniquitatis, & punitus vt falſus teſtis, reſurrexit

Qui deorſum venit, ſuper omnes eſt.

Philip. 2. Aluer Chriſtus quam proquam ibi fuimus pherę vidit 1. Reg. 9.

** præſcium*

Matth. 26. Zacha. 13.

Putus homo de terra eſt, & terreus. 1. Cor. 15.

Ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuis, & ascendens in cælum, Deo Patri suo qui illum miserat, ea quæ perpessus est retulit, statim adiutor testimonij eius, & defensor idoneus Spiritus S. aduenit, & exinde testimonium eius nemo non accepit. Tũc comprobatus & agnitus est verus fuisse testis, tũc & exinde creditꝰ est verus esse Rex, imò Deus verax, & vera detulisse iura Regni Dei. Vnde & subditur: [Qui autem accepit eius testimonium signauit, quia Deus verax est.] Quis enim est ille beatus, qui accepit eius testimonium, nisi ille filius salutis omnis populus Christianus, Sancto S. insigni tus per ministrorum manus, quibus dictũ est: Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria. & vsque ad vltimum terræ? Nam quicunque illos audiuit, testimonium à superueniente Spiritu S. in seipsis habentes, & testificando prædicantes, Verbi gratia, cùm dicunt: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Hæc nimirũ & cætera huiusmodi prædicantes, quicunq; audiuit & baptizatus est in nomine patris, & filij, & spiritus S. ille testimonium eius accepit, & de illo qui eum non negaret, se esse Regem regni Dei, Regem verum & Filium Dei, cùm interrogatus se esse non negaret ante faciem Pilati, negatus est & punitus vt falsus testis, de illo vsque protestatur, quia Deus verax est, quia vnus & verus cũ Patre & Sancto spiritu Deus est. Hoc protestatur, hoc in corde suo signauit, hoc in fronte sua cũ signo crucis depinxit, corde credens ad iustitiam, ore confitens ad salutem. Insipiens Iudæus vel Hæreticus (qualis fuit Cherinthus) hanc veritatem soluere nititur, dicens in corde suo: non est Deus. Sed acceptor testimonij signauit, id est, digna memoria notauit verba testimoniorum eius, quibus constanter Deus verax esse defenditur. Sic enim in Euangelio suo loquitur, quomodo Deus. Vnde & protinus subditur. [Qui est ex Deo, verba Dei loquitur.] Quid enim est verba Dei loqui, nisi sic loqui, quomodo licet soli Deo loqui? Penè huic simile est in Act. Apost. de Herode, cum digna reprehensione legitur: Cumq; sedisset (inquit) indutus veste regali, populus acclamabat, Dei voces & non hominis. i. voces, quib. iustè & licitò acclamandum est soli Deo, & non homini. Verbi gratia: Rex in æternum viuens, semper potens, omnipotens, immortalis Rex, & Deus noster, & similia. Sed illũ percussit angelus Domini, eò q; acquieuisset immoderato fauori populi, & nó dedisset honorẽ Deo, hic autem cũ loqueretur verba Dei, cũ emitteret voces Dei. Exempli causa: Antequã Abraham fieret ego sum, &, Ego & Pater vnũ sumus, &, ego principiũ qui & loquor vobis, cùm iste hæc, & his similia Dei, & non hominis voces emitteret, virtutũ gloria comitabatur, cõprobans, quia ipse Deus verax esset, non vt prædictus Herodes, qui cũ Deo voces sibi acclamatas admisisset, percussusque & putrescens consumeretur vermibus, ait cũ gemitu: Ecce Deus vester, scilicet falsus id est, homo non Deus. Ait ergo: [Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.] Ac si dicat: Qui non communi more naturæ in matris vterum ex traduce transfusus est, sed à Deo in hunc mundum venit, missus est, qui non, vt ego vel Prophetę omnes, ad hoc natus est vt mitteretur, sed ad hoc missus est vt nasceretur, hic verba Dei loquitur, id est, sic loquitur quomodo Deus, & acceptor testimonij eius ex verbis ipsius corde credulo concipit, quia Deus verax est, quod ex operibus verba consequentibus agnoscere pṕtum est, & eadem verba diuinitatis eius in sacculo cordis vel memoria signat, vt quotiens superbus Goliat (id est Cherinthus vel Arrius, siue alius quis Hæreticus) blasphemat hunc Deum Israel, parata proferat verba hæc, tanquam de petra Dauid, lapides limpidissimos & blasphemiam superbiæ frontẽ percutiat, contestans, quia Dei filius Deus verax est. Non enim hic homo gregarius aut plebeius est, non communi mensura filiorum Adam, aut iustorum hominum diui sua gratia circunscriptus est. Hoc est quod sequitur: [Nõ enim ad mensuram dat Deus spiritum.] Verè non ad mensuram, quia totus, sicut per integram columbæ speciẽ mihi demonstratum est, totus planè Spiritus Sanctus est. Nos omnes damnati capitis homines sola Dei clementia perditioni & morti superstites, miseri & egentes, nati infeliciter, & à superno Patre extorres, qui rodebamus in solitudine squalentes calamitate & miseria, & esse sub sentibus delicias putabamus, nos olim canes muti, & præ inedia latrare non valentes, pro magno habemus & nobiscum benè agitur, quod Deus Patrum nostrorum Deus appellari dignatus est, nos ipsos cum canibus gregis sui posuit, & refecti de reliquijs eius, aperire os & latrare valeamus. Cuiq; nostrũ macræ scientiolæ, tanquam panis siliginei semuncia proijcitur, vel prophetiæ gratiæ quadra diuiditur, & sua singuli mensura contenti, benè nobiscũ actum esse fatentes, foris excubamus. Hic autem homo nobilis, feliciter natus, & anteliciter quam in hac forma nasceretur, cælorũ Dominus, & sanctorum Angelorũ Imperator delignatus, nulla mensura circunscribitur, neq; diuisiuũ aliquod indicat munusculum Sancti spiritus. Sed quid? Breui sententiola grandẽ vobis differentiã eiꝰ exprimã. [Pater diligit

Actor. 1.

Ioan. 3. Quis testimonium eius accepit

Rom. 10.

Psal. 13. Quid est verba Dei loqui.

Iohn. 8.

Ioan. 10.

1. Reg. 17.

Matth. 15.

Christus fit tus.

diligit filiũ, & omnia dedit ei in manu eius.] Quis nostrũ habuit aures audiendi, & audire meruit hoc quod iste magnus præco dixit stans à longè, & stans humiliter cedens maiori, scilicet Filio Dei in cõfractione cordis sui? Quid enim iste dixit contemplator viscerum Dei Patris? Quid dixit, quid corde reuerendissimo & ore religiosissimo pfudit? Pater, inquit, diligit Filiũ. Pater iuste mirũm ne aut iniustum est, quòd tu filium diligis? quod tu filiũ tuum dignum honore ducis? Si verè vtique iustitiam loquimur, recta iudicemus nos filij hominum, quorũ nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam. Si enim carnem suã quisq; diligit, & legitimus pater filium carne sua progenitũ eodẽ quo seipsum honore dignũ ducit, & hoc nemo reprehendit, quanto rectiùs suam Deus Pater in filio suo substantiam diligit, & illum consubstantialem sibi eodem quo seipsum honore dignum ducit? Quid enim, si corruptibilẽ nostræ mortalitatis pellem de sinu Patris exiens induit? Num ideo minùs honorabilis est & ipsi patri, qui ad hoc illum misit, minùs debuit esse amabilis? Nónne potiùs ipsum hominem, quem suo iussu induit, ad dexteræ suæ confessum subleuare debuit? Ait ergo: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Filium (inquit) qualis nunc est, scilicet seruili forma indutum, cum ipsa serui forma sic diligit, vt omnia dederit in manus eius, nec vnquam iudicaturus sit quenquam, sed iudicium omne agere velit per illam serui formã, quã filius suus iussu suo induit. Hoc ipsum & Daniel Propheta longè ante protestatur: Aspiciebam (inquit) in visu noctis, & ecce in nubibus cæli filius hominis venit, & vsque ad Antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & datũ est ei Regnum & honor, & omnis populus, tribus, & linguæ seruient ei. Quid igitur æmulamini & dicitis: Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum? Oẽs omnes, & ipsi & ipsi quoque qui ad illum venire nolunt, in manu eius dati sunt. Cùm exaltatus fuerit à terra, omnia trahet ad seipsum. Omnes iudicio suo faciet assistere, oues quidem ad dexterã, hœdos autem ad sinistram, & hos qui intus, & illos qui foris sunt iudicabit: Tantum regnum, tantum honorem suum, tantam potestatem, æternam potestatem Pater dedit illi. Non enim ad mensuram pater diligit filiũ. Si nouimus quid sit dilectio patris, liquet, perfectò, quia tantum cor patris plenũ est dilectione filij, nec superesse potuit angulus aliquis in sinu pectoris immensi, & incircunscripti, vbi à filio secluderetur quippiã magnum vel exiguũ de vniuerso thesauro Patris. Quid enim est dilectio, qua pater filiũ, vel filius patrẽ diligit, nisi Spiritus S. patri & filio cõsubstãtialis? Hoc aũt supradictũ est, quia nõ ad mensurã dat Deus spiritum. Ergo non ad mensurã, sed toto corde, tota virtute, tota dilectione, toto spiritu *scio diligit pater filiũ. Quid igitur retineret, vel vbi reconderet q̃ non daret in manu eius? Si parentes thesaurizent filijs carnalib. quãto magis talis parens tali filio thesaurizasse credẽdus est cælum & terrã, & quicquid in eis cõtinetur. Quanti verò, vel quales coram illo sunt isti thesauri? sic sunt quasi stilla situlæ, quasi puluis exiguus. Angusti atque inopes mortaliũ animi adeo magna hæc æstimant vt dicant: Vbi erat, & quomodo se habebat antequã ista faceret Deus? In qua solitudine tacitũrnus absq; vllis diuitijs, & sine cunctis officialibus morabatur? Hęc ideo cogitamꝰ, quia diuitiarum eius solã fecem. i. creaturã, ab illo in tempore & loco conditam, solam præ inopia sensus intuemur. At illi non magis per creaturæ multitudinem honoris vel diuitiarum cumulus accreuit, nec magis per Angelicæ vel humanæ creaturæ diminutus est ruinã, quã si vna stilla plenæ excidat situlæ. Antequã ista faceret, magnus erat Dominus noster, & magna virtus eius, & sapiẽtiæ eius non erat numerus. Quid ergo (inquis) tantopere à præcone suo magnificatur filius, quod omnia dederit pater in manus eius? Quid ipse filius quondam loco ex ultans: Omnia, inquit, mihi tradita sunt à patre meo? Quanta est hic materia exultationis & gloriæ, quod sibi dantur Gentes in hæreditatem ab eo, coram quo sunt omnes, sicut stilla situlæ? Sed verè digna est exultatio vel magnificentia. Quia non gloriatur auaritia, sed exultat beneuolentia: Quia non ipsi regnum, sed ipse regno proficit: non ipse nostro seruitio sublimatur, sed nostra seruitus, per eius dominium liberatur. Ipse dũ in nobis regnum accipit, inclinatur: nos dũ illi subijcimur, colli nostri vincula soluimus. Igitur quod ait Ioannes: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius, idem est ac si dixisset: Omnes natura filij iræ fuimus, hic autem vnicus dilectionis est filius, & Deus pater omnium nostrum salutem, per manum eius operatur. Vnde & subditur. [Qui credit in filium Dei, habet vitam æternã: qui aũt incredulus est filio, nõ videbit vitã, sed ira Dei manet super eũ.] Ite igitur oẽs Aegyptij, ite omnes ad Ioseph, & dicite illi: Salus nostra in manu tua est. Hæc enim dicit præco Saluatoris mũdi. Hæc dicit filij præcursor accrescẽtis, q regiũ currũ eius cum voce præconia præcurrit: Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Quid est hoc? Oẽs homines in Adã peccauerunt, & eiecti de paradiso Dei ad tenebras deuoluti sunt, & Aegyptij. i. tenebrosi facti, ecce fame pereunt, ecce vitę æternæ panem nõ inuenerunt. Sed iã nunc iste dominatur in tota terra Aegypti. Et q̃ crediderit in illũ,

Pater diligit filium, & quidem iustissime. Psal. 57. Ephe. 5.

Et omnia dedit in manu eius.

Infirmitas pauli. vtra ergasfilium dilecto.

Oẽs creatu rę ad Deũ sicut gutte situlæ.

Psal. 148.

Matth. 21.

Dani. 7.

Ephe. 2.

Gen. 47.

Nemo saluatur nisi in fide filij Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse cibabitur pane vitæ & intellectus,& po
Eccl. 15. tabitur aqua sapientiæ salutaris Illi aperien
tur horrea paradisi, quæ clausa erãt gulosо
homini propter morsum ligni vetiti, & de
ligno vitæ comedens vitam æternam habe-
bit. Qui ad illũ nõ ierit, qui in illũ non cre-
diderit,non videbit vitam, sed ira Dei ma
net super eum. Ita præfinitum est in tricli-
nio trinitatis, vbi Filius iste natus præceptũ
obedienter accepit, vt fieret saluator mun-
di. Omnis terra nostra sterilitate percussa
est cuncta humani generis massa, spinarum
& tribulorum maledictione damnata est.
Ira Dei ma net super eum. Quid ergo comedemus nos omnes infelices
Aegyptij? Quisquis nostrum, quisquis om-
nium filiorum Adam,non crediderit in hũc
Filiũ Dei,non confessus fuerit eũ Saluatorẽ
mundi, iuxta edictum magni Patris, magni
Regis Dei,qui illum in currum suum ascen-
dere fecit,non videbit vitam, sed ira Dei ma
net super eum. Quæ ira Dei? Illa vtiq;,quæ
super præuaricatorem Patrem eius descen-
dit. Non enim ait, ira Dei descendit super
eum,sed ait,ira Dei manet super eum Olim
Actor.4. Rom.9. Galat.3. Gen.12. Rom.4. Gen.17. nanque super omnes hæreditario iure desce
dit,& non est aliud nomen sub cælo datum
hominibus,per quod possit amoueri,nisi i-
ste solus & vnicus Filius Dei. Qui ergo incre
dulus est huic,manet super eũ ira Dei, quia
vt dictum est, non nisi per istum potest a-
moueri. Hæc planè salutis aut vitæ conditio
recens non est: nam & Abraham pater no-
ster secundum fidem, eodem pacto iustifi-
catus est. Nisi enim in promissione seminis
sui, quod est Christus,credidisset, quod in
illo benedicerentur omnes Gentes, nec iu-
stus nec amicus Dei appellatus fuisset,ac ,p
inde saluus omninò non esset. Similiter &
posteri eius eadẽ futuri fide seminis, & eius-
dem fidei signo,quod erat Circuncisio, de
quo aliàs iam dictum est, salui facti sunt.
Quid enim si plurimi signum Circuncisio-
nis habentes causam eiusdem Circuncisio-
nis nescierunt? Nónne & nunc post ablatam
Circuncisionem,ex nobis,qui cruci Christi
signamur,aliqui præter solum Christi no-
men sacramentorum omnium ignari sunt,
aliqui & ipsum Christi Filij Dei nomen per
ætatis infantiam inuocare nesciunt, tamen,
quia super eos inuocatum nomen eius in il-
la ætate morientes salui sunt. Longè enim a-
liud est,doctum non esse,atque incredulum
esse. Igitur vniuersaliter sentiamus dictum,
Matth.14. id est, de vniuersitate hominum, antiquorũ
pariter & nouorum, quicunque incredulus
est Filio,non videbit vitam, sed ira Dei ma-
net super eum. Hactenus arserit & luxerit
Psal.6. Rom.9. 1.Pet.2. lucerna hæc, viarum Domini præparatrix,
nunc extinguendũ est homicidæ & adulteri
Herodes sacrilegium, Deo permittente,
quia videlicet lux eius præsenti tempore o-
portuna non est. Expedit enim, vt antequã
Christus eiusmodi luce vbique publicetur,
oculi Iudæorum obscurentur,& in tenebris
insana mente discurrentes offendant ad i-
stum lapidem offensionis, ad petram scan-
dali,vt conquassentur & cõterantur. Igitur
& venerabilis & sponsi amicus secedat iam
probatus & emeritus,vt hoc tempore spon
sus noster, Deus noster, Deus sit absconditus,& de illo tam sublimia nemo loquatur.
Matth. 3. Nec doleat, quod quasi indignus amouea-
Psal. 59. tur à soluenda corrigia calceamentorum
eius,id est, quod non pertingat ad opportu-
num tempus prædicãdæ incarnationis eius.
Nam & illi qui calceamenta eius in Idumæã
extenderunt,id est, qui fidem incarnationis
eius Gentibus prædicauerunt,nati erãt mu-
lierum. Dixit autem vniuersali enunciatio-
Matth. 11. ne ipse sponsus,cuius calceamenta portare
desiderabat, quia inter natos mulierum nõ
surrexit maior Ioanne Baptista. Non ergo
doleat, quod velut indignus repulsus sit:
nam vbicunque calceamenta ista deporta-
ta fuerint, sanguis quoque eius de carcere
& conuiuio Herodis clamabit, & fidem
Christi, atque testimonia castitatis magna
voce prædicabit, Sequitur: [Vt ergo co-
gnouit Iesus, quia audierunt Pharisæi,quia
Iesus complures Discipulos facit & bapti-
zat, quàm Ioannes,(quanquam Iesus non
baptizaret, sed Discipuli eius,) reliquit Iu- CAP. IIII.
dæã & abijt iterũ in Galilæam.]Facit prior
ipse Iesus quod docturus est humilitatis
magister, & venerando prænõstrat exem
plo hoc ipsum quod per habitaculum gra- *Rom.12.*
tiæ suæ Paulum dicturus nobis est, vt si-
mus honore inuicem præuenientes. Nam
quàm diu lucerna hæc de qua prædictum
est, lucerna clarissimo Ioannes ardere &
lucere potuit,& passi sunt filij tenebrarum, *Ioan.5.*
vt staret lucens super candelabrum suum,
tanto illum honore dignum duxit hic Do-
minus omnium, vt sicut ille non seipsum
commendabat prædicatione sua, sed Chri-
stum, sic econtrà Christus Iesus,illo super-
stite,nusquã poneret in cõspectu populi ma
gisterij sui cathedram per publicæ prædica
tionis officium. Quod si facere voluisset,
magna vtique claritate sua famam illius ci-
tiùs obscurasset,sicut sole meridiano lucer-
næ fulgor exiguus operiri solet. Hoc omni-
nò deuitãs exemplorũ bonorum prouisor,
nec hoc saltẽ est, vt propter id, quod sui quo- *Matt.1. Luca 4.*
que Discipuli baptizabãt quæstione augesce
rent, quæ iam, vt suprà dictum est, fieri cœ-
perant,sed loco & tempore cedere dignatus
est, vt debito cum honore Baptista suus,ad
consummationẽ cursus sui perueniret Hoc
est quod Euangelista nunc refert. Vt ergo
cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi,
qa Iesus plures discipulos facit & baptizat,
quã Ioannes,(quanquã Iesus nõ baptizaret
sed Discipuli eius)reliquit Iudæã,& abijt ite
rum in Galilæã. Qui omnia nouit antequã
fiant,tunc primũ istud cognouisse dicitur,
quandò

Quando Quæstio, quæ prædicta est,ex Disci
pulis Ioannis cum Iudæis facta est. Et rectè
tunc cognouisse dicitur,quãdo iam alijs co-
gnoscentibus palàm fieri debebat,quòd fal-
lis inuidorum laudibus non delectaretur,
videlicet eadem iudicij sui maturitate, qua
Dæmonum testimonia clamantium,scimus
quia Sanctus Dei es,quia Filius Dei tu es,au
Luc. 7. Sap. 2. dire dedignabatur. Hoc enim quòd Iesus
baptizaret,& plures quàm Ioannes Discipu
los faceret,audierunt Pharisæi non haben-
tes aures audiendi,sed omninò surdi ad au-
diendum verbum Dei,& cęci ad videndam
rectitudinem consilij diuini. Ipsi namque,
vt superiùs dictum est, spreuerunt consiliũ
Dei,non baptizati Baptismo Ioannis. Excæ
cauit illos malitia ipsorum, & nescierũt Sa-
cramenta Dei. Hoc isti tales audierunt, qd
Iesus baptizaret: malitiosa vtique inuidia,
quòd Discipuli baptizabant in Magistrum
referentes. Non enim Iesus baptizabat, sed
Discipuli eius. Quod baptizabant Discipu-
li eius,hoc satis erat occasionem detrahendi
contra Magistrum præripere festinantibus.
Dicebant ergo: Ecce duos Baptistas habe-
mus. Nunquid vterque Christus est? Credi-
bilius est,quia neuter. Quid ergo est,nisi er-
raticus fauor indocti popelli,qui priùs Ioan
nem Christum esse nobis sufurrauit nescien
tibus,& nunc eundem satiata curiositate fa-
stidiens, istum nouum consectatur eadem
temeritate vel incertitudine iudicij? Videte
nunc quàm contentiosè agant isti duo viri,
vt contra se inuicem nomina sua magnificẽt
in populis. Vter illorum pertinacius apud
turbam istam maledictam, quæ non nouit
Ioan.7. Legem,nomen Christi obtinebit? Vt cogno
uit Iesus, inquit Euangelista,quia hoc,quod
suprà dictum est, audierunt Pharisæi, reli-
quit Iudæam & abijt iterum in Galilæam,
non quidem timens illorum malitiam, sed
suo secundum hominem Priori cedens, &
tempus suum, quod illo adhuc prædicante
nondũ aduenerat,decenter expectans. Ite-
rum,inquit,abijt in Galilæam. Signanter ad
didit,iterum. Quia videlicet dudum illuc
abierat,postquam baptizatum à Ioanne Spi
ritus expulerat in desertum: tunc scilicet,
Luc.4. Ioan. 1. 2. quando inuenit Philippum, & in Cana Ga-
lilææ aquas conuertit in vinum. Vt intelli-
gas illum eius reditum in Galilæam, à quo
cæteri Euangelistæ incipiunt,non primum,
sed alterum esse post eius Baptismum. Hũc
eius reditum diligenti contemplemur in-
tuitu. Quia totus figuratiuus est, & illius a-
quæ riuũ,de quo dixerat in Iudæa: nisi quis
renatus fuerit ex Aqua & Spiritu sancto,nó
potest introire in Regnum Dei: illius viuæ
aquæ flumen,quæ de templo suo egressura
erat, vbi Iudæorum sacrilegio solueretur,
sicut ibidem tunc dixerat illis: Soluite tem-
plum hoc,& in tribus diebus excitabo illud
quò perducturus,quò eius alueum defle xu
rus sit, in his,quæ præsens lectio commemo
rat,dictis & factis suis mystícè præpingit,du
ctore & viarum eius dispositore digito Dei. *Ioan.3.*
Quod Euangelista sic incipit: [Oportebat *Ezech.47.*
autem eum transire per Samariã.]Quam ob *Ioan.2.*
causam? Illam vtiq;quæ longè inferiùs post
hunc eius transitum his verbis subiecta est:
Ipse enim Iesus testimoniũ perhibuit: quia
Propheta in patria sua honorem non habet.
Ergo, vt verum comprobaret hoc testimo
nium suum,id est, non aliam ob causam se
apud Iudæos honorem nõ habere, nisi quia
patria sua,contribules sui Iudęi erant,& prę
inuidia notum hominem contemnebant,si-
mulque hoc ex opposito,id est,ex eo, quod
in patria non sua diuinum honorem habitu
rus erat,aliam conuinceret non subesse cau-
sam,nisi commune malum,superborum in
uidiam,oportebat eum transire per Sama-
riam. Hoc oportebat,hoc proposito vel cõ-
silio Diuinitatis eius congruebat, vt per il-
los alienigenas iter faceret,& illud quod de
nobis(qui alieni à Deo & hospites testamẽ-
torum eramus)consilium habebat,præfigu
raret. Samaritani namq; à Iudæis inter alieni *Samaritæ-*
genas reputabantur: Samaritanis Iudæi non *ni à Iudæis*
coutebãtur: Longa retrò series,duplex cau- *vitabantur*
sa dissensionis est: Prima, quia per manum *propter du-*
Hieroboam decem tribus à Iuda & à domo *as causas.*
Dauid rescisse fuerant,& relicto templo do *3. Reg. 12.*
mini,quod Salomon in Hierusalẽ extruxe-
rat,vitulos aureos,quos fecerat Hieroboã,
pro Deo coluerant, videlicet instinctu Re-
gis sui,metuentis,ne si iuxta Legẽ ter in an-
no Hierosolymam ascenderent, vt in con-
spectu Domini Dei sui apparerent,solicitati
à fratribus suis filijs Iuda & Beniamin ab il-
lo recederent. Alia causa erat,quia cum eos-
dem decem tribus captiuasset Salmanasar, *4. Reg. 17.*
& cum reliquijs illarum de diuersis Genti-
bus collectos incolas habitare fecisset, vna-
quæq; Gens fabricata est Deum suum,& ita
commixtę cum Gentib. reliquię Israel,ini-
micis suis Iudæis maiorem contemptus ma
teriam dederant, vt meritò viderentur con- *Ioan. 2.*
cemptibiles: Sed hoc erat propositum diui-
nitatis, vt Iudæis, qui sacrosanctum corpo-
ris eius templum soluturi erant, vt suprà di-
ctum est, propter perfidiam relictis, salus ad
alienigenas transiret. Benè ergo oportebat
relinquentẽ Iudæã transire per Samariã. Fa-
ctis enim priùs loqui volebat, q; postea di- *Matt. vlt.*
ctis firmaturus erat Dicturus quippe: Eun-
tes docete oẽs Gentes baptizantes eos in no
mine Patris & Filij & Spiritus S. iã nũc eandẽ
doctrinã mulieri Samaritanę à se petendã es
se innuit,sub noie aquę in vitã æternã salien
tis. Præsentis ergo lectionis mysteria, nobis
aduenis Gentib. desiderabilia super aurũ & *Psal.18.*
lapidẽ pretiosũ multũ,& dulciora super mel
& fauũ enucleare conemur ipso adiuuãte,cu
ius intimã sub cortice literę gratiam venera
mur[Venit ergo in ciuitatẽ,q dicitur Sychar

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuxta prædium,quod dedit Iacob Ioseph filio suo.]Sychar ipsa est Syché,sed vitiosè vt Sychar legeretur error inoleuit,vrbs Samaritanorum,quæ nunc Neapolis dicitur. Samaria quippe ciuitas regalis erat, quæ nunc Sebaste nuncupatur:sed & omnis regio,quę circa eam fuit,à ciuitate quondam nomen
Gen. 48. acceperat.Illic videlicet in Sychem, dedit Iacob prædium Ioseph filio suo, quando moriens in Aegypto dixit ei:Dabo tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo.
Gene. 34. Dicendo se eam in arcu & gladio possedisse,arcum & gladium iustitiam vocauit, per quã meruit peregrinus & aduena,interfecto Sychen & Emor propter Dinę suæ raptum,de periculo liberari. Timuit enim (vt in historia legitur)ne vicina oppida & castella, ob euersionem fœderatæ vrbis aduersus se consurgerent,& Dominus non dedit eis,vt nocerent illi. Vel certe sic intelligendum: Dabo tibi partem vnam, quam emi in fortitudine mea,hoc est in pecunia,quam multo labore & sudore acquisiui. Quod autem ait, extra fratres tuos,ostendit absque sorte dedisse eam tribui Ioseph.Siquidem eodem lo
Mausoleũ Ioseph. co sepultus est Ioseph,& Mausoleum eius ibi hodie cernitur. Iuxta prædium illud venit Dominus Iesus.[Erat autem ibi fons Iacob.]Fons iste,cùm pro raritate fontiũ* vi
** vel.* iugis aquæ, cuius in illa terra plerisq; locis præter cisternas penuria est:tum pro dignitate vel memoria tanti Patriarchæ insignis & notus erat,præsertim vbi instabatur alter aduersus alterum,scilicet Iudæus aduersus Samaritanum:& Iudæo de ciuitate Dauid,
3. Reg.8. temploque Salomonis gloriante, Samaritanus de priorum Patriarcharum mansionib. qui illis in locis habitauerant,sese defendens anhelantem solabatur inopiam [Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat hic super fontẽ.
Gene. 33. Hora erat quasi sexta.] Hic iam mysteria quærenda sunt.Nam quomodo hic in fonte subiecto relucet solis imago, sic ista Domini Iesu fatigatio vel sessio , fatigationem sessionemq; alteram spectat,quam ipse in arcano Diuinitatis suæ meditabatur consilio.
Iesus fatigatus ex itinere. Quam ergo fatigationem sui meditabatur? Iudæis dixerat superiùs: Soluite templum
Ioan. 2. hoc,& ego in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Hoc vtique futurum erat,& hoc illis facientibus, Iesus Ipse ex itinere humanitatis suæ, vera passione,veris doloribus,& vera morte erat fatigandus.

Deinde ascenso cælo venturus erat ad prædium,quod dedit Iacob Ioseph filio suo extra fratres suos,id est,relictis Iudæis venturus erat ad Gentes,quas Deus Pater in hę reditatẽ daret sibi vero Ioseph , cuius typũ
Sedens super puteũ. nomine & actib.gessit filius ille accrescens Ioseph. Ad illam hæreditatem suam venturus erat Dei Filius, & post acerbam mortis fatigationem,sedendo in magna requie ad dexteram patris sessurus erat,& super huius hæreditatis suæ puteum,id est, exuperaturus vniuersum humanæ cupiditatis vel philosophicæ sapientiæ profundum. Nam vbi quod stultum est Dei,sapientius esse hominibus comprobauit,& per stultitiam crucis sapientes mundi confudit & subiugauit,hominumq; cupiditates timore suo repressit,
1. Cor. 11. quid aliud quam super puteum sedit? Bene ergo postquam Iudęis de templo suo electis dixit,Soluite templum hoc,& ego in tribus diebus suscitabo illud, relinquens Iudæam, super Samaritanorum sedit puteum. Quia postquam illos de domo & Regno Dei expulit,qui scleratissimè soluerunt templum
Ioan. 19. corporis sui,& in agone mortis dicenti : Sitio,potum obtulerunt fellis & aceti, relinquens illis desertam domum suam, venit vt biberet vinum Fidem & salutem Gentium, & daret illis aquam viuam, quam egredien
Hora sexta. tem de templo corporis sui soluto, Iudæi ad se venire passi non sunt. Cùm autem sic sedet Iesus,hora sexta est,quia videlicet nunc, dum ipse Dominus omnium,ad dexteram Patris residens regnat, sexta mundi voluitur ætas.Sequitur: [Venit mulier Samaritana haurire aquam.]Hoc profectò sitiens & arida Gentilitas faciebat. Currebat certatim ad illam inanem Philosophorũ huius mundi disciplinam,vt vel secundum Stoicos curiositatem, vel secundum Epicureos, omnẽ expleret cupiditatem,sperans in illis esse venam aquarum viuentium, id est, in scholis illorum prædicari veræ & summæ beatitudinis viam. Quid enim Socratis vel Platonis Academiã,cęterorumq; Sectas diuersas Philosophorum, nisi puteos viuentiũ esse putabant aquarum? veniens ergo mulier Samaritana haurire aquam,tandẽ aliquando inuenit Dominũ sedentem super puteum , quia Philosophos suos diu mirata Gentilitas,tãdem aliquando reluctantẽ per Apostolos suos audiuit Dei sapientiã Christum. [Dicit ei Iesus:Da mihi bibere. Discipuli autẽ eius abierant in ciuitatẽ,vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana? Quomodo tu Iudęus cũ sis,bibere à me poscis,quæ sum
Mulier gẽtes conuertendas significat. mulier Samaritana? Nõ enim coutuntur Iudæi Samaritanis.]Nõ mulier Iesum,sed mulierem Iesus prior alloquitur,& dum ab illa bibere poscit,non se illam, vel vllum hominem communem,aut immundum æstimare profitetur, cùm vtiq; & ipse causam eandem ignorare non posset,propter quam mulier mirata est,quam & Euangelista subnectens:Non enim,inquit,coutuntur Iudęi Samaritanis.In quo parua quidẽ dignationis eius scintilla prælucet, sed eius indicio gratiæ eius immensitas,quæ postmodum in cunctis Gentibus eadem dignatione diffusa est,pręsignata est.Nã quomodo tunc mulierem illam affatu suo pręuenit, quæ nullam colloquij

colloquij vel alicuius cõmunionis copiam haberet in omnium Gentium contemptoribus Iudæis,& illam prior obsecrare digna
2. Cor. 5. tus est,qui sine eius ope non solùm aquam bibere,sed & totum puteum poterat in vinum conuertere:sic omnium Gentium merita,misericordia eius præuenit,quæ alienæ & immundæ reputabantur ab illo peculiari populo Dei,nimium de suis vel Patrũ suorum præsumẽte meritis,& obsecrare dignatus est,vt communicarent sibi, maximè dicente Apostolo,qui Legatione fungebatur pro illo: Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.Quam reconciliationem dum ab Ecclesia de Gentibus vltronea vel gratuita legatione petiuit, profectò ab illo bibere popposcit, quia salutem eius sitiens, totis visceribus charitatis illam reuera in magna siti attraxit.Quod audientes,illæ scilicet Gentes,plus quàm ista mulier,admira-
Act.15. tione & gaudio repletæ sunt sicut in Actibus Apostolorum scriptum est:quia cum legissent Apostolorum epistolam,gauisę sunt super consolatione,scilicet,quòd saluari possent absque circuncisione cæterisque operibus Legis,sola Christi Fide. Nec illud vacat à mysterio,quod Discipuli eius abierãt, de quibus & dicitur:Quia abierant in ciuitatem, vt cibos emerent, & solus Saluator cũ sola peccatrice & alienigena locutus est. Quando enim Gentes primùm allocuta est
Act.10. Gratia Christi, quando Angelum suum ad Cornelium misit, Apostoli Christi aberãt, neque cum hominibus eiusmodi quicquam de verbo salutis locuti fuerant:sed extraneos illos arbitrati,solos filios Regni , scilicet
Psal. 58. Iudæos sibi incorporare volentes,quasi circuibant ciuitatem,iuxta Psalmistam:Dispersi ad manducandum,& quia non erant satu rati,& murmurabant. Igitur cùm illa mulier admirata dixisset: Quomodo tu, Iudæus cùm sis,poscis à me bibere,quæ sum mulier Samaritana? Respondit ergo Iesus & dicit ei.[Si scires donum Dei,& quis est,qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo,& dedisset tibi aquam viuam.] Pulchrè diuina sapientia humanę facundię dignatur nunc vti elegantia,dum ab aqua visibili,cuius ad petitionem se inclinauerat latens in carne Maiestas , metaphoram faciens, mulieris mentem paulatim sublcuando ad pe-
Si scires donum Dei. tendam Sancti Spiritus gratiam leni introductione inuitat.Si scires,inquit, donũ Dei, & quis est,qui dicit tibi:da mihi bibere. Notanda diligẽter series tenorque verborum. Non ait,si scires Deum, Non solùm quippe Samaritani,sed & plerique Gentilium scire poterant, vnum esse Creatorem Deum.Sed ait: Si scires donum Dei, quod profectò non est aliud quàm Spiritus sanctus,donum
Et quis est, qui dicit tibi. Patris & Filij,quem ante redemptoris aduẽtum miser iste mundus non cognouit. Item non ait:Si scires quis dicit tibi,da mihi bibere: quòd vtique illa scire visu & auditu poterat,eumque sedentem super puteum prætento digito Samaritanis conciuibus suis demonstrare,sed ait:Si scires quis est, qui dicit tibi,id est,qualis essentia eius est, quantum à cæteris mortalibus differt:quia non filius hominis tantùm,sed & filius Dei est, non homo tantùm,sed & Deus est.Et est Sensus: Si scires Patrem & Filium & Spiritum sanctum,si audisses nominis eius Euangelium, tu forsitan crederes in eum, & peteres ab eo donum Dei,scilicet aquam viuam,id est,baptizareris,vt per gratiam Sancti Spiritus acciperes remissionem peccatorum. Iã enim Patrem Deum pleriq; vtcunq; sciebant, ipsum autem,qui nunc hæc loquebatur, Dei Filium & Spiritum sanctũ nesciebãt. Quod in exprobrationẽ Iudæorum dictũ est,àqui-
Matth. 8. bus nunc reuersus fuerat,quosq; incredulos sciens de templo eiecerat, futurũ præsignãs, quod illis eiectis alienigenas per aquę & Spiritus sancti regenerationem introduceret in Regnum Dei, quod postmodum euidẽter Nicodemo dixit.Et est huic simile,quod Iudaicis ciuitatib.exprobrans,dicit: Si in Tyro & Sydone factę essent virtutes, quę in vobis factę sunt,olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent.Quod enim de hac Samaritana muliere veritas protestatur, de idololatris vniuersaliter sentiendum est Gentibus, quæ vbi Euãgelica pdictione audire & scire meruerunt donũ Dei,& eũ,qui in Apostolis suis loquebatur eis,Christũ Filiũ Dei, pœnitentiã egerunt,& à Saluatore Christo donũ Dei, viuã aquã, scilicet spiritũ remissionis peccatorũ petierunt,& in nomine Trinitatis baptizati sunt, sicq; vna de omnib. gentibus Ecclesia facta est,cuius hæc mulier typum gerebat,& cui in persona illius veritas testimoniũ perhibebat,qd' non per malitiã, vt perfida Synagoga, sed per ignorantiam peccauerat. At illa mulier,adhuc circa nomẽ aquę,quã haurire venerat,carnali sensu oberrans. [Dicit ei: Dñe, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquã viuã? Nũquid tu maior es patre nostro Iacob,qui dedit nobis puteũ & bibit ipse ex eo,& filij eius,& pecora eius?]Errabat enim mulier hæc in vocabulo aquę viuę,nesciens riuũ iugiter fluentẽ aquę inuisibilis,&inde-
Aqua viua ficientẽ gratiã Spiritus S. aquã viuã equiuo-
gratia Spica appellatione nũcupari. Sed libet iã huius
ritus sancti. obiectionẽ Iudęorũ obiectionib. conferre. Superiùs,cũ illis signa petẽtib. dixisset quidam, qd' intellectib. eorũ videretur impossibile:Soluite,inquiens,templũ hoc,& ego in tribus dieb. excitabo illud : illi irreuerenter objicientes xl. & vj. inquiũt,annis ędificatũ est templũ hoc,& tu in tribus dieb. excitabis illud? Tu aũt,inquiũt, homo cõtemptibilis: dicendo enim, Tu, superbiam & contemptum exprimunt: homo ergo contemptibilis:& crucifigẽde,tu in tribus diebus excita-

bis

Humilis ob iectio mulieris Samaritanæ.

bis illud? Hæc autem non hostili irrisione, sed amica per contatione, reuerenti compellatione præmissa: Domine, inquit, neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Nisi humilem præmisisset vocem Dominum eum compellans, putaremus fortè quòd tanquam homini alieno vtpote Iudæo vasculum suum commodatura non esset ad hauriendum aquam. Nunc autem palàm est, quòd non ipsa Iudæum contemnebat, sed à Iudæo contemni metuebat. Quia videlicet Iudæi potiùs euidentem superbiendi materiam habentes, nec vasculis Samaritanorum vti dignabantur: Samaritani verò conscientiæ morem gerentes, & si interdũ animosa contentione seipsos cõsolabantur, satis illis esset non contemni, & ab eorũ, qui in se confidebant tanquam Israëlitæ veri, cõmunione non repelli. Rursus illa Samaritana mulier illi Iudæo, scilicet Domino nostro, nullum aliud vasculum præter suum præsto adesse videns: Domine, inquit, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est: tanta scilicet altitudine, quanta manu tua attingere non præuales. Altus quippe & quadraginta cubitis, ab ipso latere hominis vsq; ad summum digitorum extentis. Nónne ergo longiùs est à salute superbia Iudęorum, quã humilis conscientia Samaritanorum? Hic & illic Præses iustitiæ Veritas in templo corporis sui residens, verborumq; ac rerum causas in statera appẽdens, vnam aquam de eodem templo corporis sui profluentem, Iudæis non creditam, Samaritanis propinare venit: imò cunctæ de Gentib. Ecclesiæ, quã (vt sæpè iam dictum est) hæc mulier Samaritana præfigurauit. Quod illa nondum intelligens, & à Saluatore, quem non cognoscebat, ipsam Samaritanorum aquam Iudaico fastu despici existimãs: Vnde ergo habes, inquit, aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum & bibit ex eo ipse, & filij eius, & pecora ei? Ac si dicat: Nunquid qualiscunq; Hierosolymitanus maior est, mundior aut religiosior patre nostro Iacob? Nõ. At ille nobis hũc puteum, ille (inquam) non quiuis alienigena, sed pater noster tam magnus, tã sanctus, tam mundus, & Deo charus, hunc nobis dedit puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius. Vnde ergo tu, vel quicunq; Iudæus habes aquam, quam in contemptum huius aquæ, velut mortuę, aut immundę appelles aquam viuam, aut mundam? Notandum, quòd non ait, qui Fodit, sed qui dedit nobis puteum. Quia videlicet non legitur Iacob illic fodisse puteum, sed tantùm emisse partem agri à filijs Emor patris Sychem, quod prædium ex veritate veteris historiæ Euangelista refert (vt suprà dictum est) Iacob dedisse filio suo Ioseph, subiungens de hoc puteo: Erat autem ibi fons Iacob. Omnis enim puteus fons, quàm non econuersò omnis fons puteus sit. Et quidem Abraham & Isaac certis locis puteos fodisse legũtur, quorum etiam plerosq; Palestini inuidentes obstruxisse, & pro quibusdam tantum contendisse referuntur. Hunc autem puteum, de quo cum Samaritana muliere tã ta saluatoris collatio est, nec Iacob, nec Patriarcharum qui squam fodisse memoratur. Rectè ergo non dixit: qui fodit, sed qui dedit nobis puteum: fortassis cum ipso prædio pariter à filijs Emor coemptum, sufficere ęstimans ad huius aquæ defensionem, quod ille tantus Patriarha biberit, & filij eius, & pecora eius. Ad hęc Dominus noster mulieris tarditati condescendens, qui nouerat se indoctarum magisterium suscepisse animarũ, generalem propositionem aquę viuę, cuius nullas esse differentias, aut speciesilla peruidere poterat, ipsam aquam viuam, quam se posse dare dixerat, & illam, quam solam mulier ista nouerat, proprijs differentijs hoc modo determinat: [Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.]

Gen. 22.

Hæ nanque differentiæ, scilicet iterum sitire, & in æternum non sitire, econtrario modo à seinuicem discrepãt: velut omnem sitim extinguere, & nullam sitim extinguere. Quos effectus contrarios in his Domini nostri dictis aduertere promptum est. Nam aqua eiusmodi, quam hæc mulier haurire venerat, scilicet aqua elementaris, nullam omninò sitim extinguit: quia qui biberit ex ea, solo corpore refocillato, cùm iterum sitiat, inopiam naturæ non se explicuisse satis euidenter indicat: Aqua autem illa, quam Iesus dat, corporis & animæ sitim æternã funditùs extinguit, vt apud Inferos nõ sitiat ardens, aut ardeat sitiens, sed eodem, qui hæc loquitur, Agno Duce pergat ad vitæ fontes aquarũ, & æternæ beatitudinis haustu, cunctam corporis & animæ purgans inopiam, non deficiat omni bono in æternum. Vnde subditur: [Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternam.] Quæ est enim hæc aqua viua, nisi illa, quæ (vt suprà dictum est) in Baptismo Christi percipitur Spiritus sancti gratia? Aqua hæc Spiritus sãctus est, aqua hæc Deus est. Aqua hæc in corde Dei Patris fons vitæ est: in ore Dei Filij, Gratiæ & Pacis flumen est: in Beatis Angelis torrens gloriæ est: In electis hominibus inundatio vitę est. Quæ à quocunque bibita fuerit, ad matricem suam, æternę Diuinitatis abyssum, resilit: inferno profundior, terra longior, mari latior, & cælo altior. Illuc (inquam) resilit, inde venit, pariterque bibentis animam, etiamsi in Infernũ descenderit, saliendo in vitam æternam sustollit: vbi nõ esuriat, neque sitiat, & non percutiat eam æstus & sol. Et antequam illuc saliat, fons in bibente fit, & per sinum cordis riuos sapientiæ & scientiæ diffundẽs, animæque totum alueum implens, & paulatim in verbo vitæ per meatum oris prorum pens, hortos vicinos areasque longè positas affatim irrigat, talisque anima meretur audire, Fons hortorum, puteus aquarum viuentium. Rectè ergo qui biberit, inquit, ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. [Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam vt nõ sitiam, neq; veniam huc haurire.] Beata mulier hæc alienigena, imò beata Ecclesia de alienigenis collecta (cuius hæc typũ gestat.) meritò surrectura in iudicio cum generatione mala & adulterа, vt condemnet eam: Si, inquit, terrena dixi vobis & non credidistis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis? Terreni templi, terrenæ ædificationis similitudinem vsus dixerat: Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud, & illi terrena, quæ sola in his verbis intellexerũt, eum posse facere non crediderunt Quomodo credidissent si cælestia dixisset, si se cælestem vitam dare posse, si seillos ita portare posse dixisset, vt in vitam æternam salirent? Sed hæc mulier credidit, & confessa est & non negauit. Dixit enim mulier hæc, dicit & nunc mulier magna per totum orbem dilatata, an helãs & sitiens, sitiens & clamans: Domine da mihi hanc aquam. Credidit ergo, propter quod & sic loquitur, ac proinde generatio illa iure (vt prædictum est) huius comparatione condemnatur. Quid tandẽ restat? Quare tantum bonum differtur? Qui bonum tam optabile petendum à se dixit non rogatus, postulanti simpliciter quare non confestim largitur? Audi quod sequitur: [Dicit ei Iesus: Vade voca virum tuum. Respondit ei mulier: Non habeo virum.] Ecce quomodo mulierem peccatricem, quã sciebat non habere virum, quam nouerat legitimum non inijsse coniugium, reuocat ad cor suum, vt videat in testimonio conscientiæ suæ, quid facto opus sit, quatenus illud donum Dei mereatur accipere. Poterat dicere: Nisi pœnitentiam egeris & peccata tua confessa fueris, quia peccatrix es, & sic & sic egisti, nisi (inquam) pœnitentiam egeris, ego hanc aquam non dabo tibi, quia videlicet non nisi pœnitentibus & peccata sua confitentibus, & eadem relinquentibus, hæc Sãcti Spiritus gratia, hoc donum Dei tribuitur. Hoc Dominus dicere poterat, sed vsa est arte sua nostræ salutis opifex Dei sapientia, quatenus nec illam molesta verecundia pulsaret, & tamẽ necessariam saluti eius peccatorum confessionem eliceret. [Vade, inquit, voca virum tuum, & veni huc.] Quid illa reputaret, nisi ad hoc virum suum debere vocari, ne mulier sinè viro suo tanquã vitę facultatẽ perciperet, & hoc à tantæ rei largitore rectè pensari, quòd vir tanti doni particeps esse deberet, cum quo mulier vnum corpus esset? Et quidem protinus cucurrisset, si haberet quem virum suum legitimè profiteri posset. Sed quid faceret, quæ virũ non habebat, nec tamen virgo nec vidua erat? Quomodo iam dignam non timeret repulsam, quæ tali commonitione cogebatur agnoscere se mulierem non legitimè nuptã? Stetit ergo suam agnoscens indignitatem, & confessa est dicens: Non habeo virum. Sufficit ista confessionis inchoatio, vocanti misericordiæ. Non expectauit aut exegit, vt totum diceret, sed clementiæ manum porrigens pepercit pudori, subuenit conscientiæ fluctuanti. Nam sequitur:

[Dicit ei Iesus: Benè dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes non est tuus vir. Hoc verè dixisti.] Hoc illa mulier benè intellexit, quia verè dixit. Benè & verè nunc quoque Ecclesia dicit. Quia, quemadmodum illa quinque viris abusa fuerat, & nunc virũ non habens, aliquem tamen habebat, quem virum suum nominare non poterat: sic Ecclesia quondam cùm Gentilis esset, quinq; sensibus corporis luxuriata, in omni concupiscentia carnis & oculorum, quæ in mundo est, tandem ad hoc deuoluta fuerat, vt pro viro suo legitimo, pro factore & amatore animarum Deo, Diabolum reciperet: & in ligno & lapide fornicans cum illo, qui nõ erat suus vir, sed naturæ suæ hostis, non amator sed interemptor, non sponsus amoris sed auctor mortis: homicida, non medicus: Diabolus non Deus. Hoc, inquam, verè dixit: hoc dicendo veritatem locuta est, sicque semetipsam in principio accusans, ablutа lauacro, & viuam aquam in poculum salutis adepta est. Igitur Magister & Dominus hoc exemplo discipulis suis, huius aquæ viuæ ministris imitandus, competenti arte ab ea, quę viuam aquã postulabat Cõfessionem peccatorũ exegit, eamq; ad conscientiã suam reuocauit dicendo: Voca virũ tuum & veni huc. Quæ protinus peccata illa nõ abscondit, confessa est nec defendit. Nã quàm veraciter eadem narranti consentiat, quã humili conscientia veritati concedat, respõdendo manifestat. [Domine, vt video Propheta es tu.] Quid enim amplius est? dicere: verũ est, quinque viros ego habui: aut dicere, Domine, vt video, Propheta es tu? Denique in hoc palàm est, quàm non inuita fateatur, & inspectatorem conscientiæ suæ Domini & Prophetæ honorat nomine, nullam aliam ob causam vel experimentum, nisi quòd secundum pronunciationis eius veritatẽ peccatricem se agnoscebat esse. Vna eademque responsione & de se confessa est, quod erat: & de illo, quod eum esse intelligere poterat. Minus quidem & longè minus quàm illa est confessa: sed confitendo quantũ perceperat, dignam se fecit, cui crederet Iesus totum, & erat. Hoc interim prætereundum non est,

non

Felix ecclesia ex gentibus cõtra incredulos Iudæos.

Matt. 12. Ioan. 3.

Psal. 115.

Clemens medicus Christus.

Ecclesia ex gentibus ob scissa formosa est.

Confessio mulieris.

Universidad de Deusto Biblioteca

Deut. 32. Gen. 49.

**quamuis.*

Stim extinguere.

Apoc. 7. Esai. 85.

Descriptio aquæ viuæ.

Esai. 49. Cant. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prophetia etiam de præteritis est.

non tantùm futurorum præscientiam, sed & præteritorũ ac præsentiũ oculorum reuelationem rectè solere appellari Prophetiã. Mulier ista Dominum nihil de futuris prædicentem audierat, sed tantum de præteritis ac præsentibus occultis cordis sui vera dicere illum sentiens, Prophetam esse pronunciabat. Adeò consuetum erat iam tunc, occultorum reuelationem Prophetiam nuncupari.

Imò verò cùm istæ tres Prophetiæ partes sint, id est, de præteritis, de præsentibus, & de futuris, ea plurimum valet ad comprobationem Prophetici spiritus, qua præsentia liter quis ita conuenitur, vt occulta cordis eius manifestentur. Tunc enim dubitatio homini nulla relinquitur, quin in prophetante solus Deus loquatur, præter quem corda hominum peruidere nemo potest alius.

1. Cor. 14. Quod Apostolus commendans ait: Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta sunt, & ita cadens in faciem adorat Deum, pronuncians, quòd verè Deus sit in vobis. Ita planè mulier hæc, vbi foris audiuit ab homine, quod seipsã nouerat intus, fecurè pronunciabat, quod verè in homine illo esset Deus, & indubitanter dixit: Domine, vt video Propheta es tu. Deinde sciens & hoc, quia Prophetæ per Figuras & Tropologias loqui consueuissent, carnalem amo-

Desiderium verbi Dei in corde mulieris est

uit intellectum ab eius dictis, nec eo sensu quò priùs vltra viuam aquam ab illo petiuit, potiùs doctrinam veritatis ab eo quærere intendit, tanquam à Propheta, tãquam ab eo, qui non de corde suo loquendo contentionibus inaniter efferretur, sed per quem (sicut experimento didicerat) loqueretur Deus. Nam præter sitim corporis, ob quam veniebat haurire aquam, habebat quandam aliam sitim, scilicet sitim audiendi verbum Dei, quam optimè nouerat ipse adaquator mentium, qui loquebatur ei. Nũquid enim sola peccata eius nouerat, & desiderium animæ eius, docilemque humilitatem cordis eius non nouerat? Vt quid ergo dixerat ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui tibi loquitur, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset

Forsitan, in verbis Dei nõ dubitantis, sed admirantis.

tibi aquam viuam? Nunquid in incerto locutus est? An quia dixit forsitan petisses, dubitasse putandus est? Non vtique in sermone omnia scientis, vniuersa videntis, forsitan dubitantis significat incertitudinem, sed affirmantis admirationem, sicut & illic: Si crederetis, inquit, Moysi, crederetis forsitan & mihi. Nam & illic duritiam vel incredulitatem Iudæorum: & hic in eorundem exprobrationem, facilitatem ad credẽdum miratur alienigenarum. In hac ergo muliere sitim quoque præuiderat audiendi verbũ Dei, Cui videlicet siti suæ protinus satisfieri deposcit, vbi Prophetam illum esse compe-

rit. Nam dicit ei: [Patres nostri in mõte hoc adorauerunt: Et vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, vbi oportet adorare.] Ac si diceret: Domine, quoniam vt video Prophe ta es tu, iam verò à diebus multis Propheta non est visus in Israël, loquere nobis ex ore Domini, da nobis consulentibus te responsum iustitiæ in sermone Domini. Ecce vetus longumque certamen. Vos Iudæi non coutimini nobis Samaritanis, & idcirco nõ coutimini nobis, quia non adoramus in Hierosolymis. Dicitis enim, quia tantùm in Hierosolymis adorare oportet: & hoc vobis dicentibus Patrum nostrorũ repugnat auctoritas, quæ non leuiter contemnitur. Nam *Gene. 33.* Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & sine dubio absque Hierosolymis in templo Salomonis Deum placauerunt, quem in mõte hoc adorauerunt. Hic erecto altari Pater noster Iacob inuocauit super illud fortissimum Deum Israël, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit hic iuxta hoc oppidum, emitque partem agri huius, in qua fixerat tabernaculum, à filijs Emor patris Sychem centum agnis. Tu ergo Domine, quoniam Propheta es, quid dicis? Hanc proponendo quæstionem mulier sapiens iam profectò aquam viuam petebat, magnique desiderij capacem situlam, inclinata super marginem fontis æterni, ad hauriendum immergebat, plus inuentura aquæ viuentis, quàm adhuc ipsa posset æstimare. Veruntamen in hac ipsa sui inquisitione, nõ totum dicit, non totum proponit. Dicendo enim illud, vnde locus ille poterat esse venerabilis, videlicet quia Patres nostri, inquit, in monte hoc adorauerunt, dissentionis vel segregationis causas reticuit. Quia videlicet *3. Reg. 2.* quò Hieroboam & decem Tribus cum eo, *Psal. 131.* vt recederent à Iuda & à domo Dauid (cui Dominus iureiurando dixerat: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam) vitulos aureos fecerant. & adorantes dixerunt: *3. Reg 12.* Hi sunt Dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Quod factum esse in eadem ciuitate Sichar, quam Hieroboam reædificauit, historia libri Regum narrat. Præterea commixta fuerant (vt superiùs dictum est) inter Gentes, quas Salmanassar Rex Assyriorum, trãslatis decẽ Tribubus, reliquijs earum cohabitare fecerat, & vnaquaq; Gẽte fabricante Deum suum, dicebant opera eorum, & ob hoc maiorem Iudæis contemptoribus suis causam vel materiam contemptus præbuerunt. Has inquam causas, ista mulier in proposita quæstione reticuit. At illa propriæ culpæ maculas satis humiliter confessa fuerat. Non ergo vitio sed laudi potiùs illi est, quòd communem Gentis suæ ignominiam, satis omnibus notam, prædicare non properauit. Dominus autem iudex equitatis postulatus ita respõdit: [Mulier crede mihi, quia venient dies, quando neque in hoc

Consolatio Samaritanis per Christum facta

hoc mõte, neq; in Hierosolymis adorabitis Patrem.] Veneranda & in timore sancto audienda sunt dicta hæc verbi incarnati, de sancto corporis sui templo suauissimè intonantis, & breui quidem, sed graui elocutione veram atque se dignam de adoranda Diuinitate sententiam proferentis. Et Samaritanos quidem in præterita contentione inferiores fuisse Iudæis, rationabiliter adstruit, sed eosdem rursus in eodem consolatur, quòd omnem de locorũ suorum Prærogatiua controuersiam mox esse tolerandam indicat veris adoratoribus Dei. Cuius consolationis quoque dicta, tam in principio, q̃ in fine distribuens, mira arte diuidit illas, in medio collocãs orationculæ suæ particulas, quib. Samaritanos absq; scientia Deum adorare, di-

Mulier crede mihi. Ioan. 2.

cendo: satis optimè percutit. Nam & antequam diceret: Vos adoratis q̃ nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis est, repetiuit & prosecutus est, quod præmiserat dicens: Sed venit hora & nunc est, quãdo veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate, &c. Adeò beneuolentiã auditoris infirmi magna dignatiõe retinere curauit. Nunc singula verba gratiæ de ore eius emanantia pertractanda sunt. Mulier crede mihi. Tibi (inquit) ô mulier dicturus sum, qui non credidi meipsum Iudæis Scribisque

Adorabitis Patrem. Luca 10.

ac Pharisæis siue Sacerdotibus adorãtibus, imò latrocinantibus in illo magno & pulchro templo Dei, & quod illis facto tantùm præsignaui, eijciens illos cum flagello de domo Patris mei, verbis autem aperiendum esse necdũ credidi, tibi nunc dico, tibi ô mulier credo, tuæ fidei committo, tu tantũ crede mihi nunc interim tãquã Prophetæ, quo niam Prophetã me esse dixisti: mihi (inquã) crede, & necdum dico vt credas in me, quod futurum est, quando aliquid de me quod supra Prophetam, imò supra omnem gradum vel dignitatem sit incipies sentire. Hoc mihi crede, quia venient dies & in proximo

Psal. 112. Malac. 1. Matth. 24

sunt, quos Patres vestri qui in monte hoc adorauerunt, multi quoq; Prophetæ & Reges qui in Hierosolymis adorauerunt & nõ viderunt, vestri autem beati oculi paulò pòst videbunt, quando vos qui nunc vt alieni à templo Dei despicimini: vos inquam & omnes quicunq; de quibuscunque Gentib. ad vitam prædestinati estis, adorabitis Deum, inuocantes Patrem, eum scilicet confitendo & adorando pariter Filium, cuius Pater est, per cuius adorationem fiet vt Deus Pater eius vester quoq; sit Pater. Ita inquam, adorabitis Patrem, non in monte hoc neq; in Hierosolymis, sed in omni loco dominationis eius. Quia videlicet nõ tãtũ in hoc loco, aut solùm in Hierosolymis, sed à solis ortu vsque ad occasum magnum & horribile erit nomen eius in Gentibus. In Hierosolymis autem qui nunc celebris est oratio-

nis locus, lapis super lapidem non relinquetur qui non destruatur. Iam exultare poterat mulier pro fauore suæ Gentis, existimãs q; authoritate tanti hominis, quẽ Prophetã esse credebat, nihilo præferretur monti Samariæ sancta ciuitas Dauid, templumq; Salomonis. Quod tametsi de futuro verum erat, de præterito tamen futurum non erat. Quapropter humilianda erat de peccato quod in Samaria magis abundauerat, ne ineprè lætaretur desuper abũdãti gratia. Sequitur ergo: [Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis *3. Reg. 12.* est.] Ac si dicat: Vos Samaritani, qui à domo Dauid & à templo Dei recessistis, & in monte Samariæ confisi estis, non inde iustificati estis, quia Patres vestri in monte adorauerunt, sed inde coinquinati, quia Hieroboam vrbem istam, hoc est Sichem in mon- *Deut. 12. Gen. 49.* te ædificans, vitulos aureos fecit hic & dixit: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Vos, inquam, qui propter cultum vitulorum à templo Dei recessistis, adoratis quod nescitis, dum dicitis adorantes & quid dicatis nescientes, isti sunt dij tui Israel. Nos Iudei, qui Regi nostro adhæsimus, & Deum Patrum nostrorum in loco quem elegit adoramus, non nescientes quid dicamus, sed optimè scientes, quia salus ex Iudæis est, quia de tribu Iuda & de semine Dauid Saluator repromissus est, & hoc sciẽtes & ob hoc idem Dauid adhærentes, Deũque qui iurauit ei dicens: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam: in tem- *Psal. 131.* plo quod Filius eius ædificauit adorantes, vtique adoramus quod scimus: ad hoc reseruati ipsi Dauid, vt ex nobis salus, quæ illi repromissa est, orietur. Sed hactenus in hac contentione adorauerimus: venient dies quando neq; in monte hoc neq; in Hieroso- *1. Cor. 6.* lymis adorabitis Patrem. Hoc est quod subsecutus repetiuit. [Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.] Iam venit hora & nunc est, venit & nunc est tempus acceptabile, dies salutis, quãdo veri adoratores, veri, inquam, id est, non quid adorent nescientes, sed veram adorandi scientiam habentes, adorabunt Patrem non in monte hoc, neq; in Hierosolymis (vt prædictum est) sed in

Adorabitis patrem in spiritu & veritate.

spiritu & veritate. Quid dulcius? quid hac veri adoratoris definitione pulchrius? Adorabitis (inquit) Patrem Spiritum adoptionis filiorũ ab ipso percipientes, & in filij eius vnigeniti membra venientes. Patrem enim *Rom. 8.* in spiritu adorare quid est, nisi spiritum ad- *Ioan. 14.* optionis filiorũ accepisse, in quo clamamus, Abba Pater? Quid est adorare Patrem in veritate, nisi in filio eius manando (qui dicit, Ego sum veritas) Patrem inuocare? Idem ergo est, ac si dixisset: Veri adoratores manifesta ac necessaria distinctione personarum adorabunt vnum Deum, Patrem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem. & Filium & Spiritum ſanctum. Cur hoc loco Spiritum veritati præpoſuit, nec dixit:
1. Cor. 12. *Rom. 8.* Adorabunt Patrẽ in veritate & ſpiritu, ſed dixit, in ſpiritu & veritate? Videlicet, quia ſicut nemo venit ad Patrem niſi per Filium, ita Filium nemo agnoſcit niſi per Spiritum ſanctum. Nemo enim poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Ipſa quoque vera adoratio, propria Sancti Spiritus operatio eſt. Nam quid oremus, ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Proinde opus eſt, vt homo per præuenientem gratiã accipiat Spiritum S. per quem agnoſcat & confiteatur Dominum Ieſum in carne veniſſe, quod eſt recta via per Filium ad Patrẽ venire. Benè ergo non dixit: Adorabunt Patrem in veritate & ſpiritu, ſed in ſpiritu (inquit) & veritate. Cæterùm vbicunque inuocauit hoc nomen recto ordine & Euangelica traditione, primò continuatim Pater &
Luc. 15. *Matth. 21.* Filius, & deinde tertia perſona Spiritus ſanctus, eo videlicet reſpectu, quia ab vtroque, id eſt, à Patre & Filio procedit Spiritus ſanctus. Sequitur: [Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.] Crede mihi, inquit, quia iam illa hora venit, & ſic Patrem adorabũt
Matth. 24 veri adoratores. Nam ecce nunc in præſen-
Luc. 19. tiarum tales quærit Pater, qui adorent eum:
Matth. 10. quærit accenſa lucerna, quærit diligenter domo euerſa. Ecce lumen diuinitatis ſuæ poſuit in teſta carnis humanæ, & à ſanctuario ſuo incipiens domum ſuam euertit, falſos adoratores eijciendo, quia domũ ſuam (quæ domus orationis eſt) facerent ſpeluncam latronum: & exinde quærit per totum mun-
2. Cor. 6. dum veros adoratores, qui adorarent eum,
Pſal. 15. non in carne, ſed in ſpiritu: non in latrocinio, ſed in veritate. Euertetur templum & ciuitas Hieroſolymorum, non ſtabunt luci & delubra Gentilium, diuidentur contra
Eſa. 65. ſe familiæ populorum, rumpentur fœdera cognatorum, duo in tres, & tres in duos ſeparabuntur, filia aduerſus matrem, & nurus aduerſus ſocrum: & ſic omnimoda commotione domo euerſa: Tales proculdio Pater inueniet qui adorent eum. Non tales factos inueniet qui adorent eum, ſed inueniet in lucis & in delubris idolorum quos tales faciat, vt adorarent eum. Nam idololatras inueniet rapaces, ebrioſos, fornicarios, cæteriſque vitijs obſeſſos, ſed abluet eos, ſed ſanctificabit eos in ſpiritu ſuo & in veritate ſua.
Spiritus eſt Deus, duplex eſt ſenſus. Non congregabo, inquit, conuenticula eorum de ſanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Idololatræ ſiue fornicarij nominabuntur, ſed vocabit eos nomine alio, in quo qui benedictus eſt, benedicetur ſuper terram. Dicis: Quare tales Pater quærit adoratores? quare neq; in mõte hoc, neque in Hieroſolymis adorabimus Patrem? Audi quod ſequitur: [Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare.] Quamuis ita rectè poſſit accipi, Spiritus ſanctus eſt Deus videlicet vt ſpiritus ſubiectum, & Deus ſit prædicatum: rectiùs tamen hoc loco Deus ſubiectũ, & Spiritus intelligitur prædicatũ, nec aliud eſſe quod dixit, Spiritus eſt Deus, q̃ ſi dixiſſet, Deus eſt Spiritus: quomodo & ibi, Et Deus erat Verbum: non aliud ſine dubio intelligimus, quã ſi dixiſſet, & verbum erat Deus. Nunc em̃ non id agitur aduerſus Spiritus ſancti blaſphematores, & idcirco falſos atque impios Dei Patris adoratores, vt propria Sancti Spiritus perſona Deus eſſe defendatur, ſed agitur aduerſus carnales & ſanguinolentos adoratores, quod Deus verus, quem ſe legitimè adorare iactitant, non ſit caro, ſed ſpiritus: & ideo non man-
Pſal. 49. ducãdis taurorum carnibus, aut epotando
Hebr. 9. hircorum ſanguine delectatur. Imò non in
Deus verè ſpiritus eſt. loco quærendus, ſed in Spiritu ſancto adorandus, & in veritatis confeſsione ſit inuocandus. Hoc ergo adſtruit: quia Deus Spiritus eſt. Verè enim Spiritus eſt non ſolùm corporis ſenſus, ſed & ſubtilitatem excedẽs omnis ſpiritus: ſpiritus incircũſcriptus, quia in nullo loco concluditur, neque (vt Humaniformij putant) humanorum ſimilitudine membrorum diſterminatur. Spiritus enim omnium ſpirituũ fortiſsimus, omniumq̃ ſpirituũ, quorũ vtiq; Creator ipſe eſt, ſubtiliſsimus, nullius capax, capabilis autem præ ſubtilitate ſuæ naturæ, rationalibus, id eſt, tam Angelicis quàm Humanis ſpiritibus. Et hoc æqualiter de tota Trinitate ſentiendum eſt, quia profectò tam Pater & Filius quàm & Spiritus ſanctus, ſpiritus eſt: nec id circò tertia diuinitatis vice perſona Spiritus ſanctus dicitur, quod ſola perſona hæc ſit ſpiritus, ſed quia procedit ab vtroq;, id eſt Patre & Filio, idcirco nomen hoc ab vtroque ſortitur vt dicatur Spiritus S. Nam (vt prædictum eſt) & Pater ſpiritus, & Filius ſpiritus eſt, & Pater ſanctus, & Filius ſanctus eſt. *Adorare in Spiritu & veritate.* Atq; inde mutato vel cõpoſito nomine Spiritus S. dictus eſt. Igitur qa Deus Spiritus eſt & eos (inquit) qui adorant, in ſpiritu & veri-
Rom. 8. tate oportet adorare, id eſt, in ſpiritu ado-
1. Cor 12. ptionis filiorum clamare: Abba Pater, in fi-
Pſal. 66. lij confeſsione honorare Patrem, vt ſuprà dictum eſt. Oportet enim os in confeſsione veritatis aperire, & ſpiritum attrahere, atq; in illo dicere Dominum Ieſum, atque confiteri illum in carne veniſſe. Alioquin qui matat pecus, quaſi qui excerebret canem: & qui offert thus, quaſi qui benedicat idolo. Siue Iudæus, ſiue Samaritanus vel quilibet Sciſmaticus, præcidens ſe ab vnitate ſpiritus, quia non eſt verbum veritatis in corde eius & in ore eius, id eſt, quia non credit corde ad iuſtitiam, quod eſt adorare Patrem in ſpiritu, & non confitetur ore ad ſalutem, quod eſt adorare eundem in veritate. Iudæus, inquam, ſiue Hæreticus æquè vt Paganus,

Rom. 10. ganus, nullatenus inter veros Patris adoratores reputantur.

Cùm ergo (inquis) Deus à Patribus noſtris in carnibus & ſanguine holocauſtorũ aut victimarum ſe adorari voluit, nunc in ſpiritu & veritate mauult adorari, cur tunc alios vel diuerſos quàm nunc quæſiuit? aut nunc alios quàm tunc adoratores requirit? Ad hæc, inquam: Permiſit quidem, ſed non iuſsit Deus in eiuſmodi ſacrificijs ſe adorari, permiſit, inquam, non præcepit: pertulit, non voluit. Reſpexit interdum oblata, nunquam quæſiuit offerenda. Iam dudum ab omni huiuſmodi obiectione Dominus per
Hier. 7. Prophetas ſuos defendit ſe. Dicit enim per Hieremiam: Holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris, & comedite carnes, quia non ſum locutus cum patribus veſtris, & nõ præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum & victi-
Eſa. 1. marum, ſed hoc verbum præcepi eis dicens: Audite vocem meam, &c. Item per Eſaiã: Holocauſtomata, inquit, arietum, & adipẽ pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manib. veſtris, vt ambularetis in atrijs meis? Igitur quales nunc quærit, quales nunc eſſe præcipit, tales Deus, qui Spiritus eſt, ſemper adoratores queſiuit, nec voluit vnquam aut dedignatus eſt aliter, quã in ſpiritu & veri-
Cur Deus carnales victimas conceſsit ad tẽpus. tate adorari. Porrò carnales erant homines filij Iſrael ex Aegypto egredientes, aſſuetiſecundum Aegyptios cæteraſque Gentes holocauſtomata victimis addere, carneſq; cõ-
Galat. 3. edere. Prætereà nec ſpiritus datus, nec veritas de terra orta fuerat, in qua deberent ſicut oportet adorare. Conceſsit ergo pro tempore & pro hominum qualitate, vt adoratores qualeſcunque mactarent & comederẽt ſacrificiorum carnes, poſita Lege de ſacrifi-
Ioan. 3. cijs propter tranſgreſsiones, tanquam pædagogus adoleſcentem petulantem cohiberet
Gen. 15. lex, donec gratia veniret, aleret figura: donec veritas illuceſceret, foueret vmbra: donec res clara ſuccederet. Nunc ſpiritus datur & in proximo eſt, nunc veritas adeſt, quia gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Nunc venit fides per quam verus adorator extitit. Abraham pater noſter, & ipſa quæritur amoto pædagogo, quæ ex ſpiritu & veri-
Galat. 3. tate eſt, in qua adorauit Abraham, vt prædi-
Coloſ. 3. ctum eſt, in qua adorare oportet cunctos veros adoratores. Vbi non eſt Iudæus neque Græcus, imò quod magis ad rem iam attinet, non eſt Iudæus neque Samaritanus, nõ ſeruus neque liber, non maſculus neque fœ-
Pſal. 71 mina, ſed omnia in omnib. cũm ſpiritu ſuo veritas. Sequitur: [Dicit ei mulier: Scio q̃ Meſsias venit, qui dicitur Chriſtus. Cũ ergo venerit, ille nobis annũciabit omnia.] Hoc interim memori mulier mente voluebat q̃ dixerat: Venient dies, & repetendo: Venit (inquit) hora & nunc eſt. Nec inſcia erat, quin de Chriſti aduentu loqueretur, cuius in diebus iuſtitia & abundantia pacis oriretur. Legem quippe & Prophetas Samaritani recipiebant, ex quorum præconijs ſcire po-
Dut. 18. terant venturum Chriſtum doctorem iuſtitiæ, primo Moyſe dicente: Prophetam ſuſcitabo eis (inquit Dominus) de fratribus tuis ſimilem tui, & ponã verba mea in ore eius, loqueturq̃ ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor exiſtam. Hinc illa: Scio (inquit) quia Meſsias venit, ſubaudis, qui nos doceat alia Legiſlatione: eodem Moyſe loco ſupradicto atteſtante ac dicente: Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus ex fratribus veſtris, ipſum audietis tanquam me. Cùm ergo venerit (inquit) ipſe nobis annunciabit omnia. Sanè quod in
Pſal. 44. terpoſitum eſt: qui dicitur Chriſtus: nõ mu-
Ioan. 3. lier dixit, ſed Euãgeliſta (vt nomen Hebraicum interpretaretur) interpoſuit: Quia Meſsias Hebraicè, Chriſtus Græcè, vnctus dicitur Latinè. Vnctus autem eſt Regali pariter & ſacerdotali gratię plenitudine, vnctus prę conſortibus ſuis, id eſt, præ cunctis filijs hominum. Nõ enim illi ad meſuram dat Deus Spiritum. Cùm venerit (inquit) ille talis, ipſe nobis annunciabit omnia. Ecce quomodo explorat quod audierat, ecce quomodo ſe audiſſe diſsimulat, vt iterum & amplius audiat. Et quidẽ ait ſe ſcire, quia veniẽt dies, & quia Meſsias venturus eſt: diſsimulat aũt ſe audiſſe, vt iterũ audiat, quia venit hora & nunc eſt. Sic ori ſuo parcendo meliùs interrogabat, ſic modeſta non moleſta interrogatione meliùs pulſabat. Dicit autem ipſe: Om-
Matth. 7. nis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, &
Lucæ 11. pulſanti aperietur. Nónne Iudæi ſuperiùs
Ioan. 2. quæſierunt & pulſauerunt dicentes: Quod lignum tu oſtendis nobis quia hæc facis? & non inuenerunt, nec apertè audire digni fuerunt. Quare? quia non cum fide, ſed infideliter quæſierunt: non modeſtè, ſed moleſtè pulſauerunt. Hæc autem humiliter quæſiuit, fideliter petijt, modeſtè pulſauit. Sequitur ergo: [Dicit ei Ieſus: Ego ſum qui loquor tecum.] Ego, inquit, qui loquor recũ ſum ille Meſsias: ego vobis annunciãbo omnia. Ecce quomodo huic alienigenæ ſeipſum credidit, quem Iudæis nõ crediderat: & oſtendit illi honorandũ nominis ſui theſaurum, quod in patria ſua, ſcilicet in Iudæa, necdum prodiderat, ne mox quod futurum
Matth. 7. erat, prečioſam nominis ipſius Margaritã porci conculcarent, & hoc Sanctum canina
Ingrata patria Chriſti. rabie blaſphemantes corroderent. Hoc enim in exprobrationem illius patriæ ſuæ fie-
ſto. bat, in qua (ſicut Euangeliſta poſteriùs dicturus eſt) honorem ſe non habiturum perhibebat: videlicet ex oppoſito patriæ non ſuæ, id eſt, Gẽtilitatis, in qua nõ ſolũ tanquã Propheta, ſed tanquã Deus Dei filius hono-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem diuinum habiturus erat, quod iam à præsenti effectu cóprobat. Honoratus est enim ab his alienigenis Samaritanis, vbi Christũ se esse dixit: Inhonoratus est & crucifixus à contribulibus suis, vbi signa & prodigia fecit in eis, quæ nemo alius fecit Sequitur: [Et continuò venerunt Discipuli eius, & mirabantur quòd cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit: quid quæris aut quid loqueris cum ea.] Hoc miraculum tunc quidem cœpit facere Discipulis suis Dominus Iesus, in eo, q̃ ex Iudæis natus, qui non commutabãtur Samaritanis, mulieri Samaritanæ in colloquio iungi dignabatur: perfecit autem post resurrectionem suam, in eo q̃ Petro per excessum ostensis animalibus, sicue reptilibus & serpentibus dicendo: Macta & manduca: &, quod Deus sanctificauit, tu commune aut immundum ne dixeris: nemi nem hominem communem aut immundũ dicendum esse ostendit. Et tunc quidem tãquam Magistro & Domino reuerentiã exhibentes tacuerunt, & nemo illorum dixit: Quid quæris aut quid loqueris cum ea. Cùm autem in nationes gratia Sancti spiritus effusa esset: Cùm super Cornelium & cæteros Gentiles (qui loquente Petro audiebant verbum) Spiritus sanctus decidisset, & loquerentur linguis magnificantes Deum, tunc verò mulier magna, scilicet Ecclesia de Gentibus, quæ per hanc Samaritanam significabatur, magno testimonio defensata est, vt timerent, dicente Petro: Ego quis erã qui prohiberem Deũ, & glorificarent Deũ dicentes, ergo & Gentibus pœnitentiam ad vitam dedit. Nunquid enim Christo, vel Spiritui eius dicere audebãt: Quare introisti ad viros præputium habentes? [Reliquit ergo mulier hydriam suam, & abijt in ciuitatem, & dicit hominibus illis: Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipse est Christus?] Elegãter satis in hac muliere præfiguratum est, qualiter Prophetam hunc patria non sua, scilicet Ecclesia de Gentibus honoratura sit. Vbi audiuit dicentem illum: Christus ego sum qui loquor tecum, continuò sitim suã, propter quam venerat haurire aquam, præ gaudio vluæ aquæ quam inuenerat, oblita est, hydriam suam reliquit, vt expeditior curreret, totamq̃ ciuitatem attonitam reddidit, clamãdo cuiusmodi hominem rep perisset, vel quid ab illo audisset. Audito nanq; Christi nomine, primitiua Gentium Ecclesia, statim curã carnis in cócupiscentijs facere oblita est, cupiditatẽ suam vel curiositatẽ, quã inani Philosophia seu fluxus rerũ temporaliũ voluptatibus implere satagebat. abiecit, omniq; onere depositio, solum Christi nomen pectore & ore baiulans, mundum omnẽ clamore boni nuncij compleuit, inuitans ad credendum, festinans ad generandũ spiritualium turbã filiorum. Et quidem tũc vix pauci admodum mirati sunt, aut attenderunt saltem quod illa mulier præfestinatione felicis gaudij suam hydriam reliquisset. At verò vbi mater nostra Ecclesia, quæ prior nobis Iesum foris inuenire meruit, & intrantibus (vt suprà dictum est) Apostolis, imò etiam indignantibus quibusdam ex circuncisione fidelibus gratiam eius, id est, spiritum accepit, ita protinus omne seculi onus abiecit, vt miraculum grande fieret cunctis mundi amatoribus, cunctis seculi Potestatibus, Regibus, Iudicibus, Gentibus vniuersis, maximeque suis secundum carnem cognatis vel affinibus Nec verò solummodo omnib. miraculum, sed & pleræque parti, imò & toti Diabolicæ ciuitati, cuius caput Roma, cuius superbiæ cornu Nero tunc erat, furoris fuit incendium, causa tumultus, & irarum occasio, seditionum & sæuissimæ persecutionis incitamentum. Omnibus pœnis, omnimoda effusione sanguinis cogebant illam, vt reciperet suam, quam abiecerat hydriam. Prævaluit virtus aquæ viuæ, dulci ebrietate sopitam exuperans carnem, mentemque lætificans vigilantem, ita vt nõ solũ cupiditates abiectas rursus bibere nõ appeteret, sed & ipla animarũ vasa fictilia. s. corpora sua penit9 abdicarẽt. Sic multitudo Martyrũ coronata est. Interea clamore nõ cessante dicentiũ: Venite & videte hominem: credite in Christũ Dei Filium, verũ Deum & verum hominẽ Exierunt mali ciues ciuitatis Diaboli, & facti sũt boni ciues ciuitatis Dei. Vnde & subditur: [Exierunt de ciuitate, & veniebãt ad eum.] Hoc quoq; in exprobrationẽ patriæ eius positũ est. Gens em̃ sua & Pontifices Pilato traditũ extra ciuitatẽ eiecerũt, & ab eis q̃ signa eius multa & magna viderant, eiectus extra portã passus est, hi aũt alienigenæ & ignoti, qui nec verbũ quidẽ vllum ab eo audierãt, quantò minùs signa viderant, hi, inquã, propter hoc solum, q̃ ab vna muliere audierãt, dicente: Quia dixit mihi omnia quæcunq; fe ci, multum honorantes eum, exibant de ciuitate sua, & veniebant ad eum. Amplius autẽ nunc, vbi iam à prædicta patria sua vsq; ad finem, id est, vsq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis, inhonoratus est. Nos verò qui illũ non vidimus, sed tantùm in auditu auris didicimus, quòd (sicut Apost. ait) Iesus vt sanctificaret per semetipsum populum, iuxta portã passus est, eximus ad eum extra castra, improperium eius portantes. Nunc, inquã, amplius exprobrãdum est malis, & dignè perditis agricolis, quòd Dominum vineæ, Dominũ suum extra vineam eijcientes occiderunt, & idcirco rectè ablatum est illis regnũ Dei, & datum est Genti, id est, Gentilitati fa ciẽti fructus eius. Quia de ciuitate, quę vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus, siue Babylonia meretrix, de ciuitate, inquã, Diaboli, q̃ ciuitati Dei supernæ Hierusalẽ semp aduersatur,

Ioan. 15.

Gentes non esse aspernandas ab Apostolis. Actor. 10. Actor. 11.

Rom. 13. Col. 2.

Ecclesia ex Gentibus quæ sedula & festinãs Actor. 11.

Quid designat relicta hydria.

Hebr. 13. Matth. 21. Luca 20.

Apo. 11.

aduersatur, exiuit populus Dei, deflens & confitens, quod peregrinus sit & aduena super terram, clamando ad alterutrum: Exeamus ad eum extra castra, improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. [In terea rogabant eum Discipuli dicentes: Rabbi manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.] Superstitionis Iudaicæ hoc erat, quod Discipuli Iesu mirabantur de illo, quia cum muliere Samaritana loqueretur, & tamẽ cibos quos à Samaritanis emerant, illi ad manducandũ offerebant. Verum fuerit hęc carnalis vel qualiscunque, supercilioſa tamẽ iustitia Scribarum & Pharisæorum, vt ab alienigenis coemerent quidem, sed nullatenus præparatos ab illis cibos aut potum propinatum perciperent. Illud committendum non est, propter quod hoc, cæteraque (vt iam dictũ est) acta vel conscripta sunt, videlicet quòd Scribæ & Pharisæi Gentes despectui habentes, & cuncti penè Iudæi salutem earum odio habentes, gaudebant tamen quòd ipsi Reges & Principes locum persæpe summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent, interdum & de suis redditibus præstarent sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes: In hoc inquam, gaudebãt, cùm haberẽt manus pollutas Christi sanguine, huiusmodi sacrificia offerentes, adhuc tamen fideles, qui erant ex Circuncisione de illorum priuilegio cum Gẽtilibus altercabantur, Iudæorum tantũmodò conuersionem, velut mundum cibũ, Christo cõtendentes esse offerẽdũ, Gentiles autẽ (sicut Petro per visum ostensum est) ve lut immunda quadrupedia terræ, indignos reputantes. Cùm interea quidam de Hæresi Pharisæorum qui crediderant, surgentes dicerent: nõ solummodò Circuncisionem, sed & totam Legem Moysi oportere seruari, quid aliud Discipuli Iesu, nisi cibos importunos offerentes, dicebant ei: Rabbi mãduca? Sed econtrà clamat ipse in Psalmo: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Nequaquam. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montib. & boues. Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero nõ dicam tibi, Meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Sed quid? Immola Deo sacrificiũ laudis. De quo profectò vero sacrificio, ciboque sibi congruente protinus dicit: Ego habeo cibum manducare, quem vos nescitis. Reuera nanque nesciebant, quod abiectis cibis & potibus, varijs baptismatibus, & iustitijs carnis, veri adoratores adoraturi essent Patrem in spiritu & veritate, quod verè est verum sacrificium laudis Deo Patri & Filio & Spiritui S. immolare. Nesciebant, in quam, nam hoc illis non præsentibus, sed absentibus dixerat Dominus mulieri Samaritanæ. Vnde & mirantes dicebant adinuicem. [Nunquid aliquis attulit ei manducare:] Eodem modo in verbis eius carnali sensu caligabant, cùm diceret eis: Ego habeo cibum manducare, quem vos nescitis: quo & Samaritana mulier, cũ de aqua viua à se petenda vel danda loqueretur ei. Non ergo mirum, quod illa in aquæ vocabulo hæsitauit, cùm isti in cibo nomine nihil velociores ad intelligendum fuerint. In hoc sanè mirã dignationem operepretium est attendere sapientiæ Dei, quæ sic paruulis condescendit, vt non omittat qualemcunq; rem occasio sibi obiecerit, quin per eius similitudinem illis introducendi studio, quasi præ oculis exhibeat inuisibilia mysteria Regni Dei. Quid enim omittit qui nõ Regum nuptias, nec piscatoria sagenas, non margaritas negotiatorum, nec veteres vteros vinariorũ, non ficus aut vineas, neque granum sinapis, nimirum inter minuta præterit olera? Ità de singulis similitudines cælestium carnalibus explicat, vt tanquam in notis & vulgaribus speculis, solis imaginẽ videant, qui eius splẽdorem ægris oculis ferre non sustinent. Sic nũc mulieri aquam haurienti, sub nomine aquæ, de Gratia locutus est Spiritus S. vt ex commoditatibus aquæ visibilis quam hauriebat, virtutem perpenderet aquæ inuisibilis quam nesciebat. Sic nihilominus cibos offerentibus incorporeos, de corporeo loquitur cibo, vt ex corporeæ refectionis similitudine, ostendat voluntarium, imò & optabile sibi esse operari opus salutis nostræ. Quod quia non aduerterunt prima eius dictione (dixerunt enim: Nunquid aliquis attulit ei manducare?) protinus subsecutus adiungit [Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, vt perfici ãopus eius.] Quo dicto patenter indicat, quàm spontanea in operando salutem nostram Deo Patri obedientia deseruiat, & quòd magis delectetur in hac obedientia, quàm aliquis esuriens dum oblatis cibis dicitur ei, manduca. Et rectè plus. Nam corporeis cibis sola caro, quæ defecerat reficitur, iterum defectura: per hanc autem obedientiam sic refici habebat mortalis & passibilis in Christo natura humana, vt resurgens à mortuis iam nõ moriatur, mors illi vltrà nõ dominabitur. Quæ est enim voluntas Patris, nisi illa, de qua paulò antè mulieri Samaritanę dixit: Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum? Quid, inquam, vult, aut quid quærit Pater, nisi veros adoratores habere, qui adorent eum in spiritu & veritate? Sed tales per Filij passionem inuenti sunt, tales adoratores per crucem & sanguinem Filij Dei Patri acquisiti sunt. Cũ ergo dicit: Meus cibus est, vt faciã voluntatẽ Patris mei, hoc (vt prędictum est) per congruã similitudinẽ magnificè expri-

Hebr. 13.

Superstitio & curiositas Iudæorum in cibis.

Verum sacrificium non in vitulis. Psal. 49.

Marc. 7.

Matth. 12. Marc. 13. Matth. 9. Luca 21. Luca 13.

Actor. 10. Ibidem.

Facere voluntatẽ patris ita iudẽ Christo sicut esurienti manducare est. Rom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mit, quanto desiderio consummando operi salutis nostræ intétus sit. Et quidé cõstat sanctos homines, qui spiritũ adoptionis filiorũ acceperunt, cũ magna dilectionis dulcedine operari opus fraternæ salutis, & siquidẽ à timore seruili incipiunt in amore filiorũ consummari, q̃ est iuxta Psalmistã dilatato corde currere viam mandatorũ Dñi. Veruntamen nemini illorum adeo dulcis est labor operis, vt omninò rectè dicat: meus cibus est quod facio voluntatẽ Dei. Non enim quicquã impassibile habet substantia hominis, cuius respectu dicere possit, laborem vel afflictionẽ in opere Dei sic sibi delectabilem esse, vt cibus suus debeat appellari. Constat quippe tantùm ex anima & corpore, quod vtrumq; est proculdubio passibile. Ideoque cũ quis tribulatur, patienter & in suauitate conscientiæ suæ reclinatur, quia piè viuit in Christo, nec dum rectè dicitur, cibo suo vesci, quia non ipsa merces operis reficit, sed solatio consolatur eum spes, in alio repositæ mercedis, vt non deficiat, siue *lacescat sub illa, qua totus i. in anima & in corpore, premitur vi tribulationis. At verò Christus non totus erat passibilis, neq; tantùm ex anima & corpore, quę vtraque passibilia tunc erãt, sed ex Diuinitate quoq; constat impassibili. Et cũ subiret acerbam passionem mortis, faciendo voluntatem Patris, non totum quod Christus est (id est, Diuinam simul & humanam naturam) transuerberabat vis doloris, sed natura quidem hominis vero dolore cruciabatur, natura verò Dei charitate sua cum Patre suo pascebatur, qua & semper pascitur. Pascebatur, inquam, & saturabatur opprobrijs, non vt Martyres sancti in gaudio spei, sed vt Martyrum & sanctorum omniũ Deus, in præsentia sempiternæ & incõmutabilis rei. Quid enim vnq̃ sperauit? qd vnquã non habuit is, per quem omnia facta sunt, Filius Dei? Nunquid operarius cõductus fuit? Nunquid præmium sperans euangelizauit? Nunquid vsq; tale quid dixit, quale Apost. Paulus? Necessitas, inquit, mihi incumbit, vę enim mihi est, si non Euangelizauero: si enim volens ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quapter & hoc nusquã de illo dictum est, quod præmium acceperit, sicut solet dici de omnibus sanctis, quibus Deus mercedem laborũ suorum reddidit: quia videlicet ipse sanctorum omniũ remunerator & remuneratio est, sedens ad dexteram Patris: vbi quam uis natura humana gloria & honore, quem nõ habuerat, coronata sit: natura tamen Diuinitatis, quæ illam naturam prouexit, ita nos iure tenet reuerentia sui, vt rectè fateamur, quia Christus Dñs, quicquid secundũ hominem accepit, non aliunde, sed de insita sibi Diuinitate, accepit: ac proinde merede donatum illum dicere fas non sit. Igitur Sancti omnes, quã diu hic exulant, vbi à Diuinæ visionis conuiuio gementes ieiunant, quamlibet voluntariè, quantolibet cum amore, quod bonum est, ad omnes operentur: siue inuiti pro dispẽsatione credita, siue volentes, & ideo mercedem apud Deum repositam habentes, euangelizent: nemo tã men illorum rectè dicit, meus cibus est, vt faciam voluntatem Dei: solus autem ille qui non aliunde mercedem sperabat, sed in seipso habebat, dicente Propheta: Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo: solus, inquam, ille, qui in opere suo iam Diuinitate sua pascebatur, veraciter dicere potuit: meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiã opus eius, quia videlicet Dei filius impassibilis, in ipsa passione carnis, quam voluntate Patris assumpsit, dum perficeret opus eius, opus nostræ redemptionis, opus nostræ salutis, plenè atque perfectè delectabatur cum illo, propter nos in plenitudine charitatis. Nostra quoq; qualiacunque bona opera: nostra fides & dilectio, cæteraque talia, nunc interim cibus eius sunt, postmodum verò noster cibus erit visio eius, vbi implebit quod promittere dignatus est: vt edatis, inquit, & bibatis super mensam meam in regno meo. Vnde ordinate in Apocalypsi loquitur: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuã introibo ad illum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Cibamus enim eum, quoties eandem voluntatem Patris vsque ad finem, scilicet ædificando alterutrum facimus, donec ipse qui est caput super omnia membra Ecclesię, quę est corpus ipsius, plenitudo eius omnia in omnibus adimpleatur. Sicut enim adimpletur imperator, si quotidie eius augeatur exercitus, & fiant nouæ prouinciæ, & populorum multitudo succrescat: ita & Dominus noster Iesus Christus, in eo, quod sibi credunt omnes, & per dies singulos ad fidem eius veniunt, ipse adimpletur in omnibus, & quicunque hanc voluntatem Patris cum illo faciunt, ipsi illum cibant, & iuxta alium Euangelistam faciunt illum proficere ætate & sapientia & gratia, non solùm apud Deum, sed etiam apud homines. Cur autem nunc primùm huiusce cibi sui mentionem fecit? Nam si hactenus Discipulis suis cibos sibi offerentibus consueuisset ista commemorare, non vtique nunc errassent in verbis eius, dicendo: Nunquid aliquis attulit ei manducare. Cur ergo nunc primum dixit, meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, nisi quia nunc primum tempus & locus commonuit, videlicet exeuntibus de ciuitate, & venientibus ad eum alienigenis, scilicet Samaritanis: erga quos & omnes Gentes hæc erat voluntas Patris, vt operante Filio, fierẽt veri adoratores sui? Gratulabuntur namq; Filius in illo cibo suo, in illa volũtate Patris, licet patriam suã, in qua inhonorandus erat, scilicet

Rom.8. *Galat. 3.* *Psal. 118.*

2.Tim.3.

lasseſcat.

Bona opera nostra sunt cibus Christi.

Luca 22.

Apoca.3. *Eph.1.*

Luca 2.

Quæstio.

Matth. 10. *Luc.14.*

Responsio.

1.Cor.9. *Sap.10.*

Psal. 8

Galat. 6. *1.Cor.9.*

Esa.40

scilicet Iudæos, quorum detrimento sibi parabatur ille cibus, vt est Gentium salus: Iudæos, inquam, falsos adorãtores, templo diruto, & ciuitate Hierosolymorum subuersa, eijciendos humano fleuerit affectu. Itaq; cùm Samaritanos exeuntes & venientes ad se videret, permanens in Metaphora gratulabundus, ad modum diuitis, cui iam matura messis multa cibos plurimos pollicetur, hoc modo cœpta prosequitur: [Nonne vos dicitis, quia quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte Regiones, quia albæ sunt iã ad messem.]Ecce nesciebamus, quo tempore Dominus relicta Iudæa, vt suprà dictum est, postquam ascenderat Hierosolymã instante solennitate Paschali, reuersus sit in Galilæam, transiensque per Samariam, hæc fecerit vel dixerit, quæ præsens Euangelij lectio commemorat. Sed nunc ex eo, quod audit: Nonne vos dicitis, quia quatuor menses sunt, & messis venit, ex hoc, inquam, colligimus, quia circa mensem, qui apud nos Februarius dicitur, hunc transitum fecit. Mense siquidem, qui apud nos Maius dicitur, plena messis in illis est Regionibus. Vnde & in festiuitate Hebdomadarum, quæ & Pentecostes dicitur, nouum sacrificium, id est, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ ex omnibus habitaculis, secundum Legem offerri iubebantur.

Luc.13.

Leui.23. *Num.28.* *Deut.16.*

Igitur ex quo Dominus aquam in vinũ conuertit in Cana Galilææ, & nunc quando reuertitur iterum in Galilæam, annus exactus est, qui est ætatis eius tricesimus primus, Ioanne adhuc superstite: de quo suprà dictũ est, quia erat baptizans in Enon, iuxta Salim, vbi & quęstio facta est ex Discipulis eius cum Iudæis de purificatione. Quando autem vel quo huius anni tempore sequentis, Idem Ioannes traditus, aut quam diũ ab Herode custoditus sit, certum nõ habemus, quia de Scripturis colligere non possumus. Nunc ad expositionis ordinem redeamus. Nonne, inquit, vos dicitis: quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Sic, tanquam eis refellere velit, more coarguẽtis acriùs, sub interrogatione proponit, ac si præter suam spiritualem messem, nullã aliam, nullam omninò nouerit. Et reuera nullam messem aliam suã vel Discipulorum suorum commemoratione dignam iudicat, quamuis per ipsum, per quem omnia facta sunt, hoc etiam fiat, vt messis illa, de qua dicebat, hæc singulis annis proueniat. Si enim propter Euãgelium Patrem, & matrem fratresque ac sorores obliuisci ac relinquere pcipit ei, qui se dignum esse cupit, ne pro affectu carnali retardetur ab intentione cælesti: quantò magis eandem ob causam vel studiũ rectè Discipulos suos scire aut recordari nolebat, quando illa messis veniret. Quæ profectò, nec si inde tacerent, tardiùs: nec si inde

Ioan.3.

Philip.3.

loquerentur, citiùs maturesceret? Aliter quippe veraciter dicere non possumus: nostra autem conuersatio in cœlis est, nisi cælestium meditatione ita occupati simus, vt non vacet nobis cogitare aut loqui de terrenis, ita intenti agriculturæ Dei, vt superfluum arbitremur loqui de naturalibus terrenæ agriculturæ incrementis, ita inhiantes faciendæ voluntati Dei, vt negligamus cibos corporis. Rectè ergo quasi coarguens: Nonne, inquit, vos dicitis: quia adhuc quatuor menses sunt & messis venit? Et protinus adiungit: Ecce dico vobis leuate oculos vestros, & videte Regiones, quia albæ sunt iã ad messem. Oculos vestros, inquit, oculos interioris hominis, leuate ab hac messe, quam ego comedere non veni, ad quam ego vos operarios non conduxi, & videte, non Regionem vnam, non Iudæam solam, patriam meam, in qua ego Domini aut possessoris honorem habiturus non sum: sed videte plures Regiones Gentium, Regiones omnium nationum, quoniam albæ sunt iã ad messem. Quia sicut Dominus Regionũ cibi ipsorum præsto sunt, quando Regiones ipsæ albæ sunt ad metendum messem: ita mihi, cui postulanti à Patre Gentes in hæreditatem datæ sunt, cibus copiosus, quem habeo manducare, nunc in promptu est, quando Gentes ipsæ tractabiles sunt iam ad susciendam Fidem.

Videte Regiones.

Psal. 2.

Notandum in sermonibus Domini duas messes inueniri: Vnam, de qua nunc loquitur, scilicet prædicationẽ Euang. cuius messores sunt Apostoli: Aliã, de qua idem alibi loquitur, quam & appellat consummationẽ seculi, cuius messores Angeli sunt. Quas, cũ in pluribus differãt, in eo quoq; differre manifestum est, quod illa, quã appellat finẽ seculi, messis tantummodo est, hæc autẽ alio quidem respectu messis, alio aũt satio dicitur. Satio namq; dicitur, futurę messis respectu, id est, consummationis seculi. Quia, sicut homo paterfamilias seminat bonũ semen in agro suo, cùm autẽ dormirent homines, inimicus homo superseminat fortè zizania & vtraq; sinuntur crescere vsq; ad messem, & tunc zizania ligantur in fasciculos ad cõburendum; triticu autem reconditur in horreum: sic Filius Dei prædicans Euangeliũ, filios Regni Dei fecit, cum quibus, Diabolo superseminante, succrescut filij nequam. In fine autem seculi per ministerium Angelorum colligentur, & à bonis mali, tanquã zizania à tritico, separabuntur. Messis verò dicitur eadem Euangelij prædicatio, tem poris anterioris respectu: quando Patriarchæ & Prophetæ sancti euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Quia videlicet quantum lętitia metentiũ suauior est labore seminantium, tantum beatitudo Apostolorum, qui Christum præsentem viderunt, & loquentẽ audierunt, & sic nobis annũciaue-

Matth. 9. *Luc.10.* *Matth.13.*

Ib d

Psal. 125.

Luc.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt: longè plenior atque iucundior extitit beata spe Patriarcharum & Prophetarum, qui venturum præfigurauerunt aut prædixerũt. Et in hac quidem messe, paleæ simul cum granis deferuntur ad aream, in illa autem tenebit Dominus messis ventilabrum suum in manu sua, & mundabit aream suã, paleas igni inextinguibili tradens, triticum autem suum purum in horreum suum recondens. Igitur quod ait: quia regiones iam albæ sunt ad messem, idem est ac si dixisset, quia iam dociles sunt ad susciendam Euangelij prædicationem. De qua messe & alibi dicit: Messis quidem multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suã. Huius messis operarios Discipulos suos esse volebat, & ad hoc opus excitabat, cùm diceret eis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quoniam albæ sunt iam ad messem. Et adiecit: [Et qui metit, mercedem accipiet, & congregat fructum in vitam æternam.] Aequam Dominus messis messoribus suis Legẽ prescribit. Operarius inquit, qui metit pro labore suo, & mercedem accipit, & fructum congregat in vitam æternam. Primùm, mercedem accipit, & deinde congregat fructum in vitam æternam. Hæc nempe merces illa est, de qua & alibi dicit: In quamcunque domum intraueritis, ibi manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Quam cibi Legem robustissimus messor Paulus defendens, quamuis potestate vti nollet, ne quod offendiculum daret Euangelio Christi, quis inquit, militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non comedit? Quis pascit gregem, & de lacte eius nõ manducat? An & Lex hæc non dicit? Scriptũ est enim in Lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Ac deinceps: Si nos vobis, inquit, spiritualia seminauimus, magnum est, si vestra carnalia metamus? Nescitis, quoniã qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ergo qui metit & nunc mercedem accipit, scilicet necessariam vitæ præsentis alimoniam, & fructum congregat in vitam æternam, id est, in futuro quoque æternam accipit mercedem, vnusquisq; propriam secundum suum laborem. Alioquin veritas Dei non staret, non confirmarentur promissiones Patrum. Vnde eadem similitudine, quæ proposita est, adhuc subditur. [In hoc enim est verbum verum, quia alius est, qui seminat, & alius qui metit: vt, & qui seminat simul gaudeat & qui metit.] In hoc (inquit) verbum verum est, in hoc veritas Dei permanet, in hoc promissiones Patrum confirmatæ sunt: quia semen Regionum, quæ (sic ut dixi) iam albæ sunt ad messem, id est, Benedictionem vniuersarum Gentium, quæ iam in aduentu meo præsentem habent eandem Benedictionem, alius quondam seminauit, alius nunc metit. Quod enim est hoc verbum, nisi quod ad Abraham, ad Moysen, & ad omnes sanctos Prophetas factum est, quod in semine eorũ Benedicerentur omnes Gentes? Et in quo verum est hoc verbum, nisi quia sicut illis promissum, & ab illis creditum est, sic me adueniente completum est? Illi namque credentes & sperantes, credendo & sperando, fidem & spem suam in propagationem carnis suæ, tanquam in bona terra gratiæ Dei committentes, seminauerunt euntes & flentes, & semina sua mittentes. Flendo & seminando profitẽtes, quòd peregrini essent, & aduenæ super terram, & non haberent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirerent. Hoc modo laboriosam hyemem passi, seminauerunt, & non messuerunt. Etenim defuncti sunt omnes, non acceptis repromissionibus, sed à longè aspicientes salutauerunt eas, & ecce nunc alij metunt, scilicet vos, qui promissionum, quæ ad illos factæ sunt, præsentem habetis effectum. Non (inquam) illi messuerunt, non illi repromissiones acceperunt, Deo pro vobis aliquid melius prouidente, vt ne sine vobis consummarentur. Hoc est enim quod sequitur, vt & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. Vnde & eos beatificans protinus subiungit. [Ego misi vos metere, quod non seminastis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorũ introistis.] Sententia hæc cum illa congruit, qua idem Saluator ait: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quia multi Reges & Iusti voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire, quæ vos auditis, & non audierunt. Verè enim beati oculi Discipulorum, qui nunc videbant regiones, quòd albę essent iam ad messem, qui hoc audiebant, quòd in hoc opus conducti essent, vt meterent, quod alij seminauerunt: [Ego (inquit) misi vos metere, quod non seminastis] id est, ad hoc vos elegi, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, quem non seminastis. Nunquid enim vos tale quid passi estis, qualia pertulerunt Abraham, & cæteri Patres, qui seminauerũt? Nunquid vos de terra & de cognatione egressi estis, & peregrini vel hospites in terra aliena fuistis, ea spe, vt vobis extra ciuitatem domumque vestram seminantibus, surgeret messis, id est, Benedictio, qua vniuersæ cognationes terræ benedicuntur? Nunquid vos scientiã, siue Prophetiam habuistis, aut huius benedictionis semen prophetando seminastis? Non est ita, sed alij laborauerunt, & vos homines sine literis, & idiotæ, qui hactenus ægrũ Dei, nec verbo, nec opere excolere sciebatis, in labores eorũ introistis, vt quod ab illis est seminatum, per vos conferatur in horreum,

Malac. 3.
Matth. 9. Luc. 10.
Luc. 10.
1. Cor. 9.
Deut. 25. 2. Cor. 9.
1. Cor. 3.
Gene. 20. Psal. 71.
Beati Apostoli metentes.
Luc. 10.
Ioan. 15.
Gen. 12.
Act. 4.

horreum, id est, quæ illis promissa est vniuersarum Benedictio Gentium, à vobis prædiceretur impleta esse, & annuncietur per vniuersum mundum. Sequitur. [De ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibẽtis: Quia dixit mihi omnia quæcunq; feci.] Locus iste cum illo comparandus est, quo longè superiùs dictũ est: Cùm autem esset in Hierosolymis in die festo, videlicet in patria sua, inter contribules suos, multi crediderunt in eum, videntes signa, quæ faciebat. Hic & illic multi crediderunt in eum, inquit Euangelista, causasque subiecit longè diuersas. Illi (inquit) crediderunt in eum, videntes signa, quæ faciebat: isti propter verbum mulieris testimoniũ perhibentis. Quod omninò in sugillationem Iudæorum legendum est, quemadmodum, & illud, quod ait Apost. Quia Iudęi signa petũt, & Græci sapientiam requirunt. Quia videlicet Iudæi dum signorum vanitatem quærerent, decepti sunt: Gentiles verò, dum rationabili sapientiæ sermone delectati sunt, veritati libenter acquieuerunt. Quid si coram eis aquã in vinum couertisset, vel tale quid apud illos fecisset, qualia multa fecit in patria sua scilicet in Galilęa, vel in tota Iudęa: si castella vel ciuitates eorum circuiens docuisset, & non potiùs præcepisset Apostolis suis, cùm mitteret eos ad prædicandum: In viam (inquiens) Gentilium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, videlicet ne occasionem daret Iudæis, quasi rationabiliter contemnendi Euangelium, quibus missum fuerat hoc verbum salutis? Vnde non mirum, quod quidam Samaritanorum postea sic offensi sunt, vt quadã die non receperint eum, pro eo, quia facies eius erat euntis in Hierusalem: non tamen omnes illi, vel Discipulis eius inhospitales fuerant. Nam abierunt (inquit Euangelista) in aliud castellum. Denique Iudæi nullam vel leuem occasionem blasphemandi prætermittebant. Siquidem cum improperantes dicere cœperint illum Samaritanũ, propter ea quia locutus est cum eis, & mansit nunc apud illos biduum, antequam Ioannẽ traderetur publicum suscepisset prædicandi officiũ: multò magis, si apud illos prædicans, & miracula faciens cum Discipulis suis commaneret, occasionem quasi legitimè contemnẽdi Euangelium, præbuisset. Quid ergo (inquam) quantam putas messem de Gentibus collegisset, si eo tempore tam Samaritanis quàm cæteris Gentibus, per seipsum prædicare decreuisset? Quapropter cùm patriæ suæ ciuitatibus exprobraret, poterat idem, quod de Tyro & Sydone, de Samaria quoque dicere: quia si in Samaria factæ fuissent virtutes, quæ factę sunt in vobis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Ergo quia non propter signa, quæ nulla viderant, sed propter id, qd dictũ est, crediderũt in eũ. Audi quod sequitur. [Cùm venissent ergo ad eum Samaritani, rogabant eum vt ibi maneret, & mansit ibi duos dies.] Et hoc, vt cætera, manifestè in comparatione Hierosolymorum dictum est. Cùm enim ciuitatem vltro introisset, & in templo docuisset, & multi credidissent in eum, videntes signa, quæ faciebat, non tamen Iesus credebat seipsum illis. Hoc nempe sciendum, quòd tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, vt in vrbe magna, nullum hospitem, nullam inueniret mansionem, sed in agro paruulo apud Lazarum, sororesque eius habitaret, scilicet in Bethania, qui eorum viculus erat, iam tunc vtique re ipsa experimento capiens, q in patria sua, cuius ciuitas illa erat præcipua, nullum habituturus esset honorem. In illa quippe ciuitate, vel patria sua, vulpes foueas habebant, & volucres cæli nidos, id est, malitiosi ac superbię pennis elati spiritus maligni, mentium infidelium hospitia compleuerant, & in illis cubilibus habitabant: Filius autem hominis non habebat vbi caput suum reclinaret, id est, quorum fidei, Diuinitatis suæ nomen vel Sacramentum crederet, & propter hoc in eadem ciuitate, vbi erant sancta, patriæ suæ rectè nec vna saltem nocte hospitari aliquando dignatus est. At verò Gentes, audito eius Euangelio, vulpes illas & volucres de foueis & nidis, id est, de cordibus suis, templisque & aris effugare habebant, & ita demum capiti Filij hominis reclinatorium præparare, & idcirco nunc apud illos alienigenas tali ordine, immò tali præfiguratione dignatus est commanere. Mansit autem apud illos duos dies. Quia videlicet Ecclesiæ suæ duo præcepta charitatis insinuans, & in præsenti, & in futuro seculo semper commanet, & in vtroq; seculo, tanquam in duobus totis diebus eius, illi gratia non defutura est.

[Et multò plures crediderunt propter sermonem eius, & mulieri dicebant: Quia iam non propter tuum sermonem credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est verè Saluator mundi.] Non frustra hic Euangelista, cui sublimiora quæque scribere propositum est, hæc quæ leuiora videntur, tam diligenter prosecutus est. Suprà dixit, quia propter verbum mulieris crediderunt, nunc multiplicatis credentibus, dicebant (inquit) mulieri: Quia iam non propter tuam loquelam credimus. Vtrunque scribere curauit, & quia propter verbum illius crediderunt, & quia iam non propter loquelam eius credere se dixerunt. Cur hoc, nisi quia de illo per mulierem quidem primitus auditum est, sed ne leuitate duci, & omni vento doctrinæ circumferri viderentur, ipsius Saluatoris verba iudicio propriæ rationis diligenter examinauerunt. Propter quid autem

Quanto facilius credi derunt Samaritani quã Iudæi. Matt. 10.
Luc. 9.
Matt. 11.
Ioan. 8.
Cur Iesus in Sychem potius quã in Hierusalem pernoctauit.
Ephes. 4.
Ioan. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem credimus si non iam propter tuam lo
quelam credimus? Ipsi enim audiuimus, &
scimus, quia hic est verè Saluator mundi.
Celeritas alienigenarum ad credendum. Notanda sanè magis ac magis rationabilis
celeritas alienigenarum ad credendũ. Nec
propter verbum mulieris, nec idcirco quòd
signa viderunt, scire vel credere se asse-
runt: Sed audiuimus (inquiunt) & scimus.
Psal. 44. Quid enim audierunt, nisi ex ore eius sapiẽ-
tiæ sermonem, nisi ex gratiosis eius labijs ve
ritatis verbum? Quid audierunt nisi verita-
tem, & mansuetudinẽ, & iustitiam, propter
quæ mirabiliter illum dextera sua deducit?
audierunt veritatem docentis, mansuetudi-
nem ad credendum inuitantis, iustitiam nõ
accipientis personam Iudęi siue Samaritani,
neminem aspernendum, velut immundum
iudicantis quacunque ex Gente sit. Nonne
ergo manifesta nobis hæc res gesta per om-
nia congruit, nobis (inquam) qui non vidi-
mus, sed tantùm audiuimus, & scimus, quia
hic est verè Saluator mundi? Nonne ipse Sal
uator de nobis aduersus patriæ suæ duritiã
contestatur & dicit: Populus quem non co-
Psal. 17. gnoui seruiuit mihi, in auditu auris obedi-
uit mihi? Nonne illa Patria sua quam nunc
Deut. 32. (sicut per Moysen Deus prædixit) incipit
ad æmulationem adduci in non Gentem, in
Gentem insipientem, & in iram mitti? Hinc
Rom. 3. enim cœperunt magna, & maligna æmula-
tione alienigenis irasci, dicentes illi: Non Iu
dæorum tantùm Deo, sed & Gentium: non
Ioan. 8. Iudæorum tantùm, sed & totius mundi Sal
uatori, vti nunc Samaritani confessi sunt.
Nonne benà dicimus nos, quia Samaritanus
es tu, & Dæmonium habes? Sed æmulẽtur
quantum volunt, irascantur & maledicant
quantum ex Diabolo per odium nostri cõ-
ceperunt. Nam Christus (quem nos secun-
dum carnem non nouimus) secundum spi-
ritũ apud nos requiescit, & duos dies, id est,
in præsenti & in futuro seculo permãsurus,
caput suum reclinauit: quia nos audiuimus,
& solo auditu credentes, scimus quia hic est
verè saluator mundi. Et verum vtiq; can-
ticum illi mulier nostra ad puteũ, vbi aquã
viuam accepit, vbi hydriã suam reliquit, &
voluptates suas oblita est imò & sanguinem
suum fudit, verum, inquam, canticũ illi de-
Cant. 8. cantauit, dicens: Dilecte mi, apprehendam
te, & ducam te in domum matris meæ, & in
cubiculum genetricis meæ. Ibi me docebis
præcepta Domini. Verè enim martyrũ no-
strorum multitudo, quæ ciuitatem Diaboli
omnia relinquendo, vitam quoq; ipsam cor
poralem contemnendo, egressa est, nunc il-
lum in domo matris suæ, in cubiculum ge-
netricis suæ introduxit, dum in cõmunem
cœtum ritumque Gentilitatis, in ipsa secre-
ta templorum, vbi cum illa cubitabat turba
malignorum spirituum, nomen & cultum
eius abduxit, & vt susciperetur, eiectis illis,
clamando, testificando, & moriendo euicit.

Sequitur: [Post duos autem dies exijt inde,
& abijt in Galilæam. Ipse autem Iesus testi-
monium perhibuit, quia Propheta in sua pa
tria honorem non habet.] Diligenter adver
tenda est hæc ratiuncula, sicut in exordio le
ctionis huius dictum est, vt certissimè pate-
at, cui propositioni sit subiuncta. Nec enim
respondet illi versiculo, cui in serie literæ cõ
iungitur: Illi (inquam) quo dictum est: post
duos dies exijt inde, & abijt in Galilæam.
Nam si ita continuare velis, quare inde exijt
& in Galilæam abijt (Ipse enim Iesus testi-
monium perhibuit, quia Propheta in patria
sua honorem non habet) profectò Rationẽ
nimis à Propositionne discordem, eique re-
pugnantem intulisti, cùm Galilæa omnisq;
Iudæa, quæ non coutebatur Samaritanis, e-
ius patria fuerit. Ita ergo cõtinuandum est:
Dixi superiùs (inquit Euangelista) quia reli
quit Iesus Iudæam, & abijt iterum in Gali-
læam, & adieci: Oportebat autẽ eum trans-
ire per Samariam. Dicis itaque mihi: Ad
quid eum illò transire oportebat? Ad hæc
inquã: Pro magno nogotio oportebat, pro
magnæ rei experimento oportebat. Rem i-
psam præsenti ratione aperui, rem (inquam)
ipsam ita subiunxi. Ipse enim Iesus testimo-
nium perhibuit, quia Propheta in patria sua
honorem non habet. Hanc vtique rem si re
ctè attendis, liquet profectò, quòd vtiliter
& oportunè per Samariam, per illam patriã,
non suam transire voluerit, & duos dies a-
pud illos alienigenas commanẽs, honorem
sibi ab eis impensum pro experimento testi
monij sui admiserit. Propheta (inquit) non *Matth. 13.*
habet honorem in patria sua. Alius Euange
lista, vt sensum magis exprimeret, paululũ
commutauit huius testimonij verba, dicens:
Quia Propheta non est sine honore, nisi in
patria sua. Idem ergo est, ac si dicat: Me Pro
phetam, imò Prophetarum Dominum, non
aliam ob causam hæc patria inhonorat, nisi *Matth. 11.*
quia est Patria mea. Nam si in Tyro & Sy-
done facerem virtutes, quas facio in hac Pa
tria mea, profectò in cinere & cilicio, pœni-
tentiam agendo me honorarent. Hoc testi-
monium perhibuit Iesus. At illi testimoniũ
hoc, vt cætera non accipiebant, verbis eius
non credebant.

Vt ergo sicut alibi de alio testimonio di-
cit: Si verbis meis non creditis, operibus
credite. Item & de hoc eodem testimonio *Ioan. 10.*
possent illi irrefragabiliter audire, oporte-
bat eum transire per Samariam, & experi-
mento locum dare, quo comprobaretur
verum esse testimonium ipsius, & iuxta
hoc honorem illum habiturum esse in Gen
tibus, vt qui inuidebant, viderent & cõ-
funderentur: viderent (inquam) inuiden-
tes, & inuiderent adhuc. Qui autem cre-
debant, viderent & lætarentur: viderent
(inquam) & magis ac magis credendo iusti-
ficarentur. Sequitur: [Cùm ergo venisset
in Ga-

in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm
omnia vidissent, quæ fecerat Hierosolymis
Quõ exceperum Galilæi Iesum in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem
festum.] Hoc iam ipsius testimonio repu-
gnare videtur, quòd eum Galilæi excepisse
dicuntur. Honorem quippe hæc locutio re
sonat. Exceperunt (inquit) Galilæi cùm o-
mnia vidissent, quæ fecerat Hierosolymis
in die festo. Sed huius honorationis qualita-
tem vel finem ex alio Euangelista colliga-
mus. Iste quippe regressus Iesu in Galilęam
ille est, à quo cæteri Euangelistæ præmissa
tentatione eius initium faciunt. Quomodo
eum, vel quo fine excipiendo honorauerũt?
Ait Lucas: Et omnes testimoniũ illi dabãt,
& mirabantur in verbis gratiæ, quæ proce-
debant de ore eius. Ecce honorifica excep-
Luc. 4. tio. Sed protinus additur. Et dicebant: Non
ne hic est Filius fabri? Item: Quanta audiui-
mus de te facta in Capharnaum. fac & hic in
Patria tua, id est, in ciuitate Nazareth, vbi
natus & nutritus es. Quorum curiositati,
quia non satisfaciebat, repleti sunt (inquit)
omnes in Synagoga ira, & surrexerunt & e-
iecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt
illum vsq; ad supercilium montis, vt præci-
pitarent eum.

Igitur cum vano honore, id est, sine amore
illum exceperunt, non vt illũ honorarent,
sed vt miraculis eius suã ipsi curiositatẽ pa-
scerent. Quã & hic Euangelista non præter-
ijt. Cùm enim dixisset: Exceperunt eum Ga
lilæi, protinus causam exceptionis huius ad
didit, dicens: Cùm omnia vidissent, quæ fe-
cerat Hierosolymis in die festo. Ob hoc (in-
quit) exceperunt eum, imò & (sicut ait præ-
dictus Lucas Euangelista) omnes testimo-
nium illi dabant. Vbi notandum, quia non
dixerunt: quanta audiuimus de te facta in
Hierosolymis, fac & hic in patria tua, ne se
tantæ ciuitati æquare velle viderentur: sed,
quanta audiuimus de te facta in Capharna-
um, vbi videlicet non multis diebus manse-
rat, antequam imminente Pascha Hieroso-
lymam ascẽderet. Verùm quocunq; modo
Mysterium in actibus Iesu. tamen exceperunt eum. Quid ergo sequi-
tur: [Venit ergo iterum in Cana Galilææ,
vbi fecit Aquam in vinum. In hoc quoq; di-
cto sacratissimam dispositionem huius ora-
tionis, scilicet Euangelistæ Ioannis, rectè mi
ramur, imò incarnatam Dei sapientiam, quę
hoc primo suæ manifestationis anno tali or
dine processit, qualẽ hic non immeritò Scri
ptis commendare curauit. Qui videlicet an-
nus, nunc ferè exactus est, ex quo imminẽte
Pascha, Iesus Hierosolymam ascendit. Nam
& paulò post, eadẽ instante solennitate, rur-
sus illuc ascensurus est. Quid enim toto hoc
anno, quo necdum tradito Ioanne, publicũ
prædicandi officium non exercuit, quid (in-
quam) hoc anno, nisi futuræ prædicationis,
siue instantis saluationis, à tempore suæ pas-
sionis vsque ad finem seculi ordinem, quo
processura esset, in suis actibus præpingit,
& quasi extensis quibusdam disterminat li-
neis? Habebat quippe in proposito, in æter- *Esai. 2.*
no Diuinitatis consilio, fixum atque immo-
bile decretum, Legem de Sion, & verbum
Domini educere de Hierusalem, scilicet vt
pateretur, sicut oportebat, & resurgeret à
mortuis tertia die, atque exinde prædicare-
tur in nomine eius Pœnitentia & remissio *Luc. 24.*
peccatorum in omnes Gentes, incipientes *Rom. 11.*
ab Hierusalem, vt quia cæcitas euentura e-
rat in Israël, interim, plenitudo Gentiũ sub-
intraret, & sic ois Israël saluus fieret. Hoc
planè per totum hunc annum in seipso præ-
figurauit. Nam ascendens Hierosolymam
in solennitate Paschali, eandem Passionẽ &
Resurrectionẽ suam, per templi solutionẽ,
eiusque excitationem in tribus diebus matu
randum præsignauit. Deinde Pœnitentiam
& remissionem peccatorum, quæ in nomi- *Ioan. 2.*
ne eius prædicanda erat, loquens cum Nico
demo definiuit dicens: nisi quis renatus fue-
rit ex Aqua & Spiritu sancto, non potest in-
troire in Regnum Dei, &c: postea cõmanẽs
in Iudæa, vt cognouit, quòd detraherent *Ioan. 3.*
sibi, iam enim cæcitas contingebat in Israël,
reliquit Iudæam, & ad Samaritanos diuer-
tit, quos inter alienigenas reputabant Iudęi.
Ecce tandem in Galilæã redit, tandem iterũ
ex Cana Galilęæ venit, vbi vinum de aqua
fecit. Nota diligenter: Non de Samaria ad tẽ
plum Hierosolymorum redijt, vnde ven-
dentes & ementes eijciendo, vetus sacrificiũ
abiecit, licet & illa ciuitas prima eius fuerit:
sed ab alienigenis, vbi duos dies commora-
tus est in Galilæam: imò, in Cana Galilęæ re
dijt, vbi vocatus ad nuptias aquam in vinũ
conuertit. Nam ad Israël salus reuertetur, cũ
plenitudo Gentium subintroierit, ad tem-
plum autem, id est, ad hostiarum sanguinẽ
suscipiendum, vel circuncisionis ritum,
Christus nunquam rediturus est. Nonne er
go salutis nostræ opifex, rerum, quas factu-
rus erat, toto hoc anno, quasdam (secũdum
hunc Euangelistam) vmbras præmisit? Ad
patriam autem suam (de qua naturam homi
nis natura Dei assumens, nuptias fecit, & *Psal. 18.*
tanquam sponsus procedens de thalamo
suo, aquam nostræ corruptionis in vi-
num vertit incorruptionis.) reuertetur
circa finem seculi, vt nunc circa finem hu-
ius anni in Cana Galilææ redijt. Quid ergo
nunc illic fecerit, audiamus, & in exteriori
eius opere interius mysterium perquiram⁹.
[Et erat quidam Regulus, cuius filius infir-
mabatur Capharnaum. Hic cùm audisset,
quia Iesus aduenisset à Iudęa in Galilęã, abijt
ad eum, & rogabat eum vt descẽderet, & sa-
naret filiũ eius. Incipiebat enim mori.] Re- *Regulo isti*
gulus iste, qui accesit ad Dominũ Iesum, ro *notus Chri-*
gans vt descenderet, & sanaret filiũ eius, à su *stus.*
periori anno nosse poterat, quod illũ ad sa-
nitatem conferendã, prout vellet comitare-
tur effe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 2. tur effectus. Nam & hic superiùs Euangelista dixit, quòd antequam ascenderet Hierosolymam, imminente Pascha, mansit in Capharnaum aliquantis diebus, & cæteri Euangelistæ non tacent, quòd ibi multas virtutes fecerit, intantum, quod dicerent ei conciues

Matth. 11. Luc. 4. sui: Quãta audiuimus de te facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Cùm ergo de virtute illius benè comperta non dubitaret cur eidem dicenti: Domine, descende, vt sanes filium meum. [Dicit Iesus: Nisi signa & prodigia videritis, non credetis.] Non enim leuiter accipiendum est, quod grauissima veritas patriæ suæ dixit, quod vni Regulo loquens, toti suæ genti pluralis numeri verbo dixit.

Quid est credere vel fidẽ habere. Hebr. 11. Rom. 8.

Cùm ergo credere, & fidem habere, paria vel idem sint, primum ponenda, & aperienda est definitio Fidei, statimque liquebit, quòd Regulus iste & sanitatem filij quærere, & tamen nondum credere potuerit. Paulus Apostolus, cùm de fide plura diceret, eandem Fidem definiens: Est autem Fides (inquit) sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Non (inquit) Fides earum quæ presentes sunt, & corporaliter videntur, sed sperãdarum est substantia, id est possessio rerum: non apparentium, sed earum, quæ nondum apparent, est argumẽtum, id est, certitudo rerum. Quod enim videt quis quid sperat? At verò signa illa, quæ faciebat Dominus Iesus, quæ videre potuerat iste Regulus, quæque sibi impartiri precabatur, res erant præsentes, res erant apparẽtes: Ergo illarum rerum Fides non erat, id est, signa illa videre, illa signa scire, & de illis dubitare non posse, credere nõ erat, Fides non erat. Quæ autem erant res non præsentes, res non apparentes, quarum Fidem volebat haberi, dicens: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis: Videlicet illæ, de quibus loquebatur, quas annuntiabat nescientibus, pro quarum annunciatione, (quia apparentes non erant, quia corporaliter non videbãtur) Prophetam se dicebat:

Marc. 4. Sup. eo. Sup. 3. Infra 8. Sup. 3. Propheta (inquiens) in patria sua honorem non habet. V.g. Appropinquabit (inquit) Regnum Dei: &, Messias iam venit: &, sic dixit Deus mundũ, vt Filiũ suũ vnigenitũ daret: &, ego sum, qui loquor vobiscũ: & sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis

Matth. 13. Sup. 3. qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam: Hæc & huiusmodi res, partim quidem præsentes, partimque futuræ erant, sed corporalibus oculis non videbantur, & ideò non apparentes erant. Has ergo res auribus audiendi audire, auribus cordis suscipere, de his præeunte rationis iudicio non hæsitare, credere erat, fidem habere erat. At illi non audiebant, & cùm loqueretur, quod sciebat, cum testaretur hoc, quod viderat, illi testimonium eius non accipiebant, licet signa multa ab eo fieri viderent. Benè ergo non ait tantùm: nisi videritis: sed nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Quod profectò cum acerba (vt dignum est) vituperatione dixit, quia comparatione illorum iustificati fuerint Samaritani suprà memorati, quibus nõ dignabantur couti, quia paulò antè apud illos fuerat non sine honore, quia crediderunt in eum, non propter signa & prodigia (nulla enim viderunt) sed propter Prophetiam quidem credere cœperunt, qua dixerat mulieri omnia quæcunq; fecit, sed deinde propter sermonem ipsius sanum & verum, multò plures crediderunt dicentes, non quia signa vidimus, sed quia audiuimus & scimus, quia hic est verè Saluator mundi. Nonne ipsi scilicet contribules sui maximè audierũt, imò & quotidie audiebant, & proinde scire poterant? Nonne saltẽ testimonia Ioannis satisfacere illis debuerant, quem omnes sciebant esse Prophetam? Rectè igitur hocillis in tempore improperabat, quia Samaritani (vt iam dictum est) comparatione illorum de proximo iustificati fuerant, immò & omnes Gentes paulò post magnificè iustificandæ erant.

Gen. 12. Gen. 22.

Ipsi namque à fide Patrum nimium degenerabant. Nunquid enim Abraham propter signa & prodigia credidit? Nunquid, quando dixit ei Deus: Egredere de terra, & de cognatione tua, & benedicam tibi, & multiplicabo, atq; in semine tuo benedicentur vniuersæ cognationes terræ? Nunquid (inquam) dixit Abraham: quod signum tu ostendis mihi, quia hoc præcipis, vel hoc promittis mihi vt credam tibi? Quòd si obijcias quorundam scripta, quæ non sunt autentica, quibus fertur de igne Chaldæorum diuinitus eductus fuisse, & hoc illi pro signo potuisse sufficere, dic quę signa & prodigia Deus illi ostenderat, vt fiduciam habens in ignẽ se proijci intrepidus permitteret? Quod signum aut prodigium acceperat, vt Deo se pius promittente semen, in quo benedicerẽtur omnes gentes terræ, non infirmaretur fide, nec consideraret corpus suum emortuum: & sterilem vuluam Saræ? Nunquid saltem hoc pro signo, siue spei suo solatio acceperat, vt ambo grandæui, ille centenarius illa nonagenaria, non senescerent, aut frigescerent? Denique saltem hoc, vt Saræ sterili muliebria, id est, menstrua fieri non desinerent? Ergo degeneres (inquit) vos, ergo tanto Patre indigni, ergo deteriores omnibus alienigenis, qui nisi signa & prodigia videritis, non credetis. Sed dicitis: Vis ne vt fruſtra vel leuiter credamus tibi? Num credere debemus omni spiritui? Te dicente, quẽ Christus sis, quòd Filius Dei sis, qualiter experiemur quòd verum dixeris? Ad hæc inquam: Planè experimini, sed quomodo Lex præcipit: Probate, sed legitimè. In lege enim quid scriptum est? Quomodo legitis? Quod in no

Rom. 4.

Fides Abrahæ absque præuijs signis.

Obiectio Iudæorum.

1. Ioan. 4.

Responsio quomodo ex lege deberent Christo credere.

Deut. 18.

mine Domini (inquit Lex) Propheta prædixit, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui Prophetã confinxit, & idcirco non timebis eum.

Deut. 13. Nunquid autem & Lex itidem non dicit: Si surrexerit in medio tui Prophetes, aut qui somnium se vidisse dicat, & prædixerit signa atque portenta, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur Deos alienos, non audies verba Prophetæ illius aut somniatoris. Fateor (inquam) quia & hoc dicit, sed de Somniatore, de Propheta, qui suadet tibi post Deos alienos ire, hoc dicit. Alius locus est, aliud mandatum est Prophetæ, qui confitetur se in nomine Domini venire, & verum prophetat cum ista professione. Sic enim ait: Prophetam de gẽte tua & de fratribus tuis,

Deut. 15. sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies vt petisti à Domino Deo tuo in Oreb. Ac deinceps: Qui autem verba eius quę loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam: Et subinde: Quod si tacita (inquit) cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum, quod non est locutus Dominus, hoc habebis signũ: Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non locutus est, sed per tumorem animi sui Prophetã confinxit, & idcirco nõ timebis eum. Itaque secundum Legis mandata non per figmenta neque prodigia, sed per verbum verum experire, vt scias ô patria mea, quòd credere debeas. Verbi gratia: Cùm dico tibi: Soluite templum hoc, & ego in tribus

*aptius. diebus excitabo illud, imò cum *aptius dico & dicam, quia occisus post tres dies resurgam, si non euenerit quod dico, hoc Dominus non locutus est, imò ego qui loquor Dominus non sum. Interim antequam illud fiat, cum dico vobis, quòd cogitatis mala in cordibus vestris, & cętera talia cùm dico, redeuntes ad cor vestrum, si intelligitis ita esse rem in cordibus vestris vt dico, scitote quia Dominus locutus est, & vera sunt cætera, quæ omnia in nomine Domini vobis loquor. Sic. n. legitimè Samaritani paulò antè veritatem examinauerunt vna muliere prædicante: venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quęcunque feci. Quis enim alius nisi Dominus Deus occulta cordium perspicit. Alumni Legis sapite Legẽ, Propheta tam ille qui loquitur quidem in nomine Domini, sed mentitur, quàm ille cuius quidem verbum quod locutus est euenerit, sed locutus est in Dijs alienis, hic, inquam, & ille pariter contemnentur, imò & occidentur. Qui autem & in nomine Domini loquitur, & verum verbum loquitur, hic timendus est, huic per omnia credendum

Matth. 1. est. Sed vos econtrà signis & prodigijs experiri vultis, aliqui, imò penè cuncti signa de cælo quæritis, videlicet vt si Christus ego sum, si Propheta ille ego sum, de quo dixit Moyses: (vt prædictum est) Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus de fratribus vestris, ipsum audietis tanquam me: si (inquam) Propheta ille ego sum, hæc signa & prodigia quæritis, & rursus idem vel simile quod propter vos fiat Romanis signis & portentis illis, quæ propter patres vestros facta sunt interemptis Aegyptijs. Et quidẽ generationi huic malæ & adulteræ, quæ tentando huiusmodi signa quærit, signum non dabitur, nisi signum Ionæ Prophetę. Vt ficut ille fuit in ventre cœti tribus diebus & tribus noctibus, & tunc demum illo prædicante, triduanam pœnitentiam egit Niniue, & illa reseruata, exaruit cucurbita, quæ obumbrabat super caput Ionę, ita sit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, & tunc demum in nomine eius pœnitentia & remissio peccatorum prædicetur in omnes Gentes, illisque trina mersione Baptismatis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & ita saluatis, ista patria mea, hæc generatio mala disperdatur.

Matth. 12. Ionæ 3. 4. Luc. 24. Matth. vlt.

Attamen vobis paucis, quicunque residui estis, qui non tentãtes, sed necessitatem habentes signa quæritis, signa fient plura, & maiora quàm petitis, vt audiant Gẽtes, quæ solo auditu contentæ erunt, & dicant, audiuimus & scimus, quia hic est verè Saluator mundi. Igitur cùm dixisset Dominus: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum Regulus: Domine descende priusquàm moriatur filius meus.] Quid aliud perito diceret medico Regulus iste? medico (inquam) qui cùm sit homo & non Deus, opus habet per semetipsum ad lectulum ægroti accedere, & tam visu oculorum, quã tactu venarum, genus morbi dinoscere, & secundum morbum antidotum dare. Accesserat ad Dominum, rogans eum vt descenderet, & sanaret filium eius, & illo differente: Domine (inquit) descende, priusquã moriatur filius meus. Videlicet non credebat, quòd ab illo resuscitari posset, si moreretur, nec tãtam fidem aut humilitatem habebat, vt diceret, velut ille beatus Centurio, qui non erat de Israel: Domine, nõ sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur filius meus. At Iesus non descendit, sed mansit in eodem loco, & tanquam Deus, qui omnia quęcunque voluit, fecit, sanitatem filio eius sola volũtate, in qua vniuersa sunt posita, restituit, & tanquam Propheta verbum verum dicit, quo secundum Legem prædictam probari debeat, quia de corde suo confingat nihil. [Ait enim: Vade, filius tuus viuit.] Hoc denique vnum idemque dictum, & vera de præsentibus Prophetia est, & (sicut ex seruis suis idem Regulus postmodum comperit) imperium vitæ est. Constat verò, quia de minori miraculi huius parte, id est, de

Regulus nõ credebat Christũ Deum esse.

Matth. 8.

Psalm. 113.

Supr. eod.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prophetiæ veritate ſancti prophetæ dignè ſecundum legitimam probationem (de qua ſuprà dictum eſt) magni habiti ſunt. Verbi
1. Reg. 10. 3. Reg. 18. gratia: Samuel, quando dixit Sauli, inuentas eſſe aſinas, & verum dixit, quas tamen ipſe nó inuenit. Itemque Helias, qui Regi Achab multam pluuiam mox affore dixit, & verum dixit, nec tamen illam opere ſuo, aut dedit, aut fecit. Igitur cùm incomparabiliter maius ſit opus vitæ, & virtutis, & potenti imperio facere, & vero verbo annuntiare, quam opus non ſuæ virtutis vero tantum verbo nuntiare, meritò generationi malæ & adulteræ improperatur, quia ſepulchra prophetarum honorabant, quos patres illorum occiderant, & Dominú prophetarum verbis blaſphemis inhonorabãt, quem & implendo menſuram patrum ſuorum occiſuri erant. Quanta enim maiora his oſtendit illis opera, & non crediderunt? Attamen Regulus iſte Prophetiam ſimul & potentiam operis huius diligenter inueſtigans, ſeram licet Fidem habuit. Sequitur enim: [Credidit homo ſermoni, quê dixit ei Ieſus & ibat] Credidit nunc interim ſermoni eius, paulò poſt comperta non ſola virtute ſermonis, ſed & potentia loquentis, non ſolùm ſermoni eius credidit, ſed & in ipſum tanquam in Deum Dei Filium credidit. Nam & hoc ſequitur. [Iam autem eo deſcendente ſerui occurrunt ei, & annunciauerunt, dicétes: Quia filius eius viueret.] Iam ex hoc prænuntio ſcire potuit Regulus iſte, qd fidelis Ieſus Propheta eſſet Domini, quia videlicet iuxta legalem definitionem, & nihil loquebatur in Dijs alienis, ſed potiùs inuitabat auditores ad dilectionem Creatoris, & verum ſibi verbum dixerat de vita filij ſui. Hoc (inquam) ſcire poterat, etiam ſi caſu aliquo, vel medicina ſe abſente illata, filius ſuus conualuiſſet. Sed non eo cõtentus fuit. [Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit.] Videlicet ſcire cupiebat, vtrum eodem verbo quo dixerat ei Ieſus: Filius tuus viuit, eodem (inquam) verbo virtutis ſuæ, ſalutem portaſſet, vt ad filium ſuum febre fugata tam citò rediret. Sciebat quippe horã illã, & diligenti memoria tenebat, ex induſtria notatã, certoq; tenore apud animum ſuum defixerat, vt ſi hora recuperatæ ſanitatis illa eſſet, in qua dixit ei Ieſus: Filius tuus viuit, iam de diuina illius magni Prophetæ potentia non dubitaret, quod eſſet ipſe Filius Dei, quod eſſet Rex Iſrael. [Et dixerunt ei: quia heri hora
Matth. 13. septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit Ieſus: Filius tuus viuit, & credidit ipſe, & domus eius tota.] Benè quidem, quòd per occaſionem vnius filij, ſalus patri, & toti domui facta eſt. Sed quid magnum fuit, quòd pro talj vel tanto ſigno credidit tota domus vnj Reguli? Nõ enim ſignum hoc paruum fuit,
Deut. 13. per quod ſe vbique eſſe, vbique poſſe, & ſola voluntate cuncta perficere ſatis euidenter oſtendit. Nam & idcirco ab hoc Euangeliſta præteriri non debuit, qui penè ſola Diuinitatis Filij Dei teſtimonia, pro cauſa ſæpè dicta congeſſit. Quid ergo tantus hic Euan- Supr. 2od.
geliſta nunc os ſuum ampliauit, vt declaret nobis, quia credidit ille, & domus eius tota, niſi quia domus illa erat de incredula huius magni Prophetę patria? Ipſe enim Ieſus (vt ſuprà dictum eſt) teſtimonium Ioan. 2.
perhibuit, quia Propheta in patria ſua honorem non habet. Hic autem Regulus, & tota domus eius ad hoc luce rationis perduci potuerunt, vt inuidentiæ tenebras euaderent, & hominem patriæ ſuæ non tantùm vt Prophetam, ſed vt Prophetarũ Dominum credendo honorarent, & honorando crederent. Similiter quando conuertit aquas in vinum: Crediderunt (inquit) in eum Diſcipuli eius, cum pro quantitate miraculi fructus eſſet valde exiguus. Ergo & quod hic ait Euangeliſta: Credidit ipſe & tota domus eius, & illic: Crediderunt in eum Diſcipuli eius, pro quantitate quidem operum, paruum commemorat fructum, veruntamen non contemnendum reſpectu patriæ ſuæ, quòd eſſet nimium difficilis ad Matth. 9.
credendum. Et hoc quidem Saluatoris beneficium, in vno Reguli filio (vt legitur) ita factum eſt. Cæterum, ſicut Archiſynagogi filia, quæ tunc mortua eſt, quando mulier à fluxu ſanguinis liberata eſt, rectè Synagogam ſignificat, quæ tunc præ infidelitate & inuidia vitam ſuam reliquit, quando Gentilitas à peccatis ſuis, in Chriſtum credendo, receſſit, ita nihil prohibet in filio Reguli myſticè eundem populum Iudaicum accipi, cùm ſupradicta mulier Samaritana manifeſtè typum Eccleſiæ de Gentibus prætulerit, qua in Dominum credente hic incipiebat mori. Nam ſicut Archiſynagogus, qui procidens ad genua Ieſu, rogauit pro filia, ita æquè & Regulus nobilem Fidem patrũ, Abraham, Iſaac, & Iacob rectè ſignificat, quæ pro ſalute illius populi ad Chriſtum & Rom. 11.
dominum patrem, antiquis meritis interue- Apoc. 11.
nit. Quam illorum Fidem, dum in fine ſæculi, reſpicit, in eo quòd reliquiæ Iſrael ſaluæ fiunt, rectè illis dicit: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. Niſi enim prædicantibus Enoch & Helia, inſtantis iam iamque ſubſecuturi iudicij ſigna & prodigia viderint, multo maiora quàm nos, qui neq; redemptoris ſigna vidimus, neque venturi iudicij ſigna & prodigia adhuc videmus non credent. Quapropter tunc illorum minoris laudis vel gratiæ Fides erit, vt eidem populo rectè dicatur, & illud, quod in typum eius Apoſt. Thomæ dictum eſt: Quia vidiſti me, credidiſti. Beati qui non viderunt & crediderunt. Sed & illud quod dictum eſt: quia Ioan. 20.
heri hora ſeptima reliquit eum febris, q & mulier

Cur hoc ſignũ hic narratur.

Mysterium sextæ et septimæ horæ

mulier Samaritana ſexta hora in Dominum ſedentem ſuper puteum credidit, pulchrè huic myſterio congruit. Quid enim eſt hora ſeptima, niſi poſt ſolis aſcenſum eiuſdem ſolis deſcenſus? Sexta quippe hora ſol altiſſimus eſt, nec niſi deſcendendo ſeptimam facit horam. Igitur ſexta hora mulier Samaritana Dominum agnouit & credidit: hora verò ſeptima filium Reguli febris reliquit, quia videlicet aſcendente in cælum Chriſto ſole iuſtitiæ, Eccleſia de Gentibus credidit. Iudaicus verò populus illo deſcendere incipiente, id eſt, ſigna & prodigia deſcenſus ſui præmittente crediturus eſt.

FINIS LIBRI QVARTI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM LIBER QVINTVS.

Cur Ioannes per aquilã ſignificatur.

HVnc Euãgeliſtam Ioannem per aquilã ſignificatum eſſe (quod penè cunctis notum eſt) rectè Spiritui ſancto placet. Chriſtum quippe ſolem iuſtitiæ gyrantem per circuitum, & in circulos ſuos reuertentem, id eſt, omnia diſponentem, & in ſecreto conſilio cuncta præuidentem, claro intuitu contemplatus eſt, viaſque eius in hoc Euangelio tãquam in horologio, lucida rationabili *vngula depinxit, vt ſapientiæ eius circuitum, conſiliorumque eius circulos diligens Lector, quanquam lippientibus vtcunque ſpeculetur oculis. Ita quippe itinera, & facta quædam deſcribit Filij hominis, ob inſinuãdum conſilium eiuſdem Filij Dei, quemadmodum ob inueſtigandum aſcenſum ſeu deſcenſum ſolis, Geometricales quoſdam circulos ſibi depingere ſolent Aſtronomici. In quo illud maximè notandum, quòd nullum Paſchale feſtum præterit, & velut ſi ab orientali linea ſurſum verſus progreſsio narios ſolis gradus computes, ita ſemper ab hoc feſto ſecundum facta & dicta, circa maxima & neceſſaria verſatur ſacramẽta Chriſtianæ Fidei. Sunt autem quas commemorat, tres trium annorum ſolennitates, quarta ſolennitate excepta, in qua paſſus ipſe ac ſepultus, reſurgensque à mortuis, eadẽ, quę ſuperioribus annis docuerat, perfecit: & de ſeipſo condidit ſalutis noſtræ ſacramẽtum.

vngula.

Paſcha primi anni ſignificationis Chriſti.

De Paſcha primi anni iam dictum eſt, quia Hieroſolymam aſcendens primum & maximè neceſſarium vitæ noſtræ tantum verbis aperuit inſtrumentum, dicens: Niſi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu ſancto, nõ poteſt introire in Regnum Dei, &c. Ac deinde commoratus in Iudæa, detrahentibus Iudæis, inuidentibus Phariſęis, diuertens in Samariæ ciuitatem, tandemque rediens in patriam ſuam, myſticè præſignauit, quibus vel quo ordine eiuſdem regenerationis (vt ſuprà dictum eſt) deriuaret gratiam. Ecce hoc ſecundo anno eodem feſto aſcendens Hieroſolymam, veniens ad Probaticam piſcinam, eandem quam præterito anno verbis tantùm commendauerat, factis quoque præfigurat Baptiſmi ſui potentiam, ac deinde per occaſionem factorum eius, aduerſantibus & calumniantibus Iudæis, dum veritatem Diuinitatis ſuę defendit, firmum nobis Fidei verbum contrahit, in quo tota eius Baptiſmi virtus conſiſtit. *Paſcha ſecũdi anni.*

Ioan. 3.

Tertio nihilominùs anno circa ſolennitatem eandem, facto conuiuio de quinque panibus & duobus piſcibus, ita quinq; millia hominum per occaſionem cibi illius, aliud non minùs neceſſarium ſaluti noſtræ commendat ſacramentum, dicens: Niſi mãducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, &c. Quarto anno in eadem ſolennitate (vt prædictum eſt) patitur, videlicet vt ſuperioribus annis docuerat, vt nos in mor- *Paſcha tertij anni.* *Infra 6.* *Paſcha quarti anni.*
te eius baptizaremur & carnem eius ad mãducandum, & ſanguinem ad bibendum acciperemus. Adeo ſanctam & veram veteris Paſchæ rationem comprobat, vt in qua veterum fulgebat memoria Dei beneficiorũ, in eadem ſolennitate nouorum conderet veritatem Sacramentorum. Igitur hoc mẽſe principio menſium, qui iuxta ſolem iſtũ viſibilem primus eſt in mẽſibus anni, quid fecerit, quid dixerit iſte feſtiuus nobis ſol iuſtitiæ, in hoc (vt cœptum eſt) Euangelicæ lectionis ſpeculo contemplemus. [Poſt hęc CAP. V.
erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.] Hic Euangeliſta paſchale feſtum nõ apertè exprimit, dum dicit indefinitè: Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, ſed ex ſuperioribus feſtum paſchale fuiſſe intelligitur. Nam aliam ob cauſam ſuperiùs (vbi mulieri Samaritanæ eſt locutus) dixit Diſcipulis ſuis: Nónne vos dicitis, quia adhuc quatuor mẽſes ſunt, & meſsis venit? Conſtat verò, quia vbi non plus quã quatuor menſes ante meſſem interſunt, paſchalis feſtiuitas non plus quàm duobus menſibus longè abeſt, quo *Dies feſtus Iudæorum hic paſcha eſt.* *Supr. 4.* *Exod. 23.* *Deuter. 16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtiq; ſpacio temporis alia feſtiuitas nulla occurrit, qua ſecundum præceptum Legis omne maſculum deberet apparere ante conſpectum Domini. Igitur & hoc Paſchale feſtum eſt, quo noſtrorum (vt prędictum eſt, & poſteriùs liquebit) ſacramentorum principium reperitur. [Eſt autem Hieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, quinque porticus habens.] Piſcina non à piſce dicta eſt (ſicut nec piſcina à piſco, nec mutina à muto) niſi forte per Antiphraſim, eò qd piſces minimè habeat. Erat autē aqua gemino lacu inſignis, quorum alter plerunque impletur imbri-
in qua. bꝰ hybernis, alter rubris eſt diſcolor aquis, *vnde hoſtiæ lauabantur. Quamobrē probatica quoque dicta eſt. Græcè namq; probata, Latinè oues dicuntur. Vnde (vt prędictum eſt) piſcina hæc probatica dicitur, eò
Probatica. quòd ibi hoſtiæ lauarentur. Quæ cognominatur, inquit, Hebraicè Bethſaida. Notandum quod non ait: quæ cognominatur, probatica. Quod ſi dixiſſet, videretur idem dici Græcè, probatica, quod Hebraicè, Bethſaida: ſed eſt, inquit, probatica, id eſt, lauandis hoſtijs accommoda, quem ſenſum ſermo latinus vno verbo non reſonat: Cognominatur autem Bethſaida, quod Latinè dicitur domus frugum. Cuius nominis ſecundum res ſubſequentes magnum eſt myſterium, Quinque (inquit) porticus habens. In hoc tantum continetur myſterium, vt quanuis per hominis factum, tamen à Deo rectè credatur prouiſū, quatenus huius numeri porticus illic haberentur. Cur enim illic habebantur? Sequitur: [In his iacebat multitudo magna languentium cæcorum, ſurdorum, aridorum, expectantium aquæ motum.] Id eſt, ad hoc piſcina hæc porticus iſtos habebat, ne multitudo languentium ad cæleſtis remedij opificem piſcinam excubans, tectū non haberet, ne opem ſupernam expectare non liceret, æſtu vrente, vel turbine aut pluuia de ſub vuido vrgente. Longa enim erat ſuperne viſitationis expectatio, de qua protinus ſubiungitur: [Angelus autem Domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam, & mouebatur aqua. Et quicunque primus deſcendebat in piſcinam, ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.] Ideo tunc euidenter præſentes ſanctæ ciuitati & templo præſides aderant virtutes, antequā
** Addo, ob* *admiſſum in Saluatorem crudele necis ſacrilegium, receſſiſſet ab eis omne cæli præ-
Ioſeph. de bello Iudai co. lib. 7. cap. 12. ſidium, quo facto (vt Ioſephus quoque teſtatur) auditæ ſunt eædem virtutes conclamantes: Tranſeamus ex his ſedibus. Notandum verò, quod non eſu hoſtiarum quæ illius piſcinę aqua lauabātur, ſed ex eadē, qua & hoſtiæ lauabantur, aqua ſanabatur vnus, quicunque poſt motionem eius primo deſcendiſſet infirmus. In his, inquam (vt prædictum eſt) tantum continetur myſterium, tantumq; præfiguratum eſt ſacramentum, quanto opus habebant, quæ cæleſti templo inferendæ erant hoſtiæ viuæ, ſcilicet animę & corpora ſanctorum, quanto opus habemus omnes nos homines, qui vniuerſi ex primo parente noſtro verum languorem, veram & omnimodam tam corporis quàm animæ contraximus infirmitatem. Scimus enim & credimus, credimus (inquam) propter quod loquimur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui vocatur iuxta Prophetam magni conſilij Angelus, de cælo venit, *Eſaiæ 9.* id eſt, nō de deorſum, vt cęteri homines, ſed *Ioan. 3.* de ſurſum, non de terra, vt primus homo *1. Cor. 5.* terrenus, ſed de cælo venit homo cæleſtis: *Pſalm. 84.* Quia non de Matre iuxta quoſdam abortiuos Hęreticos initium habuit, ſed à Deo venit, à Patre exiuit, apud quem erat antequā formaretur terra & orbis. Venit (inquam) in populum Iudæorum, de illo carnem aſſumens, & eodem de ſenſu ſuo, dum prædicat & annuntiat ſalutem & pacem, mota eſt gens inquieta, & grauiſsimæ veritatis eius impatiens, & verſa in ſeditionem, tradidit morti vitæ ęternę largitorem. Qua ille mor te ſua, vitę mundo condidit Sacramentum, *Rom. 6.* vt in morte eius Baptizaretur genus huma- *Gen. 49.* num, id eſt, omnes qui diuerſis retro tem- *Deut. 33.* poribus collecti, quinq; libris Moſaicæ Legis teſtificatā hactenus expectauerunt Gratiam Dei. Huius planè myſterij figurā, prę-ferebat illa magna & diuina res. Vnde & hic Euangeliſta Ioannes, ſupernæ charitatis diligens inſpector, rectè illam non prætereun dam arbitratus eſt. Piſcina quippe illa ſacra, in qua (vt prædictum eſt) hoſtiæ lauabantur, vniuerſas populi Iudæorum cæremonias, vniuerſum veterum ſacrificiorum ritum ſignificat. Quæ cùm vmbræ eſſent futurorum, ita, antequam Chriſtus deſcende- *Coloſſ. 2.* ret & in ſemetipſo Legem impleret, nemi- *Marc. 5.* nem iuſtificare, vel ad perfectum adducere *Hebr. 2.* poterant, ſicut piſcina illa ante deſcenſum Angeli neminem ſanare poterat. Quæ, ſicut quinq; porticibus cingebatur, in quibus iacebat multitudo languentium, motum aquæ expectantiū: ita Lex Moyſi, cuius quinque libri ſunt, peccatores interim cohibebat, ſacrificijs illis obumbraticis emundari non valentes, donec veniens Chriſtus ea, quę ſacrificijs eiſdem prefigurabantur, in veritate perficeret. Vel certè, quia non ſolùm illos qui ſub Lege Moyſi fuerunt, ſed & cūctos, qui ante Legem, & ab initio mundi e- *Quinq; ętates mundi ante deſcē ſum Chriſti* lecti per Fidem Deo complacuerunt, Chriſtus Dei Filius ſaluare venit, & omnibus erat neceſſaria paſsio Chriſti: benè quinque porticus erant, & in omnibus languentes iacebant, expectantes aquę motum: quia videlicet ante aduentum Chriſti, à quo ſexta mundi ętas incipit, quinque ętates fuerunt: quarum in nulla defuiſſe credendum eſt fideles & iuſtos viros, qui circa eandem ſpem repoſiti

repoſiti, ſalutarem noſtri Redemptoris expectabant aduentum. Quorum omnium v-
Ephe. 4. *1. Co. 10.* nam eandemq; Fidem rectè ſignificabat ille vnus, qui prior deſcendebat in piſcinam, & ſanabatur. Nam vnus Dominus, vna Fides, vnus in omnibus electus eſt Spiritus, & idcirco electorum omnium ſiue mortuorum, ſiue viuorum, ſiue ante ſiue poſt paſſionem Chriſti vocatorum, vna Eccleſia & vnum corpus eſt. Igitur in hoc loco tā pulchra, tam ſplendida ſuæ paſsionis figura illuſtrato Dominus quid fecerit audiamus. Sequitur: [Erat autē quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſua.] Rectè quidem, vt à ſanctis Doctoribꝰ. expoſitum eſt, hic homo tanto tempore lāguidus, peccatorem ſignificat ſcelerum ſuorum enormitate preſſum: cui quia dilectio Dei & proximi deeſt, & idcirco per Pœnitētiam conualeſcere nō poteſt, benè huius infirmitas triginta & octo annos habet, & à
Languidus ille gentilē populum deſignat. quadragenario numero, qui Pœnitentię dicatus eſt, binario differt. Verùm, quoniam per huius occaſionem Sabbatum Iudæorū ſoluitur, & eadem Sabbati carnalis ſolutio magna, & Chriſtianæ Fidei neceſſaria ratione defenditur, non contenti ſumus ſcire, qd peccatorem ſignificet ſed & quem, qualem, quantumq;, id eſt, quam latè diffuſum figuret, noſſe oportet. Quia videlicet dum ille grabbatum ſuum Sabbato portat, non leue eſt, quòd Dominus ipſe, qui iuſſerat, aduocatus eius factus eſt, diſputando aduerſus illos robuſtos Legis æmulatores Iudæos, quaſi pro Sabbato Dei æmulantes, reuera autem præ inuidia ſeipſos diſſecantes, dum vnius ſaluti detrahunt, alterius virtuti vel gloriæ inuidentes. Igitur ſicut ille vnus, qui poſt motionem aquæ primus in piſcinam deſcendere poterat, priorem populum rectè ſignificat, id eſt, Iſraelitas, quorū eſt adoptio, & teſtamentum, & legiſlatio, quorum
Roma. 3. patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus, benedictus in ſecula: ita nihilominùs iſte, qui hominem non habebat, vt cùm mota fuiſſet aqua, mit
Actō. 10. teret eum in piſcinam, populum ſignificat Gentilium, qui cùm & ipſe in Chriſtum cre
Languidus per 38. annos. deret, & baptizari vellet, nemo Apoſtolorum (ſicut in Actibus Apoſtolorū de Cornelio legitur) vnitati illorum qui ex circunciſione erant, illum admittere audebat. Cuius rei myſteriū, quia noſtra res eſt, in præſenti lectione ſubtiliùs perſcrutādum. Erat, inquit, quidā homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate. Vbi aqua illa mota fuerat, & vnus deſcendebat in piſcinam, ibi erat & homo iſte. Quia videlicet, vbi & Paſsio Chriſti celebrata eſt, & Baptiſmi ſacramentum illi priori populo tradebatur, iam ex tunc Gentilis populus, fama tantę ſalutis audita, gratiam eandem poſtulabat, triginta & octo annos habens in infirmitate, id eſt, olim deſperatus, perdita corporis & animæ temporali & æternali ſalute, fraudatus vitæ pręſentis pariter & futurę veritate. Nā per triginta annos, qui numerus annorum plena viri ætas eſt, vitæ præſentis perfectio: per octo annos vitæ futuræ æternitas (cuius octo ſunt beatitudines, quæq; octaua mundi ætate perficietur) rectè figuratur. Sed Gē tilis populus, & pręſentem vitam ſe nō poſſe retinere ſciebat, & futuræ nullam ſpem habebat. Igitur magnus iſte languidus triginta & octo annos in infirmitate habebat: quia & præſentem vitam laboribus & oneribus citò conſumebat, & futuræ reſurrectionis ſpem nullam habebat. Vt autem iſte
Pſal. 18. languidus tam vetus tamq; à ſalute remotus, calamitatem ſuam agnoſceret, magiſq; ac magis ingemiſceret, grandis illum commotę aquę ſonus excitabat, magnumq; gaudium illius, qui ante ſe deſcendens curatus
Pſal. 68. fuerat. Nec verò tantùm ex eo, quòd in omnem terram ſonus ille exiuit, & in fines orbis terræ deſcenſus illius magni Angeli auditus eſt, illud cognouerat: verùm & ex eo, quòd penes eandem piſcinam, & intra porticus eius, idem languidus aderat. Illo quippe tempore, quando hic noſtræ pacis nuncius, hic Dei filius de cęlo deſcendit, & ſeditione contra illum excitata, vt Paſsione ſua ſaluos nos faceret, intrauerunt aquę vſq; ad animam eius, & venit in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit eum, illo, inquam, tē pore Romanorum militum Centuriones, Quinquagenarij & Decuriones intra Iudęę ſinus habebantur. Erat ergo quidam homo ibi triginta & octo annos, vt prędictum eſt, habens in infirmitate. [Quem cum vidiſſet ** textus ad* Ieſus* & cognouiſſet, quia multum tempus *dit iacen-* haberet, dixit ei: Vis ſanus fieri?] Quibus pu- *tem.* tas oculis illum, qui per hunc hominem ſi- *Zacha. 3.* gnificabatur, magnum languidum Ieſus vi- *Coloſ 2.* dit, quos vel quantos habet oculos in capi- *Pſal. 101.* te ſuo? Septē. Ipſe eſt enim lapis ille, in quo ſeptem oculos Zacharias Propheta ſe vidiſſe teſtatur, qui ſunt ſeptē ſpiritus Dei, quorum omnis plenitudo corporaliter habitās in illo requieſcit. Iſtis oculis gratiæ vel miſericordię, quę non eſt alia quàm ipſe Deus noſter Spiritus ſanctus, vidit iſtum languidum cùm aſcendiſſet in cęlum, proſpiciens de excelſo ſancto ſuo, de cęlo in terrā aſpiciens, vt audiret gemitus competitorum, vt ſolueret filios interemptorum. Tūc, inquam, proſpexit, tūc vidit & cognouit, quia multum tempus haberet. i. ſenſum pietatis ſuę ſe ſenſiſſe probauit, quia tempus miſerē di eius adeſſet. Quem eius reſpectum pulchrè per hoc innuit, quod prędicto homini *Pſal. 9.* familiariter dicit: Vis ſanus fieri? Et quidem deſiderium pauperum iam exaudierat, & prępparationes cordis eorum audierat auris

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Quomodo ergo patentem omnibus vnius languidi voluntatem nescire poterat? Verùm ad hoc interrogat, & ad hoc solùm dicit: vis sanus fieri? vt ostendat, quòd de homine nihil amplius debeat quæri, id est, nó qualis Persona, vel ex qua Gente sit, sed hoc solum, vtrùm peccata sua relinquere, iustitiamq; velit operari. Nam in omni Gente, qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. [Dicit ei languidus: Domine hominem nó habeo, vt cùm mota fuerit aqua, mittat me in piscinam.] Homo iste necessarius, qui languidum mittat in piscinam, id est, peccatorem ad Dominicæ Passionis applicet sacramẽtum, ipse Christus vel aliquis vicarius eius est. Verbi gratia: Petrus vel Paulus, in quo loquitur Christus, imò totus concors Apostolorum vel Sacerdotũ chorus, quorum est officium docere & baptizare: quod profectò est languidum in piscinã passionis Christi fœcundam æternæ salutis dimittere: Sed hunc hominé languidus Gẽtilium populus reuera non habebat: quippe contradicentibus his, qui ex circuncisione erant, fidelibus, & cõtentiosè asserentibus, Christum non pertinere ad Gentes, sed ad solum genus Abrahæ cui repromissus est. Hoc profectò languidus iste tunc dolebat, quando Cornelius orans & eleemosynas faciens Regnum Dei quærebat. Quia nec ad Symonem, qui cognominatur Petrus, mittere nouerat vel audebat: nec eidem Petro adhuc reptilia vel serpentia terræ de cælo fuerãt ostensa, quòd in eiusmodi piscina lauare, & sic mactare & manducare deberet omnia. Benè ergo ait languidus: quia hominem non habeo, vt cùm mota fuerit aqua, mittat me in piscinam. Et quasi quæreretur ab eo, cur hominem quem optabat, hominem tam necessarium nõ haberet, protinus adiungit. [Dum venio enim ego, alius ante me descendit.] Quod profectò secundum illius causam, cum quo tunc loquebatur Iesus, non satis rationabiliter videtur subiungi. Non enim, quia dum veniret ipse, alius ante illum descendebat, idcirco hominem non habebat: sed quia hominé nõ habebat, à quo mitteretur, ideo in piscinã descendere non poterat. Meliùs ergo secundum id, quod per illud significabatur, ipse literalis sermo procedit, quia videlicet Gentilis populus idcirco hominẽ non habebat qui mitteret illum in piscinam, quia dum veniret ipse, alius ante ipsum descẽdebat. id est, idcirco Christi gratiã percipere non poterat, nec Apostolis illum admittere licebat, quia dũ rogaret sibi aditum salutis aperiri, hi qui ex circuncisione erãt, molestè nimis obuiabant, dicentes: quia nisi circuncidamini secũdum morem Moysi, non potestis salui fieri, neq; ad Christi gratiã admitti: & ita dura cõditione repellebantur dũ diceretur eis, ipsos ad Christũ non pertinere, nisi priùs vniuersæ Legi Moysi subijcerentur. Sed aduersus hanc illius prioris populi inuidẽtiam oportunè adest prolocutor Christi, magnusque Gentium aduocatus Spiritus sanctus, & antequã Gentiles in illam Dominicę Passionis piscinam. i. in Baptismi eius, quo in morte ipsius baptizamur, sacramentum descendisset, cecidit super eos, & erant loquentes linguis, & magnificantes Deum. Ac deinceps sicut visum est eidem Spiritui sancto eiusq; Apostolis, definitum est, ne quis vlteriùs tẽ taret imponere iugum ceruicib. Discipulorum, quod neq; ipsi portare potuerũt, neq; patres eorum. Rectè ergo Dominus, dum ista futura, imò per semetipsum disposita, & mox facienda præuidet, dicit illi languido, qui in piscinam descendere non poterat, vbi alius sanatus fuerat. [Surge, tolle grabbatũ tuum & ambula. Et statim sanus factus surrexit, & sustulit grabbatum suum & ambulabat. Erat autẽ Sabbatum in illo die.] Cur enim Sabbato, illi, quẽ omnipotẽs verbum imperio suo sanat, grabbatum suum portare imperat, quod apud Iudęos fieri non licebat, dicente Lege de die Sabbati: non inferetis onera per portas vestras. Cur, inquã, hoc imperat, nisi vt ostẽdat inimicis suis Iudęis, mox affuturum, vt sicut per Prophetã prædixit, non solùm Sabbati, sed & omnium solennitatum illorum stercus super vultus illorum proijciat. Hoc enim postmodum cœpit fieri authoritate Spiritus sancti, signa & prodigia facientis, vbi omnes à seruitio Legis absoluit, interpretib. voluntatis eius sanctis Apostolis, dicentibus: Quia visum est Spiritui sancto & nobis, nihil vltrà vobis imponere oneris, quã hæc necessaria, vt abstineatis ab immolatis simulachrorum, & sanguine & suffocato & fornicãtione. A quibus custodientes vos, benè agetis. Valete. Sed cũ Sabbatum carnale non curandum esse Dominus opere iniũcto innuit, cur tali modo, id est, deportatiõe grabbati, quàm alio quolibet modo istud significare maluit? Planè nonnihil aut parũ boni operis per illã grabbati vectationem significauit. Non. n. quippiam eius laboris aut oneris in hoc fas est suspicari, sub quali laborantibus quodã loco dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Siquidé labor ille & onus illud infirmorum est, qui non sunt sanitatem consecuti, nó alius sine dubio labor, quàm amor huius mundi, qui nondum curatos multis oneribus curuat & deprimit. Igitur onus illud hic significat qd quisq; portat, Sabbatum Domini legitime celebrat. Proinde primò sciendum est, quia sicut in homine illo qui curatus est, populũ Gentilium intelligimus, quondam absque Fide in peccatis suis iacentem, nunc autem in Fide stantem, & in bonis operibus ambulantem:

Alius ante me descendit.

Act. 10. *2. Cor. 13.* *Act. 11.* *Act. 10.* *Act. 15.* *Neem. 13.* *Malach. 1.* *Act. 15.*

Grabbatũ Apostoli sunt, & doctores nostri. *1. Cor. 9.*

bulantem: ita in grabbato eius vniuersum Apostolorum & Prædicatorum Christi ordinem rectè accipimus. Nam sicut homo & cùm ægrotat grabbatum suum portat, & cũ iam sanus est, in eodem à diurno labore cõpetenti somno recreatur, ita populus Gentilium & cùm infidelitate langueret, per Apostolos & Prædicatores sanctos ad Christum magna dilectionis suauitate deportatus est, & cùm iam per iustitiam Fidei sanatus est, eorum nihilominùs meritis, vel exemplis, doctrinis quoque vel monitionibus in opere bono, ne deficiat, confortatur, & à quotidianis soluitur excessibus. Hos autem ita vicissim portat, vt cùm illi spiritualia seminauerint, iure carnalia metere debeant. Huic ergo magno languido iam sanato cũ dicitur: Tolle grabbatum tuum & ambula, idem est ac si dicatur: Da operam, vt grabbato tuo non ingratus appareas. Eos quippe, in quorum spirituali prædicatione requiescis, tua carnali sustentare debes substãtia. Dignus est enim operarius mercede sua. Fecit homo imperata, sanus factus confestim surrexit, & sustulit grabbatum suum & ambulat. Quid verius? quid manifestius? Palàm omni mundo grabbatum suum portat & ambulat. Sanctos Apostolos vel Apostolicos viros, in quorum fide, meritisque, & exemplis requiescit, non solùm in vita ipsorum susceptit, & competenti alimonia supportauit, sed etiam post obitum illorum memorias ipsorum debito cum honore veneratur, & ampliùs possessionibus dilatat, vt successoribus vel imitatoribus eorũ nihil *corporalibus desit, in quorum spirituali ministerio suam animam reclinauit. Ita profectò huic homini grabbatum suũ portare iubebat Iesus, cùm diceret Paulus (imò ipse qui *Paulo loquebatur Christus) Corinthijs, de ministerio quod fiebat in Sanctos Hierosolymis: Placuit (inquit) eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debẽt & in carnalibus ministrare eis. Igitur cùm languido illi Dominus secundum magnitudinem potentiæ suæ dixisset: Surge, rectè iuxta beneplacitum voluntatis suæ hoc addidit, vt diceret: tolle grabbatum tuum & ambula. Imperium eius, & velox sanitas, & sanitati prompta comitatur obedientia: Erat autem, inquit, Sabbatum in illo die. [Dixerunt ergo Iudæi illi qui sanus factus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum.] Hoc reuera dixerunt, vt hypocritæ, de quibus benè prophetauit Esaias: Populus hic labijs me honorat, cor autem illorum longè est à me. Nam nisi, vt in cæteris, ita & in isto cor eorum longè esset à Deo, non tam malè honorem eius diuidерent, labijs pollutis stercus solennitatũ suarum prædicantes, corde autẽ splendidæ Diuini operis gloriæ inuidentes. Quid enim?

in *in *Romanis. Rom. 15.* *Matth. 15. Esaiæ 26.*

Vnde hic homo sanitatẽ receperat? ex Sabbato illorum, an ex virtute eius, cuius præcepto grabbatum suum portabat? Imò, vt ad illum magnum languidum per totum orbem diffusum, sermo recurrat, Gentilis populus vnde Spiritum accepit, ex operibus Legis, an ex auditu Fidei? Sic enim Apostolus, Iudęis & Pseudoapostolis fascinantibus illum magnũ & famosum grabbati sui portatorem, & dicentibus sine circuncisione & Legalibus Cæremonijs, licet baptizati sitis, non potestis salui fieri, cùm suum iam penè esset oblitus hic homo curatorem, à quo sanitatem receperat, sic (inquam) ingemiscẽs: O insensati (inquit) Galatæ, quis vos fascinauit, non credere veritati? Anté quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, in vobis crucifixus. Hoc solum volo à vobis discere, Ex operib. Legis spiritum accepistis, an ex auditu Fidei? Spiritum enim se accepisse sciebant, quòd manifestum erat ex operatione virtutum. Vnde & protinus subdidit: Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus Legis, an ex auditu Fidei? Itẽ post aliqua: Currebatis benè, quis vos impediuit veritati nó obedire? Videlicet currebant accepta sanitate, qui ante iacebant, portantes iugum sua ue & onus leue, id est, opera iustitiæ, quibus nullo modo debuisset homo sanus Sabbata Iudæorum, quæ Deus odit, præponere, veridico propheta Esaia testante: Neomeniam & sabbatum, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cætus vestri, Calendas vestras, & Sabbata vestra odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Ac deinceps: Manus enim, inquit, vestræ plenæ sunt sanguine. Verùm ille homo sæpè dictus, scilicet Gentilis populus, iam sanatus, id est, in Christo baptizatus, sed rudis, & scripturarum imperitus (vnde & partim fascinari potuit non credere veritati) nesciebat hæc, & cætera testimonia Prophetiæ & Scripturæ ignorabat, quod tanto odio DEO festiuitates, & Calendæ, cunctæque Iudæorum Ceremoniæ, ex quo de sanguine CHRISTI, quo plenas manus Iudæi habent, sunt pollutæ, & idcirco non poterat de ea quæ in CHRISTO est Fide, rationem reddere, nec verò poterat ipsum Christum præsentia corporali adire, vt audiret vim patiens, quod in tali contentione responderet pro se. Benè ergo subditur.

[Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille dixit mihi: Tolle grabbatum tuum, & ambula, interrogauerunt ergo eum? Quis est qui dixit tibi, tolle grabbatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus effectus fuerat, nesciebat Iesum quisnam esset.] Vide nunc in primis Aduersarios Christi, quàm insipientes in ipsa interrogatione sua sint, & iniqui. Ille homo qui sanus effectus fuerat, & de tã longæua infirmitate repẽtè tam

Paulus contra fascinatores fidelium ex gentibus.

Galat. 5. *Matth. 15.* *Esaiæ 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfectè conualuerat, vt grabbatum suum valentibus humeris, & collo irreflexo portaret, bimembrem illis respõsiunculam reddiderat, dicens: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabbatum tuum & ambula. At illi partem vnam vel membrum ab auditu suo excluserunt, hanc scilicet: qui me sanum fecit. Aliam verò partem, id est, ille mihi dixit, tolle grabbatum tuum & ambula, protinus ex ore eius rapiẽtes, linguarum suarum sagittis confodiendum pro signo tibi posuerunt. Nõ enim dixerunt: Quis est qui te sanum fecit? sed dixerunt: quis est ille qui dixit tibi, tolle grabbatum tuum & ambula? Illud quippe manifestum tantæ virtutis beneficium disparere mallẽt, vtpotè laudis & gloriæ eius causam vel materiam non leuem, hoc autem sciri, hoc audiri vel publicari idcirco studebant, quia videbatur eis, quod quasi legitima accusatione in calumniam trahere possent. Similiter postmodũ cùm diceret Gẽtilis populus sanatus, id est, per Fidem Christi iustificatus, qui me sanũ fecit, qui mihi Spiritum dedit, & in me virtutes operatur, ille mihi dixit per Apostolos suos: Iudaicas non cures Cæremonias, nec eorum obserues Sabbata, tantùm diligas Dominum Deum tuum toto corde, tota anima, tota virtute, deinde proximum sicut teipsum, quod est reuera surgere, & tollere grabbatum tuum. Cùm (inquam) hęc diceret, econtrà non dicebãt Aduersarij Christi Iudæi, vel Pseudoapostoli: Quis est qui operatur in vobis virtutes? nullam quippe rationem inde audire, vel mentionem fieri volebant, sed hoc dicere audebant: Quis est qui vobis præcipit non obseruare Sabbata, vel cunctas Mosaicæ Legis respuere Cæremonias? & non timebant detrahere Christi gratiæ, sanctorum Apostolorum contemnere personas. Verbi gratia, dicẽtes: Petrus idiota, & homo sine literis est, & Paulus de Christi Apostolis nullus est, & his similia. Quorum fabulas & genealogias, & profanas vocum nouitates, stultas quoque & sine disciplina quæstiones, quę generant lites, & ad nihil sunt vtiles, nisi ad subuersionem audientium: quia nec deuitare studuerunt, nec per scientiam Scripturarum euacuari potuerant, recte & hoc dictum est, quia is qui sanus fuerat effectus, nesciebat Iesum quisnam esset. Si enim *fecissent, nequaquã potuissent ab illo fascinari, non credere veritatem. Quam imprudentiam iste culpans Apostolus: Euigilate (inquit) iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reuerentiã vobis loquor, &c. Proinde rectè dicimus, ignorationem Scripturarum, ignorationem Christi esse. Quia videlicet absque Scripturis, noui pariter ac veteris Testamenti, impossibile est hominis animam stare, vt nullo circumferatur vento doctrinæ. Nesciebat ergo quamuis sanus factus, id est, in Christo baptizatus primitiuus Gentium populus, quisnam esset Iesus, id est, quantus, quàm potens, quàm verus Deus, quàm verè etiam Sabbati Dominus. Cur verò nesciebat? Ait Euangelista. [Iesus enim declinauit à turba constituta in loco.] Valde notandum, quòd non idcirco Iesus declinauerit, quòd ille eum nesciebat, sed idcirco Iesum ille nesciebat, quia Iesus declinauerat. Vnde enim Iesus declinauerat? A turba, inquit, constituta in loco. Non à loco, in quo erat, & in quo virtutem sanitatis operatus fuerat, sed à turba, quæ in loco erat, declinauerat. Nihil verius. Quis enim locus est, in quo salutem operatur Iesus, nisi Sancta Ecclesia eius? Sed à nullo loco Iesus declinat, nusquam localiter declinat. Vbiq; enim est, cũ sit Deus, in omni loco est. Quãtò magis ab Ecclesia sua, quæ locus eius est, nunquam declinat: Deus (inquit Psal.) in loco sancto suo, id est, in Ecclesia sancta sua. Sic enim sequitur: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Ergo non à loco Iesus declinauerat. Sed quid ait Euangelista? A turba (inquit) constituta in loco declinauerat, id est, ab illis declinauerat, qui turbam faciebant in loco suo, in domo sua, in Ecclesia sua. Non ergo mirum, si is qui sanatus effectus fuerat, nesciebat Iesum quisnam esset, cũ & Iesus propter turbam declinasset. Verbi gratia, cum alius diceret: Ego sum Pauli, alius: ego sum Apollo, alius: ego verò Cephæ, & propter hæc schismata, cæteraſque Hæreses non poterat simplex fidelis scire quis Iesus esset, non poterat citò rationem certam obtinere, quam de Christo teneret, vel quam contra veros Aduersarios Christi, & falsos æmulatores Legis redderet. Quid tãdem fecit Iesus turba fedata? Quid in pace fecit, qui in turba & tumultu mentium scisturam declinauit? Sequitur. [Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat.] Interim dum turba est in loco, & Iudæi de Sabbato suo calumniantur, is qui sanus effectus est, templum ingreditur, vbi videat Iesum, vel videatur à Iesu. Quia videlicet dum ab Hæreticis vel Pseudoapostolis pulsatur quæstionibus nouus credentium populus, necessitate vrgẽte Scripturarum thesaurus discutitur, & Fidei veritas aperitur, & ita in pace Ecclesiæ, qui fuerant hospites & aduenæ, iam ciues sanctorum, iamq; domestici Dei conuersantur. Non enim deerãt hospitib. istis vel aduenis ardentis dona naturæ, præclara scilicet ingenia, quæ Spiritu sancto adiuta, ex lectione Scripturarum via recta possent templum veritatis adire, vbi certa fide offerrent victimas iustitiæ. Nam quemadmodum ignis interdũ consopitus, fuisq; cinerib. obrutus, flatu agente recandescit, & quãtò vehemẽtiùs vrgetur, tãtò efficaciùs conualescit: sic eadem nouæ Ecclesię bona indoles, quantò plures & maiores aduersantium lites pertulit, tantò magis profecit, & tantò Scripturarum notitia præclariùs enituit.

Matth. 12.

Iudæi mali tiosè non de sanante sed de sabbato quære bant.

Act. 15.

Galat. 5.

**sciuissent*

1. Cor. 15.

Act. 4.
Galat. 2.
1. Tim. 1.
2. Tim. 2.

Ephe. 4.

In schisma te & hæreses Iesus inuitat suos ad templo in scripturis.

Ephe. 2.

Fideles ex gentibus sunt ille filius perditus et reuersus.

Luc. 15.

Act. 10. Hoc quoque non prætereundum, quod illum hominem sanum quidem Dominus per semetipsum fecit, sed non per semetipsum in templum introduxit. Quia videlicet per semetipsum quidem peccata dimittit & super Gentiles primo tempore (vt suprà dictum est) gratiam suam ostendit: verùm nõ per semetipsum vel per Angelum suum, sed per hominem Petrum in Ecclesiæ suæ communionem, per Baptismum aquæ, omnes, qui iam Spiritum sanctum acceperant, intromittere voluit. Igitur vbi illum populum suum per medias turbas Hæreticorum vel contradicentium Iudęorum in omnem Fidei plenitudinem adduxit. Dicit ei: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat: Hoc à principio non dixit, quando sanum illum fecit: quia profectò, cùm adhuc tenera esset Gentium Fides, non pulsanda minis, sed lactanda erant blãdimentis, & multa de vetusta consuetudine per discretionem dissimulanda erant ad tẽpus, in spiritu mansuetudinis, quæ tunc opportunius virga ferirentur postquam Christus plenè formaretur in illis. Sic populo Israel non in Aegypto Dominus Legem dedit, sed signis & prodigijs suis oblectauit, quibus captiuatorem eius Pharaonem verberauit, donec illos educens per mare rubrum traduceret submersis Aegyptijs, & tunc demum Legem exeruit dicendo, qui fecerit hoc, morte moriatur, & sanguis eius super caput eius. Ita planè renascentem in Christo infantiam animarum, nutriculavel mater Dei gratia primo lactauit, vt præcedentem remissionem peccatorum gratanter acciperent: deinde forti districtione coercuit, ne confidentes se nosse Deum, factis negarent. Benè ergo nõ à principio, sed nũc tandé dicit homini in templo, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat. Quia procul dubio melius fuisset, nunquam veritatis viam agnoscere, quàm post agnitionẽ retrorsum redire. Sed & illud notandum, quòd cùm triplicem ob causam soleat Dei voluntate infirmitas euenire: videlicet aut, vt probetur patientia meritumque augeatur iusti: aut, quia peccauit vt purgetur camino molestię corporalis: aut, ne peccet obstante vel renitente vinculo infirmitatis, Hic homo, de quo præsens lectio commemorauit, idcirco tot annos habuisse in infirmitate sua credendus est, quia peccauerat, cùm ei dicat Dominus, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Quod & ipsum ad prædictam similitudinem populi Gentium patenter accidit. Ipse est enim minor ille filius, qui peccauit in cælum, & coram patre, dum accepta portione paternæ substantiæ, quæ eum contingebat, peregrè profectus, deuorauit omnia viuendo luxuriosè, tandemq; vni ciuium adhæsit, & porcos pauit. Cui reuertenti, & adhuc longè agenti pater occurrit, & in osculum ruens super collum eius incubuit, dum, vt suprà dictum est, Gentilibus adhuc foris positis, id est, necdum baptizatis, Sancti spiritus gratiam manifestè tribuit. Benè ergo ille talis homo propter peccata sua in infirmitate iacens, tali modo Iudæis irascentibus, sanus factus est, quia filius iste, qui suam ob culpam mortuus fuerat & perierat inuidente fratre suo, reuixit & inuentus est. Quid tandem fecit iste, qui priùs interrogantibus Iudæis respondere nescìuit, quis vel quantus esset ille, qui dixit ei, tolle grabbatũ tuum & ambula, id est, benè operando ne cures Iudæorum Sabbata? Quod fecit nunc, postquam Saluatorem suum cognouit verum esse Deum, verũ esse Dei Filium. Sequitur: [Abijt ille homo & nuntiauit Iudęis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum.] Meliùs & fideliùs quàm Iudæi rem iste diuisit. Illi nanq; cùm audissent ab eo: qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabbatum tuum & ambula, partem illam, quàm criminari non poterãt, silentio suo præciderunt, quia non dixerũt: Quis est qui te sanum fecit, sed dixerũt: quis est ille qui dixit tibi, tolle grabbatum tuum & ambula. Hic econtrà partem eandem, quam criminabantur illi, silentio præterit, & partem nulli patentẽ reprehensioni nunciat insidiatoribus illis, dum annunciando non dicit, quia Iesus esset, qui dixit illi, tolle grabbatum tuum, sed quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. Hoc planè nunc facit, nũc annunciat Iudæis fidelis populus Christi, nomen & virtutem Saluatoris sui eiusdem Christi Filij Dei, nunc etiam nolentibus & inuitis importunè Scripturarum veritatem impingit. Et si non proficit vt cõuertat eos, exultat tamen, quia scienter & constanter proloquens, eosque conuincens de Lege ipsorum & Prophetis confundit, & obmutescere facit imprudentiam perfidorum, vt videant recti & lætentur, & omnis iniquitas opilet os suum. Et notandum, quia non in templo erant Iudæi, quibus ille homo nuntiauit. Sic enim dictum est: Abijt ille homo, & nuntiauit Iudæis. Nunc abijt, imò quia abijt, cũ eo non erant in templo Iudęi. Nunc enim quando sumus nos in tẽplo Dei, quando sumus in Ecclesia Patrum, & iustorum omniũ, qui ab initio mũdi fuerunt veri adoratores Dei, Iudæi foris sunt, Iudæi magno flagello iracũdię Dei vt mali negotiatores, vt malè negotiãtes latrones, foras eiecti sũt. Nos interdũ eximus ad eos & rogamus, vt veniant nobiscũ in templũ. Sed frustra. Ipse enim, dum nos intus vitulũ saginatũ comedimus, foris persistẽtes & audiẽtes symphoniam &

Exod. 7.

Exod. 14.
Exod. 21.
Tit. 1.

Luc. 9.
2. Petr. 2.

Quia antiquitus nunc Iudæi populus fidelis.

Psal. 106.

Act. 10.
Luc. 15.

Supr. 2.

Luc. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam & chorum, ſolo auditu cruciantur, & pertinaci liuore torquentur, donec ipſe pater exeat, & per ſemetipſum rogare dignetur. Nunc ad rem tẽpore illo geſtam redeamus, & nos qui ſecundum illam præfigurationem in veritate ſanati ſumus, noſtræ, qua ſanati ſumus, Fidei firmamenta ex ipſius, qui nos ſanauit, ore colligamus. Sequitur: [Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hoc faciebat in Sabbato. Ieſus autem reſpondit eis: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor, propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolùm ſoluebat Sabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualẽ ſe faciens Deo.]

Artificioſũ eloquiũ æternæ ſapientiæ.

Summum deinceps ſilentium, & cum attentione beneuolentiam, ab omni docili & reuerenti anima, res poſtulat: quia verè in hac oratione ſua non ſibi, ſed nobis conſulens, propria ſeipſam ratione propter nos defendit ſumma Dei ſapientia. Verè etenim in cõmuni auditorio totius mundi, tali nobis & propter nos perorat defenſione, cum elocutione grandi pariter & humili, vt & ſapientibus vel eloquentibus ſeculi non deſit in contextu Diuinę orationis artificium quod demirẽtur, & idiotis fidelibus maieſtas vel claritudo ſenſuum nuda ſit, qua illorum infantia vel ſimplicitas competenter ædificetur. Propterea, inquit, perſequebãtur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in Sabbato, &cæt. Ecce in his verbis Euãgeliſta ſyllogiſmum compegit, cuius nobis diſtinguere partes operæpretium eſt, nõ vt ſyllogiſticę artis nugas in tanto opere magnificemus, ſed vt eius intentionem ſenſumque noſtro vtcunque intellectu conſequi poſſimus. Propterea, inquit, perſequebantur eum Iudæi, quia hæc faciebat in Sabbato. Quid hic Euangeliſta proponit, niſi Iudæos mirabiliter faciles & pronos fuiſſe in necem Saluatoris, in tantum cæcos & veræ rationis expertes, vt huiuſmodi opus ſalutis & requiei, manifeſtum opus ſolius Diuinę virtutis, pro tranſgreſſione computarent Sabbati ſui, pro trãſgreſſione inquam, non qualicunque, ſed tali vel tanta, vt ſalutis autorem dignum prędicarent morte, non aliam ob cauſam, niſi quia ſalutem operaretur Sabbati die. Quid enim eſt Sabbatum, niſi requies, vel quã ob cauſam datum eſt, niſi vt operarius feſſus cæteris ſeptimanæ diebus vno die requieſceret, & tamen victum diurnum à ſuo patrefamilias ex debito perciperet? Sic enim in Lege ſcriptum eſt: Sex dies operaberis, ſeptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos & aſinus tuus, vt refrigeretur filius ancillæ tuæ & aduena. Ergo non niſi ad requieſcẽdum miſeris feruientibus, & ad reparandos artus ſolutos, ſabbatum datum eſt, id eſt, requies. Sed hoc opus Domini, & cætera eius opera, requiem vero labori languentium miſerorum optatiſsimam ſuccedere faciebant, veris angoribus diu deſideratum refrigerium ſubſtituebant. Ergo cæci & cæca crudelitate ſæui homicidæ perditi, multum à vera requie longè receſſerant, multum à pietate diſparati erant: qui talem ob cauſam perſequebantur ſalutis opificem, Dei gratiam. Vbi Euãgeliſta ſic propoſuit, protinus aſſumpſit. Ieſus autem, inquit, dixit eis: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Illud, inquit, quòd hæc faciebat in Sabbato, iam ſufficiebat ad exacuẽdam illorum crudelitatem, vt tanquam beſtiæ erectæ vaderent intentæ atque inhiantes ad bibendum eius ſanguinem. At ille hoc dixit eis, quod valde maius, quod illorum inuidenti ſuperbiæ longè eſſet intolerabilius: Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Hoc aſſumpto protinus concludit ſic: Propterea ergo magis quærebant eum interficere. Si, inquit, propter illud inuidentes perſequebantur eum, multò magis inuidere & perſequi habebant, ſi quid maius ex illo accipe rent. Sed hoc longè maius eſt Patrem ſuum Deum dicere, quàm tale quid in ſabbato facere. Perpende ergo, qui minoribus maiora conferre noſti, quantum iſtud filios hominum, malos filios malorum, tota humanitate exuerit, vt dentes eorum & arma & ſagittæ adinuicem præ furore colliderentur, & lingua eorum gladius acutus, ſanguinem ſitiens, longè extra dentes & labia protenderetur. Sed iam nunc ipſa verba lectionis explananda ſunt. Propterea, inquit, perſequebantur eum Iudæi, quia hæc faciebat in ſabbato. Reuera ſatis faciles ad malum, ſatis & nimium veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Attamen cur iſta tam ſæpè faciebat Dominus in ſabbatis? Nunquid vt prouocaret eos, hanc illis dabat offenſionẽ? Nunquid quia mortem ſuam fore ſciebat vtilem, idcirco prouocabat eos ad effunden dum ſuum ſanguinem? Abſit. Sed ipſe lucerna erat, & idcirco vt luceret in tenebris, in mundum venerat. Conſtat verò, quia, ſicut ipſe ait, nemo accendit lucernam & in abſcõdito ponit, ſed ſuper candelabrum, vt omnes qui in domo ſunt, vel ingrediuntur domum, vt lumen videant. Benè ergo in oculis omnium lucem operum ſuorum propalare debebat, benè in ſynagogis & in templo, quo omnes Iudæi conueniebãt, operari & docere illum decebat. At illi non qualicunque die, ſed ſabbatis, Neomenijs, alijſque feſtiuitatibus, celebres conuentus agebant. Oportebat ergo vt ſabbatis quando domus plena erat, id eſt, templum vel ſynagoga, quando ingrediebantur omnes feriati, ad quos lucerna hæc miſſa fuerat. Oportebat inquam, vt tunc ſuper candelabrum ſuum ſtans, operaretur opus ſuæ claritatis, vt expanderet lumen corporaliter in ſe plenitudinis Diuinitatis, vt *inhiantis in ſe plenitudinis Diuinitatis, vt oculi ſimplices in lumine eius gauderent, & oculi

Rabies Iudæorum in Ieſum.

Pſalm. 56.

Pſalm. 13.

Iniqua Iudæorũ calũniatũ bonum opus Chriſti.

Exod. 20.

Infra 18.

Colo ſſ. 2.

Supr. 3.

Infra 15.

& oculi nequam excuſationem de peccato non haberent. Hæc enim lucerna nullum oculum ob ſui præſentiam nequam eſſe faciebat, ſed tantũ à ſimplici oculo diſtinguebat, quemadmodum tu, quilibet bonus artifex, per oſtenſionem artis tuæ neminem inuidum eſſe facis, ſed tantum ab effectis deprehendis & diſcernis, quis inuidus, quis erga te beneuolus ſit. Cùm igitur in præſentia lucis, oculi nequam totum corpus tenebroſum haberent, adeo vt lucem in tenebris lucentem non modo nõ comprehendere, ſed etiam extinguere vellent, perſequebantur

Matth. 6.

enim illum Iudæi, propterea quia hęc faciebat in Sabbato, dicit eis: Pater meus vſque modo operatur & ego operor. Breuis ſententia, mirabilis cauſa, quia & perſecutores ſuos in ius vocabat, & nos beneuolos ſibi, ſicut lucerna fulgoris, illuminat. Beneuolos namque ſibi nos bonis operibus effecit, quorum vnum illud, quod nunc languidũ ſanauit, ad captandum beneuolentiam pertinuit. Nam quod ait: Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor, noſtri oratoris pro nobis perorantis, ſapientiæ Dei narratiuncula eſt, verbis lucida & breuis, ſenſu magna & mirabilis, cuius partem illam quę eſt, & ego operor, toto ſequenti ſermone argumentoſa veritas ob confirmationem noſtrę Fidei conſtanter & veraciter defendit. Audite Iudæi, audite Legem æquitatis, poſtulat homo iſte, quem vos perſequimini, quẽ vos ob huiuſmodi cauſam interficere quæritis, qua ſenatum orbis terræ beneuolum

**quamuis. Infra 8.*

ſibimet effecit. Die Sabbati reprehenſus de opere qualicunque non ſe de qualitate operis *quamlibet laudandi defendit, ſed de iure ſuo ſecundum natales ſuos cauſam legitimam conſtituens, veſtrum, imò totius orbis publicum auditorium non ſubterfugit.

Matth. 12.

Vos omnes ex Abraham nati, & omnes poſt Abraham eſtis: hic autem ex Abraham quidem natus eſt, ſed & ante Abraham eſt. Et non ſic operatur in Sabbatis, vt vos, cùm bouem vel aſinum adaquatis, non nihil negligentes in hoc Sabbatum, id eſt, requiem an-

Pſalm. 57.

cillæ vel aduenæ veſtri, veſtrum pecus ſoluentis & adaquantis, & idcirco non vult ſub æquali vobiſcum Lege teneri. Habetis Legem, eſtis quidem Legis periti, habetis Iudices, ſi verè vtique iuſtitiam loqui, & recta iudicare velint. Pater meus (inquit) vſq; modo operatur. Non indicat nunc primũ, quis vel vbi pater ſuus ſit, ſed hac re iamdudum vobis intimata, maximè per teſtimonium Ioannis id quod ſequitur, & ego operor, defendere intendit. Et illud planè concedere

Matth. 12. 1. Reg. 2. Deut. 3.

oportet. Nec enim negare poteſtis, quin ille talis pater eius, qualem iamdudum audiſtis, vſque modò operetur. Nónne ille vſq; modò in Sabbatis veſtris fecit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos? Nónne cunctis diebus, nullis feſtiuitatibus exceptis, occidit & viuere facit, percutit & ſanat, & quacunque die apprehenderit hominẽ dignum morte, quacunq; die peccator in manus eius inciderit, nõ eſt Sabbatum, quod illum de manu eius eruere poſſit. Nam, vt hoc taceam, quòd à ſubſtituendis animalium fœtibus, vel nutriendis terræ fructibus, non magis Sabbato quieſcit, quàm prima vel ſecũda Sabbati, An putatis, quòd vos, dum in Sabbatis veſtris onera peccati per portas veſtras, id eſt, per ſenſus veſtros infertis, qui vtique cùm ſint portæ & feneſtræ corporis, ingredietur mors per ipſos vſq; ad interiora ventris, cùm (inquam) eiuſmodi onera portatis, & longis iniquitatis funiculis trahitis, putatis dum vos iſta facitis in Sabbatis, & dum in Sabbato homicidium aduerſum me pertractatis, quòd pater meus tunc interim otioſus ſedeat, quia Sabbatũ, & non vos de libro ſuo deleat: imò peccatum veſtrum ſtilo ferreo in vngue adamantino ſcribat forti opere & profunda ſcriptura, quam in ſempiternum nemo deleat? Palàm ergo eſt, quia pater meus vſque modò operatur, & quòd non ita requieuerit die ſeptimo ab omni opere, vt cũcta quæ creauit deſinat magis Sabbato, quã alia die gubernare. Defendam itaque meipſum, dicens: & ego operor: Si aduerſamini, vera ratio, rationalis veritas vinculo ſuo conatus veſtros alligabit. Vos enim à Ioanne, quem conſulendum eſſe iudicaſtis, quaſi propoſitum, audiſtis, quòd Deus pater meus ſit, vos à me aſſumptum refellere non poteſtis, quin ille pater meus operetur vſque modò in die Sabbati. Concludo ergo dicẽs: Igitur & ego operor. Quid enim? Num ita vos inſanire audebitis, vt odio vel deſpectu Filij, Patrem quoque condemnetis & perſequamini, quia non vacat ab operibus vitæ veſtrę neceſſarijs, vel à regimine totius mũdi in die Sabbati? Rurſus legaliter aſtruere non poteritis, quòd Filius minus liber Patre ſuo ſit, quòd Filius Patre ſuo minus legitimus etiam Sabbati Dominus ſit. Quis enim filius legitime natus, patri ſuo natura vel cõditione poſtponitur? Nunquid Pater alterius vel diuerſæ ſubſtantiæ quam eiuſdem, cuius & ipſe eſt, Filium generare potuit? Facere quidem aliud poteſt, quàm id quod ipſe eſt, ſicut veſtrum quilibet dum pingit vel plaſmat, aliud profectò, quàm quod ipſe eſt, facit: ſed dum generat, profectò aliud quã id quod ipſe eſt, generare natura non concedit. Me autem ſolum pater non fecit, ſed genuit: ſicut vobis idem Ioannes, qui ſuprà dixit: Vnigenitus qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Ille vnigenitum DEI me eſſe perhibuit. Igitur & ego operor in Sabbato, quoniam minus liber, minùs legitimus non ſum patre meo. Propterea ergo (inquit) magis quærebant illum Iudęi interficere, quia non ſolùm ſoluebat Sabbatum,

Teſte Ioanne Bap. de quem conſulendum eſt pater Ieſu.

Supr. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

batum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo, videlicet dicendo: Pater meus vsque modo operatur, æqualé se facit, scilicet subiungendo, & ego operor. [Respondit itaque Iesus, & dixit eis: Amen amen dico vobis, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.] Hæc dicta quandam impotentiã insufficientis naturæ resonare videtur, sed si rectè aduertas veram, certam, stabilemq; Filij Dei omnipotentiam prædicare cõprobantur. Quæ cùm vero sensu fuerint perspecta, clarebit, & quàm rectè, quamque optimè responderit ita Iesus quærentibus se interficere. Et hoc primo sciendum, quia fœcunda oratrix sapientia Dei, ab hoc loco vsque ad id, quod longè inferiùs dicit: qui verò mala egerunt in resurrectione iudicij, firmissimis argumentis vtitur, vtpotè nobis verba faciens ad confutandas aduersarias partes Iudaicæ vel Hæreticæ prauitatis, & id ad confirmandam veritatem suæ Diuinitatis, necessariam omni Christiano homini.

Non potest filius à se facere quicquã, id est, non potest peccare. Iob 13. Prouer. 20.

Non potest (inquit) Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Quis vnquam Angelorum aut hominum, hoc de seipso protestari potuit? Quid enim Deum Patrem videt quis facientem, nisi omne bonum? Quid verò aliud est, quod ille non facit, nisi omne malum? Quod videlicet, qui facit, à semetipso facit, quia solus facit, quia seorsum extra Deum & Patrem facit. Quis ergo siue Angelorum, siue hominum, ita castum cor potest se habere gloriari, vt dicat, quòd à seipso quicquam facere non possit? Nam & Angelica natura malum potuit facere & fecit: & humana natura malum potuit facere & fecit. Et quidem sancti Angeli firmati sunt, & quia malo Angelo quicquam à seipso faciente, id est, malum faciente, ipsi Deo Principi suo adhærere maluerunt, hoc in remuneratione acceperunt, vt deinceps malum facere non possint, quia cùm possent facere, nolucrunt. Verùm hoc non est per naturæ ipsorum potentiam, sed per Diuinæ voluntatis remunerantem gratiam. Proinde etsi rectè dicatur, quòd iam à seipsis quicquam facere non possint, attamen non illud verum est adiungere, quòd facient quæcunque viderint Patrem facientem. Te igitur ô Arri, cuius mortui quoq; & in Inferno sepulti nomen fœtori & horrori est, toti magnæ & sanctæ ciuitati Dei, te (inquam) Filij Dei defensio præsens oppugnat, te hæc vox eius accusat, te verũ hoc eius testimonium verberat, te hic eius clamor æterna decollatione condemnat. Tu enim eundem Filium Dei creaturam dixisti, tu factum esse inclamasti, tu, tempus erat quando non erat, adinuenisti, tu conuertibilem (heu pollute & immunde) id est, de bono ad malum æquè vt Angelicam vel humanam naturã deflexibilem esse delatrasti.

Angeli boni quõ non possunt peccare.

Denique cùm hæc de Iudæis diceret, iam hic horrisonus furor tuus in auribus eius erat, iam te inter illas Iudæorum turbas tumultuantem & vesanientem audiebat, iam aduersus blasphemias tuas seipsum defendendum, fuisque fidelibus succurrendum esse sentiebat. Ait ergo: Amen amen dico vobis, non potest Filius à seipso facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Quid est hoc ô Arri, nisi idem ac si dixisset: Non est Filius conuertibilis, id est, de bono ad malum flexibilis? Quid enim vnquam vidit Patrem suum intus vel foris, in cælo & in terra facientem, nisi valde bona? Sed ipse non potest quicquam à seipso facere, nisi quod viderit Patrem facientem. Ergo non nisi omne bonum Filius facere potest, ergo de bono in malum mutabilis aut flexibilis non est, ergo conuertibilis non est. Et vos itaque ô Iudæi, quid illum quasi absque patre suo quicquam facientem, solùm propter Sabbata vestra persequimini? Cùm patrem eius vsque modò operantem culpare non audeatis, cur Filiũ interficere queritis? Fortè dicitis: Deus pater, quoniam Lege Sabbatorum non tenetur, semper operetur, quia non nisi bonum vnquam operatur, nec euenire potest, vt malum operetur: Amen amẽ (inquit) dico vobis, nec Filius vnquam nisi bonum operatur, nec fieri potest vt aliud vel aliter quàm pater operetur. Ergo consequẽs est, vt & ipse semper liber operetur, vt nulla Sabbati Lege teneatur, vt etiã ipse Sabbati sit Dominus. Sed adhuc parum est. Nam hac prima propositiuncula concessa, constat quidem, quòd Filius nihil nisi bonum facere queat, sed nondum consequi videtur, quòd nullum bonum factum sit à patre absque Filij cooperatione. Rationem ergo subiungit, ex qua constet, quod in prædicta propositione nihil omninò exceperit.

Non est filius conuertibilis.

[Quæcunque enim ille fecerit, hęc & Filius similiter facit.] Hoc diligenter intuendum est, quia non solum id quod prædictum est, sed tria pariter magnifica nobis hac breuiratiuncula perscribit, scilicet quod hęc ipsa faciat quę pater fecit, & non alia, & non partem aliquam ex eis, sed omnia, & quod non dissimiliter, sed similiter, id est, quod patre faciente, per naturalem omnipotentiã, non faciat Filius per accidẽtalem, vel indultam sibi gratiam, quod patre faciente impassibiliter, non faciat Filius passibiliter, quod patre faciente inconuertibili imperio, non faciat Filius conuertibili artificio. Hoc (inquam) diligenter intuendum est, quia non dixit: Facit alia, sed hęc: quia non dixit, similia, sed similiter. Proinde non sic accipimus Patrem & Filium, quemadmodum duos artifices, Magistrum & Discipulum, illum facientem, istum in alia materia magistri opus imitantem, sed Deum patrem omnia faciẽtem, & cum illo Deum Filium eadẽ cuncta compo-

Filius facit eadẽ & omnia quæ pater, & similiter.

componentem. Ipse enim Filius Patris sapiẽtia Dei est, ac proinde non aliter sine dubio intelligendum id est, quod nunc de seipso dicit Filius, quã illud quod alibi Dei sapientia de seipsa loquitur: Quando præparabat cælos aderam, quando certa lege & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & liberabat fontes aquarum, quando circundabat mari terminũ suum, & legẽ ponebat aquis, ne transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo erã cuncta cõponens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludẽs in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cũ filijs hominũ. Igitur cuncta q̃ Pater facit, non minùs Filij quàm Patris opera sunt. Sed & adhuc parum dictum est. Nondum enim satis apertè claret, vnde sit illa tam concors societas, tamq; socialis concordia, vt alter sine altero, id est, Pater sine Filio, vel Filius sine Patre nil faciat. Sequitur ergo: [Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit.] Hoc iam alio loco in testimonio, q̃ perhibuit Ioannes, dictum est, quia Pater diligit Filium, scilicet non alia dilectione, nisi Spiritu S. quia Spiritus sanctus Patris & Filij dilectio est: Diligit (inquit) Pater Filium, & demonstrat ei omnia, quæ ipse facit. Vt quid illi demonstrat? Nũquid vt sciat quod priùs nesciebat? Absit. Quomodo enim à quoquam sua potest instrui sapiẽtia? Et nũc enim dictum est, & omnib. notum est, quia filius est Dei sapiẽtia. Vt qd ergo demõstrat ei omnia quæ ipse facit? Planè non vt sciat, sed vt dijudicet omnia. Et quidẽ aliud quoque dicẽdũ est, sed hoc verũ est, quia nõ ad hoc vt sciat, sed vt dijudicet, demõstrat illi omnia. Nõ em̃ facere quicquã vult, nisi q̃ filio suo primum placeat antequam faciat. Quid ergo? Num istuc derogatur Patri, tanquam Filij dijudicationem in operibus suis expectanti? Absit. Imò plurimum laudis asscribitur. Quis enim non laude dignum ducat, sapientem quempiam opere sibimet proposito, quod bona voluntas facere suggerit, vel ad quod agendum bonum studium protrahit, federe sibimet apud se, & cum mente sua vel ratione ptractare opus quod præparat vt sciat, quo sine vel fructu illud faciat? Quinetiam postquam aliquid fecit, quod accuratum, vel irreprehensibile esse velit, rursus sensui suo nonnunquã ingerit, vt ad vnguem perficiat, si quid abesse deprehẽderit. Quid aũt est Filius Patris, nisi eius sapientia, quæ (vt prædictũ est) quando præparabat cælos aderat, cũ eo componens omnia? Benè ergo & laudabiliter Filio Pater demonstrat omnia, quæ ipse facit, quòd profectò aliter intelligendum non est, quã illud quod alibi in laude eius scriptura dicit: Omnia in sapientia fecisti. Hanc demonstrationẽ digitus Dei per scriptorẽ Legis Moysen in initio liber Geneseos apertè exprimit. Singula

Prou 18.

Cur pater demonstrat omnia filio.

Psal 103. Et vidit Deus quod esset bonum Gen. 1.

Quõ cooperatur Pater & filius

nãq; opera Deus primũ ipse facit, deinde singula videt, & de singulis iudicat, quia bonũ est. Videlicet Pater in sua pſona operatur, in Filio suo (vtpotè qui est sapientia sua) singula videt, in bona voluntate sua, scilicet in Spiritu S. delectatus dicit, quia bonum est. Cum que omnia sapientiæ eius, id est, Filio demõstrata placeant, & singulorum facta dierum bona iudicentur in solo secundi diei opere tacetur. s. vbi aquæ superiores à subteriori-bus diuiduntur, maximeq; illud q̃ præmissum est, diuisitq; lucẽ & tenebras, à laude bono secluditur. Nã anteq̃ dicat: diuisitq; lucẽ & tenebras, laudatio solius lucis præmittitur, dicente scriptura: Et vidit Deus lucẽ q̃ esset bona, atq; ita sine laude extrinsecus subiungitur, diuisitq; lucem & tenebras. Denique in hoc mundanæ fabricæ, visibili opere, cũ diuideret Deus lucẽ à tenebris, vel ab aquis aquas, damna inuisibilis patriæ respiciebat, vbi mali Angeli peccando tenebręfacti, à luce, id est, à bonis Angelis diuisi sunt, & multitudines aduersæ à multitudine Angelorum in supernis persistentium, veluti istæ elementares aquæ, æterno firmamento diuisæ sunt. Cuius diuisionis imago est eadẽ diuisio aquarum, eadem diuisio lucis & tenebrarũ visibilium. Itaq; cũ cætera demonstrata sibi quæ Pater faciebat, bona iudicaret sapientia Dei, de hoc solo (vt prædictum est) diuisionis opere tacuit, quia videlicet in diuisione nullius erat significatio boni. Igitur pater diligit filiũ, & demõstrat ei omnia q̃ ipse fecit, quia profectò cũ omni diligentia sapientiæ suæ ad honorem ipsius omnia fecit, & secundum beneplacitũ illius vniuersa distribuit. Attamen notandum, quòd non de præterito tempore dixit, & demonstrauit ei omnia, quę ipse fecit. Quod si dixisset, de prędicta solummodò creatione dixisse putaretur, quòd tunc illi demonstrauerit, quando illas vt essent creauit. Sed præsenti tempore: demonstrat (inquit) ei omnia quæ facit, quod vtiq; non arbitrandum est, dictum esse ab eo sine magno rei pondere ad præsens tempus pertinentis. Quid enim nunc dũ ista dicit in carnatus filius, facit pater eius. Facit vtique instaurationẽ omnium, quæ in cælis, & quæ in terra sunt. Per quem, nisi per ipsum Filiũ? Quem proposuit ipse, sicut Apostolus ait: Ipse * dispensationem plenitudinis temporũ instaurare in Christo omnia quæ in cælis sunt, & quæ in terra sunt in ipso. Quomodo ergo non demonstrat ei hoc ipsum, quòd nõ facit nisi per ipsum? Quomodo nõ demonstrat ei nostrã salutem, per cuius obedientiã proposuit faciendam esse salutem? Nónne de his quæ facienda sunt, mandatum dare idipsum est, ea quę facienda sunt demonstrare? Planè neque Grammaticos, neque Oratores, siue Dialecticos arbitramur posse cum ratione refragari, quin omnis præceptio demõstratio sit. Nam & Demonstrato

Cur dicitur hic pater demonstrasse filio quã de illas vt essent creauit, monstrauit Esaiæ 1.

dispositionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

res artium, Præceptores appellare solemus. Multò magis ergo præcipientem dicimus demonstrare. Omnis enim qui præcipit, vel mandatum dat, vtiq; demonstrat, sed nõ econuerso, omnis q aliquid demonstrat, præceptum vel mandatum dat. Dicit autem ipse Dñs alio loco: Et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Quod cũ diceret, vtiq; ad Passionem ibat, qua instauranda erant omnia, quæ in cælis, & in terra sunt in ipso, scilicet, ruinæ Angelorum in cælis, de hominibus, qui priùs restaurantur in terris. Igitur benè & propriè, secundum communem quoque sermonem. Pater (inquit) diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, q̃ non est aliud quã si dixisset, & per obedientiam eius restaurationẽ omniũ facit. Honestiùs quoq; & magis propriè dixit, demõstrat ei, quã si dixisset: præcipit vel imperat ei. Solemus enim inferioribus, & seruitium iure debentib. imperare, cõparibus autẽ rem, quam oporteat ab vno nostrũ fieri, rectiùs dicimur demonstrare, quã præcipere aut imperare. Est autẽ Patri compar Filius, quia videlicet in Trinitate omnium creatrice & gubernatrice nihil omninò dispar est. His igitur pro posse explicatis, sequẽtia videamus.

Ioan. 14.

Sequitur: [Et maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini] Quoniam (inquit) de his quæ me nunc videtis facere, malè admiramini * stulta quippe dementati, & hostiliter inuidentes, me occidere quæritis, propterea quod me iubente, languidus in Sabbato sanus surrexit, & sustulit grabbatum suũ, & ambulauit. Propterea dico vobis: Maiora his demonstrabit Filio Pater opera, vt vos miremini, id est, digna admiratione fiãt in vobis: Demonstrabit (inquam) nunc mihi, & omnibus meis, in rei euidentia, q̃ olim demonstrabit mihi in præscientia. Deus enim ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Et ego respondebo illi: Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Dñe. Hoc (inquã) ostendit, hoc demonstrauit, hoc præcepit mihi, & ego sic respondi, & sic petiui, & ipse effectum eiusdem petitionis demonstrabit mihi. i. faciet, me quoque faciente pariter. Quæcũq; enim ille fecit, hęc & ego (vt suprà dixi) facio similiter. Sed ipsa maiora iam audite opera. Dixi vobis, quia maiora in his, quæ nunc videtis, mihi Filio suo demonstrabit Pater opera. Et verè maiora. [Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat. sic & Filius, quos vult viuificat.] Magnitudinem demonstrationis, qua Filio demonstrat Pater viuificare, quos vult, magnitudinẽ (inquã) vel onus, q̃ Iudæi ferre non valentes, malo suo mirantur, intellectu nostro apprehendere nõ possumus, nisi primùm nouerimus, qui vel quales sint mortui, quos Pater suscitat & viuificat, & Filio demõstrat vt similiter faciat. Nũquid de Lazaro dicit vel cæteris, quos iterũ morituros suscitauit? Et quidẽ maius fuit illos suscitari, quã languidũ xxx. & viij annos habentẽ infirmitate sua sanari, sed ea longè maiora sunt, ad q̃ nos mittunt huius sequẽtia lectionis, quę nescire nõ possunt Iudæi, quæq; velint nolint, coguntur mirari. Nã totum pondus huius operis in eos vertitur in his duabus clausulis, quas ita interposuit in precedẽti versiculo, cũ dixisset: Et maiora his demõstrabit ei opera, mox adiungens vt vos mireminí, in sequẽti cũ dixisset: sic & Filius quos vult viuificat, mox nationẽ hanc subijciẽs, neq; pater iudicat quẽquam, &c. Igitur isti quos pater suscitat & viuificat, illa morte mortui intelligẽdi sunt, q̃ inuidia Diaboli peccatũ introiuit in mundũ, qua oẽs per vnũ hominem mortui in anima mortales & quotidie morientes in corpore, & in vtroq; æterna digna nascuntur condẽnatione. Ab ista duplici morte per gratiã Dei saluãtur Electi, quorum patres & principes, Abraham, Isaac, & Iacob, fuisse sentientes Iudæi, de illorum superbiebant meritis, sibi solis vitam deberi, Gentes autem omnes ad eandẽ non pertinere arbritrati. Iamq; vitam eandem redditam patribus suis, sibiq; repositam autumabant secundum promissiones Dei patris, quem videlicet dicebant, quia Deus noster est, absque notitia vel nomine Filij, ti ne quo pater nihil facit, nam demonstrat ei (vt suprà dictum est) omnia quæ ipse facit. Ait ergo: Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat. Quo dicto vtranque percutit erroris partem, scilicet, & quòd patres suos iam absque necessaria Filij operatione consummatos esse, & quod se solos ad Deum vel hæreditariam vitam autumabant pertinere. Ac si dicat: Qua gratia simul & omnipotentia mortuos & de mortuorum congerie natos pater vocauit ad vitam, ante manifestationẽ Filij (priùs enim pater quam Filius hominibus innotuit) eadem gratia simul & omnipotentia Filius in hoc tempore suæ manifestationis, quos vult ad vitam reuocat, de eadem perdita massa generis humani. Auscultate quid vel quomodo dixi: Nõ enim dixi, sic & filius ipse filios Abrahę viuificat, ne vana opinionem vestrã confirmẽ, quòd Iudæorũ tantũ salus aut vita sit, sed dixi: quos vult viuificat. s. siue Iudęi, siue Gentiles sint, sicut pater quos voluit de Gentilib. de Chaldæis, ante Filij demonstrationem, videlicet patres vestros, nullo ex debito ad sui notitiam vocauit. Nam & patres de communi massa, de Gentibus in primo parente damnatos, ad gratiã suã vocauit. Sanè prætereundũ nõ est, quod eos qui fuerunt ante aduentũ Filij, rectè pater suscitare & viuificare dictus sit, q̃ tametsi pater illos nõ sine Filio vocauit, tametsi aliqui ex eis, q̃ phetico spiritu cognouerũt Filiũ patris, tali tamen vocatione vocati,

** stultitia.*

Maiora his demonstrabit, scilicet vltionem cõtra Iudæos.

Sap. 2. Rom. 5. 1. Cor. 15.

Non solum Iudæi sed Gentes viuificã tur.

Filius quos vult, viuificat.

Gen. 12.

vocati, tali Lege instructi sint, vt nequaquã per illã patenter agnosci, & publicè prædicari Dei Filius potuerit. Et notandũ, quod de Patre duo verba, scilicet, suscitat & viuificat dixit: De Filio aũt vnum solũ verbum. i. viuificat, inquit. Pater quippe non eodem tempore, quo patribus innotuit, nõ, inquã, eodẽ tempore salutis opus perfecit in illis, dum melius aliquid, p nobis disponit (inquit Apostolus) vt ne sine nobis cõsummarentur. Filius autẽ eodẽ tempore, quo mundo innotuit, salutẽ nostram cœpit facere simul & perfecit. Vnde illi rectè dicuntur primũ beata spe suscitati, & deinde lõgo post tempore re ipsa viuificati. Nos aũt qui in plenitudine tẽporis sumus, solummodò viuificati rectè dicimur & sumus. Quia videlicet vno eodẽq; tempore credimus, & vitã quam in Adã per didimus, per spiritũ remissionis peccatorum regenerati accipimus. Benè ergo de Patre loquens: Suscitat (inquit) & viuificat. De Filio autẽ solum ait, viuificat. Ut sine vlla exceptione Gentilis, aut Iudæi quos vult (inquit) viuificat, nulli quicq debens, sed sola voluntate gratuita, vel volũtaria gratia iustè morti addictos, misericorditer ad vitã reuocãs. Quod non dissimiliter à Patre se facere subiecta ratione comprobat. [Neq; enim Pater iudicat quenquã, sed iudicium omne dedit Filio.] Proinde (inquit) Filius nec in hoc dissimiliter à Patre quenquã facit, quod absq; distinctione Gentilis ac Iudæi, circuncisionis & præputij, quos vult viuificat, quia nec ipse Pater secundum genus, aut secundũ carnem quenquã iudicat i. discernit vel distinguit, quod vel maximè ex eo patet, quòd & Abrahã cùm in præputio esset, amicùm suũ illum appellauit, & Esau cùm circuncisus esset, odio habuit. Sed quid? Omne (inquit) iudicium dedit Filio, videlicet vt tam in præsenti, quã in futuro iudicio præsideat. Et in præsenti quidem occulta eius Diuinitas: in futura autem manifesta iudicet ipsa, quam assumpsit, & quæ tam à malis, quã à bonis videri possit, forma serui. In quo ergo apud ipsum discernimur? Quæ nam est Lex iudicij, vel quod edictum Iudicis & Regis huius? Sequitur: [Vt oẽs honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.] Ecce quanta cũ suauitate rationis fortitudinem iudicij sui loquitur sapientia Dei. Iam incipit iudicare superbam, atq; iniuriosam præsumptionem Iudæorum, conuincens illos in honorare Deũ suum, quem multum se honorare putabant in stercore Sabbatorum, cæterarumq; solẽnitatum suarum, quod iamiam iuxta Prophetam proijciendum erat super vultus eorum. [Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.] In quorum concione hominum sententia hæc non staret, prolata ore Senatoris, siue Causidici, spectare ad gloriam patrum honorem filio suum, & econtrà, lædi patres in iniurijs filiorum: Patres quippe filios diligunt, & affectu eorũ in illis reconditi sunt, vnde & suauiùs in filijs honorem suum sentiunt, & in eisdẽ acerbiùs iniurias suas recipiunt. At illi cùm in templo manu facto Patrem de carnibus taurorum, quos offerebant, & sanguine hircorum, honorare se dicerent, & Sabbata eius prædicarent, sæuo sacrilegio Filium in templo corporis sui non manu facto habitantẽ, persequebantur, & interficere quærebant, præsertim cũ ipsi misissent ad Ioan. & ex testimonio, quod ille perhibuit veritati, scirẽt ipsum esse Filium Dei, quãuis ille testimonium ab hominib. non acciperet, ex operibus quæ ipsi faciebant in nomine Patris sui, testimoniũ habens maius Ioan. Mentiebantur ergo, quia non solũ secundum cælestem veritatẽ, sed & secundum cõmunem sensum hominum vel morẽ, quia non honorificant Filium, non honorificant Patrẽ qui misit illum. Proinde nequaquã arbitrentur, quòd ad Deum Patrem pertineant, imò nec ad ipsum, quẽ Patrem suum esse mentiuntur Abraham. Non dicant, sufficit nobis sic adorare quomodo adorauerunt patres vestri, qui absq; isto filio Deum vnum adorantes, amici eius appellati sunt, & cælestia beneficia cũ signis & prodigijs multis & magnis consecuti sunt. Ne (inquam) cæca superbia falsi hoc dicant. Nunquid enim aliqui patrum sine Fide & Spe seminis, quòd Abrahæ promissum est, in quo benedicerentur omnes Gentes Deo placuerunt? Quod autem hoc semẽ est nisi Christus? Nónne Fidem habentes seminis huius in cărne sua, quã parte semen ipsum naturaliter traducitur, signum circuncisionis acceperunt. vt illo tali ligno testimonium haberent, quòd hoc semen benedictionis se expectare profiterentur? Sed de hoc iã alio loco plenius dictum est. Non ergo seipsos decipiant. Non enim Pater illos de manu Filij liberabit. Ille quippe omne iudiciũ Filio dedit, Psalmista testãte qui dicit: Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuã filio regis, videlicet Lege præscripta, quã subiunxit, dicens: vt omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. Omnes (inquam) qui viuificari volunt, qui cupiunt subleuari de congerie mortuorum. Quisquis ille sit, siue Iudæus siue Gentilis, si viuere cupit, nihil diminuat, nihil detrahat Filio de vniuerso honore Patris. Neque hanc faciat iniuriã Patri, vt dicat eum aliud genuisse, quàm idipsum quod ipse qui genuit. Qui enim iussit vt terra proferret herbam virentem & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque semen suum secundum speciem suam, itemque vt homo gigneret ad imaginem & similitudinem suam. Qui (inquã) hæc iussit & statuit, præceptumque posuit & non præteribit, quomodo sine sacrilegio dici potest, quod extra speciem suam,

Hebr. 11.

Hebr. 9. Quem Iudæi inhonorabant patrem.

Neque enim pater iudicat quenquam

Malac. 1. Rom. 9.

Omne iudicium dedit filio.

Malac. 1

Honor patrũ in honore filiorum.

Ioan. 8.

Su. lib. 3.

Psal. 71.

Gen. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel contra genus suum solus ipse filium genera-
uerit? Si enim (vt Arrius incontinenti
Psal. 148. ore dicere præsumpsit) cùm sit ipse incóuertibilis vel incommutabilis, filium conuertibilem siue commutabilem genuit, profectò contra genus, spiciemue suam fructũ protulit, nec in semetipso retinere potuit id quod rebus omnibus, quas ipse creauit, potenter indulsit. Sed his omnibus malitiæ &
Omnia patri & filio communia excepta personarum proprietate Ioan. 8. Rom. 10. nequitiæ vocibus iamdudum explosis, quas antiquus persecutor Filij Dei Diabolus pater mendacij ex proprijs locutus, nequissimis auditoribus suis insusurrauit, quæcunque sunt honoris, quæcunq; gratiæ & veritatis, quæcunq; veræ integritatis, & perfectæ charitatis vocabula, cũ sensus veritate, Patri & Filio communicamus. His exceptis quæ personarum necessaria distinctio, singulis ꝓpria reseruare postulat, vt vterq; Deus verus & Dñs, increatus, immensus, æternus, omnipotens, sine initio, & sine fine, inconuertibilis, atq; incommutabilis, à cunctis fidelibus vitam desiderantibus corde ad iustitiam credatur, & ore ad salutem æternã prædicetur, pari honore, æquali gloria, indissimili laude. Igitur per hanc honorificentiam Filij facta & completa voluntate Patris, adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno, testimonium habentes salutis nostræ necessarium, quòd non consentanei simus antiquo peccatori, qui consurrexit aduersus hunc Filium Dei,
Hebr. 4. & primum hominẽ eadẽ præsumptione cõsurgere fecit, dum eundem Filiũ, qui solus verè est similitudo Dei Patris, quiq; solus altissimo similis est, non honorificarunt, dicẽ-
Esa. 14. tes: altissimo similes erimus & nos. Qua intentione cũ præceptum transgressus esset Adam, Deus vnus, Pater, & Filius, & Spiritus S. cũ lugubri ironia sic loquitur: Ecce Adã
Gen. 3. quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum
Rom. 12. & malum. i. reuera vacuus à veritate sciẽtię,
Ezech. 28. nihilq; habens veræ sapientiæ, dum plus appetit sapere, quàm oportet sapere. Diabolo quoq; sub eadẽ ironia Ezech. Propheta sic improperat. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt. Tu Cherub extentus & protegens, &c. Nam quia aureæ, id est, Diuinæ, substantiæ se esse præsumpsit, & cùm foramina eius præparata essent, id est, rationalitas, qua Dei capax esse poterat, maluit aurum falso videri quã preciosus esse lapis, & auro vero ligari maluit Cherub, id est, plenitudo scientiæ
Ibidem. videri, & super consubstãtiales spiritus, à seipso tanquam ad propagandum eos extendi, quàm coæqualis esse illis, & cum eis laudare veram sapientiam, in qua Deus omnia facit. Vnde cum ironia (vt prædictum est) cũ reuera infatuatus sit, & quantum cum cæteris habere potuisset de vera sapientia perdiderit, sicut paulò pòst Propheta idem exprobrans illi: Eleuatum est (inquit) cor tuũ
Ioan. 8. in decore tuo, perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. Non enim nunc primùm Diabo-
1. Ioan. 3. lus huic Filio Dei detrahere cœpit, cùm per
Quid est filiorum Iudæorum & Hæreticorum tantas ad-uersus illum blasphemias euomit, sed ab ini-tio homicida extitit odio, quo occiderat Fi-lium Dei, & quod impleuit per Iudæos, vbi illum in ea natura inuenit, in qua posset actu quoq; perpetrare scelus homicidij. Item nõ nunc primum hoc præceptum datur hominibus, omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Quid enim est quod dixit Deus primo homini: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, nisi quod sub velamine literæ carnalibus eius temporis, quo hęc scripta sunt, hominibus absconditũ est, dixisse Deum, aduersus sapientiam Dei, sicut Diabolus se extulit, non te extollas? Non enim reuera in illo ligno illa virtus erat, vt gustato fructu eius tantam scientiam haberent homines, vt essent sicut Dij, scientes bonum & malum (quod ab effectu palã nimis datur agnosci) sed mendacij Pater ista cõfinxit & mẽtitus est, quia nõ sic aperti sunt eorum oculi, vt essent sicut Dij, sed in hoc duntaxat aperti sunt oculi eorum, vt se nudos, id est, honore pristino spoliatos esse cognoscerent, eò quòd Diuinum honorẽ prę ripere gestissent. Sed & illud Diabolicæ blasphemię est, quod nõ dixit: Eritis sicut deus,
Eritis sicut Dij. sed eritis (inquit) sicut Dij, videlicet inseparabilis Trinitatis odio, quo nunc vsque per ora Iudæorum vel Hæreticorum, Deũ Patrem & Filium eius Deum nobis confitentibus, oblatrat, dicens nos plures colere deos. Potest quidem sic intelligi, dictũ esse lignũ scientię boni & mali, eò quòd gustu eius per inobedientiam præcepto, futurum erat vt experimentum haberet homo, non solùm boni, sed etiã & mali. Verùm non ea spe homo comedit, vt experiretur mala. i. vt subiaceret malis, sed vt iuxta promissum Serpentis similis fieret Deo, quem nil potest latere boni aut mali. Quapropter illud quoque lignum ironicè dictũ est, lignum scientiæ boni & mali. Igitur non nouo consilio nunc primum indicitur hominibus, vt oés honorificent Filium, sicut honorificant Patrem, verùm mirabili cum fœnore nostræ humilitatis præceptum redditur, quo Filio Dei debitus honor exigitur, vt summæ sapientię Dei sensum nostrum inclinemus & subijcia-
Quomodo honorificandus est Filius. *Psal. 145. Prou. 8.* mus. Nam quia subesse contempsit homo sapientiæ Dei, cælum & terram, mare & omnia quę in eis sunt creanti, & cuncta cum Patre componenti, nunc ab eodem exigitur, vt se subijciat de fœmina nascenti, & sic honorificent in cruce pendentem, sicut honorificandum esse sentit Patrem in sua maiestate, absque carnis susceptione, vel mortis Passione rutilantem. Sed huius honorificentiæ

præmium

præmium vel vtilitas ex subsequentibus diligentiùs pensanda est. Non enim adhuc ex superioribus satis apertè liquet, qualiter. i. qualẽ ad vitã, mortuos equè vt Pater, viuificet: quæ profectò tota honoris impensi Filio Dei remuneratio est. Sequitur ergo: [Amen amẽ dico vobis: quia qui verbum meũ audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam & in iudicium non veniet, sed trãsi et à morte ad vitam.] Verbum eius, id est, doctrinam eius, sic accipere debemus aduersus supradicti Diaboli mẽdacium, velut antidotum medici veri & optimi contra mortiferum serpẽtis haustum, iamq; imbibitum medullis omnibus venenum. Ille namq; homicida nouerat, ꝙ si homo consilium eius
Ezech. 5. 1. Pet. 5. audiens, non crederet illi qui dixerat: Quacunque die comederitis ex eo morte morie mini: & hoc sciens, persuasit vt comederet, & comedenti cum morsu pomi venenũ æternæ mortis infudit. Hic econtrà sciens, ꝙ si homo auertat aurem suam ab illa lingua coinquinata, & ab illo verbo mendacij, & humiliter sub potenti manu Dei, credens illi semper verum dicenti, vitam recuperare possit, quã in primo parente perdidit, ait ergo: Amen amen dico vobis, quia qui verbum meũ audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternã. Ecce qualem honorem
Duo testes Pater & filius. Deut. 17. Ioan. 8. suum quærit Filius Dei, ecce quomodo cum Patre vult æqualiter vel similiter honorificari. Verbum suum audiri, Deo Patri vult credi. Quo fructu suo vel commodo? Nullo, sed vt vitam æternam suus habeat auditor. Ergo gratia pro homine laborat. Notandum enim, quòd tanquã in conflictu stãs
Ioan. 14. testes duos profert, videlicet seipsum & Patrem dicens: Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me. De quib. alibi sic dicit: Nonne scriptum est in Lege vestra, quia duorum hominum testimonium verũ est? Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater. Hos (inq;) duos testes nunc audiendos offert. Operabatur, vera secundum Scripturas loquebatur. In loquela veritatis seipsum, in operibus mirabilibus præsentabat Patrem suum. Sic enim alibi dicit: Pater autẽ in me manẽs, ipse fecit opera. Idem: Opera quæ dedit mihi Pater vt perficiã ea, ipsa testimoniũ perhibent de me. Quia Pater me misit, vel certè in præsenti Euãgelio seipsum in antiquis Scripturis, quas illi refellere nõ poterant, testẽ adhibet Deum Patrẽ suũ. Sic enim paulò inferiùs dicturus est: Opera quæ dedit mihi Pater, ipsa testimonium perhibent de me, quæ profectò opera sunt, quæ per ipsum prædicantem, & à mortuis resurgentem, & deinceps per Euangelizantes eius Apostolos facta sunt. De Patre autem confestim subiungit: Et qui misit me Pater, ipse testimoniũ perhibuit de me. Quod testimonium? Scrutamini Scripturas, &c. Igitur magna dicturus, magna & necessaria expositurus, illa scilicet, de quib. suprà dixerat: maiora his demonstrabit opera ei, vt vos miremini, satis opportunè duos testes idoneos contra suos oblocutores statuit, satisq; magnam & optabilem pro solo auditu testium remunerationẽ promittit. Totus mundus, cuius contra principem foras eijciendum iudicium nunc agitur, cælestis huius Rhetoris rationem, semetipsum nostri causa legitimè defendẽtis, intentis cordis aurib. exaudiat. Qui (inquit) verbum meum, id est, præsens audit Euangelium, & credit ei qui misit me, videlicet quòd sicut promisit Abrahæ, & sic ut per Prophetas suos prædixit, Pater Deus miserit me. Qui (inquã) audierit quod nunc dicturus sum, & cùm Pater, qui in me manens ipse facit opera, verum verbum me dixisse comprobauerit, à mortuis resuscitandum me, credet ei, & suscipiet me, iam ille quisquis sit, habet vitam æternam. Et vt certiùs sciat quid dixerim, ne hoc suspicetur quis, quòd dixerim ego, non illum carnem suam corruptibilem vnquam depositurum: plus & melius est quod dicam, quia in iudicium non veniet, id est, in damnationem generi humano, propter peccatum Adæ debi-
Triplex ofa eorum, qui ad iudicium venient, dicunt. tam, non incidet. Illud quoq; sciat non me, dixisse, quia ad iudicium non veniet, omnes enim præter illos, qui Legem nõ acceperũt, ad iudicium venient, tribus ordinibus distinctis, scilicet alij iudicandi & damnandi, alij iudicandi & saluandi, alij nullatenus iudicandi, sed Iudices & Senatores cum Domino suo sessuri: quarta parte hominum. i. illis qui sinè Lege (vt prędictum est) peccauerũt, sinè Lege condemnatis: sed hoc me dixisse nouerit: quia in iudicium non veniet, id est, debitam ex paternæ præuaricationis præiudicio damnationem non incidet. Sed quid? Transit à morte in vitam. Nec dico nunc, ꝙ
Hebr. 2. transiet à morte in vitam, sed hoc dico, quia verbum meum audiendo, & credendo ei qui misit me, iam transit à morte animæ. Non dico ad vitam, vt stet secus illam, sed à longè prospiciat & salutet illam, sicut Abraham, Isaac, & Iacob, & cæteri patres, qui à
Ephe. 4. Lucæ 15. Rom. 8. longè prospexerunt & salutauerunt illam, & defuncti sunt omnes, non acceptis promissionibus huius: sed hoc dico, quia transijt in ipsam vitam breui transitu: quippe cùm ipsum transire non sit aliud, quàm renasci ex
Mortui audient vocẽ filij Dei. Aqua & Spiritu sancto. Credendo enim dũ baptizatur transijt, & regeneratus est, & de veteri nouus, de perdito inuentus, de mortuo viuus factus est Nam & si corpus mortuum, id est, mortale est, propter peccatum, spiritus iam viuit propter iustificationem. Sed dicitis: Quis te audiet? Aut quando istud quod loqueris fiet? Quis denique nõstrum auditu tuo, quis vita indiget? Ad hęc inquam. [Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicēt vocē Filij Dei,& qui audierint viuēt.] Si mortui, estis imò cùm mortui sitis, mortem vestram agnoscetis, vos primi ex mortuis audietis,& audiendo primi à morte animarum vestrarum resurgetis. Nunc autem dicitis, quia viuitis, iam nunc alijs mortuis, vt ipsi audiant, inclamādum est. Et hoc erit mirabile quòd illi, qui tāto profundiùs in mortem descenderunt, quanto longiùs à Deo viuo recedentes, Deos mortuos adorauerunt, audientes viuent, & vno eodemque auditu excitati, tam originalis peccati, quā omnium actualium peccatorum æternam mortem effugiēt,& de tam longinquo mortis Baratro, vnum breue Fidei verbum cōfitendo, in arcem salutis, in medium vitæ exilient. De huiusmodi mortuis nunc dico, de hoc transitu illorum ad vitam nūc loquor. Alioquin si de mortuorum vniuersali resurrectione nūc loquerer vniuersaliter, omnes mortui audient, dixissem: neque ita determinassem, dicendo:& qui audierint viuent. Nō enim in illorum arbitrio est audire & viuere, sed ex necessitate desuper veniente, erit omnibus audire: & resurgere. Nunc autem non omnes audient, non enim omnium est Fides, sed plerique audient,& qui audierint viuent. Illa hora iam venit,& nunc est. Olim in Prophetis loquēs Pater dicebat: quia veniet, nunc in Filio suo loquens dicit: quia venit & nunc est. Audient (inquā) vocem Filij Dei, non autem videbunt formam serui, formam Filij hominis: vocem (inquam) audient non solū Patris, aut vocem Dei, sed & vocem Filij Dei, id est, vocem simul Patris, & Filij Dei: & idcirco nunc rectè dixerim, vocem Filij Dei, cùm aliàs me appellare cōsueuerim Filium hominis: quia videlicet nō secundum hominem ad illos pergam, sed secundum Diuinam maiestatem vbique præsentem,& non in Deum tantùm, sed in me Filium Dei credent, atque ita verbum Dei audientes (sicut prædictum est) viuent. [Sicut enim Pater vitam habet in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est:] Præsentis loci sensus luci-

Non loquitur hic de generali resurrectione 2.The. 3.

Lucidus hic sensus oculos hæreticorum excæcat.

Obiectio.

disimus, ita prauas Hæreticorum mentes obnubilat, quemadmodum sol quantò splēdidior est, tantò magis sordidos oculos, lipporumque palpebras putres reuerberans, penè excæcat. Quid enim pulchrius aut iucundius hac ratiocinatione sanis effulgeat oculis, vbi præmissa viuificantis mortuos potentia Filij Dei, talis ratiuncula succinit? Hac namque benè perspecta, liquet etiam, quàm rationabiliter omne iudicium dederit Filio Pater.

At verò Hæreticus malitiæ puluere cæcatus, vbi legit: Quia Pater Filio vitam dedit habere in seipso, & quia potestatem dedit ei iudiciū facere: vnde (inquit) æqualis est Patri Filius, qui nō viueret, nisi Pater illi vitā daret: qui non iudicaret, nisi Pater potestatē faceret, iudicium illi concederet. Qui hæc dicens, vtique ignorat qua de re agatur, nescit omninò intentionis caput, nec videt totius rationis corpus, cuius membra violenter discerpere conatur. A quo si perconteris, quo modo Pater in semetipso vitam habere dicatur, cùm ipse vita sit, profectò respondere idoneum nil poterit, ac proinde suimet iudicio conuincetur, q̄ consequenter nec illud intellexerit, quomodo vitam eandem Filio in semetipso habere dederit. Igitur ad eluci-

Solutio.

dandam præsentem sententiam, cum ipsius qua deprōpta est, diuinæ rationis ope accendendum est: Sicut enim, inquit, Pater vitam habet in seipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. Nequaquam illud nostræ cō-

Verus intellectus horū verborū Christi.

* siderationis præterire debet oculū * quo diligenter literæ lineamenta cōpaginata sunt, dum non ait absolutè: sicut habet Pater vitam in semetipso: Quod patenter nobis innuit, scientiam hanc præcedentis esse subsecutiuam,& causa illius approbandæ, quod apud Rhetores maximè visitatum est, rationabiliter esse subiūctum. Precedens autē sententia hæc erat. Amen amē dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocē Filij Dei, & qui audierint viuēt. Deniq; ad hanc eius propositionem illi auditores, imò aduersatores insanire poterant, cur non dixisset: mortui audiēt vocem Dei, sed cum diligenti distinctione personarum: audiēt in q̄t vocē Filij Dei. At ille in hoc stabat, vt vitam mortuorum non minùs de Filio, quā de Patre pendere comprobaret, nec posse quenquā suscitari, nisi Filium æquè vt Patrem honorificaret. Hoc, inquam, intendebat, non illud, quomodo ipse Pater viueret, aut quomodo Filium viuificasset, quod vel in præsenti sententia suspicari, (qua dicit: Sicut enim habet Pater vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso) stultum & erroneū est. Nō enim de vita dei, qui ipse sibi vita est: non de viuificatione Filij Dei, qui æquè sibi vita est, sed de suscitatione & viuificatione mortuorum sermo est. Cùm ergo dixisset: mortui audient vocē Filij Dei, videlicet Filij æquè, vt Patris vocem, ad viuificādos mortuos necessariā esse perhibens, rationabiliter subiūxit dicēs: Sicut enim habet Pater vitā in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. Ac si dicat: Idcirco dixi, quia mortui audient vocē Filij Dei, in qua dictione clara est distinctio Personarum Patris & Filij: quia sicut Pater habet vitam in semetipso, scilicet vitā hominum. i. virtutē vel operationem effectiuam vitę hominū mortuorū,& nō aliunde petit, nec alicubi habet nisi in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. i. partem maximam operationis eiusdem illi impo-

Pater habet vitam in semetipso, id, est, virtutem viuificandi mortuos.

suit, vt & ipse mortuos viuificaret in semetipso, videlicet non vt Paulo, aut Cephæ, siue

siue Apollo, quibus & si datum est vitam habere, id est, viuificare mortuos, nulli tamen eorum datum est eandem vitam habere in semetipso. Nec potest quis quenquam viuificare per iniunctum sibi vitæ officium, nisi cooperāte Deo. Quod per similitudinē Paulus exprimēs: Ego, inq̄t, plantaui, Apollo rigauit, Deus aūt dedit incrementū. Aequalis igitur Patri filius est, cui Pater dedit vitā habere in semetipso. i. quē misit viuificare mortuos de semetipso. Et q̄a multū laboris illi impositum fuit, plusq̄ in viuificādis mortuis persona filij laborauit (est. n. Filius hoīs. i. homo

2. Cor. 3. factus est solus in persona sua Filius Dei) idcirco potestatē quoq; dedit ei iudiciū faciendi. Cū. n. Deus hoēm faceret, nō ignorans, sed optimè sciens, q̄ peccando moriturus esset, opus eiusdem hominis beata Trinitas ita sibimet distribuit, vt Pater conderet, Filius redimeret, Spiritus sanctus ignoret Non enim absq; magno cōsilio (quod cum summa reuerentia dicendum est) sancta Trinitas hominem facere dignata est, distributa propria parte operis cuiq; personæ, quamuis inseparabilis Trinitas inseparabiliter operetur, tam plasmationem quam redemptionem, quam & instructionem vel illumi-

Gene. 1. Psal. 103. Gen. 2. nationem humanæ substantiæ. Hanc distributionem in eo debemus intelligere, quod dictum est in consilio Trinitatis indiuiduæ: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Patris quippe opus proprium extitit prima creatio hominis, quam partem operis sibi assumpsit, nullatenus tamen absque cooperatione filij, cum hominem sicut & omnia in sapientia fecerit, quæ est hic filius Dei, neque absque cooperatione Spiritus sancti, cum per illum in faciem cordis eius spiraculum vitæ inspirauerit, vt conderetur homo non solum ad imaginem Dei, id est, æternus siue rationalis, sed etiam ad similitudinem Dei, id est, vt haberet vnde esset Deo similis vel imitator bonitatis

Filius vede erit.

Dei. Redemptio verò hominis, cuius ministerium Pater Filio dedit, propriū est opus eiusdem Filij Dei. Solus quippe Filius in persona sua incarnatus, vel homo factus est, solus pro redemptione hominis passus & mortuus est,& resurrexit, cooperante tamen vtraq; persona, Patris, & Spiritus S. Nam & Pater illum de secretis suis misit in vterum Virginis,& de Spiritu S. id est, de operatione Spiritus sancti eadem illum Virgo concepit. De Spiritu S. vel eius operatione propria dicendum erit in alijs huius Euangelij locis. Gene. 2. Hæc distributio vitæ hominum hic intelligenda est, quam videlicet vitam, sicut Pater in semetipso, sic & Filius nullius indigens, habet in semetipso. Quod profectò ex Scripturæ sacrę verbis patenter innuitur. Cum enim dicitur, quia Deus formauit hominē de limo terræ, & subiungitur: & inspirauit in faciem eius spiraculum vitę, quid aliud innuitur, nisi quia substantiam quidē hominis aliunde, quam de seipso fecit, sed bonam & beatam vitam in semetipso habens, de semetipso in faciem cordis eius inspirauit? Cū autem Filius hominem redimens, sacramen ta salutis & vitę eius, id est, sanguinem & aquam de semetipso effudit, iamq; rediuiuus in faciem Discipulorum suorū insufflauit, nónne & ipse vitam nostram in semetipso se habere potenter ostendit? Igitur quia vita nostra, quæ cum Christo abscondita est in Deo, sic in integrū à Filio restituta est post mortem, quia inuidia Diaboli in mundum introierat, sicut à Patre ante mortem illam constituta fuerat: & dante, id est, præcipiente, patre factum est, dicente alibi filio: Et sic ut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, rectè nunc dictum est, quia sicut habet Pater vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. Et quia Filius in perso-

Ioan. 14.

na sua maiore opera, non sine crucis & mortis iniuria, redemit hominem, cuius & lutū ipse assumpsit homo dignatus fieri: maiore inquam opera in eo, quod hæc obediēter pertulit, quàm Pater in eo, quod hominem de luto plasmauit, rectè nūc additum est, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. Vnde & hæres dicitur, non

Quo Christus hæres dicitur

& est.

mortui Patris, sed mortuæ hæreditatis, quā, quia Deo Patri perierat, Filius resuscitans iterū possidet, iure illa eius hereditas dicitur & est, cuius vitę dispēdio reparata est. Cū aūt dicit: & potestatē dedit ei iudiciū facere, q̄a Filius hoīs est,& nihilò dominatio Patris diminuta est, quin potius honori eius proficit Filio data potestas iudicandi, dū Filius iudicādo regnū, vt ait Apost. tradat, id est, acquirat Deo & Patri, primū actō iudicio mūdi, quo Princeps mundi huius, illo per mortē suam triūphante, foras eijcitur: deinde peracto finali iudicio, post q̄ erit finis (vt idē Apost. ait.) cū tradiderit & acquisierit regnū Deo & patri,& tūc ipse filius subiectus erit ei, qui sibi subiecit oīa, vt sit Deus oīa in omnibus, subiectus, inquā, nō subiectione seruili, sed amore inseparabili: non specie diuersitatis, sed vnitate indiuiduę charitatis: inferior q̄dē secundū naturā hoīs, compar secundū naturā Dei,& sic honorificādus semp, sicut & pater, gloria & honore eterni imperij. De q̄ finali iudicio mox subditur: [Nolite mirari hoc, q̄a venit hora, quādo oēs, qui in monumentis sunt, audiēt vocē eius. Et procedēt qui bona egerūt, in resurrectionē vitę, qui verò mala egerūt, in resurrectionē iudicij.] Nolite, inquit, mirari hoc, q̄a nō bona vestra est admiratio. Nō. n. hęc admiramini, tanquam verba vitę & virtutis, sed tanquā insaniā Dę monium habentis. Nolite ergo mirari, quia parua sunt hęc cōparatione maiorū, quę vi-

Terror ex tremi iudicij.

Sap. 5.

suri estis, vt vos miremini, vt videntes turbe mini timore & stupore horribili, vt iuxta p- phetā videatis,& ignis deuoret hostes man-

Esaiæ. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc. 10. Domini. Magnum quidem est venisse horã illam & nunc esse, quàm videre voluerunt, & non viderunt multi Reges & Prophetæ, magnum, inquam, & mirum est, mortuos audire vocem Filij Dei & viuere. Magnum inquam, hoc est: sed multò maius est, venire horam, de qua non dico, quia nunc est: sed dico tantùm, quia venit, id est, imminet iam & appropinquat, & sine dubio futura est, in qua omnes, qui in monumentis sunt, omnes, inquam, siue mortui siue viui, id est, siue peccatores siue iusti, qui in monumentis sunt sepulti, & solutis, vel aridis corporibus in cinerem suum reuersi, audient vocem eius, in iussu imperiosæ suæ Maiestatis, in voce Archangeli, & tuba Dei de cælo descendentis, virtutibus cælorum commotis, cælique ac terræ cardinibus concussis, & ita manifestè venientis igne in conspectu eius ardente, & in circuitu eius tempestate valida, cælos desursum, & terram ad discernendum populum suum aduocante. Quid tum? Nunquid mortui illi, qui modo vocem Filij Dei audire & viuere, id est, à morte animæ per fidem & per lauacrum regenerationis & inuocationem Sancti Spiritus resurgere nolunt, & idcò non resurgunt: nunquid inquã isti vocem eius tunc non audient, aut quia resurgere nollent, non resurgent? Non est ita, sed omnes tam inuiti quàm & volentes, horamque illam desiderantes, & in illo die iudicij fiduciam habentes, resurgent & procedent.

1. Thess. 4. Matth. 24. Psal. 49.

Tit. 3. Ephes. 4.

Duplex resurrectio, prima & secunda.

Paulò ante cùm de resurrectione prima, id est, de cõuersione peccatorum loquerer, sicut non dixi tantummodo, venit hora, sed addidi, & nunc est: sic non dixi, omnes mortui audient, sed tantùm mortui audient vocem filij Dei & viuent. Nunc enim non omnes mortui me audiunt, non omnes ab infidelitate ad Fidem, ab iniquitate ad iustitiã resurgere volunt. Et quia non volunt, non resurgunt. Nunc autem cùm de resurrectione secunda loquor, vniuersaliter dico, quòd omnes vocem Filij Dei audient, & omnes, qui in monumentis sunt, procedent. Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, videlicet quia nunc prima voce audita, id est, primò aduentu Filij Dei susceptо, prima resurrectione viuere incipiunt, & tunc in ipsam rem vel speciem vitæ peruenièt, cuius in spe nunc ambulant per Fidem. Qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij, id est, dãnationis, procedent, vt damnationis sententiam recipiãt, eadem iustitia & veritate, quã prædamnati sunt in Adam, quia vocem primam Filij Dei nunc inuitantis, vt ab illa hæreditaria morte per Fidem resiliant, dum tempus est, audire recusant. Sequitur: [Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio iudico, & iudicium meum verum est. Quia non quæro volũntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.] Hic danda opera videtur, quatenus distinctas partes confirmationis vel confutationis huius, tanquam benè discreta pulcherrimi corporis lineamenta propiùs sub lectoris oculos admoueamus. Ecce enim ad caput rediit, & argumentationis partes ex vna complexione cingit, dum dicit: non possum ego à meipso facere quicquam. Nam & in capite huiusce defensionis dixerat: Non potest Filius à seipso facere quicquam vt ergo totum literæ corpus magis conspicuum, sensuumq; vel intentionis clarior sit aspectus, ad intelligendum, prætereundum non est, quia quod solent elaborare, & vix consequi studiosi Rhetores, vbi rem locupletam & omni amplificatione dignam nacti fuerint: hoc in præsenti sermone aduersus illos fortes Sabbathorum defensores, & salutis accusatores vltro importat cælestis sapiẽtiæ comes & famulatrix eloquentia diues, sed ita maiestate rerum, de quibus agitur, operta, vt penè non compareat. Non enim sicut in rebus humanis, vbi effertur illa pomposa & astuosa domina: ita in Diuinis rebus ipsa eadem eloquentiæ facultas condecorat, maximè vbi ipsa Deo coæterna Sapiẽtia per semetipsum eis, qui sibi eloquentes videntur colloqui, & humana dignatur contexere verba. Res quippe humanæ tenues atque exiles, & interdum obscuratæ vel turpes splendida elocutione illustrantur, aut vtcũque palliãtur: res aũt Diuinæ grandes & fulgurantes, desuper elocutionẽ quamlibet pulchram suis abscondunt splendoribus. Adeò tamen, vbi res postulat, inuenitur communita, vt in oc cursum eius muta vel insipiens appareat omnis hominũ eloquentia. Perpende igitur, quia præsenti in negotio, dũ causa posita cõfutat Aduersarios, ostendit, cur Sabbathorum Lege teneri nõ debeat, & cõfirmat qđ rectissimè, cùm dixisset. Pater meus vsq; modò operatur, subiunxerit, & ego operor. Absolutissimã enim. i quinq; partib. p fectã argumentationẽ edidit, scilicet ppositione, ratione, cõfirmatione, exornatiõe, cõplexiõe, quinq; partibus, Propositio est, qua dixit: Amen amen dico vobis, non potest filius à seipso facere quicquam, nisi quod videtit Patrẽ facientẽ. Ratio, est sententia, quam protinus subdidit: Quæcunq; enim ille fecerit, hęc & Filius similiter facit. Cõfirmatio est ea, q̃ mox sequitur: Pater. n. diligit Filium, & demonstrat ei omnia, quę ipse facit. Exornatio est ab eo, quod ait: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini: vsq; ad id, quod nouissimè tractatum est, qui verò mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij. Exornatio inquã non tam verborũ quã rerũ, non tã sententiarum quã cælestiũ fulgurũ, nihil habens accurati leporis, sed tota terribilis, & diuini plena timoris. Hæc aũt sententia, qua dicit: non possum ego à meipso facere quicquam, sicut audio iudico, & iudicium meum verũ est, quia non

Argumentatio rhetorica etiam in sacris literis.

Argumentatio ex propositione, ratione, confirmatione, exornatione, complexione.

hon quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, prædictarum partium complexio est, partes easdem breuiter ad sensum docilis, attenti ac beneuoli auditoris, cui hæc dicenda vel scribenda esse nouerat, recolligens. Ac si diceret: Si ergo non facio ego, nisi quod videro patrẽ facientem, si quæcunq; ille fecerit, hæc & ego similiter facio, si deniq; Pater omnia demonstrat Filio, quæ ipse facit, & si adeò maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini, vide licet vt sicut Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificet, &c. etsi adeò inconuertibilem atq; incommutabilẽ nouit eum, vt omne iudicium illi dederit, & hoc Reipublicæ suæ tutum fore comprobauit, vt potestatem daret illi iudicium facere. Ergo, inquam, verum est, credibile & dignũ fide iam, quòd sicut in prima propositione dixi & nunc iterum dico, non possum ego à meipso facere quicquam, id est, extra Deũ, seorsum extra verum, per semetipsum diuisa voluntate mea à voluntate Dei Patris, nõ possum facere quicquam, sicut Angelus refuga, vel sicut primus homo prævaricator facere potuit & fecit, vtpote qui erat vterq; creatura, & proinde conuertibilis: factura, & idcirco mutabilis.

Homo peccare potest, non sibus Dei. Esai 1.

Nam siue Angelus siue homo, quamdiu aliquod accidens admixtum ab essentiali bono auersus, tam diu à semetipso operatur. V. g. cùm dicit malum bonum, & bonum malũ, eùm iniquè iudicat, condemnans iustum & iustificans impium. Vnde enim hæc nisi à semetipso facit, cùm in essentia rerum aliter sit? Et hęc quidem & cætera huiusmodi homo, si multum est iustus, cùm possit facere non vult: si autem parum iustus est, vel ad iustitiam nunc primùm dispositus, nec adhuc eiusdem iustitiæ habitum indutus, parũ inquam, iustus si est, facere non audet, Deus autem sicut nulli vitio nullisq; omninò accidentibus subiacet, ita summè iustus tale quid omninò facere non potest. Igitur cùm dico, non possum ego à meipso facere quicquam, tale est ac si dicam, non possum facere quicquam iniquum, non possum peruertere aut supplantare iudicium. Sed quid? Sicut audio iudico. i. secundũ causæ iudicandæ meritum, vel rei, quę iudicatur, essentiam iudico, ac proindè cum in iudicãdo nihil à me ipso faciam, iudicium meum verum est, videlicet dum, vt prædixi, me iudicium facientẽ, procedent ex monumentis, qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Proinde quicũq; bona agit, siue ille Iudæus siue Gentilis sit, non vereatur, quod me iudicante, à meipso quicquam procedat in resurrectionem iudicij: Et quicunque mala agit, nihilominùs, siue ille Iudæus siue Gentilis sit, non se decipiat inani spe, quod me quicquã à meipso faciente procedat in resurrectionẽ vitæ, quia non quæro voluntatem meã, sed voluntatem eius, qui misit me. Sicut nunc, quando videns miseram ciuitatem Hierusalem, fleo super illã humano affectu, nec tamen quæro voluntatem meã, vt propter fletum meũ ab illa mali dies auertantur, sed sic ut audio iudico. Clamor enim illorum, vehementior clamore Sodomorũ, ascẽdit ad me, & idcirco magis attẽdo, quid iustitiæ debeatur quã qđ meus humanus velit aut defleat affectus, sic in illa processione mortuorum ex monumentis, non quærã voluntatẽ meã, sed voluntatem eius, qui misit me, id est, nõ condescensionẽ sequor naturæ humanę, sed rectitudiné teneo Diuinę iustitię. Igitur apud animos eorum, qui hanc Euangelicã lectionẽ sapienter legunt vel audiunt, confutata falsitas & confirmata veritas est. Vnde consentit ratio, iudicat fides, vt Patre operãte vsq; modò, qui nulla Sabbathorum Lege tenetur, ipse quoq; Filius licenter & potenter operetur, qui à semetipso quicquam facere non potest, qui malũ quid vel iniustum admittere non potest. Vnum adhuc superest magnæ oratrici sapientiæ Dei, quæ nobis, & propter nos verba facit nobis, & propter nos artem aduersus artem componit, vt habeat veritas Fidei sanum non sine arte sermonem, aduersus artificis mendacij loquacitatem. Vnum, inquam, adhuc superest id est, conclusio vel Epilogus, qui & protinus sequitur per amplificationem rei, illustrandæ veritatis & adaugendi Iudaici criminis causa. Sequitur [Si ego testimoniũ perhibeo de me, testimonium meum nõ est verum. Alius est, qui testimonium perhibet de me.] Hoc enim & cętera, quę sequuntur veritatis huius firmamenta, maximè ab auctoritate sumpta sunt, quibus commemorat defensionem vel testificationem sui curę fuisse & esse Deo Patri, qui illum testificatus est, & antequam veniret testimonio Scripturarum, id est, Legis & Prophetarum, & nunc præsentem commendat & defendit euidentibus testimonijs operum mirabiliũ. Simulque & horrendum scelus deinceps ostendit Iudæorum, qui venientem illum in nomine Patris sui non susceperunt, alium autem venientem in nomine suo suscipient. Ait ergo: Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum. Ac si dicat: Ecce omnia palàm audistis. Ego apud vos verba faciens, & hęc dicens, vt vos salui sitis, non vestro vel aliorum more hominum, verbis accuratis beneuolentiam vel fauorem vestrum captare studui, sed exhibito veræ virtutis opere, cunctorum hominum beneuolentia digno, id est, sanato toto homine à longæua infirmitate, auditorium postulaui, & qualescunque vos esse scirem ad audiendum, non propter vos tantum, sed propter eos, qui audituri sunt, causam meam dixi. Pater meus vsq; modò operatur,

Luc. 19.

Gene. 18. Matth. 11.

Argumentum ab auctoritate testis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

operatur,& ego operor, eandemq; causam diuidens,id solum,quod in controuersia est scilicet,quod & mihi æquè vt Patri liceat in Sabbatho operari,tam consueta hominibus argumentationis firmitate, quam cæleſti veritate defendi. Nunc & deinceps examinate legitime,id est,sicut Lex præcipit, verba huius testimonij Si ego testimonium perhibeo de me,id est,si à meipso veni,si non veni & loquor in nomine Domini,sed solus ego meipsum proprio & solo defendo testimonio,testimonium meum non est verum, id est, verba quæ loquor non habebunt effectum,& tunc sicut Lex dicit, hoc habebitis signum,quòd verbum, quod dico, Dominus non locutus est. Sed non est, nec erit ita. Alius est, qui testimonium perhibet de me, videlicet Deus Pater,ipse de quo vobis nùc dico, Pater meus vsque modo operatur & ego operor. Alius, inquam, id est, alia eiusdem, cuius & ego sum substantiæ Persona est. Alioquin non rectè diceretur alius: non enim de diuersis, imparium̃que substantiarum indiuiduis dicitur vnus & alius, sed hoc vnum,& hoc aliud. Dico autem,quia ille est alius,vt in plurib. Personis,vnitas substantiæ,Personarum pluralitas intelligatur. Ille,inquam,alius testimonium perhibet de me.[Et scio quia verum est testimonium eius,quod perhibet de me.] Scio, inquam, & testimonium perhibenti de me, testimoniũ perhibeo,quia testis verax est, & verum testatur de me. Non enim sum sicut cæteri homines,quorum nemo scit, vtrum amore an odio dignus sit,& cui omnia in futurum reseruantur incerta. Quinimò & si Spiritum adoptionis filiorum acceperunt,& ipse Spiritus testimonium reddit spiritui illorum, quòd sint filij Dei, testimonium illud, non tam verum aut iustum,quam gratuitum & indebitum dicendum est: quia non est debiti sed gratiæ,non iustitiæ sed misericordiæ, non est enim testimonium comparium, sed inclinatæ dignationis monimentum. Ego autem non in iniquitatibus conceptus sum. Etenim non in peccatis concepit me mater mea,nec possum à meipso facere quicquam, nisi quod video Patrem facientem. Ergo testimonium,quod perhibet de me, verum est, iustum est,debitum est, & vtique testimonium comparium atque ideò legitimum, sed nondum apertè dixi quis ille sit. [Vos misistis ad Ioannem,& testimonium perhibuit veritati.] Et fortasis idcirco nunc existimatis, quod hic sit ille alius, de quo nunc dixi,quòd non ab alio maiore quàm ab illo testimonium habeam. [Ego autem non ab hominibus testimonium accipio, sed hæc dico, vt vos salui sitis.] Notate quod dico, quia testimonium ego ab hominibus non accipio. Quid enim? nũquid hoc dico, quod velim claudere ora hominum testimonium perhibentium? Nunquid ego aspernor Angelum meum ad hoc missum ante faciem meam, vt testimonio suo præpararet viam meam? Non est ita, sed diligenter animaduertite,quæ dico. Non dico,quia testimoniũ hominis,vel per homines perhibitum non accipio,sed testimonium ab hominibus nó accipio. Nam testimonium hominum bonorum & veracium,non ab ipsis hominib. sed à Deo est,& per homines quidem perhibitum, sed Dei testimonium est. Quid est enim ab hominibus,vel secundum homines testimonium accipere,nisi laudem, quæ nõ ex Deo profecta, sed ex hominibus nata & conflata est,quærere. Hoc autem testimonium Ioannis,quando misistis ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? Ioannis quidem testimonium fuit,sed non ex Ioanne fuit,id est,per Ioannem quidem depromptum,sed à Deo Ioanni intinuatum fuit. Dico ergo: Et testimonium ab hominibus non accipio, sed hæc dico vt vos salui sitis,id est,non propter gloriam meam dico, quis alius meus testis sit,sed propter salutem vestram, vt credentes testimonio Dei saluemini. Cui simile est,si dicas yir iustus, & alienus ab omni hypocrisi, Si oculus tuus fuerit simplex,totũ corpus tuum lucidum erit. Ego non idcirco faciam iustitiam meam coram hominibus, vt videar ab eis, sed idcirco lucet lux mea corã hominib. vt videant opera mea bona,& glorificent Patrẽ Deũ,qui est in cælis. Alioquin similis essẽ vobis, quorũ totus Iudaismus in carne,& manifesta tota in carne circũcisio est,cuius laus nõ ex Deo,sed ex hominib. est. Sed maledictus homo (inquit Prophera) qui cõfidit in hoĩe,& ponit carnẽ brachiũ suũ, vt à Dño recedat cor eius. Erit enim quasi miricę in deserto, videlicet quibus nomẽ est ab amaritudine,& nascũtur in solitudine. Erit,inquã,sicut miricę,i. carebit Diuinę bonitatis dulcedine, ꝓcul foras eiectus à Sanctorũ hominũ cõuersatione,& nõ videbit,cũ venerit bonũ,& habitabit in solitudine in deserto,in terra salsuginis & inhabitabili. Hęc siccitas & salsugo lõgè est à me. Nã ego habitabili charitate,& fertili semper virens veritate,idcirco hęc dico, vt vos salui sitis,idcirco,inq̃, vt vos credẽtes saluemini, legitima defensione vtẽs,illũ qui testimoniũ perhibet de me, ꝓfero vobis in publicũ audi torũ totius mũdi. Idcirco sicut iã cœpi persistã adhuc in eodẽ, qd' apud vos, vel apud cęteros homines fortissimum est genere loquendi,faciendo tanquã syllogismũ. i. argumentosũ & indissolubilẽ sermonẽ veritatis. Vt verò & probabili argumento instructi cognoscatis,quia testimonium ab hominib. nõ accipio,quia claritatẽ ab hominib. nõ accipio, sed ea solũmodò intentione testimoniũ, vel testẽ meũ profero, vt vos credentes salui sitis,nõ vt hos homines me in solio Regũ vestrorũ inthronizare festinetis. Ecce dico vobis,quia vos misistis ad Ioannem,& ille testimonium perhibuit veritati. Tanti apud vos ille habitus est, vt confulendũ illũ iudicaretis,tanquam reuera accepturi testimonium eius,& quicquid ille dixisset proculdubio credituri. Ab illo ergo iudicio vestro nunc vos conuenire incipiam, vt si nõ credideritis, inexcusabiles sitis. Dico itaque [Ille erat lucerna ardens & lucens.] Reuera mittendum fuit ad illum, ad quem misistis, & cum eius testimonio quærenda & indubitanter agnoscenda erat præsens facies veritatis. Magnus enim ille,& maior illo inter natos mulierum non surrexit. Verùm tanta magnitudo eius sic propter me ab illo est, qui testimonium perhibet de me, quomodo causa viæ tenendæ, vel rei agendæ, testa nocturnis in tenebris illuminatur,participatione igneæ substantiæ. Nam sicut testa, non suapte lucet natura, sed aliunde flammã capit, vt lucerna sit, sic Ioannes non ille alius erat, qui testimonium perhibet de me, sed ab illo missus erat, eiusdem testimonij verba suo gestans in corde flammato, & lucido ore. Inde erat lucerna, non lux ipsa, vel ipsius lucis substantia: lucerna, inquam, ardens & lucens, ardens intrinsecus testificandæ veritatis amore, lucens extrinsecus, verbo & opere, quandiu filij tenebrarum passi sunt, qui nunc lucernam talem intra claustra tenebrosi carceris abdiderunt. Lucens quippe per publicam virtutis prædicationem inuitabat vos ad veram & ęternam exultationẽ. [Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius:] Hoc interim negari nequit, hoc oportet concedi, quia magnus ille erat, & fideli sermone lucidus, quia testimonium vel Baptismum eius, vestra quoq; æstimatione de cælo erat, non ex hominibus. Vos autem in hoc reprehendo (nec enim studio captãdæ beneuolentiæ vel fauoris vestri, vt ad consensum veri testimonij vos alliciam, vitia vestra prætereo) reprehendo inquam, viquòd dum lucerna hæc ad æternam futuri Regni gloriam vos inuitaret, voluistis potiùs exultare ad horam in luce eius. i. temporalem præsentis regni præripere felicitatẽ, videlicet Regnum Christi, quem vos illum esse, vel certè præcursorẽ Christi Heliã existimastis, carnali sensu terrenum forẽ sperãtes. Attamen qualiscunq; vestra de Christo opinio sit, vel qualicunq; exultatione vos tali lucernæ applaudere volueritis, nunc interim nihil mea interest. Illud à me proposiũ à vobis cõcedi oportet, quia refelli nõ potest, quòd cùm vos (vt prædixi) miseritis ad illum, magnus vtiq; vestro quoque iudicio habitus est, & quem vos dignè confulendũ iudicastis, profectò respondentem, auditu indignum, rationabiliter iudicare non potestis. [Ego aut habeo testimoniũ maius Ioanne.] In hac assumptione mea tota victoriæ palma consistit, vt cum rationum firmamẽ ta, contentiosum auditorem, vel acquiescere, vel obmutescere fecerint, protinus concludam dicens: quia claritatem ab hominibus non accipio. Quod non est aliud, quã ꝙ suprà dixi, & probare cœpi: quia ego testimonium ab hominib. nõ accipio, nec. n. opus habeo. Dico ergo, subsequenti probaturus ratione, quia ego testimonium maius habeo Ioanne. [Opera. n. quæ dedit mihi Pater vt perficiã ea, ipsa opera, quæ facio in nomine Patris mei, testimoniũ perhibẽt de me, quia Pater me misit.] Pater, qui (vt suprà dixi) dedit Filio vitam habere in semetipso, sicut ipse vitam habet in semetipso, dedit mihi eidẽ Filio quædã opera, vt perficiã ea videlicet iam cœpta, quæ cũ perfecta fuerint audient ea surdi, & videbunt cæci, si vos audire & videre nolueritis, & clamabunt lapides, si vos loqui recusaueritis. Quę sunt illa opera? Magna vtiq; & exquisita in oẽs volũtates Patris mei opera sunt hæc, ꝓdicto hoie multò maiora: opus incarnationis: opus natiuitatis: opus miraculorũ, quæ in vobis feci, & quę nemo alius fecit: opus passionis, opus resurrectionis: opus ascensionis meæ, & effusionis Spiritus S. q̃ omnia cũ ego perfecero, vos abscondere nõ poteritis, cęlis enarrantibus hanc gloriã Dei, & annunciãte firmamento hæc opera manuũ mearũ, ita vt non sint Ioquelę neq; sermones, quorũ nõ audiantur voces eorũ, vt in omnẽ terrã exeat sonꝰ eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Hęc opera dũ ego facio in noie Patris mei. i. in ea ꝓfessione ꝙ ego filius Dei sim, & Deꝰ Pater meꝰ sit, verũ vtiq; & legitimũ habeo testimoniũ, ꝙ ille reuera sicut dico pater meꝰ sit, neq; vos cõtẽnentes me, vllã idoneã vel legitimã excusationẽ habebitis, cũ fiat verbũ ꝙcũq; loquor ineodẽ, ꝙ ꝓfiteor in noie dñi. Prętera [Et qui misit me pater, ipse testimoniũ perhibuit de me.] Quando aũt vel vbi testimoniũ perhibuerit de me, paulò post dicã. Priùs. n. vt describã personã illius patris, vt primam dignitatẽ testis, & tunc demũ exponam antiquitatẽ vel cõstantiam testimonij. Nõ. n. hic, de quo loquor, est ille pater meus Ioseph, quẽ vos patrẽ meũ dicitis, quẽ videre vt hominẽ potuistis, cuius vocẽ audire, & nõn magni pendere potuistis. Sed quid? [Neq; vocem eius vnquã audistis, neq; speciem vidistis.] Ecce quanto maior Ioanne hic. Ioã. quippe, & vocẽ audire, & specĩ vtpote hoĩs mortalis, atq; corruptibilis videre potuistis, vocẽ articulatã, & aẽre plectroq; linguæ, formatã speciem circũscriptã atq; visibilẽ, & ꝓter horridã eremitici vestitus asperitatẽ penè in nullo vestri dissimilẽ. At ille pater meus neq; vocẽ elementarẽ, neque specĩ habet circunscriptã aut visibilẽ. Deꝰ. n. est non homo, spiritꝰ est & nõ caro. Nã & si patres aut ꝓphetę vocẽ eiꝰ audierunt, & si qdã eorũ facie ad faciẽ Deũ viderũt, nũquã tamẽ illũ in sua substãtia videre potuerunt, nun-

Testimoniũ examinandum ab effectu. *Deut. 18.* *Ecc. 9.* *Rom. 8.* *Psal. 51.* *Ioannes lucerna, non lux.* *Exult. are ad horam de regno temporali.* *Malac. 3.* *Marc. 1.* *Matt. 11.* *Testimoniũ ab hominibus quid.* *Ioan. 1.* *Matt. 6.* *Matt. 5.* *Hier. 17.* *Testimoniũ Ioan. eras accipiendum à Iudæis.* *Luc. 3. 4.* *Luc. 18.* *Psal. 10.* *Psal. 16.* *Exod. 33.* *Num. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunquam propriam eius vocem, aut loquelam, nisi mente audierunt. Ille talis testimonium perhibuit de me. [Et verbum eius nō habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis.] In hoc reatus vester est, in hoc peccatum vestrum manet, quia verbum eius non habetis in vobis manens, quod ex eo liquet, quia quem misit ille, huic vos non creditis. Nam & si neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis, attamen Verbum eius audistis, Legem eius accepistis, Prophetas ab eo missos habuistis, & illos quidem legendo, eum, de quo loquor, qui misit illos, qui per illos loquutus est, & Legem dedit, labijs honoratis, cor autem vestrum lōgè est ab illo. Quia verba eius ore quidem profertis, sed non ea in corde vestro, quasi in libro scripsistis. Propter quod dico, quia verbum eius in vobis, id est, intrinsecus in libro cordis vestri, in internis animæ vestræ sensibus non habetis. Huius rei manifestum indiciū in eo est, quod vos huic, quem misit ille, non creditis. Huic, inquam, nō alij, sed huic, id est, mihi qui nunc præsens sum, qui cum illo quōdam loquutus in Lege & Prophetis, ecce assum. Hic enim ego sum, quem ille misit, nō vt essem, qui non eram, sed vt visibilis fierē, qui æquè vt ille inuisibilis eram, vt corpus assumerem, qui incorporeus eram, vt homo fierem, qui Deus eram, Sed huic vos nō creditis. Ne ergo putetis, quod verbum eius in vobis manens habeatis, dum contra me Sabbatha vestra defenditis, habentes in cordibus vestris putredinem laborioſæ iniquitatis. Proinde sic estis, vt sepulchra dealbata, quæ fōris pulchra parent oculis videntium, intrinsecus autem plena sunt ossibus mortuorum. Nam sicut illa deforis pulchra esse, & intus plena esse possunt putredine, sic vos & in Sabbathis vestris vacare, & totam Legem Moysi ore lectitare, & verbum Dei potestis in vobis manens non habere: Ecce dixi vobis quis ille sit alius, qui testimonium perhibet de me, maior vtique homine, maior incomparabiliter Ioanne. Dicitis nunc mihi: Quando ille, vel quale testimonium perhibuit de te? Ad hæc inquam, [Scrutamini Scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt, quę testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.] O surdi & cæci, qui ad audiendum & videndū adducti, & sedentes in Synagogis, vbi omni Sabbatho testimonium illud personat, nubes discurrentes manu attingitis, & earum tonitruum non auditis, & discurrentia fulgura non videtis. Vt quid volumen Legis magnum inerti collo baiulatis, & pulchros Prophetarum codices delicatis manibus leuigatis? Non vultis introrsum aspicere, non vultis audire, imò & videntibus dicitis, nolite videre: & audientibus, nolite intelligere. O igitur rei iudicij, rei superni concilij, rei gehennæ ignis. Scrutamini Scripturas falli & fallentes: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, id est, hoc vobis ad vitam sufficere, quòd illas legendo labijs, Deum honoratis alieno corde. Non est ita, sed scrutamini eas, consulite illas, voluntatem illarū querite, intentionem earum attendite, audite & videte, qua vobis vitam promittant conditione, qua via, quo Duce Illæ vobis respondent, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me, imò ipsæ sunt testimonia, quæ Pater perhibet de me. Sed quid ego dico scrutamini illas? Iamdudum scrutati estis, & me monitorem audire dedignamini, cùm ex vobis sint magistri sedentes super cathedram Mosi, Scripturas optimè perscrutati, vt nec iota vnum, nec vnus apex de omni lege illos effugerit, vnde sua possint lucra venari, siue menta, siue anetum, siue cyminū decimandum sit. Non ita cæci estis, vt oculos non habeatis, non ita surdi estis, vt aures vobis non sint. Vnde dixi per Prophetā, imò & paulo pòst rebus dicturus sum ipsis eandem Prophetiam: Educ foras populum cæcum & oculos habentem, surdum & aures ei sunt Scrutati ergo estis Scripturas, & hoc scitis, quia illæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. O igitur Pharisæi, verè secundum nomen vestrum diuisores, sed malè diuidētes, scilicet culicem liquantes, & camelum glutientes, quomodo in Scripturis vos vitā habere putatis, dum in exiguis lucrosæ iustitiæ minutijs, decimando videlicet mentā & anetum, dilatando phylacteria, & magnificando fimbrias curam omnem impenditis, & in his fiduciam habentes, tanquam inde viuere posītis, ad me camelum onerisferum venire non vultis, vt me portante mor ticina peccatorum vestrorum, vitam habeatis? Impij & cæci, desertores vitæ & salutis, vbi hæc duo constant, vnum quia illæ, scilicet Scripturæ sunt, quæ testimonium perhibent de me: & aliud, quia non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Vbi, inquam, hæc duo constant, quomodo tertium stabit, scilicet, in ipsis vitam æternam habere, quòd vos putatis? Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Alioquin clamabo lapidibus istis, & ipsi audictes & videtes respōdebunt. Dicāq; eis: Quomodò tacēt isti filij Abrahę, saltē vos ô lapides clamate, vos iustitiā loquimini, vos recta iudicate, vt possint de vobis suscitari filij Abrahę. Dicite inquā. Scripturę ille, in quibus isti se putant vitā æternā habere, illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Quòd si se scire dissimulent, coarguet eos Herodis sacrilegi homicidiū, cui quærenti me ad perdendum, natiuitatis meæ locum ostendentes optimè scierunt, verum de prędictis Scripturis proferre testimoniū. Clamamus (inquiunt) eos non nescire, quia Scripturæ illæ sunt quæ testimonium perhibent de te, & nobis durantibus hoc ipsi diffiteri nō poterunt. At illi nolunt venire ad me, vt vitam habeant. Quid ergo? Quis, inquiunt, concludere hic illos nesciat? Quis nō videat validis repugnaculis vanam spem illorum dirutam esse, qua putant se in Scripturis vitam æternam habere, potiusq; illos verbum Dei in semetipsis manens, sicut ipse dixisti paulò antè, non habere? Nunc ad rem redeam. Planè & firmissimè id confectum est, testimonium me habere maius Ioanne. Superiùs quoq; iam dictum fuerat, nullo abnuente, Ioannem, ad quē vos misistis, vestro quoq; iudicio magnum fuisse, lucernā ardentem & lucentē extitisse, & illum mihi testimonium perhibuisse. Causa autem hæc posita fuerat, vt me demonstrantem vana hominum gloria non delectari, me dicente: Ego testimonium ab hominibus non accipio, sed hæc dico, vt vos salui sitis. Igitur (sic vt dixi) testimoniū ab hominibus non accipio, sed hæc dico vt vos salui sitis, sic nūc eodem sensu concludo. [Claritatem ab hominibus non accipio, sed cognoui vos, quia dilectionem Dei nō habetis in vobis.] An putatis quod idcirco me prædicem esse Filium Dei, quia vestris suffragijs attolli, vestrisq; festinem laudibus commendari? Existimatis quòd vnq̄ idcirco me zelus comederit, vel quòd propter hoc increpem duritiā cordis vestri, quia nō iamdudum super solium Dauid & super regnum eius me sedere fecistis, celsoq; tribunali extollendo (vti Regib. terræ mos est fieri) Regem Christū me esse voce præconia declarastis? Non est ita, sed id circo iram thesaurizatam repono vobis, quia cognoui vos dilectionem Dei non habere in vobis. Nunquid ergo claritatē à vobis accipere contendo? videlicet soli lucere in cælo, & mundum illuminare non licebit, nisi vos illi candelabrum cæli fabricaueritis misseri homines, tenebræ & non lux: tenebræ, inquam, & exiles vmbræ, nōne ego (vt iam demonstraui) testimonium habeo maius lucerna ardente & lucente Ioanne? At ille claritatē à vobis adeò non accepit, vt volentib. exultare ad horam in luce eius, & claritatē eius suprà quā erat vestris adulationibus augere (existimabatis enim illum Christum esse) flatus vestros inanes repelleret dicendo: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Quantò magis ergo ego claritatē à vobis nō accipio? An quia me vobis negantib ego fidelis permaneo, & me ipsū negare nō possum, idcirco vanæ gloriæ non deseruio, nec vobis aliter placebo, nisi viæ veritatis & vitæ, quæ sum ego, radios hominibus abscondero? Quæ est ista tam malitiosa vestra intentio? nunquid venit lucerna, vt in abscondito ponatur, vel sub modio, & non potiùs super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt? Igitur neq; claritatem ab hominibus accipio, neq; claritatem quā dedit mihi Pater hominibus abscondo, sed sicut lucerna fulgoris stans super candelabrum meum, & omnem simplicem oculum illustrabo, vt totū corpus eius lucidum sit, & omnem oculum nequā publicabo, vt appareat omnibus totum corpus eius quàm tenebrosum sit, quales estis vos, quos ego cognoui, quia dilectionem Dei nō habetis in vobis, quia: [Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me. Si alius venerit in nomine suo illū accipietis.] Hic em̄ fructꝰ malæ arboris, hic malus thesaurus est cordis. Quid ergo? Nisi priùs malū gustasse fructum, non cognouissem radicem arboris malæ, non cognouissem amaritudinem vitis alienæ? Nisi priùs diceretis, non est hic à Deo, qui Sabbatum non custodit, & Dæmonium habet, & insanit: postremò nisi persequeremini & occidere me quæreretis, nescirem adhuc, quia verbum Dei non habetis in vobis manens, vel quia dilectionem Dei nō habetis in vobis: Imò & antequā sepulchrū gutturis vestri pateat, & os vestrū maledictionem & amaritudinem despumet, quæ sunt in corde vestro, oculi mei vident, & in libro meo omnia scripta sunt. Nunquid hoc solum, quod nō facitis, non accipientes me, video nunc in corde vestro & in libro meo scribo? Nempe & hoc & aliud quod nondū fit, iamdudum vidi & scripsi. Dico enim: Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Adeò scio vos expertes verbi Dei, adeò vero iudicio cordium cognoui vos exortes dilectionis Dei, vt & hoc iamdudum nouerim, quia quanto nunc odio persequimini & occidere quæritis me, qui veni in nomine Patris mei, id est, in hac professiōe, quòd Deus Patet meꝰ sit, & ille me miserit, & hoc palā facio, dum non gloriam mundi quæro, sed gloriam Dei, tanto stultitiæ vestræ tripudio susciptetis hominem peccati, filium perditionis, qui veniet in nomine suo. i. efferet se præsumptione sua, dum aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat tāquam sit Deus. Illius em̄ spiritus estis, & ego noui, vt citò acquiescatis mendacio, qui ad veritatem surdi, indociles, & cæci istis, amici tenebrarum & rebelles luminis, amantes gloriam mundi, quā per homicidia vobis ille dilatans odientes gloriam Dei, qua ego verbo & exēplo prædicans vobis odio sum gratis. Et vos quandoq; criminis vestri magnitudinem videbitis, qui nunc nō accipitis me venientem in nomine Patris mei, venientem benedictum in nomine Dñi, ita extolletur ille, quē vos susciptetis: & hoc tantū dicens, hoc solum profitens cū testimonio vestræ Legis, quia est in me nomē Domini. Ego enim sum Angelus ille, de quo dicit Deus & Dñs Legis Moysi: Ecce ego mitto Angelū meum qui præcedat te & custodiat

Esai. 29. Matt. 15. — verba eius ore quidem profertis
Esai. 52. — pter quod dico
Iudei vt sepulchra dealbata. — quæ fōris pulchra parent
Esai. 6. Psal. 35. Matth. 5. — non videtis. Vt quid
Matth. 23. — Matth. 23.
Esaiæ. 65. — Esaiæ. 65.
Matth. 23. — Matth. 23.
Luca 19. Matth. 21. — Luca 19. Matth. 21.
Matt. 5. — Matt. 5.
Vana spes Iudæorum in scripturis. — Vana spes Iudæorum in scripturis.
Christus gloriam nō quæsiuit à Iudæis. — Christus gloriam nō quæsiuit à Iudæis.
Matth. 3. Luca 3. — Matth. 3. Luca 3.
Matth. 5. — Matth. 5.
Matth. 6. — Matth. 6.
Psal. 5. 13. Hier. 15. — Psal. 5. 13. Hier. 15.
2. Tes. 2. — 2. Tes. 2.
Testimoniū legis de Christo eiùs dens. — Testimoniū legis de Christo eiùs dens.
Exod. 29. — Exod. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in via,& introducat ad locum quem paraui.
Esa. 9. Obserua eum & audi vocẽ eius,nec contemnẽdum putes,quia si dimittet cũ peccaueris, & est nomen meum in illo. Ego,inquã,ille Angelus, sum Angelus pacis & consilij, Angelus vitæ & veritatis. Et est in me nomen
Nomen domini in Christo. Dñi. Nã excepto eo, q̃ ille Pater,& ego sum Filius,ille genitor,& ego genitus,quodcunque eius est nomẽ,in me est, & æquè vt ille nuncupatur Dominus, Deus omnipotens, increatus, immensus, æternus, & quodcunque nomen de vero Deo prædicatur,quem vos dicitis,quia Deus noster est, & non cognouistis eũ. Vos ergo peccatũ vestrũ appre
Matth. 6. Mar.12. Lucæ 11. Matth. 23. Philip. 3. Matth.6. Lucæ 16. Prou. 2. hendet,& peccatũ vestrũ vos inuenietis, qa nõ accipitis me testẽ veritatis, susceputi aũt estis Principẽ vanitatis, vtpote qui toti carni & vanæ gloriæ dediti estis. Proinde crimen eiusdẽ vanæ gloriæ, q̃ in me falso intorsistis, nunc ego retorqueo veraciter in vos cũ pœna peccati. Dico enim:[Quomodo potestis vos credere,qui gloriã ab inuicẽ quæritis,& gloriã quæ à solo est Deo,nõ quæritis?] Peccatũ quippe est,quòd gloriã ab inuicẽ quæritis.Sicut & magistri vestri Scribæ& Pharisæi, q̃ omnia faciũt vt videantur ab hominib. amãtes primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis,& salutationes in foro,& vocari ab hominib. Rabbi:imò quòd gloriã ex vobismetipsis turpẽ & immundã quæritis,velut oẽs Ethnici,quorũ Deus venter est,& gloria in eorũ pudẽdis,quorũ Deus Mãmon est & gloria in reb.pessimis.Lętantur enim & exultãt cũ malefecerint,Peccatũ
2.Cor. 1. inq̃, vestrũ hoc est,pœna aũt peccati hęc redditur, qa perinde excęcati credere nõ potestis,& venire ad me,vt vitã habeatis.Credere vel venire ad me,gloriãq; ab inuicẽ quærere,valdè sibi inuicẽ aduersãtur & repugnãt, simulq; esse nõ possunt. Cõsequuntur autẽ te inuicẽ, gloriã ab inuicẽ quærere,& gloriã q̃ à solo est Deo nõ quærere:sic econtrà sibi consentiunt,seq; inuicẽ cõsequũtur, credere vel venire ad me,& gloriam quę à solo est Deo quęrere. Quæ enim est illa quæ à solo Deo est gloria,nisi testimoniũ bonæ cõscientia? Hęc vtiq; vera gloria est.Quia nõ potest fallere.Quę aũt ab inuicẽ est gloria,fallit semper. Vnde & falsa & vana est. Ergo illã gloriam verã.s. bonã conscientiã,gloriã, inquã, & honorẽ vobis thesaurizare. 1. credere vel venire ad me nõ potestis,quãdiu gloriam ab inuicẽ quæritis:nec aliã ob causam ad me venire non vultis, nisi quia in vanitate longè à Deo gloriã inij. Igitur falso suspicamini me testimoniũ vel claritatẽ accipere velle ab homínib.à quo tã longè est gloriæ cupiditas,vt ad me venire nõ posit,quicũq; ab hominib. gloriã quærit: & ego in vos veraciter & iustè retorqueo crimẽ hoc.qui gloriã ab inuicem quærẽdo ita cæcati estis,vt veritatem audire non possitis, imò & gloria Dei vobis odio sit.Quid deinde? Putatis accusante conscientia,quòd vobis talionẽ redditurus sim? Vos
Psal. 63. enim obseruatis me, & circuitis obseruãtes, vt inueniatis vnde accusetis me,& in hoc exacuitis,vt gladiũ,linguas vestras, & intenditis,arcum rẽ amaram,vt sagittetis in occultis immaculatũ,& nõ inuenitis, quod de regno vel gloria vestra tantũ habeam cupiditatis, quãtũ possit à sagitta pũgi i.legitima accusa-
Christus nõ accusator, sed iudex est. tiõe ante Cæsares vel Præsides vestros declamari.Ego autẽ habeo multa de vobis loqui & iudicare.Quid ergo?Et ego vos æquali visitudine accusaturus sum? Non.[Nolite putare,quòd ego accusaturus sim vos apud Patrẽ.]Putate, imò & scitote causam vestrã
Hier. 12. longè in peius cecidisse, qa non misit me Pater accusare,sed iudicare. Non mihi vt accusatori verba dedistis,nõ à qualicunq; exploratore perspecti estis,sed incidistis in manus Iudicis,sed apud me estis rei maiestatis, sed incidistis horrendè in manus Dei viuentis. Hic Filius Dei, cui vos nõ creditis,ad quem vos venire nõ vultis vt vitã habeatis, cui Pater omne iudiciũ dedit, quia Filius hominis est,ecce ad audiendas causas ꝓcessit.In iudiciũ enim in hunc mundũ venit, vt principẽ mũdi foras eijciat, & oẽs eius sequaces in diẽ malũ reseruet,in diẽ occisiõis, sicut ꝓpheta prædixit:Ecce,inquã, Iudex idemq; Rex ad audiendũ processit,voscq; vincti peccatis ante conspectũ eius adducti estis. Nolite ergo putare, quòd ego accusaturus sim vos apud Patrem Seruabitur quoq; vobis apud me idem,qui in iudicijs vestris mos est, vt nõ sit vnus idemq; Accusator & Iudex, Ego autẽ (sicũt iam dixi)quod vos credere nõ vultis, ego,inquã,ego sum Iudex. Accusatorẽ ego attendo contra quẽ nullus aderit defensor. Nõ enim Accusator deest. [Est qui accuset vos Moyses,in quo vos speratis.] Me Iudice præsidente Moyses accusat vos. Noua res
Iudex non verè discipuli Moysi. nũc à me, vobisq; inopinata,dicta est. Vos enim in Moyse sperastis.Quid ni? vos etenim
Ioan. 9. Matth.23. Deut. 6. Matth.22. Idem 23. Discipuli Moysi nos sumus, dicitis: vos de cathedra Moysi pendetis, & cũ surdis auribus audiatis dicentem:Diliges Dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota mẽte tua, & ex totis virib.tuis,& proximum tuum sic ut teipsum,totamq; Legẽ in his duobus mãdatis pendentem & ꝓphetas, post dorsum vestrum proieceritis, in solis phylacterijs dilatatis,& magnificis fimbrijs totos Mosaicos vos esse putatis.Itaq; & hoc speratis,quòd,si ego apud Patrem vos accusauero, & Pater
Exod. 32. quippiam durũ super vos molitus fuerit,stabit Moyses pro vobis, & antiqua fortitudine Deum tenebit, & cũ dixerit Pater:dimitte me,vt irascatur furor meus contra eos,& deleam eos. confortabit Moyses brachium suum,& tam diu complexu stringet illum, dicens: Dimitte peccata populi tui, donec respondeat: dimisi propter verbum tuum. Non est ita.Non enim hic agitur iudicium, vt Pater iudicet, & me accusante Moyses excuset

Gen. 4. excusẽt: sed ego Iudex,Pater enim non iudicat quenquam.Ego, inquam,Iudex: Moyses autem,Accusator est: crudelis & clamosa cõscięntia vestra, testis vnus:sanguis meus, quem vos persequimini (iam enim interficere me quæritis)sanguis, inquã,meus clamãs in cælum de terra, quæ aperiet os suum, & suscipiet illũ de manu vestra,testis aliꝰ est:& econtrà defensor nullus est. At vos in Moyse sperastis,quasi ille peccatores & impios,vestri similes fouere consueuerit. Nónne & quando Deum tenuit (vt prædictum est) stans in confractione, idem in nimia mentis humilitate,in conspectu eius, vt auerteret iram eius,nõne,inquam,priùs quàm manus suas ad Deum expanderet,suas manus, manusq; omniũ filiorũ Leui cõsecrauit in mortibus vestris,qui soli de tanto numero accesserũt ad eũ dicentẽ:qui Dñi est, iungatur mihi: Nónne & Tabulas scriptas digito Dei, valdè iratus confregit, vitulumq; vestrum, Deum vestrum aureum,coram quo sa tantes lusistis,contriuit & minuit,& in fluuium proijciens, ex eo vobis potũ maledictionis dedit,& viginti tria millia de numero vestro occidit? Qui igitur sic iratus est,vbi coram vitulo vestro vidit vos saltantes, & ludentes,choroq; ducẽtes, quantò magis nũc vos rebelles & incredulos, populumq; du-
Matth.27. Psal.105. ræ ceruicis,ille idem iusta accusatione con-
Mysterium tabularum confractarum. fringet,quemadmodum Tabulas illas lapideas (quibus vtiq; duriora vestra sunt corda)iusto zelo confregit? Sceleratiùs nunc Barabbam latronem, homicidam, seditiosum,mihi præferre habetis, quã tunc Deo, qui vos eduxerat de terra Aegypti, vitulũ conflatilem prætulistis, & mutastis gloriam vestram in similitudinem vituli fœnũ comedentis,tunc ludentes atq; cantãtes,nunc tumultuantes,& crucifige crucifige conclamãtes.Quapropter sicut illæ priores Tabulæ manibus Moysi confractæ,& aliæ denuo de monte,instar priorum inciſæ sunt, sic accusatione Moysi vos prior populus iamiã condemnabimini,& alia Gens maior & melior in Tabulis cordis carnalibus æternam excipiet scripturam digiti Dei. Non enim in vanum Moysi nunc dictum est: Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me,
2.Cor. 3. Exod. 34. vt irascatur furor meus contra eos, & deleã eos, faciamq; te in Gentem magnam, quæ hac maior & robustior est. Audiet quippe deniq; Moysen alia Gens, vobisq; abiectis & instar dãnatione confractis, orbis terræ
2.Cor.2. Exod. 34. Doctor hic erit, non in obscuritate literæ, sed in spiritus claritate.Nam sicut cum prioribus Tabulis facies eius non refulsit,sed cũ acceptione Tabularum posteriorum splendida facta est ex collocutione Dei, ita vt patres vestri admirantes timerent & fugerent, ita nũc in doctrina noui populi vobis prędestinati,ex collatione Euãgelij glorificabitur Lex,radijs gratiæ & veritatis,quam dũ prædicabitur,* vobis ferre non valentes,toti ad uersi fugietis.Et hoc scitote,quia quod tunc dictum est illi,de peccato vituli: veruntamẽ in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum,nunc implebitur,ita vt cum omni sanguine iusto,qui effusus est super terram,veniat & illud peccatum super generationem istam.Est igitur qui accuset vos Moyses, in quo vos ore superbo sperastis, & corde incre
Exod. 32. dulo ab illo receditis,cùm ille vobis,imò cũ
Matth.23. ctis Gentibus,contra vos clamet: qui Do-
Exod. 32. mini est,iungatur mihi. [Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Quia si literis illius nõ cre
Apoca.2. ditis, quomodo verbis meis credetis?] Ecce qualem ad conclusionis finem disputatio veritatis delectabilis & victoriosa peruenit,ecce qualiter aduersarias partes, & si nõ vicit, vt flecteret,vicit vt confringeret. Putabant se esse filios Abrahæ,dicebant se Iudæos esse,sperabant in Moyse,adeò prompti sautores Moysi, vt quærerent interficere Filium Dei. Nam propterea persequebantur eum, quia hæc faciebat in Sabbato. Confregit illos, ita vt non possint stare, conuicit illos Moysi non credere, nec Iudæos esse, sed esse in Synagoga Sathanę.Si crederetis(inquã) Moysi, crederetis forsitan & mihi. Exposuit cur à Moyse, vel vnde essent accusandi, videlicet quia non crederent Moysi.Et miro modo dicit:In quo vos sperastis, subdendo:Si enim crederetis. Sperare namq; nõ potest, qui non credit. Mirum ergo videri potest,quòd hinc illos non negat credere, hinc rursus eosdem causatur non credere.Proin-
Duplex fides. de res nunc exigit, illam quæ à sanctis Patribus rectè perspecta est, non prætermittere distinctionem Fidei.Audenter dicunt, quia sine Fide neque infidelis viuit. Nam si infidelem percontari velis, quem patrem, vel quam matrem habuerit, protinus respõdet, illum atque illam. Quem si statim requiras, vtrùm nouerit quando conceptus sit, vel quando natus,nihil horum se nosse fatebitur,& tamen quod non vidit credit. Nam il-
Quõ credebant, & nõ credebant Moysi Iudæi. lum patrem,illamque se matrẽ habuisse,abl que dubitatione testatur. Itaque fatentur,& infidelis habeat fidem. Habent etenim in fideles fidem,sed vtinam in Deum:quã vtique si haberent,infideles non essent. Cùm itaque sit & fides, quam infideles quoque habere possunt:& Fides, quam qui habent, infideles non sunt, rectè Iudæi & sperare in Moyse,& Moysi redarguuntur non credere.Nam secundum fidem,quam & infideles habere possunt,optimè tenebant & hunc tenent Iudæi,nobiles & sanctos Patres se habuisse, Abraham, Isaac, & Iacob, Principes & Duces, Reges quoque ac Sacerdotes,& turgidam spem magno vento superbiæ gestabant, de illorum meritis nimium præsumentes, cunctasque Gentes & immundas & ignobiles rigida nimiùm cordis

cerulce despicientes. At verò spem in Deum vel Fidem, per quam Abraham cæteriq́ue Patres iustificati sunt, illos non habere vel habuisse, satis vsque hodie manifestum est. Rectè igitur cùm dixisset Dominus: Est qui accuset vos Moyses, in quo vos speratis, ꝓtinus adiecit: Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.

Lucæ 24. Vbi dicendo forsitan, acerrimè duritiam cordis eorum ad credendū expressit. Quippe cùm & Electi ex illis, Apostoli benè credentes Moysi, & expectantes promissum p Prophetas Regnum Dei, tam difficiles ad credendum sibi fuerint, vt & ipsos increpauerit dicens: O stulti & tardi corde ad credendum in his quæ locuti sunt Prophetæ. Itaque licet posito hoc antecedenti: Si crederetis Moysi, consequens sit: credaretis & mihi, tamen quia potuit in Discipulis quoq; eius fieri, vt credentes Moysi, non statim crederent & huic, sed ingenti opera strui oportuit, vt crederent hunc esse, de quo Moyses scripsit, rectè ait: crederetis forsitan & mihi. Vnde & subsecutus, non dixit: quòd si verbis meis non creditis, quomodo literis *Exod. 32.* eius credetis? Potuit enim fieri, vt credens quis literis Moysi, necdum continuò verbis eius crederet: sed firmissimè dixit: quòd si literis eius non creditis, quomodo verbis meis credetis? Sicut enim literis Legislatoris iamdudum sepulti non credunt, verbi gratia dicentis: Ecce ego mitto Angelum meū, &c. vsque: & est nomen meum in illo, quomodo verbis eius præsentis, de ipsis nati, & inter ipsos nutriti crederent, ipsum nomen *Rom. 1.* in seipso esse profitentis, id est, Deum Dei Filium se esse asserentis, cuius respectu Deus Pater nominandus sit, vel aliquod nomen proferentis, quod non est, nisi solius Dei, verbi gratia, cùm diceret: Ego principium qui & loquor vobis.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM LIBER SEXTVS.

Gesta Christi secundo prædicationis anno prætermittuntur hic.

PRælibati anni curriculo, quod deinceps fecerit, quæq́; dixerit Dominus, Iesus ab hoc Euangelista prætermittuntur: quia videlicet eorum satis multa in cæteris Euangelistis habentur. Hic nanque annus ille est, in quo initium Dominicæ prædicationis ordiuntur. Sequentis ergo anni, qui vltimus est, vitæ mutabilis, vitæ incommutabili sem per in se viuenti narrationem ingreditur, tantò plus splendoris habentem, quantò viciniùs spectat, mox affuturam post finem *1. Cor. 15.* eiusdem omni Dominicæ Passionis & resurrectionis sempiternam lucem. Tunc enim verè nobis omni nube discussa, benigna solis æterni claritas emicuit, quando verus iste Agnus, vt auferret peccata mundi, mortē nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Huius autem beneficij claritatem præsentis anni præmittit, in eo maximè quòd Dominus noster necessariā vitæ nostræ, suæ carnis escam, suiq́ue sanguinis potum commendans: Nisi manducaueritis (inquit) carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā *CAP. VI.* in vobis. Igitur habito cum Iudæis fideli & omni acceptione digni sermonis conflictu, hæc Euangelicæ narrationis lectio sequitur. [Pòst abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo maxima: quia videbant signa quæ faciebat super his, qui infirmabantur.]Nō prę positiuè, post hæc abijt, sed absoluto aduerbio, pòst abijt, legendum. Non enim ab Hie rosolymis, vbi facta vel dicta fuerāt ea, quę suprà memorata sunt, abijt Dominus Iesus trans mare Galilææ, vt faceret vel diceret ea quæ præsenti continentur lectione. Nam & quando post abierit illuc & hic Euangelista patenter innuit, dicendo: Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum, videlicet circa finem anni prælibati, & vnde, quò vel cur abierit & ista fecerit, Euangelista *Matth. 13.* Matthæus euidenter aperit. Videlicet vnde *in fi.* nisi de patria sua, Nazareth: Vbi non fecit *Abijt de* virtutes multas propter incredulitatem illo *Nazareth* rum. Cur autem inde abijt, nisi quia scandalizabantur in eo? Dicebant enim: Nonne hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Symeon, & Iudas? & sorores eius, nonne oēs apud nos sunt? Vnde ergo huic ista omnia? Herodes quoq; Tetrarcha fama eius *Matth. 14.* audita: Hic est, inquit, Ioan. Bap. ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Propter hæc à patria sua discedens, qualem in locum abijt trans mare Galilææ? In locum (inquit) desertum seorsum. In his omnibus mysteria continentur, nunc interim literam prosequamur. Abijt, inquit, trās mare Galilææ, quod est Tyberiadis. Primò dicendum iuxta historiā, quia mare Galilęę, quod multis pro diuersitate circumiacentium regionum vocabulis distinguitur, illis tantū in locis mare Tyberiadis vocatur, vbi Tyberia-

Tyberiadem ciuitatem, aquis, vt aiunt, calidis salubrem ab occidente præmonstrat. Siquidem interfluente Iordane, duo de viginti passuum millibus in longum, & quinque extenditur in latum. Solum hoc miraculum *Lucæ 12.* de omnibus, quæ ab alijs dicta sunt, ab hoc *Matth. 12.* Euangelista iteratum est. Quare? Videlicet, *Ioan. 5.* vt secundum authoris intentionem & opus pariter & causas operis perscriberet. Nam cū hæc visibilia faceret Dominus, inuisibilium instātia rerum miro modo (vt ait ipse) coartabatur vsq; dum perficerentur, & quē admodum ex abundantia cordis os cuiusq; nostrū loquitur, sic ipse secundum Diuinæ Maiestatis suæ opera, quæ intus meditabatur, foris miranda operabatur. Deniq; cùm cibus suus esset, facere voluntatem eius qui *Ioan. 13.* misérat illum, & perficere opus eius, nunqd obliuisci aliquando poterat eundem cibum suum, quin semper dictis & factis ruminaret illum? At nunc propè erat, propè, inquā, id est, post annum futurum erat, vt secundum prædictam voluntatem Patris, mare *Ioan. 13.* Galilææ, id est, amaritudiné iniret transmigrationis suæ, videlicet transeundo ex hoc mundo ad Patrem per amaram passionis & mortis tribulationem, ac deinde sequentes se per Fidem turbas populorum, secundum animas refecturus erat sanctarum cibarijs Scripturarum, simulq́; secundum corpus & animam, vt vtrunque vitam haberet, daturus in escam necessarium Corporis & Sanguinis sui Sacramentum. Hoc manifestè prę *pòst abijt.* senti facto prophetauit, manifestiúsque sequenti sermone confirmauit. Vnde constat homines istos tanto miraculo refectos, non à semetipsis, sed nutu Diuino dixisse: quia hic est verè Propheta, qui vēturus est in mū dum, ipsumq́; Euangelistam hoc ipsum intendere, cùm præmittit, dicens: Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum, quia videlicet in Paschali solēnitate transeūdo (vt iam dictum est) ex hoc mundo ad Patrem, relicturus erat nobis sequentibus se, in escam & potum (vt prædictum est) Corpus & Sanguinem suum. Benè ergo miraculum hoc, cùm ab alijs dictū esset, ab hoc Euangelista iteratum est, vt causas eius per subsequentia Domini verba pleniùs exponeret. Sed iam ad mysteria veniendū est. Abijt, inquit, trans mare Galilææ quod est Tyberiadis. Ecce palā est, quia abijt, quia reliquit domum suam, dimisit hæreditatem suam. Reliquit, inquam, domesticos suæ carnis, falsos & semetipsos fallentes Discipulos Moysi, quib. suprà dixerat: Quod si literis eius non creditis, quomodo verbis meis credetis? & longè abijt quò voluit, ad suscitandos mortuos quos voluit, ad dandam vitā omnib. à quibus æquè vt Patrem honorificandū se nouit. Abijt aūt trās mare Galilęæ, id est, transmigrauit amara via, & difficili navigatione. s. portatus ligno crucis, qua tamé & triumphauit oēs fluctus suæ passionis, ꝙ videlicet mare est Tyberiadis. Quia quod omnibus notum est, passus est sub Pontio Pilato Præside Tyberij Cæsaris, nobisq́; magnæ Gentium multitudini, eiusdem crucis nauigium, ad sequenda vestigia sua dereliquit. Quicunquè enim illum sequimur in *Rom. 6.* morte eius baptizamur, consepulti cum illo per baptismum in mortē, vt quomodo surrexit ipse à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quare autem nos tantæ multitudinis populus illum sequimur? Quia videbant, inquit, signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Quis ex nobis omnib. qui illum sequimur, non in firmabatur? Quis non in originali peccato Adæ, sinè dubio additis & suis actualibus peccatis moriebatur? Nam & si propter peccatum originale æquè oēs, siue Iudæi, siue Gentiles moriebamur, etenim de Iudæis quoq; * fuit (inquit Apost.) filijræ sicut & ** fuimus.* cæteri: &, si, inquam, omnes infirmabantur homines, nos maximè infirmi eramus, cùm spem non habentes lōgè essemus à Deo. Vnde & de nobis rectè dictum est: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea accelera- *Ephe. 2.* uerunt. Illa vtiq; non curiositati, sed saluti *Psal. 15.* nostræ data signa, signa misericordiæ & gra *Rom. 5.* tię vidimus. Quia vbi abundauit peccatum, superabundante gratia: nos idololatræ, quorum multiplicia fuerunt peccata, multipliciora per Spiritum S. eius accepimus gratiarum dona, vt sanati expediti curreremus, & currentes non lassaremur, laborantes non *Religiosi* deficeremus. Equidem sunt pleriq; qui Re- *propter cō-* ligionem Christianam non idcirco sequun- *moda tēpo* tur, quia * videlicet huiusmodi signa, quib. *ralia.* infirmæ animæ curantur, magisque illecti ** viderunt* sunt temporalibus commodis, quæ (cū sint officiales Sacramētorum Christi) de altario consequuntur, quam delectati spiritualium pietate donorum, quibus (vt iam dictū est) infirmæ animæ sanantur: Fuerunt & in illa multitudine magna quàm plurimi, qui Dominum non reuera sequebantur, propter signa quæ faciebat super his, qui infirmabantur, nec tam delectabantur pia cógratulatione, quam trahebantur Iudaico more ad ea capienda, quæ postmodum ab ipso Domino murmurantes quæsierunt, vel quærentes murmurauerunt. Quod ipse illis paulò pòst exprobrans: Venitis, inquit, ad me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Attamen quamlibet diuersa mente, magna tunc sequuta est, magna nunc sequitur multitudo Dominū Iesum. [Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum Discipulis suis.] Ergo, in- *Philip. 2.* quit, quia trans mare abijt, idcirco ipse quo- *Psal. 19.* que in montem subijt, quia videlicet, propter hoc illum Deus exaltauit, quia factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: & idcirco super omnes cælos

Mystica expositio de passione Christi. Ioan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cælorum caput exaltauit, quia de torrente Passionis in via bibit. Ibi sedebat cum Discipulis suis, proculdubio in magna solennitate contemplationis, habens coram se opus suum, & religioso corporis habitu exprimés præparationem gloriæ & honoris, in quo se dere habebat ad dexteram maiestatis in excelsis: &, quòd, vbi foret ipse, illic essent simul & Discipuli sui. Si enim omnis vita sapientis meditatio mortis est, cùm vtique neſciat homo finem suum, quantò magis ipse qui nouerat, & pro velle suo disponebat cursum suum, & finem suum, quem latere non poterat, quæ vtilitas esset in sanguine suo, dum descenderet in corruptionem, cunctas humanitatis suæ vias secundum eundem finem suum coram se habebat? Quàm congruo autem tempore procedebat, Euangelista pulchrè innuit, ita subiungens. [Erat autem proximũ Pascha dies festus Iudæorũ.] Festo quippe Iudæorum die, qui dicitur Pascha id est, transitus, quando Agnus brutus, in figura huius veri & rationalis Agni, immolabatur & eius sanguine postes consecrabantur, & sic transitus filiorum Israel per mare rubrum celebrabatur, tenendus erat hic Dominus, & omnibus sequẽtibus se viã maris rubri, id est baptismi, per mortem suã paraturus, & omnia quæ nunc tam præeunte miraculo significat, q̃ & subsequenti sermone commendat, in semetipso completurus. Benè ergo secundum intentionem operantis Domini pertinuit ad diligentiam scribentis, vt diceret, erat autem proximum pascha, dies festus Iudæorum. [Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: vnde ememus panes, vt manducẽt hi? Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus.] Vt coniunctionis interpositæ vim teneas, memoriter illud sciendum est, quod idcirco transierit & in mõtem subierit, vt turbæ sequerentur: imò idcirco mortis amaritudinem passus sit, & in cælum ascenderit, vt nos eius vestigia sequentes ad thronum gratiæ per ipsum fiducialiter accederemus. Cùm ergo subleuasset inquit, oculos. Subleuati oculi Iesu feneſtræ salutis, & patentes misericordiæ ianuæ sunt, per quas gratia & veritas emittitur: subleuatio oculorum Iesu, præsens miserorum cõpassio est. Quo contrà Psalmista de his, quorum viscera crudelia misereri nolunt, & parcere nesciunt, oculos suos, inquit, statuerunt declinare in terram. Et quidem peccata patrum nostrorum (qui peccauerunt & non sunt, nos autẽ iniquitates eorũ portauimus) hoc merebantur, vt Iesus oculos suos, in iram iustè depressos, minimè subleuaret, sed extrà debitum iustitiæ misericorditer de nobis recogitans, cùm esset in sinu Patris, prospexit de excelso sancto suo, & postmodum cælo iterato receptus, aspectus erat de cælo in terram, vt audiret gemitus compeditorũ, vt solueret filios interemptorum. Vnde & alibi Psalmista: Oculi, inquit, eius super Gẽtes respiciunt. Subleuatis igitur gratiæ suæ oculis, quid dixit aut quid fecit? Vnde, inquit, ememus panes, vt manducent hi? Equidem tunc vnum ex Discipulis, quos ad iustitiam magister pietatis erudiebat, hoc modo tentauit, non vt sciret, quantum fidei iã haberet: (quippe qui iuxta hunc eundem Euangelistam sciebat, quid esset in homine, & idcirco non erat ei opus, vt quis testimoniũ perhiberet de homine) sed vt manu inquisitionis suæ tentãdo & per vocem responsionis elicẽdo ignorantiam eius ipsi ostenderet: quomodo beneuolus cuiusque artis Præceptor, interdum Discipulum interrogat, non quod de ignorantia illius dubitet, sed vt ad interrogationem eũ igilet, & ipse iam attento efficaciùs demonstret. Cæterùm omnium doctorum cunctum ordinem, qui sanctæ Ecclesiæ vice eius præsunt, nunc vsq; acriùs interrogat & tentat. Cùm enim eis, vtique seruis suis, tradit bona sua, & vni quidem dat quinque talẽta, alij duo, alij verò vnum, & vnicuique secundum propriam virtutem, vel cùm aliquem constituit super familiam suam, vt det illis in tẽpore tritici mensuram, quid aliud quã interrogat & tentat, id est, re ipsa indicat, quis bonus & fidelis, quis autẽ nequam seruus sit? Nam si nihil accepissent hi, qui nunc probi vel qui suomet iudicio reprobandi sunt, semetipsos nescirent. Sunt autem plerique qui dum libenter vocant otio, de auditorum tarditate causantur. Quorum modicam, quam in spiritualibus habent, Fidem, adhuc & in corporalibus habens. [Dicit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficerent eis, vt vnusquisque modicum quid acciperet.] Tale nanque est hoc, ac si dicant hi, quibus Euangelij dispensatio credita est: Omnium magistrorum veterum pariter & nouorum doctrina non quicquam efficiet, vt Gens stolida & antiqua, fame audiendi verbum DEI præmortua, modicum quid fidei vel Christianæ Religionis acciat.

[Dicit ei vnus ex Discipulis eius Andreas, Puer frater Simonis Petri: Est puer hic vnus, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos?] Quis & duos iste puer fuerit, vel cuius in obsequium, scies paulò vtrùm ne Christi & Discipulorum eius an cuius quorumlibet è turba, venalia hæc portauerit, iuxta historiam ignoramus, Cæterùm quacunq; in solitudine, quacunque in deserti, id est, seculi huius regione, turba Gentium CHRISTVM sequitur, trans mare baptismi eius, vt videat signa quę facit super his qui infirmabantur, diuersis peccatorum languoribus. illuc adest puer stultitiæ magnitudine cunctis notus, scilicet ille Iudæorũ populus,

Psal. 65.

Ioan. 2.

Matth. 25

Luca 12.

Exod. 12.

1. Pet. 2.
Hebr. 4.

Psal. 16.
Thren. 3.

Psal. 101.

populus, qui pro eo, quòd non habuit scientiam, captiuus ductus est: populus, inquam, dissipatus puer sensu, sed malitia veteranus, qui sanguine Christi pollutus, cecidit in ore gladij sub Tito & Vespasiano Imperatoribus, & in omnes Gentes captiuus ductus est. Quocunq; Christum turba credentium sequuta est, illuc iste puer deportauit se, cùm integros quinq; Mosaicę Legis panes, id est, totidem libros, duos quoq; pisces, id est, Prophetas omnes & Psalmos, Legẽ simul & Euangelium testificantes, vel vnum eundem Christum Regem simul & Sacerdotem, claris præconijs concinentes. Illos Scripturarũ panes ac pisces, collo seruili baiulat nec manducat, sudat sub onere literę, nec attingit manu vel dente medullam spiritualis intelligẽtiæ. Non ergo sibi, sed omni mundo portat, vt omnis homo vel quæq; gens testimonia Christi, quàm antiquissima sint, de vicino audiat: vt non dicat Paganus siue hæreticus, à nobis conficta esse quæcunq; de Christo contra eos proferimus testimonia: quæcunque de Rege & sponso suo Catholica cõtra omnes veritatis Aduersarios prędicat Ecclesia, nec negare queat idem puer ilsultus, suo conuictus onere, id est, Lege sua. Nam quẽadmodum filij Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse, nolentes transire cum cæteris filijs Israel ad habitandum trans Iordanem, & citra ipsum caulas ouium fabricantes & stabula armentorum, nos ipsi (inquiunt) armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua, vsq; dum possideant hæreditatem suam, nec quicquam quęrimus trans Iordanẽ, quia iam habemus possessionem nostram, & ita egerunt: sic iste populus, qui noluit nobiscum transire Christi Baptismum, tamen hic inter nos est, portans non sibi (vt prædictum est) sed nobis omnes Scripturas Legis & Prophetarum, quæ vno eodemq; sensu cibus & arma nobis sunt, neq; dimittunt nos, donec perueniat ad victoriam auditorium nostrum, siue contra Paganum, siue Hæreticum, siue etiam contra ipsum armaturę nostræ portatorem quicquam dicendum sit vel agendum. Est igitur puer vnus hic, habens quinque panes hordeaceos, & duos pisces, id est, quinq; Moysi libros, sub tenacissima literæ palea, granum spiritus continẽs, Prophetasq; & Psalmos Christum testificãtes. Sed hæc quid sunt inter tantos? Videlicet si ita permaneant, quomodo iste puer illos circumportat, permodicum & nimis parum est. Et urientium quippe multitudo magni, id est, magnæ capaces scientiæ. Oratores atq; Philosophi. Nam & de ipsis nõnulli veniunt ad Fidem Christi. At illę Scripturæ secundum literalem sensum nõ valdè magnæ sunt. Quid enim magnum apponeretur auido conuiuę, id est, cuilibet Philosopho, vel Oratori, vocato & sedenti ad mensam Christi, cùm non nisi secundum literam legeretur illi, quia Abraham duos habuit filios, vnum de ancilla, & vnum de libera: vel, quia minor ex filijs Isaac, scilicet Iacob, astu matris maiori filio benedictionem præripuit, contectus hirsutis hœdorum pelliculis? Sic & in plerisq; gestis mandatis, siue holocaustis adeò macra litera est, vt quamlibet esurienti, vel Dei verbum desideranti, in ipso desiderio fastidium generare possit, nisi ad Christi manus implenda hæc Scriptura peruenisset. [Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere.] Coniunctio literæ, quæ sic posita est: Dixit ergo Iesus, illi assumptioni vt conclusio respondet, quam suprà Euangelista posuit, dicens: Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Statimq; aliud assumit sic. [Erat autem fœnum multum in loco.] Mox iterum per conclusionem subiungitur. [Discubuerunt ergo viri.] Sed quanti, cùm panes essent tam pauci? Sequitur: [Numero quasi quinq; millia.] Nam reuera, quia tentando dixerat: Vnde ememus panes, vt manducent hi: &, quia sciebat quid proposuisset, vel quid esset facturus. consequebatur, vt postquam tentauit illum, faceret homines discũbere, & quia fœnum multum erat in loco, cõmodiùs ibidem homines poterant discumbere. Itemq; per conclusionẽ sequitur: [Accepit ergo Iesus panes.] Nam quia tanti erant homines, & tam pauci panes, vtique oportebat, vt ipse illos suis manibus acciperet, vt gratias ageret, aut iuxta alios Euangelistas benedicere ret. [Et cùm gratias egisset distribuit discũbentibus.] Cùm, inquit, gratias egisset (videlicet vt nos de perceptis vel percipiendis cælestium gratiæ donis, exemplo suo gratias agere prædoceret) distribuit discumbentibus. Quotidie quidem Dominus Iesus sequentibus se, vnicuique iuxta beneplacitũ gratiæ suæ panem cælestis doctrinæ distribuit, hoc præcipiens vniuersis, vt discumbant super fœnum, id est, vt reprimant vitia carnis. Quia videlicet omnis caro fœnum & omnis gloria eius tanquã flos fœni.

Quando autem sacram Scripturam, quæ (vt prædictum est) per panes istos figuratur, in manibus suis acceperit, rectè quæritur, & citiùs inuenitur. Tunc enim illam, videlicet sanctam Scripturam, qua nos pascit, in manibus suis accipit, quando ipse iuxta Ioannis Apocalypsim, verus Agnus assistens in medio throni, & quatuor animalium & seniorum, id est, in medio Ecclesiæ, homo factus apparens in testimonio Doctorum omnium veterum pariter & nouorum, tanquam occisus, imò reuera occisus, sed denuò viuus, habẽs cornua septẽ & oculos septẽ, qui sunt septem spiritus Dei missi in oẽm terrã, ab ipso recepto in cęlum, venit per incarnationis mysteriũ: & passiõis

Præfiguratio istius pueri.
Num. 32.

Vetus testamentum in cortice literæ insufficiens ad fidẽ.

Esai. 40.

Apoc. 5.

Esaiæ. 5.
1. Cor. 14.

Gene. 12.
Gal. 4.
Gene. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c resurrectionis suæ triumphum, vsque ad dexteram sedentis super thronum: & sic veniendo vel eundo accepit librum de dextera sedentis super thronum, & aperuit illum, id est, vniuersam Scripturam sanctam diuinitùs inspiratam, de Diuina potentia suscepit in semetipso complendam, cuius videlicet tota circa salutem nostram in natura hominis assumpta, dispensatio prædicti libri apertio, id est sanctarum Scripturarum adimpletio est. Non enim intelligerentur Scripturæ, nisi in illo fuissent impletæ. Tunc ergo Scripturarum panes in manibus suis accepit Dominus Iesus, quando secundum Scripturas incarnatus passus est, & resurrexit: tunc, inquam, acceptis panibus gratias egit, quando ita (vt dictum est) Scripturas implendo, semetipsum obtulit Patri, in sacrificiu gratię
Luc. 24. & veritatis. Igitur acceptis panibus, cùm gratias (inquit) egisset, distribuit discumbentib. [Similiter & ex piscibus, quantum volebat.] Idem tam de Moyse quàm de omnibus Prophetis, & Psalmis, populum suum sufficienter instruxit, aperiens illis sensum, vt in-
Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. telligerent Scripturas: primùm illis Apostolis, deinde per ipsos, immò qui eandem gratiam, qua & ipsis successoribus vel auditoribus eorum sufficientia de Lege & Prophetis & Psalmis adinuenta submini-strant Euangelicæ Fidei. Vnde in cęteris Euangelistis signăter expressum leg mus: quia cùm benedixisset, & fregisset, dedit Discipulis suis panes, Discipuli autem turbis. [Vt autem impleti sunt, dixit Discipulis: Colligite, quæ superauerunt fragmenta ne pereant.] Magnum quidem in facto exterioriDiuini beneficij est miraculum, veruntamen quotidianis operibus Dei non magis admirandum. Maius enim totius mundi gubernatio est miraculum, quàm de quinq; panibus saturatio quinq; millium hominum. Itaque non tam mirandum erat vel est, hoc facere potuisse Deum, quàm gaudendum illum, qui hæc facere posset, venisse in hunc mundum, hominemq; factum esse verum Deum Dei Filium. Illud quoque reuerenter audiendum, & diligenter obseruandum est, quod ait: Colligite, quæ superauerũt fragmenta ne pereant, non solùm in dispensatione verbi Dei (in quo maximè cauendum est, ne nimis importunè & absque discretione infirmis aut fastidiosis auditoribus in geratur) verùm etiam in vsu vel victu panis huius visibilis, quo corpus pascitur, curandum est, ne nobis saturatis pereat, quod esurientibus potest prodesse pauperibus. Cuius enim, nisi Dei donum est panis quoque iste, quo carnaliter reficimur? Non ita simus incauti pensatores Diuinæ altitudinis, vt cum
Panis quotidianus. Luc. 11. dicimus Patri secundum institutionem Filij sui: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non arbitremur, panem istum visibilem, quo sustentamur in corpore, & hanc solennem petitionem vel ad curam tanti Patris pertinere. Quis enim vice eius habet curare, si curam ipse habere non dignetur de sustentatione huius miserę vitæ nostræ? Proinde cùm dicimus: panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Triplicem debet panem nostræ deuotionis humilitas intendere. Primum, scilicet, panem spiritualem, id est, omne verbum, quod procedit ex ore Dei, quo noster homo interior viuit: Deinde panẽ Dominici Corporis, quo interior simul & exterior homo in vitam æternam cõualescit: Et subinde panem carnalem, quem & ipsum idem Deus & Pater omnium homini immerito de terra producit, operanti terram in sudore vultus sui, qui nisi peccasset poterat absque labore frui vltroneis Paradisi delicijs. Siquidẽ & ipse Dominus præsentibus turbis omnem huius triplicem panis largitatem eodẽ tempore aperuit. Loquebatur enim illis de Regno Dei, quod est panem spiritualem frangere esurienti. Refecit eos carnalibus epulis. Et deinde prædicauit eis vt esurient & sitirent cibũ & potum sanguinis sui. Igitur quod nunc ait: colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant, re uerenter (vt prædictum est) audiendum & diligenter est obseruandũ in omni pane, quẽ tripliciter, vt iam diximus, vitæ nostræ & salutis gratia eius prouidit, videlicet ne sublimia nimiu & fortia prędicemus infirmis: ne indignis indiscretè tradamus Eucharistiam Dominici corporis & sanguinis: ne abundãtiam nostrã in carnalib. cibis, quæ aliorũ inopiam supplere possit, aut in superfluitate abutamur, aut per incuriam perire patiamur. [Collegerunt ergo & impleuerũt. xij. cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus hordeaceis, q̃ superfuerunt his, qui manducauerãt] Redarguta ergo Discipulorũ est tarditas & fides adhuc permodica, qui dicebãt: ducentorũ denariorũ panes nõ sufficere eis, vt vnusquisq; modicũ quid acciperet: & de quinque panib. ac duobus piscibus sed hęc quid sunt inter tantos? Imò & iuxta alios Euangelistas, consiliũ incõpetens dabant omnipotẽti misericordię & misericordi omnipotẽtię, dimitteret turbas vt irent in castella villasq; proximas, & emerent sibi escas, Acrius vero & multò maximè redargutus est ille nullius fidei puer, Iudaicus populus, sensu paruulus & malitia nimiũ vetus, vt ad æmulationẽ adduceretur in non puerum, in puerũ insipiẽtem, dum videt panes diuinę Scripturę, quos volebat solus portare, nec tamẽ curabat mã ducare, sibi ablatos & toti mundo communicatos: Iuxa quod idem Dominus noster alibi dicit: Amen dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus eius, videt & inuidet, satura tas esse suis panibus Gentes, quarum refectionem, i. æternam refectionẽ odit, & inter comedendũ ora manusq; crescere iugiter medullam

Deut. 6. Matt. 4. Gene. 3. Colligite fragmenta ne pereant.

Matt. 14. Luc. 9.

Matt. 21.

medullam hordei, ita vt armaria conuiuentium plena sint explanationum libris, cuius videlicet hordei paleam asperrimam ore lãguido famelicus lambit, & puerili dente ro-
Matt. 24. Luc. 19. 1. Cor. 3. dit. Cur autem in duodecim cophinos magis, quàm in alium numerum fragmentorũ abundantia succreuit? videlicet quia duodecim erant Apostoli, numero suo præfigurãtes vniuersos sanctę ecclesię Doctores, quorum fideli ministerio tractandus erat vitalis
Psal. 21. isteScripturarũ panis. Constat verò nec dubium esse sinit veritas promittentis, qđ omnis seruus fidelis & pudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, vt det illis cibum in tempore, cum ita fecerit, præmiũ condignum reportabit. Et, iuxta aliam Parabolam, quia habuit, dabitur ei, & abundabit. Igitur quia & vnusquisq; propriã mercedem accipiet, secundũ suũ laborem, rectè saturatis omnib. duodecim fragmentorum cophini superfuerunt, vt vnusquisq; Discipu-
Psal. 68. Psal. 39. lorum, qui ministrauerant, suum reportaret cophinum. [Illi ergo homines, cũ vidissent, quod fecerat signũ, dicebant: Quia hic
Psal. 117. est verè Propheta, qui venturus est in mundum.] Et nos igitur de quibus scriptum est: Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominũ, qui requirunt eũ, nos inquã, qui requisiuimus eum trans mare Baptismi sui illum sequuti, nunc interim in hac regione deserti, triplici (vt prædictũ est) pane ab illo quotidie refecti, laudemus illum vera laudedicentes: Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum, quia magnum & euidens fecit nobis signum, superatis aquis, quæ intrauerunt vsq; ad animã eius, id est, victa morte, quia resurrexit, & in cælũ ascẽdit, misitq; nobis famelicis gratiã suæ benedictionis, scilicet Spiritum S. quo panes suos multiplices manducabiles, id est, Scripturas sanctas intelligibiles fecit, & hoc modo misit in os nostrum vocẽ confessionis, canticũ laudis, hymnum nouũ gratiarum actionis. Nos enim aduentitiæ & peregrinę gentes. i.
4. Reg. 3. venturus in mundum. nos inquã sumus illi, quibus Psalmus dicit: Dicant nunc, qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, de regionib. congragauit eos. Nos deniq; errabamus in solitudine, in inaquoso, soli sine Deo, procul à ciuitate Dei, in siccitate, aquã nõ habentes supernæ sapientiæ, viã ciuitatis, i. aditũ Regni Dei, nõ inuenientes, sed nec quærere scientes, esurientes & sitientes, & animę nostrę in malis tabescebant, ipsam suã inopiam nescientes præ turbatione & ebrietate, qua omnis sapientia nostra deuorata est: Dicamus itaq;: quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. Verè enim non cecidit in terrã vnum verbũ ex omnib. quæ loquutus est, quæ de seipso prędixit, quę nobis pollicitus est. Et ex his, quæ iam facta sunt, scimus indubitanter & illud, quod futurũ est, quia venturus est in mundum, scilicet ad iudicandum omne seculum, ad regnãdum in
2. Tim. 4. secula seculorum. Attamẽ illi homines, qui viderunt hoc signum & hæc de illo dixerũt, non eo sensu dixerunt: sed cum essent carnales, temporali eius beneficio delectati, quod tamen mirabiliter fecit, ita dixerunt: qui vẽturus est in mundum, ac si dicerent, qui huius mundi gloriã, & temporale iamiam nobis viuentibus accepturus est Regnum Iudæorum. Nam sequitur: [Iesus ergo cùm cognouisset, quòd venturi essent, vt raperent eum, & facerent super se Regem, fugit iterũ in montem ipse solus.] Videlicet diligentes hoc seculum, & sapientes ea, quæ carnis sunt hoc in illo amauerunt, quod prædicto miraculo experti sunt, scilicet posse illum omni vbertate rerum pascere populum suum, locupletare Regnum Iudæorum, totumq; diuitijs vincere vel acquirere mundum, & ad hoc venisse illum quondam promissum & expectatum Regem magnum, Regem inuictum, dominaturum à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarũ.
Psal. 71. Et audebat turba quinque millia hominum inconsultis Principibus (si tamen consulendi essent & secundum Deum consulere scirent) audebat inquam vnius Agni fiducia, qui & ipse longè aliud intendebat, conspirare ad incursandum vniuersum mundum, magnam vtiq; syluam ferarum frementiũ, illamq; terribilẽ & fortẽ nimis bestiã se posse capere præsumebat, quæ iuxta Danielem comederat atq; cõminuerat, & nunc reliqua pedib. suis nemine resistere audente conculcabat. At ille non venerat Reges occidere,
Dani. 7. Psal. 88. Heb. 6. sed Regibus iustè regnandi scientiã prædicare: non Regna terrarum tributis & vectigalib. premere, sed q̃ deerat Regib. & populis, de thesauro Regni cælorũ vitę ęternę donaria proferre. Lõgè alium debellaturus erat hostẽ, quàm Tyberium Cæsarẽ, aliamq; capturus bestiã quã Romam, tunc temporis Iudæorum Dominã. Igitur veram quidem laudẽ illi homines declamauerunt dicentes:
Mat. 11. Luc. 11. Verè hic est Propheta, qui venturus est in mundum, sed beatus populus, qui scit iubilationem. Illi, qui gustauerunt bonum Dei
Acto. 1. verbum, q̃ per illum panẽ significatum est, Luc. 24. vnde isti homines saturati sunt, qui, inquã, gustauerunt virtutes futuri seculi, quo iste Propheta magnus reuera vẽturus est in mũdum, alio sensu laudẽ eandẽ ructuant, aliter post Deũ currunt, alio longè desiderio festinant ad eius regimẽ, & alio modo regno Dei vim faciunt, & per violentiã diripiunt, quotidie dicentes in oratione: Adueniat Regnũ tuũ. Cęterũ nõ valdè mirũ, hosęs populares illius temporis (qđ & Apost. sperabant, qđ ipse esset restituturus temporale Regnũ Israël) ita sensisse de illo magno Rege Israël, cũ vsq; hodie quã plurimi ex eis, q̃ magnificè p̃dicãt spirituale Christi regnũ, & optimè per sciẽtiã nouerũt, q̃a regnũ eius nõ est hinc,

persæpe

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.8. persæpe propter solum temporalem cibum qui perit, currunt & rapiũt Christum, & inclamant eum Regem suum iurgantes fortiter, & eius domui, quæ est Ecclesia, vim inferentes. Quantas enim turbas huiusmodi homines Regi Christo, & Regno eius præsenti Ecclesiæ fecerunt? Videas plerosq; Sacerdotes cæterorumq; ordinum sacri altaris ministros, tanto tumultu ac strepitu officia Regni Dei præripere, quãto vix solent Chiliarchi, Centuriones siue Pentarchi, pro tẽporalibus Regni honoribus strepere, inuicemq; aduersari & inuidere. De qualibus vtiq; tam acerrimè, quàm verissimè potest dici, quia oẽs, quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi: Iesus ergo illud præsens tũc cognoscens, & istud prænoscens quid fecit? Cũ Matth.22. cognouisset, inquit Euangelista, quòd vẽturi essent, vt raperent eum, & facerent Regẽ Psal. 63. ri essent, vt raperent eum, & facerent Regẽ Ioan. 19. super se, fugit iterum in montem ipse solus. Planè hoc faciẽdo, & illos quidem homines de manu Cæsaris vel Tetrarchæ eius Herodis liberauit, contra quos illis Aduocatus esse non deberet, si extra fidelitatem debitã quicquam, tanquã pro se facerent, præsertim cùm diceret eis: reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, & seipsum calumniæ patere non permisit. Quam etiã pro nulla occasione sagittarij malitiæ composuerunt, vt sagittent in occultis immaculatum, dicentes Pilato: Quia Regem se fecit, omnis qui seipsum Regem facit, contradicit Cæsari: si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Quantò magis si non præoccupasset eos fugiens, si sustinuisset donec illum raperent & 1.Cor.9. Regem conclamarent, occasionem caluniæ 1.Tim.3. rapuissent Aduersarij? Planè hoc adiecisset, Philip.3. dicentes, quia vt secum coniurarent, illos in desertum locum eduxisset. Verùm per hoc ipsum, quòd fugit, altius quid mysticè innuit. Quia qui Christum propter aliud, quã propter ipsum sequuntur, fugit ab eis Christus, fugit veritatis Spiritus, sicut ab illo dãnato Simone fugit, offensus eo, in quo totus erat, felle amaritudinis. Quo autem fugit ab istis? in montem, in summam cæli altitudinem. Illuc fugit, illuc se abscõdit ab his, illic se continet ab raptoribus & grassatoribus istis, non quod illuc ante impetum ipsorum non ascenderit, sed quia nõ inde super illos vlla donorum suorum parte respicit, Matt.14. & circa viles sarcinulas occupatos, scilicet ventri & turpi lucro deditos, despiciens solis illis se impendit nec nimis altè se ab illis submouet, qui dicere possunt: nostra autem conuersatio in cælis est. Nec mora palàm omnibus est, quòd ab illis Christus fugerit, quòd illos Spiritus Christi reliquerit. Turbatur namq; turba, & facit Hereses & Schismata: Sed hæc postmodum melius declarabunt sequentia. Sequitur: [Cùm serò autem factum esset, descenderunt Discipuli eius ad mare. Et cùm ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum.] Alius Euang. refert manifestius, hoc factum esse iubente Iesu. Iussit, inquit, Iesus Discipulos suos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. *Mysterium cur Christus nõ cum discipulis in naue dixit.* Ascendentibus nauim Discipulis, & tempestatem passuris, ipse Christus, quem transiens ipsum mare fuerant secuti, simul non ascendit, sed in monte remanet. Quia videlicet postquam semel fluctus nostræ mortalitatis transijt, & aquæ mortis semel intrauerũt Psal.64. vsq; ad animam eius, iam ad ipsas passionis Rom. 9. aquas non reuertitur: resurgens quippe ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. At verò nos, qui illum transeuntem aquas secuti sumus, baptizati videlicet in morte ipsius, consepulti cum illo per Baptismum in morte, nos, inquam, aquas adhuc multas transire, & mare longum arare debemus, id est, tempestates tribulationũ aut certè vitiorum pati. Quas & constanter 1.Cor.10. ferre, & superare iubemur, ad omnes tentatio- Matth.4. nes præparati. Benè ergo, vt Matthæus Euangelista testatur, hoc ipsum iussit Dñs Iesus, significans, quod & illi Discipuli eius, & quicunque vellent illum piè viuendo imitari, se recepto in montem cæli, laboraturi forent in fluctibus seculi, probãdi ad aquas contradictionis, & exaudiendi in abscondito tempestatis, ad quos videlicet fluctus nõ esset ipse reuersurus cum eis, nisi per præsen- 2.Tit.3. tem omnipotentiam auxilij sui. Quia verò Psal.80. & hoc idem Euangelista nõ solus dixit, quia orare in montem ascendit, prætereundum non est, quia nec tunc, cùm adhuc mortalis esset orauit, nec modò cũ immortaliter regnat à dextris Dei, interpellat pro nobis absque maxima distantia omnimodę orationis qua homo orare Deũ debet, aut vnquã debuit. Quã videlicet orandi distantiã Lucas Luc.6. quodã loco exprimens: Et erat, inquit, pernoctans in oratione Dei, videlicet cũ esset filius, Deum Patrẽ reuerenter orabat, Deus Hebr.10. ipse reuerendus, & pro sua reuerentia exaudiendus, cuius vita & mors sacrificium pro nobis & iugis oratio extitit. Immortalitas Ibid. aũt eiusdẽ nunc idoneũ nostrę fiducię patro- Rom.8. ciniũ est, in qua non iã, vt oret prosternitur, 1.Ioan.2. sed sedens ad dexterã Maiestatis in excelsis, in eo pro nobis rectè interpellare dicitur, q in semetipso nostrã Deo Patri substantiam semp præsentat fidelis operator, iustusq; ac potens Aduocatus. Cũ, inquit, ascẽdissent nauim, venerunt trans mare Capharnaum. Hoc secundum Regulã, quam Tychonius Recapitulationem appellat, intelligendum est. Priùs enim anticipatur, quòd trans mare Capharnaũ venerint, deinde narratur qualiter venerint. Sic illud in Geneli per Antici- Gen.1.2.3. pationẽ dicitur: Et creauit Deus hominẽ ad imaginẽ suã, ad imaginẽ Dei creauit illum, masculum & fœminã creauit eos. Posteriùs namque

namque narratur qualiter primò hominem de limo terræ formauerit, ac deinde vnam de costis eius in mulierem ædificauerit. Itẽ cùm dixisset Scriptura (de generationibus filiorum Noẽ loquens) ab his diuisæ sunt insulæ Gentiũ in regionib. suis, vnusquisq; secundũ linguas & familias in nationibus suis, inferiùs narrat qualiter diuisę sunt, dicẽdo: Gene.6. Erat aũt terra labij vnius, & sermonũ eorundem, Dumq; proficiscerẽtur de oriente, &c. Sic, inquã, & hoc loco rei gestæ anticipatur, moxq; ipsa res gesta hoc modo narratur [Et tenebręiã factę erãt, & nõ venerat ad eos Iesus] Ac si dicat, Sicut dixi, quia cũ serò factũ esset, ascẽderunt Discipuli eius in nauim, itẽ & nunc dico, quia tenebrę factæ erãt quãdo ascenderunt in nauim, & non venerat ad eos Iesus, quia videlicet in monte remãserat, quò (sicut ante iam dixi) propter turbam fugerat ipse solus. [Mare aũt magno vẽto flãte surgebat.] Hoc & tũc factũ est, & sępè fit, vt Psal.105. vẽto elemẽtari flãte, mare exurgat, & quãtò vehemẽtior flatus inhorruerit, tantò magis intumescat, vagasq; vndas collidat & inuoluat. Tũc deprehẽsa in fluctib. nauicula, nũc in cælum erigitur, nunc in abyssum demergitur, & (vt ait quidam) Nubila tanguntur vẽtis, & terra carina: At verò tempestas illa, tanto miraculo Domini super aquas ambulantis sedata, seculi turbines significat quos nunc Saluator calcat & mitigat, quando clamanti ad se Ecclesiæ, pacem & quietem in Hier.4. tempore oportuno reformat. Igitur ventus magnus, ventus vrens, est Diabolus, quem & per ventum Aquilonem sancta Scriptura significare consueuit, qui tunc habens irã magnam vehementius flauit, & corda malorum ampliùs furore suo turbauit, quando nauiculam Discipulorum Christi, scilicet sanctam eius Ecclesiam, vidit agi per mare huius seculi. [Cùm ergo remigassent quasi stadijs xxv. aut xxx. vident Iesum super ma- Matth.14. re ambulantem, & proximum naui fieri, & timuerunt.] Matthæus Euangelista dicit, quia quarta vigilia Dominus ita venerit: Est autem quarta vigilia noctis ferè pars vltima. Quia videlicet quatuor sunt vigiliæ, tribus horis per singulas deputatis, quas castrorum vigiles lege militari commutando excubias, & vicissim vigilando seruare consueuerant. Igitur & in hoc mysterium est, Mysteriũ auxilij dei in mane. quòd Discipuli rempestatem passuri vespere ingrediuntur, & manè Saluatoris aduentu visitantur. Quia à vespera persecutionis, Psal.29. vel peccati aduersitate, manè verò pacis Gene.3. vel iustitię passim in Scripturis significat, p- Hebr.2. speritatem, iuxta quod ait Psalmista: Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia, id est, secundum peccatum Adæ, qui post meridiem declinante iam die requisitus & peccator inuentus est, demorabitur aduersitas mortalitatis, & secundum Christi iustitiam, qui destructo peccato per mortẽ suam, matutino surrexit, lætitia succedit immortalitatis & incorruptionis. Sanè quod ait: cũ remigassent quasi stadijs viginti quinque aut xxx. magnitudinem spectat miraculi, quod cùm illis ascendentibus nauim Iesus non venisset ad eos, tanto spacio vsq; ad illos super mare ambulauerit. Nam cùm littora curua sint, & nonnullis in locis latus continentis tenuem producat in æquora linguam, quocũq; ex tractu littoris Iesus mare ascẽderit magno satis spatio super aquas ambulauit. Si de sinuoso littoris recessu ascendit. xxx. stadijs ambulauit, si magis introrsũ productum littus tenuit. xxv. stadijs mare ambulando calcauit.

Item si mysticum sensum hic in istis numeris attendere libet, quando in tentationi- *Mysterium in his numeris.* bus subuenit, siue à perfectione boni operis siue à Fide quoque sanctæ Trinitatis, vt persecutionis exturbatos visitat, grandem cursum suæ dignationis perficit, & à longè deiectos in profundum animos de longinquo æternæ stabilitatis suæ littore, auxiliatrix gratia procurrit. Nam xxv. stadiorum numerus, cùm totus sit quadratus ex quinario in seducto cõpositus (quinquies. n. quinq;, xxv. faciunt) perfectionem boni operis intrinsecus significat, q quinq; sensib. corporis perficitur, & quinq; libris Moysi cõmendatur. Tricenarius aũt numerus, quę secunda vnitas. i. denarius perficit, tertio repetitus, Euangelicã Trinitatis fidẽ rectè figurat. Itaq; dum Christiano vi persecutionis vel occultæ tentationis à bono opere depulso, Christus subuenit, quasi xxv. stadijs elongato & abstracto subuenit: cùm aũt ei, qui fidei quoq; damna incurrit, miseratus appropinquat, quasi xxx stadijs longè iactatã nauiculã liberat. Et timuerunt inquit, imò præ timore clamauerũt iuxta aliũ Euangelistam, Matt.14. quia putauerũt, q phantasma esset. [Ille aũt dixit eis. Ego sum, nolite timere. Voluerũt ergo eũ accipere in nauim, & statim fuit nauis in terra ad quam ibãt.] Hoc loco hic Euangelista prætermittit, q Matthęus non tacuit, quia Simon Petrus magnæ fidei & dilectionis ardens erga Dominũ Iesum: Dñe, inquit, si tu es, iube me venire ad te super aquas, & illo dicente: veni, descendẽs de naui cula, ambulabat super aquas, vt veniret ad Iesum. Hoc cõtra suos inimicos quosdã Hæreticos (qui ab erroris sui qualitate, Phantastici dicti sunt) veritas vtiliter præuidit, ne deesset Christianę fidei os aut spiritus, quo phãtasticã quoque blasphemiã leuiter exufflare posset. Fuerũt aũt Hęretici, qui Dñm nostrũ nõ verũ & solidũ, sed phantasticũ corpus habuisse dicerẽt, hoc argumẽto nimis infirmo abutentes, quia super aquas ambulauit. Si, Matth.14. inquiũt, sup aquas ambulauit, phantasticũ & nõ verũ corpus fuit. Hoc dixerũt tã imperiti quã impij, tã hebetes q audaces. Ná eiusdẽ auctoritatis veritas, eiusdem & eadem veritatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis auctoritas, Petrum refert ibidem super eaſdem ambulaſſe aquas, & non ante cœpiſſe mergi, quam timeret, videns ventum validum venientem, fortaſsis in ſignum & portentum futuræ negationis, quia dicturus erat, flante magno vento Diaboli in prætorio
Matt. 26. Diaboli: Non noui hominem, neſcio quid dicis. Conſequitur ergo, vt Petrum quoque verum fuiſſe hominem, verumque corpus habuiſſe denegent, quia & ipſe ſuper aquas ambulauit eaſdem, Sed Petrum verum fuiſſe hominem, imò purum hominem, id eſt, ſolummodo hominem, non etiam Deum fuiſſe, negare non poterant. Conſequebatur vt hoſtes & negatores veræ humanitatis Chriſti obmuteſcerent, quia non poterant, vno eodemque pro facto, de Chriſto & Petro contraria rationabiliter prædicare, ſcilicet vnum ambulantem ſuper aquas, verũ & purum hominem extitiſſe: alium autem, quoniam idem feciſſet, verum hominẽ non eſſe, verum corpus non habuiſſe. Tandem Diſcipulis Ieſu tranquillitate reddita, optato littore potitis, cùm enim vellent eum ac-
Quatuor neceſsitates hominum præfiguratæ, à quibus Chriſtus liberat. cipere in nauim, ſtatim (inquit Euangeliſta) fuit nauis ad terrã ad quam ibant. Notãdum diligenter eſt, quadrifariam diſtinctas miſerorum neceſsitates, & nihilominùs quadrifariam diſtinctionem miſericordiarum Do
Rom. 8. mini confitentium illi (quàs in Pſalmo cvj. Propheta contexit) In his Domini noſtri factis eodem ordine præfiguratas eſſe, quo idem Propheta illas dulciſona digeſsit confeſsione. Propheta namque ſpirituali oculo prꝙuidens gratiam Dei, in tempore beneplacito vocantis, iuſtificantis, & magnificantis eos, quos præſciuit & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis Filij ſui, noſſque intuens, qui à ſolis ortu vſque ad occaſum, in Aquilone & mari, longè à Deo eramus diſperſi.
Primà ante baptiſmũ. Pſal. 106. Ioan. 3. Primam vocationem noſtram Domino cõfitens: Errauerunt, inquit, in ſolitudine, in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, eſurientes & ſitientes anima eorum in ipſis defecit. Et clamauerunt ad Dominũ cùm tribularentur, & de neceſsitatibus eorũ eripuit eos. Quod vtique in eo fit, quod per regenerationem aquæ & Spiritus ſancti, deducimur in viam rectam, vt eamus in ciuitatem habitationis, quam aliter inuenire nõ poſſemus, ſicut ipſe ait: Niſi quis renatus fuerit, ex Aqua & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in Regnum Dei. Hoc autem præfiguratum in eo ſuprà dictum eſt, quòd abeũtem Dominum trans mare Galilææ, multi-
Secunda in peccatis poſt baptiſmum. tudo magna eſt ſecuta. Secunda diſtinctio miſericordiarum in Pſalmo hæc eſt. Quia confregit portas æreas, & vectes ferreos cõfregit, id eſt, actualia peccata, quæ poſt Baptiſmum quàm plurimi lætaliter incurrũt, præ ſuæ fortitudinis ſpiritum ad pœnitentiam peccatores excitando diſſoluit, ſuſcipiens eos de via iniquitatis eorum, mox vt propter iniuſtitias ſuas humiliantur, & aſſumunt pœnitentiæ luctum. Item & hoc in eo præfiguratum eſt, quia faciebat ſigna Dominus noſter ſuper his, qui infirmabantur, vt videntes turbæ, celeriùs ſe ſequerentur. Tertia ni-
Tertia in fame panis cæleſtis. hilominus earundem miſericordiarum confeſsio illorum eſt, qui famem ſimul & tædium habentes audiendi verbum Dei, cũ fuerint priùs & per Baptiſmum ab omni peccato, & poſtmodum per pœnitentiam ab iteratis criminibus iuſtificati, rurſus appropin quant morti, obliuiſcentes manducare panẽ ſuum, id eſt, præ tædio non valentes aſpicere illum, in quo verè viuit homo, panẽ Scripturarum. De quibus cõtinuò Pſalmus præ-
Deut. 6. dictus ita ſubiungit: Omnem eſcam abomi-
Pſal. 106. nata eſt anima eorum, & appropinquauerũt vſque ad portas mortis. Non enim ſicut fames panis eius, quo ſolus exterior homo viuit, ſic ſe habet fames quoque panis ſpiritualis, qui eſt ſermo Dei. Siquidem in fame panis huius corporalis graue deſiderium eſt, in ſaturitate faſtidium: in fame autem panis illius, id eſt, verbi Dei, graue eſt faſtidium, in ſaturitate deſiderium. Benè ergo de eiuſmodi dictum eſt: omnem eſcam abominata eſt anima eorum, quia videlicet ſiliquas Gẽtilium Poetarum, aridumq; & vacuum Tullianæ facundiæ fœnum, tanquam grandes delicias eſuriunt, Scripturas autem Prophetarum & ſanctorum Patrum, tanquam inanem paleam faſtidiunt. Quod quidam ma-
Verba filij ſonum. gnus Diuini conuiua ſermonis iam effectus ſi quando (inquit) in memetipſum reuerſus, Prophetas legere tentaſſem, ſermo horrebat incultus, quia lumen cæcis oculis videre non poteram, quod tamen non oculorum culpã putabã eſſe, ſed ſolis. Sed de huiuſmodi quoq; neceſsitatib. ac tribulationibus Dominus, vt in his quoque confitentur illi miſericordiæ eius, liberauit eos: Et miſit in-
Pſal. 106. quit, verbum ſuum & ſanauit eos & eripuit eos de interitionibus eorum, vt panem Scripturarum & ipſi manducantes & alijs frangentes, ſacrificarent ſacrificium laudis, & annunciarent opera eius in exultatione. Et hoc maximè in ſupradicto miraculo ſignificatum eſt, dum de paucis panibus refecti homines illi hoc opus laudauerunt & annunciauerunt, qui hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum. Quartum neceſsitatis periculum, vel quarta confeſsio miſericordiarum, Rectorum vel Prælatorum ſanctæ Eccleſiæ eſt, qui dum inquietis turbis præſunt, multis curarum perſecutionumq; fluctibus tribulantur, tandemque auxilio Domini viſitantur, & de neceſsitatibus educti
Ibid. ſuis magnificè lætificantur. Ipſi namq; ſunt de quibus continuò Pſalmiſta: Qui deſcendunt, inquit, mare in nauibus, facientes operationẽ in aquis multis, ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Horum periculum, id eſt, ſpiritus procellæ, dicen-

dicente. i. permittente Dño, ſtat & inualeſcit vt exaltentur fluctus eius, vt nũc q per contemplationem aſcendunt vſque ad cælos, repentè deſcendant vſq; abyſſos ſeditionis turbis agentibus, turbenturq; & mouean
Pſal. 106. tur ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorũ deuoretur. Nam & Moyſi ſapientia tali conturbatiõe deuorata eſt, quia exacerbauerũt ſpiritum eius, & diſtinxit in labijs ſuis, quia videlicet ſolita fide tunc non eſt locutus ad aquas contradictionis: Horum, inquam, periculum & ſubueniẽtium miſericordiarum laudabile miraculum in eo ſignificatum eſt, quod Diſcipulis nauigantibus (vt prædictũ eſt) mare magno vento flante ſurgebat, &
Pſal. 105. Dominus ambulans ſuper aquas, venienſq; ad eos, ſtatuit procellam eius in auram, & ſiluerunt fluctus eius, & lætati ſunt, quia ſiluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Statim enim (vt prædictum eſt) fuit nauis ad terram ad quã ibant. Sequitur: [Altera die turba, quæ ſtabat trans mare vidit,
Quomodo vidit hæc turba. quia nauicula alia nõ erat ibi niſi vna, & quia non introiſſet cum Diſcipulis ſuis in nauim, ſed ſoli Diſcipuli eius aſcenderant. Aliæ verò ſuperuenerunt naues à Tyberiade, iuxta locum vbi manducauerunt panem, gratias agentes Domino.] Vidit, inquit, turba quia nauis alia non erat ibi, niſi vna, & quia non introiſſet cum Diſcipulis ſuis Ieſus. Hoc apertè dictum eſt. Sed quando hoc turba illa vidit? Altera, inquit, die, videlicet quando nec ipſa nauicula iam ibi erat, vtpote quam procedente veſpera Diſcipuli ſui aſcendentes (vt ſuprà dictum eſt) venerunt Capharnaum, Ergo non corporali tunc viſioni, ſed viſu vidit memoriæ. Igitur ſimplici quidem elocutione, ſed aperta ſatiſque clara ſignificatione ſanctus Euãgeliſta nobis innuit turbam illam multùm attonitam, valdè ſollicitam trans mare ſtetiſſe, & comperto à ſuper uenientibus, quod Ieſus cum Diſcipulis ſuis eſſet trans mare in altera parte, coniecturali collatione miraculum quod non viderant inueſtigaſſe, videlicet præterita reſpiciẽdo, ſcientes nullam aliam nauiculam ibi ſtetiſſe.
3. Reg. 18. Ieſum autem cum Diſcipulis ſuis non aſcendiſſe, igitur aut pedibus illum ſuper mare ambulaſſe, aut in modum Heliæ, quem Spiritus Domini plerunque de loco ad locum transferebat, iſtum quoque, quem verè magnum Prophetam eſſe paulò antè dixerant, Spiritu Domini trans mare raptum fuiſſe. [Cùm ergo vidiſſet turba, quia Ieſus non eſſet ibi, neque Diſcipuli eius, aſcenderunt naues & venerunt Capharnaum quærentes Ieſum. Et cùm inueniſſent eum trãs mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc veniſti?] Ergo, inquit, quia aliæ naues ſuperuenerunt, & ſic transfretandi facultatem habuerunt ad quærendum Ieſum. Aſcenderunt vt quærerent eum, & inuento: Quando, inquiunt, huc veniſti? non auſi dicere: Quare huc tam citò veniſti? Nam intentionem, qua illum quærebant, vel conſilium quod in deſerto conceperant, vt raperent eum & facerent Regem ſuper ſe, tutum fore nondum arbitrabantur, in ciuitatibus prodere, quippe nõ dum confirmati, nec conſenſu eius animati, vt poſtulabat negotium tantæ rei. Maluiſſent ergo tardaſſe illum in deſerto, donec acclamato vel ſublimato ſuper ſe Rege, datiſque ſacramentis militaribus, belliciſque ordinatis functionibus, Primum in ipſum Tetrarchã Galilææ Herodem: deinde in cæteros Regni Iudaici Tetrarchas armati ſigna inferrent, ſicque liberato Regni Dauidici ſolio, Romam ipſam cum tanto, quod ſub illa erat, mundi imperio, tanti Principes facti, Rege ſuo præeunte ſubiugarent. ſicque implerent Prophetiam dicentem: Et poſſidebit domus Iacob, qui ſe poſſederant [Reſpondit Ieſus & dixit: Amen amen dico vobis, veniſtis ad me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis.] Fidei quærenti intellectum eorum quæ ab hoc loco veritas dicere incipit, ante omnia ſcire conuenit (inquantum poſsibile eſt) qua intentione ea dixerit, illamque præoculis habere, vt in luce eius faciem agnoſcat, eiuſque verbi qualis ſit, & aduerſus omnem corporis & ſanguinis Chriſti inimicum, Hæreticum iudicare vel diſcernere queat indubitanter, qualis non ſit. Eſt autem hoc in eius intentione conſiderandum, quod eadem via, per quã vita excluſa, mors
Hic incipitur tractatus de euchariſtia. que admiſſa eſt, mortem excludere, vitamque homini reducere parat, ſcilicet per credulitatem rei, quam conſtat inuiſibilem eſſe, nec humana ratione poſſe comprehendi. Scimus enim quia primi parentes noſtri acquieuerunt Diabolo mendaci, & mendacium (cuius ipſe pater eſt) loquenti ac dicenti: Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quia quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Nunquid dixerunt, quomodo poteſt hoc lignum oculos noſtros aperire, ſcientiam boni & mali afferre, Deos nos efficere? Hoc igitur ſciendum eſt, quia quemadmodum peritus medicus ſecundum morbi naturam, quam nouit, antidotum temperat, & dicit ægrotanti, quia tale venenum bibiſti, vel talem herbam, aut quamlibet rem malam comediſti, niſi hoc illi contrarium ſumpſeris, viuere non poteris. Sic author vitæ, cùm dicit: Niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Hoc per ſummam iuſtitiam intendit,
Gen. 3. vt quantum homo mendacio credidit, tantum credat veritati: quantum credidit deceptioni ſuperba præſumptione, tantum credat redemptori humili ſubiectione, tanta fide comedat panem, & bibat calicem Chriſti, quanta infidelitate comedit fructum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vetitæ arboris, vt de isto credat plus quàm videre possit, qui de illo plus quàm videbat,& omninò plus & aliud quàm esse poterat, nulla ratione adductus credidit. Sed iam ad ipla vitæ æternæ verba veniendum est: Amen amen dico vobis(inquit)venistis ad me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Rex iste, qui non ab hominibus fit,sed homines ad Regnum suum colligit, non Reges de solijs suis ejcit, vt sedeat ipse pro illis, sed cupiditatem euertit, & charitatem constituit in cordibus nostris. Nam quod istis hominibus dicit, omnibus cupiditatis satellitibus dicit: in quibus tametsi Christum sequi, vel Deum quærere videantur, tamen tunc verè cupiditas regnat, si Deum propter aliud, quã propter ipsum quærunt aut sequuntur. Cùm igitur audimus dicentem Regem istum: Venistis ad me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis, ad cor suum quisque nostrũ redeat,& interroget semetipsum, qua mente ad thronum vel mensam eius adeat, id est, quid desideras ad sanctum altare eius accedat. Sunt illic signa quæ fecit Iesus, sunt & panes quib. qui accedũt, pascũtur,& q nihil aliud esuriunt, saturantur. Signa quæ facta sunt super his qui infirmabãtur,illa sunt quibus sanamur, mysteria incarnationis,natiuitatis,passionis, resurrectionis & ascensionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Qui propter hæc veniunt gaudentes, & gratias agentes, q̃ ea videre meruerunt tempore quidẽ prꝛterita, virtute autẽ semp præsentia, & sancto desiderio pascuntur in his, nõ illos tanquam raptores suimet Rex Christus refugit, sed ille ciues & domesticos suos agnoscit, vt faciat illos inuenire quod quærunt, quia iam intra illos est Regnum Dei, iam sunt ipsi intra Regnum charitatis. Panes autem Regis eiusdem Christi, panes(inquam)multi non vnus panis: non enim de illo vno pane,qui est ipse Christus, sed de panibus eius nunc agitur. Panes ergo Christi Regis sunt illi, qui pro mercede constituti, iusta & antiqua lege debentur his, qui altario deseruiunt. Qui soli huic mercedi inhiant, & ob hanc soli sacri altaris ministerio se ingerunt, raptores Regis, & peruasores Regni sunt, importunum ornantes solium, intempestiuum portantes subsellium. Dicit eis Rex tam acriter quàm sapienter: Amen amen dico vobis, venistis ad me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus,& saturati estis. Ac si dicat. Vos vtique non me, sed mea diligitis: non quod ego sum, sed quod est sub me, quæritis, non mei, sed mensæ meæ vos estis amici. Manducatis ex panibus meis,& sufficit vobis, saturati estis? Non enim iustitiam esuritis aut sitis, sed solo ventre ducimini, solã curam carnis facitis in concupiscentijs. Et hæc est beati tudo vestra, totaq; saturitas, ingredi pompaticè domum Domini, comedere agnum de grege,& vitulos de medio armenti. Cũ nihil aliud quærentes canitis ad vocẽ psalterij, sicut Dauid putauit vos habere vasa cantici,& nihil patimini super contritiones Ioseph. Verè em̃ non cõpatimini, neq; compassione charitatis pascimini in contẽplatione signorum, quæ videtis. i. mysteriorũ quę in altari cõmemoratis, nihilq; omninò patimini super contritione dicentis: Hæc quotiescũq; feceritis, in mei memoriã facietis. Quid igitur dicã, quo facto Regem, quem quæritis, non rapaci cupiditate, sed ordinata charitate apprehendere possitis. [Operamini nõ cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.]Operamini(inquam) non cibum qui perit. Cibus ille quo saturati estis, ꝓpter quem vos ad me venitis, vt iterum saturemini, quia iterum esurietis quotidie perit,& quoties intrat in os, toties in ventrem vadit: in ventrẽ(inquã)& nõ in mentẽ vadit, & in secessum emittitur, & sic perit. Talem cibũ non dico, vt operemini, non cõmoneo, vt pro illo soliciti sitis, non inuito vos, vt propter illum ad me veniatis. Non enim ad hoc in hunc mundum veni, vt impleam horrea vestra saturitate huiusmodi,& vino torcularia redundent, vnde amplius grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis seculi. Iam quippe sufficit diei vestro malitia sua hæc, ita vt diem illum prævidere nõ possitis, qui tanquam laqueus superueniet vniuerso orbi, sed illum potiùs cibum dico vt operemini, qui permanet in vitam æternam, id est, qui in hac mortali vita manducatis, ad hoc valet, ad hoc proficit, vt vitam det mundo æternam. Hunc talem cibum operamini. [Quem Filius hominis dabit vobis.[Dabit, inquam, non dedit: ne fortè talem cibum vel tales cogitetis panes, quales manducastis(vt prædixi) & saturati estis, quia videlicet non aliud esuritis, quia vos esuriem sitimque iustitiæ non habetis. Illum vobis cibum benedictione sua multiplicatum dedit, non dabit nec assuescetis, hoc Rege, in otio, ciborum abundantia crapulari, remota iam à vobis pœna, qua iustè operatur homo terram in sudore vultus sui, hunc autem cibum non dedit, sed dabit, cùm vos opus eo cibo dignum operati fueritis. Tunc, inquã, & non ante vobis dabit. Quare?[Hunc enim Pater signauit.]Idcirco non nisi operantibus dabit hunc cibũ Filius hominis. quia Pater hũc signauit, hũc à communibus signis certo & ꝓprio signo suo distinxit, vt cũ alios cibos omnes bonis ac malis operantibus,& otiosis cõmunes fecerit, eadẽ largitate, qua solem istũ visibilem facit oriri super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos: solum hunc panẽ, hũc cibum, de quo nunc loquor vobis, nunquã dare velit nisi dignis. i. operantib. opus Dei.

Rex Christus.

Quid amputa quidã iniquam intentione veniunt ad Christum.

Ephe. 2.
Lucæ 17.

Deut. 25.
1. Cor. 9.
Attẽdite ꝙ sacerdotes vt rectè seruiatis Domino.
Rom. 13.
Amos 6.

Matth. 26.

Matth. 16.

Luca 21.
Matth. 6.
Luca 21.

Gen. 3.
Texens abdit, Deus.

Matth. 5.

Ita signauit, ita clausis omnibus cælorum portis apud se continuit, vt non cum cibis communibus patiatur à canibus vel porcis inueniri. Quo autem signo hunc signauit? Magno planè & reuerendo signo scilicet nomine suo. Dixit em̃ de hoc pane viuo,& est nomen meũ in illo. Nomen quod est Dominus Deus ac Dei Filius, huius panis propriũ signum est. Cui enim Angelorum & hominum dixit aliquando: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Hæc & huiusmodi nomina, quæcunque sunt Diuinæ naturę, propriè panis huius signa, imò vnum proprium signum sunt. Præterea signauit hunc eundem nondum quidem in re, sed iam dudũ in prædestinatione, mox autẽ signabit in re, signo quod omnes videbitis, quãdo coquetur hic panis igne passionis, vt absque signo suo q̃ est sua crux, non detur ad manducandum alicui, nec ab aliquo possit nisi p hoc signũ agnosci aut inueniri, capi vel manducari. Igitur cùm dixisset Dominus: Operamini cibum qui permanet in vitam æternam, iam nil superesse videbatur operarijs illis tã prõptis, qui quæsierant rapere illum, & facerẽt Regem super se, nisi vt designato sibi opere admitterentur ad promerẽdum cibum, qui non posset perire. Nam in se moram nullam fore, auida spe præsumebant, quin facere, quicquid præciperet largitor tanti stipẽdij Rex.[Dixerunt ergo Iudæi: Quid faciemus vt operemur opus Dei?] Sed istis tam fortibus tamq; humerosis Regni Dei operarijs, quàm non asperum iugum, quàm non graue onus Rex iste imponat audiamus. [Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quẽ ille misit.]Hoc opus Dei tantæ suauitatis ac lenitatis iugum vel onus est, vt ei nulla seculi libertas, aut otiũ valeat comparari. Deliciosum opus certè, & dulce omni homini, si scirent omnes filij Adæ dulcedinem eius experiri, euaporato sensu carnis, vel inflatione miseræ vanitatis, quæ ex prima radice, id est, ex primo parente in cunctos humani generis ramos & fructus nimis pertinaciter sese effudit. Hoc enim opus & non aliud, datum est primo homini, quando tulit eum Dominus, & posuit in Paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret eum. Quid enim laboris arbitramur illi fuisse iniunctum ab eo quod dictũ est, vt operaretur & custodiret eum? Putamus ne quod impositum fuerit illi hoc operis, vt operando, in sudore vultus sui vesceretur ex omni ligno Paradisi, aut vt poma Paradisi custodiret, ne dirutis sepib. aliquis predo nocturnus illa decerperet? Ergo q̃ dictum est: vt operaretur & custodiret eum, hoc esse intelligere debemus, vt creatori suo in laude & gratiarũ actione fidelẽ animum gereret, pluſq; Deum quã vllã Dei creaturã diligeret, & credendo consilio eius, Paradisum seruaret sibi, ne peccando habitationẽ

Exod. 23.
Hebr. 1.
Psal. 2.

Opus Dei omni opere dulcius.

Gen. 2.

eius amitteret. At ille ingratus, cũ antequam operandi præceptum accepisset: mercede operis donatus esset(priùs enim in paradisum tulit eum Deus foris plasmatũ, q̃ operandi daret illi præceptum) ingratus, inquã, suaue iugum,& leue onus abiecit Dei, & Domini creatoris sui. Quid.n. asperitatis aut grauitatis habet, imperio credere dicentis: Ex omni ligno q̃ est in Paradiso comedes, de ligno aũt scientiæ boni & mali ne comedas. Quacunq; enim die cõederitis ex eo, morte moriemini. Igitur opus Dei omni ocio suauius, hoc est, vt credatis, inq̃t, in eum quẽ ille misit. Hoc maximè & ipsa definitio credendi in eum palã dabit intelligi. Quid est enim in Deum credere, nisi Deum non propter sua, sed propter seipsum diligere? Nam qui Deũ propter aliud, quã propter seipsum quærũt (quemadmodum isti, qui veniebant ad Dominum Iesum, quia non signa viderunt, sed quia manducauerunt ex panibus,& saturati sunt)nec Deum diligere, nec in Deum credere dicendi sunt. Aliud enim est credere Deo, credere Deum, & credere in Deum. Possunt quidem credere Deo, vel credere esse Deum, sed credere in Deum nullatenus dicendi sunt. At illi, qui Deum non propter temporale emolumentum, sed propter ipsũ diligunt, verè in Deum credere dicẽdi sunt. Et hi profectò gustauerunt, gustuque suaui experti sunt hoc opus Dei, quod est credere in Dei Filium, opus esse sinè labore, iugum sinè asperitate, onus sinè grauitate. Ergo q̃ ait: vt credatis in eum, quem ille misit, idem est ac si dixisset, vt non propter panes quos manducastis, sed propter meipsum ad me veniatis. Sed omnes amici huius mundi non eo spiritu aguntur: vt confitentes Christum dicere possunt ei, non tua, sed teipsum quærimus. [Dixerunt ergo Iudæi: Quod ergo signum tu facis, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt Manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit illis manducare.]Nõne ergo veritas verum dixit, quòd isti homines veniebant ad eum, non quia viderant signa, sed quia de panibus manducauerant, & saturati fuerãt, id est, quia non illud propter quod signa faciebat, sed ipsa signa quærebãt ea maximè, quæ non animæ, sed ventri proficerent. Cùm enim dixissent: quod signum tu facis, vt videamus & credamus tibi, quid operaris: continuò quasi Iesus interrogasset: quod signum vultis vt faciam vobis? Patres nostri, inquiunt, manducauerunt Manna in deserto, videlicet quicquid fecisset aut dixisset ad veram pertinens vitam, nihil actum crederent, nisi vltroneis diuitijs impleret eos vsque ad omnem nauseam. Et vide nunc quàm irreuerenter pulsant Dominum vani tentatores, quasi iam illum in consortium adduxerint suæ vanitatis, à conclusione incipiunt sic: Quod ergo signum tu facis?

Rom. 8.

Tẽtatio Iudæorũ præcedẽs signa patrum sequitur Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu facis? Ac si dicant: Dixisti hoc esse opus Dei, vt credamus in te quem ille miserit. Magnam profectò gloriam quæris, nec paruo
Exod. 12. signo tibi debet concedi. Quod ergo signum tu facis? quid operaris? An quia de quinque panibus hordeaceis quinque millia hominũ semel satiasti? Hoc valdè parum est ad hoc
Psal. 77. vt credamus tibi. Maius fuit, quod patres nostri manducauerunt Manna in deserto, non panem de terra creatum, sed de cælo datũ, non quatuor aut quinque millia hominum, sed exceptis paruulis & mulieribus, sexcenta millia pugnatorum, non semel aut bis, sed totis quadraginta annis. Quid tale tu operaris? Nunquid tu mandasti nubibus desuper & ianuas cæli aperuisti, & pluis nobis Manna ad manducandum, & panem cæli das nobis, vt panem Angelorum manducet homo, & cibaria habeamus in abundantia? Nónne hæc contulit nobis Moyses, & tu maiora quoque conferre debes, si te, vt asseris, misit Deus Pater. Non minoribus, imò maioribus signis vt credamus tibi efficere debes. Hoc modo tentantes, ipsa tentationis pressura putabant extorquere se posse quicquid ille facere poterat, quasi se continere non valens, & festinans ad gloriã, mox talia facturus esset signa, qualia superba ipsorum cupiditas ambiebat. Equidem nec nunc cùm homo factus esset, manus eiusdem Domini, qui coram patribus eorum
Matth. 12. Iona 4. illa facit mirabilia, erat inualida, vt iterum plueret super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata & cætera faceret talia. Sed sicut illi tentatores horum tentatorum patres non potuerunt satiari à miraculis, nisi solis mortibus suis, tentantes & murmurantes tam diu, donec desertum implerent cadaueribus suis: ita isti filij illorum nullo miraculorum genere vel multitudine satiari potuissent, nisi solo signo Ionæ, quo ita cõtriti & destructi sunt, cum templi & sacerdotij sui veteribus vmbris, quomodo cucurbita, quæ obumbrabat capiti eiusdem Ionæ, sub vno solis ictu exaruit. Si enim postquam Filius hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ fuit, in statu suo Iudæa vel Synagoga permansisset, non magis quieuissent aduersus Dominum & aduersus Christum eius insanire, quàm patres eorum, nisi in deserto prostrati fuissent, cessassent tentãdo, murmurãdo, aduersus Deum consurgere. Quid ergo saturatis illis & superflua quærentib. æterni ac necessarij Dominus cõuiuij dicat: omnis famelicus exaudiat, qui non propter cibum pereuntem, sed propter eum qui per-

Panis verus non manna manet in vitam æternam ad tantum Regem accedere, & coram illo semper assistere desi-

sed Christ⁹ est per mãna præfiguratus. derat. [Respondit ergo Iesus & dixit ei: Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panẽ de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.] Non, inquit, patres vestri, non Moyses patrum vestrorum illorũ omnium, qui Manna manducauerunt, maximus, dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus: non dico dedit, sed præsenti tempore dat vobis panẽ de cælo verum: panem, inquam, verum. i. non pereuntẽ, sed permanentem in vitam æternam. Sicut scriptum *Psal. 77.* est: Dicitis panem de cælo dedit illis maudu *Exod. 16.* care. Verè dico vobis, non sicut hæc Scriptu *Ibidem 17.* ra prophetica dicit, tunc factum est, quan- *Gen. 3.* do Manna manducauerunt patres vestri, sed sicut futurum erat vt aperirentur ianuæ cæli quæ propter peccatum antiquum clausæ fuerant humano generi: & vt panem Angelorum manducaret homo, tunc præfiguratum est, quãdo illo pane patres vestri alti sunt in deserto. Nã sicut aqua illa, quæ tunc de petra percussa profluxit, vt biberent patres vestri, romphæã quæ ante Paradisum posita est nõ extinxit, sic illud Manna nec cibus Angelorum extitit, nec vitam Angeli cam patribus vestris dedit. Hoc loco silendum non est, malè quosdam ignotos, sed ab- *1 Cor. 10.* sconditi nominis homines opinari, suis quoque defendere dictis & scriptis, panem verũ & potum, quem in sancto altari sumimus, nihilominus patres illos manducasse tunc temporis & bibisse, & nihilo magis hoc esse verũ corpus & sanguinẽ Christi, q̃ fuit illud Manna quod ille populus comedit, & illa aqua quam de petra producta nõ solus populus, sed iumenta biberunt. Huic errori suo pro maximo argumento adhibent authoritatẽ Apostoli dicentes: Et oẽs eandem escam spiritualem manducauerunt, & oẽs eundẽ potum spiritualem biberunt. Bibebant aũt de spirituali consequente eos petra: Petra autẽ erat Christus. Itaq; cũ præsenti veritatis authoritate, dicentis: Amen amen dico vobis: *Verus sensus Apostol.* Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum, aduersus hanc detestabilem præsumptionem, quamlibet paucis respondendum est. Primoq; dicendum, Apostolum non eo sensu dixisse, quo isti accipiunt, & omnes eandem escam spiritualem manducauerũt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, neq; dictiunculam relatiuam, scilicet eandem escam vel eundem potum ita posuisse, vt referri velit ad illam escam, illumque potum, de quo ipse Dominus: Hoc est, (inquit) corpus meum, hic est sanguis meus. Sed eandem (inquit) escam manducauerũt, & eundem potum biberunt Dathan & Abyron, quã Moyses & Aaron, eandem vtique Chore, quã Caleph aut Iosue. Hoc em intẽdit Apostolus ea lectióe, vt sollicitũ reddat omnẽ hominẽ, ne se arbitretur iã comprehẽdisse, quia consecutus est Sacramenta Fidei Christianæ. Nam hæc omnia, inquit, in figura facta sunt nostri, videlicet vt antiquis sciamus experimentis, q̃ licet omnes baptizati simus in eodẽ nomine Patris, & Filij, & Spiritus San-

ritus Sancti, & omnes manducemus idẽ corpus & sanguinem Christi, non tamen arbitrandum nobis sit, q̃ æquè omnib. nobis beneplacitũ sit Deo, quomodocũq; viuamus, qualiacunq; post baptismũ operemur. Quia quemadmodum cũ oẽs illi eisdem signis, eisdem (in q̃) mali, quib. & boni fuerint glorificati, in plurib. tamen eorũ non beneplacitũ est Deo, vt introduceret eos in terram repromissionis: sic nimirũ non cõplacebit ei, vt introducat nos in Regnũ Dei, si fuerimus concupiscentes malorũ, quẽadmodum & illi cõcupierunt: si fornicati fuerimus, sicut quidã ex ipsis fornicati sunt: Si tentauerimus Christum, sicut quidã eorum tentauerũt: si murmurauerimus, sicut quidã ex ipsis murmurauerũt. Igitur textus Apostolicæ literæ nemini succurrit, volenti accipere sic eandẽ escã & eisdem potum esse dictum, vt referat idẽtitatem cibi & potus, viuifici, quẽ sumimus in commemorationẽ Dñi nostri Iesu Christi. Sed neq; illud, quod escã & potũ spirituale idem Apost. dicit. Nam si aliter velis accipere escam & potũ spiritualẽ, quã in figura spiritualis contingentem, & idcirco nõ naturali rerum ordine, sed spirituali virtute, peruenirẽ, ipse Apost. in eisdẽ literis te cõstringit, quantumuis recalcitrantem. Dicit enim paulò pòst: Hæc aũt omnia in figuris contingebant. Si omnia, vtiq; & illa esca & ille potus in figura contingebant. Proinde non magis illud Manna panis iste verus erat, nec magis ille potus idem erat, quod iste vitalis potus, quẽ verè Christi sanguinem credimus & confitemur, quã illa petra, Christus erat: petra vtiq; inanimata & insensibilis, quã Moyses virga percusit. Nam vniuersa (vt iam dictum est) contingebant in figura, quæ profectò nusquam valet idem, quod ipsa res quã figurat, sicut vmbra non est idem, quod ipsa rei vel corporis substantia. Sed dicit aduersarius: Nimirum & iste panis quẽ in altari cõsecramus, figura est panis viui, qui de cælo descendit non ipse panis viuus. Cuius (quæso) Authoritate Canonica fretus, Catholicis hoc infers auribus? Nunquid vbi dixit ipse panis viuus de pane quem tenebat in manibus: Hoc est corpus meum, dictũ est aliquid tale, quale dixit Paulus, vbi cùm dixisset: Petra autem erat Christus, &c. Hæc autẽ (inquit) omnia in figura cõtingebãt illis? Nẽpe si ipse Christ⁹ aut Euãgelista, vel Apostolus author esset dictionis huius, non tu esses redarguendus. Etiam si dicat quis figuratam esse locutionem, qua dicetur posteriùs: Ni si manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis, non nobis aduersatur: quia videlicet ista figuratio locutionis veritatem rei nõ perimit, quemadmodum in parabola seminantis, verba parabolica rem non perimunt verè seminantis. Quæ enim est definitio figuratæ locutionis? Nempe cùm aliud in vo-

Esca spiritualis patrum nõ erat sicut nostra est, nisi in figura.

ce sonat, aliud intelligendum est, figurata lo- *Quid figurata locutio* cutio est. Planè ergo & si prædicta locutio figurata est (aliter enim Iudæis sonuit, aliter Christus sensit) rem ipsam figuratio non perimit, sed ipsa potiùs figuratio re permanente perimitur: cùm de pane & vino signãter dicitur: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Ibi enim sensus Iudaicus perimitur. Quia luce clarius est, quòd sicut intelligebant, Christus manducandus non est. Putabant enim, quod cõcidi vellet carnem suam, & manducari, in qua coutebatur quinque sensibus, quemadmodum conciditur caro agni, & comeditur. Ibi, inquam, figuratio hæc perimitur, & permanet sensus verbi cõsonus, scilicet quod panis in veram substantiam corporis eius Diuina virtute conuertatur. Quòd si cuiquam impossibile esse videtur, scilicet vt panis, qui hoc anno creuit è terra, corpus Christi fiat, & quod vinum, præsentibus expressum acinis, vertatur in sanguinem Domini, consequitur, vt aquam quam paulò antè de Rheno ac Tyberi, vel quolibet fonte hausit, crucis & passionis Christi sacramento signatam, non credat illam esse, quæ de latere eius lanceato cum sanguine fusa cucurrit, ad hoc, vt per Baptismum suũ lauaret nos à peccatis nostris, vt cùm hoc quoque negauerit, sit ex toto corde Ethnicus & Publicanus sit homo Hæreticus, post primam & secundam admonitionem à cunctis deuitandus. Sed illud cur *Ioan. 15.* non credat, cùm omnis aqua, siue maris, si- *Luc. 18.* ue fluminum, aut fontium, cisternarum aut *Tit. 3.* paludum: omnis, inquã, aqua vndecunque sumpta vel producta, secundum substantiã sit vna? Cùm igitur vndecunque sumpta sit, crucifixi Domini Sacramento admota fuerit, rationi fidelium nulla dubietas subest, quin ipsa eadem sit, quam (vt suprà dictum est) Dominus noster de latere suo profudit. Quid autem secundum substantiam nisi aqua est? Aqua nempe à radicibus imbibita, per vites ascendit, & calore solis paulatim vegetata, vinum fit. Item tùm ex quatuor elementis homo compositus fit, sanguis vtique in illo ex aquæ substantia est. Itaque vinum & sanguis ex eadem substantia sunt humores, & neutri horum ignis quoque deest elementum. Nam & sanguis calidus, & vinũ feruidum est. Solummodò colore & sapore differunt, quæ profectò cùm accidentia sint, nullius in diuinis actibus momẽti sunt. Substantiæ quippe non accidentia computantur in numero creaturarum. Cùm igitur vino verbum crucis & passionis Christi accedit, quæ ratio vetat, vt non idem sanguis, qui *Vinum con* multis in remissionem peccatorum fusus *secratione* est, debeat credi? An quia non colorem, sa- *fit sanguis.* porẽ assumit sanguinis, quemadmodũ quando corrumpitur in intestinis corruptibilis hominis, & sanguis horridus visui quoque fit? Nẽpe incorruptibile verbũ, iamq; incor-

Aqua vinũ & sanguis, accidentib. differunt, non substãtia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Panis sit corpus Christi.

Exod. 6.

ruptibilis & immortalis Christus, sic vinum suum sanguinem effecit, vt rei visu & gustu blandè nihil inferat corruptionis. Nihilomi nùs substantia panis quatuor elementis con fecta, multò magis cognata est verè humano corpori Christi, quâ fuerit Manna, quod in aere iussu Dei concretum supra castra Israel pariter cum rore descendebat. Frumentum de terra natum est, & blandis fauoribus aeris aspiratum permaturuit, non sinè aqua, pluuia, & calore solis. Sed (vt hoc taceam) rursus vt fieret panis, aqua commixtum, & igne decoctum est, & ita substãtia panis peracta est. Cùm ergo panis ille viuus, qui de cęlo descendit, quem (vt suprà ipse dixit) Pater signauit, cùm (inquam) eodem signo, quod ipse est, signat hunc panẽ, qui (vt omnes nouimus) nuper creuit in terra, & signanter dicit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, audes dicere aliud esse quàm Christi corpus? Veritas dicit: Hoc est corpus meum, & addit, q̃ pro vobis tradetur, & tu dicis non est idem corpus? Nempe si non est idem corpus, si non est idem qui de cęlo descendit panis viuus, non est hoc corpus quod pro vobis traditur. Sed iamdudum liquet omnibus, in quo sensus tuus hæreat carnalis totusq; animalis, ideoq; non percipiens ea quę sunt Dei, videlicet quia nec panis, nec vinum, aliquid de exteriori specie mutauit,

1. Cor. 2.

idcirco sapere non potes, nec vis, q̃ verè factum sit corpus & sanguis Domini. Consequitur ergo, vt cũ albus Episcopus te forte Maurum hominem baptizauerit, non credas te ipsum apud Deum factum esse, quod

Rom. 8. Ephe. 2. Galat. 6.

est is, qui te baptizauit. i. quòd de filio Diaboli, factus sis filius Dei: de filio mortis, filius vitæ: de filio iræ, filius gratiæ sempiternæ: pro eo quòd capillus tuus niger non refloruit, facieq; tua totiusq; corporis cutis æthiopica, secundum colorem eius, qui te ba

** retinuit.*

ptizauit, non * retinuit. Quòd si concedere perhorrescis, ne infideli deterior sis, & mauis confiteri, q̃ quamuis de exteriori specie nihil mutaueris, verè de alio corpore Diaboli (quod est omnis massa perditorum) in aliud corpus Christi, quod est Ecclesia, transieris, crede & hoc, quia panis iste visibilis, & vinum, quibus ex rebus temporaliter viuis, quamuis nihil de exteriori specie mutatum sit, in alium transierint, & illum cibum potumq; conuersa sint, qui Angelorum victus est, quo pascuntur immortaliter. Quia videlicet tã in hoc, q̃ in illo Sacramento, verba q̃ loquitur nobis Dñs, spiritus & vita sunt. i.

Obiectiones aduersariorum.

non carnaliter, sed spiritualiter, nõ secundũ crassitudinẽ carnis, sed secundũ mentis nostræ spiritum, renouationẽ & resurrectionẽ totã perficiunt. Sed quid dicemus magnis & magnificis paruulorum magistris, quib. interdum suauius redolet Platonis Academia quã hæc viuifica Dñi mensa: quid (inquã) dicimus eis, vbi totis viribꝫ. intẽti ad expugnãdam veritatẽ Dominici corporis & sanguinis, magnorũ sententias Doctorum corã attulerint, dicentiũ: hunc panẽ significauit Mana: hunc panẽ significat altare Dei: sacramẽta illa fuerunt: sacramenta hęc sunt: in signis diuersa sunt, in re quę significatur paria sũt: Itemq; aliud illi manducauerunt, aliud nos sub specie visibili, q̃ tamen idẽ significat virtute spirituali? Hæc em & his similia de non cõtemnendis sumere videntur authoribus.

1. Cor. 10.

Secundũ quos & Apostolum audi, inquiũt: Patres nostri oẽs sub nube fuerunt, & oẽs mare transierunt, & oẽs in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes escã spiritualem manducauerunt, & oẽs eundem potum spiritualem biberũt. Bibebant autẽ de spirituali consequente eos Petra: Petra autẽ erat Christus. Quid igitur respondebimus eis? Et quidem iam superiùs dictum est, eandem escam & eundem potum nequaquam Apostolum ad hanc escam & ad hunc potum, quem de Christi mensa sumimus, referre voluisse, habitatorem q̃ eius Spiritum veritatis & gratiæ lõgè alio sensu verba hęc protulisse, videlicet vt intelligas: quòd eandem escam manducauerint, & ẽundem potũ biberint Dathan & Abyron, quẽ Moyses & Aaron: eũdem q̃; Chore, quem Caleph aut Iosue. Alioquin si dicas, vel Apostolum dixisse intelligas, eandem escam illos in illis vmbris manducasse, quam & nos manducamus hoc tempore reuelatæ gratiæ, & dicas cum supradicta quorundam authoritate, Manna illud, & hunc panẽ mensæ Christi, in signis diuersa, & in re quæ significatur paria esse (& cętera quę suprà dicta sunt) ac proinde fatearis, hunc panem non magis, quàm illud Manna corpus esse Christi, nec plus spiritus habere virtutis, consequitur planè, vt dicas sacrificia agnorum & arietum, nouo sacrificio panis & vini fuisse sanctiora, veteresq́ue panes propositionis digniores hoc pane, qui ponitur, & sacratur in mensa Christi. Prædicta nanque sacrificia longè sanctiora fuerunt, quàm illud Manna, vel aqua illa, quæ de percussa fluxit petra: quippe cũ de sacrificijs, vel propositionis panibus non nisi mundis, & Sacerdotibus, aut Leuitici generis hominib. edere liceret: illud autem Manna indifferenter cuncti manducare, & illam aquam, vtpote nulla Diuini nominis inuocatione sanctificatum, licet spiritualem, id est, non naturali ordine, sed spirituali virtute productã, vel spiritualis potus significatiuam, iumentis æquè vt hominibus bibere, & canibus quoque lambere impunè licuerit. Scriptum est enim: Egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet ac iumenta.

Resp̃sio ꝓpterita ad verba Pau li.

Leu. 20. 2. Reg. 12. Exod. 16.

Num. 20.

Sed per Christi gratiam non eo vsque altissimè sapiant isti sapientes, qui tantis obiectiunculis mensam Domini diuerberant: vt prædicent iumentis, non dico & brutis ani-

Iob. 1. Prou. 26.

1. Petr. 2.

tis animalibus, quæ aquam illam & ipsa bibe runt, sed iumentis, quæ computruerunt in stercore suo, & canibus qui reuertuntur ad vomitum suum, suibus quoque lotis in volutabro luti, hunc panem vel potum dominicum indiscrete tradendum esse prędicent, quomodo, vt prædictum est, illo pane, cui comparatum esse volunt hunc panem dominicum, & illa aqua populus ac iumenta communiter vti potuerunt, neque hoc modo irritum faciant eiusdem quoq; Apostoli

1. Cor. 11.

iudicium dicentis: qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. In collatione sententiarum de corpore & sanguine Domini, beati Ambrosij sententiam

Sententia b. Ambrosij alijs præferenda.

dignè palmam obtinere indicatum est, dicẽtis inter cætera: Liquet igitur, quod præter naturæ ordinem virgo generauit, & hoc q̃ conficimus corpus ex virgine est. Quod hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse Dominus Iesus Christus partus ex Virgine? Vera vtiq; caro Christi est, quæ crucifixa est, quæ sepulta est, verum ergo carnis illius sacramentũ est. Item: Sicut verus est Dei Filius, Dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi Filius ex substantia Patris, ita vera caro, sicut ipse dixit, quam accepimus, & verus potus est. I-

1. Corin. 10.

gitur etiam si Angelus de cœlo nobis euangelizet supra dicta Apostoli verba, quoniã patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, &c. sic exponendo, quòd hęc ipsa, quæ tunc in illa vmbra vel in illa nocte facta sunt, eiusdem fuerint virtutis, cuius ista sunt Sacramenta, quæ nunc in die salutis Fide Christi rutilante fiunt, vel eo cibo potuq́ue siue Baptismo, quo baptizati sunt in

Galat. 1. 2. Cor. 11.

Moyse, nube & in mari, magis illos consumatos fuisse, quàm posteriores, inter quos Samuel & Dauid, qui per mare non transierunt, neque Manna manducauerunt, si, inquam, etiam Angelus de cælo hæc euangelizet, non illum tanquam lucis Angelum, nõ in hac sententia, tanquam Christi audiemus Apostolum. Quod & si quis sanctorum patrum tale quid alicubi dixit, quòd à præsumptoribus in aduersum præripi potuerit (sicut mos eorum est, qui cum venando aliquid apprehendere quiuerint, quod vibrare queant ex aduerso veritatis, Aduersarij magis exultant, quàm sicarius cùm ciuem aut collegam conciderit) sunt eiusdem alia pleraq; scripta, quæ fidelis lector diligenter conferens, periclitanti fidei citiùs subuenire valeat. Verbi gratia: Idem quem tenent aduersæ quasi patronum sententiæ, dicit in Dauid, quia commutans vultum suum ferebatur in manibus suis, nihil aliud sine dubio, quàm seipsum tulisse, ait, verum Dauid, id est, Christum in manibus suis, cùm tenens panem & vinũ diceret: Hoc est corpus meũ,

Cauilli hæreticorum ex dictis patrum.

hic est sanguis meus: qui & paulò post dictu

1. Reg. 21.

rus est in hoc eodem Euangelista, & panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vi

Matth. 16.

ta. Nónne hic idem Euangelista Ioannes di-

Ioan. 6.

cit in Apocalypsi: Si quis apposuerit ad hæc,

Apocal. 22.

apponat super illum Deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de verbis Prophetiæ libri huius, auferat Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro isto? Nunquid verò minus timenda est hic illa maledictio, vt non detrahamus vel apponamus quicquam verbis dicentis, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hic est sanguis meus nouum testamentum, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum? Cũ enim illo dicente, hoc est corpus meum, nos subauditionem apposuerimus, dicentes, figuratiuum per similitudinem dictum: cùm inquam, illo dicente, hoc est corpus, nos dixerimus, hoc significat corpus, nónne multum est, quod apponimus vel praua demutatione detrahimus, & sensum generamus, quem tantus auctor, Deus & homo, nuiquã est locutus, nec ascendit vnquam in cor eius? Nempe cùm obijcit quis, suisque scriptitat in schedulis, quod itidem dixerit eadẽ

Ioan. 15.

veritas, ego sum vitis: tam audacter quàm imperitè in argumentum mendosum illud attrahit, cum statim subsequentia verba dicentis: sicut palmes non potest fructum ferre à semetipso, nisi mãserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis, manifestè per similitudinem dictum compellat intelligi, præsertim cùm non signanter dixerit, ego sum hęc vitis, sicut signanter dixit, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, apposita protinus descriptione veræ proprietatis, de corpore inquiens, quod pro vobis tradetur: de sanguine autem, qui pro multis effundetur Igi-

1. Ioan. 2.

tur ne veniant super nos plagæ nouissimæ, neq; apponimus neq; diminuimus quicquã Diuinæ definitioni vel descriptioni, quam incarnatum verbum ore proprio deprompsit, imò quia perfecta charitas foras mittit timorem, non tam plagarum timore, quàm veritatis amore confitemur, quia panis iste corporeus, postquam signauerit eum pater, & vinũ hoc expressum acinis præsentibus, mox vt eodem signo signatum est, per manus Ecclesię dicentis: vt nobis corpus & san-

Verba sacri Canonis.

guis fiat dilectissimi Filij tui Domini nostri Iesu Christi, &c. vsq; in mei memoriam facietis: corpus & sanguis eius, qui huius tradi-

Quæstio de institutione Patrum.

tionis auctor est, & hoc sacrificiũ ipse Christus est, cuius passione, vt sacrificiũ fieret, à Deo patre in veritate signatũ est. Dicat nũc aliquis. Quid ergo manducauerunt veteres Sancti, vt vitam æternã haberẽt? Si nõ præterito tempore dedit, sed præsenti dat pater panẽ de cęlo verũ, quẽ nisi mãducauerimus nõ habebimus vitã in nobis, qũo nunc vitã habẽt beati Patriarchæ, vel Prophetę sancti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnesque anteriores electi, qui antequã Pater hunc panem daret, defuncti sunt, non accepta promissione, & idcirco nõ potuerunt manducare? Quid enim? Nónne per vnum idemque peccatum, mors in omnes homines transijt: & tam illi, qui præcesserunt, quã hi, qui subsequuntur Christi aduentum, in vno omnes peccauerunt? Num ergo peccatum emundari mortemque aboleri oportuit aliter illis, quàm nobis? aliter nobis, quã illis? Aut nunquid Dominus supplantat iudicium, vel omnipotens subuertit, quod iustum est, vt non secundum modum cõmunis culpæ adhibeat communem omnibus medicinam iustitiæ, sed secundum mutabilitatem voluntatis suæ variet ordinem vel effectum vitæ ęternę. Verbi gratia, vt dicat: Vos primi, sola Fide perficimini: vos alij, per Circuncisionem consummamini: vos tertij, nisi baptizemini, & nisi carnem meã manducetis, & sanguinem meum bibatis, non habebitis vitam in vobis? Huic obiectioni opportunè respondendum est: Cùm primũ nemo sit, qui dubitet, Sanctos omnes ab origine mundi expectasse hùc Redemptorem generis humani, nec aliter eos potuisse Paradiso restitui, nisi venisset priùs hic Agnus tollere peccata mundi, illud quoque scire oportet, quòd ob cãusas antiquas certas & notas, cum his duobus salutis nostræ Sacramẽtis necessarijs, scilicet, Baptismo Corporisq; & sanguinis sui cibo potuque illum venire oportuerit. Nec enim aliud tunc intendit, cùm secundum iustitiæ simul & misericordiæ suæ consilium immutabile, primum hominem lapsum per cibum vetitum requisiuit, dicens: quare hoc fecisti? videlicet stirpẽ eius tamdiu persequuturus, donec culpã eandem humiliter recognitam, & pia cõfessione damnatam ipse gratiæ suæ flumen abboleret, & sic demum verum vitæ lignum, quòd ipse est, aduersus cibum illum quem præsumpsit, comedendum apponeret. Aliter quippe destrui non poterat peccatum illud, quòd homo credens Diabolo plusquã Deo, cibum vetitũ superba intentione comedit, nisi vt iterum plùs credens Deo, quàm Diabolo, econtrà cibum imperatum humili subiectione comederet idem homo.

Hebr. 11. Rom. 5.

Iob. 8.

Responsio.

Gene. 3.

Peccatum Adæ per sacrificiũ destructi ui non poterat. Gene. 4.

Vt ergo iusta ratione peccatum destrueret iustitia sempiterna, peccatorem eiectum cœlestigiò subsecuta est inexhausta misericordia, nec antè reuocare destitit, donec in filijs hominum fidem inueniret, & humilitatis voces sibimet respondentes audiret. Cœperunt enim homines miserijs eruditi, malitiam Serpentis deceptoris agnoscere, & cũ execratione refugere, & in condemnationẽ cibi illius, quem ab illo persuasus homo cõtra Deum comederat, sacrificia decimasq;, & hostias pacificas Deo Crearori offerre, cupientes cibi illius maledictionem talium cõmestione sacrificiorum, cum inuocatione Diuini nominis expurgare. Sed non poterat brutum pecus: verbi gratia, simplex & innocens Agnus, quem in cõdemnationem malitiosi & noxij serpentis obtulit Abel, non poterat, inquam, pro offerente se homine brutum pecus loqui, iustitiam non poterat offerenti se, conferre, quam non habebat, vitam æternam. Ita ergo præparatis esurientibus, cùm sinus Abrahæ iam ex ipsis esset impletus, patefactis in plenitudine temporis cœli ianuis, dedit Pater hunc panem viuum & verum, panem signatum, panem Angelorũ. Qui causam habens eandem cur veniret, quam habuit in Paradiso, cùm primùm hominem requireret, scilicet vt cibo, per quem homo perijt, oppositum cibum daret, præcedente merito humilitatis & fidei, præcepto Patris aduersus lignum scientiæ boni & mali ipse fructus vitæ æternæ in ligno crucis pendere voluit, & per passionem mortis, mortuorum simul & viuorum cibus fieri, vt suo quique modo comederent eum, tam mortui quam viui. Decerptum quippe illũ de arbore crucis manu Patris, ipso dicente: Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ, comederunt illum animæ Sanctorum, eo videlicet modo, quo & Angeli eundem comedunt: comederunt, inquam, veram Diuinitatem, & verè aperti sunt oculi eorum, & exinde viderunt Deum, quem antehac nemo vidit vnquam. Corpora quoque illorum in monumentis iacentia, virtute cibi huius nõ caruerunt, mox vt eodem ventre quo tenebantur & ipsa, receptum est corpus eius, sicut Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus.

Quõ Christus factus est cibus mortuorũ & viuorũ.

Mortuorũ. Luca 23.

Nam & virtute huius cibi factum est, vt multa ex ipsis resurgerent in testimonium futuræ vniuersalis resurrectionis. Qui vtique non (vt quidam existimauerunt) iterum morituri resurrexerunt, de quibus ait Euangelista: qui venientes in ciuitatem sanctam post resurrectionem eius apparuerunt multis, quod videlicet absurdè diceretur de iterum morituris: verba gratia, de Lazaro vel de filio viduæ, qui non apparuerunt multis, sed omnibus visibiles & contrectabiles, atque omninò consimiles siue compassibiles fuerunt sub conditione mortali, comedentes atque bibentes, & habitantes in domibus suis. Viui autem comedunt modo, vt prædictum est, sibi congruò, comedunt eiusdem passionis salutem secundum traditionem ipsius Domini signantis panem & vinum, vt edant pauperes & saturentur, & laudent DOMINVM, qui requirunt eum, sedent, inquam, pauperes grandem eleemosynam Regis regum, quam dat ipse non aliam quàm seipsum, nondum in sua specie. Per fidem enim nunc ambulamus, & non per speciem, vt vera fide manducantes cibum vitę æternę, culpam euadamus parentum nostrorũ, qui manducauerunt

Ioan. 1.

Ionæ 2.

Matth. 2.

Matth. 17.

Viuorum.

Psal. 21.

2. Cor. 5.

tauerunt decepti vana spe & nimia credulitate Diuinitatis præripiendæ. Igitur non alio remedio veteres consummati sunt Sancti, & alio subuenitur nouis, sed quo sanguine simul cum aqua profluẽte de latere Christi emundata est vniuersitas illorum in ipsa hora Dominicæ mortis, eodem nos emundamur singuli, & eodem aquæ elemento vndecunque sumpto cum verbo eiusdem crucis & sanguinis: in quo nos (inquit Ioannes) lauit ille à peccatis nostris. Et quem illi Agnum in ara crucis torridum, illa sacratissima vespera, simul omnes in inferno positi velociter comederunt, impleta prophetia, quæ dicit: O mors, ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Etenim non actiuè dictum est, mordebo te, vel ero mordens te, sed passiuè: morsus tuus (inquit) ero inferne: quem inquam, Agnum in inferno mortui comederunt, nos eundem suum quique temporibus, & locis manducamus, vt cum illo in æternum viuamus. Quod si quis à nobis quęrat, Quomodo panis, qui hoc anno de terra creatur, Corpus Christi fit, quod in cruce pependit? & vinum, quod præsentibus expressum est acinis, ille Sanguis eius sit, quem de latere suo fudit? Interrogemus eum, quo modo filius hominis, qui vtique de fœmina conceptus, & de terra natus est, de cælo descenderit? vel, quomodo antequam in cælũ ascenderet, iam in cælo esse potuerit, iuxta veritatem ipsius dicentis: Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis qui est in cœlo. Hoc profectò, si quid sapit, respõdere poterit, quòd propter vnitatem Dei & hominis Christi illud rectissimè dictum sit, quia videlicet vnus est Christus, filius hominis cum filio Dei, qui de cælo descendit, quiq;, cùm esset in terra, nihilominùs & in cęlo, & vbiq; erat: quippe quem locus nullus concludit, quia incircunscripta est natura Diuinitatis. Ergo verbis paululũ demutatis dicamus ei: Nemo te subleuat in cælum, nisi hic panis, qui descendit de cælo, hoc Corpus Domini, quod pependit in ligno, & hic sanguis eius, qui effusus est pro omni mundo. Nempè, si priorem sententiam videt, de isto non video, quid dubitet. Vnitas enim verbi, vnum efficit corpus Christi, vt illud quod tunc in cruce pependit, & istud, quod nunc Ecclesiæ fides ore sacro cõficit, vnum corpus sit, vna, inquam, caro, & vnus sanguis sit. Proinde non ita simus incauti adulatores beati Augustini, vt cum dicat ille, sacramentum & rem sacramenti, vnitatem Corporis Christi, quod est Ecclesia, rem dicens esse sacramenti, panem autẽ Dominicum huius rei sacramentum: statim quę acquiescamus eis, qui hanc diuisionem in patrocinium sui sensus arripiunt, dicentes: Sacramentum, id esse sacræ rei monimẽtum, & hoc modo nullum faciamus locum Dominicæ definitioni, quam ita est elocutus: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur: hic est Sanguis meus, qui pro vobis effundetur. Etenim Ecclesia quidẽ Corpus Christi est, sed non illud Corpus, quod pro vobis traditum est, Siquidem Ecclesia non pro seipsa tradita est. Quod si panis mẽsæ Domini, non nisi huius sacræ rei, scilicet vnitatis Ecclesiæ monimentum est, multò magis, nec ipse Corpus illud est, quod pro nobis traditum est. Itaque quantascunque volunt similitudines hinc accipiant dicentes: Quia sicut multis ex granis conficitur vnus panis mensæ Domini, & sicut multis ex acinis confluxit vinum calicis Christi, sic ex multis hominibus consistit, & tamẽ vna est Ecclesia Dei, vel quæcunq; talia & aptè inueniant, & vtiliter proferant, dummodo fundamentum permaneat, quod positum est, præter quod aliud nemo ponere potest, ab ipso dicente de pane & calice vini: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hic est Calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur. Hoc fundamento Fidei non bene cu-stodito, illam prædicationem Domini dicentis: Qui manducat carnem meã, & bibit sanguinem meũ, in me manet & ego in eo: quidam ita reciprocant: Qui manet in me, & ego in eo, hic manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum: illo sensũ præoccupati, cp manere in vnitate fidei, hoc sit manducare Carnẽ, & bibere Sanguinẽ Christi, & adeò non necessariã sibi arbitrantur esse ad salutẽ corporalẽ dominicę mensę cõmunicationem. Sed quid si oẽs hoc idẽ dicant, & oẽs hoc idẽ sapiant? Nónne otiosa reputabitur illa traditio Dñi, & ad nihilũ redigetur, vt nusquam obseruetur modus ille, manducandi, & bibendi, quẽ ipse ore suo prędocuit, sub ipso articulo sacrosanctę Passionis? Pereat igitur à Corde Christiano hìc sensus, quẽ importat hæc inutilis reciprocatio Hoc planè Christus nõ docuit, sed qui manducat (inqt) Carnem meã, & bibit sanguinẽ meũ, eo videlicet modo quo traditurus sum, corde credendo ad iustitiã & ore manducãdo ac bibẽdo ad salutẽ, hic in me manet & ego in eo, ita vt iam nõ sint duo, sed vna caro. Manducare namq; & bibere, causa efficiens est, effectũ autem, vt in me maneat & ego in eo. At ille qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Non nemo indignè manducare potest, sed nemo indignè manducare debet. Panis namq; semel consecratus, nõ quam postea virtutem sanctificationis amittit, aut Christi Caro esse desinit, sed non prodest quicquam indigno, cuius Fides sine operibus mortua est, & idcirco Spiritum, qui viuificat, non habet, quo ore percipiat. Quid enim mirum est, si terra terram comedat? Quid autem Caro Christi, remota Diuinitate, nisi terra nostra est? Proinde quicũque Carnem Christi comedat, nõ expauescimus, certi, quid de nostro sumpserit, quid de suo

Apoc. 1.

Exod. 12.

Osee 13.

Quæstio.

Ioan. 3.

Responsio.

Quõ est vnum corpus Christi in cruce & in altari.

1. Cor. 3.

Matth. 27.

Ioan. 6.

Ephes. 5.

1. Cor. 11.

Qui manducat & bibit indignè.

Iob. 2.

Ioan. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de suo sit Dei Filius. Quò ergo deuenit, qd indignus manducat & bibit? Hoc certè (sicut ante nos dictum est) pium sit & salutare credere per membra diffundi, ita vt non sit obnoxium secessui. Sed hoc plus habet dignus ab indigno, quia huic ad salutem, illi proficit ad iudicium.

Nunc ad ordinem cœptum sermo reuertatur, & cum veritate præsentis lectionis Euangelicę escam potumque Dominici Corporis & Sanguinis (vt cœptum est) pertractando manducemus, manducando pertractemus: Amen amen (inquit) dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Siquidem illum, qualemcunque panem, quem patres vestri in deserto manducauerunt, panem vtique vel cibum periturum, & quotidie pereuntem, non ipse Moyses alijs dedit, sed cum alijs ab eodem Deo accepit, qui dat escam omni carni. Quare ergo verum panem, de quo loquor, Moyses dare non potuit, sed Pater meus dat vobis? Sequitur. [Panis enim * Dei est, qui descendit de cælo & dat vitam mundo.] Vera & firma ratio, planè comprobans, quòd verè panis hic Moyse maior sit, nec ab illo dari potuerit, sufficiensque ad demonstrandum panis eiusdem substantiam definitioni tribus perfecta incrementis, videlicet quòd Dei sit, quòd de cælo descenderit, quòd vitam det mundo. Si dixisset: Panis enim Dei est, nec plus addidisset, nõ illum à communi pane decreuisset. Nã & omnis panis, quem terra profert, Dei donum est, Dei creatura est. Etenim Domini est terra & plenitudo eius. Addidit ergo: qui descendit de cælo. Sed & si non plus adiecisset, necdum satis istum panem definisset. Nam & Iudæi cùm dixissent: Patres nostri munducauerunt in deserto Manna, protinus adiecerunt: Sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare. Et quidem illum panem pluit Dominus de cælo, non tamen æthereo, sed de cælo aërio, per quod volantes aues, volucres cæli dicere solemus. Et * verbo quoque descendit, quod hic positum est, de illo pane dictum est, quia cùm descenderet ros manè super castra, descendebat pariter & man. Adiecit ergo & tertiam huius panis differentiam, quæ non sinat illum communè intelligi cũ pane aliquo, dicens: Et dat vitam mundo. Quod vitam dat, & non vni genti, sed vniuerso mundo vitam dat, hoc maximè pondus, pretiumque panis huius commendat, & singularitatem demonstrat. Quid enim est, vitam dat, nisi mortuos viuificat? Hoc certè manna non magis facere potuit, quàm panis ille, quem singulis annis terra profert seminanti. Nec enim pani illi vel aquæ, quã petra produxit, vlla vita inerat, quamuis fabulosè quidam dixerunt, quòd petra sequeretur de loco ad locum castra filiorum Israel, ex occasione dictionis Apostolicæ, quã dixit: Bibebant autẽ de spirituali consequente eos petra. Etenim non lapis inanimatus post castra voluebatur, sed torrentis alueus de petrã productus, populum secundum viam, qua iturі erant, nutu Dei deriuatus consequebatur. Igitur panis huius veri, quẽ Pater dat, plena definitio est, & nec plus nec minus dictum est quàm oportet. Panis Dei est, id est, non ex hominib. sed ex Deo est, imò & Angelorum quidem & hominum cibus est, sed nec Angelorum nec hominum donum est, & non ex ipsis non pro ipsorum meritis, sed pro gratia Dei. Et hic sponte sua descendit de cælo, quo ascendere non poterat Moyses, vt inde illum deferret huc, datque vitam mundo, id est Angelis & hominibus, vt viuentes Angeli comedant, & nunquam moriantur morte, qua mortuus est Diabolus, comedant homines mortui, & à duplici morte corporis & animæ resuscitentur. Multò ergo maior Moyse panis hic, satisq; constat, quia talis ab illo dari non potuit. Sed isti conuiuæ terreni à ventre & cibo, qui perit, oculos non subleuantes, panẽ hunc, panem Dei, qui de cælo descẽdit, & vitam dari mundo iam venit, non attendebãt, vtpote surdi, & indociles auditores Legis dicentis: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Vnde hæc reputabant, quòd spirituale quid loqueretur eis. [Dixerunt ergo Iudæi: Domine semper da nobis panem hunc.] Hunc, inquiunt, videlicet qualem te intelligimus habere, panem semper da nobis, vt non necesse habeamus in sudore vultus aratro terram vertere, semina sulcis credere, & in saturitate panis & otij securitate non sit opus pe nuriam vllius rei præcauere. Attamen talis propositio qualicunq; spe attentos illos fecerat, nec enim solummodo concesserant verum esse panem, quem à Patre dari Dominus dixerat, sed & nimis auidè audientes acceperunt, venisse panem Dei de cælo, qui daret vitam mundo. Iam ipse doctrinę ordo postulabat. vt panem ipsum clara & euidenti assumptione demõstraret, vt vel murmurantes illi & non credentes, in æterna semet ipsos fame cõcluderẽt, vt credẽtes & ad ipsũ venientes, vitam æternam manducarent. [Dicit autem eis: Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me nõ sitiet vnquam] Ac si dicat: Ecce quia de vero pane audistis inhianti desiderio, sinus vestros laxastis dicentes: Domine da nobis semper panem hunc, & nolite rursus claudere vel constringere, dũ dico vobis, quis panis ille sit, & longè aliud ostendo, quã vos sperauerіtis. Ego sum panis vitæ. Iam in vestro arbitrio est, accipere & habere panem hũc. Nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundũ diẽ tẽtationis in deserto vbi tentauerunt me patres vestri, sed venite ad me,

Exod. 16. *Psalm. 115.* ** verus.* *Num. 21.* *Panis Dei.* *Deut. 6.* *Terrenus sensus iudæorum.* *Psal. 33.* ** verbum.* *Exod. 16.* *Manna non erat panis verus, qui vitam dat mundo.* *1. Cor. 10.* *Psal. 44.* *Psal. 22.*

2. Tim. 4. ad me, & non esurietis: credite in me, & non sitietis. Parauit Pater in conspectu vestro mensam si vos verum panem esuritis, si veram refectionis aquam sititis. [Sed dixi vobis, quia vidistis me, & non creditis.] Hoc, inquam, dixi vobis, noui enim vos, quòd nõ propterea, quia signa vidistis, sed propterea quia de panibus manducastis, & saturati estis, venistis ad me, & nunc dico, quia vidistis me, & audistis verba æternæ vitæ, & nõ creditis, sed tantummodo signa videre, non illud propter quod signa fiunt, videre vel credere vultis, tantummodo panes manducare, ciboque perituro saturari, & nõ cibum qui permanet in vitam æternam, curatis operari. Quid ergo? Quid faciet hic verus panis, quoniam vos ad illum manducandum venire non vultis? Audite iam. [Omne qd dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eiciam foras.] Poteram ego dicere: Omnis quem dat mihi Pater, ad me veniet, sed vos fastidiosi Iudæi, quorum saturitas & crapula Pharisaicæ superstitionis verum panem fastidit, de vobis solummodò me dixisse arbitremini, videlicet tanquam vos habeat solos expectare hic panis Dei, quoniam filij Abrahæ estis, & manducatores alios, nisi vos, habiturus non sit.

Omne qd dat mihi Pater ad me veniet. Luc. 14. Dixit ergo: Omne quod dat mihi Pater: omne, inquam, siue bonum, siue malum, siue mundum, siue immundum, siue circuncisio siue præputium, omnis sexus, omnis conditio ad me veniet, & eum, qui venit ad me, vndecunq; veniat, qualiscunque veniat dummodo veniat, id est, credat, non ejciam foras. Faciam, quod fecit homo ille, qui cùm fecisset cœnam magnam & vocasset multos quoniam illi cœperunt simul omnes excusare: Exi, inquit, in vias & sepes, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. An putatis, quod panis iste verus frustra de cælo descenderit, nisi vos illum comederitis, & quòd à pransoribus derelictus ad mẽsam cœli, frustrato propter vos consilio suo referendus sit? Nõ est ita, sed implebit mihi Pater domũ turba famelicorũ, hoc pane saturari cupientiũ, & quotcũq; ille mihi dederit, quicũq; illo reuelante, panẽ istũ agnouerit, licet catellus veniat sub mensa colligere micas, non eum ejciã foras. [Quia descendi de cęlo, non vt faciã voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.] Quod ergo descenderim de cælo, quòd panis viuus & verus sim, hoc dixi vobis, & adieci: Quia vidistis me, & non credidistis. Hoc sanè, vt nõ faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, vos reprehendere non potestis, quem profectò Deum esse non dubitatis. Nam & si de cælo me descendisse non conceditis, attamen à Deo missum, id est, Prophetam magnum, qui venturus sim in mundum, paulo ante confessi estis. Hoc, inquam, non reprehenditis, vt non faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Quid est enim non voluntatem eius, qui (vt dico verè) misit me, sed voluntatem propriam facere, nisi propria vtendo potestate, iniustè aliquid disponere, non rerum merita pensare, sed præiudicia faciendo, bonum malum, vel malum bonum dicere, tenebras pro luce, & lucem pro tenebris ponere. Hoc ergo vos improbare non potestis, quòd non faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Proindè cœptam prosequar causam, vt rationabiliter vos ab æternæ vitæ conuiuio seclusos, & alios admittendos esse ostendã. [Hæc est autem voluntas eius, qui misit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.] Sed hoc vobis adhuc fortè clausum est, nec intelligitis, quid sit illud: Omne quod dat mihi pater, i. dico ergo idem manifestius.

Quid est voluntatẽ propriam facere. Esai. 5.

[Hæc enim est voluntas eius, qui misit me Patris, vt omnis qui videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam.] Quod dixi, vt omne quod dedit mihi, idem est, qd nunc dico, vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum. Sed idcirco sic & sic dixi, vt sciatis non magis Circuncisionem, quàm præputium, signum esse illorum, quos dedit mihi pater, quos vult, vt non perdam, quos vult habere vitã æternã, sed sola Fide discerni, solo amore Filij recognoscendos esse, quos ille mihi Filio suo saluandos dederit. Omnis qui videt Filium, qui oculos cordis non claudit contra illum, sed videt, & videndo gaudio gaudet, & credit in eum, ipse est illud quod dedit mihi Pater. Et cùm sit voluntas eius, qui misit me Patris, vt non perdam quid ex eo, quod ipse mihi dederit, sed resuscitem illud in nouissimo die, ego non ita econtrario faciam voluntatem meam, vt respuam quenquam, eo quod non sit semen Abrahæ, vel quia non sit insignitus Circuncisionis charactere? Si autem omnis, qui videt & credit, vitam habet æternam, pro voluntate patris, quantò magis, qui non viderunt, & crediderunt æterna vita digni sunt? Omnis ergo, siue qui corporali præsentia me habens videt opera, quæ facio in nomine Patris mei, & credit, siue, qui rationis intuitu videbit & credet, videlicet cùm sibi annunciatum fuerit, iam habet vitam æternam, iam ex eo, quòd credit, transijt (vt supra dixi) de morte in vitam.

Omnis qui videt filiũ.

[Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Et nunc iam habet vitam æternam, videlicet resuscitatus secundum animam, & in futuro quando omnes, qui in monimentis sunt, audient vocem Filij DEI, & procedent, ego ex nomine vocans, resuscitabo eum, & de massa vel congerie mortuorum, in resurrectionẽ iudicij procedentium, discernam illũ. Ego enim sicut panis vitæ, sic & resurrectionis quoq;

Ioan. 15.

corpo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporum dator sum. Ad hoc valebit ei venisse ad me, vel credidisse in me, vt à duplici corporis & animæ morte resurgat, & (sicut suprà dixi) amplius non esuriat neq; sitiat. [Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis, qui de cœlo descendi, & dicebãt: Nónne hic Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo nunc dicit: quia descendi de cælo?] Hoc est peccatum illorum, dequo excusationem non habent. Nam nescire, quòd descenderit, vel quomodo descenderit de cælo, non adeò mirum erat, præsertim cum vulgata opinione putaretur esse Filius Ioseph, sed de illo murmurare, & non potiùs cum illo agere, vel ab illo quærere, vt scire mererentur, de illo (inquam) murmurare peccatum erat, per quod merebantur viam veritatis nunquam inuenire. Non enim hoc erat notitiam eius quærere, sed inuidiæ flãmam aduersus illum superbiæ & indignationis spiritu conflare. Sic & patres eorum non ex eo Deum prouocauerunt. quod escas petierunt, sed ex eo, quòd tentando & murmurando petierunt, sicut ait Psalmista: Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis, & malè locuti sunt de Deo, & dixerunt. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto, & cæt. Igitur & hi tentatores filij tentatorum, id est, murmuratores filij murmuratorum, nõ ex eo Christum Dominum offenderunt, quòd illum esse filium Ioseph opinati sunt, sed ex eo, quòd cùm opera cælestia faceret, & se de cælo descendisse diceret, maluerunt ad inuicẽ de illo murmurare, quàm ab illo descensus ipsius mysterium intentione discendi humiliter quærere. Non enim paruum superbiæ contemptum redolet, quod eum hoc loco ex nomine feriunt dicentes: Nónne hic est Iesus filius Ioseph, videlicet multum aduersa sibique repugnantia nouerant hæc esse, de cælo (vt ait ebat ipse) descendisse, & (quod vulgo opinabantur) filium Ioseph esse. Rursus omninò sibi consentiebant, & consequẽtia erant, de cœlo illum descendisse, & Dei filium, qui de Patre multa illis suprà dixerat, existere. At illi Diabolica conflagrati inuidia Patrem Deum, cuius auctoritatem contemnere non possent, in verbis eius se aduertisse dissimulabant, & quòd solùm sciri volebant Iesum, videlicet hominem filiumq; Ioseph & Mariæ esse importunè & mendosè describebant.

Peccatum murmurationis inexcusabile.

Psal. 77.

Cõtemptus ex nomine Iesu.

[Dixit ergo eis Iesus: Nolite murmurare inuicem. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit eũ.] Murmurantes corripiens, ne fortè non intellexerint magnificè Patrem alium, maiorẽ quàm est Ioseph, illis, imò contra illos se habere astruit: Nemo, inquit, potest venire ad me, videlicet ad quem cum venerit quis (vt suprà dixi) non esuriet, neque sitiet, nemo, inquam, potest venire ad hoc, vt non esuriat neque sitiat, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum. Hoc planè maius est, quàm Ioseph. Quia dixerat: Nõne hic est Iesus filius Ioseph? Imò & omni homine hoc maius est. Quis .n. homĩnem quenquam attrahere potest ad man ducandum, sicut manducari oportet hunc panem viuum & verũ? Ipsum attrahi quid sit quæramus, & liquido patebit, q̃ nemò quẽquam attrahere possit, nisi solus Deus. Attrahi ad Christum panem viuum & verum, id est, esurire ac sitire iustitiam, tantũque habere fastidium vel odium omnis iniustitiæ, vt talem vacet illi esuriem sitimq̃ tolerare. Ad hęc autem quis idoneus? Cuius in manu cor cuiusquam est, vt hoc in illo possit efficere? Nunquid Pauli? nunquid Apollo? nunquid Cephæ? Nunquid in manu est cuiusquam omnium verbo Dei ministrantium, vt dum prædicando Dei verbũ, quasi frangit panẽ viuum, det mortuis manducandi & viuendi desiderium? Nempe sicut Paulus plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, & sicut. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum làbo rauerunt, qui ædificant eam, sic in vanũ prædicatores frangunt panem viuum, nisi Deus in mentibus auditorum, sanctum eiusdẽ panis excitet desiderium. Igitur ad Christũ quenquam attrahere, id est, esuriem sitimq̃; iustitiæ cuiquam dare, cum nemo possit nisi Pater, ac proinde maius sit hoc omni homine, scilicet, quenquam ad Christum attrahere, satis magnifico ab effectu probare incipit, quòd Pater suus longè maior quã Ioseph sit. Veruntamen & hoc sciendum, quia hæc attractatio non minus Filij quàm Patris gratia opus est. Nam & de seipso hic idem Filius: & ego, inquit, si exaltatus fuero, omnia traham ad me. Et eidem sponsa sua, scilicet Ecclesia, dicit in Canticis: Trahe me post te. Cur ergo nunc de sola persona Patris dixit, quòd oporteat eum, qui ad se venit, ab illo trahi? Videlicet quia de Patre Iesu murmuratio subortà, vel ventilata est à dicentib. Nónne hic est Iesus filius Ioseph? Opportunè primùm de Patre ait: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me attraxerit eum, quod idem est, ac si diceret: nemo potest hunc panem manducando vitam ærernam habere, nisi credendo amauerit, vel amando crediderit: non Ioseph, sed Deum Patrem meum esse, & ab illo me esse missum de cælo, vt nascerer de matre virgine. Deinde de non inæquali cum Patre sua potestate protinus subiungit.

1. Cor. 3.

Psal. 126.

Nemo potest hominẽ quenquam attrahere, nisi solus Deus.

Trahit & ipsius simul cum patre.

Ioan. 12.

Cant. 1.

[Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die] Hoc & suprà dixit se facturum, cum eiusdẽ voluntate Patris, quia videlicet, quod illic dixit: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die,

mo die. Hoc idem murmurantibus illis gratiori pondere repetijt: Nemo, inquiens, potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit eũ: murmurantes & inuidos terribili prænunciatione excipiés ab illis, quos Pater sibi daturus sit. At illi quos Pater iste non trahebat, eo videlicet modo, quo iam dictum est. Non enim idcirco venerant ad eum, quod esurirẽt ac sitirent iustitiam, sed quia (sicut ipse ait) manducauerant de panibus, & saturati fuerant, adhuc indignantes murmurare poterant, & ad inuicem dicere. Et quis ille pater est, vel quis ex vobis omnibus, qui homo sit, ad istum, vt credat in eum attrahendus vel cogẽdus est? Aduersus huiusmodi contemptum illorum, insigni propositione subiungit. [Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei.] Hoc maximè in Hieremia scriptum est his verbis: Post dies illos, dicit Dominus, dabo Legem meam in visceribus eorũ, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrẽ suum dicens: cognosce Dominum: Omnes enim cognoscẽt me à minimo eorũ vsq; ad maximum, ait Dominus, & cæt. Nunc enim postquã impletum est, quod idem Propheta præmiserat dicens: Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, &c. Nunc, inquam, postquam dedit legem suam in visceribus nostris, & in cordib⁹ nostris Spiritu sancto scripsit eam, non docet vltra vir Iudæus proximum suum, vt facit proselytum, dicens: cognosce Dominum. Omnes enim à minimo vsq; ad maximum, id est, à rusticano vsque ad scribam doctum cognoscunt id, de quo nunc agitur, quod talis vir nescit, scilicet, Deum Patrem habere, & in hunc mundum misisse Christũ Filium, & sic docibiles Dei sunt. Hoc enim nunc agitur (vt prædictum est) aduersus illos murmuratores, quòd Deus Christi sit Pater, dicentibus illis: Nónne hic est Iesus filius Ioseph? Ait ergo. Est scriptũ in Prophetis, & erunt omnes docibiles Dei. Et vt manifestiùs fiat in quo docibiles Dei futuri sint, protinus adiungit: [Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me.] Ac si dicat: Et omnes quicunque docibiles Dei fuerint, hoc ab illo discent, vt credãt in me. Omnis enim qui habet aures audiẽdi, quas exigit doctrina Dei, & intrinsecus discit (vbi nõ vox hominis perstrepit, nec penetrat caro & sanguis, sed sola reuelatio Patris, qui est in cælis) non potest se auertere à Filio Dei, sed venit ad me (inquit) credit in me, astringitur mihi insolubili vinculo dilectionis, festinat inter membra mea computari, vt eidem, cuius ego natura filius sum, ipse quoque in spiritu adoptionis filiorum, Abba Pater clamare possit, quo videlicet Spiritu prẽueniente, docibilis Dei modo suprà dicto factus est. [Non quia Patrem vidit quis, *sed qui est à Deo, hic vidit Patrem.] Nõ (inquit) ex eo quod dixi: Omnis qui audit à Patre, & didicit, venit ad me, consequitur aut colligi debet, quod Pater meus visibilis sit, aut corporaliter, vt homo adiri potuerit, & audiri, quomodo vos indignationis & inuidiæ fumantes nebulam murmuratis, quòd dixerim: quia descendi de cælo, cùm Ioseph pater meus sit, quem vos scutũ cordis arripuistis, ne à Patre meo quicquam audire vel discere possitis. Pater meus ille est, quem vidit hominum nemo, nec videre potest, qui lucem habitat inaccessibilem. Nã & si patrum aliqui Deum vidisse leguntur, non in sua tamen substantia viderunt, aut videre potuerunt, sicut Moysi dicenti: Si inueni gratiam in cõspectu tuo, ostende mihi teipsum, vt videam te manifestè, respondit est: Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet, cùm vtique scriptura eadem de eodem Moyse præmisisset: Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Sanè de beatis Angelis hoc intelligendum non est, quin visione Dei perfruantur. Non enim hic de illis agitur, sed de hominib⁹, quorum nemo Deũ vidit vnquam: quia stabat paries inimicitiarum. i. originale peccatum inter homines & Deum, soluendus in carne Christi per passionem mortis, vt posset ab hominibus Deus videri. Ait ergo: Non quia Patrem vidit quis: Et adiecit: Nisi qui est à Deo, hic vidit Patrem. Hic (inquit) qui non est ab homine, cuius esse non incepit ab Ioseph, sicut vos dicitis, aduersum me murmurantes, hic inquam, scilicet ego, vidit Patrem ex cunctis filijs hominis. Quia solus ab illo sum, videlicet natus, non factus. Alioquin non valeret hæc differentia qua dixi: nisi qui est à Deo: cùm omnes homines à Deo facti sint, quorum tamen illum vidit nemo. Notandum quippe est quoties ita absolutè positũ inuenitur, à Deo vel ex Deo esse, vt non sit additum, factum vel creatum, subaudiendum esse natum, etiam si de hominibus sermo sit, vt illud: Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Subaudiendum est enim, nati, imò renati, videlicet ex eo, quod natiuitate regenerantis gratię quis indignus est, verba Dei audire non potest. Cũ ergo dicit: nõ quia Patrẽ vidit quis, nisi hic qui est à Deo, subaudiendum est, natus vel genitus i. la videlicet generatione vel nat uitate, quæ non gratiæ, sed naturæ est, non enim ait: Nisi hi qui sunt à Deo, sed de vno seipso, hic (inquit) qui est à Deo, subaudis, solus per naturam

Hier. 13.

1. Tim. 6.

Exod. 33.

ibidem

Ioan. 1.

Ephe. 2.

Aliter Christus aliter à Deo nos sumus.

Ioan. 8.

Pater hominem instituens docet. Mat. 16.

Rom. 8.

2. Cor 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam natus vel genitus, solus coæternus & consubstantialis Filius. Nam nisi propriam hic accipis Filij Dei generationẽ, in eo quod
Rom.8. 1.Ioan.3. ait: nisi qui est à Deo, hic videt Patrem, consequitur quòd omnes, qui ex Deo sunt, viderint Deum. Sed nos omnes, qui spiritum adoptionis filiorum accepimus, ex Deo nati sumus, & filij Dei nominamur & sumus, sed nondum apparuit quid erimus, & tamẽ nemo nostrum vidit Deum. Ergo hic qui est à Deo, & proinde vidit Patrem, hic ita à Deo, quomodo vnigenit⁹, quomodo solus cõsubstãtialis, Filius vnicus, filius (inq̃) solus naturalis. Nam cæteri oẽs adoptiui sunt. Sequitur. [Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.] Postquam in assumptione qua dixerat: Ergo sum panis vitæ, qui venit ad me, nõ esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam. Consistẽs veritas murmurantes, & concedere nolentes vsq; ad victoriam redarguit. Cherinthum quoq;, & alios qui nondum erant, Hæreticos prędamnans, quia dicturi erant Christũ non de cœlo descendisse, sed de Maria existẽdi initium habuisse, vel etiam ex Ioseph genitum fuisse, nunc tandem forti conclusiõe maiestas verbi eterni cœpta perficit: impios cõfundens, pios aũt ad manducandum seipsum panẽ vitæ æternæ alliciens: Amẽ amẽ (inquit) dico vobis, qui credit in me, habet vitã æternam. Hoc vtiq; ex præcedentibus constans, & verum esse, fidelibus perspicium, infidelibus autem inexpugnabile est. Si enim Pater dat panem de cœlo verũ, qui descendit de cœlo, & dat vitam æternã, & ego ille sum panis vitę, ergo qui credit in me, habet vitam æternam. Idcirco superius vobis dicere cœperam, operamini non cibũ qui perit, sed qui permanet in vitam æternam: hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem ille misit. Interturbastis dicentes: Quod ergo signum tu facis, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt in deserto mãna. Proinde dixit vobis, qua ego sum panis vitę, & nunc iterũ dico: [Ego sum panis *vius. Patres ve-
Vita. stri manducauerunt Manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.] Conferte effectus, videte panis vtriusque distantias. Patres vestri manducauerunt Manna & mortui sunt, patres vestri (inquam) mali, patres malorum, murmuratores, patres murmuratorum, infideles patres infidelium, quamuis omnes eandẽ escã spiritualem manducauerint, & eundem potum spiritualem biberint, quem & boni pa-
Num.16. Obiect. tres bonorum (quales fuerũt Moyses & Aaron) manducauerunt Manna, & mortui sunt, imò cùm essent mortui mala morte peccati, manducauerunt, & manducando non reuixerunt, sed illo cibo saturati ad inferos descenderunt, intantum mortui secũdum interiorem hominem, vt quidam eorum vitã retrahentes adhuc exterioré, absorpti à terra, & operi humo de medio multitudinis perierint. Quid ergo inquis: Illi q *Matth.26.*
manducant hunc panem non moriuntur? Dixisti enim: Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso mãducauerit, nõ moriatur. Nónne & omnes qui mãducant hũc panem de quo dicis: Hoc est Corpus meũ, quod pro vobis tradetur, & qui bibunt calicẽ tuũ, de quo dicis: Hic est Sanguis meus, nónne (inquã) isti manducantes & bibentes oẽs quidem secundum carnem, multi verò etiam secundum animã moriuntur? in quo ergo panem hunc præfers illi, quem patres manducauerunt, pro eo quòd manducantes Manna, & bibentes aquam de petra, mortui sunt omnes quidem secundum carnem, aliqui verò etiam secundum animam? Con-
Psalm. 94 cedimus enim multos ex eis mortuos esse secundum animam, sicut ait Spiritus sanct⁹ in Dauid: Ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Quamuis etenim dixerit, aliqui illa morte qua prostrata sunt ca-
Num.14. Nauum.1. dauera illorum in deserto cõsumptum fuisse peccatum eorum, sic intelligentes quod scriptum est: Non iudicabit Deus bis in idipsum, quod temporali morte puniti omnes euadunt mortem æternam, aliorum tamen meliorem tenemus sententiam dicen-
Hier.5. tium, quia quosdam flagella damnant & nõ liberant, videlicet eos, de quibus per Pro-
Deut.32. phetam dicitur: Percussi eos nec doluerũt,
Hiere.17. attriuisti eos & renuntiauerunt accipere di-
Psalm.94. sciplinã. His (inquiunt) flagella ab hac vita inchoãt, & in æterna percussione perdurãt. Vnde per Moysen Dñs dicit: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Itaque & iuxta Prophetam eundem dicentem: Et duplici cõtritione contere eos, plerosque illorum in corpore simul & in anima periisse cõcedimus: præsertim cùm illis exacerbantibus Deum exacerbatione tẽtationis in deserto & cognoscere nolentibus vias eius, iurauerit ipse (vt prædictum est) in ira sua, quòd non introirent in requiem suam. In quo igitur hunc panem, quem qui manducant, nihilominùs moriuntur, præfers illi quem manducaue-
Responsio quod in dã oẽs mortui sunt. 2.Cor.15. runt patres illorum, & mortui sunt? Ad hęc inquam: attende diligẽtiùs, nunquid vllam fecit exceptionẽ patrum malorum siue bonorum? Nonne vniuersali enunciatione dixit: Patres vestri manducauerunt Manna & mortui sunt? Patres enim vestri (inquit) non solùm murmuratores vel infideles mortui sunt, sed etiam iusti, & quantolibet fideles patres omnes vestri mortui sunt, ea videlicet ex causa, qua omnes homines moriuntur in Adam. Et hoc dico, quia quamuis Manna manducauerint, nihilominus omnes eadem in morte detenti sunt, sicut & quia

antiquiores illorum patres, vel ipsorum iuniores, qui Manna non manducauerunt, quia diebus illis non fuerunt. Dixi ergo, qa patres vestri Manna manducauerunt & ni-
Manna nõ liberauit à morte. Gen.49. 3.Reg.2. hilominus mortui sunt, quàm illi qui non manducauerunt, nihilominùs apud inferos propter originale peccatum detenti sunt, quàm illi qui antè vel post illud Mãna, hinc ad populos suos per viã vniuersæ carnis adducti sunt. Nõ per illud Mãna liberati, sunt, neq; ascenderunt ad conuiuium Angelorũ, vt visione Dei perfruerentur, qua beati Angeli æternaliter viuunt, quam in Patre suo Adam omnes homines perdiderũt. Sed hic est panis de cælo descendens. Et ad quid de cælo descendit? Vt si quis manducauerit ex ipso, non moriatur. Nam qui non manducauerit morietur, imò iamdudum mortuus in Adam, ab illa eius hæreditaria morte non liberabitur. Et quidem mortuorum multitudo plurima est à corporibus separatorum, hunc panem expectantium apud inferos, quo fraudauit eos peccando pater ipsorum. Magna deinceps ventura est multitudo Gẽtium hunc panem dum adhuc in corpore sunt flagitantium, iamq; dum adhuc in carne viuunt mãducaturi sunt. Vtrisq;, scilicet & illis qui iamdudum defuncti sunt, & his
Psalm.22. qui adhuc viuentes in carne sunt vel erunt, ecce parata est à Patre meo mensa in cõspectu ipsorum. Dico enim vobis. [Ego sum panis viuus, qui de cælo descẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.] Quoniam conuiuæ Patris mei per mortem dissipati sunt, propter vetitum cibum, quẽ manducauit pater ipsorum, & animæ quidẽ apud inferos, corpora verò in sepulchris
Matth.12. Iona.2. Matth.17. sunt: dissipabor & ego panis Angelorum, & secundum illam substãtiam qua pascuntur Angeli, pergam ad inferos, vbi animæ esuriunt, & secundum corpus eodem terrę vẽtre reconditus, quo recondita sunt corpora illorum, illic ego tribus diebus & tribus noctibus, sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Vnde & animæ visione Dei recreatæ reuiuiscent, corpora verò nunc quidem multa, in futuro autem cuncta resurgent. Deinde residuis, id est, quos præsens adhuc seculum in carne reti-
Esa.16. Luce 4. Psalm 2. net, dabitur hic idem panis in ea specie, quæ viuentibus congrua est, id est, in vero sacrificio panis & vini secundum ordinem Melchisedech.

[Et panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita.] Summa hæc sit consolatio paupertibus, quibus Spiritus domini veniens super me, euangelizare misit me: summa (inquam) & incomparabilis congratulatio sit hæc Gentibus terminisq; terræ quos in hæreditatem vel possessionem postulans accipiam à Patre. Quia nihil minus habebunt
Osee 13. de hoc pane vitæ, quàm antiqui patres, quibus hunc panem signauit, & dedit Pater qui misit me. Nã descendens ad illos vt reficiantur ex me, cùm infernus me momorderit, & ego morsus eius factus fuero, mors mortis in visceribus eius conclusus, additus esurientibus sanctis vel iustis, vt viuificentur vniuersi, tunc ego dabo panem istis residuis in quo nõ deest veritas eiusdem carnis meæ vel corporis, quod eductum de ventre ceti, saluum & integrũ residebit æternaliter ad dexteram Patris. Panem eundem Angelorum me tribuente manducabit viuens homo, modo si congruo, quem dat Pater his qui recesserunt, vt manducent & resurgant, nunc quidem animæ, corpora quidem in dienouissimo. Animaduertendum est hoc *conuerti-
loco, cùm vtrobique valeat, &* nunc verti- *bilis.*
bilis sit hæc propositio: & panis quem ego dabo caro mea est (Etenim siue carnem de pane prædices hoc modo: & panis, quem ego dabo, dicens, accipite & comedite, caro mea est, vel corpus meum est: siue carnem de pane prædices, ita: & caro mea, quæ mortua ventre terræ glutiẽda est, panis est: quia refectis mortuis vitam & resurrectionẽ datura est) cùm (inquam) quocunque veritas, sententia vera sit, ordo tamen literæ perso-
Panis subiectum, Caro prædicatum. narumque vel temporum mutatio exigit, vt Panis subiectũ, & Caro prędicatũ debeat accipi. Nã hactenus de persona Patris dixerat, quod ille panẽ verũ daret, & ipse Filius panis esset. Nunc ipse panis viuus & verus ad suam personam per futurum tempus verbi eiusdem trãsitione facta, Et panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et reuera quem Pater dedit panem An-
Quõ panis cælestis sit panis visibi lis. gelorum, vt carnem assumeret, & morere-
tur, quatenus viuificaret, ipse panis cælestis panem terrenum nobis dat, quem viuentibus, & quibus manducari potest, vitam det æternam in carnem suam transmutat. Et sic verbum quod est panis Angelorum, caro factum est, non mutatum in carnem, sed assumendo carnem: sic idipsum verbum iam dudum caro factum, panis visibilis fit, non mutatum in panem, sed assumendo, & in vnitatem personæ suæ transferendo panem. Proinde sicut de carne nostra, quam virgo Maria peperit, verè fatemur propter vnita-
quia. tem personæ, *quæ Deus est, sic nihilominùs de pane isto visibili, quem eiusdem ver bi inuisibilis Diuinitas assumens, in carnem suam transfert, verè & catholicè confitemur, quia Corpus Christi est. Ait ergo: Et panis quem ego dabo, Caro mea est pro mũ di vita, videlicet vt mundus redemptus manducet & viuat, emundata priùs per Baptismum veteris quem Serpẽs dedit & persuasit, cibi macula. Igitur ab effectis liquet, quantò melior hic panis sit illo, de quo dixerant Patres nostri manducauerunt Manna & mortui sunt. Hic autem est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Sanè cum dicit: Qui man-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducat hunc panem, vel qui mãducat meam carnẽ, ſemper dignè ſubaudiẽdum eſt. Quẽadmodum quoties dicitur in Scripturis ſanctis: Angelus Dñi, vel Spiritus Domini, nec additur malus, ſine dubio bonus Angelus, vel bonus Spiritus intelligitur. Ita nimirum quoties dicitur: qui manducat & bibit, & non indignè, proculdubio dignè ſubaudiendum eſt. Proinde & qđ dixit: Patres veſtri manducauerunt Mãna & mortui ſunt, quoniã abſq; bonorum vel malorũ patrũ diſtinctione, dixit, ſciendũ eſt, quia quantũcunq; benè manducauerint aliqui ex illis, tamen oẽs mortui ſũt. i. ab hæreditaria morte, qua in Adam oẽs moriuntur, per illud Manna liberati non ſunt, ſed per hunc panem oẽs viuificantur Electi, qui vel anteq̃ hic panis de cælo deſcenderet, fuerunt mortui, vel poſtquam deſcendit nati ſunt, eidẽ morti obnoxij. Sequitur: [Litigabant ergo Iudæi ad inuicẽ dicentes: Qũo poteſt hic nobis carnem ſuã dare ad manducandum.] Et ſuprà quãdo dixit: Ego ſum panis vitæ, murmurabãt, & nunc quãdo dicit: Et panis quẽ ego dabo Caro mea eſt, rebelles & increduli Iudei ad inuicẽ litigant, nuſquam durã eruditi ſunt flectere ceruicẽ, ad interrogãdum veritatis Magiſtrum, videlicet eo modo, quo percõtari ſolent hi, qui ſcientiam veritatis eſuriũt ac ſitiunt, ſed murmurant, ſed litigant, ſed verba æternæ vitæ blaſphemantes, inſaniæ deputant. Num ergo iſtis diceret, quomodo poſſet carnem ſuam dare ad manducãdum? Litigabant ad inuicem, murmurabãt ad inuicem, & conſilium ſapientiæ Dei non ab ipſa ſapientia Dei, ſed murmurãdo & litigãdo quærebant ad inuicem, Quid niſi malum diſcerent ab inuicẽ? O homo (inquit Apoſt.) tu quis es, qui reſpondes Deo? Talib. enim qui non amore diſcendi interrogant, ſed intentione aduerſandi diſputãt, nihil aliud dicendum eſt, niſi vt tanquã indigni, ſapientię reſponſo procul abſiſtant. [Dicit ergo eis Ieſus: Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.] Ergo (inquit) quoniam vos nequaquam eſuritis, animas ſurſum in cęlum ſuſpenditis, vnde panis iſte deſcendit, vt reuelet vobis Pater qui eſt in cælis, quod reuelare non poteſt caro & ſanguis, ſed litigatis ad inuicem cordib. impacatis. Hoc tantùm vobis dixerim, quòd niſi manducaueritis Carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Quis aũt eſt modꝰ manducationis, non meum eſt aperire vobis. Sanctum enim hoc eſt, quod litigioſis canibus dandum non ſit: margaritæ ſunt, quæ videlicet ne conculcentur ante porcos mittendæ non ſint. Nondum ſaltem ſerui eſtis, qui reuerentẽ aurem Dño præbeatis: nedũ amici, quibus ſolis notum facere habeo ritũ vel ordinẽ, cauſaſq; diuinas huius epulationis. Hoc ergo tantillum ſcitote, qui niſi mãducaueritis non habebitis vitã in vobis. De hoc cibo Corporis & potu Sanguinis Dñi, hæcà ſanctis Doctoribus data eſt ſententia, quam & velut pro maxima vel prima definitione aduerſus idem Corpus & Sanguinẽ Domini, nimium feſtini lectores, & immaturati præripuere doctores: Hunc, inquiũt, cibum, & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quod eſt ſancta Eccleſia, in prædeſtinatis, & vocatis, & iuſtificatis, & glorificatis ſanctis & fidelibus eius. Quid enim? Nunquid ab eildẽ patribus ibidem tacitum eſt, huius rei, vnitatis corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, ſacramẽtum eſſe panem & vinum, quod in dominica menſa præparatur, & de menſa dominica ſumitur? Quid autem eſt vel vnde dicitur Sacramentum, niſi à ſacrando, eo quòd rem ſacratam. i. corpus Chriſti quod eſt Eccleſia cõſecret, & conſecrando afficiat vnitatem. Nã ſicut dicimus ornamentum hocvel illud, eo quòd ornet, & veſtimentum eo quòd veſtiat, & cætera ſimilia: ſic Domini Corpus, quod in altari ſumimus, & ſanguis eius, prędictæ vnitatis rectè Sacramentum dicitur, eo quòd illo cibo potuq́ue viſibili in vnam Chriſti Eccleſiam, quæ ſit corpus eius, plenitudo eius, inuiſibiliter conſecremur. Igitur prædictam ſententiam nullatenus pro maxima definitione vel deſcriptione manducandi Carnem & bibendi Sanguinẽ Domini accipimus, præſertim cũ ipſe ore proprio, quando voluit, quibus voluit, quoſq; dignos iudicauit, tam diligentem definitionem vel deſcriptionem dederit, vt nemo Dialecticorum vel Philoſophorum vnquã diligentiùs definire ſubſtantiam, vel quodlibet indiuiduum quiuerit. Nam quod ſolent facere illi, cùm primarum quamlibet ſubſtantiarum deſignare volunt, Verbi gratia, cùm æquiuocationem determinantes, contra argumentorum ſophiſticas importunitates dicunt, Alexander rapuit Helenam (cogimur enim nunc talium in tanto negotio meminiſſe nugarum, & ſagittantes paruulos repercutere ſagittis paruulorũ) cùm inquam dicunt: Alexander rapuit Helenam, quoniam poteſt opponi, Alexander non rapuit Helenam, Alexander Philippi rex Macedo, non rapuit Helenam determinantes dicunt: Alexander is de quo nunc agitur Troianus Priami filius, rapuit Helenam, Hoc idem ſumma ſapientia fecit, vbi oſtendere voluit, quomodo carnem ſuam nobis ad manducandum dare poſſit: Hoc eſt, inquit, Corpus meum. Et addidit: Quod pro vobis tradetur. Item: Hic eſt Sanguis meus. Et adiecit: qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Totumq́ue modum manducãdi Carnem ſuam & bibendi Sanguinem ſuum perſcribens: Hoc, inquit, facite in meam commemorationem. Proinde cunctis figurarũ vel ſimilitudinum nebulis amotis, nõ corpus quodlibet, non corpus Chriſti quod eſt Eccleſia: ſed illud Corpus Domini, quod pro nobis traditum eſt, nos mãducare: & illum Sanguinem, qui pro nobis fuſus eſt in remiſsionem peccatorum, nos bibere indubitanter credimus: & quod fecit ipſe, hoc idem in commemorationem ipſius ſcimus & benè ſcimus nos facere, id eſt, Carnem ipſius manducare & Sanguinem bibere. Et quamlibet ſancta Eccleſia corpꝰ Chriſti ſit, & ſic ex multis hominibus conſiſtat, quemadmodum panis ille, quẽ verè dicimus Corpus Chriſti, multis conſtat ex granis: & vinum illud, quod verè dicimus Sanguinem Chriſti, ex multis conſluxit acinis: non tamen idipſum corpus Chriſti eſt Eccleſia, quod pro nobis traditum eſt, quam propriã differentiam ſæpe dictum Corpus, quod eſt panis vitæ æternæ, ſemper authore Chriſto retinet. Igitur niſi manducaueritis, inquit, Carnem meam, & biberitis Sanguinem meum, hoc videlicet quod dicturus ſum faciẽtes in meam commemorationem, non habebitis vitam in vobis. Sanè qui vel tenerrima cohibẽtur infantia, priuſquam ex hac luce migrant, quàm manducare aut bibere poſsint: vel qui articulo temporis conſtringuntur, ſicut nonnulli Confeſſores, quos nec baptizari aqua, perſecutionis, & mortis inſtantia permiſit, non præiudicantur hac ſententia veritatis. Nec enim iudicatur apud Deum non manducaſſe, niſi qui manducare noluit, qui non curauit, qui neglexit. De ſenſibus enim & de voluntatibus iudicat Deus, quæ in infantibus edentulis malæ eſſe non poſſunt, & in eiuſmodi Confeſſoribus, cùm bonæ ſint, non fraudãtur effectu, quia manifeſtè Chriſti communicant paſſionibus. Proinde nec paruulos, quos ætatis impotentia manducare vetat, qui mox vt baptizati fuerint, ab hac luce migrant æternæ vitæ exortes arbitramur, nec præuentos à perſecutore Confeſſores pios, in ſanguine ſuo baptizatos, Corpori Chriſti communicaſſe, vel Calicem Domini bibiſſe, quod ad vitam æternam proficiat dubitamus. Sequitur: [Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Non, inquit, vos veſtriq; ſimiles, quiq; murmuratores & litigioſi, vitam habebitis in vobis, ſed ille vnus populus meus, qui mihi vnitur vnitate ſpiritus, vna Eccleſia mea, quæ manducat Carnem meam & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam. Hęc enim ſumma eſt cauſa æternæ vitæ effectiua, manducare Carnẽ meam & bibere Sanguinem meum, non manducare autem Carnem meam, & non bibere Sanguinem meũ, antiquæ perfidiæ eſt argumentum, qua primi parentes hominum, Serpenti, quã Deo

Manna nõ liberabat.

Litigabant ad inuicẽ. Rom. 9.

Matth. 16.

Iudæi erãt indigni vt docerent eos Chriſtus hoc ſacramentum. Matth. 7.

Sacramentũ cur & vnde dicatur.

Aequiuocationis exempluꝫ.

Quid præpriè eſt mãducare & bibere cor-pus & ſanguinẽ Chriſti.

Quo excuſamur paruuli, et mortẽ præoccupati.

credere maluerunt. Nec enim differt in culpa, non credidiſſe, quòd manducantes de ligno vetito morerẽtur, & nõ credere, quòd manducantes Carnem meam, & bibentes Sanguinem meum, ordine præſcripto, ab eadem morte liberentur. Qui ergo manducat & bibit, rectè antiquæ mortis pœna ſe exuit, & quia non manducat aut non bibit, nihilominus iuſtè relinquitur in antiquo iudicio paternæ præuaricationis. Notandum verò, quòd cùm ſuperiùs dixerit: Hæc eſt voluntas Patris mei, qui miſit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die, Hic itidem ſub eadem diſtinctione, priùs inquit, habet vitam æternam, & deinde ſubiungit: & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Videlicet ne quis exiſtimet ſe abſque Corporis & Sanguinis eius cibo potuq́; viſibili vitam vtramq; corporis & animæ, ſola Fide recuperaſſe, & iſto Sacramento non egere, hoc ipſum repetiuit, proculdubio conteſtans, quod non verè credat, quiſquis manducare, & bibere contemnit. Nam quantumuis fidelis, & Catholicæ Profeſsionis homo ſis, ſi manducare & bibere recuſes de hoc cibo potuq́ue viſibili, eo ipſo, quòd tibi hunc neceſſarium nõ eſſe præſumis, à ſocietate membrorum Chriſti, quod eſt Eccleſia, te præcidis, neque rectè credis in eum, cuius in hoc cibo potuq́ue ab ipſo tam diligenter commendato, derogas authoritati. Nónne primi parentes noſtri, & priùs intrinſecꝰ inuiſibiliter corrupti ſpiritu Diaboli, contra Creatorem ſuum intumuerunt, & deinde per Serpentem ſuaſi, viſibili quoq; cibo perierunt? Ita planè oportet pœnitentem hominem, vt priùs inuiſibili Fide ſubijci Creatori, corde credendo ad iuſtitiam, & ore confitendo ad ſalutem, & deinde viſibili quoque cibo, & potu vitæ æternę neceſſariam perficere iuſtificationẽ. Nec illud quoque vacat ab ordine iuſtitiæ, quòd priùs dum manducat, iam habet vitã æternam, ſcilicet in anima, Deo viuens per iuſtitiã, & deinde: Et ego reſuſcitabo eũ (inquit) in nouiſsimo die. Nam & ſæpedicti primi parentes noſtri, & priùs æterna morte animæ intrinſecus, & deinde morte quoque corporis extrinſecus mortui ſunt. Etenim quacunq; die comederitis ex eo, morte (inquit) moriemini, ſine dubio morte animæ, ac deinde ſententiã quoq; corporeæ mortis acceperũt ab ipſo Deo dicẽte. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua ſumptus es, quia terra es, & in terrã ibis. Rectè ergo, & ſeruato ordine iuſtitiæ: qui mãducat (inquit) Carnẽ meã, & bibit Sanguinẽ meum, iã habet vitã æternã, quia iam viuit ſecundum animã, ſecundum carnẽ verò morietur quidẽ, ſed ego reſuſcitabo eũ in nouiſsimo die. [Caro.n. mea verè eſt cibus, & Sãguis meus verè eſt potus.]

Hic cibus primo dat vitam animæ, deinde reſuſcitabit & corpus.

Nõ ſufficit ſola fides abſq; hoc cibo.

Rom. 10.

Gen. 2. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verus cibus contra falsum cibum Adæ.

Verus (inquam) cibus, & verus est potus, quia verum est quod pollicetur, quia vera spes est, qua manducatur & bibitur. Vnde & constat cibū hunc, cibo illi contrario modo esse oppositum, quē homini primo Serpens obtulit, quia videlicet cibus ille, cibus fuit mēdacij, quia falsum fuit, & falsum est, quod ille cibus pollicitus est, quia cum vana promissione datus, & vana spe diuinæ similitudinis consequendæ manducatus est. Sed nondum manducatoribus carnis suæ, & bibitoribus sanguinis tantum promisit ista veritas, quantum in persuasione cibi vetiti pollicita est ista falsitas. Nam Diuinitatem promisit: Aperientur (inquiens) oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Sequitur ergo: [Qui manducat Carnem meam, & bibit Sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.] Hic perspicuè Diuinitatem pollicetur carnem suam manducantibus, & sanguinem suum bibentibus, & illusiōem nequissimi nebulonis (qui dixit: comedite & eritis sicut Dij) nō sine magno cruciatu eiusdem illusoris, seriò loquens in verum effectum conuertit. Quid enim nobis hoc dicto hic Dei Filius vnicus pollicitus est, nisi ac si apertè dixisset: Dij eritis, & filij excelsi omnes? Et notandum, quod nō eisdem verbis deceptoris vsus est dicentis: Eritis sicut Dij, nec omninò sic dicere debuit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, erit sicut Deus, vel erit similis altissimo: sed in me manet inquit, & ego in eo. Quis enim est, vel esse potest sicut Deus? Ille namque nullius indiget, nullius ope vel gratia Deus est. Sed quis ita præter illum, naturæ suæ sufficientia Deus esse potest? Sic Angelus voluit esse Deus, & factus est Diabolus. Sic Deitatem appetere suasit homini, & hominem hominis honore spoliauit. Tam hic, quàm ille, cùm voluit esse sicut Deus, voluit sinè gratia vel adiutorio melioris esse Deus, & hac voluntate vterque à Deo diuisit se. Quid ergo esset, nisi Dei Aduersarius? Econtrà, consortium vel gratia Dei Deos efficit, & filios excelsi. Gratiam ergo & communicationem Dei cōmendans ei, qui manducat Carnem suā, & bibit Sanguinem suum, in me manet (inquit) & ego in eo. Quis autem ego, nisi Deus, nisi Dei sapientia, nisi vera, summa, & sempiterna Diuinitas? Ergo is, in quo maneo ego, Diuinitatem in se transfusam habens, Deus factus est, Filius excelsi renatus est. Non est sicut Deus, quia videlicet vnus, & solus & Deus, neminem habendo in se, vnde factus sit Deus, sed est Deus me habēdo in se manentem, vnde fit Deus. Nam audi quid sequitur. [Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, ipse viuet propter me.] Ecce deorum adoptiuorum, & Dei vnici dissimilitudo similis, & similitudo dissimilis: Sicut (inquit) misit me viuens Pater & ego viuo propter eiusmodi Patrem, sic & ille qui manducat me, viuet propter me.

Ibidem.

Hic panis confert diuinitatem. Gen. 3. Psalm. 81.

Nemo est sicut Deus.

Misit me pater, id est genuit.

Sed quomodo misit me viuus pater, vel quomodo ego viuo propter viuentem Patrem? Misit me dico viuens Pater, id est, genuit me immortalis Pater. Nā in eo me misit, quòd genuit. Si vestrę paterētur incircū cisæ aures, cum dico misit, dicerem apertiùs genuit, sicut in Psalmo testatur ipse, dicens ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Dico ergo, quia misit, quod & ipsum vos audire vix patimini: misit (inquam) viuens Pater me, quod non est aliud quàm genuit, & incarnari voluit me: Et ego viuo propter Patrem, id est, propter hoc Deus viuēs, Deus immortalis sum, Deus impassibilis, Deus incommutabilis sum, quia talem habeo Patrem, quia talis Pater me misit, quia talis Pater me genuit. Et sicut ego viuo propter huiusmodi Patrem, sic & is, qui manducat me, viuet propter me, id est, idcirco sempiternè & beatè viuet, idcirco Deus & filius excelsi est, quia mānducat me, qa maneo ego in eo, & ipse in me. Ecce (inq̄) similitudo diuinitatis, similitudo vitę & ęternitatis, similitudo Deorū adoptiuorū & vnici Dei. Sed hęc (vt prædictū est) similitudo dissimilis est. In quo? Videlicet quia causę diuersę sunt. Quare ergo viuo propter Patrem? Quia viuens ipse Pater misit, id est, genuit me. Quare viuet homo propter me? Quia manducat me. Non ego manducaui Patrē vt viuerē, sed viuo propterea, quia Pater in seipso viuens, & nullius indigens, genuit me, nihilominus in meipso viuentem, & nullius indigentem. Homo autem non propterea viuit, quod pater illum genuerit, sed ideirco vt viuat, mānducat me, quem solum Pater genuit. Est ergo (vt prædictum est) dissimilitudo similis, & similitudo dissimilis, vnici Filij multorumque filiorū excelsi, dum hic viuit, quia genitus est: illi autem viuunt, quia manducant eum qui genitus est. Attamen nihil hac differentia perdunt, quoniam & si nati Dij non sunt, manducantes me, qui natus Deus sum, mecum vnum corpus fiunt. Proinde non suspiret homo, qui in æternum viuere vellet, quod abegit Deus hominem præuaricatorem factum, ne sumeret de ligno vitæ, & viueret in æternum. Nam ecce habet panem verum, de quo si quis manducauerit, viuet in æternum, imò gaudeat, quod non est permissus, vt comederet tunc de ligno vitæ, & viueret in æternū. Si enim tunc comedisset, si viueret in æternum, quomodo viuit ille cuius suasu comedisset. Econtrà, sic nūc viuet in æternū, quomodo viuo ego propter quē viuet, quo tribuente manducat, vt viuat propter me. Sequitur: [Hic est panis de cælo descendens, non sicut manducauerunt patres vestri Manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.]

Pſalm. 2.

Ego viuo propter patrem.

Melius est de ligno vitæ nō comedisse. Gen. 3.

Epilogus.

ęternum.] Breui epilogo colligit atque enumerat partes superiores, & commemorat quibus de rebus hactenus verba fecerit, vt earum memoria renouetur atque redintegretur in animo auditoris. Hæc enim eodē ordine quo nunc in conclusione recolligit, superiùs exposuit: videlicet, quòd panis ipse verus de cælo descendit, quod non fuerit Manna, quod manducauerunt patres illorum, & mortui sunt. His ergo pro posse decursis, reliqua sequenti volumine transigenda sunt.

FINIS LIBRI SEXTI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM LIBER SEPTIMVS.

DE Domino nostro Iesu Christo in seruo eius Dauid, eodemque Patre ipsius secundū carnem, Spiritus sanctus prælocutus est, dicens: Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: Huius autem Melchisedech ordo ferè nulli incognitus est, scilicet, quia regresso Abraham à cæde Regū, protulit, non carnes sanguinemque hircorum aut vitulorum, sed panem & vinum: Erat enim (inquit scriptura) Sacerdos Altissimi, & benedixit ei, hoc videlicet dicto magnificè innuens, quòd tali ordine ritū Sacerdotij Altissimi præcurrerit. Huius Ordinis Sacramentū prefulgidum, sub velamine Legis reconditū, hoc loco dum Dominus noster, Rex & Sacerdos verus retegit, tantis oculos hominum radijs ferit, vt intendere nō valentes, toti fugiant auersi; quemadmodū in typum talium hominum olim fugerunt patres ipsorum, non valentes ferre claritatem vultus Moysi, quia splendida facta fuerat ex collocutione Dei. Sic etenim reuerberati sunt claritate huius veritatis isti filij illorum murmuratores & litigiosi, nō quòd claritas sempiterna rationali creaturæ naturaliter noxia sit, sed quia creaturę ratio suos irrationabiliter polluit & sordidauit oculos terrenis concupiscentijs, ita vt lumen suum videre non possit. Nam qui se auerterunt, quantum cum auxilio Dei possunt, ab ea quæ in mundo est, concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, his amica & dulcis est Diuinitatis claritas: & si ex parte infirmantur atque reuerebantur, non tamen fugiunt, non murmurant, non litigant, sed expectant donec veniat quod perfectum est, & euacuetur quod ex parte est. Hæc iā tunc in illis hominibus præcurrētia fuerunt, qui audiebant dominum Iesum, sicut sequentia declarabunt. Sequitur. [Hæc dixit in synagoga, docens in Capharnaum.] Synagogam illam murmurosam & litigiosam, in qua dixit hæc dominus noster, illis qui audiebant econtrà dicentibus; quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum, non incongruè magni Doctores aiunt, per illum Regem Achis prefiguratam fuisse, ad quem venit supradictus Dauid, fugiens Saulem, qui & vocatur Abimelech; secundum titulum Psalmi xxxiij. quādo & commutauit vultum suum, & dimisit eum, & abijt. Namque dixit Synagoga illa, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? rectè intelligitur in isto prædicti Regis nomine Achis. Achis enim interpretatur, quomodo est. Quia verò Synagoga eadem, quæ Filium Dei non recipiebat, eundem ipsius Patrem, Deum suum esse profitebatur, rectè Filius idem in prædicti Psalmi titulo mysticè appellat eam Abimelech, quod interpretatur, patris mei regnum. Quòd immutauit vultum suum Dauid, illud nobis innuit, quia veterem ordinem Sacerdotij secundum Aaron, immuturus erat hic verus Dauid, Rex & Sacerdos noster secundum ordinem Melchisedech. Achis autem, quod interpretatur quomodo est, istius (vt iam dictum est) Synagogæ typum gessit, dicentis, quomodo hic nunc dicit, quia de cælo descendit, quomodo carnem suam ad manducandum, & sanguinem suum ad bibendum nobis dare poterit? Nā hæc rebellione fidem illius pullantis, in corda sua dum non admittit, quasi tympanizātem & impingentem in ostia ciuitatis Dauid, dura incredulitate repellit. Quapropter dimisit eum, scilicet Achis siue Abimelech, dicentem: Quare adduxistis hominem insanum? dimittite illum hinc, & ne ingrediatur domum meam.

Christus sacerdos secū dū ordinē Melchisedech. Pſalm. 109 Gen. 4.

Exod. 34.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 13.

Achis Abimelech

Immutatio vultus Dauid coram Achis.

Nam reuera dimisit eam & abijt, dimisit, inquam, Synagogam, & ad Ecclesiā de Gentibus abijt, pro eo, quod immutationē vultus eius, id est, prædictam veteris Sacerdotij translationem non ferens, insaniæ deputauit, ita vt per illud, quod ibidem de eodem Dauid dictum est, & defluebant saliuæ in barbam, nihil meliùs intelligi queat, quàm quòd infantilia vel inepta, more infantium, quibus dum loqui conantur, saliuæ in mentum defluunt, Dominus noster illis vide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur loqui, cùm diceret: Nisi manducaueritis Carnẽ filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vnde lectionis huius Euangelicæ sequentia sic habent: [Multi ergo ex Discipulis eus audientes, dixerunt: Durus est hic sermo, quis
Psalm. 33. potest eum audire?] In Psalmo prædicto, cuius in titulo per immutationem vultus Dauidici mutatio nobis (vt iam dictum est) innuitur veteris Sacerdotij. Dicunt pauci illi, qui alijs retrocedentibus, adhærent huic vero Sacerdoti: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Isti autem multi, & omnes, quos nomine multitudinis sanctа Scriptura denotare cõsueuit, vt ibi: multi vocati, pauci verò electi. Itemq;: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum, isti, inquam, multi & multarum palearum cumuli, dicunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Videlicet sicut contrario spiritu aguntur in mente, & resistũt Spiritui Dei, sicut verba bonorum verbis de hoc Sacramento dicunt contraria. Dicunt illi: Gustate & videte, quoniam suauis
Bis. est Dominus, dicunt illi: Durus est hic sermo. Ecce quàm contrarij sunt, & quàm contraria dicunt. Sicut enim contrarius est sermo durus suaui, sicut amaro dulcis, sic ita spero mitis. Planè vsque hodie cõtraria ista
Cur durus videbatur hic sermo Iudæis. non desunt, quæ tunc in illa Synagoga dicta sunt. Illis quidẽ durus erat hic sermo, quo dixerat: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Primum quia sic intelligebant secundum carnem, quam soli sapiebant, quod concidi & sic manducari oportere dixisse carnem suam quemadmodum consueuerant concidere & manducare carnes Agni, seu cuiuslibet bruti pecoris, & bibendum esse sanguinem suum, quomodo nec animalis cuiusquam sanguinem gustare Lex permittit, dicens: non comedetis
Gen. 9. cum sanguine, & iuxta sensum vel doctrinã
Le. 3. 17. eius neminem posse vitam habere in se, nisi fecisset. Quod tam autoritate Legis diuinę, quàm communi sensu omnium hominum constat horrendum & execrandum facinus esse, atq; ideo non modo ad consequendam vitam non valere, sed etiam eidem vitæ omninò contrariũ vel repugnans existere. Deinde & hoc illos mouere poterat cum eiusmodi sensum haberent, quod etsi vllo modo fas esse potuisset, sic illum concidi & mãducari, sanguinemque eius ebibi, vix pancis sufficere, vt vnusquisq; modicum quid acciperet, atq; ideo vix centum homines ad vitam pertingere posse, cum copiosa multitudo hominum ad vitam pertinentium nulli, nisi soli Deo numerabilis sit. Et quidem nõ adeò mirum fuerit, rudes Discipulos tantũ
1. Cor. 3. Heb. 5. mysteriũ capere nequiuisse, cum adhuc pueri essent, eisq; lacte magis, quàm solido cibo tunc temporis opus esset, sed inde culpandi erant, & inde iudicium pro temeritate incidebant, quia non sui sensus tarditatem vel impotentiam, sed Magistri sermonem incusabant, & duritiæ arguebant. Illis, inquam, *Hæreticine* isto sensu durus hic sermo videbatur, istis *gantes cor-* autem qui hodieq; murmurant & litigant, *pus Christi* cum veritatem Corporis & Sanguinis Do- *in sacramẽ* mini defendimus, alias ob causas magnã vi- *to esse.* demur sonare duritiam. Nam præter superiùs dictas, & pro posse repercussas difficultates, nõ sermonis, sed cordis ipsorum, quibus bonus & suauis sermo iste durus esse videtur, cum argumentosa fide per autoritatem Euangelicam arctati fuerint, vt negare nõ possint, hoc Dñi Corpus illud esse, quod pro nobis traditũ est, & hunc eius Sanguinẽ illum esse, qui pro nobis effusus est, cum, inquam, hoc illis constanter astruxerimus, ergo, inquiunt, si nõ figurate, sed reuera panis iste Christus dicitur vel est, quotidie Christus patitur, & toties moritur, quoties panis iste in commemorationem eius frangitur. Et hic, inquiunt, sermo durus est, etiã si Paulus non diceret: Christus resurgẽs ex *Rom. 6.* mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur, quis hunc sermonem possit audire? Hæc & huiusmodi dicere illos expe- **didicimus* rimento *dicimus. Econtra quibuscunq; re- *Matth. 16.* uelat non caro & sanguis, sed Pater, qui est *Ioan. 6.* in cælis, quoscunque attrahit ille ad Filium dulci attractione, id est, reuelatione Spiritus sancti, dicunt (vt suprà dictũ est) & sentiunt non durum, sed suauem esse sermonẽ hunc, quia videlicet gustauerunt & viderũt, *Psalm. 33.* & nobis dicunt: Gustate & videte, quoniã suauis est Dominus. Illi quidem qui tunc erant necdum scientes quomodo fieri possent ea quę audiebant, tamen sermonis eiusdem suauitatem sentiebant, ita vt postmodum dicant: Domine, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, quia videlicet humili beneuolentia sanatum habentes cordis palatum, hoc de illo sapiebant, quod adipe & pinguedine veritatis & sapientiæ non carebant ea quæ iã reuerendæ authoritatis Magister dignabatur proponere, & summissa mente expectabã, tdonec eadem ipse dignaretur exponere. At verò postquam & ipse *Matth. 26.* sub ipso suæ Passionis articulo manducandi Corpus, & bibẽdi Sanguinem suum, mo- *Actor. 2.* dum illis vel ordinẽ tradidit, & deinde Spi- *Ioan. 19.* ritum veritatis misit, qui doceret illos omnem veritatẽ, deinceps & ipli sermonis huius suauitatem gustauerunt, & nobis gustãdum dictis pariter & scriptis appoſuerunt. *Solutio per* Adiuuante autem eodẽ spiritu, vt nos quo- *simile in I-* que gustare & sapere possimus, sicut cętera, *saac &c.* sic & illam supradictam obiectiunculam iu- *riete.* re explodendam improbamus, qua dicunt nobis, quia si reuera panis iste Christus est, ergo contra prædicti Apostoli sententiam, & contra omnem Fidem, toties Christus patitur vel moritur, quoties hic panis in mensa do-

sa dominica frãgitur. Nõ ita consenuit Fides nostra, neq; adeo caligauerunt oculi eius, vt non videat se frangere panem Dei, & integrum seruare Filium Dei, quomodo senex
Gene. 22. Abraham videre potuit, vt & arietem percuteret, & filiũ aræ superpositũ nõ læderet.

Licet panis iste visibilis cum inuisibili Filio Dei vnum factus sit, aries autẽ ille cum Isaac, pro quo eidem aræ impositus est, vnũ esse vel fieri non poterit. Nam Dei Filius, i. Deus & homo, habet in se virtutem effectiuam, qua sibi vniat panem istum visibilem. Isaac aũt illũ sibi concorporare, salua vtraq; substantia non poterat arietẽ. Proinde illic in figura immolatus est Isaac in ariete, hic pane & vino immolatur Dei filius in Carnis & Sãguinis sui veritate. Nónne sicut eodem gladio pater Abraham immolauit arietem, quẽ eduxerat ad immolandum filium: sic Sacerdos cum astante populo panẽ & vinum in altari positum, eiusdẽ, qua Christus passus est, crucis & passionis verbo transfuer
Christus in altari maximè præsens. berat? Nesciant hoc, qui non credunt eundẽ Dñm nostrum, tunc maximè in medio nostrum adesse, & cùm ipse dixerit: Vbicunq; fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ: tum verò multo magis in medio nostrum adesse & altari suo incumbere, vbi non quocunq;, sed ad faciendam hanc propriam & maximam commemorationẽ eius, tota fide suis instrumentis armata conuenimus. Nam nos gustauimus & vidimus, ideoq; murmurantes ac dicentes: durus est hic sermo, non audiuimus: econtrà respõdentes, nequaquam, sed reuera suauis est Dominus. Igitur eadẽ quæ hactenus in Ecclesia toleratur discordantium & contraria dicentium permixtio, ita tunc in illo Discipulorum paruo cœtu multum diuersa mente Dominũ nostrum audiebat. Nam & qui dicebantur Discipuli, deteriùs murmurauerũt cęteris Iudęis. Magis quippe diffidentiam suam exprimunt, dicendo: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? quàm illidum diceret: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Hoc videlicet quod Discipuli dicunt, non solùm murmurosę vel litigiosæ contẽtionis, sed & rebellantis desperationis est. [Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc Discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat?] Apud semetipsũ, inquit. i. nullo egẽs indice, sciebat, qui & qui essent murmurantes: nõ tunc primũ sciuit, cùm iam murmurarent, sed antequam dicere tur mysterium hoc, propter quod murmurauerunt, sciebat vt Deus, qui Discipulorũ suorum dociles Dei essent, & beneuolentiã discendi habentes, dignam cælesti magisterio reuerentiam intimo cordis auditu gererent. Attamen pro exprimenda indignitatis magnitudine, quasi nunc primum comperta illorum infidelitate, sub admiratione interrogans: Hoc, inquit, vos scandalizat? Nonnulla enim admiratione dignum est, quòd panis viuus & verus, & secundum se vitalis atque suauis, secundum illos lapis *Panis iste* & petra sit, lapis vtique offensionis, & petra *incredulis* scandali, ita vt offendentes in illũ conquas- *sit lapis of-* sentur, & eodem desuper veniente conterã- *fensionis.* tur, & sic eodem quo ad vitam nutriri pane *2. Pet. 2.* debuerant, tanquam duro lapide offensio- *Matth. 2.* nis vsq; ad mortem scandalizentur. Propriè *Luc. 20.* namq; vel maximè scandalizari est, à bono proposito per alicuius occasionis offendiculum retrorsum conuerti. Hoc enim maximum scandalum in illo tantæ suauitatis pane percussi sunt, quippe qui (vt paulò post subditur) abierunt retrorsum, & iam non cum illo ambulabant. Hoc ergo rectè admirans suauis Dominus: Hoc, inquit, vos scandalizat? [Si ergo videritis Filium hominis ascendentem, vbi erat priùs.] Deficit hoc loco congruè sermo, quasi iratæ mentis scan-
Cur impertectus hic manet sermo. dalum illorum motu illo vel animaduersione dignum exprimens, cui sermonis defectio cõgruit: Ergo, inquit, quoniam & vos, qui dicebamini Discipuli mei non secundũ disciplinæ ordinem appropinquatis pedib. magistri, vt aure submissa expectantes de doctrina vitę æternæ accipere digni iudicemini, sed econtrà scandalizamini, & propositionem meam indisciplinatè calumniamini, idcirco non ego vobis eandem propositionem aperiam, cuius solutionem vos nequaquam digna quæstione pulsando consequi meremini. Hoc nunc dico, quòd vobis ipsis consentientibus cõstat valde repugnare vestro carnali sensui, scilicet ascensurum Filium hominis vbi erat prius. Nam Filium hominis ascẽdere in cęlum, & carnẽ eius sic manducari, sanguinẽq; eius sic bibi, quomodo vos intelligitis, omninò repugnãtia sunt, simulque esse vel fieri nullatenus possunt. Et Filium hominis dico, nõ Filium Dei, ne me existimetis dixisse, quod carne deuorata morsibus vestris, id quod reliduum est, scilicet, incorporea natura sola in cęlum ascensura sit. Quòd si videritis, imò quia videbitis, nam etsi retrorsum abeuntes videre nõ mereamini, quando ascendam in cælum videntibus illis, qui mecum perseuerabant vsque in finem, discipulis meis, Attamen ascẽ- *Matth. 24* disse me videbitis tunc, quando venientem *Apoc. 1.* cum nubibus, cum tota carne sua, hunc eundem Filium hominis videbit omnis oculus, tunc intelligetis quòd iniuste sermonẽ hũc duritiæ coargueritis, quod malè senseritis, quòd peius (non expectata magistri doctrina) nimis citò retrorsum scandalizati abieritis. Notandum, quòd cum illa natura, se- *Quo filius* cundum quam est Filius hominis, de matris *hominis prius erat in* vtero initium habuerit, & Christus ante il- *lam incarnationem* lam incarnationem nequaquam homo, vel *cælo.* Filius hominis, sed tantum Deus Dei Filius *Ioan. 3.* extiterit, tamen Filium hominis priùs in cæ

Io fuisse

lo fuisse asserit, quo iterum ascensurus sit, videlicet tam hoc dicto, quàm illo, quo ait: Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cęlo, vnitatem personæ in se vno Christo Deo & homine voluit commendare. Quod ignorans Nestorius, & ideò iure ignorãdus, beatam Mariam vetuit vocari Dei Genitricẽ, eò quòd Christi, nó Diuina sed humana tãtũ de carne eius sumpta sit natura. Ita Christum vnum in duos Christos, alterum Deũ, alterumq; hominem malè diuisit, cùm idẽ Filius hominis, & priùs fuerit in cælo, quo postmodum ascendit, & iam esset in cęlo secundum Diuinitatem, cùm adhuc in terra loqueretur secundum humanitatem: Qui descendit (inquit Apost.) ipse est & qui ascẽdit. Sequitur [Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam.] Hæc sentẽtia priorem illam nequaquam destruit, aut infirmat, qua dixit: nisi mãducaueritis Carnem Filij hominis, &c. sensum carnalem malè intelligentium castigat, nihil manducandæ carnis suæ veritati detrahens, sed eidem carni spiritum quoq; carnis eiusdem simul manducandum superadijciens. Spiritus est, inquit, qui viuificat, caro autem nõ prodest quicquam. Ac si dicat: Eo modo, quo vos intelligitis illud quod suprà dixi: nisi manducaueritis Carnem Filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitã in vobis, nullius animantis caro cum vita sua potest manducari, vel sanguis ebibi. Hoc ab homine vt possit fieri, vel à bestia dum fit, notum est animal trucidari. Ego nulli hoc pacto carnem meam ad manducandum daturus sum. Caro enim mea, nisi viuens & cum spiritu suo manducetur, non prodest quicquam. Caro sola, caro sine spiritu non prodest quicquam: nam spiritus est qui viuificat. Cùm ergo hæc dicit, nunquid sensum destruit scriptum in superiorib. dictis? Imò supplet & perficit, ne talia carnis eius frusta nos in fractione panis dominici manducare arbitremur, qualia membra eius deposita de ligno, & posita sunt in monimento. scilicet carnem sine anima, sine spiritu, siue vita. Talis caro nõ prodest quicquam, imò & maiori sacrilegio ventres suos Iudęi polluissent, si postquam crucifixissent eum dẽtibus suis exanime corpus inuasissent, permittẽte illo qui daturus non erat, Sanctum suum videre corruptionem, & sic eum mãducarent, quomodo intellexerant isti, qui scandalizabantur, non valentes ferre quasi durum sermonem. Talem omninò, id est, exanimem carnem & sanguinem existimare nos vetat in pane & calice suo dicens: Spiritus est qui viuificat, caro autẽ non prodest quicquam. Quis autem est Spiritus, qui carnem istam, vt manducantibus prosit viuificat? Ait: [Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.] Verba, inquã, quæ locutus sum & loquor vobis, quæcunque sunt de me, ex quo descendit Filius hominis, vsquequo descendat vbi erat priùs, verba incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis meæ, spiritus & vita sunt: spiritus viuificans, vita viuens, & verum vitæ verbum. Hæc in pane, de quo dicturus sum: Hoc est Corpus meum, & in vino, de quo dicturus sum: Hic est Sanguis meus, inuisibiliter operantur, vt vera Caro mea fit, & Sanguis meus, non mutata specie exteriori, sicut & in singulis hominib. spiritualiter, id est, nihilo immutato de extrinsecus corporis accidentibus, hoc agunt vt mẽbra mea sint, renouati scilicet spiritu mentis, & de multis à corpore Diaboli separatis vna fiat Ecclesia, quæ alio respectu corpus meum, plenitudo mea, dicatur & sit. Hæc tria sunt sermonis huius incrementa, quorum intelligendorum sola Fides est meritum. Nam ipsorum intellectus veræ & magnæ Fidei dignum est præmium. Primum est illud, in quo isti fidem non habentes, tanquam in durum lapidem offenderunt. Nisi manducaueritis Carnem meam, & biberitis Sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Sequens est illud, quo carnalem sensum illorum percutit, reputantium, quòd carnem suam sine spiritu suo manducari vellet, videlicet quomodo manducatur caro cuiuslibet pecoris, quæ nullatenus cum spiritu suo, nullo modo, nisi mortificata, viuentibus manducantium intestinis proficit. Spiritus est, inquit, qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Tertium est, quo spiritum & vitam ipsam, quæ sola manducabilis est, definit. Nulla enim vita præter hanc vitam viuentibus captabilis est, nec eius spiritus aut vitæ quisquam, nisi rationalis spiritus capax est: Verba, inquit, quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Hæc, inquam, tria quæ dixi, quæ & nunc latiùs reciprocanda sunt, vt magis ac magis perspicuum fiat, quàm pulchra & rationabili veritatis arte gradatim connexa sint. Hoc iamdudum intelligimus, quia verba quæ locutus est, spiritus & vita sunt. Sed qualis spiritus, qualis vita? Primum & hoc dicendum, quia verba, quæ multa locutus est, vnum verbum sunt, vnũ inquã, verbum, quod & ipsum caro factum est. Illud vnũ verbum multis verbis, id est, multis elementaribus & articulatis sonis locutus est, multis mysterijs incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, & ascensionis suę in ora nostrarum animarũ immisit. Hæc verba eiusmodi sunt, imò hoc vnũ verbum eius virtutis est, quòd semper mandu-

Caro non prodest quicquam.

Ephe. 4.

Psalm. 15.

Verba Christi spiritus & vita.

Quãta vis tuiꝰ verbi Christi.

cari. & nunquam possit consumi, videlicet, quia verbum Domini manens in æternũ, vbi comestũ fuerit, de bona terra animæ rursus pullulat, & in magnã segetẽ resurgit: sicut & aqua illa q̃ est Spiritus sanctus, cũ bibita

Esaiæ 40.

Ioan. 4.7.

bita fuerit, statim fõs in potoris pectore scaturit, & in viuæ aquæ flumina profluit. Et (vt prædictum est) huiusce spiritus aut vitæ solius, solus est capax rationalis spiritus, soli hæc vita rationali spiritui capabilis est. Propter quod rectè & verè cibus & potus eius dicitur. Sed hoc verbum caro factum est, & nunc in carne visibili quinque sensibus functa, apud illos multos murmurantes & litigantes, paucos autem credẽtes præsentia verba faciebat. Igitur iam neq; spiritus, id est, verbum. Verbum enim æquè vti Pater & Spiritus sanctus, vnus Deus spiritus est: iam, inquã, neque spiritus, id est, verbũ sine carne, neq; caro sine spiritu potest mandu cari. Quia nec potest verbum sine incarnationis suę debita laude amari vel adorari. Sed rursus nullius animantis caro, vt suprà dictum est, cum spiritu suo manducari potest. Cum enim manducatur, vel vt mandu cetur, à spiritu suo separatur, id est, occiditur. Ab hac ergo tali manducatione auditores suos repellit: Spiritus, inquiẽs, est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Restabat vtique in eo quod ait: nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. modum quẽdam expectare manducandi & bibẽdi, quo simul caro cum spiritu, spiritus cum carne posset manducari, vt homini carne & spiritu mortuo simul vtrunq; prosit. Quem illi modum expectandum esse intellexissent, si crederent: quia vero increduli erant, impatientes fuere ad discendum. Nam sequitur. [Sed sunt quidam in vobis qui nõ credunt.] Ac si dicat: Nõ quia durus est meus sermo, idcirco quosdam vestrum scandalizat, sed quia vos aliqui infidelitate obduraſtis corda vestra, idcirco sermoni meo videtur inesse duritia. Et non ideo non creditis, quia non intelligitis, sed ideo non intelligitis, quia non creditis: Si enim non credideritis (inquit scriptura) non intelligetis. Proinde & nos, non quia intelleximus credimus, sed credimus vt intelligamus. Quia reuera sicut Deus & homo vnus est Christ⁹, sic & iste panis visibilis consecratus, cum illa carne quæ pependit in cruce, vna Caro est, vnum est Christi Corpus. Et quia sicut in vera carnis morte Diuinitas nihil passa est, sic vbi in altari verũ Christi Corpus immolatur, frangitur & manducatur, eadem Christi humanitas, quæ semel passa est & resurrexit, nihil patitur, nec enim iam moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quantum potuimus adiuuãte Deo, panem sanctum & calicem, quem de altari sumimus, verum & viuum Agnum Dei esse suamet ex balatu comprobare curauimus, ad hoc se iugiter inibi præsentãtem, vt nos & lanis suis operiat, & carnibus reficiat. Comedimus quantum potuimus, scilicet, caput cum pedibus & intestinis. i. tam Diuinitatẽ, q̃ humanitatẽ, & subtilia mysteriorũ eius dicta vorantes, nihiloq; omninò quod solido Fidei dẽte, cõsequi valuimus, relinquentes. Si quid tamen residuum est, igni comburimus, id est, Spiritui sancto committimus, quia videlicet huius Agni omnia mysteria nequaquam ratione omnimoda comprehendere possumus. Nobiscum eius gratia benè agitur, si quantum ad æternam salutem necessarium est, consequi & certũ tenere valemus. Sequitur. [Sciebat autem Iesus, qui essent credẽtes, & quis traditurus esset eum.] Planè hoc sciebat vt Deus, non ex euentu aliquo, vel casu, siue coniecturæ humanæ momento, sed ab initio, id est, ab ęterno. Nam ante mundi constitutionem præsciuit & prædestinauit eos, qui vocandi erant sancti, & immaculati in conspectu eius. [Et dicebat eis: Propterea dixi vobis: nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datũ à Patre meo.] Quia sunt (inquit) quidã in vobis, qui nó credunt, & ego hoc sciebam ab initio, propterea dixi suprà quia nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eũ: & núc iterũ dico idipsum verbis paululum immutatis, sensu permanẽte: quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datũ à Patre meo. Idcirco aũt nunc idipsum repetiuit, quia quod tũc dixit, profectò nunc verum esse liquet ab isto affectu, quo illi scandalizantur. Nam si pater illos attraxisset, si eis vt ad Filium venirent, à patre datum fuisset, id est, si Discipulos eius fieri beneuolentia diuinitus inspirata persuasisset, credentes & credendo gustantes suauitatem illam, qua trahuntur omnes electi, magis ac magis traherentur & ipsi. [Ex hoc multi Discipulorum eius abierunt retro, & iam nõ cum illo ambulabant.] Ecce audiant hocilli, qui maximè Ecclesiarũ localium. i. Cœnobiorum, archimandritis detrahunt, quoties gregis sui patiuntur detrimentum, & cum ipsi vacent ocio, temerè operarios Dei dijudicãt, vbi aliquos ex eis, qui hortatu ipsorum conuersi sunt, ad secularem relabi conspiciunt: Videte, inquiunt, *nasterijs*, quàm indiscreti sunt, quàm temerè & incõsideratè homines vocant, & accedentes suscipiunt, & votiuis promissionibus apud Deum obligari compellunt, quanta rursus nimietate vel duritia susceptos & sibi subditos scandalizantes, in deterius cogunt præcipitium, per omnia pharisęorum similes, qui circuibant mare & aridã, vt facerent vnum proselytum, & denuò faciebãt eum filium perditiõis duplo quã seipsos. Quid isti dicerent, quomodo laborantibus & animarum lucra quærentib. insultarent, quoties quippiã detrimenti in eiusmodi sustinent, si non & Christo tale quid contigisset? Quomodo derogarent retia mittent. b. piscesq; tanquã malos bonos concludentibus, si solos pisces bonos admisisset, & eorum imprudentiæ vituperantes imputarent, quod tales admisissent, quorũ discordib. tumultib. retia rũperentur,

Ioan. 4.7.

Caro hæc cũ spiritu suo manducatur quod in pecore fieri non potest.

Rom. 6. Epilogus de hoc pane vitæ.

Ephe. 1. 1. Pet. 1.

Incusatio patrũ inquã in molum relabi conspiciunt.

quasi in nasterijs, super apostasijs suis.

Matth. 23.

Matth. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur, alijs seditiones facientibus, alijs ebrietates, fornicationes, & his similia sectãtibus, alijs per hæreses quoq; & schismata se se ab vnitate fidei præcidentibus? Benè ergo hoc & Christo contigit, imò Christus hoc & sibi contingere voluit, vt bonos maloſque permixtos haberet, & tam diu sustineret, donec malos à bonis, tanquam paleas à granis, proprij vitij ventus auferret, quod nemo comprehendere auderet, vt quando bonæ voluntatis homines, bonos à malis discernere nescientes, bonos simul & malos admitterent, tam diu perpessuri, donec illos supremum iudicium ab inuicé discerneret, nemo reprehendere deberet. Homi nis namque est clamare & strepitum extrin secus ad aurem facere, Dei autem solius, manu inuisibili cor audientis apprehendere, & ad Christum attrahere. Nunquid exigendũ est ab aliquo, vt ipso Christo ad lucrandas animas verbo & opere sit efficacior? Propterea quoties tale qd nobis cõtingit, quia & Christo cõtingit, dicimus cum eo: Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. Sequitur. [Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?]

Rom.10. Et vos, inquit, quos dedit mihi Pater, quos attraxit Pater ad me, quibus datum est à Patre meo, vt veniretis ad me, nunquid vultis abire? Quod vtique non interrogat vt sciat, sed sub interrogatione attentiùs confirmat, quod ex eis quos dedit sibi pater, quenquã non perdat, simulque confessionem necessariam opportunè, alijs diffitentibus, exigit ab eis qui credentes erant, quia videlicet, sicut corde creditur ad iustitiam, sic orè confessio fit ad salutem. [Respondet Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.] Planè hoc futurum erat in Christi Ecclesia, vt scãdalizatis & scandala facientibus Antichristianis, qui multi ex nobis exierunt, sed nõ erant ex nobis, excuterent se & inuicem cohortarentur dilectores Christi, & seditiosa perfidorum importunitate inquietati, largiùs atque sonoriùs confessionem veræ Fidei, dictis & scriptis declamarent vniuerso orbi, nõ ante defuturi, donec Satanam cum illis satellitibus suis, sicut fulgur de cælo cadentem, scriptis veridicis atque autenticis confutarent, & pia sui profusione sanguinis enecarent. Huius autem Ecclesiæ fidelis vnitatem Fidemque, hic & alibi Petrus exprimit, voces primus emittit, vnde & à petra (supra quam eadem Ecclesia fundatur) nomẽ sortitur, & magna laude suæ confessionis honoratus, simul Regni cælorum claues accipere meretur. Igitur & hoc, quod ad duodecim Apostolos emissa interrogatione solus pro omnibus respondet, toti vniuersaliter vnicæ Ecclesiæ asscribendum est. Dicit enim vna perfecta & formosa dilecto suo Christo sponsa Ecclesia, turmis adolescentularum stipata: Domine, ad quem ibimus? videlicet in tantis Arrianæ nequitiæ cæterarumq; pestiũ seditionibus, non indicabis vbi pascas, vbi cubes, reuelante nobis veritatis tuæ spiritu, & post greges sodalium tuorum vagari incipiemus? Verba vitæ æternę habes, id est, verba vitam æternam portantia tu habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei. Non ante cognouimus & post credimus, sed primũ credimus, & exinde cognouimus, quia videlicet non cognitio Fidem, sed Fides præcedit cognitionem. Fides nanque meritum, cognitio autem Filij Dei præmium est Fidei. [Respondit eis Iesus: Nónne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus Diabolus est?] Quare Agnus mansuetus, multis Discipulorum relabentibus, in paucos qui remanserunt, tã acriter inuehitur? Nunc enim potiùs familiariter viderentur esse collaudandi, præsertim cùm accepisset ab eis eandem confessionem magnæ Fidei, quam alibi digna laude beatificauerat, dicens: Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Et quidem beatificantis gratiæ præconium est, quod dicit: nónne ego vos duodecim elegi? sed magnæ seueritatis & increpationis est, quod & hoc ipsum sub interrogatione pronunciat, & protinus adiungit terribiliter, & ex vobis vnus Diabol⁹ est. Quare ergo in tali articulo, cunctos tam terribili vnius denotatione percutit: quẽ dum nominatim non exprimit, vniuersos premit, vnumquenq; pro semetipso nimis egrè solicitum reddit? Non enim illum talem conscientiarum iudicem sæpè compertum, falli existimare poterant, non proximorum conscientias singuli comprehendere valebant, non sua quique merita (cùm de futuro incerti essent, & tam multos desipere viderent) magni pendere audebant. Quare, inquam, hoc voluit, nisi quia sic expediebat eis? Nullius quippe peccati mortificatione sic indiget humana infirmitas, quàm illius, vbi ceciderunt qui operantur iniquitatem, qui expulsi sunt, nec potuerunt stare. Quod autem est illud peccatum, nisi pes superbię? Non veniat mihi (inquit Psalmista) pes superbiæ, & manus peccatoris nõ moueat me. Nam vbi veneritille vagus & instabilis superbię pes, qui vtique venire solet ex nimia securitate vel præsumptione iustitiæ, statim vanum & improuidum hominem manus antiqui peccatoris foris inuenit, vbi illum à bono proposito, Deo, qui superbis resistit, auerso, celeriter mouere possit. Vt igitur filij hominum in tegmine alarum Domini sperent, & de semetipsis humiliter sentientes, non exaltent animam suam, opportunè in casu aliorum solicito timore deprimuntur, nosque omnes exemplo erudimur, vt cum

1.Ioan. 4.

Luc.10.

Vnitas ecclesiæ supra petram.

Matth. 16.

Cant.1.

Curtã apulorum relabentibus, in paucos qui remanserunt, tã acriter inuehitur?

cerbè terret hic Christus familiariter viderentur esse collaudandi, præsertim cùm accepisset ab eis eandem los.

Matth. 16.

Iacob.4.

Psal. 35. cùm paries proximus ardet, de nostra re timeamus, id est, dum cadunt qui nobiscum stare videbantur, nos qui adhuc stare videmur, similem nobis casum euenire posse, humiliter consideremus. [Dicebant autem de Iuda Simonis Iscariothis.] Iudas Iscarioth, vel à vico in quo ort⁹ est, vel à tribu Isachar vocabulum sumpsit. Dicitur autem & Simonis, subauditur filius vel propinquus, ad distinctionem Iudæ alterius, qui & ipse ad distinctionem huius, dicitur Iudas Iacob, subauditur frater, qui & alio nomine vocatur Thaddæus Apostolus. Hunc verò Iudam Euangelista rectè Diabolum appellatũ esse comprobare volens, idoneam rationem subiungit, dicens. [Hic enim erat eum tradi turus, cùm esset vnus de duodecim.] Et enim Diabolus, non naturæ, sed pessimi accidentis Græcum nomen est, & interpretatur deorsum fluens. Quo nomine rectè appellatur Angelus ille damnatus & perditus, qui cùm benè esset conditus, spirituũ in altitudine cæli conuersantium maximus, vitio suo deorsum fluens per superbiam ad ꝓfundum inferni deuolutus, factus opere, & dictus est nomine Diabolus. At verò Iudas deorsum fluxit, & ipsam eius defluxionem Euangelista patenter expresit, dicens: Hic enim erat eum traditurus, cùm esset vnus de

Eccl. 21. duodecim Quis enim nesciat gradum Apostolicum excelsiorem esse cunctis ordinib. Sanctorum, tam veterum, quàm nouorum? Item quis ignoret traditiones, qua infelix ille tradidit Dominum, scelus esse profundissimum? Igitur cùm & sapientia dicat: cùm maledicit impius Diabolum, maledicit animam suam, videlicet, eò quòd anima impij deorsum fluxerit, & nõ aliter, nisi deorsum fluendo, impia facta sit, rectè Dominus istũ impietatis signiferum, cuius anima totis conatibus in perditionis suæ locum profundum, à sublimi Apostolici culminis honore defluebat, Diabolum appellat, quo adhuc in hypocrisi Apostolicum munus exequente nequior nemo retro abierat. Hunc perditionis filium cur Dominus ad Apostolatum elegerit, plerique disputant, si malæ intentionis illum esse nouerat, quem vtique,

2.Tim. 5. qualis esset, ignorare non poterat, qui nouit omnia Et sunt nonnulli, qui bonum illum fuisse contendant ante ruinam, alioquin nõ decuisse Dominum nostrum, vt vocaret illum ad tanti ordinis gratiã. Si enim, inquiũt, in ministris Christi & dispensatoribus mysteriorum Dei reprehensibile & illicitũ iudicatur eis, quos indignos esse nouerint, manus imponi: præcipitur que illis, vt nemini manus citò imponant, id est, nisi ex bonis operibus præcedentia merita videant: quanto magis summè iustus, & summa iustitia, nulli indigno cõmittere debebat sacra Apostolici ordinis ministeria? Ergo, inquiũt, ante ruinã bonus erat, Apostolico fastigio nõ minus cæteris coapostolis dignus erat. Nec eũ, inquiũt, aut falli potuit, vt indignitatẽ eius nesciret, aut indignã agere vt indigno sãctũ ministeriũ delegaret, suosq; illi familiari⁹ loculos cõmitteret. Vtrisq; vna responsione satis faciẽdũ est. Primũ quærimus ab eis: Vtrũ hodie Iudas aliquis ad Apostolicũ, i. Episcopale officium pertingat: imò, quia Iudã ante Apostolatum, nonnulli (vt prædictum est) bonum fuisse contendunt, vtrùm nemo nisi bonis Apostolicis sese sacramentis immergat, Planè difiteri nequeũt, quin plurimi & mali esse, & tanto munere fungi, Deo permittente, præualeant. Qui & Iudæ in nullo dissimiles, pecunias, quarũ cupiditate Christo adhærent, sibimet aggregant, & sacros loculos in potestate habentes, Ecclesiæ redditus sacrilego raptu exportant. Quid ergo? Nunquid ignorans aut iniustè disponens tales admittit Christus, & sacramenta sua per eos operatur? Itaq; cùm hodie nõnullos admittere comprobetur, quos malos esse certum est, ex ipsorum fructibus claret, infirmum esse argumentum, quo dicunt, bonum fuisse Iudã ante ruinam, cũ illum Apostolum fecerit Christus. Veruntamen solertiùs indaganti necdum satisfactum est. Nam adhuc obijcere potest sic: Rectè quidem Christus Iudam persequentem sustinuit, cuius casu statum aliorum firmiùs in timore & humilitate sundaret, quippe cuius præceptum est, vt boni malos, quos corrigere non valẽt, tollerent æquanimiter. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia nõ exercet. Sed rursus eiusdem præceptum est, vt Sanctum canibus non demus: & qui correptionem non recipit, sit nobis sicut Ethnicus & Publican⁹ Ipse aũt Iudam, non qualemcunq; carnẽ, nõ qualemcunq; Ethnico similem, sed Diabolum esse nouerat. Nunquid ergo Sancta illi vitæ Sacramenta tradere debuerat? Ad hæc inquam, salutis nostræ Sacramenta, in Christi passione, morte & resurrectione condita sunt. In passione quippe, id est, sub ipso passionis eius articulo, Corporis & Sanguinis ipsius eucharistia primũ ab illo cõsecrata est. De Baptismo quoq; quærentibus perspicuũ est (sicut vbique & maximè contra quosdã Græcorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ defendit authoritas) quia conditum est in morte & resurrectione eius, in qua iuxta Paulũ & nos baptizamur, & sepelimur per Baptismum, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nunquid ante hac Discipulos suos baptizare misit, aut prædictum corporis & sanguinis sui sacramentum illis tradidit? Baptizasse quidem non Iesum, sed Discipulos eius legimus, adhuc Ioanne superstite & Baptizante, sed postquã ille traditus est, & Iesus in opus prædicationis successit, nec ipse nec quisquã iussu eius baptizauit. nec baptizandi Regulã ipse ante resurre

Quæstio de Iuda traditore.

Quis rectè diabolus dicitur.

Obiectio.

Matth. 5.

Rom. 12.

Gen. 4.

Matth. 7.

Matth. 18.

Solutio.

Rom. 6.

Iudas non pulos suos baptizare misit, aut prædictum

Ioan. 4.

administra corporis & sanguinis sui sacramentum illis uit sacra-

menta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luca 22. Ioan. 20. ctionem tradidit. Sed Iudas ad horam illam non peruenit qua Christus pro suis passus est: quibus ipse ait: & ego vadam immolari pro vobis, nec Apostolatus signaculum, id est, Spiritum S. cum eis accepit, quem tunc primum in remissionem peccatorum dedit, quando resurgendo glorificatus est, insufflans & dicens: accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et de hoc quidē haud dubium est, quia Iudas non interfuit. s. neque dum Christus immolatus est pro suis, neq; dum resurgens spiritū suū dedit illis. De participatione autem Corporis & Sanguinis eius, potest aliquis opinari, q̄ ille interfuerit. Sed profectò diligentiùs Euangelistarum narratione doctorumque considerata diuersitate, citiùs deprehendi potest, huic quoq; Sacramento illum nequa quā interfuisse. Nam cùm accepisset buccellam, qua traditor designatus est, exiuit continuò: Quam vtiq; buccellam, nec Euangelistarum, nec Doctorum quisquā consentit, panem fuisse Dominici corporis: Cùm aūt continuò exierit, profectò constat, quia (sicut prædictum est) corpori & sanguini Christi non cōmunicauit. Nam nō ante, sed post typicum Paschа, cuius buccella denotatus est, fuerat impletum, & Agni carnes cum Apostolis comederat, assumpsit panē, qui confortat cor hominis, & ad verum Paschæ trās gressus est sacramentum, vt quomodo prāfiguratione eius Melchisedech summi Dei Sacerdos, panem & vinum offerens, fecerat, ipse quoq; in veritāte sui corporis & sanguinis repræsentaret. Quod cùm ex cæteris Euangelistis ordine manifesto perspicuum sit, solus Lucas quibusdam aliter sentiendi occasionem dedit, non q̄ typici Paschæ & sacræ Eucharistiæ prædictum ordinem præposterauit, vel minùs apertè dixerit quā cæteri, sed quia verba, quę de traditore suo Dominus in cœna dixit, iste solus tardiùs scripsit, quā cæteri .i per anticipationem sacræ Eucharistiæ traditionem præscribés, verba quæ in priori cœna dixerat, verbis quæ post dicta sunt, contexuit. Cū itaq; Iudas dispōsitus quidem ad Apostolatum fuerit, sed per nulla vitæ sacramenta ad eiusdem ordinis habitum peruenerit, vniuersa bonitatis eius argumenta deficiūt, & nihil est in quo Christi, Iudam ad tempus admittentis, rectè gradientibus obsit exemplum. Igitur hic filius perditionis nunquā bonus fuit, nec de bono electo malus factus est, sed quia malus erat, idcirco ad opus necessarium ab eo, qui malis benè vti nouit, electus est, & apud illum semper ꝑ malo habitus est: malo (inq̄) non nequitia naturali, sed vitio accidētali. Quod si quis officio prædicādi, & signa faciendi bonum illū fuisse dicat, cōcedimus ei. Nā & Episcopi mali, quantumuis morib. mali sint, quā diu Fidē Catholicā tenent, officio, quod agunt, bonæ arbores sunt. De quorū electione, qua & Iudas iudicio Diuino electus est, sunt multa q̄ dicantur, sed fastidiosam *ꝑ- *prolixitā
lixionem deuitantes, Euangelicam seriem
tem
prosequamur. [Post hec ambulabat Iesus in Galilæam. Non em volebat in Iudæā ambulare, quia quærebāt eum Iudæi interficere. CAP. VII
Erat aūt in proximo dies festus Iudæorum, Scenophegia.] Christum Dn̄m suæ pariter ac nostræ vitę & mortis habentē imperium, eo tempore & ordine voluisse pati, & intrare in gloriā suam, quo passus & mortuus est, & resurgendo ad paternæ gloriæ profectus est dexterā. Lex & Prophetæ testātur, quod ipse præmisit, quos ipsius prædocuit Spiritus, quorum testimonium non tacet, quamdiu Euangelica Christi gloria prædicatur. Nec enim aliud Prophetæ prædixerūt, quā quod in voluntate eius præfixum in Spiritu sancto præuiderunt, nec aliā mortis speciē potestas eius admittere habebat, nisi quā eisdem sanctis Prophetis speculantib. iamdudum apud se præordinauerat. At verò Iudæi nequaquam mysterium voluntatis eius scientes, sed cæcum furorem suum sequentes, quærebāt eum quomodocunq; interficere. Verbi gratia: nunc præcipitare, nunc lapidibus illū volentes obruere, non curantes aliud dummodo de medio tolleretur, & hoc solum dicentes: Quando morietur, & peribit nomen eius? Igitur quia pertinebat ad eū mortis suæ tempus, modumq̄; necessarium nostræq̄; causæ competentē præuidere, ambulabat Iesus (inqt Euangelista) in Galilæā. Non enim volebat ambulare in Iudæā, quia quærebant eum Iudęi interficere. Equidē literę superficies infirmitatē sonat non contēptibilem, quā fideles eius imitari debeant rationabiliter, dum tempus vel causa postulat, declinando mortē: sed sequentia lectionis magis aliā, quæ prædicta est, innuunt ipsius se subtrahentis intentionē, quā Euangelista mox incipit cōmendare, dum dicit: Erat aūt ꝑ in ꝓximo dies festus Iudęorū scænophegia. Ac si dicat: Non mori metuens, sed (sicut ait Psalmista) sol cognouit occasum suū, tēpus aliud mortis suæ præfixum habens, in Iudeā ambulare, & interfectorib. suis locum dare nolebat. De quo tēpore suo paulò pōst ait: Tēpus meū nondum aduenit. Scenophegiā quippe. i. tabernaculorum festiuitatē in septimo mense, non suum, sed præcursoris sui Ioan. tempus esse nouerat, quo ille patri Zachariæ per Angelum prænunciatus, & post modum sterili vtero conceptus est: Suū aūt tempus ipse verus Agnus Dei Paschalē primi mensis solennitatem, in quo Deo Patri pro omni mundo sacrificium fieret, iam dudum ꝑspexerat, quo nihilominùs tempore idē ipse ab Angelo annunciatus, & in vtero virginis conceptus fuerat. Nā reuera secundum regulares cunctorū computistarum circulos cōstat, quia sexta feria, quota die primus homo conditus est, mense Paschali. i. Iuna iam noua,

Nec communioni sacræ interfuit. Ioan. 13.

Lucas ordine variat hic ab alijs Luca 22.

Luca 4. Ioan. 8. Psal. 40

Scenophegia tempus Ioan.

Bap. Paschа aūt Christi

na iam noua, octauo Calend. Aprilis, Iesus
Luca 23. Christus Dn̄s noster, Agnus Dei, pro reparatione vniuersæ salutis conceptus est, Euāgelizante Angelo beatæ virgini. Hoc igitur tempus, suę vite & mortis suæ dispositor dominus rectè sustinens, nolebat ad hunc diē festum scenopegiæ ascendere. i. eo tempore transeundo ex hoc mundo ad Patrē, gloriam suæ immortalitatis intrare. Cùm autē dicat Euangelista singulariter: Erat dies festus Iudæorum, non tamen vno, sed plurib. illam festiuitatē diebus agendam fuisse, intelligendum est. Sic enim de ipsa in Lege scriptum est: A quinto decimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septē diebus. Die primo, & die octauo erit Sabbatum, id est, requies. Et de causa eiusdem festiuitatis paulò pōst subiungit. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis vt discant posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cùm educerem eos de terra Aegypti. Faciebant itaq; Iudæi tabernacula, ad similitudinem tabernaculorū, in quibus habitauerant, cū educti de Aegypto peregrinarentur in eremo, & celebrabant diem festum, magnam solennitatē, velut reminiscentes beneficia Dn̄i, qui Dominum erant occisuri. [Dixerunt ergo ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & Discipuli tui videant opera tua, quæ tu facis.] Isti fratres Iesu, ꝑpinqui vel consanguinei sunt, qui gloriam huius mundi amantes, & veram cælestis hominis gloriam suo sensu terreno mentientes, vanum illi dilatandæ gloriæ dabant consilium, vt
Exod. 23. videlicet festinans innotescere cunctis, daret operam tam solenni non deesse conuentui, nec ostentandis parceret miraculis. Nā hæc festiuitas vna de tribus erat, in quibus omne masculinū Israel corā Domino apparere Lex iusserat. Suo ergo sensu sapientiam Dei præcedere, viamq̄; illi ostendere præsumentes. Cū hæc dixissent, sinistram intentionem suam peruersa ratione conati sunt firmare, dicētes [Nemo quippe in occulto quicquam facit, & quærit ipse in palā esse] Vera quidē sententia est, neminē ratione vtentem adeò sibimetipsi dissidere. Nā reuera manifestè repugnantia sunt, velle hominibus innotescere, & facta nobilia cælare, quēadmodū si quis velit pariter, & in nocte esse, & solem habere: siue lucernā Domini clarè ardere, & lumen eius videri à nemine. Sed hęc eadem sentētia non suo tempore dicta est. Nā Dn̄s noster, nec in occulto quicquā faciebat, quia nihil ꝙ occultū esse vellet agebat, nec eo modo quo illi arbitrabātur, in palā esse quærebat. Quia nō ab hominib. claritatē accipere, sed hominib. claritatē dare volebat: non hominib. placere, sed homines ad placē dum Deo erudire venerat. Igitur vera quidem, sed vana, imò & peruersa, atq; alieno spiritu prolata est. Quā & adhuc illi confirmare nituntur, subiungentes. [Si hæc facis, manifestas teipsum mundo.] Id est, si non hæc facis, nō manifestas teipsum mūdo. Adhuc ea quæ dixerūt isti, talia videri poterāt, qualia dicere debuerunt fratres boni ac fideles, nec indigni fratribus illis, quos nouimus Apostolos Christi, viros vtiq; Apostolicæ sanctitatis & fidei. Sed aduersus hanc opinionem audi, quid Euāgelista subiunxit. [Neq; enim fratres eius credebant in eū.] Vtiq; illi dignæ memoriæ fratres eius, quos (vt iam dictum est) Apostolos nouimus. s. Iacobus Alphæi, qui cognominatus est iustus, Simō quoq; Chananęus, & Iudas qui & Thadæus dicitur, credebant in eum. Nam Apostolorum omnium (solo Iuda Diabolo excepto) fuit paulò superiùs illa vox Simonis Petri, etenim ꝑ omnib. ille vnus respondit: Domine ad quē ibimus? Verba vitę æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei. Sed isti fratres eius (inquit Euangelista) non credebant in eum. Igitur hæc verba illorū, non tam beneuolentiam testantur, quā inuidiam, quia nō multum curantes, si interficeretur, qui vtiq; odium Iudæorum aduersus illum ignorare non poterāt. [Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum nōdum aduenit, tempus autē vestrū semper est paratum.] Omnia tempus habent, ait Ecclesiastes. Ac deinceps: Tempus *Eccl. 13.*
flendi, tempus ridendi, tempus plangendi, & *Prou. 1.*
tempus saltandi. Audiant hoc stulti, qui con- *Eccl. 2.*
cionantem in plateis sapientiam despiciunt, & qui nec aures, nec oculos habent in capite suo, sed in finibus terræ non discernunt tēpora hæc, quod nō dixit tempus ridēdi, & tempus flendi, sed primum tempus flendi, deinde tempus ridendi: priùs tempus plangendi, & postea tempus saltādi. Hæc (inquā) tempora, quia non discernunt, intempestiuos præripiunt risus, & iniusis atq; immaturis tripudiant atq; lasciuiunt saltationib. & ideò nondum status rerum cōmutatur. Oportet enim præsentem statum decedere, aliumq̄; longè diuersum & contrarium succedere, necesse est de risu ad fletum, de saltatione transire ad planctum. At verò illæ futuræ ciuitatis Rex, cuius Regnū de hoc mūdo non est, nouit sibi & suis priùs flendum & post ridendum: priùs plangendū, & postmodum esse exultandum. Ait ergo: Tempus meum nondum aduenit, tempus vestrū *Ioan. 18.*
semper est paratum. Quid igitur? Cùm venerit tempus tuum, quæres in palā esse, & manifestabis teipsum mundo? Ita planè faciam, sed ipsa manifestatio mea longè alterius gloriæ & honoris erit, quā vestra gloria, & breuis honor vestri huius temporis. Vos enim ad gloriam tenditis, malis operibus mundi adulando: ego ad gloriā proficiscar,

Fratres Iesu eius propinqui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mala mundi opera detestãdo. Hoc est quod sequitur: [Non potest mundus odisse vos. Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.] Nullo magis contrario modo differre possunt quæcunque differentia sunt. Sunt autẽ hæc manifestè cõtraria, quę sic oppositi, dicens: Non potest mundus odisse vos, me autem odit. Et vtique mundus hoc loco haud
1. Ioan. 2. dubium, quin significet dilectores mundi, qui (vt epistola sua hic idem Ioannes asserit) pro eo q̃ sunt dilectores mũdi, cõstituuntur inimici Dei. Item cũ causam odij talem subiunxerit, quia ego testimoniũ perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt: constat sine dubio, quòd econtrà, cur eos mundus odisse non possit, illa causa sit, quia testimoniũ perhibent, quòd opera eius bona sint. Igitur il
Psal. 109. lorum consultores suos multum à suo sensu dissentire, tam fortiter, quã suauiter ostendit sapientia Dei, ita vt duo quelibet magis abinuicẽ differre non possint, simulq; q̃ futurum est innuit, scilicet, manifestationem suam sic processuram, quomodo potest admittere odium, videlicet q̃ antequã exaltet caput. de terrente in via bibiturus sit. Et ad
* quo iungit illud, * quod consequẽtib. talibus nil potest dici. [Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendo ad diem festum, istũ, quia tempus meũ nõdum impletum est.] Et ô quantũ pondus est fortitudinis in hac suauitate conclusionis. Reuera nunc quoque meminit, quod in Ecclesiaste dixerit hæc ipsa sapientia Dei: Tempus tacẽdi & tempus
Eccl. 3. Ibidem 10. loquendi. Nam cùm tempus fuerit, loquetur talibus. Illud in eodem asperrimè dixit: Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius Principes manè comedunt, & econtrà de semetipso, & suis subiũgeret: Beata terra, cuius Rex nobilis est, & cuius Principes vescũtur in tempore suo, ad reficiendum & non ad luxuriam. Quid enim sunt isti dilectores mundi, quorum tempus semper paratum est in stoliditate terrenę ambitionis, quid (inquã) sunt, nisi terra quã serpens comedit? Et quis
Gen. 3. puer terræ illius Rex, nisi ille tam vetus, quã
Osee 8. fatuus stultitiæ pater, cuius cor matura sapiẽtia Dei nequaq̃ vlla ex parte possidet? Principes verò qui manè comedunt, potentes & superbi dilectores mũdi sunt, de quibus Dominus: Principes quidem extiterunt, & non cognoui, qui dum hac in vita sua bona recipiunt, vt in futuro crucientur, quasi manè comedunt, vt hora cœnæ à consortio comedentium secludantur. Econtrà terra illa,
Lucæ 16. Psal. 25. terra viuentium, quam Dñs super maria & flumina, i. super amaricantes populos, & sæuientes seculi Principes, fundauit in Fide & præparauit in operib. bonis, beata est, cuius Rex nobilis, vtpote verus & consubstantialis Filius Dei, ideméq; secundum carnẽ filius Dauid, soluséq; filius virginis. Cuius Principes, quos idẽ Rex nobilis exẽplo suo sic disposuit, vt manè operentur sobria mente, negotia Regni, & in tempore suo comedant ad reficiendũ, & nõ ad luxuriã, qa videlicet in hoc alieno tẽpore nõ luxuriati sunt, sed laborauerunt, audiunt Regẽ suum dicentem sibi, dum discumbere parat ipse in tempore suo: Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo. Istis igitur & cunctis vanæ gloriæ matutinis ascẽ
Luca 22. soribus, quia non desunt præconia Scripturarum, ex quibus audiant quid eos consequantur, satis est hunc Regem nobilẽ in sua persona grauiter & parcè dixisse: Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendo ad diem festum, quia tẽpus meum nondum impletum est, id est, * vt vosllibet exaltamini * vos vt
Philip. 2. quantum potestis, antequã humiliemini, vt humiliemini postquã exaltati fueritis. Nam ego non ascendã in præsenti, neque exaltabor, antequam humilier vsque ad mortem, mortem autem crucis. Sequitur: [Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilea. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit, non manifestè, sed quasi in occulto.] Actus diuersos vno verbo ascensionis hoc loco æquiuocari perspicuum * eũ, id est, alio sensu
* est dictum esse à Domini: Vos ascẽdite, ego nõ ascendam, & alio nunc ab Euangelista dicit: Vt autẽ ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit, videlicet ipse secundũ illorum sensum, qui dixerant. Vt & Discipuli tui videãt opera tua q̃ facis, & si hæc facis, manifestas te ipsum mundo. Respondit se non ascensurũ, id est, sublime de seipso spectaculum, gloriã quærendo præbiturum. Euangelista verò simpliciter viã communẽ (vt solet) eodẽ verbo expressit, secundum terræ situm, eo q̃ venientibus Hierosolymam, in montana Iudææ foret ascendendum. Qui & distantiam ascensus huius & illius, quem prædicti fratres intenderant, curauit apponere, dicens, non manifestè, sed quasi in occulto. Quare autem non manifestè, sed quasi in occulto? Videlicet quia tempus eius nondum
Ioan. 12. aduenerat, quia tempus eius nondum impletum fuerat. Quid ergo, vbi venit impletum est tẽpus eius, quomodo ascendit? Planè nõ in occulto, neq; quasi in occulto, sed manifestè. Tunc enim turba multa, quę cõuenerat ad diẽ festum, cùm audisset, quia venit Iesus Hierosolymã, acceperũt ramos palmarum, & ꝓcesserunt obuiam ei, & clamabãt osanna, benedictus qui venit in nomine dñi Rex Israel. Vtique tunc impletum erat tempus eius, quia collecto concilio Pontifices & Pharisęi dixerant: Quia expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & ab illo die cogitabant eum interficere, videlicet quasi cum iudicio legitimo, & ea morte qua volebat ipse, scilicet, crucis patibulo, definierant eum interficere. Nam antea quęsierant eum quidem Iudęi multoties interficere, sed non ita,

sed non ita, vt implerẽtur Scripturæ, & ideò
Ioan. 8. (sicut paulò antè dictum est) nolebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Et cùm tamen ambulasset il luc, & vellent eũ (sicut post dicẽdũ est) Iudę lapidare, noluit mortẽ admittere, quia nõ sic implerentur Scripturæ. Tunc ergo impletũ est tempus eius, & idcirco non ascendit in occulto, sed manifestè, acclamantibus turbis,
Psal. 8. Matth. 21. Luca 19. magno Regi, magno Filio Dei, magno & nobili filio Dauid. Quid ergo? Ergòne prædictum tunc patrum suorum cõsilium approbauit, & iuxta sensum illorum mundo manifestari voluit? Minimè, quia laus ista non ex hominibus, sed ex Deo fuit. Cui enim nisi Deo dictum est in Psalmo: Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem. Hæc autem Prophetia tunc adimpleta est. Cùm enim indignantes Pharisæi dicerent: Audis quid isti dicunt? Respondit eis: vtique: Nunquid legistis, quia ex ore infantiũ & lactantium perfeciſti laudem. Igitur neque tunc quando cum publicis laudibus ascendit, sed quodã quidem respectu in occulto, quodam autem manifesto, & non in occulto. Nam quia sicut in tempore suo facturus erat, non ita & modò cum regijs laudibus ascẽdit, in occulto ascendit. Quia verò nõ sic ascẽdit, vt latere vellet, nõ in occulto ascẽdit. Benè ergo cum hac tẽperatiua distinctiũcula quasi in occulto dictũ est. Sequitur.
Vbi est ille. Matth. 3. [Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille?] Ergo (inquit) quia nõ viderunt eum cum fratribus suis, id est, cum cognatione sua veniſſe, quærebant eum male soliciti Iudæi, qui quærebant eum interficere. Et dicebant: Vbi est ille? Vide nunc genimina viperarum, quanto fœuiant veneni prærcordialis ardore, dum non dicunt vbi Iesus, sed vbi ille? Nunquid enim eius quẽ quę rebant interficere, poterant nomen nescire? Ergo cordis illorum habitator homicida Diabolus, sic eos agebat, vt odio dictante, nomen salutis non possent, imò nollent attingere. [Et murmur multus de eo erat in turba.] Murmur multus, id est, multa erat
Seditionis occasio nolunt esse Iesus. Esa. 91. Luca 4. dissensio: multa (inquam) quia multorũ rumoribus susurrata, sed non tam vehemens, tamq; animosa, vt & seditio fuerit rectè dicenda. Nam seditio rectè dicitur, vbi partib. aduersus alterutrum conflictantibus, diuisa respublica hostili discordia periclitatur, ita vt laborante officio non leuiter prædiali ditione possit sedari tumultus. Vnde & iuxta etymologiam seditio, quòd sit sine ditione, dicta sit. Quæ vbi accidit, perimitur persona, propter quã euenit. Datur enim & inimicis occasio maior accusandi, & iudici necessitas fit audiendi. At verò puer iste electus, super quem Deus Pater posuit spiritũ suum, vt iudicium Gentibus proferat, non contendit, neque clamauit, nec audita est foris in plateis vox eius & omnimoda mansue-

tudine egit ac prouidit, vt propter se nulla vnquam oriatur causa seditionis. Nõ igitur seditio facta est, sed timida dissensio submurmurauit ad sonum odij, vel inuidiæ Iudaicæ, dũ velut anathematizati nominis hominem quererent eum, dicentes: vbi est ille? [Quidam autem Iudæi dicebant, quia bonus est: alij autem dicebant, non, sed seducit turbas.] Ex hac sensuum discordia murmur multus erat. Quid si isti qui dicebant, quia bonus est. hoc etiam dicere scirent vel auderent, quia Filius Dei est? Vtiq; non iam vtcunq; murmur multus, sed animosa fuisset oborta seditio. Sed hoc solum dicebant, & vix dicere audebant, quia bonus est: Nam sequitur: [Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum.] Nemo (inquit) videlicet eorum qui dicebant: quia bonus est, palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum scilicet eorum qui dicebant: non, sed seducit turbas. Et notandum, quod cùm hi pariter atq; illi Iudæi sint, eos tamen qui Dominum quærebant interficere, tam hic, quã in omnib. persecutorib. eiusdem Domini nostri, Euangelista Iudæos appellare consueuit, ad distinctionem turbæ, quæ vel ipsum consequebatur, vel aduersus eundem nihil iniquum moliebatur. Quorũ causa vt manifestior fiat, sciendum & illud est, quia tribus significationib. rectè hoc Iu-
Triplices Iudæi. Boni. dæorum nomen æquiuocari, & hanc esse determinam, quã hoc loco Euangelista vult intelligi. Dicuntur enim rectè Iudęi, quicunq; sunt Confessores veritatis, videlicet secundum interpretationem huiusce nominis. Iudęus enim confessor interpretatur. Vnde diuinitus prouisum nõ dubitamus, vt hęc Domini causa crucifixi super caput eius scripta
Matth. 1. Græcè, Hebraicè, & Latinè poneretur: Iesus Nazarenus Rex Iudęorum, quia maximè tribus illis linguis testimonia sua persona p totum orbem Catholica Fides Christianorum Confessorũ, contraria huic intellectui significatione Iudæos dicimus istos incipientes malignos, homicidas, effusores sanguinis Christi, qui vsq; hodie maledicunt Christum in Synagogis suis, hæreditariam à parẽtibus suis super se portantes eundem sanguinem Christi. Dicimus enim eos Iudæos, non quia sunt, sed quia Iudæos se esse dicunt, mẽtientes, cùm sint in Synagoga Sathanæ. Media significatione, id est, quæ nec bona, nec
Apoca. 3. Mediocres Galat 5. mala sit: nam in Christo Iesu nec circuncisio nec præputium, nec Gentilis, nec Iudęus, sed sola Fides requiritur. Media (inquam) significatione Iudęos dicimus omnes, quicunq; carnali generatione sunt Iudaici generis, simulque eos qui cùm essent Beniaminę stirpis, remanserunt in parte Dauidici Regni, ad quorum distinctionem cęteri Israelitę dicti sunt Samaritani, quibus (vt in hoc Euangelista dictum est) non coutebantur Iudęi. Qua significatione hic appellatos esse Iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæos nõ cõceditur in hoc multo murmure turbarum, cùm (vt prædictum) illi quoq; fuerint Iudæi, quorum nemo palã loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Sequitur. [Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat.] Ille qui (vt paulò ante dictũ est) nolebat ambulare in Iudæam, quia quærebant eũ Iudæi interficere, quiq; tamen ascendit, sed quasi in occulto & non manifestè, ecce ascendit, non in remotum ciuitatis angulum, sed in templum: non saltem priuata die, sed die festo mediãte, non saltem clauso ore sub silentio abscõditus, sed in splendida doctrinæ authoritate conspicuus. Nunquid hoc in loco vacat illi perfidiæ, Dominum maiestatis Christum timiditatis arguere vel impotentiæ, videlicet q̃ mortem timens, & quantum poterat declinare studens, noluerit in Iudæam ambulare? Aut nũquid mutabilitate vsus est, fuitq; in illo, est & non, vt priùs noluerit illuc ambulare, & postea propter verba talium fratrum suorum mutatus est vt ascẽderet, quò noluisset ascendere. Ergo magis in hoc quo que facto dicamus de Deo, Dei Filio, quia apud ipsum est sapientia & fortitudo. Nam sapientiæ solius diuinæ est, quã hominũ nemo potest comprehendere, quod tempus mortis suæ nouit mundum aduenisse, & idcirco non vult in Iudæã ambulare, mortisque ministris licentiam vel opportunitatẽ sceleris permittere. Fortitudinis verò est, q̃ in medium inimicorum suorum ascendit, & docet in festo mediante quodammodo iubens morte inhianti, vt foris excubet, suum que promissum expectet, moriturí arbitrio frenata, & imperij eius capistro ligata. Nec enim errabit in tuta potestatis suæ conscientia, qua & Herodi mandauerat quærenti se occidere. Ite (inquiens) dicite vulpi illi: ecce ejcio Dæmonia, & sanitates perficio, hodie & cras, & tertia die consumor, & nunc docens in domo Patris sui, sua quondam habitatione, quæ nũc sibi facta erat spelũca Hyenæ, quodammodo dicebat morti importunæ. Ecce inseruio doctrinæ præsenti festo Scenopegię, & postmodum futuro festo Enceniorum, & in tertio Paschæ festo tecum ô mors agonizor. [Et mirabantur Iudæi dicẽtes: Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit?] Admiratio Iudaica pœnalis & impatiens ad audiendum, detrahentis inuidię liuor est, qua vrgente, dum sapientiæ docentis nequeunt obuiare, saltẽ ex præsumptione magisterij nituntur personam illius premere. Quod si talem patrẽfamilias hi maximè, qui clauim scientiæ tulerant, ægerrimè ferebant, omnes scientiæ thesauros obtinere, & indignabantur quòd quicquã sciret is, qui non per ipsos introisset, quanto magis domesticos suos ab illis infestandos esse noverat, quando in eodem doctrinæ miraculo inciperent maiora facere, seipso tamen illis dona tribuente? Nam ipse in templo illorum docẽs vna tantum lingua, nihil ominùs ad vnam tantum loquebatur Gentem, credentibus autem in se, vadens ad Patrem, hoc daturus erat, vt omnibus linguis omnium gentium magnalia Dei loquerentur, nec solùm loquerentur, sed etiam quod maius est, scriptis homines quõdã sine literis & idiotę, scriptis (inquam) cuncto mundo ipsum annunciarent inexpugnabilibus, & post ipsos eorum sequaces viri orthodoxi, gratiam donationum habentes à Spiritu sancto diuidente singulis prout vult. Proinde quoniam & domestici eius talia multò magis erant audituri à nobis suis egregiam ipsorum scientiam fastidientibus, tale responsum oportebat ab illo dari, quale sufficienter & vocem formarer & dignam defensionem pararet illis quoque inuidiam sustinentibus. Sequitur ergo: [Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit.] Quid hac responsione verius? Quid ad defendendam sanæ doctrinæ dignitatem fortius? & ad leniendam inuidiam (si tamen leniri possit) suauius? Mea (inquit) doctrina non est mea, subauditur, sicut doctrina Pharisæorum doctrina sua est, quia videlicet doctrinam, sensum q̃ suũ in plerisq; doctrinę Dei non communicant docentes seruare mandata hominum. Dei quippe traditiones propter suas traditiones dereliquerunt, legemque sanctam, iustam & bonam, lucris suis & voluptatibus proprijs seruire compellunt. Prophetia quoq; Pseudoprophetarum, Prophetia sua est, quia profectò nõ spiritui Dei spiritum suum, vel voci Dei, vocis suæ commodauerunt organum, sed prophetant de corde suo dicentes: Hæc dicit Dominus, cùm Dominus non miserit eos, talium ex opposito liquet quãtum ad rem attineat, quòd ait: mea doctrina nõ est mea. Simul nãque intelligi vult quod subaudiendũ sit contrario, vestra doctrina non est Dei, sed vestra. Et omninò quoniã & mea doctrina, & nõ est mea dixit, sic intelligendũ est, ac si dixisset: mea doctrina non ex homine, sed ex deo est. Alioquin locus nõ esset aduersatiuę cõiunctioni, cũ qua subiunxit, dicẽs: sed eius qui me misit. Igitur hodie quoties de infimis quilibet aliquem assequitur doctrinæ gradum, vt valeat cum Iesu ascendere in templum, & in medio Ecclesiæ aperire os suum, si qui vitio Iudaico fastidiãt illũ, quia fortè magnos & insignes Cathegetas, longa terrarum spacia non circuiuit, nec querẽdo peregrina studia relegit, & ob hoc dicãt: quis est hic, vel quomodo literas scit, cùm nõ didicerit? sufficit illi ad defensionẽ, si verũ dicere queat, q̃ sua doctrina nõ sit sua, sed eius cuius est omnis vera doctrina. Hac eẽ magna distantia Catholicã profitens doctrinã, vniuersas Hęreses anathematizat. Hęreticorũ quip pe (qualis fuit Arrij vel Macedonij, siue Donatus)

Christus nõ fuit timidus.

Iob 12.

Matth. 10.

Coloss. 2.

Actor. 2. 1. Cor. 12.

Mea doctrina non est mea.

Matth. 15. Rom. 7. 3. Reg. vlt. Hier. 27.

Prou. 9. Psal. 103.

natus) cæterorumq; professio ista non est, quibus contra aquæ furtiuæ dulciores sunt illis fontibus, vel aquis, quas iuxta psalmistã emittit Deus, & quæ inter medium montium pertranseunt, id est, singulis illis magis placet propria, quàm illa quæ omnium Sanctorum communis est Catholica atque Apostolicæ Fidei doctrina. Dicat itaque vnicus Dei filius, qui extra Patrem nihil docet atq; operatur, dicat (inquam) ipse, quod vnumquemq; doctorum sanctæ Ecclesiæ dicere vult: Mea doctrina non est mea, id est, non facit Hæreses & Schismata, quomodo faciunt eorum doctrinæ, qui nouitates vocũ amantes, derelinquunt traditiones Dei propter traditiones suas. Amplius autem ex sub sequẽtibus sensus iste declaratur, Ait enim: [Si quis voluerit voluntatem eius facere, agnoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar] Vt ergo præeunti sententiæ sequens ista manifestius concordet, primum quid sit à semetipso quemq; loqui, peruidendum est. Philosophorum sententia est, quorum definitiones contrariæ sunt, & ipsa esse contraria, quam & ita conuertere licet, vt dicas, quæ contraria sunt, eorum definitiones esse contrarias. Sunt autem hæc manifestè contraria, nec simul possunt esse, scilicet quemq; à semetipso loqui, & doctrinam eius ex Deo esse. Contrario namq; modo hæc ipsa sapientia nunc opposuit, cognoscet (inquiens) de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Igitur definitiones à semetipso loquentis contrarias esse oportet definitionibus ex Deo loquẽtis. Est autem ex Deo loqui, sic loqui, quomodo spiritus veritatis suggerit, id est, nõ de corde proprio quicquam confingere, sed sicut cor de sentitur, ita & ore veritatem proferre. Igitur econtra à semetipso quemq; loqui, mẽdacium loqui est: prophetare quemque de corde suo quę non mandauit Dominus, nec ascenderunt in cor eius à seipso loqui est. At verò Deus noster cùm dixisset: Et mea doctrina non est mea, data experiendi via, cognoscet (inquit) de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Igitur quod ait: Mea doctrina non est mea, idem est ac si dixisset: Mea doctrina non est fallens siue falsa. Nunc demum videndum est, qualem dederit facultatem experiendi, vtrùm sua doctrina: sua, id est, fallens siue falsa sit, an ex Deo, id est, verè & veridica sit. Si quis (inquit) voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Hoc audiat consilium, qui discretiuum quærit veritatis intellectũ. Velit facere voluntatem Dei, vt cognoscere possit voluntatem Dei, optet ambulare viã Dei, vt mereatur videre viam Dei. Cæcus enim est, nisi primò simplici beneuolentia cordis oculum purgauerit: Collyrio (inquit Dominus) inunge oculos tuos, vt videas. Nam quod videre non potest excæcatus in splendore veritatis, oculorum est culpa, nõ solis. Igitur doctrinam Dei, qui non discernunt, excusationem nõ habent, quia videlicet ex ipso errore suo sibi testes sunt, quod desiderium non habeant faciendi Dei volũtatem, quod vtique si haberent doctrinam, quæ ex Deo est, vltrò amarent. Sequitur: [Qui à semetipso loquitur, gloriam propriã quærit, qui autem quærit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.] Harum sententiarum singulæ singulas in subauditione habent sibi cõtrarias. Nam lecto, qui à semetipso loquitur, gloriã propriam quærit, subaudiendum est, qui autem à semetipso loquitur, eo quòd doctrina eius ex Deo sit, hic Dei gloriam quærit. Itẽque subaudiendum est, qui gloriam propriã quærit, hic mendax est, & iniustitia in illo est, & deinde legendum, qui autem quærit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Hæc enim sibi inuicem repugnantia sunt, simulque esse non possunt, scilicet, à semetipso quemq; loqui & veracem esse: itemq; gloriam propriam quærere, & iustitiam in illo esse: sicut econtra, doctrinam cuiusque ex Deo esse, & mendacem illum esse: itemque gloriam Dei quę rere, & iustitiam Dei in illo non esse, omninò repugnantia sunt, & nusquam simul esse possunt. Diabolus quippe, qui à semetipso loquitur, cùm enim loquitur mendaciũ ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eiusdem mendacij, quod loquitur, verax esse non potest, & quia gloriam propriam quærit, non enim voluit cum Deo, sed contra Deũ gloriari, dicens: Ascendã super altitudinẽ nubiũ, similis ero altissimo, & idcirco iustitia in illo esse non potest. Similiter homo inquantum, vel quamdiu à semetipso loquitur, in tantũ, vel tamdiu verax esse non potest. Et in quantũ vel quamdiu gloriam propriã quærit, velut Arrius, vel alius quilibet Hęreticus, intantũ, vel tamdiu iustitia in illo esse nõ potest. Econtrà Christus quia nõ à semetipso loquitur, sed quod vidit & audiuit, hoc testatur, idcirco mendax esse non potest, & quia non propriã gloriã quærit, sed & Patris & Spiritus sancti equè, vt suam cõmuniter gloriã quærit, idcirco iniustitia in illo esse nõ potest. Similiter homo inquantũ, vel quamdiu nõ loquitur à semetipso, mendax rectè dici nõ potest, & inquantũ vel quãdiu nõ suã, sed Dei gloriã quærit, intantũ, vel tamdiu iniustus rectè dici nõ potest. Igitur tã valido quã vero diuinę ratiõis moniméto Dñs noster peruersos suimet miratores repellit, dicentes: Qũo hic literas scit cũ non didicerit, & omnẽ hominẽ, doctrinã siue Psalmũ, siue Apocalypsin habentẽ, & spiritu ac mente mysteria loquentẽ, quomo docũq; sciat, vel vndecũq; didicerit, defendit opportunè, neq; qs dicere audeat eo psente,

Ex Deo loqui.

Psal. 103.

2. Tim. 3. Mat. 15.

Hier. 23.

Apoc. 3.

Argumentatio ex cõtrarijs.

Esaiæ. 14.

Ioan. 5.

Diabolus à semetipso loquitur. Ioan. 8.

1. Cor. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis est hic. Et hactenus quidem sapientia, quæ planè literas scit, cùm non didicerit, secundum illorum dicta respondit, iam verò quæ sequuntur, cogitationibus quoq; tacitis, quæ illum latere non poterant hoc modo respondere curauit. [Nónne Moyses dedit vobis Legem, & nemo ex vobis facit Legem? Quid me quæritis interficere?] Nam reuera cùm alia dicerent, alia cogitabant, id est, cùm literas eius mirarentur, mortem eius mente tractabant. Et vide quàm mirabilem illis talionem reddidit. Mirantibus eis quomodo literas sciret, cùm non didicerit, miratur ipse, quomodo nemo ex illis faceret Legem, cùm Legem acceperint. Quod in eo mirabantur illi, laudanda erat potentia Diuinitatis quid miratur ipse *illis, detestanda erat audacia præuaricationis. Laudabile namque erat scire literas cùm non didicerit, detestabile erat Legem non facere, cũ Legem acceperint. Quid autem irrationabilius, quàm quòd vbi dixit, & nemo ex vobis facit Legẽ, statim subiecit, quid me quæritis interficere? Sine ratione enim videretur, prævaricatores Legis addicere, & prævaricationis modum non exprimere. Benè ergo cùm dixisset, & nemo ex vobis facit Legem, mox subsecutus ait: quid mequęritis interficere? Repugnantia quippe sunt, nec simul esse possunt, & Legem facere, & hominem velle occidere. Lex enim ait: Non occides. Sed rursus eadem Lex iubet reum interfici, Verbi gratia, Prophetam deceptorem vbi conuictus fuerit falsum locutus esse in nomine Domini. Rectè igitur prouidens legis & defensor, idemque Legis Dominus & auctor, crimen probaturus, quod obiecerat dicens, & nemo ex vobis facit Legem, non ait enunciando, quia quæritis me interficere. Interdum quippe licebat & iustum erat, cùm Legem interfici, videlicet damnabili causa præeunte, sed ait interrogando, quid me quæritis interficere? Ac si dicat: Concedo Legem facere eos, qui occidunt, vbi causa non deest, cur legitimè occidant. Sed qualem ob causam me queritis interficere? Nũquid me Prophetam arrogantia deprauatũ esse comprehendistis loquentem in nomine Domini, quòd Dominus non præceperit? aut nunquid ex nomine Deorum alienorũ loquutus sum vobis? Nunquid in nomine Domini prædixi verbum, quod non euenerit, & hoc vel illud signum habetis legitimũ, quòd me Deus non miserit? Cùm dico regulo: Filius tuus viuit, Cùm dico de cæco nato: neque hic peccauit neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo, &c. quæcunq; prædico eueniunt, quæ & ipse prædicens facio, faciens prædico. Quid ergo me quæritis interficere? [Respondit turba & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere?] Ecce isti sunt canes, de quibus hic opprobrium hominum & abiectio plebis propter nos factus, in Psalmo dicit: Quoniam circundederunt me canes multi. Fruſtra laborat hic intentio describentis. Neque enim hunc latratum nequissimorũ canum verbis posset vllo modo consequi. Sed hoc mirari licet, qualiter isti homicidæ insipientes & maligni, homicidium, quod mente pertractant, cum tanta responsionis amaritudine, & negando confitentur, & cõfitendo negant. Ita sibi contrarij sunt, tanta vi veneni ardentis insaniunt. Quæ enim res generare solet homicidium niti odium? Quãdo autẽ aliq, homidicium maiori odio perpetratum est, quàm quod indicat hoc amarum & nequissimum conuitium? Igitur superfluum fuisset ad conuincendum eos, verbis contendere dicendo: Ego Dæmoniũ nõ habeo, sed verũ dico, quia vos me quæritis interficere, cùm ipsi satis apertè grassantes odio venenum euomerẽt tali responsione. Proindè quod cœperat dicendo: Quid me quæritis interficere, prosequitur subiũgendo: [Vnum opus feci & omnes miramini.] Quo de opere dicat, paulò post ipse manifestat dicendo, quia totum hominem sanum feci in Sabbatho. Hoc opus illi mirabantur, id est, magnificè inter se quærendo velut magnum & inauditum scelus, tanquã pro Lege Dei, magno zelo indignabantur. Nam quod hic ait: & omnes miramini, paulò post repetens eandem admirationem vocat indignationem, dicendo: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbatho. Ait ergo: Vnum opus feci, & omnes miramini. Percontante illo atque dicente: quid me quæritis interficere? id est, quam causam habetis, vnde positis accusare, interficientes me? poterant secũdum machinationes suas respondere illi: quia non es tu à Deo, qui Sabbathum non custodis. Sed iamdudum experti fuerant, hoc ipsum abillo multò magis in seipsos posse retorqueri, quia multoties dixerat eis: Hypocritę, quis vestrũm non soluit bouem vel asinũ, & ducit eam ad aquandum die Sabbathi? & similia. Proinde irati tacuerunt, imò & tacendo peius insanientes iracundam odij flammam vomuerunt. Opportunè ergo ipse causam eandem, vt rationabiliter defendat, illis tacentibus indicat, & protinus eandem defensionem hoc modo inchoat. [Propterea Moses dedit vobis Circunciſioné, nõ qã ex Mose est, sed ex patribus, & in Sabbatho circunciditis hominem.] Tota causæ defensio in vltima clausula constituitur, qua dicit: & in Sabbatho circunciditis hominem. Propterea, inquit, quia vnum opus feci: & omnes miramini, & mihi indignamini, propterea, inquam, iam nunc legitima defensione vtens, dico vobis: Moyses dedit vobis circũcisionem, id est, sicut cætera, sic & hoc mandauit vobis, vt circuncidatis hominẽ. Non dico quia ex Moyse est. Nã ante Moysen ex patribus

*in illis.

Quid me quæritis interficere? *Exod. 20.* *Deut. 13.*

Deut. 13. 18.

Ioann. 4. *Ioann. 5.*

Canes Iudæi.

Psalm. 21.

Homicida.

Mirari hic est indigna vi.

Luc. 13. *Matt. 12.*

Circuncisio. *Gen. 17.* patribus est, scilicet Abraham, Isaac & Iacob: ex patribus, inquam, id est, ex eo, quod sunt patres, quod crediderunt semen se accepturos, in quo benedicerẽtur omnes gẽtes.

Sabbathũ. *Gen. 12.* Similiter & Sabbathum Moyses dedit, non quia ex Moyse est, sed ex Deo, id est, ex eo, quod requieuit Deus die septimo ab omni opere suo, & benedixit diei septimo, cùm ita diuersis ex causis circuncisionem & Sabbathum, vnus idemq; Moyses scripto dederit vobis, & antiquior Sabbathi, quàm Circuncisionis causa sit, & Circuncisio quidem ex patribus, Sabbathum verò ex Deo sit, In

Gen. 17. Sabbathis circunciditis hominem, vt non soluatur. Lex Moysi, absq; vlla exceptione Sabbathi, iubet hominem die octauo circuncidi. Ad hæc, inquam [Si Circuncisionẽ homo accipit in Sabbatho, vt nõ soluatur Lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbatho?] Totum, inquam, hominem sanum feci in Sabbatho, Circuncisio vera, quanquam bonum opus est, & ideò non est violatio Sabbathi, non tamen totum hominem sanum facit. Nam & si interiorem sanat hominem in his duntaxat, qui causam tenent, cuius Circuncisio signum est, scilicet Abrahæ Fidem, non tamẽ exteriorem sanat, sed potius lædit, & dolore

Ioan. 5. *Matt. 9.* *Ioan 9.* afficit hominẽ. Ego aũt dũ hoc opus facio in Sabbato, propter q̃ mihi indignamini, V. g. dũ dico huic: Tolle grabbatũ tuũ & ambula, alij verò: Extẽde manũ tuã, alij verò cęco nato lutũ super oculos pono, totũ hominẽ sanum facio, quia videlicet dum extrinsecus redintegro, intrinsecùs ad Fidem informo videntibus cunctis, quòd non humano vel communi medicorum opificio, sed diuina virtute rem perficio. [Nolite iudicare secun

Esai. 53. *Exod. 34.* *Leui. 19.* dum faciem, sed iustum iudicium iudicate.] Et quidem vir despectus, & nouissimus virorum ego consideratus sum, & aspectus meus in me non est. Moyses verò vir magnus, & spectandæ memoriæ, vir antiquus, & primus populi Dei Dux, cuius facies ex collocutione Dei splendida facta est.

Sed enim præcepit Lex, quam dedit idem Moyses, non considerandum personã pauperis, nec honorandum esse vultum potentis: sed iustè, inquit, iudica proximo tuo.

Igitur nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate, id est, non faciem Moysi, faciemque vel præsentem personam Filij hominis, sed merita rerum pen-

Gene. 17. sate. Circuncisio, quam dedit vobis Moyses (vt prædictum est) filios Abrahæ, qui fidẽ eius sequuntur, interiùs quidem sanat, ne pereat anima illa populis suis, sed exteriùs vulnerat: non ergo totum hominem sanat. Vnum autem & solum opus, quod feci in Sabbatho, interiùs hominem & exteriùs sanat, probante exteriori sanitate, quod habebat Filius hominis in terra potestatem dimittendi peccata, quæ est interior sanitas, cuius circuncisio spẽ per promissum semen Abrahæ, quod est Christus, præparat. Quid igitur quæritis me interficere, nullam aliam habẽtes causam, nisi quia totum hominem sanũ feci in Sabbatho? Quòd ad hæc illi tacuerint & infirmitatem causæ suæ, licet inuiti, considerantes, iras suas ad tempus continuerint, sequentia patenter innuunt. Nam sequitur: [Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est, quem quærunt occidere? Ecce *nunc loquitur, & nihil ei dicunt.] Ac si apertè diceretur: Iudæi quidem quibus dixerat Iesus: quid me quæritis interficere, responderũt: Dæmonium habes, quis te quærit interficere. Et nunc eodem Domino Iesu pro se rationem reddente, tacebant, & eo palã loquente nihil ei dicebant. Sed adeò verum illud erat, vt quidam ex Hierosolymis qui vtique non per famam didicerant, vel per opinionem sciebant, sed præsentes, ipsi præsentium conspirationes & conuenticula oculis viderant, & auribus audierant, mirarentur, quod nunc eo præsente & palàm loquente nihil ei dicerent. Et dicebant: [Nũ quid verè cognouerunt Principes, quia hic est Christus?] Tanta quippe mutatio, tanta Iudæorum taciturnitas videbatur non euenisse sine causa maxima: Nunquid ergo, inquiunt, Principes se errasse intellexerunt, & ipsis resipiscentibus, Iudei qui quærebant hunc occidere, nihil dicunt ac faciunt, quẽ admodum post magnam tempestatem ventis cessantibus, fluctus feri maris sedato feruore conquiescunt. Adhuc existimari poterant isti Hierosolymitæ, qui hæc dicebant de illis esse, qui credebant in eum, & sic dixisse: nunquid verò cognouerunt Principes quia hic est Christus? vt subaudiendum esset, sicut & nos cognouimus, nisi repugnaret, quod sequitur:

*palàm.

[Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cùm venerit, nemo scit, vnde sit. Et paulò pòst de eisdem dicitur: Quærebant ergo apprehendere eum, & nemo in eum misit manus, quia nondum venerat hora eius. Igitur non credendo dixerunt: nunquid verè cognouerunt Principes, quia hic est Christus, sed argumentando obsistere conati sunt, ne Christus esse crederetur. Nam vel ut metuentes, ne fortè Principes cognouerint & acquieuerint credere, quod ipse esset Christus, protinus assumunt id, quod essentiæ Christi repugnare videatur: Sed hunc scimus, vnde sit. Christus autem cùm venerit, nemo scit, vnde sit. Cui assumptioni si concessum fit, continuò conclusioni datur locus, vt dicatur. Igitur & Principes errant, si videntur sibi cognouisse, quod ipse sit Christus. Verùm hæc sententia constans aut firma non est, quam assumpserunt, vnam solam Christi naturam, scilicet humanam cõsiderantes, iuxta quam dicere poterant, sed hunc scimus vnde sit, Christus autem cùm

Hunc scimus vnde sit.

venerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth. 13. venerit, nemo scit vnde sit. Nam & si reuera homo erat Galilæus de ciuitate Nazareth, non tamen erat (vt putabant) filius Ioseph, de quo & sæpè improperabant ei dicentes: Nónne hic est filius fabri? sed erat filius * virginis. Ergo non rectè neque constanter assumpserunt dicentes: Sed hunc scimus vnde sit, quippe qui solam in illo naturam carnis attendebant, nec ipsam bene nouerant. Ergo ne inexpugnati ad conclusionem procurrentes, viderentur sibi inexcusabiles, obuiandum erat eis velociter. Quod & factum est. Nam sequitur: [Clamabat ergo Iesus in templo dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.] Hæc dicēs Iesus, non frustra clamabat, quia videlicet clamore, id est, forti prædicatione, res digna erat: Et me, inquit, scitis, & vnde sim scitis, &c. Ac si diceret: secundū hominem quidē & me Iesum esse scitis, & hominem Galilæum esse scitis, sed est alia in Christo, id est, in meipso natura, secundum quam nemo vestrum scit, vnde sim, & secundum illam naturam nunc dico, quia à meipso non veni, videlicet, quomodò vēturus est ille iniquus homo peccati, filius perditionis. Cuius aduē tus erit secundum operationem mendacij, sed est verus, qui misit me quem vos nescitis, quia videlicet sicut alio loco iam dixi, neque vocem eius vnquam audistis, nec; speciem eius vidistis. Ego scio eum, quia ab illo sum, & ipse me misit. Scio & benè scio eum, vtique ab initio antequam talis ego fierem, qualem me vos scire potestis, dicentes: sed hunc scimus vnde sit. Et vnde hoc mihi, qđ scio eum: Videlicet, quia ab illo sum, vtique non eo modo, quo & vos ab illo estis, qui tamen (vt prædixi) illum nescitis. Vos enim ab illo estis factiuel creati, ego autem simpliciter & absolutè sum, quia non me creauit aut fecit, sed genuit, & vt talis fierem, quem scire vos potestis, ipse me misit. Ne igitur dixeritis, vel me hoc solùm esse, quòd scitis vnde sim, vel Christum illum solùm esse, quòd nemo sciat vnde sit, id est, nec solum Filiū hominis, nec solū Filiū Dei, sed vtrūq; simul, & q; scire potestis vnde sit, & q; nemo sciat vnde sit i. Filiū hominis pariter & Filiū Dei. Hæc dicens Dominus, æstimationem illorum de Christo non solùm nō diminuit, sed & in maius auxit. Illi namque non eo respectu dixerunt: Christus autem cùm venerit, nemo scit, vnde sit, nec eo sensu legere soliti erant: Generationem eius quis enarrabit, vt sentirent illum esse cōsubstantialem Filium Dei, sed in cæteris plerisque traditiones suas præferebant traditionibus Dei, sic & hanc opinionem suam, qua dicunt isti: Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit, prætulerant Scripturis Propheticis. Traditio quippe illorum erat, Christū media nocte venturum in similitudinem Aegyptij temporis, quando Pascha celebratū est, & exterminator venit, & Dominus sup tabernacula transijt, & sanguine agni postes consecrati sunt, & sic eum venturum, non tanquam Deum & hominem, sed tanquam purum, licet magnum, hominem. In hac opinione occupati, suo sensu dixerant: Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit, licet Principes Sacerdotum & Scribæ percō tanti Herodi, vbi Christus nasceretur, respondere nouerint: Ih Bethleem Iudæ: sic enim scriptum est per Prophetam, &c. Insipientes & maligni, qui scire poterant vnde esset Christus, tunc quando quærebatur ad occidendum: nunc autem nesciunt, & nescire volunt vnde sit Christus, dum quæri inciperet ad credendum. At verò Christus non se de ignotis vel secretis regionibus, vbi olim translatus fuerit, sed ab eo venisse asserit, & illic priùs fuisse, quàm de Maria nasceretur, vel in Galilæa conuersaretur, quo respicientes dicebant: sed hunc scimus vnde sit. Igitur æstimationem illorum non minuit, sed plus, quàm de Christo æstimarepoterant, de seipso pronunciauit. [Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.] Quamuis cæci & surdi essent, & ideò forte non satis clarè aduertere potuissent in prædicto clamore veritatis, vtranque scilicet Diuinam pariter & Humanam commēdatam esse naturam Christi, quippe, cùm hodieque plerisque nostrum, huiusmodi sermo non adeò sit ad intelligendum facilis: summam tamen eius vel intentionem facilè erat intelligi, videlicet hoc eum dixisse, qđ Christus ipse deberet credi. Sed hoc solum magnæ inuidiæ & odio ingenti exasperando suffecit, quemadmodum camino ardenti, permodicum olei satis est iniecisse, vt flāma furens repentè exundari ac diffundi possit. Ergo quærebant eum apprehendere, videlicet vt vincerent sua rabie, quia vincebantur eius ratione. Sed quia nondum venerat hora eius, hora, inquam, non fatalis, vt Mathematici putant, sed hora à seipso vitæ & mortis Imperatore præfinita, nemo misit in illum manus.

*Dei.

A meipso non veni.

2. Thess. 2.

Ioan 6.

Esai. 53.

Exod. 12.

Matt. 2.

Matt. 5.

[De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Nunquid Christus, quando veniet, plura signa faciet, quàm quæ hic facit?] Multitudines, quæ de regionibus vel exteris ciuitatibus conuenerant ad diem festum, turbam hic appellat, videlicet ad distinctionem eorum, qui ex Hierosolymis erant, qui & supradicto modo altercantes & clamante Iesu (vt iam dictum est) amplius insanientes, eum apprehendere quærebant. Illi quia erant stipula, & Principes eorum vel Pharisæi ignis, pariter succensi ardebant in saluatorem. Turba verò prædicta, quæ conuenerat, pro quanto ad hoc incendium longiùs vel propiùs accedebat, pro

De turba multi crediderunt in eum.

pro tantò magis vel minus odij furentis igne calebat. Itaq; multi, quos quasi longius stantes ille ignis inuidiæ non afflauerat, crediderunt in eum, & dicebāt. Nunquid Christus quando veniet, plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Ac si diceret: Christus quando veniet, vtiq; ex signis magnificis, quæ facturus est, cognoscendus est. Sed nunquid plura vel maiora his, quæ hic facit, vel ipse facturus est, vel exigi ab ipso opus erit? Igitur quoniam & Christum se esse dicit, & hoc tantis comprobat signis, rationem non videmus, cur in eum credendum non sit: [Audierunt turbam mumurantem de illo hæc, & miserunt Principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum.] Audierunt Principes & Pharisęi turbam murmurantem, id est, non excitatam in seditionem, sed leniter submurmurantem, eò quòd ab eorum inuidia diuersam generent voluntatem. At verò ipsi ad omnem ventum hiabant, quasi idoneam desiderantes occasionem, vt haberent, vnde illum apud Romanum Præsidē quasi legitimè accusarent. Igitur audito, q̄ de turba multi crederent in eum, & de illo diuersis sententijs partes diuise murmurarent, quia supradicto conflictu de Sabbathi solutione, illo defendente se, ipsi causa cecinerant, suamque rationem infirmam esse cognouerant, nunc respirauerunt, quia seditionem propter illum factam criminari se posse sperabant, licet prædictum turbæ murmur, longè à seditione distaret, vnde ciuitatibus vel Rebuspublicis solet timeri periculum. Itaque miserunt ministros, vt apprehenderent eum. [Dixit aūt eis Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum, qui me misit.] Iudæis quærentibus eum (vt suprà dictum est) apprehendere, Principibus & Pharisęis nunc mittentib. ministris quoque venientibus illum apprehendere, hæc inuicta Maiestatis suæ conscius locutus est Iesus: Adhuc, inquit, modicū tempus vobiscum sum. Conscius, inquam, potestatis suæ, nec ignorans quibus vinculis ligatum, vel quo circulo naribus infrenatū teneret, cubantem in cordibus illorum prępositum mortis Diabolum, dixit hæc & cætera, quæ sequuntur. Ac si diceret: Tam citò vultis me comprehendere, sic festinatis occidere, & quia grauis sum vobis ad videndum, iam nunc in cœtu viuentium propera tis excludere me. Sustinebitis & expectabitis paulisper, donec perficiam sanitates, & impleam tempus meum, & interim velit nolit agitator vestri, Dux mortis & inferni, viuēs ego cum viuentibus, mortalis cum mortalibus vobiscum ero, inter vos ambulabo. Cùm perfecero opus meum, mala voluntas vobis innata est, facultas danda est. Facitote vt libet. Sed cùm feceritis, nolite gaudere, nolite exultare. Nam vestro scelere ab hac vita electus, vado ad eū, qui misit me. Quid deinde? Iam nunc dico vobis. [Quæritis me, * quò ego vado, vos non potestis venire.] Vos qui nunc me quæritis, vos qui nunc tam stimulante inuidia causam habetis, vt me quæratis, nolite putare, quòd postquā me occideritis, causa hæc cessare debeat, propter quam me nunc quæritis. Non ita erit. Sed tunc multò magis ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam. Iam nunc vna quidem turba vnius gentis vel terræ huius plebecula submurmurat, quibusdam credentibus & dicentibus: Nunquid Christus cùm venerit, plura signa facturus est, quàm quæ hic facit: tunc autem à solis ortu vsque ad occasum, laudabile erit nomen Christi Domini, & laudabunt eum omnes gentes, laudabunt eum omnes populi, & tunc implebitur, quod scriptum est: & dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum, coram illo procidēt Aethiopes, & inimici eius terram lingent, &c. Tunc vtiq; maiori, quàm nunc inuidia quæretis me, cupientes nomen meum extinguere, sed frustra. Nam quò ego vado, vos non potestis venire. Nunc vbi ego sum, vos potestis venire, imò quia ego ad vos veni, vos me potestis inuenire, & pòst modicum etiam poteritis apprehensum de vestra terra viuentium conterendo eijcere. Verū hoc vobis facientibus, ego vado, quò vos non potestis venire, sed nec saltem lapidem illuc poteritis iacere. Quæretis tamen me ardentissima persequutione, & seruos meos quidem occidetis, flagellabitis, crucifigetis lapidabitis, & de ciuitate in ciuitatem persequemini. Me autem contingere non poteritis, sed sospes ego, cùm alios occideritis, alios substituam testes meos, vt magis ac magis gens insipiens æmulemini. [Dixerunt ergo Iudęi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? Quis est sermo quem dixit, quæretis me * & vbi ego sum, vos nō * & non in potestis venire? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes?] Ad semetipsos hoc dixerunt, & non ipsum interrogauerunt, nec enim in humilitatis arcem, quę superbis mentibns ardua nimis est, saltem tantillum aspirare poterant, vt ab ipso quicquam intentione discēdi quærerēt. Nunquid autem in dispersionem Gentium iturus est & docturus Gentes? O Iudæi vitæ desertores, & salutis inimici, timor quem timetis, vobis eueniat, & quod veremini vobis accidat. Adeó ne timetis, ne si post Christum totus mundus erat, & Gentibus Deus innotescat, vestra singularis gloria depereat? Hoc enim vobis pręsaga mens vestra prędicabat, quod si iuxta Prophetiam Iacob CHRISTVS venisset, qui expectatio Gentium foret, vestra de vnius DEI cultu, tanquam vnicornium, singularis superbia super terram se vltrà magnificare nō appone-

Prætextu seditionis voluerunt Iesum apprehendere Iudæi.

Iob. 40.

Luc. 13.

Deut. 32.

* & non in uenietis.

Psal. 112.

Psal. 116.

Psal. 71.

Gene. 49.

Matth. 12.

Abacuc. 3. apponeret. Igitur & vos abundantia cordis ad vosipsos locuti estis: quia quod timebatis, propter quod Christo inuidetis, & nequaquam non videndo, sed inuidendo persequimini, ore maligno eructastis nequitia crapulati. Ibit in dispersionem Gentium, & docebit Gentes, & dum vos hoc præcauentes, quod auertere volentes ipsum occideritis, tunc super æquos suos & quadrigas saluationis ascendens, tota salute secum à vobis transmigrante, in dispersionem gentium equitabit. Mors ipsa via est vitæ ad Gentes proficiscenti. Sic Ionas non per aridam transiuit in Niniuen ciuitatem magnã, sed mare ingressus, mox que abyssо vallatus & pelago coopertus, atque post triduum de ventre ceti reuocatus, tandem ambulauit in Niniuen magnam, & prædicando cõmouit & cõturbauit illam, vt sanaretur per pœnitentiam triduanam, & ita saluata Niniue, exaruit cucurbita, quæ obumbrauerat capiti Ionæ, videlicet in typum vestri, quorum Synagoga templumq; vel Sancta sanctorũ, quondam Dei tabernaculum, Gentiliũ Ecclesia florescente exaruit.

Ionæ 2. Transitus Christi ad gentes præfiguratus.

Sic hæmorrousa tangente fimbriam vestimenti Domini, & à fluxu sanguinis liberata, cõfestim Archisynagogi filia mortua est, quæ tunc profecto nata fuerat, quando in infirmitatem incidit mulier prædicta. Nam & puella erat annorum xij. Et hæc mulier habebat in infirmitate annos xij. Quid sibi vult hoc? videlicet quod tunc Synagoga in Abraham, Isaac & Iacob nata est, quando Gentilitas in idololatriam defluere incipiebat, & ecce Gentilitate ab eiusdẽ idololatriæ fluxu sanata per Fidem Christi, retro accedendo, & fimbriam vestimenti eius tangendo, id est, post ascensionem eius in eum credendo: gentilitate, inquam, per fidem sanata, emoritur in infidelitate Synagoga præ inuidia. Igitur verum est, quia in dispersionẽ Gentium iturus est, & docturus Gentes. Et quoniam vos per timidam inuidentiã quasi diuinantes eius rei mentionem fecistis, iã nunc in semetipso præfigurare non distulit, qualiter vel in quo in dispersionem Gentiũ iturus, & Gentes docturus sit. [In nouissimo autem die magnæ festiuitatis, stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me & bibat.] Nouissimus huius festiuitatis dies octauus est. Sic enim de hac festiuitate scriptum est: Primus & octauus dies erit celeberrimus atque sanctissimus. Significat autem nunc in mysterio Domini stantis & clamantis eodem anno secuturam Paschę festiuitatem, vtique nouissimam veteris pri mamque noui testamẽti: quia profectò post illam Paschalem vesperam, qua Dominus cum Discipulis suis typicum Pascha mox tradendus manducauit, quicquid Iudæi celebreuerunt, non iam festiuitas aut solennitas, sed (iuxta Prophetam) stercus solennita-

Matth. 9.

Leuit. 23. Quid designet hic nouissimus dies festiuitatis Iudæorum.

Malac. 2.

tum debet nuncupari. In illa namque nouissima festiuitate magna, stetit Iesus in conspectu Patris, preces supplicationesq; (vt ait Apostolus) offerens cum clamore valido & multis lachrymis: dum percussus violentia passionis: sicut præfiguratum est in illa petra, quàm Moyses virga percussit, effudit nobis de semetipso, quod biberemus, primũ aquam qua abluereмur, & sanguinem suũ quo potaremur: deinde insufflando Spiritũ sanctum dans Apostolis, & iuxta alium Euangelistam, aperiens illis sensum, vt intelligerent Scripturas: quòd est verè bibere salutares aquas. Deinceps perstitit clamans vehementer, clamans Gentib. cunctis, & quodammodo dicens, si quis sitit, veniat ad me & bibat, dum receptus in cælum, dato Spiritu sancto cælos cõmouit, qui enarrarẽt gloriam Dei, ita vt non essent loquelæ neq; sermones quorum non audirentur voces eorum, vt in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Totus quippe sonus siue narratio eorum, clamor erat Iesu, inuitantis vt omnes sitientes venirent ad aquas, & accipere properarent gratiam Spiritus sancti, in remissionẽ peccatorũ, & deinde diuidente (prout vult) eodem spiritu biberent de Lege & Prophetis, per Fidem Euangelij salutarem, quam priùs non habebant, abundatiam verbi Dei. Igitur benè in nouissimo die magnæ festiui tatis stabat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me & bibat, quia cunctis hominibus cuiusq; Gentis vel conditionis, desiderant bus saluari, ex tunc non solùm aperuit salutis aditum, sed etiam altisona prædicatione cunctos inuitauit ad bibendum vitæ salutis poculũ. Et ad adiecit. [Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Scriptura Prouerbiorum est, quæ sic dicit sensu eodem, verbis paululum diuersis. Nec solum hoc, sed & quod præmissum est eidem Scripturę concinit. Nam quod hic dixit: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat: hoc ibi sic dictum est: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Et quod hic subiunxit: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc ibidẽ sic subiunctum est: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Ergo sic Scriptura dicit: Flumina, inquit, aquæ viuæ fluent de ventre eius, qui credit in me. Ac si dicat: Quid malè soliciti estis, dicentes: Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? An putatis, quod si me occideritis, illud præcauentes, iam non sit, qui Gentibus salutem, quam illis inuidetis, annuncieti? Non est ita. Nam qui credit in me, per ipsam mortem, qua vos me occidetis, ac cipiet spiritum sapientiæ & scientiæ, & implens mundum abundantia doctrinæ Euangelicæ, non sinet (vti vos vultis) nomen meum perire, vel dispersioni Gentium Dei no

Hebr. 5.

Exod. 17.

Num. 20.

Ioan. 20.

Luc. 24.

Psal. 18.

1. Cor. 12.

Flumina aquæ viuæ ad gentes derivata.

titiam deesse. Quod & factum est. Ecce quã multi credentium biberunt aquam sapientiæ salutaris de cisterna Legis, & fluenta viua de puteis Euangelij, & deriuati sunt fontes eorum foras, & largis expositionibus in plateis aquas suas diuiserunt. Illi qui iam tũc in eum primi credebant, scilicet Apostoli, primi biberũt, & de illo primitiuæ Ecclesiæ Paradiso, primùm quatuor Euangeliorum flumina fluentia, & Epistolarum fontes deriuati, totum mundum notitia Diuinitatis impleuerunt, & postmodum tanti Doctores bibendo impleti sunt, & scribẽdo refuderunt, vt Iudæi dolentes satis videant esse impletum, quod inuidentes, diuinauerunt, scilicet Christum venisse in dispersionẽ Gẽtium. Hæc autẽ aqua viua, Sancti Spiritus gratia est. Nam protinus subiunxit Euangelista. [Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.] Etenim Spiritus S. vsitato in Scripturis vocabulo aqua, & interdum cum additamento aqua viua nuncupatur. Humana verò anima terra dicitur, videlicet pro similitudine: quia sicut aqua terram irrigat, & infusione competenti germinare eã facit, sic Sancti Spiritus gratia substantiam humanæ animæ, per semetipsam inopem & sterilem, donorum suorum fluctis necessarijs irrigat, & beneficio suæ visitationis infusam, fide & bonis operibus fœcundat. Quã visitationẽ Psalmista per hanc similitudinẽ postulans dicit: Anima mea sic ut terra sine aqua tibi. Et benè dona Sancti Spiritus, non modò aquæ viuæ, sed flumini bus aquę viuæ assimilauit, dicens: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Nam quomodo aqua viua propriam certamq; habet venam, & de fonte suo nascitur, fluendo autem nomen accipit, vt flumen vocetur. Sic donorum distributiones, quæ in sancta Ecclesia sunt, omnes ab vno Spiritu, tanquam ab vno fonte prodeunt, sicut ait Apostolus: Hæc autẽ omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus, diuidens singulis prout vult. Perseuerando autem in eadem Ecclesia per succedẽtes generationes, ab ipso Christo vsque in finem seculi, tam per doctrinam q̃ per manuum impositionem eo operante occulta in spiratione, & sic de alijs, vel per alios emanãdo in alios, quasi flumina longos alueos effi ciunt. Et singulari quidem numero cùm dicitur flumen, vt Psalmista: Fluminis, inquit, impetus lætificat ciuitatem Dei, ipsa substantia vel persona Sancti Spiritus intelligitur. Plurali autẽ numero flumina cùm dicuntur vt hic: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, donorum ipsius distributiones aptè significantur. Flumina quoq; non solũ aquæ, quę possit intelligi qualiscunq;, sed flumina viuæ aquę dicũtur, videlicet vt hac propria differentia distinguantur ab aquis Pharisaicæ vel Hæreticæ doctrinæ, quæ reuera sunt mortuæ: nec flumina, sed cisternæ veteres

Spiritus S. aqua, anima hominis terra dicitur.

Psal. 45.

Cisternæ hæreticorũ.

rectiùs sunt appellandæ. De quibus per Prophetam Dñs dicit: Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas veteres, quæ aquas nõ valent continere. Hoc ergo (inquit Euangelista) dixit de Spiritu, quẽ accepturi erant credentes in eum. Nam reuera credentes in eum, scilicet Dei Filium, sic erant accepturi hunc Spiritum, vt dona eius de ventre illorum fluerent, tanquã flumina, quod hactenus ab initio seculi non fiebat. Quãuis enim dona Sancti Spiritus antiqui patres hãberent, nõ tamen de illis fluebant, tanquã flumina in illã, de qua nunc agitur, Gentiũ dispersionem: sed vna in Gente ista dona gratiarũ, tanquã vno in vase continebantur exceptiones aquarum. Isti autẽ credentes in eũ. s. Apostoli, & post illos Apostolici viri, sic acceperunt hunc Spiritum Sanctum, vt prædicando, baptizando, manus imponendo, maxima de ventre suo flumina profunderent per mundũ vniuersum. Et fluẽt, inquit, de ventre eius, de ventre, inquam, id est, de intimis animæ, vbi Deus interno sentitur amore, seipsum infundens cõiugi castę, vbi Spiritum hunc imbibit anima de viri sui Dei se impregnantis pectore: Quod dum fit, multũ differt ab eis, quorum solo ex ore verbotenus fluit vbertas doctrinę, corde intrin secus suimet oris verba, per amorẽ non sentiente, de qualib. rectè dicat Dominus: Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè est à me. Notandum verò quòd non ait de Spiritu quẽ acceperant, sed quẽ accepturi erant, credentes in eum. [Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondũ fuerat glorificatus.] Glorificatio Iesu, ob q̃ donec facta esset, differebatur datum Spiritus, illa intelligẽda est, quæ opposita sit ignominioſę nuditati Adæ, propter quam ab humano genere auersus fuerat hic idẽ Spiritus gratię. Scimus autẽ quę causa illum ignominiæ impleuerit, & nudum inter hostes, imò nudatum ab hoste, inimicum Dei cõstituerit, videlicet inobedientia præsumptuosa, qua lignum vetitum temerauit, dum Deo subesse diffugit, & affectat similitudinẽ Dei. Igitur obedientia Iesu Christi, qua Deo Patri semetipsum pro omni mundo obtulit, glorificatio eius est, quia verè sic illa passione glorificata est, nudata quondã, humana natura, quomodo glorificatur quis, dum Põtifex factus sancto altari assistit in veste sacrata. Et quidẽ veste adhuc corruptibili, id est, carne mortali adhuc assistens patri pontifex noster, semetipsũ ad horã obtulit, sed nũc ea dem immortali carne resumpta eidem Patri suo pro nobis assistit. Ab hinc de ventre ipsius (qui hoc ipsum loquitur dicens: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ) de ventre, inquam, id est, de profunda Diuinitate eius, cœperunt fluere duo viuæ aquæ flumina. i. huius Sancti Spiritus duo data: primũ videlicet, quod est remis

Hier. 2.

Dona antè quorũ non sic effluxerunt in gentes, sicut donata Apostolorum.

Esa. 29. Matth. 15.

Gen. 3.

Ephe. 5.

Hebr. 5.

De ventre Christi duo flumina spiritus S.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sio peccatorum:alterum, q̃ est diuersarum distributio gratiarum. Nam ipsa die qua re-
Ioan. 20. surrexit,ſerò apparens Apostolis, insufflauit,& dixit eis: Accipite Spiritum S.quorũ remiseritis peccata remittuntur eis, &c. Assumptus aũt in cælum, vbi captiuam duxit
Ephe. 4. captiuitatem,dedit dona hominibus,non o-
1.Cor. 12. mnibus eadem, sed alios quidẽ Apostolos, alios Euangelistas,alios Doctores, alios ponens Prophetas in Ecclesia sua, eisdem vsq; in finem seculi perseuerãtibus donorũ suorum fluminibus eodem ordine, vt primum baptizati,remissionem peccatorum per sanctum Spiritum accipiamus, quod datum æqualiter operatur in omnib.deinde diuersarum dona gratiarum, quæ non eadem sunt omnibus,sed vnus atq; idem spiritus diuidit
Apostoli ante passionẽ Christi nõ fuerunt Episcopi. singulis prout vult. Non enim (vt pleriq; existimant) tunc illos Apostolico Christus ordine consecrauit, quando ante passionem suam,conuocatis duodecim Discipulis suis,
Matth. 10. dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnẽ languorem & omnem infirmitatem, q̃ non ita esse,multis argumentis comprobatur. Primò,quia non est hæc tota definitio Apostolici ordinis,potestatem habere Dæmones eijciendi,languoresq; siue infirmitates curandi,& cætera huiusmodi signa faciendi. Alioquin & alij LXXII. Discipuli omnes Apo-
** fuissent.* stoli *fuerunt, quia videlicet ipsi quoque potestatem eandem acceperunt, vnde gloriabantur,quando reuersi sunt cum gaudio
Lucæ 10. Hebr.10. magno dicentes: Domine etiam Dæmonia nobis subijciuntur in nomine tuo. Deinde quia Apostoli noui testamenti, primi Pontifices vel Episcopi sunt: ipsum autem nouũ testamentum, non nisi Christi sanguine & morte conscriptum vel confirmatum est. Quomodo ergo noui testamenti Episcopi ordinarentur,antequam ipsum nouum testamentum conscriberetur? Vel quomodo summus Pontifex Christus, alios Pontifices vel Episcopos consecraret sibi vicarios,antequã suo prior ipse fungeretur officio?Nẽpe si illos ante passionem Christi consecratos esse velis,tale est, ac si dicas congruum fore,si quilibet Pontifex noster, quoniam ipse iam consecratus est, vbicunq; vel quomodocũq; Presbyteros aut Episcopos suos consecrare velit, extra legitimum tempus vel ordinem sacrificij absq; vestibus sacris.
Esa. 61. Nempe Dominus noster planè quidem erat
Lucæ 4. antequam pateretur,magnus Pontifex, vnctus Sancto Spiritu, & virtute ab ipso initio conceptionis suæ,sed sacras vestes Sacerdotij sui non induit. priusquam sacrificium ipse fieret,id est, immortalitatis gloria non se vestiuit, priusquam per passionem mortis, membra corruptibilia deponeret. Antea iuxta typum Propheticum,ipse Iesus indutus erat sordidis vestibus, sed in ipsa passionis suæ hora sicà Patre de ipso dictum est: Auferte vestimenta sordida ab eo. Dictumque est ei:Ecce abstuli à te iniquitatem tuam,& indui te mutatorijs. Item: Ponite cydarim mundam super caput eius. Et posuerunt cydarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus. De hac sordidorum vestimentorum,id est, mortalium membrorũ *Zach. 3.* expoliatione,& glorioso immortalitatis ve- *Ibidem*
stitu,ait hic ipse magnus Sacerdos Iesus: Ignem (inquit) veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur, statim subiũgens: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor,vsque dum perficiatur? Videlicet vt subaudias,quòd ignis ille,id est, Spiri- *Luca 12.*
tus Sanctus, non ante sit dandus, quàm illud perficiatur. Itaque sacris vestibus nondum indutus erat Iesus. Rursus nec ante
hoc erat tempus vel ratio, sacrum oleum, *Exod. 17.*
vel chrisma super illos effundendi: sicut pe- *Num. 20.*
tra illa in deserto, non ante flumina vel torrentes inundantes fundere habebat, quàm ex iussu Dei percuteretur virga. Nihilominùs & Apostoli necdum talem induerãt vestem, in quo sancto altari assistere, & ab illo magno Põtifice sacri olei vel charismatis vnctionem,id est, Sancti Spiritus effusionem, ratio vel ordo consentiret illos accipere.Nati quippe vt essent in delicto paternæ præuaricationis,necdum remissionem peccatorũ acceperant,quod nemini dubium est: nisi fortè quis putet,quod aliter quàm per Christi mortem potuerit vlli homini, siue Gentili,siue Iudæo dari peccatorũ remissio.Sed hoc à fide Christi alienum est. Proinde con- *Ecclesiasti-*
stat,quod Apostolicæ vel omnes Ecclesi- *cæ ordina-*
sticæ ordinationes,& omninò cunctæ Spiri- *tiones post*
tus Sancti donationes,non ante,sed post glo- *passionem*
rificationem Iesu effusæ sunt, quia videlicet *Christi ce-*
hic erat ordo necessarius, vt prius passione *perunt.*
Christi redimerentur,& post ab eodem Põtifice suo,sancta immortalis gloriæ stola vestito,Apostolica illis gratia conferretur,per geminam(de qua iam dictum est)effusionẽ Sancti Spiritus. Igitur(vt ait Euangelista) spiritus nondum fuerat datus,quia Iesus nõ dum fuerat glorificatus. Non(inquam)datus erat* vllo modo ea largitione, qua pec- * illo
cata remittuntur. Eatamen qua diuisiones gratiarum distribuuntur,datus quidem fuerat Prophetis vel patribus,sed nó eo modo,vt rectè flumen vocaretur.Nam quantu lacunque illa donatio, non in Gentium dispersionem valebat fluere,sed in vna cõtinebatur Gente,largitatẽ istã, quę per Christũ danda erat,prænuncians spiritus Prophetiæ.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM LIBER OCTAVVS.

Elegans exhortatio ad cõpatiẽdũ Christo. Psal. 40 2.Cor.8. Psal.40

AGones Domini nostri Iesu Christi legẽtibus nobis intelligentia opus est: Beatus enim (inquit Psalmista) qui intelligit super egenum & pauperẽ, ipsum vtiq; intelligi volens,qui cùm diues esset, pro nobis pauper factus est. Ipse nanq; in eodem Psalmo loquitur,quod nunc tractare cœpimus:Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur,& peribit nomen eius. Ipse manifestè seipsum exprimit dicens: Qui edebat panes meos,magnificauit super me supplantationem. Quis autẽ misericordia vel charitatis cõpassione purgatum habens cordis oculũ, non intelligat,quã non parui aut leuis sit certaminis hoc ipsum,quod stans in medio superborum ac diuitum inimicorũ suorum, mala sibi dicentium, egenus & pauper iste apud cogitationes illorum, pro sua contemptus paupertate,Diuinitatis suæ diuitias ore proprio cogebatur prædicare,& de seipso testimonium perhibere? Si enim sub silentio semetipsum abscõderet,frustra nobis adue
Cogebatur Christus seipsum prædicare corã inimicis. nisset,quia videlicet sinè prædicante nemo nostrũ audisset,atq; ita nemini aduẽtus eius
Rom.10. profuisset:Laborabat ergo sustinẽs semetipsum prædicare. Hoc enim faciens apud su-
Matth.18. perbos,quantæ putas subiacebat inuidiæ? Quicunq; ab ipso didicit mitis esse,& humilis corde,& idcirco tantò magis grauatur suã virtutem prædicare, quantò magis humiliter sentiens odit ventum iactantiæ, ipse sentit vtcunq;,quanti laboris sit huic egeno & pauperi,stare in illo tali templo, & corã inimicis mala sibi dicentibus,quis esset,vel vnde oppropria exprobrantium sibi receptu-
Luca 12. rus,edicere.Igitur vt veræ beatitudinis participes simus, super hunc egenum & pauperem intelligere studeamus,& tunc nos verũ lectionis intellectum assecutos arbitremur, cùm mala,quæ audit vel patitur,compatiendi corde perceperimus. Sequitur:[Ex illa ergo cùm audissent hos sermones eius dicebant:Hic est verè Propheta. Alij dicebant:
Mich. 5. Psal.131. Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa Christus venit? Nónne Scriptura dicit, qa ex semine Dauid,& Bethleem castello, vbi erat Dauid, Christus venit?Dissensio itaque facta est in turba pro-
Actor. 13. pter eum.] Sanctis viris nonnunquam dissensio multitudinis occasio fuisse legitur euasionis.Nam & Paulo Apostolo penè tale contigit, qui dum staret in medio multitudinis, & Sacerdotes atque omne consilium conuenissent aduersus eum, sciens quia vna pars esset Sadducæorum,& altera Pharisæorum,exclamauit in concilio: Viri fratres,ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe & resurrectione ego mortuorum iudicor.Et cùm hæc dixisset, facta est dissensio, & soluta est multitudo.Iussitque Tribunus milites descendere,& rapere Paulum de medio eorum,videlicet volente Domino vt seruaretur:Sic enim (inquit) testificatus es de me in Hierosolymis, sic te oportet Romæ testificari. Imò sic vel vniuersaliter sanctæ Ecclesię contigit,quia dum vniuersæ iniquitatis & multitudo in multas Hæreses diuisa est,& aduersus alterutrum discordãs semetipsam impugnat,euadit per medias diuisiones Fides Catholica. Quod etiam veteri mi *Exod. 14.*
raculo præfiguratum est,saluo altioris quoque sacramenti intellectu,quando ad ingressum filiorum Israel, mare rubrum diuisum est. Traditum nanque est à maioribus,quod in illa digressione maris, singulis quibusq; tribubus filiorum Israel, singulæ aquarum *Psal. 135.*
diuisiones factæ sint, & propria vnicuique tribui in mare aperta sit via. Idque ostendit ex eo,quod in Psalmo scriptum est: Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. Per quod plures diuisiones docentur factæ secundum singularum tribuum viam. Quod ergo in Ecclesia sua futurum erat,videlicet vt inter dissidentes Hæreticorum sectas Catholica Fides incolumis persisteret, hoc in seipso Christus præfigurare dignatus est, dum vbi miserant Principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum,ad prædictum clamorem eius dissensio in turba propter eum facta est,& ipse apprehensus non est. Nam & hoc sequitur.[Quidam autem volebant apprehendere eum, sed nemo misit super illũ manus.] Nam reuera volentes eum tenere timebant,ne fortè tumultus fieret in populo,ne de manibus eorum populi liberaretur auxilio.Quod timentes, & maximè diuinitus coerciti,tam diu sunt à conatu suo repressi,donec eis Iudas illum traderet sine turbis. Venerunt ergo Pontifices & ministri ad Pharisæos.]Ergo(inquit) quia dixerat Dominus,qui necdum pati dignabatur: Adhuc modicum vobiscum sum,& volebat adhuc & dictis & factis implere,quæ supererant, implere oculos & aures eorum,& sufficienter inexcusabiles eos facere, quibus grauis etiam erat ad videndum: venerunt ministri immunes à crimine, pleni admiratione. Et dixerunt eis illi: Quare non ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

duxistis eum?]Nõ paruam expectationem, vel attentionem Euangelista innuit Pontifi cum & Phariſæorum, tam prompta percontatione dicentium: quare non adduxistis eũ? Eum(inquiunt) ſuperfluum habentes dicere Ieſum, cui protinus adducendo, vt putabant, palàm erat præſentẽ inhiare conuentũ. [Reſponderunt miniſtri: Nunquã ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo loquitur.] Verè nunquã ſic homo locutus eſt. Homines quippe quicunque ſapientiæ vel ſcientiæ ſermonem habuerunt, de plenitudine huius omnes acceperunt. Sed eò magis inexcuſabiles ſunt, quia tantam ſapientiam audierunt, & non obaudierunt, qui talem hominem vi
Ioan. 1. derunt & inuiderũt. Quid igitur retributionis habebunt? Illud vtique ꝙ per os Dauid
Verba cantionum ab Iudæis pronunciat Spiritus Prophetarum, vel omnium iuſtorum, qui minùs quidem hoc ho-
Pſal. 136 mine, ſed tamẽ bona & ſalutaria locuti ſunt: In ſalicibus (inquiũt) in medio eius. ſ. Babylonis, ſuſpendimus organa noſtra, quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerũt nos, verba cantionum. Iſti nanque homines, filios quidem Hieruſalem ſe eſſe putant, oculos quoq; ad videndum, & aures ad audiendum, legitimumque Moſaicæ ſiue Propheticæ cantilenæ rationabiliter diſcernere, vel cõprehendere ſonum. Sed reuera ſalices
Lucæ 13. ſunt Babylonis, vitioſa radice ripis hærentes flumineis, id eſt, decurrentibus voluptatibus ſeculi, ſolũ habentes in verborum foliis virorem Iudaicæ profeſſionis, à fructu autem boni operis ſteriles, ita vt terram quoque tanto tempore fruſtra occupauerint. Suſpendentur ergo in eis, id eſt, propter eos tacebunt organa Prophetarum & omnium veritatis prædicatorum, ne audiant verba cantionum, quæ vanè interrogauerunt, & cum iſto ſummæ diuinitatis organo, cum iſto homine (qui ſic loquitur, quomodo nũquam locutus eſt homo) ad Gentes ibunt, & ipſis cantabunt. Nam iſti nimis impatientes ſunt ad audiendum, nullum de illo bonum volentes audire teſtimonium. Vnde & ſubditur: [Reſponderunt eis Phariſæi: Nunquid & vos ſeducti eſtis?] Et vos (inquiunt) qui ex nobis eſtis, quos arbitramur aliquid pudentis habere ingenij, nunquid tam citò ſeducti eſtis? Quaſi vero iam legitimo deprehenſum eſſet iudicio, ſeductionem eſſe quicquid audiſſent ab homine iſto, ſic loquente, quomodo nunquam locutus eſt homo. Cui malignæ intentioni, quia nulla eſt quæ ſuppeditat ratiõis vis, protinus ſub interrogatione obliqua illud intorquẽt, quod ꝙ ratione volunt accipi, verè ſeductores, & ipſi à maligno ſpiritu ſeducti. [Nunquid aliquis ex Principibus credidit in eum, aut ex Phariſæis?] Ac ſi dicerent: Seductos vos eſſe in eo, quod eius eſtis ſermonibus delectati ex hoc ſolo conſtans eſt, quod nemo credidit in eũ ex Principibus aut ex Phariſæis. Quæ ratio quàm infirma, vana, & inepta ſit, probari nullis opus eſt argumentis. O ergo cæci, du- *Matth. 15.*
ces cæcorum, cæci (inquam) cæcis ducatum *Eſa. 1.*
prębentes, vt pariter in foueam cadant. Nón *Lucæ 11.*
ne Principes iſti (Eſaia teſtãte) Principes ſunt Sodomorum, & populus iſte, populus eſt Gomorrhæ? Expectandi ergo ſunt tanquã ſcientiæ clauim habentes, vt nẽmo quamuis oculos habens introeat: nemo quamuis aures habens, audiat: niſi huiuſmodi Principes ad videndum vel audiendum habeat præceſſores? Nunquid (aiunt) aliquis in eum credidit ex Principib. aut ex Phariſæis? [Sed turba quæ non nouit Legem, maledicti ſunt.] Videlicet pro hoc ipſo, quod Legẽ neſciũt, maledictionibus illis illos ſubiacere iudicant, quas Moyſes in Deuteronomio, Le- *Deut. 27.*
gem non cuſtodientibus præſcribens: Maledictus (inquit) qui non permanet in ſermonib. Legis huius, nec eos opere perficit, &c. Sed profectò turba illa veriùs contradixiſ- *Pſal. 25.*
ſet. Illud vanitatis conſilium, & hæc Eccleſia malignantium, quæ non facit Legem maledicti ſunt. Turba enim hæc (vt ſuprà dictum eſt) multitudo, quæ de ciuitatibus & regionibus conuenerat ad diem feſtum, hic intelligi debet, quos falſi illi, & fallentes Hieroſolymitani, penes quos erat templum, & Sancta ſanctorum, velut agreſtes in ſui cõparatione æſtimabant. [Dicit ad eos Nicodemus, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis. Nunquid Lex noſtra iudicat hominem, niſi audierit ab ipſo prius, & cognouerit quid faciat?] Cur non hic aperta defenſione dixit quod ſentiebat, & quod dudum veniens ad eum nocte dixerat, videlicet quòd non ſeductor eſſet, ſed Magiſter à Deo veniſſet, &c. Videlicet, quia timiditatis nox adhuc in corde eius erat, & necdum ſecuritatis dies illuxerat. Nec mirum, nondum enim (vt prædictum eſt) erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum fuerat glorificatus, & idcirco necdum de ventre eius, ſiue Apoſtolorum flumina aquæ viuæ ſaltem vſque ad publicum circuitum vnius Synagogæ fluere poterant, quæ Ieſu glorificato & ſpiritu dato vſque in diſperſionem quoque Gentium fluere habebãt. Ergo cauſam, vel inuiſam non auſus palàm defendere perſonam, ſed rurſus non ferens impudẽtem malitiam tantum vſurpare iniuſtitię licentiam. Nunquid (ait) Lex noſtra iudicat hominẽ, niſi audierit ab ipſo priùs, & cognouerit quid faciat? Non vtique, ſed econtrà præcepit, non facilè credendum eſſe quod audieris. Videlicet hoc dicto coargui non poteſt, *Leuit. 6.*
velle defendere hominẽ, cùm verba ſonẽt potiùs iuſtæ ac ſanctæ legis defenſionem. Iuſta quippe non eſſet Lex, ſi præiudicia fieri iuberet aut permitteret. Itaque timidus quidem, ſed prouidus in tutam confugit arcem, dum pro homine loquens, pro Lege videtur patronam ferre ſententiam. Attamen quoniam *Ioan. 3.*

Pſal. 35. quoniam intẽtio eius callidam audientium nequitiam latere non poterat, hoſtiles aſſultus nõ omninò euaſit. Nam ſequitur. [Reſponderunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu
Ibidem. Galilæus es?] Nónne ergo verum eſt, quia dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo, id eſt, ſciens & videns, propoſuit cœtus Phariſaicus permanere in peccato ſuo? Nóne & hoc verum eſt, quia noluit intelligere vt be-
Exod. 5. nè ageret? Hoccine eſt velle intelligere audiendi ſuggeſtionem, vel legalis iudicij mentionem non poſſe ſuſtinere? Homo Phariſæus & Princeps Iudęorum, auſus in tali cauſa facere legitimi iudicij mentionem, vno dicto ſuum coram illis odorẽ fœtere fecit, & hoſtili calumniæ patuit. Non enim paruam odij ſpirat abundantiam, ꝙ tam citò dictus eſt Galilæus, eò ꝙ homini Galilæo fauere videretur. Iam quippe propter odium Ieſu, ipſum nomen Galilææ putebat illis, nares ſubſannantes habentib. Nunquid (aiunt) &
Pſal. 68. tu Galilæus es? [Scrutare & vide, quia Pro-
Deut. 18. pheta à Galilæa non ſurgit.] Ecce re-
Mich. 5. tributionem & ſcandalum ſic quoque impletur illud, quod Propheta prædixit: Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum. Scriptura, quã ſcrutati ſibi eſſe videntur, locum prædixit, vbi naſceretur iſte Propheta magnus, de quo Moyſes ſcripſit: Et tu (inquit Propheta) Bethleem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael. Sed illud tacuit, quod exiturum eſſet edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & ituri eſſent oẽs, vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem, & quod
Lucæ 2. aſcenſurus eſſet Ioſeph de Galilæa in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante, & cùm eſſent ibi, implendi forent dies vt pareret. Hoc modo menſa ſua nunc eos illaqueauit, quia videlicet ocu-
Eſa. 6. los ſuos compreſſerunt ne viderent, & aures ſuas aggrauauerunt ne audirent. Ecce enim præterit præterita non reſpicientes, & præſentia tantum oculis nequã adſpicientes, laqueum ſibimet hoc modo texuerũt. Chriſtus ſecundum ſcripturas ex ſemine Dauid, & caſtello Bethleem naſciturus eſt, hic autem Ieſus homo Galilæus eſt. Igitur hic homo Propheta non eſt, Chriſtus non eſt. Hoc
Pſal. 98. modo obſcurati ſunt oculi eorũ, ne videãt. Quid enim: Nunquid repugnantia ſunt hęc, Chriſtum ex ſemine Dauid, & caſtello Bethleem naſci debere, & eundẽ in Galilæa nũc habitare? Scrutentur ergo Scripturas ipſi, vt videant quia non ſic ſcriptum eſt per Prophetã. In te enim natus habitabit, ſed ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum
Mich. 5. Iſrael. Sequitur: Et reuerſi ſunt vnuſquiſq; in domum ſuam.] Quia telas araneæ texuerant, idcirco leuiter ſolutum & diſſipatum eſt eorum conuenticulum, & ad vnam obiectiunculam infirmæ cauſæ conſcientia diuerberati, vnuſquiſque in domum ſuam reuerſi ſunt, vt iterum in cubilibus ſuis aliud ineuntes conſilium, oua rumperent aſpidũ, & cõfouerent quod erumperet in regulam. [Ieſus autem perrexit in montem oliueti, & *Eſa. 50.*
diluculo iterum venit in templum, & docebat.] Et hoc quoque futurorũ vmbra eſt, *CAP. VIII.*
& quòd aduerſarijs diſſipatis, & in domunculas ſuas abeũtibus, pergit in montem oliueti Ieſus, & iterum redit in templum, & docet: quia videlicet futurum erat, vt fruſtratis conſilijs eorum, qui quæſierunt animam *Pſal. 40.*
eius, dicentes: Quando morietur, & peribit *Actor. 1.*
nomen eius, aſcenſurus erat in montem oli- *Lucæ 24.*
oueti, imò de monte oliueti in altitudinem cę- *Actor. 4.*
li, daturus inde Spiritus ſancti oleum, id eſt, verum ſcientiæ lumen, & laborum dolorũque requiem, & hoc facto reparatum per Apoſtolos ſuos habiturus erat cum aduerſarijs ſuis apertè prædicationis conflictum. [Et omnis populus veniebat ad eũ, & ſedẽs docet eos.] Die præterito ſtabat Ieſus (inqt *Matth. 16.*
Euangeliſta) & clamabat, nunc autem ſedẽs *Ioan. 16.*
docebat, quia videlicet ſic futurum erat, vt priùs ſtans, id eſt, in paſſione agonizans clamaret, ſicut ſuperiùs dictum eſt, & poſtmodum gloriam ſuam ingreſſus, atq; ad dexterã Patris reſidens, miſſo Spiritu veritatis doceret nos omnẽ veritatẽ. [Adducũt autẽ Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio, in Lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aũt dicebãt tentãtes eũ, vt poſſent accuſare eum:] Quia pridem Nicodemus timidè quidem, validum tamen iniquitati illorum ſecundum Legẽ fecerat obſtaculum, dicendo: nunquid Lex noſtra iudicat hominem, niſi audierit ab ipſo priùs & cognouerit quid faciat, idcirco nunc reparatis artib. ſummo ſtudio nituntur illum cõſtituere Legis Aduerſarium, vt nemo deinceps contra ipſorum audeat mutire conſilium. Quid enim arbitrarẽtur niſi illum ob ſeruandam ſuæ manſuetudinis famam, ne popularium fauorem amitteret, à veritatis *Matth. 7.*
& iuſtitiæ, tenore declinaturum, & tale quid dicturum, qualia dicere ſolitus erat: Nolite iudicare & nõ iudicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini. Hæc nempe & huiuſmodi pietatis ac manſuetudinis hortamenta prædicando, populi fauores acquiſiuiſſe videbatur, vt pius & manſuetus, & hinc eſſe, ꝙ tantis quotidie turbis ſtipabatur, vt volentes eum comprehendere, metu populi cohiberẽtur. Huic ergo famæ ſuæ ſtudentẽ dicturũ illũ putabant, vt dimitterent peccatricẽ. Hæc aũt pietas ſtatim pateret crimini, vt dicerent illi robuſti æmulatores Legis: Hoſtis Legis es, cõtra Moyſen locutus es, imò cõtra eũ qui per Moyſen Legẽ

dedit,& ꝓinde tu ipſe lapidãdus es,Igitur vt
Pſal. 93. in ſcelere ſuo ſanctæ Legis vindices ſe, ꝓnun
tiare poſſent,& ſic omne os obſtruerẽt, id-
circo cũ prędicta machinatiõe adduxerũt,&
corã illo ſtatuerunt mulierẽ peccatricẽ. Sed
hoc modo captãtes in animã iuſti, & ſangui-
nẽ innocẽtẽ condẽnare cupientes,eluſi ſunt,
ita vt iuſto nocere nõ poſſent, & peccatricẽ
de manib.amitterẽt,imò peccatrice apud iu
ſtũ,miſera apud miſericordiã in tẽplo rema
nente,foras ipſi confuſione operti exirent.
Quis hoc factũ nõ miretur? quis hãc verita
tis & miſericordię victoriã non veneretur?
Sic nimirũ futurum erat,vt poſt illa,q̃ ſuprà
ſcripta ſunt,adducerent Scribę & Phariſæi
peccatricẽ mulierẽ.ſ. Eccleſiã de Gentib.in
Pſal. 44. templũ ad Chriſtũ,corporis & animę ſuę li-
beratorẽ,& ea peccatorũ accipiẽte remiſio
nẽ,ipſi cũ mala cõſcientia foras irẽt,& cũ in-
uidię ſuæ tormẽto à gratia excidẽrẽt.Cũ em̃
Pſal. 103. ipſi dominicũ corpus clauis cõfixerunt,& lã
cea percuſſerunt. qd aliud q̃ verum Dei tem
plum aperuerũt? Et cũ per Legẽ & Prophe-
tas,quãuis inuiti,prędicãt,ſic oportuiſſe fie-
ri ob ſalutẽ omniũ Gentiũ,quid aliud q̃ ad-
ulterã gentilitatẽ,quæ virũ ſuũ legitimum.ſ.
creatorẽ ſuum reliquerat,& cũ Diabolo for
nicata fuerat,adducunt ad Chriſtũ? Tu igi-
tur Chriſte,ſpecioſe Rex,in omnib. ꝓſperè
procedis & regnas,ꝓpter veritatem & man-
ſuetudinẽ,& iuſtitiã,& deducet te mirabili-
ter dextera tua, tuiq; in omnib. eludũtur ini
mici.ſ. genimina viperarũ Iudæi,cũ principe
ſuo dracone, quẽ formaſti ad illudendũ ei.
Sed iã ad narrationẽ hiſtoricã redeamus. [Ie
ſus aũt inclinãs ſe deorſum, digito ſcribebat
in terra.] Quid hoc ad rẽ pertinebat, vt voci
bus præſentiũ interrogatus, digito ſcriberet
in terra,q̃ facere ſolitus non erat? Videlicet
quia laqueo parato intẽti erãt, manſuetũ &
miſericordẽ capere,modũ ſtringẽtes, ſtatim
poſt primã propoſitionẽ Moſaicæ authorita
Digito ſcribebat in terra. tis, ſubiuncta aſſumptione, dicẽdo: In Lege
aũt Moyſes mãdauit nobis huiuſmodi lapi-
dare. At ille nõ paulò maiorẽ ſe Moyſe eſſe
nouerat,quippe cuius ſpiritu, vel(q̃ manife
ſtiùs nunc ad rẽ attinet)cuius digito, ſicut in
Deut. 9. Deut.habes,ſcriptã in tabulis lapideis legẽ ac
cepit Moyſes. Igitur vt ſe nõ debere vel poſ
ſe Moyſi authoritate cõſtringi ſignificaret,
cõgruẽ nũc & opportunè ſeſe inclinãs, digi-
to ſcribebat in terra,innuẽs tã ſapiẽter q̃ hu-
militer,quòd Dñs Legis, quòd maior eſſet
quãMoyſes.[Cũ autẽ perſeueraret interro-
gantes eũ,erexit ſe,& dixit eis: Qui ſinè pec-
catò eſt veſtrũ,prim⁹ in illã lapidẽ mittat,&
iterũ ſe inclinãs ſcribebat in terra. Nota ſen-
tẽtia eſt,& celebris vniuerſo orbi, quã edi-
xit hic nõ qlibet Archiſenator aut cõſul.ſ. ipſe Rex & Imperator curię cęleſtis,tantũ ha
bẽs veritatis,quantũ mãſuetudinis, nec plus
alleuiata ſuauitate miſeratiõis,quã aggraua
ta librato pondere iudicij. Sed quare & ſen-
tentiã daturus priùs in terra digito ſcripſit, *Cur Chriſ.*
& data ſentẽtia denuò ſcripſit? Vtiq; quia i- *ſtus bis ſcri*
pſe eſt,qui(vt prędixi)digito i.præcepto ſuo *pſit in terra*
præcepta Legis in tabulis ſcripſit lapideis, *Exod. 32.*
& priorib. tabulis propter peccatum vituli *34.*
confractis, alias denuò ſcripſit: Hic & illic
magnarum ſigna rerum diuerſa ſunt,res au-
tem quæ ſignificantur eędẽ ſunt Quid enim
tabulæ priores,quæ propter peccatum cõfra
ctæ & proiectæ ſunt, niſi dura Iudæorum
corda propter incredulitatem proijcienda, *Rom. 2.*
ſignificauerunt? Item, quid nunc prima ad
ſcribendum inclinatio, & protinus data ſi-
gnificat ſententia dicentis: qui ſinè peccato
eſt veſtrum, primus in illam lapidẽ mittat,
niſi Legem eandem,& Iudæos præuaricato
res eius,quorum os ex eo rectè obſtruitur,
ne aduerſus Gentes glorientur,quia Legẽ ac
ceptã non cuſtodiſſe cõuincuntur? Vnde &
ſubditur:[Audientes autem, vnus poſt vnũ
exibant,incipientib à Senioribus.] Itaq; &
quòd illic ſecundæ tabulę inſtar priorũ præ
ciſæ,& digito Dei ſcriptæ ſunt, & quòd hic *2. Cor. 3.*
iterum Ieſus inclinans ſe ſcribebat in terra,
nouæ gratiæ ſcripturam ſignificat,qui nunc
Spiritu Dei ſcribitur in tabulis cordis carna
libus. Nouam igitur Eccleſiã,quæ de Gen-
tibus collecta eſt, Synagoga foras à templo
luminis æterni recedente, hæc(vt prædictũ
eſt)mulier præſignat, quæ Scribis & Phari-
ſæis mala cõſcientia conuictis,& foras exeũ-
tibus,ſola cum ſaluatore relicta eſt Sequi-
tur:[Et remanſit ſolus, & mulier in medio
ſtans.] Sed ecce fortaſsis dum altiora my- *Cur exie-*
ſteria requirimus,dicat quiſquã ſcrutator li- *runt Iudæi*
teræ ſtudioſus.Quomodo inſipientes & ma *vnus poſt*
ligni impij theſaurizatores iræ Dei,tam ci- *vnum.*
tò ad vnius reſponſionis vocem, ſolum Ie-
ſum & mulierem in medio ſtantem reli-
querunt: Num ſeſe introrſus reſpexerunt,
& humili conſcientia peccatores ſe agno-
ſcentes, peccatrìcem dimiſerunt?Ergóne in
tanta iniquitatis abundantia, mens eorum
talem potuit admittere ſenſum, & ſic ad o-
bicem pietatis quiuerunt offendere pedes
eorum veloces ad effundendum ſanguinẽ?
Ad hæc,inquam: Non ſic offenderunt,non *Pſal. 13.*
ſic ab intentione ſua conquieuerunt,non eo
ſenſu conticeſcentes, vnus poſt vnum exie-
runt.Sed quid? Vtique quia talem eius audie
runt reſpõſionem, de qua nullam ſpem ac-
cuſationis habere poſſent, idcirco confuſi
cœpta reliquerunt. Vnde & Euangeliſta cũ
dixiſſet: vnus poſt vnum exibant, ſtatim ad
iunxit,incipientes à Senioribus. Seniores e-
nim quantò maiores ac vetuſtiores,tantò ad
calumniandum inſtructiores, & ad cogno-
ſcendum verbum quod calumniari nequi-
rent perſpicaciores, vbi reſponſum eius
audierunt,primo validum & inexpugnabi-
le eſſe præſenſerunt, & idcirco primo loco
ceſſerunt. Nam(vt ſuprà dictum eſt)cũ ſci-
rent illum manſuetum eſſe & pium, imò cũ
ſcirent

ſcirent eum pœnitentiam prædicare,publi-
Matt. 4. canum quoque vocaſſe, & cum peccatori-
bus quoque manducare. Vnde & impropere-
rantes ei dicebant,quòd eſſet homo vorax,
Idem. 12. & potator vini,amicus Publicanorũ & pec-
Luc. 7. catorum,cùm,inquam,hæc ſcirent, nec ig-
norarent,quòd aduerſus Phariſæi cogitatio
nes peccatricem aliam dudum defendiſſet,
quæ tetigerat pedes eius,arbitrabantur, qd
& iſtam adulteram defenſurus eſſet, talem
vtique perſonam,qualem ſignanter lapida-
ri iuſſerat Lex,vnde & damnarent eum vel-
uti reum, qui Legem ſoluere contenderet.
At ille nec ad dexteram nec ad ſiniſtram de-
Cant. 2. clinans,talem ſententiam dederat, quã nec
infirmare Lex Diuina,nec contemnere ra-
tio poſſet humana. Illis huius ſententiæ for-
titudinem conſiderantibus, & ob hoc nihil
ſe proficere ſentientibus, remanſit cum Ie-
ſu ſola mulier in medio ſtans, & ab illis ex-
euntibus relicta eſt cauſa eius, tanquam la-
queus inutilis & rectè inefficax,qua propo-
ſita ſic Ieſus vno ſapientię reſponſo, capreę,
hinnuloque ceruorum ſimilis,in altum exi-
lierat, vt eum nulla canum iſtorũ conſequi
Eſai 1. poſſet aſſutia. Igitur iſti Hieroſolymitæ, vt
putabantur, æmulatores Legis,reuera autẽ
Principes Sodomorum per Prophetam di-
cti,exeuntes reliquerunt miſeram, nõ quia
ſuam recognouere miſeriam,ſed quia quid-
libet de illa feciſſent,non haberent vnde ac-
cuſarent miſericordiam. [Erigens autem ſe
Actu. 10. Ieſus,dixit ei:Mulier vbi ſunt, qui te accuſa
bant,Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Ne
mo Domine. Dixit autem ei Ieſus: Nec ego
te condemnabo.] Quamuis à tentatoribus
inſidioſis fuiſſet iudicare poſtulatus,tamen
quia reuera ipſe eſt,qui cõſtitutus eſt à Deo
Iudex viuorum & mortuorum, præſto ſe
eſſe indicat,nec vllo modo diffitetur ſe Iu-
dicem,& penes ſe iudicandi eſſe Legem ac
poteſtatem,dum ſententia dicta,& accuſato
ribus egreſsis:Mulier,inquit,vbi ſunt qui te
Luc. 2. accuſabant?&c. Non enim erat excuſatio iu
dicij,quod dixerat: Qui ſinè peccato eſt,pri
mus in illam lapidem mittat, quomodo il-
lud,quod cùm dixiſſet ei quidam de turba:
Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum
Ioan. 5. hæreditatem,reſpondit: O homo quis me
conſtituit iudicem aut diuiſorem ſupervos?
Nam terrena quidem lucra diſpenſare aut
iudicare non venerat,ſed ad remittenda vel
retinenda peccata iudicium omne à patre ac
ceperat Quod ergo ait:Mulier vbi ſunt,qui
te accuſabant? Iudicis veritatem, vel iudicij
maturitatem reſonat,quia profectò iudiciũ
Pſalm. 9. legitimum non recuſat,ſed accuſatores non
Lex iudicij legitimos veniſſe cõprobat. Oportet enim
à Chriſto tam Accuſatores,quàm Teſtes ſinè crimine
obſeruata. eſſe in omni,ſiue diuinæ, ſiue humanæ Le-
gis iuſto examine. At illi criminoſos ſe eſſe
fuga ſua confeſsi ſunt, dum Iudice quæren-
te Teſtes ſinè crimine,qui primi ſecundum
Legem lapidem mitterent, omnes exierunt.
Igitur Iudex iſte eſt, qui ſedet ſuper thronũ
& iudicat æquitatem,nihil prorſus agens ex
tra ius legemque iudicij, dum deficientibus
accuſatoribus,cœptamq; cauſam relinquen
tibus,ita demum decedenti iudicio miſeri-
cordiam ſubrogans:nec ego te condemna-
bo,inquit. Verùm hæc ipſa miſericordia nõ
ſic peccata remittit, vt tribuat quoq; licen-
tiam peccandi,ſed idcirco iudicium ſuſpen-
dit, vt vacet peccatori cum fructu pœniten-
tiæ recedere à peccatis. Vnde & protinus
ſubdit:[Vade,& ampliùs noli peccare.] In
vna eademque ſententia miſericordia & ve
ritas obuiant ſibi,iuſtitia & pax inuicem oſ- *Pſal. 84.*
culantur. Nam quod ait: Vade,miſericordię
& pacis eſt, q̃ adiungit:& ampliùs noli pec-
care, veritatis & iuſtitiæ. Ita viuorũ & mor-
tuorum Iudex æquiſsimus,neq; ſolùm iudi
cium comminatur,neq; ſolùm miſericordiã
pollicetur,ſed cunctorum hominum ratio-
nes,tanquam ſtatera iuſta, miſericordia ſi-
mul & iudicio, veluti duabus diſcriminat
lancibus. Omnis anima, vniuerſa Eccleſia,
quòdam per adulterium Diabolo ſubiuga-
ta,ex eo ſe lancem iudicij ſuperexaltare con
fidit,ſi non inanis,ſed fide & actib. bonis o-
nuſta miſericordiæ grauiter incumbit. Se-
quitur:[Iterum ergo Ieſus locutus eſt eis di
cens: Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me,
non ambulat in tenebris,ſed habebit lumen
vitę.] Ergo(inquit Euangeliſta)quia tanto *Ioan. 7.*
pere nitebantur Scribę & Phariſęi adnihila-
re præſentem gratiã Dei,& auferre de medio
teſtimoniũ veritatis, ora cunctorum obſtru
endo. V.g. dicentes:nunquid & vos ſeducti
eſtis,& nunquid & tu Galilęus es,& ita me-
tu illorum deficiebat omne teſtimoniũ ho-
minum,ipſemet,de quo per Prophetã fue-
rat prædictum: Ecce teſtem populis dedi e-
um,ſolus in teſtimonio perſiſtens, iterum
locutus eſt eis dicens: Ego ſum lux mundi.
Hoc,inquam,iterũ loquutus dixit eis,id eſt, *Eſai. 55.*
hoc dicto illud iterauit,quod pridie ſtans &
clamãs dixerat ei:Si quis ſitit, veniat ad me,
&c. Sic enim dictis illis iſta conſonanter co-
hęrent & conſonant, q̃ nunc iterũ loquitur
dicens: Ego ſum lux mundi,&c. quo in Pſal *Pſal. 35.*
mo,cũ dictũ eſſet: quoniã apud te eſt fons vi
tæ,ſtatim ſubiunctum eſt:& in lumine tuo
videbimus lumen,Chriſtus.n. Dei ſapientia
nobis vno eodemq; actu,& poculũ & lumẽ
eſt,quia videlicet quiſquis aqua huius ſapiẽ-
tię imbuitur,ſtatim clarificato ſenſu à cun-
ctis errorũ tenebris liberatur. Ac proinde rẽ
ctè & hic de ſeipſo loquens,cùm dixiſſet: Si
quis ſitit, veniat ad me,& bibat, hoc ipſum
iterans: Ego ſum (inquit) lux mundi, & in
Pſalmo Propheta cùm dixiſſet de illo: quo-
niam apud te eſt fons vitæ, ſtatim ſubiũxit:
& in lumine tuo videbimus lumẽ. Benè er
go Euangeliſta non ait ſolùm: Ieſus ergo lo
quutus eſt eis,dicens, ſed ſignanter: Iterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo, inquit, Iesus loquutus est ei dicēs: Ego
1.Thes.5. sum lux mundi. Et vide quā breuiter, quāq; magnificè expresit, nihil inuidiam impiorū hominum posse nocere gloriæ Dei: Ego, inquit, sum lux mundi. Ac si diceret: Quid
Matt.5. vos impij noctis & tenebrarum filij, claritati vel magnæ opinioni meæ suffragia mortalium tollere laboratis? Nunquid non deridendi essetis, si solem istum visibilē de sublimibus circulis suis toti mundo lucentem, exufflando extinguere, vel aërem pugnis verberando de magno candelabro cęli deijcere, & sub modio recondere conemini? Nē pè huic simile est hoc, quod nomen meum delere, vel famam meam extinguere conē-ditis. Ego enim sum lux mundi. Ergo ridiculi talpæ vel vespertiliones, oculos quidē vestros claudere, & me veram lucem non
Ioan.1. videre potestis, sed totius mundi oculos eruere, vel istam eius lucem extinguere, nequaquā prævalebitis. Ego inquā lux, nō vnius tantum Israëliticæ gentis, sed lux totius mundi, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum, lux sinè qua nemo vnquam Angelorum vel hominum potuit vel potest videre Deum, cuius exortes quicunq; sunt siue Angeli, siue homines, tenebræ sunt: Proinde dixi & dico quia qui sequitur me, non ambulat in tenebris erroris vel ignorantiæ, sed habebit lu-
Ioan.7. men vitæ, & hoc habendo, ipse quoque lucem fundet imitatoribus suis, vt meritò talibus dicatur: Vos estis lux mundi, lux videlicet illuminata, non ipsa lucis substantia. [Dixerunt ergo Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non
Ioann.3. est verum.] Reuera magnum de semetipso testimonium perhibebat, & nunc dicendo: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, & suprà verbis alijs, sed eodem sensu: Si
Prou.27. quis sitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. At illi hoc in animo suo proposuerant, vt nullum de illo testimonium audirent, & quantum poterant conabantur, vt quomodocunq; fontem vitæ obstruerent, & claritatem luminis huius extinguerent: quippe qui malè agebant, & idcirco lucem oderant, & ad lucem venire nolebant, ne arguerentur opera ipsorū, opera noctis & tenebrarū. Dixerunt ergo: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Ac si dicerēt. Contra Scripturam, quæ dicit: Laudet te alius, & nō os tuum, laudas & magnificas teipsum, testimonium perhibendo de teipso, testem non habens præter te alium, ac proinde testimonium tuum non est verum, neq; legitimum.
Esa.28. Propterea inquit Propheta: Audite verbū Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Hierusalem. Dixistis enim: Percussimus fœdus cū morte, & cum inferno pepigimus pactum. Tanto quippe studio, vitæ & veritatis os opprimitis, tanquam mortis & inferni fœderati stis. Mirantibus ministris loquelam huius hominis, imò Dei pariter & hominis, dixistis: Nunquid & vos seducti estis? Nicodemo quoque compari vestro, quia modicū quid de iudicij legitimo ordine fuerat ausus mutire, os protinus obstructum est à vobis dicentibus: Nnnquid & tu Galilæus es?
Ioan.7. Turba credentium à vobis anathematizata est, dicendo: Nunquid aliquis ex Principib. credidit in eum aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit Legem, maledicti sunt. Cùm ita vobis obstrepentibus testem non habeat hominē præter se solum, ipsius quoque nunc os obstruere, & vocem eius vultis suffocare, obijciendo quasi crimen vanę gloriæ, quod proprio seipsum magnificet ore. Ita contenditis adiutores mortis & inferni, ne quis mortuorum exaudiat vocem Filij Dei & viuat, ne lucem suam mundus per se nestras vocum eius perspiciat, & infernales tenebras relinquat. Nequaquam ita fiet, sed delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Sequitur: [Respōdit Iesus & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meū verum est, quia scio vnde veni & quo vado. Vos aūt nescitis vnde veni, & quo vado. Nesciunt infelices isti, quā multa hic fortitudine cōtendat cū eis, & quāta premat eos mole magnitudinis suæ, dū ad vnū obiectū illorū, q̄ eius detestātur testimoniū suū & testimoniū verū & iustū pariter defendit esse iudiciū. Videlicet agnoscere habebant qualē detestarentur testē, eum. s. quem eiusdem causæ suæ visuri erant Iudicem. Et si ego, inquit, testimoniū perhibeo de meipso, testimonium meum verum est. Ordo verborum & sensus hic est: Testimonium meum verum est, quamuis ego testimonium perhibeam de meipso.

Et reuera si quis testimoniū perhibeat de semetipso, nō statim cōsequitur, vt testimoniū eius falsū sit. Alioqui Mosi & Prophetarū cōsequenter falsū dicetur fuisse testimoniū, quia singuli de semetipsis, q̄ à Deo missi erant, testati sunt. Nec. n. aliter hoc sciuit, quis hominū, nisi per testimoniū ipsorū. Sci- *Prophetæ*
endum quippe est, quod licet nemo homi- *quoque de*
num, præter hunc Deum & hominē Iesum *seipsis testi*
Christum, sciat de semetipso, vnde venerit, *ficati sunt*
aut quò vadat, quia videlicet nescit quomo *Exod.33.*
do factus, vel quem ad finem venturus sit, *Hier.3.*
tamen & si testimonium perhibet quis de se
metipso, in tantum testimonium eius verū *Rom.1.*
est, inquantum scit à quo vocatus, & ad q̄d *2.Cor.1.*
vocatus sit. Verbi gratia, quomodo cùm de
seipso Paulus dicit: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, vel maximè, quòd alibi dicit: Quoniam multi gloriātur & ego gloriabor, cæteraq;

cæteraque his similia. Igitur quia tam spiritus verax, quàm & spiritus mendax, de seipso testimonium perhibet, vitiosum est argumentum dicentium: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Proinde duas propositiunculas, quas veluti inuicem repugnantes, & in eodem simul esse non valentes, malè in affirmationem vel negationem diuiserant, dicen-
Artificiosa defensio Christi. do: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Hic verax sui defensor & mendacium corrector componit, & in vnam redigit affirmatiuam propositionem, dicendo: Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est. Statimque subiuncta ratione idipsum comprobat, dum dicit: quia scio vnde veni, & quò vado. Qua ratione sicut veritatem testimonij sui confirmat, sic per oppositum eius, id est, per hoc quod subsequitur: Vos autem nescitis, vnde veni, & quò vado, falsitatem eorum, qui hoc ipsum testimonium suā reprobabant, oppugnat. Nam cùm proculdubio sint opposita hæc: quia scio vnde veni & quò vado vos autem nescitis, vnde veni & quò vado, sicut verum est testimoniū eius, ex eo, quia scit vnde venerit & quò vadat: sic e contra testimonium, quod dicūt contra Iesum, falsum esse cōstat, ex eo, quia nesciunt, vnde venerit & quò vadat. Scire autem de seipso vnde venerit, proprium eius est, qui non de nihilo neq; de nō existentibus temporaliter factus est, vt nos, sed de increata Patris essentia sinè tempore natus est, per quem vt essemus, creati sumus omnes nos. Scire etiam, quò vadat, nihilominùs proprium eius, quia videlicet non alius, quā ipse vias suas disposuit, quas in hac mortalitate homo factus propter nos, ambulare dignatus est. Nos enim nescimus, vnde venimus: quippe qui nec illud scire possumus, qualiter in vtero concepti coaluimus, neq; posthac quid futuri sumus nosse valemus. Quia nescit homo finem suum, & omnia in futurum tempus reseruantur incerta. Proin de cùm dicit: Ego sum lux mundi, verum est testimonium eius, quia scit vnde venerit. Et cum ait: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, profectò verum de seipso testatur, securus quia scit & quò vadat, vel quò se sequentes perducat. Cæterùm nemo omnium de illo quic
Eccle.9. Erat omnibus, qui Christū nō sequitur. quam scit, nisi quantū ab ipso didicit: ac proinde quisquis de illo aliud dicit, quàm quòd ab ipso accepit, testis falsus est: &, quia non sequitur eum, ambulat in tenebris, quemadmodum isti qui dixerant: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, ad quorum obstruendum os sola hęc sufficit confutatio, qua dicit: Vos aūt nescitis me vnde veni, & quò vado. Quod dictum est ad refellendam carnalem illorū opinionem, qua dixerant suprà, sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit, vnde sit. Nec verò, quia postmodum respondet eis dicens: & me scitis, & vnde sim scitis, idcirco nunc sibi contrarius putandus est præsenti loco, cùm dicit: Vos autem nescitis vnde veni & quò vado. Sequitur enim [Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam] Ac si dicat: Scitis quidem, quia homo Galilæus ego sum, & dicitis: Nónne hic est Iesus filius Io-
Matt.13. seph & Mariæ, & fratres eius ac sorores non
Luc.4. ne apud nos sunt? & quia partim verum est hoc, propterea suprà dixi: & me scitis, & vnde sim scitis. Sed hoc vestrum scire quantū est? Vos enim hoc ipsum secundum carnem sapitis, & secundum carnem iudicatis, id est, secundum paupertatem & exiguitatem parentum meorum Mariæ & Ioseph, fratrum quoq; meorum ac sororum, id est, propinquorum carnalium, personam meam attenditis, & supra id, quod visibile est in me nihil audire vel intelligere vultis, itaque multò me inferiorem pensatis Regibus vestris, Prophetis quoque vestris, quos occiderunt patres vestri, vos autem me persequendo sepulchra illorum ædificatis, & mensuram patrum vestrorum implere festinatis. Dico ergo, quia vos secundum carnem iudicatis. Ego verò poteram quidem & ipse secundum carnem iudicare, sed nō iudico quenquam.
Matth.13. Poterā quippe sic ecōtrà dicere, quia secundum carnem quoque maior Moyse, maior inquā, & nobilior quouis rege vel principe, secundū carnē quoq; ego sum. Quia nō quē-admodū oēs vos, & vniuersi patres aut principes vestri, cōmuni more naturę, de corrupta muliere, sed de virginea nobilitate, ex regia stirpe Dauid secundū carnē natus sum. Ita, inquā, poterā & ego secundū carnē quoque oēs homines, vtpote in peccatis conceptos, & de corruptione natos, me inferiores iudicare, sed nō iudico quenquā. Nunc. n. veni non iudicare, sed iudicari. [Et si iudico ego, iudiciū meum iustū est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater.] Et si tādem, inquit, iudico ego, videlicet postquam iudicatus fuero, tūc enim natales meos tam secundū Diuinitatē, quàm secundū humanitatē iudicare me oportebit, vt prædicentur in vniuerso mundo, & si, inquā, tandem iudico ego, iudicium meū iustum est. In quo? Videlicet quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater. Non, inquam, sum solus, scilicet, quomodo ille alius, qui venit in nomi-
Antichri. ne suo, quem vos accipietis, qui verè solus
stus. erit & solus veniet, quia Deus illum nō mittet, sed à semetipso veniet, neq; cum Deo aget, sed aduersabitur & extolletur suprà omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. E-
2.Thess.2. go aūt à meipso nō veni, sed Pater misit me, & ego in eis cōmunione permaneo, nihil à meipso faciēs, nihil à meipso iudicās. Proinde quęcūq; ego testificor, q̄cunq; iudico, ille præsen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsentibus & subsequentibus operibus verum comprobat testimonium meum, verũ & iustum esse defendit iudicium meum. Notandum in vera humilitate & humili verita-

Cõmunio patris & filij.

te Filij Dei, quòd in omnibus verbis suis tenorem hunc seruat paternæ communionis, de qua nunc dicit: quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater, ita vt nusquam absolutè quicquam de sola sua loquatur persona, sed sic semper profiteatur, quod est, vt simul paternæ personæ sociali & indiuisa charitate mentionem faciat. Quod rectè considerantibus, nullam vobis excitare potest nebulam error Sabellianus. Quam Hæresim

Error Sabellij.

Patripãsianam dicimus: quæ vnam solummodò Diuinitatis personam confitens: vna, inquit, eademq; persona Patris, quãdo vult Pater est, quando vult Filius est, quãdo vult Spiritus sanctus est. Ita personas confundẽs, solum Patrem vel solum Filium confitendum esse contendit. Verùm hoc loco aptè Filius: non sum solus, inquit, sed ego & qui misit me Pater. Igitur conuincuntur Iudæi, dicentes, testimonium tuum verum nõ est. Sabellius quoque antequam nasceretur, elisus atque explosus est. Sequitur. [Et in Lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pa-

Deut. 17. 15

ter.] Et idcirco, inquit, quia scio vnde veni & quò vado, testimonium meũ verum est, & adhuc de veritate eiusdem testimonij dicendum est. Dico ergo: in Lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est, videlicet dicente Deo per Moysen in Deut. Non stabit testis vnus cõtra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Hæc magna & indubitabilis quam propono sententia est, cui sponte concedi oportet, quia sic in Lege vestra scriptum est. Proinde iam assumere licet. Ecce hoc verbum, quod dixi: ego sum

Omnia dicta Christi duobus testibus comprobantur.

lux mundi, & quodcunq; tale dico vel dixi, quod vos abijcitis dicentes: testimonium tuum non est verum, duobus testibus defenditur. Nam ego sum testis vnus, qui testimonium perhibeo de meipso, ea videlicet causa vel auctoritate quã dixi, quia scio vnde veni, & quò vado: & adhuc alius testis testimoniũ perhibet de me, scilicet, qui misit me Pater. Hoc videlicet aduersus iniquã illorũ intentionem legitima responsione defendit.

Ioan. 9.

Illi namq; hoc intendebant, vt nemo de illo testimoniũ perhiberet, quòd Christus esset quòd saltem Propheta esset, quòd deniq; vllo modo à Deo esset. Hoc intendentes, eò vsque tandem conspirauerunt, vt si quis eũ Christum confiteretur, extra Synagogam fieret. Illudendum erat huic nequissimę calliditati, & non dignante tanta maiestate de testimonio, quod ab hominibus esset, saltẽ mentionem facere, designandum erat testi-

Psalm. 21.

moniũ sursum: cui conuenticulum canũ, & concilium hominum malignantium nõ sufficeret indicere silentium. Ait ergo: In Lege

Esa. 51.

vestra scriptum est, quia duorum hominũ testimonium verum est. Non ait simpliciter in Lege, sed signanter in Lege vestra: quia vi delicet, eadem Lex iusta & sancta & bona: aliter eius, aliter ipsorum Lex erat. Nam eius erat, quia ab ipso data, & illorũ erat, quia illis imposita. Concedi oportebat, vt prædictum est, duorum hominum testimonium

Roman. 7.

esse verum, quia sic in Lege scriptum est, atque ideo per assumptionẽ: Ego sum, inquit,

Christus verbis, pater operibus testimonium perhibent.

qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater. Et hoc ipsum palàm ipsis erat, quod ipse testimonium de seipso perhiberet, & nihilo minùs de ipso Pater testimonium perhiberet. Audiebãt enim illum, quòd diceret Deum Patrem suũ, propter quod (vt superiùs dictum est) persequebantur eum, & q̃ paulò antè dixerat eis: ego sum lux mundi: Hæc inquam, & huiusmodi audiebant, & opera eius magnitudine tantæ professionis, nõ minora videbant. In his verbis eius testimonium ipsius pertonabat, & in operibus eius testimonium Patris desuper fulgurabat. Nam si Filium Dei se esse profitendo mentiretur, profectò non gloria miraculorũ clarificaretur, sed pœna superbientib. cõdigna cõfunderetur. Manifestũ quippe Iudęis erat, Deũ quẽ patrẽ suũ esse profitebãtur, semp superbis restitisse: à quo (V. g.) Aarõ & Maria cõ-

Vltio diuina in superbos.

tra Mosen superbiẽtes, plaga leprę percussi sunt: & Dathan & Abiron & Chore, per superbiã erecti, cũ suis cõplicib. alij viuentes à terra absorpti, alij flammis deuorati sunt, &

Num. 12. Ibid. 6. 1. Reg. 18. Ioann. 11. Act. 2. 10.

Saul christus Dñi effectus, per superbiã spiritui dæmoniaco mãcipatus est. Hũc autẽ dicentẽ se esse Christũ Dei filiũ, nusquã refellit Deus, quẽ ꝓfessus est esse patrẽ suũ: sed operib. verba eius vera esse, testificatus est, ita vt mortuũ quoq; ac sepultũ tertia die suscitare, & credentib. in eũ Spiritũ S. per nomen eius daret. Igitur & Iudęis & omni mundo palã est, qa testimoniũ, q̃ perhibuit de seipso hic homo, qui putabatur filius Ioseph, phibuit de illo & Deus, quẽ Patrẽ suũ professus est. Sequitur. [Dixerũt ergo ei: Vbi est pater tuus?] Perspicuè quidẽ Patrem illis dicebat Deũ, at illi hoc intelligere nolebãt. Ergo vbi est, inquiũt, Pater tuus? Impij & cęci, qd quęritis patrẽ eius? Nunquid & illũ vultis occidere, aut extra Synagogã facere? si vobis pręsentib. audeat de filio suo testimoniũ perhibere. [Respõdit eis: Neq; me scitis, neque patrẽ meũ.] Rectè perfidorum molestè interpellantium percõtationẽ, suauiter quidem, sed fortiter improbat, & indignam responsione sua iudicat. Cur enim, cũ priùs dixisset, quia scio vnde veni, & quò vado, vos aũt nescitis, vnde veni, aut quò vado, tacuerunt

& non dixerũt: Domine vnde venis & quò vadis? nunc autem, vbi dixit, testimonium perhibet de me, qui misit me Pater, percontantur procaciter & dicunt: vbi est

Esai 6.

Pater tuus? Cur, inquam de illo tacent, & de hoc interrogant, nisi quia Dei filio veri testimonij, non quærere, sed inuidere sciunt gloriam? Proinde cùm dixissent, vbi est Pater tuus, nõ respondit, quod erat interrogatus, vt (verbi gratia) diceret: Pleni sunt cæli & terra, gloria vel maiestate eius, sed hoc dixit: neq; me scitis, neq; Patrem meum: id est, quia me non scitis, neque scire vultis, idcirco nec Patrem meum scitis. Fortè dicitis, te scimus, te filium Ioseph & Mariæ nouimus, de te homine Galilæo nihil amplius quærimus. Ad hæc inquam. [Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.] Nam in singulis quoq; hominibus non exigua pars notitiæ est, scire de quocunq; cuius filius sit, vel quis pater eius fuerit. Sed vos, inquit, Patrẽ meum nescitis. Nunc enim dicitis, vbi est pater tuus? Igitur neque me scitis. Planè dicti-

Forsitan hic non dubitantis, sed acrius affirmantis est.

uncula hæc forsitan, in nostro sermone dubitatiua est, sed in sermone veritatis, quę dubitare non nouit, acriori significatione totũ confirmationis punctum attingit, quasi dictum fuisset: certè & Patrem meum scitis. Solent quoque homines interdum, vbi rem gratiùs atque animosiùs affirmare conãtur, hac vti dictiũcula, veluti si dicat quis: Si mater sese forsan diligeret. Attamen veriùs atque constantiùs magisque necessarium est, vt quisquis Christum scit, & Patrẽ eius Deũ sciat. Quia videlicet quid Christus secundũ substantiam sit, nullatenus scire quis potest, nisi & hoc sciat, quod Deus Pater eius sit. Non enim, quemadmodum de quolibet homine scimus, quid secundum substantiã sit, etiam si nesciamus, quis homo pater eius fuerit, sic & de Christo scire possumus, quid secundum substantiam sit, nisi sciamus, quis eius Pater sit. Igitur cùm nobis dubitabile non sit, multò magis nec ipsi dubium fuit: ac proinde non dubitando, sed potiùs affirmando dixisse credendus est: Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis, quemadmodum & illud: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, Sequitur. [Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo, Et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.] Hæc (inquit) tantæ maiestatis verba locutus est Ie-

** eis.*

sus,* qui quærebant, vt interficerent in ga-

Gazophylacium.

zophylacio, videlicet celebri, & penè solis Principib. ac Pharisæis accessibili loco, Nec enim vulgo, nisi singulis aduentantibus & æra mittentibus gazophylacium frequentabatur, Principibus ac Pharisæis circa lucra maxima læto spectaculo confidentibus. Magna ergo fiducia, sine timore tali in loco hęc verba locutus est Iesus docens in templo, id est, nihil loquès in occulto, sed publicam doctrinam condens, palàm omni annunciandã seculo. Et nemo (inquit) apprehendit eum. Quare? Quia necdum venerat hora eius. Nõ ergo furiosi vlla ratione mitigati fuerant animi, sed tenebat ipse nutu suo impotentẽ illorum malitiam, qui potestatem habebat tẽpore vel hora, quàm sibi ipse præfixerat, ponendi animam suam, & iterum sumendi eã. [Dixit ergo eis iterum Iesus: Ego vado, &

Ioan. 16.

quęretis me, & in peccatis vestris moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire] Ergo (inquit) quia perseuerantes in malo quærebant animam eius, & omni ratione ca-

Psal. 37.

rentes vim faciebant, & dolos tota die meditabantur, nec ob aliud manus suas continebãt, nisi quia necdum venerat hora eius. Dixit eis iterum Iesus: Ego vado & quæretis me, &c. Iterum, inquam, hæc dixit Iesus. Nã suprà hoc idem dixerat eis, quando miserũt Principes & Pharisæi ministros, vt apprehẽderent eum: Adhuc, (inquit) modicum tẽ-

Ioan. 7.

pus vobiscum sum, & vado ad eum, qui me misit, & quo ego vado, vos non potestis venire. Ergo nunc primò, sed iterum dixit eis: Ego vado, & quæretis me. Ego quidem, inquit, sicut iam dixi, hinc vado, ego morior scelere vestro, ego vobis inferentibus mortem, iamiam imminet, vt transeam ex hoc mundo ad Patrem. Sed cùm ego abiero, nũquid (sicut vos inimici mei inuidentes, & mala mihi dicentes, desideratis) nomen meum de terra peribit? Nunquid postquam abiero hinc ad Patrem meum, oculi vestri à gloria mea liberati erunt, & non videbunt de me, quod graue sit eis ad videndum? Non erit ita, sed tunc multò maximè palàm videbitis id, quòd paulò antè dixi: Quia ego sum lux mundi, & hoc videntes peccatores irascimini, dentibus vestris frendetis, & tabescetis, vestrumque desiderium peribit: quia nomẽ

Psal. 111.

meum perire nõ poterit. Hinc acriori stimulante inuidia, inquieti & malè soliciti quæretis, id est, persequemini me, & in hoc peccato vestro moriemini, quia in hac iniquitate vestra, vsq; ad finem vitę vestrę perseuerabitis, nihil q̃ glorię vel nomine meo nocere ficere valentes, sed tantũ mala voluntate, ac pertinaci inuidia vosipsos interficientes. Nã quo ego vado, vos nõ potestis venire. Equidem nec ipsi, qui cũ dilectione quærunt & sequuntur me, non possunt, quo ego vado, venire, sed poterunt quandoque: vos autem, qui cum odio quęritis & persequimini me, quò ego vado nunquam potestis venire. Nũc quidẽ vbi ego sũ, vos potestis venire, & quandoque etiam apprehendere & occidere poteritis me, sed hoc vobis facientib. illuc ego vado, quò vos non potestis venire. Itaque in peccato vestro moriemini. Illo scilicet, quod malè me quæritis & in meis fidelib. persequimini, vt nomẽ meũ deleatis.

Ioan. 7.

In hoc.n. vsq; ad mortẽ perseuerabitis. [Dicebãt ergo Iudęi. Nũquid interficiet semetipsũ

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia dicit: Quò ego vado, vos non poteſtis venire?]Superiùs cùm dixiſſet hoc idem, q̃ nunc iterum dicit eis, id eſt, Quò ego vado, vos non poteſtis venire, ita dixerunt: Nunquid in diſperſionem Gentium iturus eſt, & docturus Gentes? At verò nunc hoc ipſum repetens, acriùs in eos (vt dignũ erat) inuectus eſt. Addidit enim: Et in peccato veſtro moriemini. Acriùs ergo felle commoto dicebant Iudæi: Nunquid interficiet ſemetipſum? Quid amariùs, quid nequius? O

Iudæi maximè ſeipſos interficiũt.

Iudæi homicidæ crudeles & ſcelerati, adeó ne nil boni de hoc homine, qui mortuos veſtros ſuſcitauit, ſentire poteſtis, vt hoc ſolũ, quod interficiat ſemetipſum, vijs eius ſuper eſſe arbitremini? Et vos nunquid eius rei ad eò indociles eſtis, nec fieri poteſt, vt voſipſos exemplo eius interficiatis? Imò vos, interfecto homine iſto, voſipſos interficietis: tanto furore, tanta rabie, vt miretur orbis, & veſtri quoque condoleãt inimici. Legant qui volunt veſtrum ſub Tito & Veſpaſiano excidium, & videant vos vnicam gentẽ homicidarum ſemetipſos interficientium. Sequitur. [Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mũdo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris] Rationem illis acerbam reddidit, cur quò ipſe vadit, ipſi venire non poſſint, & in peccato ſuo ſint morituri: Vos, inquit, de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Iſta compa-

Omnes homines præter Chriſtũ deorſum ſunt.

ratio necdum ſufficiebat, ad definiendum huius illorum impotentiæ cauſam, quia videlicet omnes homines, ſiue electi, ſiue reprobi, omnes ſecundum naturam communem de deorſum ſunt. Vnde & Ioannes Baptiſta, cùm Chriſtus eſſe putaretur, in comparatione, vel potiùs deſperatione ſuimet, qui verè erat vel eſt Chriſtus: Qui eſt de terra (inquit) de terra eſt, & de terra loquitur: qui de cælo venit, ſuper omnes eſt. Quapropter addendum erat, vt tota perſcriberetur cauſa impotentiæ, iuxta quod dixerat: Quò ego vado, vos non poteſtis venire. Nam & illi de deorſum erant, de terrena maſſa aſſũpti, de primo homine terreno nati fuerant, quibus ait: Vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Addidit ergo: Vos de mundo hoc eſtis, ego nõ ſum de hoc mundo. Hoc vtique reproborũ eſt, & hoc ab electis differunt, quòd cùm omnes de deorſum, id eſt, de terra ſint, excepto Chriſto vnigenito Dei Filio, qui de cælo venit, ſoli ipſi de hoc mundo ſunt. Nam electis idem dicit: Si de mundo fuiſſetis, mũdus quod ſuum erat diligeret. Quia verò de mundo nõ eſtis, ſed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus. Igitur vtrunq; dicendum fuit, & quod de deorſum eſſent per communem naturam, & quòd de mundo hoc eſſent per vitium vel malitiam ſuã: vt vtrunque impoſsibile monſtraretur eis, illuc ire, quò ibat ipſe, qui & de ſupernis, id eſt, de Deo Patre eſt, per propriæ Diuinitatis naturam, & de hoc mundo non eſt, per omnimodam humanæ, quam aſſumpſerat, naturæ innocentiam, vel cæleſtem vitam. Qua ratione tam fortiter quàm ſuauiter redita: Dixi ergo vobis (inquit) quia moriemini in peccato veſtro. Quod itidem alia protinus ratione confirmat, ſubiungens [Si ergo non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris.] Verè enim non aliter, niſi credendo, quod Chriſtus de ſupernis ſit, & de hoc mundo non ſit, id eſt, & quod de ſuperno Patre Deo Deus verus ſit, & q̃ in mundo natus, nihil eorum, quæ in mundo ſunt vitiorum vel peccatorum admiſerit, poteſt quiſquam inter eiuſdem Chriſti membra numerari, & illo capite in vno corpore vnicæ Eccleſiæ viuere de ſpiritu Dei.

Ioan. 3.

Dixit autem alibi ipſe: Quia nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis, qui eſt in cælo. Rectè igitur iſtis, quos ſibi nullatenus per fidem incorperandos eſſe nouerat, ait hic, qui ſolus de ſupernis eſt: Quò ego vado, vos non poteſtis venire, & ideò dixi vobis: quia moriemini in peccato veſtro. Si enim nõ crediderit is, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris. [Dixerunt ergo ei: Tu quis es?] Hactenus Iudæi intelligere nolentes, & quærere detrectantes, diſſimulare vtcunque poterant ſe aduertiſſe, quò tenderet ſupradictum eius teſtimonium. At verò nunc lux mundi ſuum illud teſtimonium terribili fulgore defendens, dormitantium quẽ, imò & vigilanti naſo ſtertentium ſomnum diſcutiens, oculos illorum aperiri fecerat, dicendo: Si enim nõ crediderit is, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris, ne iã diſſimulare poſſent aliquid ſibi hoc dicto emicuiſſe, quod ſpectandum eſſet, vel auſcultandum. Dixerunt ergo: Tu quis es? Irreuerenter quidem quæſierunt, & proteruè pulſauerunt, ſed inuenire eos oportebat, aperiri illos conueniebat, vt magis ac magis, inexcuſabiles eſſent, & eis, qui crediturí erant, magis ac magis teſtimonia veritatis augeſcerent. Audi ergo, quod ſequitur. [Dixit eis Ieſus: Principium qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare.] Dicebat planè, vt quia quæſtionẽ ipſe commouerat, & ad quærendum illos excitauerat terribili ſententia, qua dixit: Si enim non crediderit is quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris: dicebat inquam, vt hac vice magnum aliquod & dignum ſe teſtimonium pronunciaret. Et reuera magnũ dignumq; eſt, quod hac reſponſione teſtificatus eſt. Idem enim eſt ac ſi dixiſſet, ſeipſum eſſe, qui erat: & qui eſt, & qui venturus eſt. Nam quia erat, Principium ſe appellat: & quia eſt, ſtatim ſubiungens: qui & loquor vobis, inquit: & quia venturus eſt, ſcilicet ad iudicandum viuos & mortuos in nouiſſimo die: multa (inquit) habeo de vobis loqui & iudi-

Cur dixit Ieſus, niſi crediderit is quia ego ſum.

Qui erat, qui eſt, & qui venturus eſt.

Apoc. 1. Iob 5. Ioan. 7.

& iudicare. Iſtis ergo, quos iam denotans vir ſapiens: Paruulum (inquit) occidit inuidia, & virum ſtultum interficit iracundia: tormentum ſuum non modicè auctum eſt. Iam dudum inuidebant huic homini, vt putabãt filio Ioſeph, quòd à quibuſdã de turba Chriſtus eſſe putaretur, ſicut ſuperiùs dictum eſt, quia cùm audiſſent quidam de turba ſermones eius, dicebant: Hic eſt verè Propheta. Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus, cùm tamen Chriſtum hominem tantummodò fore arbitrarẽtur. At ille nunc dicentibus ſibi: Tu quis es? hoc de ſeipſo profeſſus eſt, quod longè ſupra hominem eſt: Principium (inquiens) ſubaudis ego ſum, ſtatimque ſubiũgens: qui & loquor vobis. Et vna eademq; reſpõſione, ſimul & intemporalẽ incommutabilemque eſſentiam ſuæ Diuinitatis & tẽporalem deſignans conditionem aſſumptæ Humanitatis. Secundum Diuinitatis infinitam antiquitatem principium eſt, Principiũ, inquam, in quo omnia condita ſunt, ſicut in exordio libri Geneſeos ſcriptum eſt: In prin

Ephe. 1. Apoc. 1.

cipio fecit Deus cælum & terram: ſecundũ carnem verò, finis eſt, id eſt, conſummatio, quia in ipſa ni hilomin⁹ vniuerſa reſtaurata ſunt. Vnde ipſe in Apoca. ego ſum (inquit) α & ω, initium & finis. Ex hoc principio, ante ſecula quidem tantummodo Deus erat: nunc autem, quãdo hæc loquitur illis, Deus & homo. Sed homo adhuc paſsibilis: venturus eſt autem in ſine ſeculorum, idem Deus & homo multa habens loqui & iudicare, iã

Eſſe ſuſtantiæ ex quo reſurrexit à mortuis, in vtraque natura impaſsibilis. Igitur ſuum eſſe (de quo dixerat, ſi enim non crediderit is, quia ego ſum) irreuerenter quærentibus, terribiliter, vt dignum erat, ipſe deſcripſit, tali concludendo ſine, vt diceret, multa habeo de vobis loqui & iudicare. Eſt autem hoc eius eſſe, illud intelligendum, quod totius trinitatis commune, & eiuſdem vnius Dei propriũ vel ſingulare eſt. Quod & ad Moyſen loquens, diligentiùs expreſsit, dicẽs: Ego ſum qui ſum: Hæc dices filijs Iſrael, Qui eſt, miſit me ad vos. Quod videlicet eius eſſe, ab omnium eſſentia rerum vel creaturarum in eo plurimum differt, quod nullis accidentibus ſubiacet (verbi gratia) vt homo, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet: ſiue Angelica quoque creatura, quæ maximè ex eis, qui ceciderunt, probatur: aliud eſſe in eo, quòd ſunt omnes rationales ſpiritus per ſubſtantiam, atq; aliud quod facti ſunt, hi per accidentem malitiam, illi autem per accidentem nihilominùs gratiam. Nullis, inquã, accidentibus, vt hæc vel cætera quæ facta ſunt, ſubſtantia Dei ſubiacet, atq; ideo ſolus verus eſt, quia incõmutabilis eſt, vnde & ꝓpria eius differẽtia eſt. i. eſſe quod eſt. Proinde & tunc, quando Moyſi locutus eſt, & nunc, quando cõtra inimicos

Propriũ eſt

Exod. 3.

Iob. 14.

Cur & Moyſi & hic Iudæis reſpondit Deus per ſuã eſſe

ſuos de ſeipſo teſtimonium perhibet, opportunè hoc ſubſtantiuo verbo pro ſui deſcriptione vſus eſt. Tunc quidẽ quia filijs Iſrael multis Dijs in Aegypto ſeruire aſſuetis, nomen Dei multorũ cõmune videbatur: & idcirco ad diſtinctionem eorũ, qui homines quidem quondã fuerant, nunc autẽ nec Dij nec homines erãt: ego, inquit, ſum qui ſum, & hæc dices filijs Iſrael, qui eſt miſit me ad vos. Nunc verò, quia intendebant agere inimici eius Iudæi, vt iam non eſſet, & vt nomen eius periret: vt eos fruſtra laborare oſtenderet, eodẽ verbo ſubſtantiuo congruè vſus eſt. Sequitur. [Sed qui miſit me, verax eſt, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.] Nuſquã ferè in omni teſtimonio, quod perhibet de ſeipſo Filius Dei, teſtimonium Patris præterit, vt per hoc quoque maximè illud cõprobet, quod dixit alio loco: ego veni in nomine Patris mei, alius veniet in nomine ſuo. Vnde & hic interrogatus ipſe quis eſſet, cũ reſpondiſſet, principium qui & loquor vobis, ſtatim ſubſecutus, hoc modo teſtimonium Patris adhibuit: Sed qui miſit me verax eſt, & ego quæ audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Tanquã diceret: Principium ego ſum, ſed à meipſo non veni, qui & loquor vobis, ſed non à meipſo loquor. Nõ, inquam, à meipſo veni, neq; à meipſo principium ſum, ſed qui miſit me verax eſt. Quod ex oppoſito eius, ſcilicet ex eo qui veniet in nomine ſuo, manifeſtiùs intelligi poteſt. Sathanas quippe, qui ex eo nomẽ accepit, quòd aduerſus Deum ſe extulit, & Principium ſibi eſſe atq; in lateribus Aquilonis ſibimet ſedere voluit, ex eo mendax eſt, quòd ex propꝛijs loquendo à Patre veritatis diſcordans mendaciumq; generans, principium ſe eſſe iactitat. Qui & damnatum hominẽ illum, in fine ſeculi ingreſſus, à Deo ſe principium eſſe profitebitur, vt aduerſetur & extollatur, ſicut ait Apoſtol. ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Nam & nomen eius ſecundum numerum ipſius in Apocaly. thy tan fore legitur: quod interpretatur, dic lux. Igitur mendacis illius blaſphemiã ad ſe non pertinere, teſtis hic verus pronuncians, opportunè cogitationibus occurrit Aduerſariorum, q̃ poſt aliqua ꝓpter hæc & his ſimilia, dicturi ſunt: de bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia. Omnia nãq; quæ de iſto vero principio & vero Dei filio ſunt, illius maligni fallacis oppoſita ſunt. Principium, ait, ego ſum, qui & loquor vobis: ſed non vt ille alius, qui veniet in nomine ſuo, quem vos accipietis, ita & ego à meipſo, vel in nomine meo veni, & à meipſo loquor: ſed qui miſit me, verax eſt, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Nam & ſuprà ſic dixit: Et à meipſo non veni, ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis. Vt ergo hæc aduerſatiua coniunctio, qua præcedenti ſententiæ ſequentem coniunxit,

Eſa. 42.

2. Theſſ. 2.

Ioan. 5.

Sed qui miſit me verax eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendo: sed qui misit me verax est, non vacet, suumque sensum meliùs explicet, quod alibi palàm dictum est, nunc necessario sub audiendum est. Miro autem atque inenarrabili modo, dum Patrem veracem prædicat, de seipso testimonium perhibet, ipse qui alibi dicit, ego sum veritas. Nam poterat
Ioan.14. dixisse, Pater meus verax est, sed vt ostenderet Patrem eundem, non aliunde veracem, quàm ex eo quòd ipsum genuit, qui est veritas, maluit dicere sic, sed qui misit me, verax est. Sic dicere solemus, sol iste, qui nostrem fugat, & tam clarum diem mundo importat, lucida substantia est: vel, homo iste, qui tam sapienter egit aut dixit, sapiens est. Sciendum quippe, quod cùm dicere posset: qui genuit me verax est, cum authoritate Prophetica, qua dictum est: Dominus
Psal.2. dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te, maluit dicere, tam hic quàm in plerisque locis, misit me, quod & equipollens est, & in auribus hominũ, præsertim inuidorum atque superborum magis gratiosam humilitatem redolendo, tolerabilius est, & tardiùs calumniæ patet. Igitur in eo quod ait, sed qui misit me verax est, veritatem paterni testimonij, in eo autem, quod subiungit, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo, veritatem nihilominùs testimonij, quod perhibet ipse de seipso, certitudinemque defendit. Vtrunque enim defendendũ suprà proposuerat, dicendo: ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater. Porrò & illud non abre quæritur, quomodo à Patre audierit Filius, qui ipsum verbũ Patris est. Non enim confestim ad humani-
Psal.24. tatis eius humilitatem confugere licet, vt dicamus, quod secundum humanitatem audierit Patrem Filius, eo videlicet auditu, de quo per Prophetam dicitur: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Etenim non dixit solùm, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor, sed addidit, in mundo, vt intelligas eum dixisse, quòd extra mundum, id est, antequã in hunc mundum veniret, audierit quæ loqueretur in mundo. Igitur q̃ ait, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo, id est, ac si dicat, hæc Deo Patri consubstantialis veritas: Et ego sicut ex Deo nata sum, ita in hoc mundo incorrupta permaneo, nihilque falsitatis admitto. Et hic sensus magis ad rem pertinet, videlicet quia veritatẽ coarguerat mendacij, dicentes: Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Sequitur. [Et non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deũ.]
Ioan.5. Cùm lõgè superiùs illo dicente, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor, subiunxerit Euangelista dicens, Propterea persequebantur eum Iudæi, quia non solũ soluebat Sabbatũ, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo, quomodo nunc dicit, & non cognouerunt, quia Patrẽ eius dicebat Deũ? Ergo hic non tam excusat ignorantiam, quàm intelligere nolentem demiratur malitiam. Quia dicta eius se aduertisse dissimulant, videlicet nondum ausi, q̃ eandem ob causam postmodum facere habebant, scilicet ad lapides currere, aut tandem illum ante Præsidem ducere, & damnationẽ aduersus illum de hoc verbo, tanquã de blasphemia postulare. [Dixit ergo eis Iesus: Cũ *Conclusio artificiosa.* exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor, & q̃ misit me, mecum est, & non reliquit me solum. Quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.] Ergo, inquit, quoniam non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum, quonium testimonium eius non acceperunt, & maleuoli accusatores defensionem veritatis non audierunt, quasi conclusionem, id est, artificiosum orationis terminum facit, & sic ut facere solent oratores periti, vt enumera
Esa.28. tionum Partes colligant, & commoueant, quibus de rebus verba fecerint, breuiter, vt renouetur & ad memoriã reducatur oratio: sic ea q̃ perorauit, ab eo loco quo illi obiecerant, dicẽtes: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, nunc breuiter recolligit, atq; apud se quodãmodo reponit, vt quia nunc videre & cognoscere nolunt, vt saluentur, quandoque videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes deuoret. Cũ exaltaueritis, inq̃t, Filium hominis, nũc cognoscetis, quia ego sum, subaudis Principiũ q̃ & loquor vobis: & à meipso, id est, extra Patrẽ seorsum præter voluntatem vel extra communionem Patris, facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor in mundo, & cognoscetis, quia qui misit me mecum est: quod videlicet modò cognoscere nolentes dicitis, vbi est Pater tuus, & cognoscetis, quia non reliquit me solùm, scilicet vt paulò antè testatus est dicẽs, & si iudico ego, iudicium meum iustum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater, Hæc, inquit, omnia cognoscetis cùm exaltaueritis Filium hominis. Hoc autem in alio loco testatur Euangelista * dixit, significans, qua morte esset moriturus. Et notandum, quod hoc illis, qui facturi erant, necdum scientibus, & necdum facere cogitantibus, ipse iam sciat & futurum prædicat, quia videlicet consilium illorum in eo, quod *Ioan.11.* postea collegerunt, concilio definiendum ante omnia secula præscientia Dei præcesserat. Vnde & in Actibus Apostolorum Petrus Apostolus ait: Iesum Nazarenum, vi- *Actor.2.* rum approbatum à Deo, in vobis virtutibus & signis & prodigijs, quæ fecit per illum Deus in medio vestri, sicut & vos scitis: Hunc definito consilio & præsentia Dei traditum per manus iniquorum cruci affigentes interemistis. Hoc videlicet consi lium,

** dicens.*

lium, non solùm vt interficerent, sed & qua
Ioan.12. morte interficerent eum, nunc definitum est, quando post resurrectionem Lazari collegerunt Pontifices & Pharisæi consilium & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, & cætera. Nam & ante eum quæsierunt quidem eum interficere, sed non definito consilio, verùm vulgari strepitu & furore tumultuario: non (inquam) definito consilio, in quo Iudex peteretur, & culpa qualicunque proposita, Ac cusatores & Testes, quasi legitimo iudicij ordine adhiberentur, & qualitas mortis tanquam causæ conueniens exigeretur. Quod vbi definitum est, iterum eo dicente, cùm exaltaueritis Filium hominis à terra, & subiungente (quod hic tacitum est) omnia traham ad meipsum, tunc cognouerunt quod diceret eis, vtpote iam facere cogitabant, & dixerũt. Nos audiuimus ex Lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari Filium hominis? Nunc ergo, quando necdum definitum erat consilium, Cùm diceret, cùm exaltaueritis Filium hominis, nihil tale responderunt, quia
Tunc cognoscetis, quia ego sum. fortè quod necdum cogitabant, nondum intellexerunt. Tunc, inquit, cognoscetis, quia ego sum. Tunc enim ignorare non licebit, tunc dissimulare non vacabit. Cæli enim tunc enarrabunt, & annunciabit firmamentum, & dies diei eructabit hoc verbum, &
Psal.18. nox nocti indicabit huius rei scientiam, & non erunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, & in omnem terram exibit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Tunc, inquam, hoc modo cognoscetis, & quamlibet inuiti audietis, quia ego sum, quia viuo ego in æternum, compertumque vobis erit, quia mortuorum quoque resurrectio sum, recte
Psal.101. que mihi in Psalmo dictum est: Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient: Istud cognoscetis, & nisi etiam credideritis, & confessi fueritis, quia ego sum, moriemini (vt suprà dixi) in peccatis vestris. Tunc & hoc cognoscetis, quia à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pa-
Deut.18. ter, hoc loquor: cognoscetis (inquam) videlicet ex eo, quod facta mea quæ nunc cœpi, vbi vos me exaltaueritis, exinde perpetuum profectum, & verba mea quæ nunc loquor, manifestum habebunt effectum. Hoc enim in Lege datum est signum, eius quem Deus misit. Quod si tacita (inquit) cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum, q̃ nõ est locutus Dominus, habebis signum: Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non locutus est, sed per tumorem animi sui Propheta confinxit, & idcirco non timebis eum. Hoc (inquam) legale signum est. At verò quæcunque ego prædico in nomine Patris mei, vos euenire videbitis, imò & captiui ducti in omnes Gẽtes, experimentum verborum meorum omnibus Gentibus in vobismetipsis spectandum circumferetis. Igitur tunc cognoscetis, quia ego à meipso facio nihil, videlicet is, qui arrogantia deprauatus Prophetam se à seipso facit, & per tumorẽ animi sui, ea quæ non sunt, nec erunt, esse, vel futura esse confingit, sed sicut docuit me Pater, id est, sicut voluntatem Patris esse scio, ita hæc loquor, quia non docuit iniquitas os meum, nec imitator (vt dicitis) linguam blasphemantiũ (verbi gratia, cùm dico: Ego sum lux mundi, vel *Iob 15.* Pater meus vsque modò operatur, & ego operor) sed docuit os meum obedientia, vel charitas Patris & dilectio generis humani, vt notificem hominibus meipsum, quorum hæc est vita æterna, vt cognoscant verum Deum, & quem ille misit Iesum Christum. Et hoc cognoscetis, quia qui me misit mecũ *Ioan.17.* est, & non reliquit me solum, videlicet quo modo vos putaris, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui liberet. O quàm verè dictũ est, & quàm latè patet hoc verbum: Qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum. *Psal.76.* Non enim solis Iudæis, sed toti mundo lux mundi loquitur, nec pro se tantum, sed pro nobis veritas testificatur, vt quisque nostrũ quocunque pergat, quodcunque intendat, habeat in promptu vnde scire possit, vtrùm Deus cum illo esse dignetur: Qui me misit (inquit) mecum est, videlicet vt econtrariò subaudias, quemcunque ille non misit, cum eo non est, & hoc ab effectis cuiusque probabile est. Verbi gratia: Cùm venerit ille fi- *2.Thes.2.* lius perditionis, cùm reuelatus fuerit, & extulerit se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ab his affectis clarebit etiam in fidelibus, quòd Deus illum non miserit, ac proinde cum illo non sit. Quia Dominus Iesus (inquit Apostolus) interficiet eum spiritu oris sui. Similiter omnis quo- *Ibidem.*
que fur & latro, qui in ouile ouium non ve- *Ioan.10.*
nit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat, & quia non mittitur, ideò per ostium non admittitur, nec ei ostiarius aperit, solus est, & ei rectè dicitur, quia te non misit, tecum non est, quod ex eo maximè liquet, quia nõ audiunt eum oues, vtpote alienum, sed fugiunt ab eo. Nihilominùs & quispiam Nazareus, id est, consecratus, vitamque contemplatiuam professus, dum contra propositum foras euagatur, dum nulla poscente vtilitatis causa, tendit exteriùs, oditque claues, & grata figilla pudicitiæ, quia Deus non
Gen.14. mittit illum, Deus cum illo non est, quod itidem certò experimento claret, dum in exemplum Dinæ filiæ Iacob, quæ egressa

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt videret filios regionis à Sychen, Principe terræ opprimẽte se, cùm esset virgo, corrupta est, corrumpitur & ipsius anima à Diabolo mundi huius principe foras inuenta, nec habens protectorem Deum, de quo dicere posit, qui me misit, mecum est. Hęc (inquam) & huiusmodi studiosus Euangelicæ veritatis auscultator, econtrario subaudire potest, quod vtcunque faciat, vbicunq; se regrediens vel egrediens intendat, sic omnia faciat, quatenus inter fluctus seculi, vel pericula vitiorum vero conscientiæ testimonio cõsoletur cor suum, dicens: Et ipse qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum. Sed iam ad præsentem, vel præcipuã intentionem sermo redeat, qui me misit (inquit) mecum est, & non reliquit me solum. Corda piorum quæcunque vera scientia instructa, id est, ædificatione charitatis erudita sunt, aliquatenus persentiscere merentur hunc pauperis huius clamorẽ, qui & in Psalmo dicit: Domine exaudi orationem meã, & clamor meus ad te veniat: cuius in titulo scriptum est: Oratio pauperis cũ anxiaretur, & effuderit precem suam coram Domino. Nam reuera cùm anxiaretur pauper iste hęc dicebat: qui me misit mecum est, &c. Causa autem anxietatis huius tanta erat, quanta verbis exprimere non valens, & cum gemitu admirans: sicut inter cætera longe antè declamauit Esaias: Et nos putauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo & humiliatũ. Affectuosius significare non potuit magnitudinem anxietatis pauperis huius & confusionis, de qua idem in Psalmo dicit Patri: Quoniam propter te sustinui opprobriũ, operuit confusio faciem meam. Planè sunt Scripturæ gemituum atque conquestionũ flebilium, quæ ob instruendam piorum intelligentiam diuersis similitudinibus, multis & lachrymosis vocib. hoc paupere anxiato & contribulato depromptæ sunt. Quid enim? quotusquisque nostrum est, qui mente persentiat, quã extraneus factus sit fratribus suis, & peregrinus filijs matris suæ, dicẽtibus: Filium Dei se nominat, & gloriatur patrem se habere Deum. Nam vt taceam, q cũ duodecim Apostolos eligeret iuxta Marcum, audientes sui exierunt tenere eum, dicebant enim: In furorem versus est, illi de quibus iterum in Psalmo dicit ipse: Aduersus me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebãt vinum, quid putas, quàm horribili intuitu aspernabantur eum, dicentẽ: Ego sum lux mundi, & ego testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater? Ille horum superba odia voceq; maledicas dicentiũ: Dæmonium habes, & non est hic homo à Deo, & his similia, acerrimè persenserat, qui (vt prædictum est) præ magnitudine doloris, suam miscens personam, talibus suæ gentis hominibus: Et nos (inquit) putauimus eum quasi leprosum. Quasi leprosum, inq̃t, id est, ꝓpter iniquitatẽ & blasphemiam suã, sic ab omnib. fugiendũ & reijciẽdum, quomodo leprosus secundũ Legẽ ad arbitrium Sacerdotis separatus extra cãstra solus habitare iubebatur, pollutũ se clãmans, & immũdũ. Cũ enim Principes & Pharisæi odientes eum, separarent & eijcerẽt nomen eius tanq̃ malũ, & adeo solitarium illũ esse vellẽt, vt quisquis cõfiteretur illum esse Christum, extra Synagogã facerent eũ, quid aliud nitebãtur, nisi vt ad arbitriũ ipsorum, tanq̃ leprosus, ꝓnunciatus & contaminatus, habitaret extra castra solus? Igitur dicta hęc, qui me misit mecum est, & non reliquit me solũ, sic audienda, sic sentienda sunt, tanquã clamor pauperis anxiati, & preiudiciũ passi, qui absq; peccato suo opprobriũ hominum, & abiectio plebis factus sit. Velut si ad arbitrium Sacerdotũ iniquorum, homo mundus & recaluaster, leprę vagæ & volatili sub iacere iudicatus sit, & separatus à consortio hominum, forasq; expulsus, solus extra castra sibimet habitare condemnatus sit. Dixit autem ipse alibi, cùm iam extra castra separatus, id est, extra portas ciuitatis inter sceleratos reputatus, in ipsa morte agonizaretur, quando iuxta supradictum Prophetam maximè putauerũt eũ leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Dixit (inquam) sic: Heli heli Lamasaptani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Esset quidem facilis ad ista responsio, si sic diceret: nunquid dereliquisti me, quia videlicet sub interrogatione huiusmodi prolata dictio, neque verum significaret, neque falsum, ac proinde huic enunciationi contrarium non esset aut contraderet, quia dictum est: qui me misit mecum est, & non reliquit me solũ. Nunc autẽ cũ dicit: vt quid dereliquisti me, contrariũ videtur sonare, quia profectò derelictum se asserit, qui causam quærit, cur derelictus sit. Quid igitur? Hoc videlicet, quia (q̃ nec ipsi negare queũt vocum seu verborũ aucupes) oportet in oppositis siue cõtrarijs hoc idem negare negationem, q̃ affirmatio affirmauit, de eodẽ: Si enim aliud quis affirmet atq; aliud alius neget, non contrariũ, sed diuersum est. At verò hoc non hic idẽ de eodem negatur, cũ dicitur: Et non reliquit me solũ, quod illic affirmatur, vbi dictũ est: Vt quid dereliquisti me. Vtique de passione mortis, sicut apertè testantur sequentia Psalmi, vsq; ad illũ versum: Narrabo nomen tuũ fratribus meis, quia secundum illã quodãmodo à Patre derelictus est, iuxta quod Apost. ait: Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit illum. Nunc verò cùm dicit: Qui misit me mecum est, & nõ reliquit me solum, de illa agitur, quæ infelicissima deserto est, qua illũ esse derelictũ volebant, dicentes. Nõ est hic à Deo, vel etiã iuxta alios Euange-

Pulchra meditatio de passione Christi.

Psal. 101.

Esa. 53.

Psal. 68.

Ibidem Sap. 2. Mar. 3. Psal. 98.

Esa. 53.

Leuit. 13.

Ioan. 9.

Psal. 22. Leuit. 13.

Esa. 53. Matth. 27.

Quõ derelictus quit Deus Iesum. Psal. 21. Rom. 8.

Ioan. 9. Matth. 2. Lucæ 11. Matth. 10. Euãgelistas, criminabantur eum habere cõcordiam cum Beelzebub, imò & quod auditu quoque nephas est, ipsum esse Beelzebub, sicut ipse testatur: Si Patrem familias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domesticos eius. Igitur non hic idem nunc negat, quod in articulo suæ passionis affirmat: nec enim minùs congruè quasi derelictus

2. Cor. 9. dicitur, quàm Apostolus de se & suis similibus: Vt seductores (inquit) & veraces: sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus: quasi tristes, semper autem gaudentes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Maximum autem atque firmissimum argumentum de seipso dedit, vn de non derelictum illum perspicuum sit, dicendo: Quia quæ placita sunt ei, semper facio. Et notandum, quòd cùm dixisset: Quia quæ placita sunt ei facio, addidit semper. Hoc sanè vnigeniti filij proprium est, & hoc ab vniuersis Deo placentibus differunt, q̃

Eccl 7. Esa. 53. 2. Pet. 2. Ioan. 1. ea quæ placita sunt Patri, non partim, nec ad horam, sed omnia facit, & semper. Quis enim homo est, qui faciat bonum, & non peccet? Vnus hic & solus est iustus & sanctus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Benè ergo addidit semper, iuxta quod alibi de illo dictum est. Super quẽ videris Spiritum descendentem, sicut colũbam, & manentem super eum. Hæc enim dicta in re paria sunt, & sinè alterutro esse nõ possunt. Nec enim quæ placita sunt Patri, faceret semper, nisi spiritus in eo maneret: nec spiritus in eo maneret, si aliquando quippiã extra placitum Patris admitteret. Hoc verò non parum miraculi præstrare poterat, quòd homo mortalis, tãta immutabilitate, tanta constantia vel firmitate seipsum agebat inter tam plurimos tentantes, accusare

Psal. 63. illum quærentes inimicos, vt talia dicente illo, & insuper post alia sic proponẽte: Quis ex vobis arguet me de peccato? nulla cuiquam illorum saltem falsæ criminationis daretur occasio. Et quidem diu multumque

Ibidem. exacuentes linguas suas, & in occultis intendentes arcum, tandem sagittauerunt eum, sed sagittauerunt immaculatum, id est, condemnauerunt quidem illum, sed de nulla

Ioan. 19. culpa condemnauerunt. Exinde omnes qui videbant eum, conturbati sunt admiratione tantæ malignitatis, & sermonis nequam quem firmauerunt sibi, pertinaciter clamando, crucifige, crucifige, annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt, & ipsi quoque maligni compulsi sunt cognoscere, quia Dei Filus hic erat, iuxta quod nunc ait: Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. &c. Sequitur: [Hęc illo loquente, multi crediderunt in eum.] Isti qui crediderunt in eum, quales fuerint, id est, quàm propè ad veram pietatem credentium accesserint, vel quàm longè resederint, non satis apertè sequentia significant Euangelicæ narrationis, præsertim cum Domino dicente: Si vos manseritis in sermone meo, &c. sic Euangelista subiunxerit, Respõderunt ei: Semen Abrahæ sumus & reliqua. *Ioan. 9.* Respõsio quippe tunc propriè dicitur, cùm illi respondent ad quos vel de quibus sermo est. Et longè superiùs de istorum. i. Hierosolymitanorum credulitate, cũ dixisset Euangelista: Quia cùm esset Hierosolymis, multi crediderunt in eum, videntes signa quæ faciebat, statim subdidit: Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd nosset omnes, & non esset ei opus, vt quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. Fortè ergo & nũc quod videbant credentes, imò & quod credebant inuidendo persequentes, facti sunt sicut patres eorum, generatio praua & exasperans, generatio quæ nõ direxerit cor suũ, & non est creditus cum Deo spiritus eius. Nam quomodo verè crediderunt, qui cum eodem, cui crediderunt, diu altercantes, & Diuinitatis eius testimonium non ferentes, tandem ad lapides cucurrerunt, hoc eodem Euãgelista referente, quia cùm dixisset: Antequam Abraham fieret, ego sum, tulerunt lapides vt iacerent in eum. Sic itaq; credere potuerunt, quomodo se credere dicunt Arriani, cæteriq; huiusmodi Hæretici, quibus nihilominùs Christus semetipsum nunquã credidit, quia Christum quomodocũq; confessi sint Diuinitatis eius fidem in diuersis Sectis vno spiritu malignitatis impugnauerunt, & veros confessores eius audire nõ ferentes, tumultum insaniæ suæ per totũ mundum audire fecerunt. Horum omnium formam in istis præcessisse, ex subsequentibus perspicuum est: siquidem literam arctiùs sequentes, eosdem cogamur accipere respondentes, ad quos loquitur Dominus, vt subiunctum est. [Dixit ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manseritis in *Quid est in sermone Christi manere.* sermone meo, verè Discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.] Dicendum hoc erat credentibus, Iudæis, dicendum & nunc est Hæreticis, omni *Matth. 13.* busque in Fide veritatis. Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Quid enim? Nunquid omnes, qui Christum confitentur, jam in sermone eius manent, & verè Discipuli eius sunt? Minimè. Alioquin nõ tam multi filij nequam, cum filijs regni, tanquam zizania cum bono semine Patris familias, pullulantes per publicum totius mundi agrum succreuissent, nec tam multi pisces mali mixti cum bonis, per totum orbem retia fidei dirupissent. Sermo nanque Christi, in quo his, qui credunt in Christo manendũ esse dicit, vt verè Discipuli eius, id est, veri Christiani sint, sermo est Fidei, id est, vnica regula credendi, cui detrahi quicquam nefas est vel adijci. At verò Iudæi credentes *Ioan. 2.* in Christum, quibus tamen Christus (vt su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perius dictum est)nõ credebat semetipsum, omnesque Hæretici, quales fuerunt Cerinthus & Marcion cæteríque contra quos maximè hoc scribitur Euangelium,multæque Hæresium pestes, quæ postea subortæ sunt, longè ab hoc sermone recedunt, multumque illi detrahunt. dum alij verum hominem confitentes Christum,negant eundem
Rom.8. *Rom.9.* *Galat. 4.* verũ esse Deũ, vel ex Maria cœpisse illũ asserunt,alij verò cõfitentur Deum eundem in vera carne venisse, vel hominem negant esse verum. Non ergo manent in sermone Christi,quem & ante per Prophetas suos, & nunc per semetipsum perscribit, cuius tota summa est, vnum eundemque Christum, & ante omnia secula Deum verum extitisse, & verè Filium hominis in fine seculorum sactum esse. Proinde veri Discipuli Christi,id est, verè Christiani non sunt,nec veritatem cognouerunt, nec eos à peccatis suis veritas liberauit,quantumcunque Christum confessi, vel in Christi nomine baptizati sint. Rectè igitur talibus, & tunc per semetipsum Christ⁹ Iudæis,& nunc per Ecclesiam suam dicit Hæreticis. Si vos manseritis in sermone meo, verè Discipuli mei eritis,& cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos, id est, nisi mãseritis in sermone meo, non verè Discipuli mei eritis, neque veritatem cognoscetis, neque veritas vos liberabit. Verè enim nemo qualiumcunq; factorum iustitia potest à peccatis redimi, vel ab antiqua Diaboli seruitute liberari, nisi integrè permaneat in sermone fidei, & vnam teneat communicationem Euãgelicę Confessionis. Sciendum quoque est,quod
Carnalis opinio Iudæorum de Christo. non ab reistis credentibus in se dignum qui dem & verum,sed inopinatum præsenti loco pollicetur Discipulatus sui fructum: Verè(inquit)Discipuli mei eritis. Quo fructu? Quo præmio? Et cognoscetis veritatem,& veritas liberabit vos. Putabant enim illi,vtpote animales, & de Christo carnaliter sapientes,illo Rege carnale se habituros seculum,cum damnatione omnium Gentium, iterumque bella ac triumphos,& superatorum neces atque captiuorum greges,& auream atque in terris gemmatam Hierusalem, hostiarumque sanguinem, & circuncisionis iniuriam, & terreni templi gloriam,
Prou. 39. *Luc. 24.* quæ omnia vsque hodie Christum expectãtes,sub illo se habituros somniant. Hoc modo illi quoque,qui(vt suprà dictum est)credebant in eu. in ipla credulitate sua respiciebãt in vanitates & insanias fallas. Nec mirũ, cum & Apostoli tali sensu dixerint de peracta passione eius tristes. Nos autem sperabamus,quod ipse esset redempturus Israel,Opportunè ergo erranti occurrens intentioni, vanam expectationẽ credentium destruit, docens, cuius beatitudinis spe, cuius libertatis amore in se credẽdum sit. Cognoscetis (inquit) veritatem,& veritas liberabit vos, Hunc fructum, hanc mercedem, vel præmium in illis,q tunc in sermone eius manserunt,& ideo verè Discipuli eius extiterũt, cõsiderare operæpretiũ est. Illi qppe qui pmãserũt in sermone ei⁹ vsq; ad mortẽ ipsius, scilicet beati Apost. deinceps remunerãdi co *Luca 22.* gnitiõe veritatis collaudatoriã cõmemora- *Ioan. 16.* tionẽ audiere dicentis: Vos aũt estis,q mecũ permansistis in tentationib.meis. Eadẽ quip pe hora inter cætera dictum est eis: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Cùm autẽ venerit Spiritus ille veritatis,docebit vos omnẽ veritatem. Ecce quia permanserunt in sermone eius, quẽ Cõfessi oẽs fuerant per vnũ Petrũ, dicẽ- *Matth. 16.* tes: Tu es Christus Filius Dei viui, spiritum *Veritas liberabit vos* veritatis meruerunt accipere, per quem co- *Actor. 4.* gnouissent omnem veritatem. Nam vbi venit ille spiritus veritatis, quis non miratus est, hodieque miratur, quàm perfectè veritatem cognouerint, quàm constanter qui fuerant homines idiotæ & sinè literis, contra omnem nimium loquacem sapientiam mundi illam defenderint, liberauit sanè ab erroribus vniuersis, liberauit ab omnibus quę in mundo sunt concupiscentijs,cupidos efficiens eius quam in veritatis cognouerant,veræ & summæ beatitutinis, liberauit à timore mortis, à timore inimici, ab omni misera seruitute peccati, tandemque in perfectione libertatis constituit, de qua Pau- *Rom.4.* lus Apostolus, qui iam liberari cœperat, inter cætera dicit: Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solùm autem illa,sed & nosipsi primitias spiritus habentes, ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Hoc modo dictis facta compensando, planiùs intellectui fit quod dictum est: Si vos manseritis in sermone meo, verè Discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem,& veritas liberabit vos. Sequitur:[Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis liberi eritis?] O astuti,quàm propè nunc ceperant & illaqueauerant sapientiam Dei. Quid enim putarent dicturum illum,nisi quia falsum est,quod dicitis,nemini seruiuimus vnquam. Romano enim imperio seruitis nunc? Hoc autem si dixisset, quanto putas cum clamore inuolassent,dicentes: Si sumus amici Cæsaris,non dimittamus hunc inimicum Cæsaris, contradicit enim Cæsari,proposita nobis spe, quod si sequamur eum,simus liberi, & nõ seruiamus Romanis. Igitur nõ per obliuiosam ignorãtiam,sed per insidiosam malitiã dixerunt,Se *Semen Abrahæ sumus.* men Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Et quidem fuerit hoc natiuæ cuiusdam libertatis priuilegium,quod semen Abrahæ

Abrahæ sunt, id est, quod non de ancilla secundum carnem,sed de libera per repromissionem nati sunt. Nam Ismaël quoque semen Abrahæ fuerat.domino dicente:Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est,tamen hi maximè, qui secundum Isaac sunt,reputantur in semine, soli secundum carnem liberi, legitimumq; semen dicuntur Abrahæ, dicente eodem:
Galat. 4. *Gen. 2.* Quia in Isaac vocabitur tibi semen. Hoc itaque concedamus,quia semẽ Abrahę sunt, ac proinde comparatione Ismaëlitarum,cæterorumque qui de Agar vel Cæthura nati
Ibidem. sunt,isti liberi sunt. Attamẽ in hoc falsi sunt quod subiungunt,& nemini seruiuimus vnquam. Nec enim ignorare poterãt, quod & Aegyptijs in luto & latere seruierint,quodque & postquam terram promissionis obtinuerunt,pro eo quod commixti sunt inter gentes,& didicerunt opera eorum,& seruierunt sculptilibus eorum,tradidit eos dominus in manus gentium,& dominati sunt eorum,qui oderunt eos,& tribulauerunt eos inimici eorum,& humiliati sunt sub manibus eorum,sæpè liberauit eos, & nunc tan-
Exod. 5. *Psal. 105.* dem cum hæc dicerent:Nemini seruiuimus vnquam, Romano imperio sub tributaria conditione seruiebant. Itaque perspicuum est,quod insidiosa (vt prædictum est) malignitate hoc obiecerunt, intenti elicere verbum,de quo illum apud Romanum posset
Matth. 22. accusare imperium,sicut & tunc, quando tẽtantes hypocritę dixerunt:Licet censum dari, an non?Et nota,studium horum Grammaticorum in schola Sathanæ declinantiũ, quam citò, dicente illo: & veritas liberabit vos,ad verbi huius etymologiam prosiliunt,dicentes ei: Quomodo tu dicis, liberi eritis,cùm non dixerit eis & liberi eritis,sed & veritas liberabit vos. Proprietate dictionis abuti voluerunt,in adiumentũ suæ peruersitatis.Sed frustra.Ille nim,qui paulò antè dixerat:Ego sum lux mundi, hæc omnia clarè videbat,lucens quidem in terris, gradiens autem in altitudine cœli. Tale ergo hoc erat,ac si homines cæci solem persequẽtes, radios eius laqueis nectere, & tanquam pedibus vinctum,de zodiaco suo in terram deorsum vellent attrahere. Nam quàm altè supra sensus istorum ambulet, intentio dicentis. Si vos manseritis in sermone meo,verè Discipuli mei eritis,& cognoscetis veritatem,& veritas liberabit vos,ex his, quæ se-
Iob. 5. quũtur colligi potest.[Respondit eis Iesus: Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seruus aũt nõ manet in domo in æternũ, filius aũt manet in æternũ.Si ergo vos filius liberauerit,verè liberi eritis.] Ecce qualem istis talionem reddidit.Isti qui de terra erãt, & de terra loquebantur, solam terrenã seruitutem libertatemque scientes, vnius dictiunculæ proprietatem,qua dixerat: Et veritas liberabit vos,callidè obseruauerunt,vt eum in sermone caperent. Hic autem, qui de cœlo venit,& quod vidit & audiuit,hoc testatur,solam spiritualem seruitutem libertatemq; perpendens,fortissimum illis fecit sylogismum,vt comprehenderet sapientes in astutia eorum. Omnis (inquit) qui facit peccatum,seruus est peccati. Veram sententiam veritas proposuit, cui concedere non moretur auditor, quantumuis contentiosus aut rebellis. Nam si fortè pertinaciter frontem obduret impudentem, nos econtrà ciusmodi dedignati grandibus Ecclesiasticæ Scripturæ contendere armis, leuem armaturam,id est,multam Poëtarum Ethnicorumque Philosophorum conuocabimus turbam. Verbi gratia: Illuc Flacci recensen- *Horatius in sermo. li. 2. sat. 7.* tes dicẽtis in cupidinosum:Liber, liber sum, dic age:non quis. Vrget enim mentem Dominus non lenis,& acres Subiectat lasso stimulos, versatque negantem. Vel quod Sophocles(vt ait Tullius)cùm ex eo iam confecto ætate quereretur, vtereturné rebus Venereis:Dij meliora (inquit) Liber verò ego istinc,sicut à Domino agresti ac furioso profugi. Cæterùm eis,qui seipsos nouerunt & veritati libenter acquiescunt, non iam quæsitu opus est,vtrũ serui sint,aut fuerint, quoniam vltro confitentur & publicè lamẽtantur,quòd non solùm serui, verùm & captiui sint,flendo canentes, & canendo flentes,atque dicentes: Super flumina Baby- *Psal.136.* lonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion.In salicibus in medio eius suspẽdimus organa nostra, quia illic interrogauerunt nos,qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum,&c. Nec verò illi inimici Domini mentiri poterant ei,quòd peccatum non feciſſent,aut facerent, præsertim cùm ipsorum magistri,Scribæ & Pharisæi, paulò suprà,vbi tentauerunt eum,de muliere in adulterio deprehensa, illo dicente: Qui sinè peccato est vestrũm, *mittat in illam lapi- *primus.* dem,audientes hæc, vnus post vnum exierint,incipientes à senioribus. Nam saltem hoc negare, vel dissimulare non poterat, quin modis omnibus ad hoc tentarent illũ, capere in sermone,vt possent occidere. Igitur ipsi, imò multò magis ipsi præ cæteris peccatoribus,serui erant peccati. Proinde rata & firma stante propositione, nil iam cunctantur assumere:Seruus autem(inquit) non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Dicendum hoc erat seruis peccati, qui non nisi in pœna subsequente, præsentem agnoscunt miseriam sue seruitutis,molli iugo,dulcibusque libidinum catenulis delectati, imò & tanquam cęci aut ebrij, non videntes, neque sentientes horrorem furiosamque quorumlibet vitiorũ tyrannidem, proprijs voluntatibus intenti: Seruus (inqt)peccati non manet in domo in ęternum,videlicet,concordante Scriptura, qua dictum est per Psalmistam: Non

habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Qui & alio loco ad Deum loquitur: Neque habitabit iuxta te malignus. Filius autem (inquit) manet in æternum, videlicet ille Filius, qui singulariter & propriè dicitur, & est Filius, & nullo modo dicitur, aut est seruus, quia profectò ab omni peccato immunis est, peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore, qui & in Psalmo dicit: Factꝰ sum sicut homo sinè adiutorio inter mortuos liber. Hic manet in domo in æternum. Ponamus primo Legem seruorum aut dominorum, vt posito priùs notæ similitudinis fundamento, firmius consurgant conspicui parietes mysteriorum. Eccè in domo qualibet, quatuor ista considerãda sunt, paterfamilias domus, & ipsa domus filius eiusdem patrisfamilias, & conductitius quilibet alieni domini seruus. Non enim hic seruus ad Dominum, cuius hæc domus est, congruè referri potest, quia videlicet peccatum, cuius de seruo nunc agitur, ab illo filio, de quo itidem nunc sermo est, & à Patre eius omninò alienum est. Seruum ergo conductitium seruum alienorum dominorum scimus in domo, in qua conductus est, legaliter non posse esse permanentem: quippe cum nec seruus ipsius domini, cuius est domus diutiùs quàm placitum est, eidẽ domino suo possit ad seruiendum stare in domo. Quanto magis seruus alienorum, vt prædictum est, dominorum in domo permanere non potest, etiam si domini domus patientia toleretur, quin vbi tempus fuerit, vel causa poposcerit, dominis suis exigentibus, ad loca vel seruitia debita protrahatur?

Psalm. 100. *Psal. 5.* *Esaiæ 53.* *Psalm. 87.* *Seruus non manet in domo in æternum.*

At verò filius legaliter, æquè vt pater, tanquam dominus in domo permanet, suaque esse omnia deputat, quæcunque thesaurizat pater, patrisque ad filium iure vox illa est: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Igitur & secundum homines verè dictum est, quia seruus non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Porrò, hac posita similitudine, animaduertere promptum est, quã terribiliter Iudæis denuntiet, quod ipsos exire, seipsum autem in his, quę Patris sunt, oportet permanere. Deus enim magnus & inclytus Paterfamilias est, domus autem eius sancta Ecclesia, id est, omnium credentium deumq; colentium sancta societas est. Filius eius est hic ipse, qui hæc loquitur, vnus idemque Deus & homo Christus: seruus verò peccati omnis homo est, qui ex Adam in peccati seruitio natus, non nisi per hunc Filium liberatur: maximè tamen Iudaicus populus, qui iam tunc in domo Dei erat, sed non permansurus, cùm hæc iste filius loqueretur. Hæc ergo cum dicit, primùm Iudæos (vt prædictum est) percutit: qui cùm essent in domo Dei, tanquam Regni eius operarij, Legem habentes & Testamentum, locumque sanctum, vel ordinem sacrificiorum, iamiam visibiliter quoque erant foras eijciendi, vt verè serui peccati, sicut in eo quoque iam signi ficauit eis, quod facto de funiculis flagello eijciens illos: Scriptum est (inquit) quia domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Illis quippe funiculis, ex quibus flagellum fecit, ſeruilia peccatorum illorum vincula cõgruè ſatis expreſsit. Filiũ verò, id eſt, ſemetipſum, de quo iuxta aliam parabolam dixerunt: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas, illis eiectis in domo permanſurum in æternum, & hic aſtruit, & in ea parabola patenter innuit, dum de ſeipſo præmittens, nunquam legiſtis. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, à Domino factum eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris, ſtatim ſubdidit: Amen dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Deinde ſingulorum quoque noſtrum conſcientias hæc eadem ſententia conuenit, qui per profeſsionem Chriſtianæ Fidei ſumus in domo Dei, & terribili ter commonet, ne ſimus in hac domo eius, quæ eſt Eccleſia, tanquam ſerui, id eſt, ſeruilia faciẽtes opera peccati, quia verè (inquit) ſeruus non manet in domo in æternum. Etiam ſi in cathedram ſoliumq; liberationis aſcenderit, id eſt, officiũ poteſtatemq; liberãdorum ſeruorum exercuerit, prædicando, baptizando, ſacramentum dominici Corporis & Sanguinis conficiendo, populiſque diſtribuendo, ac pœnitentes reconciliando, quibus omnib. modis conſcriptio teſtamentũq; perficitur Chriſtianæ libertatis: non manebit in domo in æternum ſplendidus iſte opifex ingenuitatis, cùm ſit ipſe occultus ſeruus peccati, ſed funibus peccatorum ſuorũ circundatus, & conſtrictus, ab eiſdem litigantibus ac ſæuientibus dominis ſuis ad inferni ergaſtula pertrahetur. Igitur vera eſt & aſſumptio dicentis: Seruus autem nõ manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Sequitur concluſio: Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Ergo (inquit) quia vos quoq; quibus Propheta dicit: Gratis venundati eſtis, vos (inquam) ſicut & cęteri, ſerui peccati eſtis: ſeruus aũt nõ manet in domo in æternum, ſed Filius manet in æternum: ſi Filius vos liberauerit, verè liberi eritis, id eſt, niſi vos Filius liberauerit, nunquã liberi eritis. Proinde falſa & fallens eſt illa veſtra, non magnitudo, ſed inflatio, qua tumentes dicitis: Et nemini ſeruiuimus vnquam, falſa (inquam) non quia ſubiugati eſtis Romanis, quod ex me audiſſe velletis, odio crudeli imbuti, vt me accuſare poſſetis, ſed quia peccatores eſtis, & perſeueranter peccatum facitis. Sciendum verò eſt, hoc quoq; apud homines ius eſſe legitimũ, vt libertate nemo donetur ſeruorum, maximè hoſtilium, niſi per illum Regis aut Principis filium, qui proprio labore vel induſtria victo tyranno, ſeruis reductis totum victi obtinet regnum, ſimulque paternæ hæreditatis ſcriptum, & confirmatum iam accepit teſtamentum. Hoc autem de iſto filio nulli dubium, quin in ſua perſona decorem induerit, indutus fortitudinem, & virtute præcinctus, negnauit, id eſt, per aſſumptionẽ carnis & paſsionem mortis, dominum ſeruorum infelicium, id eſt, omnium filiorum Adæ, ſcilicet peccatum damnauerit, regnum peccati & mortis deſtruxerit, confidenter traduxerit, & in ſemetipſo palàm triumphauerit. Igitur primo Iudæis, quia negare nõ poſſent Deum Patrem habere Filium, quẽ conſtituit hæredem vniuerſorum, dicente illo in Dauid. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsiones tuas terminos terræ, & multa his ſimilia. Iudæis (inquam) de patrum ſuorum ſeruorum Dei ſuperbientibus meritis, hominum quoque ſenſatorum iudicio iuxta prædictam rationem non diſſentiente, dicendũ hoc eram: Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis, nec aliter liberi eritis. Deinde & Gẽtibus hoc idem prædicandum vniuerſis, nulla (vt ait Apoſtolus) habita diſtinctione Iudæi & Græci. Omnes enim (inquit) peccauerunt, & egent gloria Dei. Animaduertenda nunc eſt diligenter literæ ſeries. Eccè hoc vltima concluſio innuit, quod niſi filius nos liberet, non poſsimus veræ eſſe liberi. Erat autem illud prima propoſitione conſtitutũ, quod veritas liberaret nos. Ait enim: Et cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Hanc ſententiam oppugnantibus Aduerſarijs, & dicentibus: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam, dum argumentosè defenditur, ad hoc extrema (vt iam dixi) concluſione peruentum eſt, quod nemo liber ſit, niſi quem liberet Filius. Igitur euidenter conſtat, quod hoc loco conſignificet veritas & filius, quodq; hoc etiam loco veritatem ſe eſſe teſtetur Dei Filius, quo nomine ſeipſum Diſcipulis ſuis manifeſtiùs alibi commendat, dicens: Ego ſum veritas. Nũc vide quouſque victorioſus hic teſtis teſtimonij ſui defenſionem produxerit. Suprà cùm dixiſſet: Ego ſum lux mundi, reſpondent Aduerſarij: Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verũ. Hic econtra conſiſtens, nõ tantum teſtimonium ſuum eſſe verum, ſed etiam profitetur ſe eſſe veritatem. Sequitur. [Scio quia filij Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non capit in vobis. Poſtquam obiectionis eorum poſteriorem partem diſſoluit, illam ſcilicet qua dixerant: Et nemini ſeruiuimus vnquam, nunc priorem, illam ſcilicet, quam intollerabilem ſpirãtes ſuperbiam defleuerant, dicendo: Semen Abrahæ ſumus. Idcirco autem ita diſſoluendas præpoſterauit partes, quia de hac maxima ſuperbiæ materia plura dicturus eſt. Scio (inquit) quia filij Abrahę eſtis. Quis enim neſciat, quia ſicut Propheta vobis improperat, vos de aquis Iuda, qui fuit Abrahæ pronepos, exiſtitis, id eſt, nõ imitatores paternę virtutis, ſed tantũ ſuperflua fluxæ carnis genimina pullulaſtis? Eſtis ergo filij Abrahæ, ſed quæritis me interficere. Quare? Quia ſermo meus non capit in vobis, id eſt, quia ſic ad audiendum ſermonem meum impatientes eſtis, vt per impatientiam eius mors mea vobis deſiderio ſit. Hoc profectò nimium nimiumque repugnat, ne vos, qui dicimini filij Abrahę, reputemini in ſemine. Abraham in ſermone meo manſit, id eſt, in ſermone, quem de me audiuit, quando dictum eſt ei: Atque in ſemine tuo benedicentur omnes Gentes. Mãſit (inquam) in hoc ſermone, credens & à iuſtitia non deficiens, nec aliquando infirmatus eſt Fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cùm fere centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ, fidelem exiſtimans eum, qui repromiſit. Ita credendo, & in ſermone promiſsionis permanendo, pater multarum gentium appellari & eſſe meruit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Hæc illa eſt in qua vos gloriamini nobiles genero ſitas, & generoſa nobilitas patris Abrahæ, ſcilicet non ex carne, ſed ex Fide: non ex gẽte, ſed ex virtute: non ex propria ſeminis ſui qualitate, ſed ex longanimitate obedientiæ. Nam caro Abrahæ, ſi quæritur, de maſſa præuaricatrice eſt, genus eius Chaldaicum eſt. Secundum hanc partem ſcio, quia filij Abrahæ eſtis. Nunc illud à vobis quæritur, vt veri quoque, & nõ degeneres filij ſitis, id eſt, vt in eodem ſermone meo maneatis, in quo ille manſit, credendo ſcilicet, veniſſe illud ſemen benedictionis, quod ille venturũ credidit, & ſemen illud eſſe me, qui & loquor vobis. Quod vt credatis, ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me pater, faciendo opera in medio veſtri, quę nemo alius fecit, maiora quàm vidit Abrahã, qui credidit.

Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. *Psalm. 92.* *Coloſſ. 2.* *Hebr. 1.* *Psal. 2.* *Roman. 3.* *Filius & veritas conſignificant.* *Ioan. 2.* *Eſa. 56.* *Hier. 7.* *Matth. 21.* *Psal. 117.* *Sacerdos libertatis minister ad alios in ſeipſo ſeruus peccati.* *Eſaiæ 52.* *Ioan. 14.* *Eſaiæ 48.* *Gen. 22.* *Rom. 4.* *Gen. 15.* *Sermo meus nõ capit in vobis.* *Psal. 17.*

At ille ſermo meus non capit in vobis, nullam fidem apud vos inuenit, nec tantum terrę bonę in petroſis ſaxoſisq; ac duris cordibus veſtris, vbi radicem exiguam figere poſsit, quod videlicet à fructu promptũ eſt agnoſcere, dum vos quæritis interficere me, ſermonem eundem non ferentes audire. Igitur ſcioquidem, quia filij Abrahæ eſtis, ſed filij alieni: filij: inquam, alieni & inueterati, & claudicatis à ſemitis veſtris, vtpote deteriorem partem generis Abrahæ, ſcilicet carnem extollentes: fidem autem eius in qua, vel per quam ille nobilis eſt.

Præter A-braham a-lium erat Iudæis illis pa-ter s. diabolus.

eſt,abnegantes. Proinde iam de illo patre mihi vobiſcum agendum non eſt,quia prolius erat Iudæis illis pater. Nam & propter ea magis perſequebãtur (inquit Euãgeliſta) quia Patrem ſuum dicebat Deum,æqualem ſe faciens Deo. Cùm igitur tam manifeſta diuiſione facta, Patrem ſuum Deum, patrem autem illorum ſignificet Diabolum, quid adhuc Iudæi cunctantur, quid percontantur? Sequitur enim. [Reſponderunt & dixerunt ei: Pater noſter Abraham eſt.] Profectò hæc,& cætera, quæ poſteriùs obijciũt dicentes: Nos ex fornicatione non ſumus nati, vnum patrem habemus Deum,& reliqua inſidiæ ſunt tentationes ſunt,decipulæ & laquei venantium ſunt. Quid enim riſu digni captatores hiant,quid expectant nunc. Verbi gratia,dum dicunt: Pater noſter Abrahã eſt? Videlicet hoc verbum ori eius excidiſſe cuperent, Vt ecõtrario diceret: Abraham pater noſter non eſt. Nam quantæ putas calumniæ ſeſe aditum repperiſſe gauderent? Vtique negatorem illum adoptionis, & Teſtamenti, & Legiſlationis, Moyſi quoque & Patrum,& omnium quæ ex Abraham gens illa ſeſe habere credebant,cõclamarent: Sed fruſtra(inquit Scriptura)iacitur rete ante oculos pennatorum Si ante oculos pennatorum,quantò magis fruſtra iacitur rete ante oculos Herodij ducis eorum? Quomodo ergo inſidias eorum caſſauit ipſe, quo docente, nouerunt Sancti eius prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ, nemini dare vllam offenſionem, vel iuſtè criminandi occaſionem? Sequitur. [Dixit ei Ieſus: Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite. Nũc autem qnæritis me interficere, hominẽ qui vobis veritatem locutus ſum, quam audiui à Deo. Hoc Abraham non fecit.] Quid igitur? Vtique ſumptis vel conceſsis duabus ſententijs,quæ refelli non poſſunt, ſcilicet ea quam præmiſit: Si filij Abrahæ eſtis opera Abrahæ facite, & altera quam addidit: nunc autem quæritis me interficere, quod Abraham non fecit,tertia demum inferenda erat: ergo filij Abrahæ non eſtis, præcedentium ratione eam ſolidante,etiam inuitis Aduerſarijs. Attamen quia necdum omnino mentiti fuerant dicentes: Pater noſter Abraham eſt,adhuc mitiùs ait, concluſionẽ ſupprimens,quæ ſatis poteſt eo tacente ſubaudiri. Non enim ſic per omnia falſum eſt, quod dixerunt: Pater noſter Abraham eſt, quomodo illud, ꝙ paulò pòſt dicturi ſunt: Vnum patrem habemus Deum, quia videlicet Dei, neque per naturam, neque per imitationem filij erant: Abrhahæ autem, & ſi non per imitationem, attamen per carnis naturam filij erant. Et vide quàm iuſta & rationabilis conditio. Si, inquit, filij Abrahæ eſtis, id eſt, ſi vos eſſe filios Abrahæ profitemini, vt ſitis veraces in hac profeſſione, opera Abrahæ facite. Non enim ex eo, quia homines eſtis, quod naturæ eſt, nec ex eo, quia ſub corruptione mortalitatis cum peccato naſcimur, quod infelicitatis eſt: non, inquam, ex hoc vel ex illo eſtis filij Abrahæ, ſed filij Adæ, nec ex eo, quòd vos ſin dolore peperẽrũt matres veſtræ, filij eſtis Saræ, ſed filij Euæ. Hæc enim omnia non ex Abraham & Sara, ſed ex Adam initium habent & Eua. Opera ergo Abrahæ facite,id eſt,illam quam primus habuit Abraham, vos quoque Fidem habete. Hoc nempe eſt opus Dei, vt credatis in eum, quẽ ille miſit, ad imitationem patris Abrahę credentes ei, qui repromiſit.

Ioan. 8. *Rom. 1.* *Prou. 1.* *Pſal. 103.* *Matth. 10.* *2. Cor. 6.* *Ioann. 6.*

Alioquin cum circuncifione veſtra inter Sodomitica reputabimini præputia, eritiſque, iuxta Prophetam, Principes Sodomorum & populus Gomorræ,eritq; pater veſter non Abraham, & mater veſtra non Sara, ſed, iuxta Prophetam alium, pater veſter Amorræus, & mater veſtra Cæthæa. Circunciſio namque (ſinè qua pater Abraham iuſtificatus eſt, & appellatus eſt amicus D E I) & Legales Cærimoniæ, vel ſacrificiorum ritus, & his ſimilia, quia tam malo, quàm bono ſpiritu vel mente poſſunt fieri, non faciunt de filijs Adæ filios Abrahæ, vel de inimicis amicos Dei, ſed Fides & Præcepta iuſtitiæ, quæ ſcripta ſunt in Tabulis digito D E I, quæ & antequam ſcriberentur Abraham obſeruando, lege naturali, necdum circunciſus, factus eſt

Eſai. 1. *Ezech. 16.* *Gen. 15.* *Rom. 4.*

eſt amicus Dei. Nunc autem queritis me interficere, hominem non qualicunque pro cauſa vobis odioſum, ſed quia veritatem vobis locutus ſum, veritatem inquam, quam audiui à Deo, id eſt, ſermonem bonum, quẽ non, vt Propheta mendax arrogantia deprauatus, per tumorem animi confinxi, ſed audiui à Deo, antequam naſcendo apparerem inter vos, ſicut legitimis ſignis cognoſcere poteſtis & vos. Nam omne quod loquor ego, loquor in nomine Domini, & quodcunque prædico verbum in nomine Domini, ſit: hoc vobis ſignum cognoſcendæ veritatis Lex poſuit.

Deut. 8.

Me, inquam, talem hominem quæritis interficere, hoc Abraham non fecit, longè aliam mentem in ſua Fide, longè alium habuit ſpiritum, imò econtrarium huic ſpiritui, quo vos quæritis me interficere. Ille conſummandus & hinc exiturus, non acceptis promiſsionibus, à longè me aſpexit oculis Fidei, à longè me ſalutauit flens, & confitẽs beatos fore oculos, qui eum Fide viſuri erant. Hæc tempora, quæ vos videtis, viſuri & crediturí in me, quem vos interficere quęritis. Proinde poteram ego vos concludendo ſic inferre, ergo pater veſter Abraham non eſt, ſed concluſionem hanc relinquam lapidibus, qui futuri ſunt filij Abrahæ, qui & eloquentes facti, me tacente, vobiſq; non reſpondente, iudicabunt vos nequaquam eſſe filios Abrahæ. Sequitur. [Vos facitis opera patris veſtri.] Poſtquam Iudaicam ſuperbiam vno cornu militauit, iterum proponit vt arietis, quem per impatientiam ſuam rurſus in ſe irruiturum nouerat, ordinata diſputatione reſiduũ cornu confringat. Duobus quippe cornibus contra veritatem arietabant, patrem Abraham patremq; Deum ſe habere iactitantes, & idcirco libertate, qua veritas eos liberaret, ſe non indigere mentientes. Iterum ergo cauſam conſtituit, vt per duellionęs ſuos, quos inſtare videbat, ſuis ipſorum conatibus fatiget ac deijciat. [Dixerunt itaq; ei: Nos ex fornicatione nõ ſumus nati, vnum Patrẽ habemus Deum.] Ecce manifeſtiùs irati, & cum iurgio tumentes, totas vires ſuas in ventum cum amaritudine & clamore effuderunt. Nos, inquiunt, ex fornicatione non ſumus nati, vnum patrem habemus Deũ. Quod duobus modis intelligendum eſt, Primum videlicet quòd ſecundum cõſuetudines ſcripturarum quas legebant, hoc, quod Dijs multis & falſis anima, tanquam proſtituta, ſubijcitur fornicationem appellantes, ita reſpõderunt: nos ex fornicatione non ſumus nati, &c. Deinde verò quoniam hæc diſiuncta ſunt, nec etenim ita dixerunt: Nos ex fornicatione non ſumus nati, ſed vnum patrem habemus Deũ, magis de carnalibus carnalia ſentientes, nobilitatem carnis adhuc illos iactitare arbitramur, dicentes: Nos ex fornicatione non ſumus nati, vt ſubaudias quemadmodum cæteri filij, qui non ex concubinis nati ſunt. Tã quam dicerent: Non tu indoctè ſingularem noſtri generis dignitatem aduertiſti. Nos non ſumus vt cæteri, quos Abraham pater noſter genuit filij concubinarum, hæreditate patris indigni, vt Iſmaël & alij, quos ex Cęthura genuit, ſed ſumus ex legitimo Saræ cõiugio nati, cuius filium ſolum Deus elegit, vt eſſet Deus eius. Pactum verò, inquiens, meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara. Iſte vnus filius legitimus Deum patris ſui, ſimulq; cuncta, quæ poſſederat hæreditauit, ſicut ſcriptum eſt: Deditq; Abraham cuncta, quæ poſſederat Iſaac, filijs autem concubinarum largitus eſt munera. & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc ipſe viueret. Itaque nos ex fornicatione non ſumus nati, vnum patrem habemus Deum. Et nota ſuperbiæ mixtam amaritudinem dicẽtium. Nos ex fornicatione non ſumus nati, cùm ſatis eſſet dixiſſe: nos ex Iſaac, & non de aliquo ex filijs concubinarum ſumus nati. Omnes homines oderunt, & excæcati odio fratrum ſuorum, id eſt, qualiumcunque Abrahę filiorum, nec ipſi patri, de quo plurimum gloriantur, parcere potuerunt: fornicationem appellantes concubitum fœminarum, nulla Scriptura culpatum, vtpote non tam pro libidine, quàm pro amore poſteritatis initum. Sic & filij Galaad præ ſuperbia non viderunt, quòd appellarent patrem ſuum adulterum, dicentes ad Iephte fratrem ſuum: Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de adultera matre generatus es. Et audent cum hac amaritudine, ſic inſlati ſenſu carnis ſuæ Deum appellare patrem ſuum, ſubiungendo: Vnum patrem habemus Deum, videlicet elementa Dei abutentes in ſuperbiam: verbi gratia, dicentis ad Pharaonem: Dimitte filium meum primogenitum. Ad quem ſcilicet Deum & Eſaias: Tu enim, inquit, Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſraël ignorauit nos. Tu Domine pater noſter, redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum. Ad Iſraël autem Moyſes in Deuteronomij cantico: Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit & fecit & creauit te? Et multa in Lege & Prophetis his ſimilia. Et quidem iſtorum, qui ſe Iudæos eſſe dicunt, & non ſunt, ſed Synagoga Sathanæ, magna & ſingularis ſuperbia eſt, ita vt meritò de illis Filius Dei dicat: ſalua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam: iſtos Iudæos propter crudelitatem leonis, propter ſingularem ſuperbiam appellans vnicornes. Veruntamen & reuera gentis huius magna & ſingularis nobilitas eſt. Tantummodò, quòd iſti dicunt, furore & odio cęci, nos ex fornicatione non ſumus nati, ſicut decet filios Abrahę dicant honeſtiùs ſic: Nos nõ, vt cæteri, quos pater noſter Abraham genuit, ſecundum

Matt. 3. *Iud. 11.* *Vnum patrem habemus Deum.* *Gen. 17.* *Gen. 25.* *Exod. 4.* *Eſa. 63.* *Deut. 32.* *Apoc. 5.* *Pſal. 12.*

Duplici ſenſu dicti poſtuit, nos ex fornicatione non ſumus nati.

Heb. 11. *Luc. 10.*

carnem

carnem sumus nati, vt veraciter adiungant,
Gal. 4. vnum Patrem habemus, Deum. Etenim qui de ancilla natus est, inquit Apostolus, secundum carnem natus est, quia videlicet natura carnis est, vt ex viro, quamuis grandæuo concipiat iuuencula, qualis erat Agar. Item sentiendum est & de Cæthura, quam tamen Hebræi candē scilicet Agar fuisse autumant, licet Scriptura plures quàm vnam fuisse concubinam patenter innuat, dicendo:
Gen. 25. filijs quoq; concubinarum largitus est munera. Vt autem de viro veterano, qualis erat Abraham, quando genuit Isaac, concipiat anus, præsertim sterilis, qualis erat Sara,
Galat. 4. hoc non capit carnis natura. Vnde Isaac idē Apostolus rectè dicit natū per repromissionem, id est, per donum Dei, non per carnis consuetudinem. Igitur gens illa, gens vnicæ nobilitatis extitit, quæ respectu patris sui Isaac dicere potuit, nos secundum carnē non sumus nati, vnùm patrem habemus Deum, sola gens Idumæa, id est, filiorum Esau, pariter hoc dicere potuit, nos secundum carnē non sumus nati. Verum id, quod additum
Malac. 1. est, vnum patrem habemus Deum, illos secernit, Deo dicente: Iacob dilexi, Esau autē odio habui, quia videlicet dignus odio habui, & ab illa nobilitate generis, in fornicationem idolorum declinauit. Proinde nihilò meliores eis isti sunt, qui nunc dicūt, nos ex fornicatione non sumus nati, quia profectò & si hoc verum dicunt, mentiuntur subiungendo, vnum patrem habemus Deum. Quos fallaces, quàm fortiter, quamq; suauiter filius, idemque sapientia Dei patris, refellerit audiamus. [Dicit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me. Ego enim à Deo processi & veni. Neque enim à meipso veni, sed ille me misit.] Hæc duo disiuncta irreuerēter impingentes obiecerant, & quòd non ex fornicatione essent, & quòd vnum Patrem Deum haberent. Sed de illa parte gloriæ, qua in carne Abrahæ gloriabantur, satis illis respōsum est. Ergo reliquam partem obiectionis, qua dixerant, vnum patrem habemus Deum, falsam arguere ingreditur, dicens eis: Si Deus pater vester esset, deligeretis vtique me. Notandum primō, quia neque dicentibus illis, pater noster Abraham est, ita respondit, vt diceret: pater vester Abraham non est: neque nunc objicientibus ac dicentibus, vnum patrem habemus Deum, ita respondet, vt dicat: nō habetis patrem Deum. In illo namq; populo aliqui erant, & plurimi fuerant, qui opera Abrahæ facerent, & proinde non solùm filij Abrahæ secundum carnem, sed & filij Abrahæ & filij Dei essent secundum fidem. Itaque non præcipitem dat sententiam, vt
Rom. 19. dicentibus, pater noster Abrahā est, statim resultet, pater vester Abraham non est: vel dicentibus, vnum patrem habemus Deum, statim è contrario dicat, patrem non habetis Deum: sed priùs culpam designat, vt illos tā tùm, quorum culpa est rationabiliter & ordinatè filios Abrahæ non esse, vel Deum patrem non habere ostendat.

Si, inquit, Deus Pater vester esset, diligeretis vtique me. Nihil verius. Et enim hæc æqualia sunt, Deum Patrem habere, & Dei Filium diligere: & ita consequuntur inuicem, & cohærent sibi, vt neutrum sine altero stare vel esse possit. Vnde & reciprocari & conuerti possunt hoc modo: Si Deus Pater vester esset, diligeretis vtique me, & si diligeretis me, Deus vtique pater vester esset. Omnes enim filij Dei inuicem diligunt, vtpote vnum habentes adoptionis Spiritum. Siquidem nec aliter filij Dei esse possent, nisi habendo dilectionem adinuicē. Amplius autem & incomparabiliter illum vnum & vnicum, propriumque & consubstantialē Dei Filium omnes diligunt, vtpote per quem eū dem adoptionis Spiritum percipere meruerunt: quia quod solus erat per naturam, hoc multis fratribus indulsit, vt filij Dei nominentur & sint per gratiam. In huius dilectione vnici Filij, Deus Pater suos filios adoptionis discernit à filijs Diabolo. Rectè ergo ait, si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me, & adiecit causam, propter quam iure debeat diligi. Ego enim, inquit, à Deo ap- *Ego enim à Deo processi.*
cessi & veni, processi, inquam, ex Deo, factus visibilis, qui eram inuisibilis: processi à Deo & veni, impleta Scriptura, quæ dicit: *Psal. 18.*
& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Neque enim à meipso veni, vt sæpè iam dixi, quod videlicet faciunt Prophetæ mendaces, qui cuncta confingunt per tumorem animi sui, arrogantia deprauati, sed ille me misit. Hoc vobis iam sæpè dixi, & labo- *Deut. 18.*
raui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. *Psal. 68.*
Dico ergo. [Quare loquelam meam non co- *Testimonia Christi de*
gnoscitis? Quia non potestis audire sermo- *seipso.*
nem meum.] Hæc loquela mea est, & hoc testimonium meum, quia ego sum lux mūdi, & Quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater, & quia ego non de deorsum, neque, de hoc mundo, vt vos, sed de supernis sum, & quia Principium ego sum, qui & loquor vobis, & quia à Deo processi & veni. Neque enim à meipso veni sed ille me misit. Quare istam loquelam meam non cognoscitis? Quare in statera rationis non appenditis, vt sciatis, vtrum vera an falsa sit? Nunquid Legem non habetis docentem, & signum vobis dantem, quo cognoscere debeatis verbum Prophetę quē Deus non misit? Habetis planè, sed hoc interest quòd nō potestis audire sermonē meum, videlicet præ odij magnitudine, quò vobis gratus sum ego ad videndum, & sermo meus ad audiendum. Non ergo mirum, quòd loquelam meam non cognoscitis, quia nolentes intelligere, nimis ad audiendum impatientes estis. Omnes, quorum Deus pater est,

Eccle. 21 est, sic possunt audire sermonem meū, quo potest esuriens delectabilem capere cibum. At verò si vobis est loquela mea sicut sarcina in via, & auditum sermonis mei ferre nō sustinens, graue cor vestrū, quasi præ labo-
Moderatio Christi in sermone. re succumbit. Quis igitur pater vester sit, ego hactenus tacui, & vobis molestè interpellantibus ac dicentibus, semen Abrahæ sumus, liberi sumus, pater noster Abrahā est, siluiam nunc vobis Deum patrē vestrum esse mendaciter iactitantibus, sicut parturiens loquor. [Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.] Quis dignè queat admirari veritatem & mansuetudinem Filij Dei, rem tam magnam tanta cum suauitate peragentis, tantumq; iustitiæ fulmen absq; contentionis tēpestate iacientis? Ecce veritatem loquens, quam audiui, inquit, à Deo, in tota concertatione mendacij resistētis, nusquā affirmationi negationē, vel negationē opponit affirmationi, q̄ solet esse initiū cōtentionis, sed quasi per circuitū gyrans, & litigiosæ frontis occursum deuitans, tandē cellum & erectum superbię verticem percutit. Dixerunt, nemini seruiuimus vnquam, non dixit econtra: falsum est, seruitis enim Romanis, vel serui estis peccati. Deinde pater noster, inquiunt, Abrahā est, non respondit econtra: pater vester Abrahā non est. Item & hoc dicere ausi sunt, vnum patrem habemus Deum, non oppositum ita: nequaquam patrem habetis Deum. Nusquā contētiosè occurrit, sed circuitu sanæ & iustæ rationis eos, qui sibi videbantur sapientes, in astutia eorum comprehendens, acerbius eos, quàm æstimare poterant, percussit
Iob. 5. dicens: Vos ex patre Diabolo estis.

Rectè ergo Deus Pater cùm per Prophetam de hoc electo puero suo dixisset, dedi
Esai. 61. Luc. 4 Spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet, statim adiecit: non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur foris vox eius, &c. Fortè dices: Quomodo nō clamauit, nec audita est vox eius in plateis, cuius vox est hæc tam magna tamq; terribilis: vos ex patre Diabolo estis? Ad hęc inquam, Vox planè magna hæc est & terribilis, quæ vsq; hodie auditur in vniuersis terris, in testimonium omnib. illis, qui similes Iudæis, id est, inimici sunt veritatis. Veruntamen cū vbiq; audita sit, & ad hoc prolata fuerit, vt vbiq; debeat audiri, non tamen audita est in plateis, non sonuit in triuijs. Quia tam rationabiliter edita est, vt nullam exinde habuerint occasionem indocti turbæ popelli, contendendi in plateis vel compitis, dicendo, quia hic homo negat Abraham patrem esse nostræ gentis, vnumq; patrem negat nos habere Deum, & hęc atq; huiusmodi loquitur aduersus Moysen & genus nostrum. Vox ergo eius non est audita in plateis, eo modo, quo voluissent hi, qui tentabant eum Aduersarij sui: & tamen sic audita est vniuerso orbi, vt cunctis hominib⁹ exemplo sint tali pro suis meritis sentētia denotati: vos ex patre Diabolo estis. Quod eius exemplo nos imitari, scilicet vt contentiosos in causa vtili arte præueniamus, veteris quoq; historiæ mysterio cōmonemur. Legimus enim, quia cùm ascendissent Philistęi aduersus Dauid, & diffusi essent in valle Raphaim, consulenti Dauid, Dominus respondit: Non ascēdes obuiam eis, sed gyra post tergum eorum, & veniens ad eos ex aduerso pyrorum. Philistæi namque, quod interpretatur, potiōe cadentes, tunc in valle Raphaim. i. curationū, diffunduntur, quando sanctam Ecclesiam, in qua est vera animarum cura, & cognitores suos veritas à vetusto peccati seruitio liberat, contentiosi opprimunt, quibus meritis exigentibus, miscuit Dominus calicem soporis, & spiritum vertiginis, vt fiat via illorum tenebræ & lubricum, & apprehēdat eos laqueus, & in ipso cadant, quem absconderunt, contra quos tunc Dauid non ascendit, sed gyrat post tergum eorum: cùm Ecclesiasticus vir, quantum potest, contentiones declinans, secundum Apost. dicentem, si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominib. pacem habentes, dicta sua moderatur competenti circuitu rationis, vt & veritatem defendat, & tamen litigiorum flāmas augescere non faciat. Hoc in Domino nostro præ cunctis hominibus mirandum est māsuetudinis indicium: quia nunquam vlli Aduersariorum ex oppositō repētè occurrit, sed semper Aduersarios à lōgè rationum circundat agminibus, quas erumpere nullius astutia possit, sicut in præsenti disputatione diligentiùs considerāti, luce clariùs fit. Et vide quanta mora circuitos quàm terribiliter tandem percutit, dicens: Vos ex patre Diabolo estis, præeunte causa pariter & subsequente, cùm & præmittit, nunc autem quæritis me interficere, & denuò subiungit. [Desideria patris vestri vultis facere.] Ita nemo in illa gēte erat, qui putaret ad se pertinere quod dicebat, vos ex patre Diabolo estis. Hac etenim causa posita, non sine authoritate Scripturæ talibus filijs Abrahæ veritas hoc dixit. Si enim qui contra sanguinē
3. Reg. 21. Naboth Iezrahelitę falso testificati sunt, rectè filij Diabolo dicti sunt, sicut scriptū est: prædicauerunt ieiunium, & sederefecerunt Naboth inter optimates populi, & adductis duobus viris filijs Diaboli, fecerunt eos sedere contra eum. At illi, scilicet vt viri Diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram omni multitudine, quanto magis isti rectè filij Diaboli dicendi erant, qui & hominem longè, imò incomparabiliter meliorem, quàm Naboth, interficere quærebant, & adhuc Deum patrem suum dicebāt? Nec ista ergo talis enuntiatio calumniæ patebat, quam de causa simili sacræ Scripturæ auctoritas dudum promulgauerat. Nec dubium quin

Hæreticinō cōtentiosis verbis, sed rationū gyro vincendi sunt.
Esa. 19
Psal. 34
Rom. 12
Artificiosa disputatio Christi.
Non omnis seruus peccati est filius diaboli.

quin ſicut naturalis ratio vltro quoq; præſentit, maioris iræ ſit, dici vel eſſe Filiũ Diaboli, quã ſeruum peccati, vnde ſuprà dixit: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Nam omnis quidem filius Diaboli ſeruus eſt peccati: non autẽ omnis ſeruus peccati propriè dicitur filius Diaboli. Etenim cùm omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, differt tamẽ plurimùm, vtrùm optet liberari quis, & pro hoc ſupplicet liberatori, an ipſum peccatum diligat, & conditiones libertatis oderit, ſicut econtra non parum differt, vtrùm timore pœnæ, an timore iuſtitiæ bonum opus faciat quis. Itaq; ſicut maioris eſt gratię, dici vel eſſe filios, quàm ſeruos Dei, ſic econtrà maioris eſt iræ, quod nunc veritas ait inimicis ſuis: Vos ex patre Diabolo eſtis, quã quod ſuprà dixit: Omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Proinde ſicut hi, quorum de cordibus perfecta charitas foràs miſit timorem, rectè nominantur & ſunt filij Dei: ſic econtrà iſtis, quia diligenter faciunt iniquitatem, odientes & interficere quærentes liberatorem, rectè dicitur: Vos ex patre diabolo eſtis, quia videlicet illi, non tantũ peccatum faciendo obſequimini vt ſerui, ſed & peccatũ veſtrum defendẽdo, libenter adhęretis vt filij, & deſideria eius vultis facere, ſcilicet ad modum filiorum, qui libẽter exquirunt, vt faciant quod patri ſuo ſit delectabile. Et quænam ſunt eius deſideria? [Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ ſtetit, quia veritas in eo non eſt.] Dici nõ poteſt: quanta moderatione hic à ſecunda perſona Dei Filius ad tertiam tranſit, atque à præſentibus filijs Diaboli quodammodo auerſus, quaſi abſẽtem in patrem inuehitur, videlicet verba clamori atque amaritudini viciniora deuitans, ſicut antiquam & maturam decet Dei ſapientiam. Planè etenim amariùs ſonuiſſet, præmiſſo: Vos ex patre diabolo eſtis, ſi ita ſubiunxiſſet: Et vos ex eius imitatione homicidæ eſtis, & veritas in vobis non eſt, quã cùm hoc modo tranſiens ad tertiã perſonã dicit: ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ ſtetit, quia veritas in eo non eſt. Decentiùs ergo perſonis commutatis ſententias edicit, nec tamen magis iſtis filijs diaboli parcit, dum patrem attingit, quã tu cuilibet homini dum illum in dorſo, hue circa lumbos cædere incipiẽs, repentè in caput fuſtem conuertis. Ille inquit pater veſter homicida (ſubaudis vt nunc eſt) erat ab initio, id eſt, ex quo conditus eſt homo. Videtur enim non rectè dici homicidã fuiſſe illum, antequam eſſet homo, qui poſſet occidi. Veruntamen ſi ita proprietatem ſequamur dictionis, nec ex eo Diabolus homicida propriè videbitur dici, quòd hominem ſeduxit: Quid enim propriè eſt hominem occidere, niſi animã à corpore ſeparare? At ille non à corpore animam hominis, ſed quidem, propter quam vtile eſſet, hominẽ mortalem eſſe, Diabolus intulit, ſed ipſam mortẽ corporis Deus peccatori homini miſericorditer impoſuit, videlicet vt per ipſam mortẽ eſſet recuperabilis, ne eſſet hominis æquè vt diaboli miſera immortalitas, vel miſeria immortalis, æterna miſeria vel miſera æternitas. Igitur ſi ad proprietatem vocis ſpectes, Diabolus humanæ animæ corruptor carniſque vitiator, homicida tamen propriè dici non poteſt, alioquin & omnem corruptorem hominem, Verbi gratia, eum qui Hæreſim docuit publicè, homicidã declamaremus, & tanquam de homicida publicũ iudicium poſtularetur. Proinde quoniam & de ſuijpſius interfectione nunc loquitur Filius Dei, præmittens: & deſideria patris veſtri vultis facere, proprietate vocis nunc interim poſtpoſita, nomine homicidę antiquum Diaboli odium intelligere nihil vetat, quo & ante hominem cõditum ſe intorſit aduerſus eundem Filium Dei, quem nunc hominem factum deſiderabat, & feſtinabat interfici, præſertim cùm & ea quę ſequuntur: Et in veritate non ſtetit, &c. ante hominem in Diabolo euenerint. Et reuera mox vt contra Filium Dei, qui ſolus ſimilitudo Patris eſt, ſuperbo tumeſcens odio, dixit in corde ſuo: Similis ero altiſſimo, quoniam odium illud per manus Iudæorũ homicidio conſummandum erat iam, tunc in conſpectu patris, & ipſius qui hæc loquitur Filij homicida erat. Igitur dum homicidis filijs homicida pater oſtenditur, vt per ignorantiam patris ſtultitia filiorum arguatur, eidẽ diabolo rectè vnum homicidium cõputatur, quòd à patre mala voluntate inchoatum, maligno per filios odio conſummatur. Quia filijs ſemetipſũ nũc obiecerat paſſibilis factus, qui patrẽ illorũ è cęlo delecerat, vn⁹ idemq; Dei & Hominis Filius: Ille, inquit, homicida erat. Quid deinde? Et in veritate, inquit, non ſtetit, quia veritas in eo non eſt. Hoc eſt quod prædixi, dignis in patre ſuo ſententijs feriũtur filij Diaboli. Nam quia propoſitio dicẽtis ſuperiùs: Si vos manſeritis in ſermone meo, verè Diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos, nõ placuit eis, rectè & opportunè illud opprobrium patris impingitur eis: quia in veritate non ſtetit. Et hoc quidem notum eſt, quia non ſtetit, quia pes eius, pes ſuperbiæ motus eſt, & cecidit, & de Angelo Diabolus factus eſt. Sed quid eſt ſtare in veritate? Primùm ipſam veritatem non aliud intelligimus, niſi ipſum Dei Filium, qui hæc loquitur. Nam & ſuprà cum primo ſic propoſuiſſet: Et veritas liberabit vos, ſic tandem concluſit: Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Ergo quod ait: Et in veritate non ſtetit, idẽ eſt ac ſi dixiſſet, Filium Dei, verbũ Dei, per quod factus eſt ipſe (etenim omnia per ipſum facta ſunt) non dilexit. Stare namq; in veritate, idem eſt quod veritatẽ amare: ſtare vel eſſe in Chriſto, idem eſt, quod Chriſtum diligere. Sciẽdum quippe eſt, quia prępoſitiuncula, in, ſemper conglutinationem dilectionis ſignificat, ita vt nunquam Deus in aliquo niſi electo & dilecto, nunquam aliquis niſi electus & dilectus in Deo, ſiue in Chriſto, velut nunc in veritate ſtare aut eſſe, autoritate ſacræ Scripturæ dicatur. Igitur prę miſſo quia ille homicida erat, ſtatim ſubiungitur: & in veritate non ſtetit. Vniuerſa iniquitas eius explanari per partes inchoatur, quæ primo nomine, quod eſt homicida vniuerſaliter exprimitur, ſicut & Paulus de filijs huius loquens, cùm dixiſſet: Repletos omni iniquitate, mox eiuſdẽ iniquitatis multas ſpecies digeſſit, ſubiungendo: malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, &c. Et in veritate, inquit, non ſtetit. Quare? quia veritas in eo non eſt. Hic iam plerique longum funem texentes, quærunt & hoc, quare veritas in eo non eſt? Nunquid enim (aiunt) veritas, nulla præcedente Diaboli cauſa, creaturam ſuam reliquit, & in illo eſſe noluit, atque idcirco ille in veritate ſtare non potuit? Abſit. Repugnat valdè textus & ordo literæ præſentis. Primùm enim dictum eſt: Ille homicida erat ab initio, ac deinde ſubiunctum eſt, & in veritate non ſtetit, quia veritas in eo non eſt. Itaque ſi quæras, quare in veritate non ſtetit? Reſpondemus, quia veritas in eo non eſt. Si quæras, quare veritas in eo non eſt? Dicimus quia ille homicida erat. Hoc etenim Diabolo eſt in veritate non ſtetiſſe, eò quòd in eo veritas nõ ſit, quod eſt iſtis filijs eius Iudæis non manere in ſermone dicentis: Si vos mã ſeritis in ſermone meo, verè Diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos: non manere, inquam, in ſermone eius, propterid quod poſtmodum improperat illis dicens: quia ſermo meus non capit in vobis. Quæſiuit autem ipſe cauſam ab illis, cur ſermo ſuus non capiat in eis, dicens: Quare loquelam meam non cognoſcitis? Et protinus reſpondit: Quia non poteſtis audire ſermonem meum, id eſt, prę immenſitate homicidalis odij, grauis & intolerabilis loquela mea vobis eſt ad audiendum. Igitur & pater ipſorum Diabolus idcirco in veritate non ſtetit, quia veritas in eo non eſt, id eſt, in eo non capit, & idcirco veritas in illo non eſt, quia homicida eſt ab initio, veritatem quę eſt ipſe Dei Filius, ſem per abhorrens ineffabili odio. Proinde patenter exigit intentio dicentis, vt ſingulis, quæ de patre illorũ Diabõlo dicuntur, ſingula de ipſis filijs eius hoc modo ſubaudita reddantur. Ille pater veſter homicida erat ab initio, & vos nunc hæreditario me quæritis interficere odio. Ille in veritate nõ ſtetit, & vos eadem ſuperbia permoti, non vultis manere in ſermone meo, vt veritas vos liberet, & verè liberi ſitis. In illo veritas nõ eſt, & in vobis ſermo meus non capit, & vos loquelam meam non cognoſcitis. Sequitur. [Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius.] Præcedens clauſula ſic terminata eſt, quia veritas in eo non eſt. Conſtat autem, quia creatura rationalis, in quacunq; veritas non eſt, mendacium loquitur. Nihil enim eſt medium. Et idcirco neceſſe eſt, vt in quocunque veritas non eſt, contrarium eius, id eſt, mendacium in illo ſit. Non igitur opus erat, vt cùm dixerit: quia veritas in eo non eſt, ſubiunxerit, in illo eſſe mendacium, vel eundẽ loqui mendaciũ, ſed hoc ſolùm dici & audiri res poſtulabat, vnde audieritvel didicerit mendaciũ. Itaq; rectè poſtq̃ dixit: Veritas in eo nõ eſt, ſic annexuit: Cũ loquitur mendaciũ, ex proprijs loquitur, quia mẽdax eſt & pater eius. Cũ loquitur, inquit, mendaciũ. i. cùm loquitur aliquid quod ſine dubio eſt mẽdacium. Omne enim quod loquitur iſte mendax homicida, mendacium eſt, etiam ſi ſit aut eueniat quippiã eorum, quæ eſſe vel futura eſſe dixerit. Nihil enim corde ſimplici, nihil omninò loquitur abſque intentione fallendi. Primum eius dictum, quod ex ſanctis Scripturis habemus, nec eſt, nec erit, ſcilicet, quod ait: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Quis enim in nubib. æquabitur Domino, aut quis ſimilis erit Deo inter filios Dei? Secundum nihilominus quod dixit: Comedite, & eritis ſicut Dij, nec eſt, nec erit: Quis enim, inquit Pſal. ſicut Dominus noſter, qui in altis habitat? At verò quod eum dixiſſe legimus: Si filius Dei es, mitte te deorſum, ſcriptum eſt enim: Quia Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum, eſt quidẽ ſcriptum, ſed cum intentione fallendi duplici corde hoc dixit, videlicet vt cor filij hominis, quem ſanctum eſſe inuidebat, in vanam gloriam efferret. Igitur mendacium eſt, omne quod hic homicida loquitur. Sed vnde mendacium accepit, vel didicit? Ex proprijs, inquit, loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Sic breui deſcriptione Diabolũ mendacem expreſsit, vt totius mali originem ſatis intellectum habentibus aperuerit, vnde cœpta ſit: Mendacium, inquit, Diabol⁹ ex proprijs loquitur, id eſt, ex proprio corde confingit, & ita mendax, vt mendacij quoque pater ſit. Ac ſi diceret: Idcirco dixi Diabolum mẽdacem mendacium loqui ex proprijs, quia pater eius eſt, ſubaudis mendacij. Pater autem dico, id eſt, autor & inuẽtor. Superbia namque tumens, maluit refuga fieri pater mendacij, quàm apud altiſſimum patrem veritatis perſiſtere inter filios Dei. Et hoc modo pater mendacij illud ſibi videbatur adipiſci, quod dicebat in corde ſuo: Similis ero altiſſimo, ſi cùm ille veritatem de

Moderatio definitionis

Ille homicida erat ab initio.

Vnũ homicidium diabolo & Iudæorum.

Idẽ mores Diaboli & Iudæi.

1. Ioan. 4.

Rom. 1.

Quia veritas in eo nõ eſt.

Eſaiæ 14.

Pſalm. 88.

Gen. 3.

Pſal. 112.

Matth. 4.

Pſalm. 90.

Eſaiæ 14.

Mendaciũ nõ debet dici filius dei, ſicut veritas dicitur filius dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem de seipso genuisset, ipse econtrario mẽdacij pater existeret. Quid ergo inquis? Nunquid quia Diabolus pater dicitur mendacij, mendacium econuerso dicendum est filius Diaboli, sicut qui altissimus dicitur Deus, & est Pater veritatis, veritas econuerso dicitur, & est Filius Dei? Non. Nec enim mendacium substantia est, ideoque vt eque veritati Dei, quæ proculdubio substantia est, hoc nomen quod est filius illi substantialiter aptari potest. Aliter altissimus pater veritatis & aliter Diabolus dicitur pater mendacij, aliterque veritas altissimo, atque aliter mendacium inest Diabolo. Veritas quippe substantia est, & consubstantialiter de secreta altissimi substantia nata est: mendaciũ verò tanquam rubigo argenti, sic Angelicę creaturæ accidens est. Diciturque & est Deus pater veritatis, vt verè Genitor consubstantialis sibi Filij, per quem omnia fecit. Dicitur verò & est Diabolus pater mendacij, vt accidentis author & inuentor vitij, per quem omnia fecit. Diabolus verò & est Diabolus pater mendacij, vt accidentis author & inuentor vitij, per quod nullam omninò substantiam, & ne muscam quidem, aut extremum vermiculum fecit, sed quędam eorum quæ à Deo facta sunt, nequiter infecit.

Inuectiua contra diabolum.

O stultum & ignominiosum patrem, ô dignè illudendum Diuinæ Paternitatis asimilatorem. Nonne tibi ô creatura petulca satius erat, de viro legitimo, id est, Creatore tuo veritatem, quæ semen est eius, debito cum amore concipere, quàm sexus tui personas, id est, coessentiales spiritus per phantasticos concubitus mendacij fluxu polluere? Cuncta enim rationalium spirituum vniuersitas, cuius tu adulter spurcissime partem magnam polluisti, vna mente vnum virum creatorem suum ambire, suamque inopis naturæ substantiam, tantæ substantiæ semine, quod est veritas, locupletare debuit. Vnde enim sunt omnes filij Dei, nisi quia participauerunt verbo, per quod & facti sunt, quod est vnicus Filius Dei? At tu superbe & impure tanti patris amorem despexisti, & eidem, bonum de corde suo verbũ in subiectam quoque creaturam eructuanti, proprium quid eructuãdo de corde tuo, similis esse affectasti. Sed tam aduersa & peruersa mẽte quid eructuare posses, nisi quod illi verbo contrarium esset? Est autem illud verbum veritas. Quid igitur tu nisi mendacium ebullires? Itaque quemadmodum fœmina naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam, commutans, nullam hoc modo gignit substantiam, sed tantummodo sui & alienorum corporum pollutionem, sic tu, dum relicto Deo proprium quod de teipso generare vis, mendacium quod nulla substantia est, adinuenisti, & per illud tu quidem nil creasti, sed libidini tuæ consentientes spiritus, tuos esse filios, id est, vt tu mendax es, mendaces effecisti. Solus enim Deus, qui cunctis, quæ generant, vim tribuit generandi, substantiam de seipso generare absq; consorte potuit, per quam & in principio cuncta fecit, & nunc vsque quosdam ex hominibus deos, ac Dei filios efficit, beatis cõsimiles Angelis.

Psalm. 44

Ignominiosa cõparatio.

Rom. 1.

FINIS LIBRI OCTAVI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOANNEM COMMENTARIORVM LIBER NONVS.

Prouer. 25

Scrutator maiestatis.

Psalm. 35.

Sapiẽtissimus Salomõ dicit: Sicut qui mel comedit multum, nõ est ei bonum, sic qui scrutator est Maiestatis opprimetur ab ea. Scrutator autem Maiestatis ille est, qui iudiciorum Dei abyssum multam penetrare contendens. Verbi gratia, dum legit vel audit hoc, quod præsenti loco de Diabolo dictũ est: Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est, &c. inextricabilibus semetipsum quæstiunculis nimium temerè & interdum pueriliter obuoluit, dicens? Si cuncta fecit Deus bona valde, vnde malum? Aut quomodo bonæ substantiæ inesse vel innasci potuit? Item, cur,

Gen. 1.

inquit, Deus Angelum illum fecit, quem adinuentorem mali fore præsciuit? Vel certè, cur non talem omnem rationalem creaturam condidit, quam omninò impossibile esset corrumpi, vel in vitium labi? Cur non omnes equè vt semetipsum per naturam inconuertibiles esse fecit? His atque huiusmodi quæstiunculis nimij scrutatores semetipsos implicãtes, quàm plurimi à gloria Maiestatis oppressi sunt, & tanquã multo melle satiati semetipsos commouerunt, vt, Verbi gratia, Manichæi, qui ab initio fuisse dixerunt gentem tenebrarum, quam non fecerit, sed cum qua pugnauerit Deus, & cum detrimento sui superauerit, & inde partem eius, scilicet Dei, id est, electorum animas in isto præsentis vitæ exilio captiuam detineri, & de eiusmodi genere tenebrarum istos

genitos esse, quibus nunc Veritas ait: Vos ex patre diabolo estis, & quicunq; illis sunt similes. Igitur altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, incomprehensibilia iudicia eius, inuestigabiles vias eius, cum Apost. venerantes, hoc solùm iuxta prædictũ

Rom. 11. sapientem dicimus, quia omnia propter se-
Pro. 16. metipsum fecit Deus, impium quoq; ad diẽ
Esaiæ 1. malum, id est, illum quoq;, quem præsciuit

Summa Iudæorũ peruersitas.

malum proprio vitio futurum, fecit propter semetipsum, sciens & hoc vtiq;, quod malitia eius vti posset ipse in bonum. Nunc demum descripto iam patre seminis nequã, filiorumque sceleratorum, quid de semetipso Filius dicat, audiamus. Sequitur. [Ego autem, quia veritatem dico vobis, non creditis mihi.] Illius (inquit) qui homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est, vos desideria facere vultis: mihi autem non saltem creditis, non aliã ob causã, nisi qd veritatẽ dico vobis: Quid

Rom. 1. isto peruersius? quid tali oculo nequius?
Esaiæ 5. Quid magis obliquum aut transuersum, quàm non credere cuiquam, eò quod veritatem dicat, cùm è contrario magis illi credẽdum fuerit, eò quòd veritatem dicat? Sed ne mireris: isti etenim de patre Diabolo sũt. Generationis autem Diabolicæ proprium, hoc est, vt sit mendax & commutet veritatem Dei in mendacium, dicẽdo, scilicet, bonum malum, & malum bonum, ponendo dulce in amarum, & amarum in dulce, vocando lucem tenebras, & tenebras lucem. Isti igitur, quoniam veritas est, & falli non potest ipse, qui dixerat eis: Vos ex patre diabolo estis, necesse erat, vt maximè propter hanc causam non crederent illi, quia veritatem dicebat eis, & idcirco lucem tenebras vocarent, quia lumen suum fundebat inuitis. Sed hoc impudenti contentione astruentes, cito causa cadunt. Nullius enim habent rationis patrocinium. Vnde & subditur: [Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?] Magna planè mãsuetudo Filij Dei, qua percontari dignatur, quis eum de peccato arguere velit aut possit, cùm ipse ad relaxanda peccata venerit, magna nihilominus iustitia, cuius conscientia talem apud maleuolos auditores propositiõem facit, magna itidem & tuta veritas dicentis: Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi. Rectè ergo

Psalm. 44.

Prophetico testimonio Psalmista, cùm dixisset: Intende prospere procede & regna, statim subiunxit: Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Quò autem illum sua in præsentiarũ dextera deducit? Vsq; ad victoriam iudicij, ad confutandas rebelles cõscientias inimicorum Regis. Eò namq; tendit, vt agnoscant, quod in die iudicij nullam inde sint excusationem habituri, quia non crediderunt illi, præsertim cùm nec eodem sic proponente possint obijcere: Feciſti aut facis hoc vel illud. Proinde nec poterant in eum iactare illud, quod iam vulgo dicitur, cuius vita despicitur, restat vt & prædicatio eius contemnatur. Sic & constanter humiles, & humiliter constantes suos quoque Discipulos esse cupit in authoritate prædicationis, cùm dicit: Et quicunq; non receperit vos, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris, in testimonium eorum. Quid enim est prædicatori, puluerem quoq; qui de ciuitatibus reproborum pedibus eius adhæsit, excutere in testimonium eorum, nisi leuia quoq; peccata, sine quibus humana nõ potest omninò vita transigi, publicè plangere, & quotidianis hæc emundando remedijs, de cætero vestimenta sua, id est, membra totius corporis, ab omni luto vitæ carnalis impolluta custodire? Qui ergo Discipulis hoc præcipiebat, vt vestimenta sua sic excuterent, vt iuxta quod Salomon ait: Omni tempore vestimenta tua sint cãdida, & oleum de capite tuo non deficiat, sanctè viuendo pacem euangelizarent, dignè prior ipse vestimentum suum mundum, & nulla excusione indigens ostendebat istis, dicens: Quis ex vobis arguet me de peccato? Dicit autem de contemptoribus eorundem excussorum: Amẽ dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quã ciuitati illi. Quantò magis isti inexcusabiles erunt, qui hunc de nullo quamuis exiguo peccato arguere valentes non recipiũt? Igitur cũ dixisset: Quis ex vobis arguet me de peccato, continuò subiunxit: Si veritatẽ dico, quare vos non creditis mihi, vt ita cõuenti conscientias suas interrogent, quam excusationem habere possint in die iudicij: & protinus addit: [Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.] Tanquam diceret: Quid aduersum me resultatis, dicẽtes. Vnum Patrem habemus Deum? Omnis qui ex Deo est, dignoscitur hoc signo euidenti, quia habet aures audiendi, & audit verba Dei. Vos autem non auditis, sed estis sine auribus ad omne quod Deus loquitur, & hoc palàm omnibus est, ex eo maximè, quod me quæritis interficere, sicut paulò suprà dixi, quia sermo meus non capit in vobis, igitur ex hoc

Excutere puluerẽ de pedibus.

Matth. 10.

Eccle. 9.

Matth. 10.

Luca 10.

Qui verba Dei audit ex Deo est.

1. Ioan. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non estis. Quid est enim esse ex Deo, & idcirco verba Dei audire, vel econtrà ex Deo non esse, & propterea non audire? Nulla plane esset quæstio, si ita dictum fuisset: qui verba Dei audit, ex Deo est, propterea vos ex Deo non estis, quia non auditis: Constat enim & vulgo quoq; notum est, quia ex quo verbum Fidei susceptum est, & in Christo renascitur homo ex Deo est, & ad Deum pertinet, Ioanne hoc idem testante, quia omnis spiritus, qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est, & ex eo quælibet ex Deo non esse cognoscimus, quod verba Dei non audit, vt in regenerationem Dei transferatur.

Quid ē, hic ex Deo esse

Sed propterea (inquit) vos non auditis, quia ex DEO non estis. Igitur quid sit ex DEO esse, vel non esse, & propterea verba Dei audire vel non audire, cum authoritate sacræ Scripturæ quærentes, primò ad memoriam reuocemus causam, cur hæc dicta sint, ne vllam vobis nebulam iam aspergat Hæresis Manichæorum, qui de his Domini verbis dicere soliti sunt. Ecce quia duæ naturæ sunt, vna bona, & altera mala, Dominus dicit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Dicta sunt vtiq; hæc propter elatam nimis Iudæorum superbiã, qua (vt dictum est) se solos ex Deo esse præsume

Gen.17.

bant, videlicet secundum Isaac, quem ex Deo Sara sterilis & longæua, ex Deo, inquã, id est, per Dei repromissionem, & non per carnis accepit cõsuetudinem, quomodo Agar Ismahelem, quia profectò (sicut iam superiùs dictum est) naturale est, vt de viro quamuis veterano iuuencula cõcipiat, qualis erat Agar, vt autem anus, præsertim sterilis (qualis erat Sara, qualis erat Elisabeth)

Lib.8.

Luc.1.

concipiat, Dei donum est. Hoc scientes, se solos (vt dictũ est) ex Deo esse, se solos præsumebant esse filios Abrahæ. Aduersus huiusmodi æstimationem veritas præsens: Qui est ex Deo (inquit) verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Quod est dicere: Qui non in illa multiplici superfluitate naturæ est, de qua Deus post peccatum primi hominis dixit ad Euã, matrem cunctorum viuentium: Multiplicabo

Gen.3.

ærumnas tuas, & conceptus tuos, sed ex illa Benedictione, qua in Paradiso ante peccatum benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite

Gen.1.

eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram, de qua potissimũ benedictione, ille pater noster Isaac extitit, de cuius nobili ortu vos secundum carnem plurimum gloriamini, hic verba Dei audit.

Rom.8.

Constat quippe quòd omnes Sancti & electi, qui nunc per Christi gratiam vocantur, iustificantur, meritisq; diuersis magnificantur, omnes (inquam) & si non eadẽ prærogatiua meritorum, eadem tamen prouidentia Dei, qua & Isaac, præsciti & prædesti-

nati generãtur, & omnes ex illa Benedictione sunt, qua primos homines ante peccatũ (vt prædictum est) benedixit Deus. Illud quoq; certum est, quia nisi peccatum admisissent, illi tantummodo nascerentur, qui nũc per Christi gratiam liberantur. Illi autem omnes, qui nunc in perditione relinquũtur, ex illa maledictione sunt, qua dictũ est ad mulierem: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, quia nisi peccatum (vt iam dictum est) præcessisset, nullatenus ista sylua (quæ ad nihil aliud est, nisi vt excidatur, & in ignem mittatur) de radice carnis nostræ succreuisset. Igitur qui est ex Deo, inquit, id est, ex Benedictione illa, qua Deus omnes ad vitam pertinentes nasci iussit, hic verba Dei audit, id est, præeunte gratiæ Dei aspiratione obaudit, ad eandem vitam, quam intercipiente præuaricatione perdiderat reuocanti. Et propterea vos non auditis, quia non (vti vos putatis) ęquè vt Isaac pater vester secundum carnem, ex illa Benedictione, sed ex Maledictione, quæ peccatum cõsecuta est, multipliciter & superfluè pullulastis, testante Propheta: Quia de aquis Iuda existis, id est, non de fide patrum, sed ex sola carne traducti estis. Sequitur: [Respõderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?] Causa superiori terminata, congruè satis Euangelista sequẽter orditur, dicendo: Respõderunt igitur. Nam hactenus ab eo loco, quo dictum est: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. In hoc Iudæi steterunt, vt seipsos ex antiqua carnis nobilitate ad Deum pertinere, tantumque Iudæorũ, non etiam Gentium Deum esse confirmarent. Sed cõfutati sunt, & ita obstructum est os eorum, vt ramos oleastri, qui contra naturam inserti sunt in bonam oliuam, iam curandum nõ sit, quòd naturales rami non fuerint, id est, nobis qui conuersi ex Gentibus in Fide Patriarcharum stamus, curæ esse non debeat, quòd secundum carnem filij Abrahæ non sumus. Igitur quia causa ceciderũt, & ratione superati sunt, furiosè ad conuitia proruunt, quomodo si Athletam fortissimum victus, & solo deiectus Aduersarius, quia ferire non potest armis, petat spumosis dentibus (Nónne (inquiunt) benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes? Ecce duo quasi peccatoris argumenta. Dixerat enim: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Ergóne intactus abiret, impingunt duo hæc, quòd & Samaritanus esset & Dęmonium haberet. Sed apertè mentita est iniquitas sibi, quia profectò hæc verba non sunt Dęmonium habentis, sicut turbę quodam loco testantur, dicentib. Pharisæis: monium habet, & insanit. Quid enim eum audiatis? Igitur iuxta quod quidam sapiens dicit:

Nati sub maledictõe ex Deo nõ sunt.

Matth. 3.

Esaiæ 48.

Rom.11.

Stulta Iudæorũ blasphemia.

Psalm. 26. dicit: A facie verbi parturit fatuus, sicut ge-
Ioan.10. mitus partus infantis, citò per furiosum stul-
Eccle.19. titiæ suæ partum, verum esse testati sunt, q̃ dixeratveritas, qui ex patre Diabolo essent, qui ex proprijs loquitur mendacijs. Non enim cum paruo amaritudinis suę tormento blasphemiam hanc enixi sunt, quam de patre suo, patre mendacij conceperunt filij mẽdaces, animæ adulteræ & fatuę à facie verbi, ab increpatione veritatis mendacium parturientes. Porrò, vbi vel quando dixerunt,
Ioan.7. quod Dæmonium haberet, & in hoc Euangelista superiùs, & in cæteris similiter inuenimus. Nam & suprà dixerunt: Dęmonium tu habes, quis te quęrit interficere? & ipsum quoque Beelzebub vocauerunt, dicente ip-
Matth.10. so apud Matthæum: Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domesticos eius? Verùm vbi vel quando Samaritanum illum vocauerunt, vel vnde huiusce improperij occasionem nacti sint, apud neminem Euangelistarum inuenimus, nisi forte pro eo quòd apud Samaritanos, quib. vtiq; Iuæi non coutebantur, biduo mansit & docuit, vt idem hic Euangelista refert lõgè superiùs. [Respondit eis Iesus: Ego Dæmonium nõ habeo, sed honorifico Patrem meum. & vos inhonoratis me.] Hoc loco cùm dicit: Ego Dęmonium non habeo, nus-
Ioan.4. quam à magna mansuetudine sua recedit,
Mansuetudo Christi. qua (vt superiùs dictum est) neminem refellere consueuit. Aliud namq; est, cùm interrogatus quis negat, atq; aliud, cùm id, qđ alius affirmauerit, ipse ex opposito consistens, alius denegat. Hocplanè interrogando dixerant: Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dęmonium habes? Cęterùm & suprà dixerunt cum affirmatione, Dæmonium habes, quis te quærit interfice-
Ioan.7. re, & paulò pòst dicturi sunt nihilominùs affirmantes: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Igitur & in hoc mirabilem seruat mansuetudinis atq; veritatis suæ tenorem, quod vnum idemque opprobriũ & hic interrogatus negat, & alibi tacita patientia dissimulat. Porrò, quantumcunq; ob causã dicant illum Samaritanum, quem vtiq; non ignorabant genere esse Iudæũ & à loco Galilæum, de quo & suprà dixerunt: Scrutare & vide, quia Propheta à Galilæa nõ surget, illud mirum est de paruulis istis, quos inuidia occidit, quomodo cõtra semetipsos sententiam dixerunt, ita vt iuxta Psalmistam
Psalm.93. rectè de hoc etiam dici posit: Quia sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Si enim pro causa qualibet extrinsecus accidẽti, quam tamen nulla significatione exprimunt de homine naturaliter Iudæo tam citò facere volebant Samaritanum, quomodo ipsi quærentes interficere hominẽ, qui veritatem loquebatur eis, quod Abraham non fecit, dicebant: Semen Abrahæ sumus, pater noster Abraham est, & vnum patrem habemus Deum, & irascebantur sibi non esse concessum? Sed iam ipsum attendamus veritatis & sapientiæ responsum: Ego (inquit) Dæmonium non habeo. ✠ Notandum quòd non ait: Ego Samaritanus non sum: Profectò dum de hac parte inuecti opprobrij silet, ipse silentio suo satis indicat, quia *Quo Christus est Samaritanus maritanus.* genere vel communione quam Iudæi cum Samaritanis non habebant, esse Samaritanũ vel Iudæum, aut certè Græcum, non tanti est, vt quisquam animum aduertere, aut vllam operam dare debeat ad eluendum vel *denomi-* remouendum à se huiusce *dominationis *nationis.* opprobrium. Aliàs autem & verè iuxta mysticum sensum, quem tamen Iudæi non attendebant, Samaritanus est Dominus noster Iesus Christus, sicut ab ipsius nominis interpretatione palàm omnibus intelligi da-
Psalm.129. tur. Samaritanus etenim interpretatur custos, Quis autem, nisi ipse, verus & peruigil, non dormitans neq; dormiens humani generis est custos? Quapropter in illa insigni Parabola, quam sic inchoat: Homo qui-
Luc.10. dam descenderat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, pulchrum seipsũ Samaritani illius nomine & opere commendat, qui faciens iter, venit secus eundem hominem, & alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Prospiciẽs etenim iste cu-
Psal.101. stos noster de excelso sancto suo, de cælo in terram aspiciens, vidit genus humanum à latronibus despoliatum, & plagis impositis semiuiuum relictum, id est, à Diabolo decepto re dignitate suæ conditionis exutum, & creatoris sui non quidem imagine, sed sola similitudine nudatum, quod erat semiuiuũ esse relictum. Rationem secundum quam ad imaginem Dei factus est, homo non perdiderat, sed imitationem bonitatis eius, secundum quam ad Dei similitudinem factus erat, amiserat. Vidit (inquam) genus humanum sic semiuiuum, & appropiauit, proximus enim noster factus est & absque peccato nostri per omnia similis, & omnem curam, quam eadem parabola prosequitur, adhibuit. Igitur de hoc nomine, quod est Samaritanus, rectè custos hominum Dominus noster tacuit, & tacendo satis laudauit. Hoc autem quod nullius boni notam retinet, interrogatus, non benè dictum esse, respondit, dicens: Ego Dæmonium non habeo. Sed quid? Honorifico (inquit) Patrem meum. Hæc ergo, è contrario modo opposita esse constat: Dæmonium habere, & Patrem DEVM honorificare. Ipso authore, qui aduersariæ propositioni qua dictum est: Et Dęmonium habes, respondens sic opponit: Non, sed honorifico Patrem meum. Amplius honorificare Deum, & in- *Honorare Deũ & inhonorare filiũ Dei cõtraria sũt.* honorare Dei Filiũ, opposita sunt: quia non solùm sensu, sed & voce cõtraria sunt. Proinde Dęmonium habere & Deum inhono-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rare, voce quidem diuersa, sensu autem paria sunt. Igitur dum sic respondet mansuetus & verax: Ego Dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me, opprobrium inimicorũ retorquet in caput ipsorum, vocis quidem deuitans horrisonam turpitudinem, ne diceret: vos potiùs Dæmonium habetis, rei autem retinens veritatem, quia nisi reuera Dæmonium haberent, Dei Filium non inhonorarent. Quo dicto statim peruersitas illorum cogitationibus occurrit, dicẽs: [Ego autem gloriam meam non quæro, est qui quærat & iudicet.] Existimabãt enim iniqui, quod
Psalm. 49. Luca 16. ille esset sui similis, id est, quod vanam quærens gloriam, de seipso testimonium perhiberet, & ea mente diceret: Quis ex vobis arguet me de peccato? & his similia, qua & illi, quibus rectè dicebat: Vos estis qui iustificatis vos coràm hominibus, Deus autem nouit corda vestra, & huiusmodi quàm plurima. Talem quippe illum haberi cupientes, superiùs dixerunt: Tu de teipso testimoniũ perhibes, testimonium tuum nõ est verum. At ille intãtum nulli vnquam adulatus est, vt in ciuitate illorum magna, & ampla, vel vnius noctis hospitium habuerit, sed sem-
Matth. 21. Luca 17. Matth. 11. per foris, & in Bethania maximè hospitatus fit. Non enim quemadmodum homines, mundi huius amatores gloriam suam quærentes, & in domibus Regum esse festinantes, omnibus adulãtur, & idcirco rectè mollibus vestiti dicuntur, non (inquam) ita & ipse fauorem illorum optabat, vt sibi ab eis quantocius Regiæ salutationes acclamarentur, & diceretur: Viuat rex Christ⁹, & sic ab hominibus vel per homines super solium Dauidicum sublimaretur. Quòd si quippiã tale expectaret ab eis, non vtique sic argueret eos in veritate, vt & paulò antè non tacuerit, dicens: Vos ex patre Diabolo estis. Verissimè ergo ait: Ego gloriam meam nõ quæro. Et protinus adiungit: Est qui quærat, & iudicet. Tuti ergo valdè animi verba sunt hæc. Quomodo enim gloriam Christi sui, gloriam Regni, gloriam Sacerdotij eius non quæreret & iudicaret? Quomodo hanc
Psal. 131. eius confidentiam non agnoscebant? Iurauit enim Dominus Dauid veritatem, & nõ frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam: Hoc de gloria Regni eius dixit spiritus Propheticus. Item de gloria Sacerdotij eius: Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æter-
Psal. 109. num secundum ordinem Melchisedech. Erant ergo inimici veritatis, & cum patre suo, patre mendacij Diabolo consilium insipiẽs ineant, quomodo quasi rationabiliter consilium Dei spernant in semetipsis, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos, & hoc
Luca 19. modo impleant Scripturam dicentem: Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Nam reuera qui iurauit (vt suprà dictum est) ritè prouidebit sibi, ne iuramentum suum irritum sit.
Psalm. 2.

Quæret enim & iudicabit gloriam Christi sui, vt sitis vos inimici Iudæi, quasi tempestas transiens: ipse autem quasi fundamẽtum sempiternum, videntibus cunctis & audientibus vniuersis, sententiamque laudãtibus, quia reos Maiestatis gloria sui filij inuidos, Dñs cælorum duplici contritione cõterẽdos iudicabit vos, ipso Rege loquẽte ad vos in furore suo, & in interitu vestro ridente ac dicente: Ego autẽ constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Sequitur:

Graue iudi-cium Iudæ. Prouer. 10.

[Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.] In eo, quo cœpit veritas sermone perseuerat, singulare vndecunque constantiæ totius exemplar, primamq; propositionem lassatis Aduersarijs eodem sensu, paucis tamen verbis demutatis, iterat. Supra namque sic proposuerat: Si manseritis in sermone meo, verè Discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos: Nunc verò inquit: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Profectò manere in sermone, id est, sermonẽ seruare, & mortem non videre in æternum, ipsa libertas est, de qua illic sic dictum est: Et veritas liberabit vos. Hoc ergo in seipso prædocuit, vt cum malorum peruersitas crescit, non solùm frangi prædicatio non debet, sed etiam augeri. Illud tamẽ prætereundum non est, quia cùm priùs ad secundam personam sermonem dirigens dixerit: Si vos manseritis in sermone meo, &c. tertia nunc vti persona maluit, dicẽs vniuersaliter: Si quis sermonem meum seruauerit. Nec enim decebat, vt eis, quibus iam dixerat: Vos ex patre Diabolo estis, data iam sententia de perditione illorum, conditionem iterum ingereret eisdem vitæ & salutis. [Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia Dæmonium habes: Abraham mortuus est, & Prophetę, & tu dicis: Si quis sermonẽ meum seruauerit, mortẽ non gustabit in æternum? Nunquid tu maior es patre nostro Aarahã, qui mortuus est? Et Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis?] Verè stultis, quales maximè isti sunt, illud peccatũ, cuius & serui sunt, ita vt cum studio contentionis aduersus Dei sapientiã dimicãt, quæ sint elemẽta exordij sermonis Dei, nec dũ se scire indicant. Vbinã cor suum dereliquerunt, & aures suas deposuerunt, tam multa clamante Scriptura, de morte peccatorũ pessima. Verbi gratia, dũ dicit: Quia nõ infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te,

Nõ cessandũ à prædi-catione pro-pter malos

dabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam: vel, quoniam nõ
Mortem non gustabit in æternum. est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? & his similia. Nempe de hac morte vera, de hac morte mala dicebat veritas: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternũ.
Heb 5. Psal. 33. Psal. 38. Psal 6. At illi qui iam æternæ morti inhæserant, & eandem mortem cui inhærerant, non videbant, dum solam mortem carnis aspicerent, in veritatis sermone caligabant. Dixerunt ergo: Nunc cognouimus, quia Dæmonium habes. Et vnde ô paruuli possessores stultitiæ, tantæ rei nacti estis notitiam? A maioribus (inquiunt) capimus argumentum, Abraham enim & Prophetæ mortui sunt, qui & maiores quàm tu fuerũt, & sermonem Dei meliorem, magisque tuo sermone authenticum seruauerunt. Quem ergo teipsum facis? Quousque tendis supra temetipsum, vel cuius ad mensuram magnificas teipsum, cuius mensuram nos omnes nouimus, videlicet quod sis homo Galileus, fabri filius? Talis vtique per contatio dicentium: Quem teipsum facis? nimis iniuriosa est. Quis enim aliud seipsum facit, quàm est, nisi is, in quo veritas non est, mendax & mendacij pater, & omnis hypocrita & nequam, qui vtique ex parte eius est? Ita ergo dente putrido sapientiam commordentes, & pede falso veritati resistentes quali sint retusi responso audiamus & nos. [Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater qui glorificat me] Ne hęc dicta vllam Filij Dei impotentiã sonare videantur, tanquam minùs Patre Deo Filius Dei gloriosus sit, hoc primo sciendum est, quòd nemo nisi alienæ raptor gloriæ, seipsum glorifica-
Pro. 23. Esa 14. re æstimandus sit. Qui enim se iactat & dilatat, confidens in corde suo, exemplo illius, qui primus Creatoris sui communione contempta, sibimet in corde suo loquens: Sedebo (inquit) in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo: ille (inquam) qui iactando, & dilatando se hunc imitatur, glorificare seipsum dicendus est, eique rectè dicitur: Quem teipsum facis, quia stul-
Pro. 28. Philip. 2. tus est, & iurgia concitat, dum supra semetipsum se extẽdit, socialem comparium charitatem deserens, inferiorumque charitatem fastidiens. Ergo Dei Filius non seipsum glorificat: nam econtrà, cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est æqualem esse se Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo,
Aequalis gloria patris & filij. humiliauit semetipsum, factus obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Igitur non (vt Arrius impiè calumniatus est) impotentiam suam Dei Filius testatur, cùm dicit: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus qui glorificat me, sed concordem cum Patre exprimit charitatem, qua se non solùm nunquam à Patre diuisit, sicut calumniantur isti dicentes: Quem teipsum facis? Sed potiùs paterne obediens charitati, quod infra se erat, scilicet humanam naturã assumpsit. Dicat itaq;: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, id est, quisquis supra semetipsum tendit, sicut vos de me calumniamini dicẽtes: Quẽ teipsum facis? gloria eius nihil est. Debem⁹ enim concordem Patris & Filij charitatem nos imitari, qua & Pater Filium, & Filius patrem glorificat, ipso filio dicente: Pater clarifica Filium tuum, vt & Filius clarificet te, vt mutua charitate fiat in nobis quod scriptum est: Honore inuicem præuenientes, & tunc gloria nostra nonnihil est. Ea quæ protinus addit, cordi prudenti & auri doctrinam quærenti humilem satis de obiecta calumnia purgationem sonant Filij Dei, videlicet, quod non vanam quærendo gloriam, sed certam ob causam de seipso dicat hæc, & cætera huiusmodi: Cùm enim dixisset: Est Pater qui glorificat me, statim adiecit: [Quem vos dicitis, quia Deus noster est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero, quia non noui eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.] Quid igitur? Vtiq; quia dixit: Et si dixero, quia non noui eum, ero similis vobis mendax, econtrà subaudiendũ est, quia si vos cognoueritis eum quem dicitis, quia Deus noster est, eritis similes mei veraces. Quid nunc potiùs eligendum est? Quid nisi insipiens consilium dare audeat veritati & sapientiæ Dei, vt vanæ gloriæ suspiciones vitando, neget se scire Deum, vel ipsum esse Patrem suum, & sic fiat veritas mendacibus similis mendax? Nónne multò
Non est tamen dicenda veritas propter suspitiones. melius & incõparabiliter dignius est, ferre ad tempus suspitiones & criminationes falsas, & interea quod vidit & audiuit, hoc testari, donec aliquos eorum, qui dicunt se habere patrem Deum, & non cognouerunt eum, atque ideo mendaces sunt, faciat sibi similes veraces, scilicet, Deum confitentes pariter & cognoscentes? Imò, si isti scire nolunt, nónne & sic expectare satiùs est, donec omnis mundus sciat gloriam eius, quoniam est qui quærat & iudicet? Frustra namque veritas in hunc* modum venisset, *mundum.* si seipsum negando mendacibus satisfecisset. Benè ergo quod mallet eligens: Sed scio (inquit) eum & sermonem eius seruo. Hic enim sermo eius est, & hoc mandatum ille mihi dedit, vt non solùm vsque ad opprobria, sed & vsque ad mortẽ, testimonium veritati prędicando, ꝙ ipse me miserit ad hoc, qđ quisquis sermonẽ meũ seruauerit, mortem non videat in ęternu. Sequitur: [Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum,
Ioan. 17. Rom. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meum,& vidit,& gauisus est.]Refutato vanæ gloriæ conuitio,quo denotauerant eum Aduersarij dicentes: Quem teipsum facis? Nunc demum ad illud respõdet, quod cum indignatione non parua interrogauerant, dicentes: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? Abrahã(inquit) pater vester exultauit, vt videret diem meum. Magna & mira sententia,qua & magnũ patris Abrahæ meritum & longè maius suę magnitudinis prædicat testimonium. Quid enim est,quod ait:Exultauit vt videret diẽ meum,nisi illud,quod & nos in eodem patre fidei nostrę rectè miramur,quia primus ad præceptum Dei longam & laboriosam sustinuit peregrinationem,sic non quasi tristitiam aut necessitatem, sed vt verę magnę lætitiæ expectationem? Promiserat enim illi Deus nullum habenti hæredem, imò,& (quod maius est)iterilem habenti vxorem, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes. Nec statim accepit filium, per quem illud Semen Benedictionis, quod est Christus, sperare posset, sed prius exijt,nescies quò iret,& in terra aliena in casulis habitando,demoratus est, non habens hic manentem ciuitatem,sed futuram inquirens. Hoc ergo magnum quidẽ est patris Abrahę meritum,quod hanc eius obedientiam Dei Filius appellat exultationem,sed longè maius est suijpsius testimonium, quòd diem suum fuisse testatur, eiusdẽ exultationis præmium,dicendo: Exultauit vt videret diem meum. Et vidit(inquit,& gauisus est. Tunc quippe diem Domini Abraham vidit,cum in figura summæ trinitatis Angelos hospitio susceptit. Quibus profectò susceptis, sic tribus quasi vni locutus est, quia & si in persones numerus trinitatis,in natura vnitas diuinitatis est. Vidit ergo & gauisus est. Quis autem pensare potest illud beati senis gaudium,quando accepit diutinæ exultationis suæ præmium, scilicet, filium, veracis Dei testimonium, posteritatis initium, generis fundamentum, salutis argumentum, nasciturí Christi seminarium: Quis(inquam)nisi quem eadem fides animauit perscntiscere potest gaudium amici Dei,quo dilatabatur anima eius, cum staret familiariter cum illo sub arbore, à cuius facie timide abscondit se reus Adam sub arbore, & cibis suis illum pasceret, quem ille per cibi rapinam offenderat, suamque radicem vetus oliua reuirescere conspiceret ad proferendum fructum,qui tandem vetiti ligni morsus expiaret? Rectè igitur hic filius Abrahæ maior, quàm Abraham. Abraham,inquit,pater vester exultauit, vt videret diem meum,& vidit & gauisus est. At illi carnales filij Abrahæ,suos à carne oculos non subleuantes, & in eo solam carnis ætatem pensantes verba hæc intelligere nolebant. Verba enim oris eius,inquit Psalmista, verba,inquam,iniusti huius Iudaici populi, iniquitas & dolus, & noluit intelligere, vt bene ageret. [Dixerunt ergo Iudæi: Quinquaginta annos nõdum habes,& Abraham vidisti?]Non ignorabat veritas quicquid respondisset, vertendum esse in calumniam. Sic enim insistebãt Aduersarij,quomodo luctatores improbi, qui virum fortissimum, quia virtute deijcere non possunt,fraude, vt in foueam ruere faciant,circumueniunt. Sic enim isti insidiosi vrgebant,vt verbum elicerent, quod pro blasphemia condemnare possent. Attamen respondendum illis erat, vt totus mundus,illis non audientibus,audiret: non neglecta Scriptura,quæ dicit:ne effundas sermonem,vbi non est auditus: cùm non tam propter illos qui persequebantur, quã propter nos qui crediturí eramus, idem sermo funderetur.[Dixit ergo Iesus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret,ego sum.]Inusitata quidem, sed propria secundum rem dictio est: Ante Abrahã ego sum. Ante enim præteriti temporis est,sum præsentis.Et quia præteritum & futurum tempus Diuinitas nõ habet,sed præsens semper habet,non ait:ante Abrahã ego fui,sed ante Abrahã sum. Vnde ad Moysen dicitur:Ego sum q̃ sum: Et,dices filijs Israel,qui est,misit me ad vos. Ante ergo vel post Abrahã habuit,qui & accedere potuit per exhibitionem præsentiæ, & recedere per cursum vitæ: Veritas vero semper esse habuit, quia ei quicquam,nec priori tempore incipit, nec subsequenti terminabitur. Sed sustinere ista æternitatis verba mentes infidelium non valuerunt,imò noluerunt. Sicut de hoc maximè iniusto & insipiente populo scriptum est,& iam suprà dictum est, quia noluit intelligere, vt benè ageret. [Tulerunt ergo lapides,vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se,& exiuit de templo.] Finis atque principium certaminis huius idem est. Principium quippe est locus ille, vbi sic scriptum est:Dixit ergo eis iterum Iesus: Ego vado & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Sic namque ante hæc Euangelista superiora terminauerat: Et nemo apprehendit eum,quia nondum venerat hora eius. Est ergo principium aliud quod sequitur:dixit ergo eis iterum Iesus,&c. Atverò illic ait Dominus Iesus: Si ergo non credideritis,quia ego sum,moriemini in peccatis vestris. Dixerunt ergo Iudæi: Tu quis es? Respondit Iesus:Principium qui & loquor vobis.Nunc verò ait: Amen amen dico vobis,antequam Abraham fieret,ego sum.Igitur finis initio conueniens redditus est. Nõ enim discrepant, sed alterutrum confirmãt hæc: Principium ego sum:&, antequam Abraham fieret,ego sum. Item quod illic verbis comminatus est,dicens:quæretis me,& quò ego vado, vos nõ potestis venire, si.n. nõ credideritis,qa ego sũ, moriemini in peccatis

Gen.17.

Gen.12. Hebr.13.

Vidit & gauisus est. Gen.18.

Adæ & Abrahæ comparatio.

Psalm.35.

In Diuinitate semper est præsẽs, nunquã præteritũ aut futurum.

Exod.3. *esse.

Psalm.25.

catis vestris,hoc ipsum factis hic expresit, dum tollentibus illis lapides, vt iacerent in eum,pro eo quia dixerat, antequam Abraham fieret,ego sum, abscondit se, & exiuit de templo. Quid enim est, quòd Iudæi nũc vsque longè sunt à salute, nisi quia Iesus,id est, saluator, illis abscondit se? Et quid est, quòd ciuitas & templum super oculos, imò & super cadauera illorum cecidit, exterminantibus Romanis,& quæcunq; illic Deo patrum suorum offerre vel celebrare consueuerant,holocausta arietũ, & adeps pinguium,& sanguis vitulorum & agnorum & hircorum, neomeniæ & sabbata, & aliæ festiuitates eorum, quasi stercus super vultus illorum proiectæ sunt, Deo protestante adicente: iniqui sunt cœtus vestri, Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea,facta sunt mihi molesta? Quid, inquam,hoc est,nisi quia Iesus absconditus exiuit de templo, dicens: Ecce relinquetur domus vestra deserta:vel iuxta Prophetam quoq; dicens: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam,facta est habitatio mea, quasi spelunca Hyænæ? Igitur Dominus & magister, qui in hac eadem causa dixerat,si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis,rectè prior iste (vt dignum est)in eodẽ sermone suo certo gradu incõcussus permanet: vnum idemq; tam fortiter quàm suauiter,à principio vsq; in finẽ,inter occursantes aduersarios retinens, & sicut Apostolus ait:quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus:in eo quoq;, quòd quasi infirmus se abscondit & exiuit, victoriæ totius perfectionẽ expresit: quia non tam à lapidibus,quàm à lapideis Iudęorum cordibus fugit. Nunc ab istis absconditus,& (vt prædictum est)de templo egressus,quid deinde fecerit, quomodo rerum, quas nunc luce clariùs conspicimus, prefiguration em prosecutus sit,attẽdamus. Sequitur:[Et præteriens, vidit hominem cęcum à natiuitate.]Lux vera Christus, qui& hoc superiùs dixit,ego sum lux mundi, qui sequitur me,non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ,lux vera, inquam,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quòd à Iudæis oculos suos claudentibus ad Gentes transierit, easque illuminauerit, manifestum est. Earum vtiq;, scilicet Gentium cæcitatem originalem,homo iste à natiuitate cæcus significat. Nempè etsi omne genus hnmanum à natiuitate cæcum.i.à primis parẽtibus per originale peccatum Diuinitatis visione fraudatum est, maximè tamen Gẽtium populus, qui iuxta Prophetam ambulabat in tenebris, cæcus erat,quia videlicet,non vt Iudæis,ita & Gentibus,Patriarcharum Prophetarumq; lucernas,lux mundi Christus ante se premiserat. Vnde & statim post finem lectionis huius, quid abscondendo se vel de templo exeundo intenderit, exprimens: In iudicium ego, inquit, veni in hunc mundum, vt & qui nõ vident, videant: & qui vident cæci fiant. Ergo cæcum quidem erat ante huius lucis aduentum totum genus humanum, absq; distinctione Iudæi & Græci, testante Apost. qui dicit: Eramus & nos natura filij iræ, sicut & cæteri: veruntamen in comparatione Gentium,quæ neq; Legis,neque Prophetarum illustrationem acceperant, neq; vllam Dei notitiam habebant. Iudei sese videntes esse putabant, sicut item post finem lectionis huius Dominus dicentib. Pharisæis,nũquid & nos cęci sumus,si cęci essetis,inquit, non haberetis peccatum: nunc autem quia dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet. Igitur quòd à Iudęis se absconsurus, & oculos Gentium esset illuminaturus Dominꝰ noster, pulchro satis præsignauit mysterio, dum absondẽs se exiuit de templo, & præteriens, vidit hominem cæcum à natiuitate,& illuminauit. Proinde quacunq; ex Gente quisquis Christi prædicationem recipit,& Euangelio eius cunctas Iudæorum cæremonias postponit,& pro illo velut ster cora arbitratur (sicut ait Apostolus) ille est qui foris extra templum Iudæorum, à quibus lux mundi se abscondit, illuminatur: vt Deum, cuius visionem in Adam perdidit, videre mereatur. Sed iam ipsum illuminationis ordinẽ mysticum prosequamur. Prẽteriens,inquit, vidit hominem cæcum à natiuitate. Verè prætériens vidit. Nam illos qui se videre iactabant prętergressus,& obtento velamine super corda eorum, ne videretur absconditus, venit ad nos, vt videremus eum qui cæci eramus.[Et interrogauerunt eum Discipuli sui: Rabbi, quis pẽcauit: hic,aut parentes eius, quòd cæcus natus est?] Non otiosè hoc interrogant Discipuli Saluatoris. Nam reuera parentum culpa vitiosi fœtus interdum solent procreari, verbi gratia: Per singulos menses grauia atque torpentia mulierum corpora, immundi sanguinis effusione releuantur. Quo tempore si vir coicrit cum muliere, dicuntur concepti fœtus vitium seminis trahere, ita vt leprosi & elephantiaci ex hac conceptione nascantur, & fœda in vtroque sexu corpora, prauitate vel enormitate membrorum,sanies corrupta degeneret. Vnde Propheta Ezechiel in descriptione iusti viri, cũ inter cætera dixisset, & vxorem proximi sui non violauerit, addidit: (inquiens)& ad mulierem menstruatam non accesserit.

[Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.]Quantum ad literalem sensum sua Dominus noster grauitate leuitatem nostram compescit,ne quoties cùm huiusmodi priuatione membrorumque aliqua diminutione siue deformitate natos aliquos conspicimus, nostram in illis carnem

Iesus abscõdit se et exiuit de templo.

Esaiæ 1.

Matth.23.

Hier.12. 1.Cor.1.

CAP. IX.

Esaiæ 19. Ioan.9.

Ephe.2.

Iesus Iudæos abscõditus Gentes illuminauit.

Philip.3.

Ezech.18.

tium nati-uitatis.

nem despiciamus, temerarium iactantes iudicium, quod vel propter suam, vel propter parentum propriorum culpam hoc euenerit: sed cunctos venerantes, ministremus illis, tanquam reuera membris Christi, qui dicturus est nobis, quàm diu vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, & recordemur, in talibus solere manifestari opera Dei, per gratiam curationum, ad ædificationem Ecclesiæ Christi. Quantum autem ad mysticum
Matth.25. intellectum, peccauerunt quidem primi parentes, vt cæcum nasceretur genus humanum, verum vt Iudaico populo per iustitiam Creatoris illustrato, in cæcitate ignorantiæ Gentilitas relinqueretur, non peccauit ipsa Gentilitas, neq; parentes eius. Si enim propter peccata sua, vel parentum suorum gentilitatem in tenebris relictam dicat quis, consequitur, vt Iudaicum populum vel parentes eius dicat pro suis electos fuisse meritis. Sed contra dicit Paulus, his verbis loquens de patribus, nõ solùm autem illi, sed
Rom.9. Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Cùm enim nati nõdum fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, vt secundum electionem, propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, qa maior seruiet minori, sicut scriptum
Gen.15. Malach.1. est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.
Deuter. 9. Ad ipsos autẽ filios dicit Moyses in Deuter. Scito igitur, quòd non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terrã hanc optimam in possessionem, cùm durissimæ ceruicis sis populus. Memento, & ne obliui scaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum, &c. Igitur neque Gentilium populus plus peccauit, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur: sed cùm omnes tam Iudæi, quã Gentiles essent ex vna præuaricationis massa, patres Iudæorum nullis præcedentibus meritis per gratiam electi, patres Gentilium, vel ipli Gentiles per iustitiam vsq; ad tempus suum fuere neglecti, vt in illis tempore suo mirabiliùs manifestarentur opera Dei. Et protinus subiungitur. [Me oportet operari opera Patris mei, donec dies est. Venit nox, in qua nemo potest operari. Quamdiu sum in mũdo, lux sum mundi.] Vt sciatis (inquit) quænam propter opera Dei in se manifestanda, homo iste cæcus natus sit, ecce dico vobis: Opera Patris mei, id est, opera illa, propter quæ Pater meus me misit, oportet me operari, donec dies est, id est, donec præsens seculum voluitur, quo consummato, sequitur nox, in qua nemo potest operari. Vnde autem præsentis seculi tempus dies dicitur? vi-
Matt. vlt. delicet ex eo quod & alibi dicit: Ecce ego vobiscum sum, vsque ad cõsummationem seculi. Et nunc ait: quàm diu sum in mundo, sum lux mundi. Si enim Christus, quàm diu in mundo est, lux mundi est: est autem in mundo vsque ad consummationem seculi, profectò vsque ad finem seculi dies, id est, aptum operari tempus est: Ecõtrà quod consummationi seculi succedet, nox erit, id est, tempus nulli aptum operationi. Vnde
Eccle.9. Ecclesiastes dicit: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos, quò tu properas. Ergo quod ait, donec dies est. Venit nox, in qua nemo potest operari, idem est ac si dixisset, vsque ad finem seculi, cui succedit tempus, in quo nemo potest operari, sed recipere quod operatus est. Hoc enim tempus operationis, illud receptionis est. Reddet quippe tunc Dominus vnicuique secundum opera eius. Quænam autem sunt opera quæ toto die
Psalm. 61. isto operatur Filius Dei? Illa vtique quę in-
Luc.1. tendens per viscera misericordiæ suæ Deus noster visitauit nos oriens ex alto, scilicet illuminare his, qui in tenebris & in vmbra mortis sedebant, saluos eos facere (vt ait Apostolus) per lauacrum regenerationis, &
Tit.3. innouationis Spiritus sancti. Illa, inquam, operatur Dei Filius, donec est dies, & tam diu operando, quàm diu est in mundo, lux est mundi. Operari namque non desinit per illorum ministerium, quos operis sui vicarios constituit, scilicet per Apostolos vel a-
Matt. vlt. postolicos viros cunctosque prædicatores verbi Dei, quibus & dicit: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Igitur venerabilis, & memoria dignus ille quondam cæcus, qui neque ipse peccauit, neq; parentes eius vt cæcus nasceretur, sed idcirco per Dei prouidentiam sic natus est, vt opera Patris, quæ oportebat Filium Dei per totum diem, id est, per totum tempus præsentis seculi operari, in illo manifestarentur, id est, vt ex qualitate exterioris illuminationis eius, interior animarum nostrarum illuminatio nobis fideliùs commẽ daretur. Non.n. solo, quod facere poterat, imperio lux mundi cæcũ hunc illuminauit,
Luc.18. Verbi gratia, vt diceret: Respice, fides tua te saluũ fecit. Sed quid? [Hæc cùm dixisset expuẽs in terrã, liniuit super oculos eius, & dixit ei: Vade & laua in natatoria Syloe, qđ interpretatur missus.] Notandũ in primis, quòd nõ, vt ille Bartimæus, ita & iste cæcus
Matth. 10. sedens secus viã, aut mendicans à Dño inuenitur, neq; hoc sæpè dicta lux mundi expectauit, vt clamaret tale quid, vt ille dicẽs: Miserere mei Dñe fili Dauid, sed vltrò natura
Luc.18. indigenti se accommodauit, & gratuito beneficio tacẽti subuenit. Nã hoc etiã ad manifestẽda opera Dei pertinuit, ga videlicet nõ expectauit opifex nostræ illuminatiõis, donec notitiæ suæ claritatẽ in nostris suspirare mus tenebris, qui tenebras ipsas lucẽ esse putabamus, imò nec vllã lucis & tenebrarũ discretionẽ habebamus, sed vltrò prospexit, gratuitò vidit, gratis verbum suum carnẽ factum, notum fecit nobis, & ex illo cordis nostri

nostri oculos liniuit. Quid enim aliud nobis
Mysteriũ luti. manifestatur in illo cæco, per illud quòd expuens Dominus Iesus in terram, lutũ fecit ex sputo, & liniuit eius oculos, nisi hoc spectabile & gratiosum opus diuinæ gratiæ, q verbum suum puluereæ naturæ hominis vnitum, nobis Gentibus prædicari voluit? Tunc quippe quasi saliuæ puluis admissus
Eccl 24. est, & vnum duabus ex rebus lutum factum
Gen.3. est, quando verbum vel sapientia, quæ dicit: Ego ex ore altissimi prodiui, carnem nostrã assumpsit, cui dictum est: Puluis es, & in pulverem reuerteris, & ei, quæ omni vento Diaboli tanquam puluis efferebatur, & dispergebatur, gratuita dignatione in virginis vtero sese coniunxit, vt naturam leuem & in-
1.Tim.3. stabilem super antiquæ dignitatis grauitatẽ statumq; repararet. Quod magnum pietatis sacramentum cùm Gentibus prædicatur, reuera cæci nati oculi suauissimè liniuntur, quia dociles mentes hoc quàm maximè delectat, quòd pro salute hominum tantum se humiliauit æterna Dei virtus & sapientia. Itaque suauissimè cæci nati liniuntur oculi luto, quod ex sputo Dominus fecit, quando excelsi quondam nostræ generationis oculi, & palpebræ in alta subrectæ, humilem suscipiunt Fidem incarnationis Fili Dei, & tali humilitatis antidoto curatur superbia oculorum, quia dum inornatè aperiri vellent, dicente Diabolo: Eritis sicut Dij scientes bo-
Gen.3. num & malum, econtrà magis obtenebrati sunt. Verùm vbi cæcis oculis hoc lutum illitum, id est, incarnatio Filij Dei prædicata & credita est, non statim eodem, quamuis credulo auditu cæcus illuminatus, & visione Dei, quam in Adam perdidit, factus est dignus, nisi ad fontem lauacri Catechumenus accedens baptizetur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Aliter quippe lumen oculorum nostrorum, Spiritum sanctum nemo nostrũ accepisset in remissionem pec-
Marc. vlt. catorum. Benè ergo cæcus ille, in quo manifestabantur hæc opera Dei, non statim vidit, vbi Dominus oculos eius liniuit: Sed vade, inquit, & laua in natatoria Syloe, quod interpretatur missus. Non enim dictum est tantùm: Qui crediderit saluus erit, sed: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Oportet quippe filium tenebrarum quadã similitudine mortis & resurrectionis eius, in quẽ credidit alterari, & filium lucis fieri,
Rom.6. quod agitur in Baptismo Christi actu visibili, sed virtute inuisibili, testante Apostolo qui ait: Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti cum ipso per Baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, &c. Rectè igitur cæcus illitis oculis non statim videt, sed ad natatoriam iubetur ire vt lauet, quia videlicet ex eo quòd Catechumenus, id est, auditor verbi Dei quispiam est, Regnum cælorum intrare meretur, nisi ex Aqua & Spiritu sancto fuerit renatus. Sanè quod interpretatur
Ioan. 3. missus, non ipse Dominus ad cæcum loquẽdo, sed hic Euangelista de suo interposuit, certi causa mysterij, videlicet vt intelligas, per hanc natatoriam, non aliud quàm Baptismi aquam debere accipi, quæ reuera na-
Ioan.14. Luc.24. tatoria est eius, quem Pater misit, scilicet, filij, vel certè Spiritus sancti, qui cùm ipse vera sit remissio peccatorum, eius vtique gratia inuisibilis, tota est lauacri vtilitas visibilis. Nam & ipse rectè intelligitur per nomẽ Syloe, quod est missus. Etenim ipse quoq; missus est, iuxta illud: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, & alibi: Quem ego, inquit, mittam vobis à Patre. Est autem Syloa fons, in radici-
Syloa fons in radicib. Sion. bus montis Sion prorumpens, qui alternante quidem aquarum accessu in meridiẽ fluit, id est, non iugibus aquis, sed incertis horis diebusque ebullit, & per terram concaua & antra saxi durissimi cum magno sonitu venire consueuit. Cuius naturæ omnes effectus si quis accipere velit mysticè, profectò intelliget, quòd non frustra magis per hunc fontem Dñs noster aquam Baptismi significare voluerit. [Abijt ergo & lauit, & venit
Luca 18. videns.] Ne vacare hanc putes coniunctionem cõpletiuam sic positam: Abijt ergo, cæci huius fides subaudienda est: Vade, inquit Dominus, ad natatoriam Syloe, & laua. Habebat autem ille fidem, quæ ipsum saluum faceret, sicut & ille, cui Dominus idem lumen postulanti: Respice, inquit, Fides tua te saluũ fecit. Abijt ergo & lauit, & venit vidẽs.
Hæc igitur illa est operũ Dei manifestatio, *Mysterium illuminatio nis.* quam intendens figulus ipsæ naturæ nostræ opifex, cùm neq; hic peccasset, neque parentes eius, voluit tamen valdè vtiliter imperfectum educere vasculum, vt cæcus homo nasceretur. Aestimari quippe non valet, quantum pulchritudinis, quantumque vtilitatis habeat hæc talis huius illuminatio cæci, cùm oẽs nos secundum hanc imaginem exterioris illuminationis intus sumus illuminati, speculemur ea quæ circa nos sunt acta opera Dei, & quia in semetipsis comprehendere ea non possumus, per hanc similitudinem nobis manifestantur, quæ ille in nobis operatus sit, [Itaque vicini, & qui nouerant eũ priùs, quia mendicus erat, dicebant: Nónne est hic qui sedebat & mendicabat?] Et ipsa hæc illuminatio cæci exterior, in qua (vt prædictum est) quadam similitudine manifestantur opera Dei, quæ Filium eius oportet operari, donec dies est: ipsa, inquã, illuminatio, magnum & manifestatione dignũ Patris opus est. Itaque volente ipso qui gloriam Filij sui quærebat, sicut idem Filius paulò antè testatus est: Ego, inquiens, gloriam meam non quæro, est qui quærat & iudicet, vicini eius, & qui nouerant eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

priùs,claritatem huius miraculi ventilauerunt,tantamque flammam excitauerunt,vt

Cæcus ille Christo gratus & primus, qui propter eũ passus est multa.

cæcos peruenirent. Non solùm,inquit,vicini, sed & qui nouerant eum priùs. Multi quippe nouerunt eum. Vnde?Quia mẽdicus erat inquit: Duabus ex causis notus erat,mendicus erat,quia videlicet & cæcus natus est,& publicè mendicabat,& sic nota persona miraculum latere non sinebat Et dicebant,inquit:Nonne hic est qui sedebat & mendicabat?[Alij autem dicebant,quia hic est,alij autem,nequaquam,sed similis est eius. Ille verò dicebat,quia ego sum.] Mente & corpore illuminatus,qualem potest illuminatori suo rependit gratiam, eligens magis inuidiã cum illo sustinere,quã ingrato silentio laudi & gloriæ Dei damnum inferre. Cuius dicta suue responsa meritò hic, vt verè fidus notarius,primùm mente memori,deinde & calamo excipere curauit, quia videlicet primus omnium mortalium, pro Christo quæstionibus pulsatus,& persecutionem passus est,& sic ad omnia respondit, quomodo magnus ille cæcus per totum orbem diffusus, hodieque in Concilijs & Synagogis respondẽs, illuminatoris sui gratiã cõfitetur,fortis in laboribus,victor in persecutionib.opportunè volentib.importunè nolẽtib. ꝓdicãs & cõtestans illud magnæ pietatis sacramentũ, quod mysticè sub istis cæci huius verbis cõtinetur,lutum fecit ex sputo Dominus,& liniuit oculos meos,& abij,& laui, & vidi,& credidi Deo. Alij,inquit, dicebant,quia hic est:alij autem, nequaquam, sed similis eius est. Sic poterat splendor tantæ gloriæ Dei obscurari,& frigidior ad certam notitiã peruenire fama tanti miraculi. Sed huius veritatis arbiter,& suæ personæ cõscius,& testis, iste,iã nõ cęc⁹ sed oculos habẽs & vidẽs,dubios esse nõ sinit,dicẽs:qa ego sũ. [Dixerũt ergo ei: Quomodo ergo aperti sũt tibi oculi?] Ac si dicerẽt:Ille qui sedebat & mẽdicabat,cæcus erat. Tu autem de illo cæco nobis quærentibus,dicis:quia ego sum. Quomodo ergo aperti sunt oculi[Respondit:Ille homo qui dicitur Iesus,lutum fecit ex sputo, & liniuit oculos meos,& dixit mihi: Vade ad natatoriam Syloe, & laua. Et abij & laui,& * vidi.]Dicat nunc omnis mundus redemptus,mundus diu cæcus, tandemque illuminatus aduersus mundum damnatum, & perseueranter cæcum:dicat,inquã: Lutũ fecit ex sputo dominus,liniuit oculos meos, & abij,& laui,& vidi, & credidi Deo, & hoc tanto canore concrepet, vt cælum suprà,& tellus resultet infrà. Et si pax Ecclesiarum cantantes iuuat,pascatur chorus ille, & delectetur gratiosis cantibus suis, & si bellum persecutionis inquietat, multò magis inter omnium genera mortium declamando testatur, hoc tam pium,tamque iucundum illuminatoris sui beneficium. Sed contra hæc omnes, qui ex patre Diabolo sunt, & propterea non possunt audire sermonem hunc,injiciunt manus suas,& persequuntur omnem videntem & glorificantem Deum, tradentes in concilijs & Synagogis, trahentes ad Reges & Præsides propter Christum. De qualibus & subditur:[Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat.] Hoc vtique illuminati deplorant oculi,quia quamuis per fidem videant, nec dum tamen per speciem vident illuminatorem suum,& insultantibus sibi aduersarijs nequeunt videre vel ostendere præsentiam Christi. Vnde & in Psalmo, vox illa cuiusque fidelis animæ est:Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte,dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Veruntamen non omninò nescimus vbi sit: scimus enim quia cælos ascendit: sed nescimus quomodo sit, vel quale habeat iudicium de nobisipsis. Hæc eum dicentem adducunt, inquit, ad Pharisæos. Quid causæ inuenerant in homine isto, vt eum tam citò ad Iudices vel ad Synagogam traherent? In quo themate causæ huius litem constituere habebant? Sequitur. [Erat autem Sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.] Optata respiratione recreati sunt lassi venatores, capream hynnulumque ceruorum pertinaciter agentes, & eum, quem paulò antè dicentem: quis ex vobis arguet me de paccato, tanquam in excelsa rupe stantem, attingere non poterant,nunc sese assecutos esse putabant,dicturi:nos scimus,quia hic homo peccator est, & non est hic à Deo, quia Sabbatum non custodit: quia videlicet Sabbatum erat, quando lutum fecit, & oculos cæci aperuit. [Iterum ergo interrogabant eum quomodo vidisset.] Quoniam (inquiunt) lutum fecit Iesus, & liniuit oculos eius: erat autem Sabbatum, quando fecit hoc: ergo vt audirent turbæ, & scirent populi ex ore ipsius cæci, hunc hominem esse transgressorem Legis, eò quòd Sabbatum non custodisset,iterum interrogabant eum qui cæcus fuerat, quomodo vidisset, cùm hoc ab eis qui illum adducebant, iam sibi indicatum fuisset. [Ille autem dixit eis,lutum posuit mihi super oculos,& laui,& video.]Approbatio facilis, & nullis *exorta quæstionibus, vna & simplici responsione perficitur: quam vt volunt, accipiant Aduersarij. Nam hic testis, certus de innocẽtia illuminatoris sui,nõ erubescit id quod factum est confiteri. Etenim secretum quidem Regis abscondere bonum est, opera autem Dei enarrare honorificum est. [Dicebant ergo ex Pharisæis quidam:Non est hic homo à DEO, qui Sabbatum non custodit.]O serui peccati, ambulantes in equis superbiæ, liberosq; pedites,imò & libe-

** video Confessio fidelium super hoc luto.*

Matth. 10. Lucæ 21.

exorta

Tob. 19.

ratricem illorum veritatẽ, mendaci atq; incontinenti ore iudicãtes, facitote vos in prima vel secunda Sabbati opus huic simile, vt aperiãtur cæcorum oculi. Verùm hoc facere non potestis,nec aliquis quicunque vestri similis est seruus peccati.Igitur cęcorum oculos aperire opus seruile non est. Lex autem scripta de Sabbato, non qualecunque opus,sed opus,inquit,seruile non facietis in eo Quid igitur,ô serui peccati, iudicare audetis opus libertatis? Nunquid ab inferioribus superiora fas est iudicare ? Nunquid opus Dei,æquè vt opus seruile, dierũ vel hominum Lege constringitur? Omne nanque opus trifariam diuiditur : Aliud opus Dei est, cuius fructus vita æterna: aliud opus peccati,cuius mors:aliud opus mercenarij, cuius retributio quotidianum stipendium est: Opus peccati & opus mercenarij, rectè vtrunque seruile opus dicitur. Verùm alterum eorum, id est, opus mercenarij die sacrato(quale tunc erat Sabbatum, nunc autẽ prima Sabbati propter Christi resurrectionem)non licet fieri: alterum nanque debet fieri, id est,opus peccati. Huius autem contrarium,id est,opus Dei,nullo vnquam tempore vel die debet omitti: Beati enim,qui custodiunt iudicium,& faciunt iustitiam in omni tempore. Quod à patribus vel instrumentis eiusdem operis probabile est:Operis namq; Dei instrumenta, sunt ipsius dona, scilicet sermo sapientiæ vel scientiæ,Prophetia,genera linguarum,gratia curationum,& his similia. Hæc autem profectò nulli sunt Legi subiecta: quippe quia nec in arbitrio sunt hominum,quo tempore vel die desursum descendant à Patre luminum. Proinde à seruili quidem opere peccati semper vacandum:ab opere autem Dei nunquam vacandum est. Ab eo verò,quod medium est,id est: ab opere mercenarij,statutis diebus cessandum est, non tam propter aliquod magnum sacramentum, quã propter serui vel ancillæ refrigerium. Dicente Deo per Moysen:Sex diebus operaberis, septimo die cessabis, vt acquiescat bos & asinus tuus, vt refrigeretur filius ancillæ tuæ & aduena.Cumque ab hoc opere seruili cessatur, ab opere Dei nullatenus vacare conceditur:quia videlicet,nec Sabbato, si ritè perspicias,ab opere suo vacauit Deus. Sic enim scriptum est: Compleuitque Deus die septimo opus suũ quod fecerat. Arctabimus igitur Iudæos, qui de otio Sabbati gloriantur, quod iam tunc in principio Sabbatum dissolutum sit, dum Deus operatur in Sabbato, complens opera sua in eo,& benedicens ipsi diei. Quid autem nisi completio est operis Dei, quòd hic homo cæcum à natiuitate illuminauit? Imperfectum quippe opus erat, dum nascetur homo cæcus, videlicet subtracto sibi vno de quinque sensibus corporis, quibus non solus homo,sed & cętera animalia naturaliter,funguntur. Tibi igitur in multitudine virtutis tuæ mẽtiuntur inimici tui, Christe Fili Dei dicentes:Nõ est hic homo à deo, qui Sabbatum non custodit: quia videlicet, dum in Sabbato comples opus imperfecti, id est,à natiuitate cæci hominis:si quoque te staris te à Deo esse, & Filium eius esse, qui sicut prædictum est,die septimo opus suum compleuit.Mentiuntur, inquam,& vsq; hodie in mendacio perseuerant, odientes te,id est,non ignorantes, sed scientes & inuidentes multitudini virtutis tuæ : nos autem Gentes benedicimus te Deum nostrum,dicentes cum Propheticæ vocis firmitate:Omnis terra adoret te & psallat tibi,psalmum dicat nomini tuo altissime. Quia videlicet omnis terra illuminata est ab ipsa, in qua mentiuntur tibi inimici tui, multitudine virtutis tuæ.Sequitur:[Alij dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.]Quomodo,inquiũt, homo peccator,homo tantæ infelicitatis,vt rectè de illo dici queat,quod à Deo non sit, potest hæc signa facere, id est, opera quæ nõ nisi Deus fecit aut facere nouit, quomodo potest complere vel meliorare? Istis,pessimum non habentibus inuidiæ tormentum, vacabat vtcunque verum librare iudicium. Multò magis enim, & incomparabiliter amplius sibi repugnant,à Deo non esse, &,illa quæ sinè dubio Deus incepit opera perficere:quã à Deo esse, & in Sabbato salutis opus facere. Quanquam omninò non repugnet,sed reuera cõsequẽs sit, vt is, qui à Deo est omni tempore, faciat opus Dei. Nec verò ab re dictum est,& schisma erat inter eos, quia videlicet, cũ accusantium summa esset intentio,quatenus in vnam sententiam declinantes, vniuersi conclamarent, hunc hominem non esse à Deo: non parum molestè accipiebant,alios ècontrario dicere:quomodo potest homo peccator hæc signa facere.[Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos] Hoc vtique non quilibet,sed illi dicunt,quorum est illa vana demonstratio, non est hic homo à Deo. Nitebantur illum in consortium suæ trahere blasphemiæ, & infirmitate suæ causę,linguæ eius baculo sustentare,multum sibi illo schismate valere arbitrantes ad detestationem eius quem oderant, si de illo nec ipse boni aliquid sentiret, qui tantum ab eo commodum percepisset. Qua peruersitate sua nihil hodieq; magis, quàm illuminatos per Christi Fidem cordis nostri oculos rursus excæcare cuperent, sicut & Galatas penè excæcauerunt, quibus Apostolus dicit: O insensati Galatæ, qs vos fascinauit veritati non credere?Sic stulti estis,vt cũ spiritu cœperitis, nunc carne consummemini. Ita ergo cæci videntẽ fascinare volentes, dicebãt: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? [Ille autem dixit:quia Propheta est.]Minùs quidem

Illuminare cæcum,non est opus seruile.

Leuit. 23. Rom. 6.

1. Cor. 9.

Psal. 103.

1. Cor. 12.

Iacob. 1.

Exod. 23.

Gen. 2.

1. Cor. 13. Psal. 41.

Ibidem

Schisma erat inter eos.

Peruersitas Iudæorum.

Galat. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem dixit, quàm est: quia videlicet Christus Iesus illuminator omnium Gentium, non solùm Propheta: sed Deus quoque & Dominus Prohetarum est. At ille rudis vi-
Quo tu-dens respon-dendum sit Apoc. 3. sor veritatis adhuc erat. Veruntamẽ ad percontationem talium hominum, qui nõ quæ runt vt videant, sed vt videntes videre prohibeant, aduersus istos, inquam, (qui in Synagoga Sathanæ sunt & Christum blasphemant) Iudæos, sufficit nobis & cunctis qui illuminati sunt respõsio hæc: quia Propheta est. Nam quoniam nol ũt audire vel scire, quia Christus est, saltem hoc sciant & videant, quia Propheta est. Non tamen vt aduersus naturales ramos gloriemur, insultando, quia fracti sunt, & nos excisi de oleastro
Rom. 11. contra naturam & bonam oliuam inserti sumus: sed solo cõtenti, vt os illorum obstruamus, dicentiũ: quia nõ est hic homo à Deo, dicamus quia falsum est. Etenim saltem in pœna vestra satis vobis manifestũ est, quia Propheta est. Ergo à Deo est, & in nomine Domini, verum de vobis verbum locutus est, quo signo Lex cognosci iubet Prophetam in quo Dominus locutus est. [Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quòd cæcus
*Deut. 18. * viderat.* fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui cæcus fuerat.] Ecce per aliud foramen euadere contendunt vulpeculæ, ne gloriã Filij Dei cogantur videre. Primòstatim vt offensi sunt tãti claritate miraculi, eò confugerunt, vt dicerẽt, non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit: sed non fuit liber hic exitus, quia schisma factum est inter eos, alijs dicentibus: quomodo potest homo peccator signa hæc facere: insuper & ipso, qui illuminatus est, ab illa blasphemia dissentiente ac dicẽte, quia Propheta est. Ergo ad hunc alium resilierunt exitum, vt non
Cur vocaverunt parentes cæci. crederent, & non credendo quasi dubium facerent, quòd cæcus fuisset & vidisset. Fama quippe tantæ rei, & si non penitus abscõdi, tamen vtcunq; per hanc dissimulationẽ posse videbatur obscurari. Non crediderũt ergo, inquit, quòd cæcus fuisset & vidisset: donec vocauerunt parentes eius, vt illis terrore sub tali quippiam retorquerent, quod inquã, illorum iuuare possit intẽtionem. [Et interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis, ꝙ cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?] Ecce propter filium parentes obsessi sunt, vt aut mẽtirentur, dicentes: non est hic filius noster, sed similis est eius: siue filius noster non cæcus natus est, vel certè alio quocunque modo illuminatus est quàm eo quo dictum est, aut certè, si id quod verum est dicerent, irã illorum incurrerent, & cum falso suo pariter extra Synagogam fierent. Sed sic obsessi tam facile euaserunt, quàm verè cæci erãt, quietos propter odium videntis obsederãt, nam sequitur: [Responderunt eis parentes eius: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est, Quomodo autem nunc videat, nescimus, aut quis aperuit eius oculos nos nescimus, ipsum interrogate, ætatem habet, de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos.] Tuta satis nullique calumniæ patens respõsio. Scimus, inquiunt. Quid? Illud quod & vos. Tantum scimus & dicimus, quantum scitis & dicitis vos, videlicet, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Quod autem nescitis vos, & quasi nescientes interrogatis dicentes, quomodo ergo nunc videt, nos nescimus. Hoc dixerunt, quia timebant Iudæos. Quod etsi mendacio vicinum est, tamen quia non fallendi intentione, sed periculi metu dixerunt, mendaces dicendi non sunt, vel ex patre Diabolo esse, qui ex proprijs loquitur mendacium, quem admodum illi, quorum metu sic locuti sunt. Quid verò iustius quàm quòd subiunxerunt: ætatẽ habet: ipse de se loquatur? Hoc nempe legitimum est, vt neque filij pro parentibus, neque parentes pro filijs occidantur. Et prophetica quoque authoritate defenditur, qua dictum est: filius non portabit iniquitatẽ patris, nec pater filij. Quanto magis in causa huiuscemodi parentes debebant esse liberi? Tam ergo cõstanter, quàm sapienter cæcis à videntibus & videntis parentibus dictum est: ætatem habet, ipse de se loquatur. Causam metus illorum Euangelista subiungit. [Iam enim cõspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur Christum, extra Synagogam fieret. Propterea dixerunt parentes eius: Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. [Conspiratio hæc ventus erat, & flumen. Et vehemẽs quidem ventus, & magnum flumen, quod tamen viri sapiẽtis domum fundatam supra petram, mouere non posset. Veruntamen eo tempore parentes cæci huius timuisse nõ adeò mirum est, cùm & Petrus non solũ timuerit, sed & Christum negando totus penè submersus sit, nisi quòd ille citò extendit manum, & apprehendit eum gallo cantãte cõuersus, & respiciẽs in eum. Cæterùm eadem conspiratione sua Iudæi omnẽ Dei gratiam expirauerunt, & dum extra Synagogam eos faciunt, qui confitentur Christum, separant seipsos ab omni Synagoga. i. antiqua Ecclesia Patriarcharum & Prophetarum, omniumque iustorum siue electorum, qui expectauerũt, & ipsa expectatione suã Christum confessi sunt, & ita ipsi potiùs extra Synagogam Dei facti, & intra Synagogã Satanæ cõclusi sunt. Notandum sanè quòd Euangelista, dicendo: Propterea dixerunt, ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Eam partem responsionis eorum reliquit, quę non omninò culpa vacat, quia non omni cãret sorde falsitatis, scilicet id quod dixerant: Quomodo autem nunc videt nescimus: aut quis aperuit eius oculos nos nescimus, &

Ætatẽ habet, ipse de se loquatur Deut. 24. Ezec. 18.

Matth. 16.

Matth. 26. Luca 22.

Apoca. 5.

Psal. 63.

mus, & illud solum, quod irreprehensibile est repetiuit, velut attestando dicens: Propterea dixerunt, ipsum interrogate, &c. [Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. Nos scimus quia hic homo peccator est.] Ecce fabricatores mẽdacij, quomodo circumeunt, vt hunc non proselythum aut hospitem, sed ciuem ac domesticum gratiæ Dei, secum faciant filium perditionis, cogentes eum, vt in mendacium cõmutet veritatem Dei. Quid enim agitant, nisi vt istum suo faciant contestari mendacio, & dicere secum: Quia non est hic homo à Deo, vel opus suæ illu-
Esa. 56. minationis mentiri, non diuina virtute, sed aliquo perpetratum esse magico carmine? Rursus ergo vocauerũt hominem. De homine qui cæcus fuerat, ad parẽtes eius, de parentibus ad ipsum recurrentes, scrutati sunt iniquitates, & defecerũt scrutãtes scrutinio. Da, inquiunt, gloriam Deo. In quo? vt idem scias, idem dicas, quod & nos. Quid illud est?
Iosue 7. Nos scimus quia hic homo peccator est. Probè dictum: Sicut Iosue, putauerunt se gloriã Dei quærere, cùm contrario spiritu viri fortis oratione vsi sint. Ille namque corde & labijs Deum honorans, cum Achan vsurpasset de anathemate, & sors illum prodidisset: Fili mi, inquit, da gloriam Deo, & indica nobis qd feceris: Isti aũt Deum labijs hõnorantes, corde autem ab illo elongati. Da, inquiunt, gloriam Deo, id est, negã quod accepisti. Sic os impiorum operit iniquitatem, & sic deprauando vias suas, tamen illuminato & clarè videnti manifesti sunt. Nam sequitur: [Dixit ergo ille: Si peccator est nescio, vnum scio, quja cùm cæcus essem, modò video.] Abscondebant odium mendacibus labijs, simulantes se quærere gloriam Dei in eo, vt dicerent: Hic homo peccator est: at ille mente & corpore illuminatus & clarè videns, de huiusmodi non gloria Dei, sed blasphemia liberatus est: Si peccator est, inquit, nescio, id est, peccatorem non esse scio. Repugnat enim illud vnum quod scio, scilicet quòd cæcus cùm essem, modò video, quod efficere non potuisset peccator homo. [Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tuos oculos?] Nónne tibi huiusmodi percontationibus videntur dicere, aliud nobis cõminiscere: nam quod tibi factum est, quod iam semel & iterum dictum est, nolumus audire? Sed quem ista terreret interrogatio magnifica ad obediendum linguæ iniquæ, & obtemperandum labijs mẽdacibus?
Christus puluerem nostrũ induit. Eccl 24. 2. Cor. 1. Prou. 19. Nunquid illum, qui oculis illuminatis testes mendaces perituros videbat? Nempe & illis, qui tunc videbant hominem videntẽ non videre, & cæteris omnibus Iudæis siue Hæreticis, quicunque aliud de Christo audire volunt, quã id quod in illius illuminatione significatum est, scilicet quod ex illa quæ ex ore Dei prodiuit sapientia, puluerem nostrum induerit, & inde simus illuminati, omnibus, inquam, derisoribus, quibus hæc prædicatio scandalũ vel stultitia est, parata sunt iudicia, & corporibus eorum mallei percutientes. Sequitur ergo. [Respõdit eis: Dixi vobis iam & audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis Discipuli eius fieri?] Non est hoc ex tædio respondendi, sed ex iudicio rationis, quòd sic stomachatur & inuehitur in illos dicẽs: Dixi vobis iã, & audistis, &c. Cur aũt sic dixit? Nunquid & vos vultis Discipuli eius fieri? Nunquid hoc de illis suspicari poterat, qui sic lactauerant eum dicentes: Da gloriam Deo, & protinus viam non bonam qua illum abducere volebant, aperuerunt subiungendo: Nos scimus, quia hic homo peccator est: Ergo interrogando acutiores clauos infixit, negans eos velle Discipulos ei? fieri, & idcirco narratiõe iterata indignos iudicauit. Quod magis ac magis ab effectis liquet. Nam sequitur: [Maledixerunt ei, & dixerunt ei: Tu Discipulus eius sis, nos autem Moysi Discipuli sumus. Scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit.] Vnde hæc interpretatio pro maledictione procedit: tu Discipulus eius sis, manifestum est illic non paruum esse odium eius, de quo ille dixerat: Nunquid & vos Discipuli eius vultis fieri? quomodo & ignem illic subesse certum est, vnde fumum vel scintillas subuolare perspexeris. Vbi au-
Sap. 1. tem odium veritatis inerat, Christi Discipulatus admitti non poterat, quia videlicet in maleuolam animam non introibit sapientia. Rectè igitur hic non iam cæcus sed vidẽs, admirans pariter & indignãs, Nunquid (ait) & vos vultis Discipuli eius fieri? Maledixerunt (inqt) ei, & dixerũt. Tu discipulus eius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. Nihil ominùs & vsque hodie suadet Christianus Iudæo, discipulum Christi fieri, Iudæus aũt è contrario maledicit Christum, & omnem Christianum in Synagogis suis. Sed horum talis maledictio sit super nos. Talibus enim illorum maximè maledictionibus Domi-
Malach. 2 nus benedicit, sicut econtrà per Malachiam Prophetã: Et maledicã (inquit) benedictionibus vestris. Nos autem, inquiunt, Moysi discipuli sumus. Frustra nimium adulantur Moysi discipuli bilingues, & animo duplici, defensores Sabbati, desertores autem dile-
Deut. 28. ctionis Dei & proximi, subdolè honorantes Dei famulum, vt fiducia eius inhonorent Dei filium. Frustra, inquam. Recalcitrat enim Moyses, & dicit: Percutiat te Dominus amentia & cæcitate, & furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris. Nam secundum hãc maledictionem nunc ipsi tenebras habent palpantes, & in lubrico claudicantes: Gentilis autem populus, qui per illum à Christo illuminatum significabatur, viam planam & splendise-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram habet meridiem. [Respondit ille homo & dixit eis: In hoc enim est mirabile, quòd vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos.] Maledicta illorum futilia sapientia contempsit, nec respõsione digna iudicauit. Quod autem vltimum dixerant: Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit, fortissimè redarguit: Præ admiratione (inquit) responsionẽ ad interrogata non iteraui, sed hoc tantum dixi: Nunquid & vos vultis Discipuli eius fieri. In hoc enim, quòd hic tantus est, vt oculos meos aperuit, & vos eum nescitis, id est, improbatis, neq; enim scire vultis quòd à Deo sit, in hoc, inquam, mirabile est, mirabile scelus, mirum sacrilegium [Scimus enim quia Deus peccatores non audit.] Hoc videlicet scimus, testante Scriptura: Quia qui auerti aurem suam ne audiat Legem, oratio eius execrabilis erit. Item: Iniquitatẽ si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Ergo peccatores, quàm diu peccatores sunt, maximè qualem vos hunc esse iudicatis, Deus non audit. [Sed si quis cultor est Dei, & voluntatem eius facit, hunc exaudit] Hac propositione data, quia refelli non potest, protinus assumit. [A seculo nõ est auditũ, quia aperuit quis oculos cæci nati.] Et hoc sine dubio, velint nolint Aduersarij, oportet concedi, qa videlicet nihil tale reperitur in Moyse, aut in Prophetis. Proinde cõtinuò concludit sic. [Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.] Et notanda diligenter huiusce argumẽtationis colligatio: Scimus, inquit, quia peccatores Deus nõ audit, sed si quis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Non vtique quemuis sui cultorem, neque qualemcunque facientem suam voluntatem Deus ita exaudit. Nam à seculo multi cultores Dei fuerunt, & multi voluntatẽ eius fecerunt, & tamen à seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Magna quidem audita facta sunt à Moyse & Prophetis, sed cuncta quæ fecit Moyses, extra hominem, id est, in elementis mundi fecit, pauca verò eorum, quę Prophetæ gesserunt, qui vtique Euangelicæ gratię, & tempore, & prædicatione viciniores extiterunt, intra hominem facta sunt, sicut resuscitatio mortui per orationes Heliæ, iterumque Helisæi. Cùm ergo non qualescunque, sed præcipuos vtiq; cultores suos Deus sic exaudiat, vt talia facere possint, vera profectò & constans conclusio est, nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam, id est, nec elementis imperare, nec amissam mortuis vitam restituere, neque illud quod nunquam fuerat in homine cæco nato lumen infundere, quod à seculo non est auditum, & si alia magna audita sint. Igitur accusatores & testes iniqui, non tam inquisitores quã derisores iudicij, in sua propositione, qua dixerãt: Nos scimus quia hic homo peccator est, forti & nodosa per vnum orationẽ redarguti & concluſi sunt. Vnde quia via rationis euadere nequeunt, more solito ad cõuitia proruunt dicentes. [In peccatis natus es totus, & tu doces nos?] Et eiecerunt eum foras.] Beati, inquit, eritis, cũ maledixerint vobis, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ vestrum tanquam malum. Iam istum maledixerunt, dicentes: Tu discipulus eius sis, & exprobrauerunt dicentes: In peccatis natus es totus, & eiecerunt extra Synagogam, id est, anathematizauerunt eum. Ergo sic illuminatio Gentium, sic & passiones Sanctorum iam in isto præsignatæ sunt. Mentiuntur vtique de corde suo iudicantes, in peccatis natus es totus, id est, propter peccata tua vel parentum tuorum natus es cęcus. Nam veritas de illo iam dixit: neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur, sed vt manifestarentur opera Dei in illo. Fateamur tamen nos omnes, quia reuera toti in peccatis, id est, cæci nati sumus, sed etenim completa in nobis prophetia, quæ dicit: Et ducam cæcos in viam quam nesciunt, & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciam. Docendi authoritatem habemus, vt nos emulentur, & fiat illud eis, quod per Moysen ad ipsos dictum est: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam. [Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras. Et cùm inuenisset eum, dicit ei: Tu credis in Filium Dei?] Leuiter quidem dictum videtur, audiuit Iesus, sed reuera grauissimum est, clamorem peccatorũ tetigisse aures: Expectaui, inquit, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Neque hoc sinè pondere dictum est: & cùm inuenisset eum. Inuenit enim Iesus, quos mundus perdit, inuenit salus quos perditio derelinquit. Inuenit autem de prope: Iuxta enim est Dominus his qui tribulato sunt corde. Item de viro fideli: Cùm ipso sum, inquit, in tribulatione. Quę sequuntur simpliciter, id est, absque necessaria similitudine de homine illo ratio postulat intelligi. Non enim quomodo prius ille homo ad natatoriam Syloe missus lauit & vidit, & deinde dicitur ei: Tu credis in illum Filium Dei, sic quisq; nostrum priùs Baptismate lauandus est, & post an credat interrogandus. Ergo vnius hominis deuotio, qui tũc erudiebatur pensanda est, de quo & subditur [Respondit illi & dixit: Quis est Domine vt credam in eum?] Hactenus nempe homo iste illud significabat quod est. Significabat enim nos, quòd catechizandi & baptizandi essemus, & nunc ipse catechumenus est. Nam antehac Filium Dei nesciebat, in quẽ sibi esset credendum cũ dicat: Quis est Domine, vt credam in eum? Catechizatur ergo, & illius fides super oculos mẽtis eius ponitur, qui paulò antè per lutũ super oculos

Prou. 28.

Psal. 75.

Matth. 5.

Esa. 42.

Deut. 32.

Cæcus ille figurat catechumenorum.

Esa. 5. Psal. 33. Psal. 40.

Longè minora fecerunt Moyses & prophetæ quã Christus. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4

oculos corporis positum signabatur. Nam sequitur [Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.] Rem grãdem dicturus, scilicet & loquitur tecum, ipse est, opportunè præmisit: & vidisti eum, videlicet, vt per commemorationem magnæ virtutis magnique beneficij beneuolùm faceret animum auditoris. Quærenti enim, quis est Filius Dei, quid est dicere, & vidisti eum, nisi ipse est, qui aperuit oculos tuos, vt videre possis eum? Captata ergo beneuolentia, confestim, & qui loquitur (inquit) tecum, ipse est, quod vtique gratiosius, & à iactantię suspicione longius est, quàm si ita dixisset: Et ego ipse Filius Dei sum. Necverò frustra semetipsum credidit huic Filius Dei, vt diceret: & qui loquitur tecum, ipse est. Nam audi, audi, inquam, & vide, quid fuerit, & quid ipse esse nouerit in isto homine, de quo alio loco dictum est: Ipse enim sciebat, quid esset in homine. [At ille ait: Credo Domine. Et procidens adorauit eum.] De hoc primitiuo adorare Filij Dei duo hæc notanda sunt, quæ de nullo adorante illum legis, quia videlicet & credo dixit, & procidit. Nam & le prosus quidem legitur adorasse, tamen non dixisse, credo in te, neq; procidisse, sed tantũ (vt Marcus testatur) genu flexisse. Hic vnus inuenitur, tam voce confessionis, quàm gestu corporis, necessariam perficiens adorationem filij Dei, & idcirco rectè per singulos annos in exemplum proponitur sanctæ Ecclesiæ catechumenis, instante solennitate Paschali, baptizandis in morte Christi. In qua & ille post hanc confessionem vel adoratio nẽ sine dubio lauari dignus fuit. Igitur postquam hæc acta sunt, audiamus subsequentia dicta Saluatoris, & sic illum attendamus, tãquam exponentem, quid absconditè exeundo de templo Iudæorum, & cæcum tali ordine illuminando fecerit nobis, ac deinde iudicium proferentem de pastoribus illis, qui hanc ouem, id est, hominem illuminatũ foras eiecerant. Sequitur. [Et dixit ei Iesus: In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiãt] Magna & iusta sententia competenter & in tempore suo dicta est. Nam quia factum fuerat iudicium iniquum, & non iudicium sed iniquitas, scilicet, quòd Pharisæi sæpè dictũ hominem eiecerant foras, rectè is cuius est omne iudicium, ad quem pertinet corrigere, quæcunque per iniqua iudicia fiunt: In iudicium (inquit) ego veni in hunc mundũ. Et quia non aliam ob causam illum eiecerãt nisi quia cæcus cùm fuisset & nunc videret, illuminatorem suum blasphemare noluerat, rectè pœnam, quam illis repensurus est Iudex, cæcitatem appellat: Vt qui non vidẽt (inquit) videant: & qui vident, cęci fiant. De causa enim illuminati hominis, qui cæcus fuerat, quomodo eiecerant eum foras, congruum pœnæ vel vindictæ eorum vocabulum datum est. Nec solùm dixit: Vt qui vident, cæci fiant, sed etiam vt habeant quos pœnaliter æmulentur: & qui non vident, in quit, videant. Vbi ergo audimus iudicium, dicente iudice: In iudicium ego veni in hũc mundum, ipsum expectemus iudicij ordinẽ scilicet, vt qui reos iudicaturus est, iam nunc ipsorum dicat reatum, ipsumque perpetrati reatus modum atque vocabulum. Reatus est, quia non per ostium intrauerunt, sed aliunde descenderunt in ouile ouium: modus, quia non solùm furari, sed & mactare & perdere venerunt, & ipsum pastorem bonũ, cuius oues sunt, occidere quærunt, quod & perfecturi sunt. Vocabulum reatus eiusdẽ legitima cum definitione positum hoc est, quia fures & latrones sunt. Fures, quia furãtur, latrones, quia quod furantur, occidunt. Ac proinde his, qui non videbant, videntibus excæcandi sunt, & sicut alibi verbis alijs sed eodem sensu dictum est: Multis ab orientẽ & occidente venientibus & recumbentibus cum Abraham, & Isaac & Iacob in Regno cœlorum, eijciendi sunt in tenebras exteriores, quod hoc ordine ingrediũtur: [Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui erant cum eo, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus?] Ex Pharisæis, qui (sicut suprà dictum est) iam cõspirauerant, vt si quis Christum confiteretur, extra Synagogam fieret, quidam cum illo erant, non vtique sequentes, sed persequentes: non imitatores, sed insidiatores.

Reatus Iudæorum.

Ioan. 2.

Matt. 8. Marc. 1.

Rom. 6.

Iniquũ iudicium Iudæorum in cæcum.

Matth. 8.

Sunt autem Pharisæi clerici Iudæorum. Si ergo Iudæi videre sibi confidunt, quantò magis Pharisæi duces eorum? In quo verò sibi videre Iudæi sibi confidunt? Si autem (inquit Apostolus) tu Iudæus cognominaris & requiescis in Lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora Legis, instructus per Legem, confidis teipsum ducem esse cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, &c. Igitur cùm dixisset Dominus: Et qui vident cæci fiant, cognoscentes, quòd de ipsis diceret. Nunc (aiunt) & nos cæci sumus? Nunquid quia tu venisti, nos quoque scientiæ nostræ lumen perdidimus?

Phærisæi

vtut clerimagis

ci Iudæorũ

Rom. 2.

[Dicit eis Iesus: Si cæci esse tis, non haberetis peccatum. Nunc autem dicitis, quia videtis, peccatum vestrum manet:] Benè & laudabiliter moderatur sententiam suam, concedendo illis quod videntes sint, & hoc ipsum proficere comprobando, ac cumulum damnationis, pœnamque æternæ cæcitatis. Nam verè cæci sunt per odium lucis & veritatis, & videntes per notitiam eiusdem veritatis, vtpote per legem instructi. Vnde per Prophetam DEVS dicit: Educ foras populum & oculum cæcum, & oculos habentẽ, surdum & aures ei sunt. Suo ergo malo conceditur eis, quia videntdicendo: Si cæci essetis nõ haberetis peccatum,

Esai 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum,nunc autem dicitis quia videtis,pec-
catum vestrum manet: Quod peccatum? Il-
CAP. X. lud vtique,quod protinus his verbis subin-
fertur:[Amen amen dico vobis,qui non in-
trat per ostium in ouile ouium,sed ascendit
aliunde,ille fur est & latro.] Poterat dicere
sic: Amen amen dico vobis, quoniam vide-
tis,& videndo declinare ostium,atque aliun
de in ouile ouium ascendere scitis, fures &
latrones estis,& hoc est peccatum vestrum,
furtum scilicet & latrocinium. Sic,inquam,
dicere poterat,sed ne aliquam amaritudinē
quasi prouocata sonaret veritas, maiori cū
suauitate seueriſsimi iudicij libram tenens,
peccati pondus vniuersaliter enunciat. Qui
non intrat,inquit,per ostium in ouile ouiū,
Fur & la- sed ascendit aliunde,ille fur est & latro. Fur
tro. videlicet,quia furatur, quod alienum est: la-
tro,quia occidit,quod furatus est. Et nota
quàm congrua similitudine pro tempore &
re vsus est. Illi namq;,scilicet Pharisæi, qua-
si pastores,sed pastorali potestate vel aucto
ritate abutentes,hominem illum,qui illumi
natus fuerat,tanquam ouem de ouili ouiū,
id est,Synagoga,foras eiecerant. Ergo con-
gruè similitudinem sumit de ouili ouium,
& tam illis quàm omnibus, qui cū lupi sint,
pastores videri volunt,& subditos suęq; po
testati permissos, neque per ostium admit-
tunt, neque per ostium emittunt. i. non sē-
cundum Deum, sed secundū propriam vo-
luntatem anathematizantes condēnant, vel
assumentes iustificant,iuxtà Prophetam di-
centem: Viuificabant animas,quæ non vi-
uunt,& mortificabant animas, quæ nō mo-
riūtur. Omnibus,inquam,edicit,quòd hoc
Ezech. 3. pacto nō per ostium in ouile ouiū introie-
rint,sed aliunde ascenderint, & proinde fu-
res & latrones sint. Nunc de his maximè ad
quos, vel contra quos sermo est, dicendum
est: Amen amen dico vobis(inquit)qui non
intrat per ostium in ouile ouium, sed ascen-
dit aliūde, ille fur est & latro. Hic iam illud
subaudiendū est,quod posteriùs dicit: Ego
sum ostium ouium.

Constat autem, quia Pharisæi nō solùm
Pharisæi fu- per ipsum intrare recusabant, sed & ipsum
res & latro- agnoscere nolebant,dicentes: Hunc autem
nes. nescimus vnde sit: & adhuc,quod peius est,
iam conspirauerant, quòd si quis per ipsum
intrare vellet. i. si quis confiteretur eū esse
Christum,extra Synagogam fieret. Et pro-
fectò idcirco hunc hominem de Synagoga
foras eiecerāt,quia per ipsum intrare iā cœ-
perat. Rectiſsimè ergo dicitur eis hoc Pro-
uerbiū, per quod significatur de ipsis, quia
fures & latrones sunt, quia videlicet per o-
stium. i. per Christum, nec ipsi intrant, nec
alios intrare permittunt. Igitur si cæci esse-
Luc. 11. tis,inquit, id est, si non cōfideretis in vobis-
metipsis,& si non tulissetis clauim scientiæ,
nec ipsi introeuntes, nec alios intrare per-
mittentes, peccatum nō haberetis,illud sci-
licet, quòd ostium i. me, per quem intratū
in ouile ouium, tantopere declinatis, & ob-
struere contenditis. Nunquid enim cæcus
ostium declinare nouit,& non potius igno-
rans& errans ab eò diuertit? Itaque iustum
fiet iudicium, vt qui non vident ostium, vo- Ioan. 8.
centur & ducantur ad ipsum,moxq; intro-
ducti videant: qui autem vident ostium; &
inuidentes ostio, vel vituperātes illud,alium
de ascendunt,ad hoc vt faciendo desideria
patris sui Diaboli, mactent & perdant,ipsi
continuò cæci fiant, videlicet sic foras ex-
pulsi, vt iam nec ostium inueniant,nec aliun
de ascendere prævaleant. Sequitur: [Qui au
tem intrat per ostium,pastor est ouium.]Hoc
planè consequitur eum,qui intrat per ostiū,
vt sit pastor ouium,sicut econtrà, eum qui
ascendit aliunde,consequens est, esse furem
& latronem. Intrare autē per ostium, quid Quid est in
est,nisi imitari Christum,qui ipse sicut pau- trare per o-
lò pòst dicit & pastor est, & ostium? Item, stium.
quid est imitari Christum,nisi non à seipso
quemque venire,sed cum subiectione obe-
dientiæ,mittentis siue vocantis sustinere im
perium? Christus enim non ipse sibi pasto-
ris nomen,aut officium, siue possessionem Luc. 15.
vsurpauit ouium,sed à patre iussus & missus
curam requirendæ ouis centesimę, quę peri
erat,obedienter suscepit, sicut ipse contes-
tans: Neque enim, inquit, à meipso veni,
sed ille me misit. Quod & Apostolus verbis Ioan. 5.
alijs comprobans: Nec quisquam (inquit) Hebr. 5.
sumet sibi honorē,sed qui vocat⁹ est à Deo,
tanquam Aaron. Sic & Christus non semet-
ipsum clarificauit, vt Pontifex fieret,sed qui
locutus est ad eum dicens: Filius meus es tu, Psal. 2.
ego hodie genui te. Et in alio loco dicit: Tu Psal. 109.
es Sacerdos in æternum secundum ordinē 1. Petr. 5.
Melchisedech. Qui ergo non à semetipso ve
nit,neque seipsum commendat,sed commē
datorem Deum expectat, vt pastor fiat, in-
trat vtique per ostiū,quia sic imitatur prin-
cipem pastorum Christum,multumque dis
similis est illis,propter quos, vel cōtra quos
hæc maximè dicuntur, Annæ & Caiphæ, &
qui reuerà aliunde ascenderant, & idcirco
non mirum faciebant,quod furabantur, &
mactabant,& perdebant,quia fures & latro
nes erant. Non enim vocati sunt à Deo tan-
quam Aaron,sed contendendo irruentes al
ter super alterum, venale Sacerdotiū in par-
tes annuas sciderunt. Sequitur: [Huic ostia-
rius aperit,& oues vocem eius audiunt.]Hu
ic(inquit)qui intrat per ostium,id est,qui or
dine legitimo propter Deum pastoris sorti-
tur officium, ostiarius aperit, quia videli-
cet,vt studium eius ouibus prōsit, auditō-
rum corda per gratiam sancti Spiritus præ-
uenit.

Quod legitimo pastori Paulo Apostolo
fiebat, cùm diceret Corinthijs: Permanebo 1. Cor. 5.
autem Ephesi vsque ad Pentecosten. Ostiū
enim mihi apertū est magnū & euidēs. Tale
est illud,quod in Apocalypsi, Angelo Phila Apoc. 3.
delphiæ Ecclesiæ promittitur: Hęc dicit san
ctus & verus,qui habet clauim Dauid, qui
aperit & nemo claudit,claudit & nemo aper-
rit. Scio opera tua: Ecce dabo coram te ostī
um apertum, quod nemo potest claudere,
&c. Tunc enim sanctus & verus humanoru
pectorum clauicularius Angelo Philadel-
phiæ, (quod interpretatur dilectionis fra-
ternæ,) scilicet, prædicatori cupienti saluti
proximorum proficere,ostium magnum a-
perit,sciens opera eius, quando perpendens
intentionem cordis eius, intelligentiam sa-
cri verbi pandere illi dignatur, & labori e-
ius,vt fructum faciat, prævenientе pariter
ac subsequente gratia sua, cooperatur. Et
nunc quidem ostiarius est ipse, qui hæc lo-
quitur,qui antequam per victoriam mortis
glorificaretur,humilis ianua videbatur: nūc
(inquam)non solùm ostium,sed & ostiarius
est,ex quo ascendens in altum, & captiuam
ducens captiuitatem, dedit dona hominib.
Psal. 67. Exinde namque ostiarius quoque esse com
1. Cor. 12. probatur,quia ipse dedit quosdam quidem
Apostolos,alios autem Prophetas,alios ve-
ro Euangelistas,alios autem Pastores & Do
ctores. Nec verò confusionem facit, aut fa-
cere debet vllam,quòd ipse idem & ostium
& ostiarius est. Nam in ouili quidem bruta-
rum ouiū,aliud ostiū,atq; aliud est ostiarius
at in grege rationali,qđ ostiū, hoc ostiarius
est. Et enim quemadmodum vnus idemque
Dominus noster Iesus Christus, & via & ve
Ioan. 14. ritas,& vita est,sic non solùm ostium,sed &
ostiarius, & adhuc ipsa ouiū est pascua. Est
autem in ostio & ostiario nonnulla profe-
ctuum nostrorum distinctio. Nam dum per
fidem Catholicam quisq; nostrum ad Chri-
stum accedit, Christus illi ostium est: quan-
do autem accepto gratiam aliquam idē gra-
tiarum distributor largitur, iā ostiarius est.
Matth. vlt. Sic & summis post ipsum pastoribus Apo-
stolis,ante pasionem suam Christus tantū-
modò ostium erat: ex quo autem resurgēs
à mortuis,potestatem accepit, sicut ait ipse:
Data est mihi omnis potestas in cælo & in
terra,iam & ostium,& ostiarius extitit,& vt
verè ostiarius cœli,dona sancti Spiritus illis
largitus est. Igitur qui intrat per ostium(in-
quit,huic ostiarius aperit.

Quid deinde? Et oues, inquit,illū sequū-
tur,hoc planè dignum est,& sic ipsis ouibus
Luc. 10. expedit. Christi quippe oues non essent, si
2. Cor. 13. Apostolos Christi & omnes quibus hic o-
stiarius aperuit non sequerentur, & si vocē,
id est,doctrinam eorum nescirent, vel non
approbarent. Nam talibus ipse dicit: Qui
vos audit, me audit: qui vos spernit, me sper
nit. Qua fretus auctoritate Paulus: An, in-
quit,experimentum quęritis eius,qui in me
loquitur Christus? Itaque cuicunque ostia-
rius aperit,oues vocem eius sciunt,& sequū
tur eum,& quicunque sequūtur,oues sunt.

Qui autem sequi contemnunt, ipsa rebellio
ne sua testes sunt sibi,quia non oues, sed hœ
di sunt. Sequitur: [Et proprias oues vocat
nominatim,& educit eas.]O quàm dissimi-
lis est iste quicunq; per ostium intrauit, vel Mali pasto
cui ostiarius aperuit,furibus & latronib. illis res.
qui declinantes ostium,aliunde ascenderūt. Esai 5.
Illi nempe nequaquam oues vocant nomi-
natim,sed econtrà peruersis vtuntur nomi-
nibus,dum dicūt bonum malum,& malum
bonum: dum vocant tenebras lucem, & lu-
cem tenebras, vt iustificent impium pro mu
neribus, & iustitiam iusti auferant ab eo,
quemadmodum fures & latrones, propter
quos, vel contra quos hæc maximè dicun-
tur,quia hominem illum,qui cæcus fuerat
& viderat,alieno nomine vocantes,maledi-
xerunt & exprobrauerunt, & eiecerunt tan
quam malum. Non ita iste,sed proprias (in-
quit)oues vocant nominatim. Proprias (in-
quit) videlicet, quia Christi oues dilectio-
nis affectu suas fecit, vel quia pastorū Prin-
cipi pastor ipse proprio labore,& cura nutri
ta illas,quæ non erant,acquisiuit. Vocatque Quid est vo
illas nominatim, id est, cùm sint oues non care nomi-
hœdos vocat,sed vt sint oues blandè ac fa- natim.
miliariter appellat. Et si quando hœdi fue- Psal. 15.
rint, non hoc maledico ore tyrannizando
improperat illis, præsertim cùm ipse Prin-
ceps pastorum per Palmistam dicat: Nec me
mor ero nominum eorum per labia mea,
nisi fortè provtili commemoratione gratiæ
pùrificantis, sicut Apostolus, cùm vetera cō 2. Cor. 6.
memorasset nomina dicendo: Neque forni-
carij, neque idolis seruientes, neque auari,
neque molles, neque masculorum concubi-
tores, neque fures, neque rapaces Regnum
Dei possidebunt: cùm,inquam,hæc vetusta
tis nomina contigisset, statim Dei gratiam
commendando subiunxit: Et hæc quidem
fuistis, sed abluti estis,sed sanctificati estis,
sed iustificati estis in nomine Domini no-
stri IESV CHRISTI,& in spiritu Dei
nostri.

Itaque nominatim vocat illas, id est,eo no
mine,quod super nos magnus pastor scri-
psit, obliteratis priscis nominibus, nomen
Dei sui,& nomen suum nouum, nomen fi-
liorum Dei,quod est nomen Christianum,
de quo & per Prophetam: Vocabo, inquit, Esa. 56.
seruos meos nomine alio,in quo qui benedi
ctus est,benedicetur super terram. Et sic vo
cando educit eas,inquit. Vnde educit, vel
quo educit? Iam quidē quotquot oues Chri
sti sumus,ex ipso,quod sumus oues, educti
sumus de tenebris errorum antiquorum,
iamque per manum pastorum suorum eri-
puit nos Deus de presenti seculo nequam,& Galat. 1.
transtulit in Regnum Filij dilectionis suæ.
Veruntamen est adhuc, & plerunq; euenit,
vnde plerosque nostrūm,qui iam sumus o-
ues Christi, oporteat educi, imò & clamore
grandi euocari, sicut per Lazarum quoque
signifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

significatum est, quem iam fœtentẽ, & quatriduanum legimus magno Domini nostri Iesu Christi clamore fuisse resuscitatũ.

Ioan. 2. Sordidantur quippe oues plerunque, etiam postquam tonsæ & salubri fluuio lotæ fuerint, & ipsis suorum vitiorum morbis delectatę in praua concluduntur consuetudine aut etiam hæretico (quod grauius est) fœdãtur errore. Laborat hic pastor ouium, qui per ostium intrauit, cui ostiarius aperuit, & vocibus vtens, nunc pridem asperis, Verbi gratia, cùm dicit Apostolus: Omninò audi-

1. Cor. 5. tur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes: nunc verò blandis, cùm idem ipse ad eosdem: Os nostrum (in-

2. Cor. 6. Gal. 4. quit) patet ad vos ò Corinthij, cor nostrum dilatatum est, siue ad Galatas: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Reuera vocat oues nominatim, donec educat eas, id est, prauam in illis fornicationis consuetudinem expurget, vel Fidei firmitatem reformet. Quod quia non sola voce prædicationis, sed operis quoque exemplo perficitur, protinus subiungitur. [Et cùm proprias oues emiserit, ante eos vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.] Hoc nempe illi expedit, vt cùm emiserit illas per verbum exhortationis, vadat ante illas per exemplum boni operis, ne quando dicat illi Deus peccanti: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ

Psal. 94. meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsũ, &c. Quod præcauens Apostolus dicebat:

2. Cor. 9. Sic curro non quasi in incerto: sic pugno, nó quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar: Ergo cum proprias oues emiserit pastor legitimus, ante eas vadit, & oues illum sequũtur, Sequuntur, inquam, & hoc nempe illis expedit ouibus. Si enim de hypocritis & si-

Matth. 23. mulatis pastoribus: Omnia, inquit, quæ dixerint vobis seruate & facite, secundum opera verò eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt: quantò magis sequi oportet eos, qui dicunt & faciunt. Sequuntur ergo illum, quia sciunt vocem eis: quia veram & sanam esse cognoscunt doctrinam eius. [Alienum autem nõ sequuntur, & fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.] Alienos non qualescunque hypocritas, sed e-

Qui dicantur hic alieni, blasphemi & hæretici. iusmodi fures atque latrones hic accipi oportet, quales erant isti, propter quos hoc Prouerbium dictum est, quorum erat vox aliena multum, vtpote ad blasphemiam prouocans dicendo: Da gloriã Deo, nos scimus quia hic homo peccator est, & non est hic à Deo. Quam vtique vocem non agnoscens, imò agnoscere nolens, sæpè dictus homo, qui cæcus fuerat & viderat, noluit sequi, sed fugit ab eis, vt verè alienis, & fugiens mente, corpore quoque ab eis passus est se expelli. Tales proculdubio sunt omnes Hæretici, quicunque integrè nolunt audire mysteriũ Fidei, quod continetur sub illis eiusdem hominis verbis de seipso, illuminatori suo testimonium perhibentis: Lutum fecit ex sputo & liniuit super oculos meos, & abij, & laui, & vidi. Igitur quæcunq; veræ oues sunt, alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Nó nouerunt inquam, nescierunt neq; scire voluerunt, quemadmodum & scire nolebat ille, qui dicentibus sibi: Nos scimus, quia hic homo peccator est: Si peccator est (inquit) nescio, hoc vnum scio, quia cæcus cũ essem, modo video. Quod est simplices oues, id est Apoc. 2. fideles, & Catholicos homines, qui non cognouerunt altitudinem Sathanæ, dicere alienis, scilicet Iudæis, & cunctis, qui de incarnatione Filij Dei malè sentiunt Hæreticis. Scimus & Scientiam habemus, dicitis: Nos autem scimus, vtrùm stultitiam insipientes sitis, de quibus pariter scriptum est: Simul insipiens & stultus peribunt, hoc vnum scimus. Qui cæci, id est, ignorantes Deum, cùm esse mus, nunc per hoc ingressi ostiũ Fidei, quod est: In principio erat verbum, & verbum Ioan. 1. erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & hoc verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Per hoc, inquam, quasi lutum ex sputo, quod est sapientia, quæ ex ore altissimi prodiuit, & puluere nostro confectum Eccle. 24. semel sumus illuminati, gustauimus etiam donum cæleste, & participes facti sumus Spiritus sancti, gustauimus nihilominùs bonũ Dei verbum, virtutes seculi venturi. Sequitur: [Hoc Prouerbium dixit eis Iesus.] Prouerbium est, quando verbum aliud pro alio verbo dicitur, videlicet, vt vnum per aliud valentiùs commendetur, & efficaciùs intelligatur. Quod genus dicendi, siue ornatus dictionis in sacris Scripturis vsitatum est, diuinituſq; prouisum, tam ad delectandum diligentem auditorem, quàm etiam ad eodãdam labore superbiam, & intellectum à fastidio renouandum, cui facilè inuestigata plerunque vilescunt. Et sic maximè hoc loco fieri decuit, vt conuinceretur illorum superbia, qui de claritate vel acumine intelligentiæ ac scientiæ suæ præsumentes, paulò antè dixerant: Nunquid & nos cæci sumus? Nam protinus subditur.

[Et ipsi non intellexerunt quid loquerè tur eis.] Nónne ergo iam iudicium fieri incipiebat de oculis eorum, vt cæci fierent, qui dixerant: Nunquid & nos cæci sumus? Nónne si reuerà viderent, & non odio præsentis veritatis iam cæcutirent, cognoscere potuissent hoc prouerbium, quod loquebatur eis saltem per visionem Propheticæ Scripturæ, qua Ezechiel dicit: Vę pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos? Ac deinceps: Nónne, inquit, Ezech. 34

inquit, greges pascuntur à pastoribus? Lac comedebatis, lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Et post pauca: Ecce ego ipse super pastores, & requiram gregem nostrum de manu eorum, & cessare faciam vt vltra non pascant gregem meum, nec pascãt amplius pastorem semetipsos, & liberabo gregem meum, de ore eorum, & non erit vltra eis in escam, &c. Item in fine eiusdem capituli: Vos autem, inquit, greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis, ego Dominus Deus vester dicit Dominus: Si ergo non iam cæci fieri inciperent, quomodo non cognouissent de qualium ouili ouium loqueretur eis? [Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium.] Quomodocunque siue non valentes, siue non volentes cognoscere, non cognouerunt quid loqueretur eis, ostium ipsum qđ clausum erat, se aperuit, vt iam velint nolint, audiant ipsi, audiant & videant, qui fuerant cæci, quod ostium, quod ouile dixerit: Ego sum, inquit, ostium, hic iam subaudiri necesse est, nec enim ignorari potest, quod de seipso dixerit suprà: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascẽdit aliunde, ille fur est & latro. Proinde cum hac propositione qua dicit: Ego sum ostium, subaudita & assumpta sententia, quam præmisit, rectè concludit sic: [Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones.] Nempe si ipse est ostium, imò quia ipse est ostium, omnis autem, qui non intrat per ostium, fur est & latro, igitur quotquot venerunt, fures & latrones sunt. Nemo quippe illorum, qui tẽc venerant, & tunc in ouili tyrannizabant, in-

Cur ait fures sunt & non fures fuerunt. trauerant per ipsum, quia non venerant prędicando, & seruando Dei verbum, sed venerant negando & blasphemando Dei Filium. Et de his, qui tunc erant, eum dixisse manifestum est, quia præsentis temporis verbo fures sunt, & non præterito dixit, fures fuerunt. Veruntamẽ siue pſenti siue præterito tempore quotquot venerũt, fures fuerũt & fures sunt, quia venerãt à semetipsis, neque à Deo missi vel vocati sunt, cp est non intrasse per ostiũ. Aliud namq; est simpliciter & absolutè venisse, aliud in nomine Domini, vel à Deo venisse, vnde Prophetæ & sacerdotes sancti non tantũ venisse, sed in nomine Dñi venisse, vel in nomine Dñi locuti esse dicendi sunt. Igitur quotquot venerunt, subaudiri tur, quia missi vel vocati nõ sunt, neq; cũ verbo Dei venerunt, fures (inquit) sunt & latrones. [Sed non audierunt eos oues.] Hoc iam & suprà dictum est, quia alienum non sequũ tur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Nó, inquam, audierunt, neque audituræ sunt eos, quàmdiu fiet illud quod prędignatum est, per hominem illum, qui supradicto modo vel ordine illuminatur, maluit eijci foras, quàm audire furum aut latronum blasphemias. Iterum dicit: [Ego sum ostium] Cur hoc dicit iam vice al

Duo Christi ouilia. tera, nisi quia non vnum tantum, sed duo sunt ouila? Hoc etenim post aliqua dicturus est: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Vt ergo sese vnum eundemque significaret, qui antiquos pastores, scilicet Moysen & Prophetas dedit, & nunc electio ne sua non vos, scilicet Apostolos admittit, semel & iterum: Ego sum ostium dixit. Et primò, cùm dixisset ostium, de præterito subiunxit: Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones, Sed non audierunt oues. Secundò cùm dicit, ego sum ostium, de futuro subiunxit: [Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.] Ita distinguens non vni ouili duo ostia, (quod vulgo facilè est fieri) sed, quod longè mirabilius est, vnum ostiũ duobus ouilibus attribuit, vt necessario cõsequatur, quod dicturus est, paulò pòst: & fiet vnum ouile, & vnus pastor: Et ingredietur (inquit) & egredietur, & pascua inueniet.

De antiqua ouili egrepascua Legis & Prophetarum inueniebat, dientibus per mortẽ non erant

Olim quicunque ingrediebatur, siue indigena Israëlites, siue aduena proselythus, sed egrediens, quia Paradysus nondum resratus erat, egrediens, inquam, à præsenti vita, pascua non inueniebat. Deinceps autem, pascua vt si quis introierit (inquit) saluabitur, & ingre nunc in paradiſo. dietur, & egredietur, & pascua inueniet, qa videlicet & per Fidem ingressus præsentis Ecclesiæ ouile, vt recta carpet, tam Legalis doctrinæ, quàm & Euangelicæ gratiæ, & egrediens per mortem carnis, statim delicijs perfruetur Paradisi, cuius vsq; ad interiora iam peruium factum est hoc ostium Dominus Iesus, per mysteriũ suæ sacrosanctæ passionis. Sequitur: [Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet & perdat.] Singula horum, quæ dicta sunt, vt furetur, mactet, & perdat, significationes habent proprias, & per hæc certa enumeratione partium, cuncta nó qualiscunque furis, sed eius, qui (vt suprà dictũ est) fur est & latro, præscripta est atrocitas, aliud namque est, quod furatur, aliud quod mactat, aliud quod perdit. Quid enim fura-

Quid furatur hic fur. tur nisi aurum & argentum? aurum sapientiæ Dei, & argentum eloquij mystici, vel vt Roman. 2. magis in metaphora sermo persistat, quid furatur, nisi salubria ouium pabula, furtimque corrumpit, quando peruersis traditionibus sacram Scripturam eo sensu defraudat, quo illam Spiritus sanctus scribendam vel legendam tradidit? Vnde & Apostolus cùm dixisset. Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in Lege, & gloriaris in Deo & nosti voluntatẽ eius, & probas vtiliora Legis, instructus per Legẽ, confidis teipsũ ducem esse cęcorũ, lumen eorũ, qui in tenebris sunt, statim intulit. Qui ergo aliũ doces teipsũ nõ doces? qui pdicas nõ furandũ, furaris? q abõinaris idola, sacrilegiũ facis? Digna

profectò

Universidad de Deusto
Biblioteca

profectò inuectione,& magni vigoris argumento vſus eſt.Nam quanto Barabbas latro vel quilibet eius ſimilis,probroſior fuit homine illo, cuius à natiuitate cæci(vt ſuprà narratum eſt)Dominus noſter oculos aperuit,tanto deteſtabilior eſt fur iſte, qui in peruerſione Scripturarum vel operũ Chriſti, huiuſmodi ſacrilegium facit,homine gẽtili, quem ipſe iudicat, eò quòd oſtium non videns,idolum ſurdum &mutum pro oſtio ambiat:Hic igitur ad hoc venit, vt furetur. Ingreſſo autem fure huiuſmodi, neceſſe eſt oues vtrobique periclitari. Nam ſi furto veritatis conſentire vel pabula corrupta contingere noluit, iratus fur continuò mactat. De qualibus dictum eſt: Ecce ego mitto ad
Matth.23. vos Prophetas & Sapientes,& Scribas,& ex eis occidetis,& crucifigetis, & flagellabitis in Synagogis veſtris,& perſequemini de ciuitate in ciuitatem. Quod quidem nec dum palàm fecerant,niſi quòd hominem ſæpè dictum,qui cæcus fuerat & viderat,ſuas blaſphemias ſequi nolẽtem,foras eiecerant, ſed poſtmodum publica inſania fecerunt,ab ipſo,qui hæc loquitur,ſummo paſtore cruentum incipientes agere latrocinium. Si autem furto conſentiant, furesque ſequantur, & audiant vocem alienorum,tũ corpora quidem nõ mactat,ſed animas perdit. Iam quippe ipſo conſenſu animæ perditæ ſunt, & ſi corpora viuunt,illę iam perierunt. Rectiſsimè igitur dictum eſt: Fur non venit, niſi vt furetur,& mactet,& perdat. Furetur videlicet & adulteret vel corrumpat verum Scripturarum ſenſum:mactet corpora ſibi non conſentientium:perdat animas conſentientium. Cuius crudelitare oppoſitum eſt, qđ ſequitur.[Ego veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant.]Poterat ſic dici:Ego veni vita hominũ,vt abundantiùs viuant,qꝑtiq; plus eſſet,quã dictũ eſt:Ego veni vt vitã habeãt. Nã & oĩs paſtor ouiũ,qui intrat per oſtiũ,ad hoc venit,ad hoc vocatur vel intromittitur, vt oues vitam habeant, verum nõ ipſa vita,ſed tantum vitæ particeps, ac vitæ nuntius ſiue miniſter eſt. Hoc,inquam, dici poterat,ſed aduerſus fures & latrones, qui veniunt vt mortem inferant, ita cõgruè nec plus,nec minùs,quàm opportunè oppoſitũ eſt,dicendo: Ego veni vt vitam habeant. Quantum verò eſt, quod addidit: & abundantiùs habeant? Vtique quantum differũt promiſsio&aduentus eius,tantum vltra mediocritatem antiquæ paſcuæ,hoc eſt, quod nunc dicitur,abundantius. Nam quòd multò minus habuerunt oues Domini antiquitus,teſtatur Apoſtolus,qui enumeratis magnis & primis arietibus, ſic ad vltimum de
Hebr.11. illis intulit:Iuxta Fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis promiſsionibus, ſed à longè aſpicientes & ſalutantes eas, & confitentes, quia aduenæ & peregrini ſunt ſuper terram. Certum eſt hoc, & nulli dubitare fas eſt,quia cuncti greges hactenus, qui aduentum eius præceſſerant,foris excubabant extra Paradiſum, & longo balatu Diuinæ Gen.3.
viſionis paſcua deſiderabant, donec veniret,vt ſuprà dictum eſt, & ſuo ſanguine rõphæam,id eſt,gladium flammeum extingueret iſte,qui illis repromiſſus eſt. Benè ergo cùm dixiſſet:Ego veni vt vitam habeant,cõtinuò ſubiunxit & abundantius habeant, quia videlicet vitam,quam habebant in ſpe, dedit vt haberent in re. Vnde ſuprà cùm dixiſſet:Per me ſi quis introierit, ſaluabitur, protinus adiecit:& ingredietur, & egredietur,& paſcua inueniet. Quià profectò poſt aduentum eius dignæ oues, & ouile præſentis Eccleſiæ per fidem ingreſſę,abundantius quàm anteriores, Dei notitia paſcuntur, & per mortem carnis egreſſæ, viſione ſummi paſtoris perfruuntur. His dictis in iudicium vel condemnationem eorum,qui fures & latrones ſunt,nunc omnibus curę ſuę vicarijs,qui digni paſtores eſſe cupiunt, hoc modo ſemetipſum dat in exemplum. [Ego ſum paſtor bonus,bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus.] Dum contra illos ſermonem dirigeret:Qui non intrant per oſtium,ſed * deſcẽdunt aliundè,& proinde fures & latrones ſunt, ſemel & iterum dixit: Ego ſum oſtium,nunc ad eum ſermonẽ intendens:Qui intrat per oſtium,& paſtor eſt ouium,pro cauſa vel eruditione eiuſdem, cui loquitur ampliùs accommodat vocem ſuam dicens:Ego ſum paſtor bonus, atque Philip.3.
eiuſdem bonitatis formam,quã paſtor quiſ- Luc.15.
que imitetur,adiungit dicens: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus. Poterat planè bonitatis huius formam ſumere altiùs, quia cùm eſſet in forma Dei Dominus noſter,propter nos populum ſuum, & oues paſcuæ ſuæ,ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiens,& habitu inuentus vt homo: & iuxta Parabolam centum ouium & vnius perditę,cùm haberet oues nonaginta nouẽ, id eſt,omnem beatorum Angelorum multitudinem,relictis illis,venit vnam,quæ erraurat quærere. Sic,inquam,poterat formã ſuæ bonitatis hic bonus paſtor exponere, ſed hoc exemplum nulli imitabile eſt. Non enim infra ſe deſcendere poſſunt, dum paſtores hominum fiunt, ſed econtrà tantò ſupra ſemetipſos eleuantur, vt Principatibus & Poteſtatibus cœlorum aſsimilentur. Bene ergo dum homines ad imitationem ſui formare intendit, illud omittit,quod nullatenus poſſunt imitari, & hoc ſolum, quod immutabile eſt,hoc modo proponit. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus, hoc etenim paſtoribus per ſpiritum charitatis, imitabile eſt,imò & imitari dulce eſt. Vnde vnus conſtantiſsimus,cùm oues ſuas defen
1. Cor.15. ſaret à furibus & latronibus: Ego autẽ(inquit)libenter impendam,& ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris,licet plùs diligẽs, minùs

* Ascendunt

minùs diligar. Quanti putas pro ouibus ſemet ipſos impenderunt? Reſperſa ſunt ouilia ſanguine paſtorum,maduerunt campi cę dibus paſtorum, cruentata ſunt paſcua vulneribus paſtorum,ſacrata eſt terra corporibus paſtorum, ditatum eſt cælum animab. quas paſtores pro ouibus ſuis poſuerunt. Claret igitur imitabilem eſſe paſtoribus hanc ſuæ humilitatis formam,quam propo
Matth. 9. ſuit Paſtor bonus. Et tamẽ nemo paſtor bonus,niſi hic vnus: quia nemo bonus,niſi vnus Deus, hoc etenim quodam loco dicenti ſibi cuidam: Magiſter bone,quid faciendo vitam æternam poſsidebo? Reſpondit dicens: Quid me dicis bonum? Hæc enim eſt ſalutatio forenſis, vſitata ambitioni Scribarum & Phariſæorum. Niſi me confitea־ris Deum,cõſequens eſt, vt nec dicas bonũ. Itaque quomodo paſtor & magiſter, voce quidem diuerſa,ſed ſenſu idem ſunt. Vnde enim Paſtor ouium dicitur pro ſimilitudine,inde magiſter hominum eſt in rei veritate: Sicut magiſter bonus non niſi quia Deus eſt,ſic paſtor bonus, non aliunde, niſi quia Deus eſt:paſtor,inquam, bonus, & non ex accidenti dono,ſed eſſentialiter bonus. Igitur cæteri quidem paſtores digni ſiue idonei dicantur:hic autem ſolus paſtor bonus, qui ſolus ita animam ſuam poſuit pro ouib. vt in Sacramento noſtro Corpus ſuum & Sanguinem verteret, & oues quas redimeret,ſuæ carnis alimento ſatiaret. Quid ille qui hoc exemplum boni paſtoris imitari renuit? Quali nomine vel potiùs denotatione cẽſendus erit? ait:[Mercenarius & q non eſt paſtor,cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit & diſpergit oues. [Quatuor hoc loco repoſita ſunt:ſcilicet,bonus paſtor qui dicit: ego ſum paſtor bonus, & is qui formam boni paſtoris imitatur,& mercenarius,& lupus. Item ſuprà quatuor poſita fuerant,oſtium & oſtiarius,& paſtor,& qui aliunde aſcendit fur. Ibi enim vnum malũ.ſ. fur,hic duo mala, videlicet mercenari⁹ & lu
Mercenarius nec fur eſt nec paſtor. pus: Attamen lupus cum mercenario occultiùs ouili eſt damnoſus: Nã fur dum mactat & perdit,aperta corporibus & animabus tẽpeſtate,pernitioſus eſt. Itaque mercenarius qui non ipſe quidem mactat & perdit,ſed fugã ſua lupo perditori, raptori & diſperſori, ſcilicet Diabolo locum facit:non quidem ipſe fur eſt & latro, ſed nec dicendus eſt paſtor. Sic enim ait: Mercenarius & qui nõ eſt paſtor. Quomodo ergo vel qua intrauit? Namq; inter oſtium & aſcenſum aliunde, nihil medium ſuperiùs poſitũ eſt. At is qui per oſtium intrauit, paſtor, inquit, eſt ouiũ, & qui aſcendit aliunde, fur eſt & latro. Quà ergo intrauit mercenarius, qui non eſt paſtor,nec rurſus mactat aut perdit, ſicut fur? Non enim apertè, ſicut Arrius vel alius quilibet Hæreſiarches ſæuit aut perſequitur, vt occidat eorum corpora,quorum non poteſt animas ſuæ peruerſitatis maculare conſenſu. Reſtat vtique, vt ſi fur non eſt,ſocius tamen furum ſit, quia de talibus per Prophetam dictum eſt: Principes tui ſocij furum,omnes diligunt munera, ſequuntur retributionem. Socius autem furum animo eſt:nã corpore cum paſtoribus per oſtium intrare viſus eſt. itaque diuiſus ipſe eſt. Quapropter de huiuſmodi alibi dictum eſt: Veniet Dominus ſuper illius in die qua non ſperat, & Eſa. 1.
hora qua ignorat, & diuidet eum, partem- Matth. 24.
que eius ponet cum hypocritis, diuidet,inquit, id eſt, diuiſum & duplicem fuiſſe redarguet: diuidet eũ,id eſt, paſtoralis gratię donum ab illo auferet, & ipſum pœnis trãdet. Oſtenſa igitur paſtoribus de contemptu mortis via quam ſequantur, & oppoſita forma cui imprimantur:rectè ex oppoſito mercenarius deſcribitur, qui tametſi fur & latro non eſſe videtur, ſed potiùs per oſtium intraſſe,pro eo quod Catholicam Fidem profitetur, nec aliud Euangelizat,quã id quod euangelizatum eſt à veris paſtoribus,tamen iuxta præſcriptam Prophetæ ſententiam, qui cùm dixiſſet: Principes tui ſocij furum, ſtatim hoc ipſum ratione conprobans: Omnes,inquit, diligunt munera,ſequuntur retributiones, ipſe vtique ſocius furum eſt. Nam & pro eo quod munera diligit,& temporalem ſequitur retributionem, mercenarius eſt. Cuius deſcriptio diligenter conſideranda eſt. Mercenarius,inquit, & qui non eſt paſtor. Rem ſolerter animo auditoris imꝑſit, ſic dicendo:& qui non eſt paſtor,ſcilicet vt de corde eius vulgarem extirpet opinionem, qua putatur vel dicitur eſſe paEſa. 1.
ſtor. Verè enim non eſt paſtor: Nam paſtor dicitur,eò quòd gregem paſcat. At ille non gregem,ſed ſeipſum paſcit. Vnde Propheta: Ezech.34.
Væ,inquit,paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos,&c. Igitur dicitur quidem,ſed nõ eſt paſtor. Cuius non ſunt oues propriæ. Et hoc vtiq; cum grandi pondere dictũ eſt. Galat.4.
Non ſunt,inquit, eius oues propriæ, quia videlicet non in eius pectore gratia mater parturiuit,quomodo in illo, cuius hæc vox eſt: filioli mei quos iterum parturio,donec formetur Chriſtus in vobis. Non poſsidet animam eius,ſpiritus paſtoris boni,& ideo non mirum, qꝑ non & ipſe in brachio ſuo congregat agnos,& in ſinu ſuo leuat,quòd non & ipſe fœtos portat. Sed quid? Videt,inquit, lupum venientem,& dimittit oues & fugit. Non arguitur mercenarius,qꝑ furatus ſit,ma ctauerit aut perdiderit: quia videlicet,cùm nõ educat oues in ſaltus alios,quã quos prouerunt paſtores magni & probati, neque perdat oues venenatis falſæ doctrinæ paſcuis,nõ ſatis legitimè fur dici poteſt:& proinde nec occaſio eſt cur mactet. Nã interim oues nõ fugiunt ab eo, quippe quæ non habent cauſam legitimã,cur nõ audiãt vocem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel cur neceſſariò deuitét eius cómunioné, cur illi lac ſuũ ad edendũ, ſuamq; lanã denegent ad operiendũ. Sed vnde arguitur? Videt, inqt, lupum venientẽ. i. Diabolum animabus inſidiantẽ, eaſq; ad mortẽ æternã per diuerſa ſcelera protrahentẽ. Videt, inquit, & fugit. i. ſub ſilentio ſe abſcõdit. Fugit, id eſt, verbũ exhortationis ſubtrahit, ne ſi lupo reſiſtat, temporale cõmodũ (q̃ amat) amittat.

Amant em oues ſuam plerumq; pernicié, amant inquam, & ſuis exitijs delectantur, ſuis periculis malè blãdis in præſenti demulcentur, nec recogitant dulcedine vitiorum fallente, quantus eas interitus conſequatur. Et niſi peri re permittantur, eiuſmodi oues ſunt, vt neq; ad mulctrã paſtores venire, neque tonſorẽ eundem iam velint ſubire, inſuper & ipſum paſtorem tumultuando, quantum poſſunt, cornibus & lateribus audent impingere. Fugit ergo mercenarius taciturnus, ne pugnando pro ouib. temporalis lucri detrimentum patiatur. [Et lupus rapit & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eũ de ouibus.] Sola ergo cauſa fugiẽdi eſt, quia mercenarius eſt, quia mercedibus tranſitorijs inhiat, & dum illis contentus eſt, lupus
Ezech. 34. rapit ac diſpergit oues. Nec ſolũmodo lupo veniente fugit. Sed & quando iuxta Ezech. colliduntur arietes & hirci, dum laterib. & humeris impingunt, & cornibus ſuis ventilant omnia infirma pecora, donec diſpergã
Matth. 10. tur foras, fugit idẽ mercenarius abſcondendo ſe, non iudicans inter pecus & pecus, aut certe nequiũs, quod craſſum eſt aſſumit, & quod debile eſt proijcit: videlicet iuſtificans impium pro munerib. & iuſtitiã iuſti auferens ab eo. Sanè cũ alibi dicat: ſi vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliã: Tunc irreprehenſibiliter paſtor fugit, quãdo aperta perſecutione furis Hæretici, ſiue lupi Diaboli, per gentilem poteſtatem malitiã ſuam exerentis, paſtor ipſe quæritur, vt oues eius
2. Cor. 11. præſidio deſtituantur. Quod Paulus Apoſt. non ſolum irreprehenſibiliter, verumetiam laudabiliter feciſſe legitur, quando Damaſci Præpoſito gente Arethæ Regis cuſtodiẽte ciuitatem, vt eum cõprehenderent, à fratribus per murũ ſummiſſus eſt in ſporta, & ſic effugit manus eius. Non enim fugit, vt oues deſtitueret, ſed vt ouium ſaluti ſeipſum reſeruaret. Cæterùm oẽs qui abſq; eiuſmodi cauſa fugiunt, qui oues dimittunt, hic paſtor & Epiſcopus animarum noſtrarũ meritò excludit à numero paſtorum. Quibus explo ſis iterum dicit: [Ego ſum paſtor bonus.] Et notandum q̃ & ſuperiùs bis, ego ſum oſtium dixit, & nunc itidem bis. ego paſtor bonus, inquit. Ipſe oſtiũ & ipſe paſtor, ipſe tam anterioris, quàm & poſterioris ouilis vnũ oſtiu, & vnus eſt paſtor: Iterũ, inq. dicit: Ego ſum paſtor bonus, atq; eiuſdẽ bonitatis affectum, protinus adiungit, dicens: [Et cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ.] Hanc & illam quã ſuprà dixerat rationẽ paſtor bonus, qui animã ſuã dat pro ouib. vnã & eandẽ eſſe conſtat, ex eo q̃ protinus adiũgit. [Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrẽ, & animam meã pono pro ouib. meis.] Duobus præceptis charitatis à ſemetipſo cõpletis, ſine quibus paſtor idoneus nemo vnquã fuit, nec eſſe poterit. Nunquã enim verus aut dignus erit Diſcipulus huius boni Paſtoris, niſi qui (vt Apoſt. ait) germanè di- *Matth. 22.*
ligat gregem Chriſti: duobus, inquã, præce- *Philip. 4.*
ptis charitatis, bonitatẽ ſuam examinatam oſtendit in vno laudabili experimẽto, quod eſt, & animam meã pono pro ouibus meis. Primum & maximũ eſt mãdatum, dilectio Dei, quod intelligitur in eo quod ait: Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem. Secundũ autẽ ſimile eſt huic: Diliges proximũ tuum ſicut teipſum, hoc nihilominùs intelligendũ eſt in eo quod ait: & cognoſco meas. Idcirco autẽ præpoſterè, priùs ſecundum & poſt ſignatum eſt primũ? quia videlicet per dilectionem proximi aſcenditur ad dilectionem Dei. Qui enim non diligit fratrem ſuũ quem videt, Deum quem nõ videt quomodo poteſt diligere? Formam ergo ſuæ bonitatis, qua ſuos imitatores informare cupit, ordinatè exprimens, incipit à dilectione proximi, cũ dicit, & cognoſco meas. Cognoſco enim. i. diligo. Imò & magnificẽtiùs charitatem ſuam exprimit dicendo: cognoſco, quã ſi dixiſſet diligo. Hoc enim verbum cum ſignificatione dilectionis ſimul ſonat affectũ compaſſionis. Iuxta quod Salomon ait: No- *Prou. 12.*
uit ſapiens animas iumentorum ſuorum, viſcera autem impiorum crudelia. Itaq; ſicut *Pſal. 102.*
in Pſalmo: Quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum, ſic & nunc dum dicit, & cognoſco meas, ſimul dilectionis & operoſæ miſericordiæ ſignat affectum. Et cognoſco, inquit, meas, & cognoſcunt me meæ. Suaue dictum, ſed terribile iudicium. Reſpondetur enim hoc ad illud, quod ſuprà dixerunt negatores eius: Scimus quia Moyſi loquutus eſt Deus, hunc autẽ neſcimus vnde ſit. Igitur ad illorum diſtinctionem, qui ſui nõ *Dani. 9.*
ſunt, quia negauerunt eum, ſecundũ quod & Daniel ait: Et non erit eius populus, qui negaturus eſt eum, ad diſtinctionẽ, inquam, illorum, cognoſco, inquit, meas, & cognoſcunt me meæ. Aequa vtique viciſſitudine negatores ſuos negat ipſe, ac ſi apertè dicat: Cognoſco meas, & non vos alienos, cognoſcunt me mei, ſi vos alieni non cognoſcetis me. Item, & hoc dixerunt: Non eſt hic homo à Deo. Repugnat quod dicit: Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem. Nouit me Pater, hoc eſt diligit agnoſco ego, hoc eſt diligo Patrem. Ita vt prædictum eſt, paſtor bonus bonitatem ſuam in duobus præceptis charitatis oſtẽdit: ſcilicet dilectione Dei Patris, & dilectione proximorum, id eſt, earũ de qui-

de quibus nunc loquitur, ouium ſuarum, quibus aſſumptione carnis, & magnitudine beneficij ꝓximus factus eſt, & hoc tã ex his q̃ cæteris eius ſermonib. altiùs commendatur, quod tota ouium Domini cura geminæ ſit dilectionis opus, quam quiſquis non habet, non paſtor eſt, ſed mercenarius. Sequitur. [Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus paſtor.] Ecce quantum bono paſtori ſtultæ oues obfuerunt, in eo quod cum malitioſis vulpibus, id eſt, malignis ſpiritibus conſilium ineuntes, iam conſpirauerant, vt ſi qua ouium paſtorem ſuũ illum eſſe agno-
Exod. 3. ſceret, protinus humeris & lateribus cæterarum impacta, extra ouile fieret. Nunquid cõſpiratio hæc gratiam paſtoris eu acuaret, aut nomen eius ſiue facultatem diminueret? Abſit. Nam & alias oues (inquit) habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, quia non de carne Patriarcharum & Prophetarum progenitæ ſunt, qui magni arietes, & aliqui etiam paſtores, vt Dauid, vel Moyſes, & Aaron, huius ouilis patres extiterunt. Non ſunt, in
Exod. 4. quam, ex hoc ouili, & alias oportet me adducere. Quare? Videlicet quia iſtæ oues prædicta conſpiratione ſua inuicem afflatæ, dirã peſtilentia contabuerunt, & ſemetipſas corruperũt, idcirco his abiectis oportet ex alijs ouibus præfinitum ante ſecula, ouium ſupplere numerum: Me, inquit, oportet illas adducere. Nunquid ipſe paſtor, qui hæc loquitur, per ſemetipſum ad nos oues alienigenas venit? Nonne à furibus & latronibus in modio huius ouilis cõprehenſus ãnimam ſuam poſuit, & deinde aſcendens in cælum, nunquam viſus à nobis, ſuos tantum vicarios ad nos direxit? ſta planè, ſed nec eodem modo nos minus quid ab illo magno grege habemus, quem de Aegypto adduxit idem paſtor, idem Deus. Nunquid enim non per homines Deus, per homines, inquam, Moyſen & Aaron, quibus apparuerat, illas oues adduxit? Vtique non magis illis, q̃ nobis, nõ nobis minùs quã illis adducendis affuit præſentia viſibili. Vnus illorũ paſtor tunc Deũ audiuit in rubo: noſtri paſtores viderunt illum in crucis ligno, de quo ait quidam tam doctus, quã fidelis: Triſtes purgãtur ſanguine culpæ. Quem econtra rubus denſis crucia
Luc. 23. tibus edit. Et illi quidem duo ſigna dedit dicens: Si non crediderint verbo ſigni prioris, credent vel verbo ſigni ſequentis: ſed & noſtris item paſtoribus duo ſigna dedit dicens: Si non viderunt gloriam ſigni prioris, videbunt ſaltem virtutẽ ſigni ſequentis. Etenim ſi non vidimus nos, quòd virga in colubrũ conuerſa ſit, & deuoratis Magorum Aegyptiorum colubris, iterum virga quod fuerat effecta ſit, id eſt, quod Chriſtus Rex ipſe, & paternæ Diuinitatis virga regia in mortem deuenerit, quæ per colubrum in hunc mundum ſubintrauit, & conſumptis peccatis noſtris, iterum in veram & æternam vitam regnaturus ſurrexit, at ſaltem videmus, quod de ſinu manus extracta leproſa tota effecta ſit, id eſt, quod totum illud antiquum ouile peſtilentia perfidiæ contabuerit, quòd à gratia Dei Synagoga exciderit, imò & iuxta q̃ ille prædixit: Ceciderint in ore gladij, & captiui ducti in omnes Gentes, lepram ſuã toto orbi ſpectandam iam dudum circuntulerint, congemiſcente Propheta ac dicente: Vſquequo auertes manum tuam & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem. Et enim circà finem ſeculi iterum in priſtinum
Pſal. 23. ſinum gratiæ mittetur, & mundabitur. Igitur cùm per legatos ſuos, in quibus ipſe proculdubio loquitur, nos alias oues ſuas vocauit, non minùs quã prioris ouilis oues, per ſemetipſum adduxit. Ait itaque: Et illas oportet me adducere. Quò autem adducere? Nõ ad veſtram Synagogam, ô putidi hirci, qui & ſecundum animam in inferiora terræ introibitis, & ſecundum corpus trademini in manus gladij, parteſque vulpium eritis, ſed ad Fidem Patriarcharum & Prophetarum, cum quibus balare vel cantitare audetis, di-
Pſal. 62. centes: Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius, cũ ſitis tauri pigues & laſciui vituli, Chæthæorum & Amorræorum ſaltibus innati vel educati. Ad illorum, inquam, Fidem me alias oues, vobis abiectis, oportet adducere, & vocem meam audient, quam vos (vt ſuperiùs dixi) propterea nõ auditis, quia ex Deo non eſtis. Et fiet, inquit, vnum ouile, & vnus paſtor. Non dixit, & fiet vnus paſtor & vnum ouile. Iam enim vnus paſtor
Pſal. 94. eſt, ſed fiet vnum ouile, quod nondum factũ
Ezech. 16. eſt, & vnus paſtor permanebit, qui nunc &
Ioan. 8. ſemper eſt. Fiet, inquam, vnum ouile, nulla diſtinctione habita, peregrinæ & indigenæ oues, id eſt, Iudæi & Græci, & ille vnus paſtor omnium erit, de quo per Prophetam dictum eſt: Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorẽ. Ego autem Dominus eorum ero eis in Deũ & ſeruus meus Dauid Princeps in medio eo
Col. 3. rum. His dictis adhuc perſiſtit in commendatione charitatis, qua & ille animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit, dicens: [Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam & iterum ſumo eam.] Tanquam diceret. Hoc opus magnæ dilectionis, quod
Ezech. 44. eſt bonum paſtorem eſſe, & animam dare pro ouibus, Pater diligit, & de quocunque paſtore hoc opus acceperit, illum amore ſuo dignum ducit. Poterat quippe ſic dicere: Propterea me Pater diligit, quia ſicut docuit me, hæc loquor, & à meipſo facio nihil: vel, quia per me in principio cuncta fecit, & ſine me factum eſt nihil. Verùm hoc loco paſtorem legitimum inſtituere, vel erudire intendit, & illud notum facere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd lucro animarum charius Deo nihil sit. Hoc igitur opportunè secundum rem dixit: Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam, subauditur, pro ouibus meis, videlicet vt sciant pastores animarum, quanti meriti sit mori pro salute earum. Sed non gaudeat fur, non lætetur latro, non exultet lupus, quòd animam suam ponit pastor bonus, q̃ occiditur ouium defensor & Dñs, quòd mori potest hic fœtarum gestator, & agnorũ nutritius. Non (inquã) lætentur paruuli isti hircorum pulli, quos inuidia occidit, inuidendo morientes, & moriendo inuidentes, qui iam timere cœperãt, quòd in dispersionem Gẽtium iturus esset, & docturus Gentes, & sic adducturus alias oues. Non enim hoc solũ dixit: Ego pono animam meam, sed confestim addidit: & iterum sumo eam. Nec istud semel dixisse contentus est, sed adhuc super inimicos suos cõfortatur & dicit: [Nemo tollet eam à me, sed ego ponam eam à meipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam.] Sciũt iamdudum cunctæ oues, optimè de huius pastoris sui fortitudine sentientes, sciunt, inquam, quia fures & latrones frustra cum laternis & facibus & armis ad comprehendendum illum misissent, nisi ipse à seipso ponere voluisset animam suã. Nam quomodo semel abierunt retrorsum & ceciderunt, dicente illo: Ego sum, sic fieri iugiter potuisset, vel certè vno casu sempiternum illorum consummari exitiũ. Non ergo animam eius tulit quis, quomodo iure tollitur ab vnoquoque nostrũ, quos in semetipso primus parens immortalitate exhęredauit: Sed ego, inquit, à meipso, scilicet spontanea morte moriendo, pono eam in manu Patris, dicens: Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum, videlicet antea præfinita cõditione hac, vt si ego talentũ hoc. id est, animã meã, pro sanctificatione antiquę præuaricationis persoluam, & ipsam & cunctas ouium mearum animas, patre annuente recipiam. Itaque propter morti nihil debentem innocentiam, potestatem habeo ponendi vel non ponendi animam, quod si posuero eam, cosequenter propter interpositę conditionis iustitiam, potestatem habeo sumendi eam, scilicet vt resurgam, & omnes mihi conresurgere faciam. Fortè dicis: Quare ergo pones pro ouibus animam tuam, cũ potestatem habeas etiam non ponendi eã? Ad hæc ille: [Hoc mandatum accepi à Patre meo.] Quod est hoc mandatum, nisi charitas? Mandatum enim, inquit, nouũ dõ vobis, vt diligatis inuicem. Hoc ergo mãdatum charitas est, qua (vt superiùs dictum est) cognoscuntur, id est, diliguntur oues, cognoscitur id est, diligitur Pater. Sed hic, inquit, mandatum accepi à Patre meo. Igitur non vt cæteri quicunq; dicuntur pastores boni, sic & iste pastor bonus accidentaliter bonus est, sed à Patre suo accepit, id est, ab ea natura, qua Deus illi Pater est, bonus esse habet, tantæque naturaliter est charitatis, vt animam suam ponat pro ouibus suis. Sequitur. [Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos.] Iterum (inquit Euangelista) dissensio facta est propter sermones hos. Nam semel facta iam fuerat propter opus illud, quod in Sabbato cæci nati oculos aperuerat. * Alij autem dicebant: Dæmonium habet & insanit, quid eum auditis? O malum stultiloquium dicentium, Dæmonium habere & communi sensu carere Dei Filium. Et superiùs dixerant. Dæmonium habet, nunc furore incontinenti cũ dixissent: Dæmonium habet, addiderũt: & insanit, quid eum auditis? Hoccine erat q̃ dixit paterfamilias de malis illis, & meritò malè perdẽdis agricolis: verebuntur filium meum? Quẽ enim seruorum illius, quos antea miserat, tam nequiter inhonorauerunt, tantisq; contumelijs affecerunt? Quo infelix terra tam putidos canes sustinuit? Quomodo infaustus aer talium viperarum linguis venenatis non contabuit? Dæmonium, inquiunt, habet, & insanit, quid eum auditis? [Alij dicebant: Hæc verba non sunt Dæmonium habentis. Nunquid potest Dæmoniũ cæcorum oculos aperire?] Eadem ratione duce dissentientes superiùs dixerant: Nunquid potest homo peccator hæc signa facere? Aduersantur etenim inuicem sibiq; repugnant, peccatorem esse, vel à Deo non esse, & hæc signa facere. Ampliùs autẽ repugnantia sunt, Dæmoniacum esse vel insanire, &, cum operatione signorum eiusmodi verba proferre. Vtique si cæci non essent, scire poterant, quòd hæc non insaniæ, sed veræ sunt verba sapientiæ, & quòd ad aperiendos cæcorum oculos non Dæmoniaca insania, sed virtute diuina opus est.

Ioan. 7.
Ioan. 16.
Luc. 23.
Ioan. 7.
Multi autẽ dicebant ex ipsis.
Ioan. 7.
Mat. 21.
Ioan. 9.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN EVANGELIVM IOANNIS COMMENTARIORVM LIBER DECIMVS.

PRopheta cùm dixisset in Psalmo: Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ, continuò subiunxit: Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Quis autem magis insipiens, vel magis stultus Iudaico populo, qui & magnifica Domini opera non cognoscit Verbi gratia, dum dicit superiùs: Non est hic homo à Deo, qui Sabbatũ non custodit, & verba eius non intelligit, dũ dicit: Dæmonium habet & insanit, quid eũ auditis? Attamen magnificanda erant opera tua Domine, in oculis eius, & reuelandæ cogitationes tuæ in auribus eius, vt ostensa illi non videremus, & dicta illi non intelligeremus, quatenus eodem igne humilium oculi illuminarentur, cuius fumo illorum superbia excæcaretur. Igitur & hactenus coram insidiatoribus suis tota processit doctrina veritatis, & deinceps magis ac magis interrogationibus pulsata semper agnoscens, dictis & factis in auribus, & oculis eorum recto tenore procedit, Euangelista sic prosequente ordinem narrationis. [Facta sunt autem Encænia in Hierosolymis, & hyems erat.] Encænia festiuitas erat dedicationis templi. tantumque est hoc nomen à Græco καινὸν, quod Latinè dicitur nouũ. Et quandocunque nouum aliquid fuerit dedicatum, Encænia vocatur. Sed & si quis noua induatur tunica, rectè Enceniare dicitur. Encænia ergo, id est, solennia dedicationis templi agebantur, cùm ea quæ sequuntur, interrogantibus Iudæis locutus est Dominus: Et hyems (inquit) erat. Iuxta literam tempus anni demõstratur, quo agebatur eiusdem dedicationis festiuitas, à tempore Machabæorum, qui destructo altari (quia contaminauerunt illud Gentes) ædificauerunt altare nouum, secundum illud, quod priùs fuit, & quinta & vicesima mensis Casleu dedicauerunt illud. Statuit Iudas & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israel, vt agatur dies Dedicationis altaris in temporibus suis, ab anno in annum, per dies octo, à quinta & vicesima mensis Casleu. Mensis autem Casleu, ipse est qui apud Romanos December dicitur, & est à Martio quidem (à quo antiquitus Romani annum inchoant) decimus. Ab Aprili autem (qui apud Hebræos, secũdum Legem, principiũ mensium, & primus est in mensibus anni) existit nonus. Igitur iuxta literam (vt dictum est) indicatur natura temporis, sed mystice, quod magis ad rem attinet, frigida Iudæorum significatur impietas, quia mentes illorum à diuino igne auersas, Diabolus tanquam glacialis Boreas afflauerat. [Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis] Hæc porticus Salomonis ipsa erat, de qua in lib. Reg. scribitur: In die illa sanctificauit Rex Salomon medium atrij, quod erat ante domum Domini, fecitq; ibi holocaustum & sacrificium, & adipem pacificorum. Cùm ergo ambularet in huiusmodi porticu Dominus noster, vtique in templo ambulabat, quia porticus illa æquè, vt templum à Salomone sanctificata fuerat. [Circundederunt eum ergo Iudæi, & dicebant: Quousq; animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm.] Vigilantissimi animarum suarum custodes, & de sua salute soliciti, multum dolebant, quoties aduersus Dominum conuenissent Schismata inter se fieri, suasq; animas per dissensiones periclitari, vt nunc nouissimè, quando dicentibus: Dæmonium habet & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant. Hæc verba non sunt Dæmonium habentis, &: Nunquid potest Dæmonium cæcorum oculos aperire? Et in huiusmodi dissentionibus illorum animas perire dicebãt, qui ab intentione sua dissentiendo saluti magis appropinquabant. Et tunc quidem propter dissensionem, quæ cæco illuminato semel & iterum facta est inter nos, solutum est inefficax eorum conuenticulum. Nuncautem vbi ad solennitatem Dedicationis veniens, ambulabat (vt prædictum est) in templo, vt in porticu Salomonis, nacti sibi videbantur opportunitatem aucupandi contra eum aliquid, vnde posset accusari. Circundederunt ergo eum, tanquam vituli multi, & tauri pingues obsederunt eum. Et dicebant: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Operditæ animæ, cùm hic vobis palàm dixerit, quod Christus ipse sit, ergóne illa eius opinio cessabit, quam vos ægrè ferentes, vestram perditionem esse calumniamini, dicendo: Quousque animam nostram tollis? Quid enim ex ore ipsius eos audire desideratis, nisi vt apud potestatem Romani Imperij aduersus illum accusationem ineuitabilem inuenire positis? Nempe cùm Christus orbis terrarum debeat esse Rex, quamuis hoc terrenis Regnis nihil nociturum sit, robusti tamen accusatores eritis, ita vt Iudicem quoque premere positis, dicendo: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis qui se Regem fa-

Psal. 51.
1. Mach. 4.
Dedicatio templi, & altaris.
3. Reg. 2.
Pericula animarum per schismata.
Psal. 21.
Ioan. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gem facit, contradicit Cæsari. Ergóne, inq̃, nunc quidẽ animam vestrã tollit, sed tunc nõ tollet, cũ hoc nõ pfeceritis? Absit à vobis hæc beatitudo, vt ipse animã vestrã tollat, & * vobis posideat vos. Concedat * nobis potiùs, quoniam sic vultis, vt, sicut Propheta geme
Esa. 16. bundus prædixit: Auferant iniquitates vestræ, & posideant vos absque se. Aliæ sunt animæ quas tollet, cùm vos illum pro accusatione regij nominis vinctum Pilato tradideritis. Ligatis nanque manibus suis, for-
Matth. 12. Luca 11. tem armatum fortior ipse alligabit, confixis manibus ac pedibus atrium eius debellabit, & beatas omnes animas tollet. Vasa enim eius diripiet. Vos autem nequaquam forti illi tollemini, sed posidebũt vos omnes nequitiæ eius, & erunt nouissima vestra peiora prioribus. Nunc audiemus qualiter girũ vestrum soluerit, quo illum tam nocendi intentione, quàm turbæ vestræ stipatione circundedistis, non tantum Regem, sed & Deũ se esse contestans cõsubstantialem Patri, ait: [Loquor vobis & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa testimonium perhibent de me. Sed non creditis, quia non estis ex ouibus meis.] Superiùs ait hic ipse, qui nunc circundatus est à Iudæis Christus lux mundi: Et in Lege vestra scriDeut. 19. Ioan. 8. ptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Statimq; intulit: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater: nunc in articulo præsentis interrogationis responsurus illud, quod nõ in sola porticu vel templo Salomonis, sed in toto mundo debeat audiri, rationabiliter eadem testimonia præsentat, ad confirmandam veritatem suæ responsionis: Loquor (inquiens) vobis, & opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa testimonium perhibent de me, & vtrunque testimonium illos respuere, contra Legem suam, in qua scriptum est: Quia duorum hominum testimonium verũ est: vtrunq;, inq̃, testimoniũ illos contempsisse redarguit, ad singula subiungendo: & non creditis. Nam & cũ dixisset: Loquor vobis, continuò addidit: & nõ creditis, & cùm subsecutus esset. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa testimonium perhibent de me, statim adiecit. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouib. meis, ac si dicat, Iam non docendi estis, quia Christus ego sum, sed arguendi de peccato, quia non iam dudũ testimonijs euidentibus credidistis, secundum Legis edictum redargutionis hic modus est, & hæc sententia iudicij, vt iam nunc abnegem vos, quod & facio, dicens: Quia nõ estis ex ouibus meis. Fruſtra igitur hic captatores hiauerunt, circundantes eũ, atque dicentes. Si tu es Christus dic nobis palàm. Non enim suadet illis, vt se examinent imperio Cæsaris, neque arguit, quod non iam se in Regem sublimauerint, sed non estis (inquit) ex ouibus meis, permanens in metaphora, iuxta quã suprà dixerat: Ego sum pastor bonus, &c. Quare autem secundũ nomen regium, de quo interrogabatur, dicere potuisset: non estis ex ciuibus meis, dicere maluit secundum nomen pastoris: non estis ex ouibus meis. Videlicet quia satis quidem pro bonitate pastoris, sed parum pro maiestate eiusdem dictum est, in eo quod ait: Et animam meam pono pro ouibus meis. Proinde quod superest de maiestate vel potentia suæ Diuinitatis, hoc modo subiũgit. [Oues meæ vocem meam audiũt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater vnũ sumus.] In his & plus dictum est, quàm fuerat interrogatum, quia cùm de sola regia potestate quæreretur, de Diuinitatis quoq; maiestate responsum est, & in omnibus tamen, ne vnũ quidẽ verbũ sonuit, quod dijudicare possent ministri vel amici Cæsaris. Hæc enim verba non inuasionẽ cõminãtur Romani imperij, sed mysteriũ cõtinẽt regni Dei, suntq; maximè apud gentiles iudices verba libri signati, quem si iuxta Prophetam dederis nescienti Esa. 29. literas, & dixeris lege, respondebit: nescio literas. Sic enim & Paulo contigit, quo incipiẽte aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: Siquidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, ô viri Iudæi, rectè vos sustinerem. Si verò quæstiones sunt de verbo & nominibus Legis vestræ, vos ipsi videritis: Iudex ego horum nolo esse. Ita ergo & nũc ipse rex cæli, qui per eundem Apost. precipit dicẽs: Act. 18. Nemini dantes vllam offensionem, non sic de Regno suo respondit, vt ostenderet potestatem terreni imperij, sed verbis vel omnibus sacræ Scripturæ vtens, de quib. Romani Iudices esse non curarent, inhiantem con- 2. Cor. 6. tra se Iudæorũ illusit impietatem. Oues meę inquit, vocẽ meã audiunt. Quando istud timerent superbę vires Romanorũ militum, vbi is qui accusaretur, nõ euersorẽ vrbium, sed pastorẽ se profiteretur? Nempe faciliùs ridere, quã timere huiusmodi causam potuerunt, ita vt cũ illusione genuflexo, dicerent: Aue Rex Iudæorum. Sanè quod nunc ait: Et ego cognoscoe as, & sequuntur me, idem & suprà dixerat: Et cognosco meas, & cognoMatth. 25 scunt me meæ. Vita quoque æterna de qua nunc ait: Et ego vitã æternam do eis, illa est pascua de qua superiùs: Per me, inq̃t, si quis introierit, saluabitur & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Differt tamen modus dicendi, Et ego vitam æternam do eis, q̃ vtiq; nemo nisi Deus dicere vel facere possit. Notanda verò diligenter series huiusce dictionis. Audiunt, inquit, vocẽ meam, & ego cognosco eas, sequuntur me, & ego vitã æternam do eis, & non peribunt in æternũ.

Christus se pastorem potius dixitt quã regem.

Horum

Horum quoque contraria de illis oportet subaudiri, quibus ait, qui non estis ex ouibus meis, videlicet, quòd eos nõ cognoscat, quòd vita æterna defraudati sint, & in æternum perierint. Nam ad distinctionem taliũ hœdorum dixit: Oues meæ vocem meam audiunt, &c æt. Quod autem addidit: Et nõ rapiet eas quisquam de manu mea, sine dubio multis iamdudum argumentis vniuerso orbi comprobatum est. Quid enim fures & latrones intentatum reliquerunt, quid non egerunt, vt raperent oues, lupi vel omnes feræ syluarum? Et tamen de manu pastoris huius nullam omninò ex ouibus rapere potuerunt. Benè ergo pastor iste fortissimus dictus est Dauid per Prophetam, in
Ezech. 34 quo hæc (vt suprà dictum est) loquitur Deus: Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid, Ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem, Ego Dominus ero eis in Deum, & seruus meus Dauid Princeps in medio eorum, Ille namq; in custodia gregis, boni huius pastoris signum gessit: Pascebat, inquit, seruus tuus Patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, tollebatque arietem de medio gregis, & sequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum. Et illi consurgebant aduersum
Psal. 94. me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos, & cæt. Grex ille, Dei populum qui dicit in Psalmo. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius: Leo vel Vrsus Diabolum: Dauid ipse tam fortitudine quàm nomine (interpretatur enim manu fortis) bonum præsignabat pastorem Christum, qui cùm de suis ouibus nullam omninò perdat: Et non rapiet eas quisquam, inquit, de manu mea. Diabolum namque suffocauit, & nos oues suas de ore eius liberauit, omnem quoque persecutorẽ (quales tunc erant Annas & Caiphas, cæteriq́ue Scribæ & Pharisæi, qui iam conspiraverant, vt pastorem hunc nulla sequeretur ouis) cassо labore deceptos, furti atque latrocinij redarguens, æterna damnatione puniuit. Vnde autem tanta fortitudo in manibus eius? Ait. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Illud, inquit, quòd dedit mihi pater meus. Videlicet in eo, quod mihi pater est, id est, illud quod sum ego non secundum carnis naturam, quæ ex homine sumpta est, sed secũdum eam naturam, qua Deus mihi pater est, maius omnib. est, fortiomnib. est, potẽtius omnib. est. Quod si omnibus maius, vtiq; & raptore animarũ Diabolo, maius atq; fortius est. Quid tandem illud est maius omnib. quod dedit tibi pater tuus? Et nemo, inquit, potest rapere de manu patris mei. Hoc vtique maius omnibus est, quod de manu patris mei nemo rapere potest. Nihil enim præter Deum insuperabile est. Sed illud, inquit, quod dedit mihi pater, maius omnibus est. Quid igitur ille pater huic Filio suo, nisi omnipotentiam suã dedit, vt nemo rapiat de manu Filij, sicut nemo potest rapere de manu Patris?

Proinde continuò rectè subinfertur: Ego & pater vnum sumus. Nimirum hinc illud maximè pendet, quod iam dudum Catholica Fides inter Arrium, & Sabellium, tanquam inter scyllam & charrybdim nauigans per suos fortissimos remiges vno ore conclamare consueuit, neque confundentes personas, neque Substantiam separantes: Alia enim est persona Patris, alia Filij, addẽdo etiam, alia est Spiritus sancti: Vna est Diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. Sabellius namque (qui & Patripassianus) personas confudit, dicendo vnam eandemque esse patris, & filij, & Spiritus sancti. Econtra Arrius, aliud, inquit, pater, aliud est filius. Pater increatus, Filius verò creatura est. Vtranque stultitiam Catholica Fides detesta- *Fides Catholica.*
tur, firmiter tenens & pluralis numeri, verbum, quod est, sumus, & neutralem vnitatis dictionem, vnum: Vnum enim, inquit, non vnus Sic etenim dixit Dei Filius: Ego & pater vnum sumus. Per hoc, quòd ait, vnum, substantiæ Vnitatem: per id, quòd dixit, sumus, personarum expressit Pluralitatẽ. Igitur cùm dicit de seipso Filius. Et non rapiet eas quisquam de manu mea: de patre verò: Et nemo potest rapere de manu patris mei, & continuò subiungit: Ego & pater vnum sumus, hoc proculdubio vult intelligi, quia patris & filij vna est Diuinitas, vna eademq; omnipotentia, vna substantia, vna natura, quod Græcè ὁμοούσιον dicitur, quodq; confitentes nos, rectè Homousiani dicimur. Hoc vocabulum Arriani fruſtra calumniati sunt 1. Tim. 6. dicentes, secundum Apostolum deuitandas esse profanas nouitates vocum, & idcirco cõsequenter hoc nomen esse deuitãdum, eò q̃ non inueniatur in toto canone Scripturarum. Nomina namque vel verba, cum signa sint rerum, vtique rebus ipsis cuncta posteriora sunt, quia propter significandas res inuenta sunt. Oportet enim priùs res ipsas existere, & deinde signa rerum. Constat aũt nec ante Euangelium, nec nisi per Euangelium mundo innotuisse Deum Dei Filiũ. Igitur vbi ipse, vel coæterna patri Diuinitas ipsius per Euãgeliũ innotuit, vt, verbi gratia, per hoc quod nunc ait: Ego & Pater vnum sumus, profectò re constãte, licuit, imò & oportuit, aduersantibus Hæreticis rei nomen producere. Licuit enim semperq; licebit, signatum præsente nota, producere nomen. Sed iam quid adhæc Iudæi fecerint audiamus. Sequitur. [Sustulerunt lapides Iudæi, vt lapidarent eum Respondit eis Iesus: Multa opera bona ostendi vobis ex patre meo: Propter quod eorum opus me lapidatis?] Superiùs cùm itidem vellent eum lapidare, dicente: Antequam Abrahã fieret, ego sum, abscon- Ioan. 8.
dit se, & exiuit de templo tanquã infirmus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non valens inimicos suos in ipsis suis alligare conatibus, nunc autem in medio turbę furentis astat conspicuus, loquiturque tanquam Iudex, aut defensor, seditiosorum causas cogniturus. Quid igitur est, nisi quia non solùm in magnis & præcipuis, sed in quotidianis quoq; eius actibus, apud ipsum (sicut testatur Iob) est sapientia & fortitudo? Sapientiam namque spectat, quòd tunc se abscõdit, & exiuit de templo, & præteriens hominis cęci à natiuitate aperuit oculos, videlicet hoc modo (sicut in eodem iam loco dictum est) consilium sapientiæ suæ significans, de quo & ipse postmodum: Vt & qui non vident, inquit, videant: & qui vident, cęci fiãt. Fortitudinis verò est, quod nunc in medio furentium persistit, scilicet hoc modo comprobans, quòd paulò antè dixerat: Nemo tollet à me animam meam, sed ego à meipso ponam eam. Nam ecce vsque ad tollendos lapides potuerunt currere, & lapidei sui cordis duritiam manibus armatis prodere, sed vltra nihil audentes, palàm nobis faciunt, hunc illum esse, qui loquitur ad beatũ Iob: Circundedi mare terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: Hucusque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Sic itaque iste princeps fortitudinis, & Iudaico furori terminum posuit, ne sese lapidarent, dicentem: Ego & Pater vnum sumus, & eiusdem consubstantialitatis persecutoribus Hæreticis, ne Homousianorum Fidem pernitiosè læderent, omnipotentiæ suæ vectem opposuit. Multa inquit, bona opera ostendi vobis ex Patre meo. Oingrati, propter quod eorum opus me lapidatis? Quid enim non bonum? Quid non diuinum? Quid non magnũ & euidens virtutis argumentum? [Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia.]Ergo iniqui iudices, saltem vnũ è duobus testimonijs probum ducitis, de quibus superiùs cùm dixisset: & in Lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est, statim intulit: Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. Vnum, inquam, testimoniũ verum esse concessistis. Dixistis enim: De bono opere non lapidamus te, aliud autem improbastis, dicẽdo: Sed de blasphemia. Et enim, quæ loquitur hic, dicendo: Ego & Pater vnum sumus, & his similia, de quibus alibi: Verba, inquit, quæ loquor vobis, à meipso nõ loquor, testimoniu ipsius Filij sunt: bona autem opera, quæ ostendit vobis ex Patre suo (sicut itidem ait: Pater autem in me manens, ipse facit opera) opera, inquam, ipsa, testimonium Patris sunt. Sed si homines estis, imò & iudices vos esse legitimos, aut Legisperitos profitemini, quomodo vnum sinè altero testimonium bonum esse iudicastis? Quomodo vni homini cum blasphemia bonum opus attribuitis? Nunquid Deum blasphemando quis, bonum simul faciat opus, præsertim qualia hic operatur? Planè scimus etenim, cùm cæci nati fuerimus, modò per gratiam Christi videmus: scimus, inquam, quia peccatores, & maximè blasphemantes, non audit Deus. Igitur ex ore vestro iudicamini, quia sicut Magi quoque coram Pharaone testati sunt, non spiritus blasphemiæ, sed digitus Dei est hic, qui vobis opera hæc ostendit. Quæ tandem illa blasphemia est de qua illum lapidatis? Dixistis. [Et quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum.]Iam quia gratulamur, non solùm aduersus Arrium, qui noluit intelligere, quòd intellexistis vos in his verbis: Ego & Pater vnum sumus, verùm & aduersus Valentinianum, siue Apellen, qui verum esse hominem negauerunt Dominum nostrum Iesum Christum, asserentes, eum non verum habuisse corpus, sed phantasticum. Mirum namque est, eos, qui se dicunt Christianos, veram negare humanitatem Christi, cùm vos Aduersarij Christi, totam vim argumẽti ad conuincendum, quòd ille Deus nõ sit, ex eo sumpseritis, quia verus erat homo, in vera substantia carnis, quòd ipsa quoque passione mortis explorare potuistis. Verùm quod ad rem attinet, de sanctuaria pectoris humani, veram & rationabilem audiamus defensionem vnicæ ac sempiternæ Diuinitatis.

[Respondit eis Iesus: Nónne scriptum est in Lege vestra: Quia ego dixi: Dij estis?] Quid (inquit) velut à contrarijs vel repugnantibus argumentum ducitis, dicendo: Tu homo cùm sis, facis teipsum Deum, videlicet tanquam Deus & Homo contraria vel repugnantia sint, & in vna eademque persona simul esse non possint? Nónne homines authentica Scriptura Deos esse dixit? Nónne in Lege vestra, id est, in maximo Legis vestræ Propheta, in Lege, inquam, non dico nostra (aliter quippe mea, atque aliter est vestra) sed in Lege vestra nonne scriptũ est: quia ego dixi: Dij estis? Vtique scriptum est, & sicut euidenter ipse Psalmi textus indicat, hoc hominibus dictum est, & hoc interim à vobis concedi oportet, quoniam in Lege vestra scriptum est, concedi, inquam, oportet, quia sinè blasphemia dictum est. Dico ergo.

[Siillos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est,, & non potest solui Scriptura: vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum.] Consideretur diligenter hæc sapientiæ & veritatis valida & irrefragabilis, per minoris comparationem facta argumẽtatio. Minus namque est, sermonem Dei ad homines esse factum: lõgè autem maius, vnum, (qui hæc loquitur,) priùs extitisse, quàm fieret mundus, priusque fuisse sanctum, quàm Pater illum mitteret in hunc mundum.

Iob. 2. *Iohan. 9.* *Iob. 38.* *Ioan. 8.* *Iohan. 14.* *Ibidem.* *Exod. 8.* *Psal. 18.* *Cur ait in lege vestra non nostra.* *Argumentum à loco eum à minori.*

mundum. Verùm hæc Scriptura, quæ illos pro eo, quod minus est, Deos dixit: non potest (inquit) videlicet, vt dicat quis concedẽdum non esse, quod talis Scriptura proponit vel astruit. Quomodo igitur propter illud, quod maius est, scilicet, quia Pater me sanctificauit, & misit in mundum, non conceditis, vt dicam, quia Filius Dei sum? imò & hoc dicentem me, tanquam de blasphemia vultis lapidare? Hæc itaque dum dicit, tantum inuidia desit, & ratio sponte consentit, suffragante quoque firmamento seculari eloquentiæ, vt quod in re minori valet, valeat in maiori. Sed quinam præcipuè sunt illi, ad quos sermo Dei factus est? vel quis sermo Dei est, qui participatione sui, in Deos prouexit homines? vtique Dij isti præcipuè patres illi sunt, ad quos sermo Dei, id est repromissio de incarnatione filij Dei facta est, quorum Pater noster Abraham primus est, cui primùm idem Christus repromissus est. Quapropter ab ipso sanctus Euangelista Matthæus generationem eius, non sicut hominum, sed tanquam Deorum contexuit genealogiam, dum non ad Mariam, de qua secundum carnem natus est Christus Dominus, sed ad Ioseph generationis eiusdem deduxit lineam. Ioseph namque de tribus vnus est, ad quos principaliter sermo Dei de incarnatione filij sui factus est. Ternario quippe incremento ad tres istos principes Abraham, Dauid, & Ioseph, repromissio facta est. Quæ ad Abraham facta, Christum fore hominem in vera carnis nostræ substãtia testata est: In semine tuo (inquiens) benedicentur omnes gentes. Ad Dauid autem, non iam solum semen Abrahæ, aut ipsius Dauid, sed Rex quoque fore prænunciatus est: Iurauit enim (inquit) Dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Tandem ad Ioseph loquens Angelus, non iam tantummodò hominem & Regem, sed & Deum esse testatus est, eundem Dominũ nostrum Iesum Christum, dicendo: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Saluos namque facere homines à peccatis suis, solius Dei est. Et hæc tria Dijs istis tam morosa temporũ decursione paulatim demonstrata, miranda sancti Spiritus gratia, repentè Gentilibus inspirauit, quando primitiæ Gentium, scilicet Magi, qui ab oriente venerunt, Myrrha mortalem hominem, Auro Regem, Thure Deum testantes, adorauerunt. Itaque inter patres istos, quos in generatione Iesu Christi Filij Dei, diuinus Euangelista contexuit, tres isti eminent, vt prædictum est, Abraham, Dauid, Ioseph. Econtrà alij tres, Ochozias, Ioas & Amasias, nullum in hac gente Deorum Iocum vel nomen habere meruerunt, quia videlicet secũdum impijssimam Iezabel, (quę Prophetas occiderat, per quos idem sermo Dei fiebat, cuiusque semini Ioram sese miscuerat) ipsi quoque eiusdem sermonis Dei baiulos ad se missos occidêre Prophetas.

Ochozias namque malè & impiè egit in conspectu Domini, sicut domus Achab vel vxor eius, quæ (vt dictum est) Prophetas occidit. Ioas quoque Zachariam Prophetam, filium Ioiadæ Pontificis interfecit. Amasias etiam cùm misisset ad eum Dominus Prophetam, eò quòd adorasset Deos filiorum Seyr: quiesce, ait, interficiam te. Ita tres isti, quoniam Prophetas occiderunt, per quos sermo Dei ad ipsos factus est, nec saltem pœnitentiam egerunt, sicut Manasses, rectè à sancto Euangelista de generatione Deorũ, ad quos sermo Dei factus est, segregati sunt: Igitur patres, qui Dominum Dei filium sibi repromissum, priùs Fide, quàm carne susceperunt, Dij sunt, Dij, inquam, non natura, sed adoptione, quorum in Synagoga stetit hic natura Deus, id est, similis illis per carnẽ est effectus, & in medio, id est, in publico, Deos dijudicat siue discernit. Magnam quippe sui atque illorum ostendit differentiam, cùm dicit: Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi Filius Dei sum? Fortè dicitis: Vndeistud constat, quòd Pater te sanctificauerit, & in hunc mundum miserit, Ad hæc inquam. [Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere: Si autẽ facio, & si verbis meis non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre.]Quod est dicere. Vestræ quidem legis auctoritas, Prophetæ in quo Deus loquutus sit, pro testimonio sui satis esse debere indicat, si verbum, quod loquutus est in nomine Domini fiat, ita dicendo: Quod in nomine Domini Propheta prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non loquutus est, & ideò non timebis eum. Consequitur enim, vt si euenerit verbum, quod loquutus est in nomine Domini, timeri debeat, eo quod Dominus in eo loquutus sit. Euenit autem verbum quodcunque loquutus sum vobis, ita vt interdum de vestris quoque cogitationibus verum vobis prophetauerim dicens: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris, & his similia. Debuerat ergo vobis hoc pro testimonio satis esse, vt illud quoque crederetis, quòd (sicut dixi) pater miserit me. Verùm ego ad satisfaciendum vestræ tarditati, largior esse volui. Dico ergo: Si non facio opera Patris mei, id est, opera talia, quæ hominum nemo possit facere, nisi cui Deus pater naturaliter sit, concedo, nolite credere mihi: si autem facio, imò quia facio, & si verbis meis nõ vultis credere, operibus credite, id est, si vnum testimonium verborum fideliũ non vultis suscipere, saltẽ duo testimonia verborum pariter & operũ suscipite, quia testimoniũ quoq; homi-

Genealogia Christi secundum repromissionem. *Gen. 22.* *Matt. 1.* *Psal. 131.* *Deut. 18.* *Psal. 81.* *Matth. 9.* *Matt. 2.* *3. Reg. 18.* *3. Reg. vlt.* *2. Par. 24.* *2. Par. 23.* *2. Par. 33.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominum, quod testimonio Dei minus est,
Deu. 17. 19 in ore duorum hominum verum esse iudicat Lex vestra. Igitur ne contra Dei & hominum leges peccare conuincamini, credite vt cognoscatis: nisi enim credideritis, non intelligetis, credite, inquam, vt cognoscatis & credatis: cognoscendo namque firmius credetis Quid cognoscatis, quid credatis? quia Pater in me est, & ego in Patre, qđ
Esa. 7. non est aliud, quàm illud, quòd dixi superius: quia ego & Pater vnum sumus. In eo nãque ego & ipse vnum sumus, quia Pater in me est, & ego in Patre. Quomodo autem Pater in me est, & ego in Patre? Nunquid sicut vas minus in vase maiori? Nepe & si vas minus in vase maiori esse potest, at econuerso nequaquam maius in minori est vel esse potest. Sed ego sicut in Patre sum, sic econuerso Pater in me est. Igitur quicquid sic in patre naturaliter est, hoc ipsũ & nõ aliud in me filio naturaliter est, & econuerso: quicquid ego filius, hoc ipsum pater naturaliter est, & hoc est, quod dixi, quia in me est pater, & ego in Patre. Nam excepto, quòd ille propriè pater: & non filius est: & ego propriè sum filius & non Pater: quicquid est ille, hoc & ego sum naturaliter, scilicet Deus & Dominus, omnipotens, immensus, æternus, creator siue increatus, & quicquid in natura Patris, hoc totũ in Filio est, & econuerso, quicquid in natura filij, hoc totum in Patre est. Sic planè ego & pater vnum sumus. [Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum.]Ordo vel iunctura verborum est. Insidiosè interrogauerunt, vtrùm ipse esset Rex Christus. At ille respondet, quòd non solùm esset Rex Christus, sed & Deus & Dominus Christus, dicendo: Ego & Pater vnum sumus, & in me est Pater, & ego in Patre. Quærebant ergo eum apprehendere. Sed quid? Exiuit de manibus eorũ. Dubium ne est hoc, quod de manibus Iudæorum hic Deus & Dominus exierit? Irritum nempe est, quicquid homicida gens illa
Esai. 1. in cunctis suis agit cærimonijs: Cùm expanderitis, inquit, manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis orationes, non exaudiam, manus enim vestræ plenæ sunt sanguine. Ergo de manibus Iudæorum, id est, de cunctis operibus illorum, Dei filius, & qui in illo est Deus Pater exiuit, & totius Synagogæ eorum Princeps Sathanas in sanguine, quo plenę sunt manus eorum, sibi applaudit. Nihilominùs & de manibus Hæreticorum, maximè illorum, qui consubstantialem Patris & Filij, quæ in hac præcipuè lectione commendata est, negant vel impugnant: de manibus, inquam, Hæreticorum, vtputa Arrianorum, exiuit Iesus. quicquid enim illi consecrant, Deus execratur, & cuicunque manus imponunt, non sanctũ Spiritus gratia, sed lepræ immundissimæ illum plaga comitatur. [Et abijt iterum trans Iordanẽ, vbi erat Ioan. baptizãs primùm, & mansit illic.]Iterum, inquit, trãs Iordanem abijt. Nam & longè superiùs semel hoc de illo dictum est. Post hæc, inquit, venit Iesus in Iudæam terram, & ibi demorabatur cum Discipulis suis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Ennon Ioan 3.
iuxta Salem, &c. Iterum ergo exiens Iesus, abijt trans Iordanem, & tam primo quàm secundo discessu suo aduenientes illuc, hoc in suis loquitur factis, quòd relictis Iudæis ad vnum & verum nouæ Ecclesiæ Baptisma transiturus sit, in quo quisq; baptizatur, coæternum & consubstantialem Deo Patri Deum Filium confitetur. Et multi venerũt ad eum, & dicebat: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum, omnia autem quęcũque dixit de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.]

Ordo verborum. Ioannes quidem signũ fecit nullum, hic autem tanta signa faciebat, vt quæcunque Ioannes de illo dixerat, Ver
Ibid. bi gratia, Illum oportet crescere, me autem minui, & his similia, vera eius fuisse dicta comprobarent facta præsentia. Ita verò atque probabiliter suam credulitatem cõfirmabant argumento, quia videlicet plus valent testes duo, quàm vnus in omni verbo.

Erant autem in Domino nostro Iesu, Luc. 14.
duo testimonia, sermo scilicet & opera. Potens namque erat in opere & sermone, vnde paulò antè dixit: Et si verbis meis non
1. Tim. 1. vultis credere, operibus credite. In Ioanne autem vnum erat testimonium, videlicet sermo. Fidelis quidem, & omni dignus acceptione, veruntamen absque signorum operatione. Rectè igitur magnum quidem Ioannem fuisse, secundum hanc comparationem, maiorem illo DOMINVM IESVM fatebantur apparere. Sequitur.

[Erat Lazarus quidam languens à Bethania de castello Marthæ & Mariæ sororis CAP. XI.
eius. Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterfit capillis suis pedes eius, cuius frater Lazarus infirmabatur.] Qualia Filius DEI faciat opera Patris sui, qui & paulò antè dixit: Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi, si autem facio, & si verbis meis non vultis credere, operibus credite, qualia, inquam, faciat opera Filius DEI attendite, ô Iudæi, aut certè si non vultis intelligere, attendant & videant, videant & intelligant lapides orbis terræ, quibus vos duriores, ecce iam semel atque iterum tulistis lapides, vt lapidaretis eum. Quænam sunt opera DEO digniora, hominibus vtiliora, quàm & resuscitare à peccatis suis peccatrices animas, & reuocare de sepulchris mortuorum corpora? Ecce in oculis vestris ante portas maximè vestræ ciuitatis (Bethania quippe non plus quàm stadijs quindecim distat ab Hierosolymis) in oculis, inquam, vestris, ô Scribæ & Pharisæi, vtriusque opifex resurrectionis opera fecit patris sui. Primùm scitis, quia Maria hæc, cuius frater Lazarus nunc infirmatur, paulò pòst morituras, cùm esset in monumentis
Ioan. 5. mortuorum, audiuit vocẽ Filij Dei, & quia
Luce 7. audiuit, ecce nunc viuit. Nam post lachrymas illas, quibus lauit pedes eiusdem Filij Dei, post illam solutionem capillorum suorum, qua pedes eosdem exterfit, post oscula quæ infixit, & post effusionẽ vnguenti quo illum vnxit, iam nec oculos ad concupiscendum aperit, nec vt amatoribus placeat capillum comit, nec os suum à freno pudicitię solvit, nec odoribus aromaticis fœtorem luxuriæ pascit. Et quidem hęc vna mulier est, sed postmodum multarum gentium plenitudine dilatata, Ecclesia pari modo est suscitata, & nunc in oculis vestris iustè & piè viuendo testis verax est sui, quia vocem Filij Dei de monumentis vitiorum idololatrię, & fornicationum suarum exiuit. Deinde & post-
Ioann. 5. modum in hoc fratre eius Lazaro, qui nunc infirmatur, habituri estis argumentum futuræ in voce eiusdem Filij Dei resurrectionis corporum, sicut idem: Venit, inquit, hora, quando omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent, qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij. Hæc, inquam, opera Patris in Filio Dei, hæc præclara vtriusque argumenta resurrectionis in Maria & fratre eius Lazaro, de vicino habetis.

Quid igitur superest ad testificandum nobis omnipotentiam Filij Dei, qui neque verbis, neque tantis operibus eius creditis? quid, inquam, superest, nisi vt resurgentibus mortuis, vos qui viuentes dicebamini, moriamini in peccatis vestris. Sed iam in ordine lectionis, gloriam speculemur tanti miraculi. Erat autem, inquit, quidam languens nomine Lazarus à Bethania, de castello Marthæ & Marię sororum eius. Benè personam sanctus Euangelista describit, imò ipse resurrectionis auctor benè personam notam elegit, in qua per opus tantæ virtutis plurib. manifestaretur gloria Dei. Et ille quidẽ languens erat. Maria autem soror eius iam à pessimo languore, imò ab ipsa morte animæ iam fœtens, per gratiam Domini reuixerat atque conualuerat. Ipsa quippe Maria erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterfit capillis suis pedes eius. Vbi enim pedes eius lachrymis suis lauit, ibi proculdubio, quæ fuerat mortua, iamque mala cõsuetudine sepulta, reuixit, & de sepulchro suo processit. Quæ quàm perfectè conualuerit, ex alijs Euangeliorum locis habemus, vbi amor eius & deuotio magnis testimonijs commendatur, Verbi gratia, vt ex eo, quòd cùm Martha soror eius Dominum nostrum excepisset in domum suam, & satagaret circa fre-
Luc. 10. quens ministerium, Maria sedens circa pedes eius, audiebat verbum illius, Domino illi testimonium perhibente ac dicente: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea [Miserunt ergo sorores eius ad eũ dicentes: Domine ecce, quem amas infirmatur.]Ergo, inquit, quia fideles erant, & propter auditum verbi illius, familiares eius esse cœperunt, fiducialiter miserunt ad eum: Nec rogauerunt, vt veniret & sanaret languidum, sed tantum: Domine, inquiunt, ecce quem amas infirmatur. Amãti enim satis erat nuntiasse. [Audiens aũt Iesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per
*eam]Quid est hoc Filij Dei, potens & ve- *alias, eum.
rax, manifestator gloria Dei? Quid est hoc, quod dixisti, non est ad mortem? Nonne lãguentis huius infirmitas profectura est ad mortem? An quia mortuus tibi dormiuit, id est, tam facilè à te suscitari potuit, quàm facilè hominem dormientem homo excitare consueuit? Attamen separatio corporis & animæ mors quædam est, qua cum iste resoluturus esset, postmodum dixisti: Lazarus mortuus est. Quid ergo est: Infirmitas hæc non est ad mortem? nisi quia finalis causa infirmitatis huius ea non est, vt Lazarus moriatur? Tũc quippe infirmitas ad mortẽ est, quãdo propter mortẽ nihil queritur, & in ipsa morte finis constituitur. Hic aũt per infirmitatẽ vel mortẽ, gloria Dei quæritur, scilicet vt per eũ, qui infirmatus moritur, Filius Dei, resuscitando illũ, glorificetur. Dei namq; Filius Deo est, & ideo cũ dixisset, sed pro gloria Dei, statim addidit, vt glorificetur Filius Dei. Verè igitur, inquit, infirmi- *Sed est pro*
tas hæc nõ est ad mortẽ, sed pro gloria Dei, *gloria Dei.*
ꝓ gloria, inquã, Dei. i. pro testificãda Diuinitate Filij Dei Exprobratur nãq; Filio Dei, dicitur ꝙ, V. g quia Dæmoniũ habet & insanit, eò ꝙ dixerit: Venit hora quãdo oẽs, qui *Iohan. 5.*
in monumentis sunt audient vocẽ Filij Dei & procedẽt. Vt ergo glorificetur, & insaniæ non arguatur Filius Dei, oportet illũ in hoc vno, qui nunc infirmatur, experimentũ dare virtutis & veritatis suę. i. ostendere in vno hoie, quid vel quomodo facturus sit in vniuerso hominũ genere. [Diligebat autẽ Iesus Marthã & Mariã sororẽ eius & Lazarũ.]Verè diligebat, nisi. n. diligeret, nõ tantã in illis gloriã suã ostenderet, non se ita per illos Filius Dei glorificaret. Quanta n. gloria Dei est, ꝙ in Maria quidẽ, resurrectionẽ animarum: in Lazaro aũt, ostendere dignatus est, quã verè, quã potẽter vniuersalẽ (sicut iã dictu est) facturus sit resurrectionẽ corporũ *Ecclesiastus*
In Martha quoq; & Maria ꝓsignare voluit *tus præsigu-*
ꝓsentis Ecclesię statũ, quando iuxta aliũ Eu- *ratus in*
angelistam: Intrauit ipse in quoddã castellũ, *Martha &*
& hæc ipsa Martha excepit illum in domum *Maria.*
suam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuam. Qua ſatagente circa frequens miniſterium, Maria ſedens circa pedes eius, audiebat verbum illius, &c. quæ nunc ſtudio vitandæ prolixitatis præterimus. Diligebat ergo eos ſicut vaſa gloriæ ſuæ, diligebat eos ita, vt in his primùm dignaretur oſtenedre experimentum gratiæ & veritatis ſuæ: [Vt ergo audiuit, quia infirmaretur, tunc quidẽ manſit in eodem loco duobus diebus. Quare mànſit in eodem loco duobus diebus? Vtiq; id circo, vt eo retardante moreretur, & ſepeliretur languidus ille. Non enim volebat languidum ſanare, nõ mortuum adhuc in domo iacentem, ſicut Archiſynagogi filiam: aut ad tumulum deportari incipientẽ, ſicut viduæ filium reſuſcitare. Experimentum quippe (ſicut iam dictum eſt) eius verbi parabatur, quod dixerat: Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, & procedent. Vt ergo ad hoc peruenireturtamdiù tardauit, donec mortuus terræ gremio reconderetur, vbi puluis in puluerem conuertitur, & omnis caro in ſuam originẽ redigitur, vt inde clamore illius euocaretur vnde in iuſſu & in voce Archangeli, & in tuba Dei, illum ad iudicium deſcendente de cœlo omnes euocandi ſumus, [Deinde poſt hæc dicit Diſcipulis ſuis: Eamus in Iudæam iterum.] Deinde, inquit, id eſt, cùm duobus diebus in eodem loco manſiſſet, poſt hæc, quæ ſuperiùs à Iudæis pertulit, qui voluerunt eum lapidare, poſt hæc, inquam, (quod magnum & à metu mortis alienum eſt) dixit Diſcipulis ſuis: eamus in Iudæam iterũ. [Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nunc quærebãt te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?] Videlicet, metuebãt ne occideretur, neſcientes quòd niſi vellet non moreretur, & idcirco conſilium illi dabant, ne iterum pergeret in Iudæam. [Reſpondit Ieſus: Nónne xij. ſunt horæ diei?] Quid, inquit, mihi conſilium datis, cùm non vos me, ſed ego vos xij. elegerim, & ſic debeatis ſequi nutum magiſtri, ſicut ſequuntur duodecim horæ motum ſolis ſiue diei? Aliter: nónne duodecim ſunt horæ diei? Nónne, inquit, ſcriptum eſt, quia ſol cognouit occaſum ſuum? Nunquid ſol iſte, de quo ſcriptum eſt, alicuius excutietur in curſu, & occidet antequã veniat hora eius? Ego nempe ſum lux mundi, ego ille ſol, qui occaſum ſuum cognouit. Igitur ſic iſte ſol, quo aër illuſtratus dies efficitur, ab oriente vſque in occidentem proficiſcitur, & nequaquam in hominis poteſtate eſt vt occidat, antequam veniat xij. hora eius: ita ſcitote, quia non me occident Iudæi, antequam veniat hora mea, in qua mori decreui. Quòd ſi timetis, ne fortè dum ego quæror, vos pericli temini, ecce dico vobis [Si quis ambulauerit in die nõ offendit, quia lucem mundi huius videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non eſt in eo.] Scitis hoc, quia per diem ambulare tutum eſt, per noctem verò ambulare, ruinoſum. Ego autem dies vobis ſum. Etenim lux mundi ego ſum, ego ille ſol qui cognouit occaſum ſuum. Igitur quamdiu vobiſcũ ſum, nolite timere, quòd vllum paſſuri ſitis ſcandalum vel offendiculum, ſed confidite, & eamus in Iudæam iterum. Nam ſicut, dum quis ambulat in die, non offendit: quia lucem mundi huius videt: cùm autem ambulat in nocte, offendit: quia lux in eo non eſt: ſic Vos, quamdiu vobiſcum ero, nõ offendetis, quia lucet vobis dies ſalutis: quando autem peruenero ad eũ quem ego cognoui occaſum meum, quãdo comprehenſus fuero & traditus ad occidendum, tunc vos omnes offendetis, tũc omnes vos quaſi per noctem ambulantes, ſcandalum in me patiemini. [Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum.] Poſt hęc, inquit, quæ dixerat ad corroborandos animos eorum ne formidarent in Iudæam ire iterum, cauſam dicit, propter quam etiam ire velint, Lazarus, inquiens, amicus noſter dormit. Duplex nãq; illis eſt cauſa eundi, tũ quia Lazarus amicus eſt qui dormit eo ſomno, à quo illum nemo excitare poſſit niſi ſolus Chriſtus Filius Dei: tum quia excitatio eius magna eſt materia gloriæ eiuſdem Filij Dei domini & magiſtri ſui. Verũ cum hoc verbo quod eſt dormit, non edixerat magiſter differẽtiam & qualitatem dormitionis. [Dixerunt ergo Diſcipuli eius: Domine, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi autem putauerunt, quòd de dormitione ſomni diceret.] Nondum tantũ profecerant Diſcipuli Domini, vt ſcirent regulariter & propriè loqui ſecundum diſciplinam Fidei. Nam vbi de fide reſurrectionis agitur, meliùs dormitio quàm mors de corporum depoſitione prædicatur, quamuis ſeparatio animæ à Deo, & ſeparatio animæ à corpore, recta & vſitata æquiuocatione mors dicatur. Nunc autem (vt iam dictũ eſt) de reſurrectione mortuorum agebatur, & in teſtimonium verbi, quod dixerat reſurrectio & vita Chriſtus Dei Filius, quia omnes qui in monumentis ſunt, audient vocẽ Filij Dei & procedent: Lazarus erat reſuſcitandus. Benè ergo nunc vti maluit verbo, quo tam reſolutio corporum quàm dormitio ſomni rectè poſſit æquiuocari, qui tam facilè & nunc Lazarum, & in nouiſsimo die omnes, qui in monumentis ſunt, ipſe ſuſcitabit, quàm facilè tu comparem tuum profundo ſomno ſtertentem, interdiu excitare non poſſis. At illi vt dictum eſt, nondum intelligentes, Domine inquiunt, ſi dormit, ſaluus erit. Ac ſi dicerent dormitione languentis nihil eſt periculi, imò & ſpes eſt recuperandæ ſanitatis, atque ideò non eſt ratio, vt propter excitandum illum periculo te inferas, vt iterum lapideris. Cùm enim vt ait Euangeliſta, diceret de morte eius, illi putauerunt

Matth. 9. Luc. 7. Ioan. 5.

1. Theſ. 4.

Duodecim horæ diei.

Pſal. 103.

Ioan. 8.

Matt. 26.

tauerunt, quòd de dormitione ſomni diceret. [Tunc ergo dixit eis Ieſus manifeſtè: Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, quia non eram ibi. Sed eamus ad eum.] Ergo, inquit, quia putauerunt, quòd de dormitione ſomni diceret, tunc dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt. Hoc vtique manifeſtũ eſt. Sed quid eſt, quod ait, & gaudeo propter vos? Magna profectò, & non niſi rationabili pro cauſa ſapiẽti, maximè autẽ Filio Dei, ſummæ ſapientiæ Dei, gaudendum eſt. Cauſam autẽ gaudij ſui mox ipſe ſubiunxit dicens, quia nõ erã ibi. Quid enim Dñe ſi fuiſſes ibi? Si fuiſſem ibi, inquit, nõ tanta daretur materia gloriæ Dei: precibus quippe amantium, & ploratibus eorum vrgerer hoc facere, vt non morereturaut certè vt mortuũ ſuſcitarem anteq; ſepeliretur. Nunc magnificentiùs glorificabitur Filius Dei, cũ cadauere ſepulto, iamq; fœtente experimentum dabitur, cp in hora nouiſsima verè oẽs, qui in monumentis ſunt, procedent ad vocem eius. Præterea & hoc eſt potentia Diuinitatis, cp illum mortuũ eſſeſcio, qui non erã ibi. Hoc ego gaudeo, veruntamen nõ propter me, ſed propter vos. Ego enim gloriam meã non quæro, ſed quod vos doceo, dicens: Luceat lux veſtra coram hominib. vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrẽ veſtrum, qui in cælis eſt, hoc ipſe primus facio, prælucida vobis oſtẽdens opera patris mei, vt videntes credatis, & credentes ſalui ſitis. Tunc, inquam, non erã ibi, ſed nunc eamus ad eum. [Dixit autem Thomas qui dicitur Didymus, ad cõdiſcipulos: Eamus & nos, & moriamur cũ eo.] Grandis profectò timor Diſcipulis erat, ne dum in vnũ magiſtrũ cõſurgeret, cunctas pariter Iudaicæ furoris tẽpeſtas inuolueret, ſed poſtponentes (inquit Thomas) vitam noſtrã voluntati vel imperio Domini & magiſtri noſtri, eamus & nos, & ſi ſic fieri neceſſe eſt, moriamur cũ illo. Ergo meritò quidẽ collaudat eos, multa ſecum pericula perpeſſos, dicens eis ſecundum Lucam, inſtante hora Paſsionis: vos aũt eſtis q permanſiſtis mecum in tentationibus meis, veruntamẽ aliter ſentiebat poſsibilitatis eorum cognitor, cũ paulò antè dixerat: Si quis ambulauerit in die, nõ offendit: quia lucem mundi huius videt: ſi autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. Nam quãdiu quidemcũ illis eſſet, hic verus dies, ſcandalum paſſuri non erant, & videbantur ſibi poſſe mori cum illo: ſed in illa triſtitiæ nocte, id eſt, in paſsionis eius aduerſitate, offenſuri erant ita vt mallent fugere omnes, eo relicto, quàm mori cum illo. [Venit itaq; Ieſus, & inuenit eum quatuor dies habentẽ in monumento. Eſt aũt Bethania iuxta Hieroſolymã quaſi ſtadijs quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariã vt conſolarentur eas de fratre ſuo.] Cuncta hæc ad magnitudinem vel teſtimonium virtutis proficiunt, quòd inuenit eum iam quatuor dies in monumento habentem, cp locus Hieroſolymæ vicinus erat, ne frigida ſcilicet ad Scribas & Phariſæos fama de longinquo veniret, quòd multi ex Iudæis aderant, vt miraculo multi teſtes non deeſſent. Quid autem ſibi vult, quatuor dies, vel cur diuinæ rationi complacuit aduentum ſuum protelare magis in quartum quã in quintum aut ſextum diem? Videlicet quia in quatuor tempore ſuo, reſurrectio mortuorum perficienda eſt, cuius in teſtimonium, vt iam ſuprà dictum eſt, Lazarus iſte reſuſcitatus eſt. Primum tempus fuit ante Legem, quo videlicet tempore, ita regnabat mors, vt nulla eſſet reſurrectionis ſpes. Secundum ſub Lege, quo tempore reſurrectio iam promiſſa, atque à Lege & Prophetis teſtificata. Tertium ſub gratia, quo Chriſto primogenito mortuorum reſurgente, multiſque Sanctorum corporibus illi conreſurgentibus, reſurrectionis noſtræ fides peracta & dedicata eſt. Quartum tãdem ipſum erit tempus futuri ſeculi, cuius diluculo, apparente Domino iuſſu eius omnes reſurgẽt mortui. Benè ergo Dominus noſter, cùm ſibi nunciatum fuiſſet, quòd Lazarus infirmaretur, manſit duos dies, vt in tertio proficiſcens, quarto illuc peruenire, quia tertio quidem tempore, ſcilicet ad dandam nobis reſurrectionis gratiam deſcendit: quarto autem ad ſepulchra noſtra imperioſa eius maieſtas peruenit. [Martha ergo vt audiuit: quia Ieſus venit, occurrit illi. Maria autem domi ſedebat.] Non minùs dilectionis, ſed plus humilitatis in eo eſt, quòd Martha Domino occurrente, Maria domi ſedebat. Conſtat nanque ex alijs Euangelicæ ſcripturæ locis, per duas ſorores iſtas, Martham & Mariam, duas ſignificatas eſſe vitas, actiuam ſcilicet & contemplatiuam, per Martham actiuam, & per Mariam contemplatiuam. Benè ergo ad tantum Euangeliſtam pertinuit, in tanto negotio illud non omittere: quia Domino Martha occurrente, Maria beneplacitum Domini vocantis expectans, humilis & quieta domi ſedebat, iuxta quod in alio Euangeliſta, quodam tempore Martha ſatagente, Maria ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. Vita nanque contemplatiua quietior, actiua laborioſior eſt. Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus nõ fuiſſet mortuus.] Non auſa eſt conqueri, cur non fuiſſet hic, vel cur non veniſſet mox, vt ipſi nunciatum eſt à dicentibus: Domine, ecce quem amas infirmatur, ſed reuerentiam Domino ſeruans, & dilectionem ladere cauens, tantum humili fide in confractione cordis omnipotentiam confitetur amantis. Nam ſequitur. [Sed & nunc ſcio quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi DEVS.] Non ſolùm, inquit, illud ſcio, ſi fuiſſes hic,

Quatuor dies quatuor tempora deſignant.

Matth. 5.

Luc. 22.

Duplex vita in Martha & Maria.

Luc. 10.

Quodcũque poposceris à Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

frater meus non fuisset mortuus, sed & illud scio, quia nunc etiam postquam mortuus est, quodcunque poposceris à Deo, si ue de isto, siue de quolibet alio, dabit tibi Deus. Quod vtique fas non est, scire vel dicere de vllo homine, nisi de solo vnigenito Filio Dei, cuius omnia sunt quæcunque habet Pater. Cui non tanquam seruo particulare aliquod gratiæ suæ xenium dat, sed tanquam filio Pater dat cuncta quæ habet, vniuersa quæcunque thesaurizare potest. [Dicit ei Iesus: Resurget frater tuus.] Parum anhelanti, & ad misericordiæ fontem in magna siti suspirãti, parum, inquam, dictum est. Non enim manifestè dictum est, quod parabatur. Hodie resurget frater tuus. Sed neque dictum est: In nouissimo die resurget frater tuus, vt communis consolatio commemorari videretur lugẽtibus, secundum illud quod ait Apostolus Thessalonicensibus scribens: Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Ergo dubia soror, ad cognoscendam voluntatem miserantis festinans, & intendens proficiscitur. Nam sequitur. [Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die.] Fides Catholica est quam confitetur, vt per fortitudinem eius, magnum virtutis opus extorqueat ab illo, cui quodcunque poposceris, inquit, dabit tibi Deus. [Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita.] Hoc vtique solum supererat ad perficiendam integritatem Confessionis & Fidei, vt confiteretur de ipsa resurrectione in nouissimo die, cuius virtus, cuius opus sit. Proinde præloquitur tanquam catechizator animæ benè audientis, vt totam Fidem eius respondentis audiat, cui meritò præter vniuersalem resurrectionem nunc quoque reducem vitam fratris indulgeat.

Ioan. 17.

1. Thes. 4.

Ego sum resurrectio et vita.

Ego sum, inquit, resurrectio & vita. Resurrectio videlicet corporum, resurrectio autem simul & vita corporum pariter & animarum. Nam non nisi accipiendo me, nunc animæ à peccatorum suorum morte reuiuiscent, neque nisi iussu meo fient in nouissimo die resurrectio corporum. De resurrectione animarum adhuc subiungitur. [Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.] Duo dixit. Qui viuit, si crediderit, non morietur: qui mortuus est, credendo reuiuiscet. Quis mortuus est, nisi is maximè qui sine Deo est? Econtrà quis viuit nisi beatus ille cuius Dominus Deus eius est? Scimus autem & confitemur, quia nos Gentes sine Deo fuimus, econtrà verò notus erat in Iudæa Deus. Igitur qui credit in me, inquit, etiãsi mortuus fuerit, viuet: quia Gentilis populus, quãquam mortuus, id est, à Deo alienus sit, credendo in me, viuet ea, scilicet vita, quę Deus est, & ecõtrà Iudæus qui viuit ex eo, q̃ Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deꝰ eius est, qui non est Deus mortuorum, sed viuorũ, non morietur in æternum. Quid verò ille qui viuit & non credit? Vtiq; morietur non credẽdo, sicut econtrà, qui mortuus fuerat, reuiuiscit credendo. [Credis hoc? Ait illi: Vtique Domine. Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei, qui in hunc mundum venisti.] Sciebat ipse qui interrogabat, quia crederet hoc mulier ista, veruntamen quia Fides mentis commendanda êst testimonio vocis. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, confessio fidelis animę sonora dignè exprimenda erat confessione. Et quid meliùs, quid dulciùs resonat in auribus, & ore Ecclesiæ Catholicæ? Ego, inquit, credidi, quia tu es Christus Filius Dei. Hæc Apost. beati Petri confessio est, addidit tamẽ hæc mulier dicens, Qui in hũc mundum venisti. Verè enim hic solus præcunctis filijs, hic vnigenitus Dei in hunc mundũ venit, id est, nõ (sicut mentiti sunt Hæretici, Cerinthus & alij) de Maria existendi initiũ habuit, sed aliunde in hunc mundum, id est, de cælo ad terram, de corde Patris in vterum virginis venit: Meritò ergo diligebat Iesus (vt suprà dictum est) Martham & Mariam sororem eius, & Lazarum. Fidem nanque habebant, totius iustitiæ summam, per quam & Abraham pater noster iustificatus, & amicus Dei appellatus est, sinè qua nulla anima dilectione Dei digna est.

Matth. 22.

Rom. 10.

Qui in hũc mundum venisti.

[Cùm hæc dixisset, abijt & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.] Silentio, inquit, vocat sororem suã. Quare silentio, nisi propter Iudæos, qui multi (vt antè dictum est) venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo? Non enim ignorabant, quia nuper eum lapidare voluerant. Ne ergo irreuerentes inimici magistrum solitis pulsarent iniurijs, vel ne currentes impedimento essent sibi cupientibus eius colloquio frui, silentio sororem suam vocauit.

[Illa autem vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum. Nondum enim venerat Iesus in castellũ, sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrit ei Martha. Iudæi ergo qui erant cũ ea in domo, & consolabantur eã, videntes Mariã, quia citò surrexit, & exijt, secuti sunt eã, dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi.] Hæc idcirco ad Euangelistam narrare pertinuit, vt videamus quæ causa fecerit, vt plures ibi essent, quando Lazarus resuscitatus est, & tam grande miraculum quatriduani mortui resurgentis testes plurimos inueniret. Interea prætereundum non est, maiorem circa Mariam, quam circa Martham consolantiũ esse diligentiam. Nã quando Martha surrexit, vt Domino occurreret, non secuti sunt Iudæi: quando verò Maria exiuit,

Cur magis feduli erãt Iudæi circa Mariam quã circa Martham.

exiuit, vocante Martha, non Martham vocantem, sed Mariam solam sunt secuti dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi: Cur hoc, nisi qa Maria tenero magis affectu fratrẽ diligebat, & plus diligens amplius dolebat? Non ergo mirum, quod accedente gratia Spiritus sancti, & cum hac naturali pietate superno munere coniuncto, Dominum Iesum tanto amore dilexit, quẽ & plorans ad monumentum, prima omniũ mortalium videre, & Apostolis æternã consolationem nunciare digna extitit. Sequitur. [Maria ergo cùm venisset, vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus.] Eandem quam latiùs verbis Martha perorauit fidem Christi Filij Dei, Maria citiùs adorando expressit. Cecidit enim ad pedes eius, dolore fratris pariter & amore Christi saucia, breuiterque locuta: Domine si fuisses hic, frater meus non esset mortuus, lingua conticuit, cætera lachrymis vberius peregit. [Iesus ergo videns eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, fremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum?] Quid tibi vult hic fremitus fortissimi Filij Dei? Hæc turbatio mortalis & infirmi eiusdem Filij hominis? Etenim quòd fremit, Diuinæ fortitudinis, & fortissimæ diuinitatis est: quòd autẽ eodem fremitu suo turbatus est, humanæ infirmitatis est. Turbauit, inquit, seipsum. Quis enim alius nisi ipse turbaret ipsum? Sed quare turbauit, aut quid intendens fremuit, & sic seipsum turbauit? Magna & cum timore consideranda res, hoc fremitu & ista turbatione prę signata est. Respiciamus quid post hoc, vel maximè post hoc miraculum factum sit, scilicet propter hoc, quòd Lazarum resuscitauit. Denique propter hoc signum Pontifices & Pharisæi intolerabiliter consummata inuidia permoti, collegerunt concilium, & ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum. In ipsa autem eius interfectione, humana quidem infirmitas turbata est valdè, sed Diuina fortitudo commi nans morti sempiternæ, tanquam leo rugiẽs & fremens ad prædã ascendit, & infernum spoliauit. Igitur quia per occasionem huius miraculi illud futurum erat, fremuit spiritu, & turbauit seipsum Christus, Dei virtus, & Dei sapientia, cuius dicta quædam opera, cuius quodammodo verba facta sunt: Et vbi, inquit, posuistis eum? Non vt sciat interrogat, sed vt præsentes omnes ad expectationem gloriæ Dei, vel glorificationis Filij Dei magis attentos faciat. [Dicunt ei: Domine veni, & vide. Et lachrymatus est Iesus.] Vsque ad lachrymas quoque vera dolentibus condescendit humanitas, & eidem, quem vt Deus suscitaturus erat pias vt homo, ante impendit lachrymas: fortassis non tam pro eo, quòd mortuus erat, quàm pro eo, quòd propter ædificandam viuentium Fidem reuocari illum oportebat, ad tolerandas rursus huius vitæ miserias. [Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum? Quidam autem dixerunt ex ipsis: Nõ potuit hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur.] Qui potuit (inquiunt) quod maius est, nõ potuit facere quod minus est? Minus quippe fuisset languentem sanare, quod nonnunquam factum est, quàm cæci nati oculos aperire, quod à seculo nunquã auditũ est. Illic reuocatur sanitas, quæ quõdam affuerat: hic lumen infunditur, quod nunquam infulserat. [Iesus ergo rursus fremens in seipso, venit ad monumentũ.] Rursus (inquit) fremuit Iesus. Nam & paulò antè dixit: Quia fremuit spiritu. Veruntamen non parua distantia est, quod ibi cùm dixisset: Fremuit spiritu, protinus addidit: Et turbauit seipsum Quis tam diligentem mysteriorum obseruationem pensare sufficiat? Etenim cùm primo fremuit spiritu fortitudinis suæ Dominus Iesus, id est, quando in æternum debellaturus intrauit, vera mortis passione turbatus. Quando autem fremet iterum, scilicet veniens ad iudicandum, nõ turbabitur, quia iã impassibilis est, & mors illi vltra non dominabitur: Tunc vociferabitur & clamabit, & magno fremitu super inimicos suos confortabitur. Illo, inquam, fremitu suo mouebit virtutes cælorum, rũpet somnum mortuorum, rapiet ad se in nubes agmina virorum, quos vnus idemq; terror validæ tempestatis occidet, & eodẽ momento rursus excitans, viuere faciet. Rectè igitur iterum fremuit in seipso, non tamen iterum turbauit seipsum, & venit ad monumentum. [Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidẽ.] Fremente Iesu, & terribiliter in illo suo secundo aduentu, quãdo veniet viuos & mortuos iudicaturus, non egebunt mortui iacẽtes in sepulchris, vt monumenta sibi egressuris, viuentium hominum, siue Angelorũ ministerio aperiantur: Nam eodem fremitu illius non solùm sepulchra patefiant, sed & cælum, & cæli cælorum contremiscent. Et quidem poterat itidem fremendo nunc terræmotum facere, quamuis adhuc mortalis Christus, sed oportebat, vt cum suauitate & mora Fides præsentium ad spectaculum glorię Dei aduocarentur. Necdum enim sciebant quid facere vellet, quia nec eis dixerat manifestè, quòd illum resuscitare inteñ deret. Præterea cùm per homines lapis ille tolli posset, sine causâ videretur actum, si Diuina virtute loco illum propelleret. Vt ergo nihil curiosè fieret, simulq; sciens & prudens Fides præsentium gloriam Dei præcurreret, tollite, inquit, lapidem. [Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine iam fœtet, quatriduanus enim est.] Quare non contentus est Euangelista

Gen. 49.

2. Cor. 1.

1. Thes. 4.

Cur tolli iussit lapidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixisse: dicit ei Martha, sed addidit, soror eius qui mortuus fuerat? Videlicet vt omnes auditores huius gloriæ Dei, non dubiũ arbitrentur, quòd mortuus iste quatriduanus fuerat. Dixit enim non quiuis, sed Martha, neque alia mulier æquiuoca, sed Martha eadem, quæ iam sæpe nominata est soror eius qui mortuus fuerat, videlicet quæ vulnerata mẽte, & ideo vigilãte nec dormitare valente memoria, funereos fratris sui dies nescire non poterat. Dixit, inquam, hæc: Domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Ac si diceret: Domine cur lapidem tolli iubes? Vt videas amicum saltem mortuum, an vt miser sororibus viuum reddas illum? Si illud intendis, facere potes: scio nanque, sicut iam dixi, quia quæcunque popoposceris à Deo, dabit tibi Deus. Si autem tantummodo vt videas dico tibi iã fœtet, quatriduanus enim est, & idcirco visui iam idoneus nõ est. [Dicit ei Iesus: Nõnne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam Dei?]Quando, inquit, misistis ad me dicens: Domine, ecce quem amas infirmatur. Nõne dixi tibi, quia infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per * eam? Quam putas me promisisse gloriam Dei, nisi inauditam hactenus resuscitationem quatriduani? Tantummodo crede, & hanc videbis gloriam Dei [Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis. Sed propter populum qui circunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.] Vos ô Iudæi, quoniam huic spectaculo deesse, vel hoc opus abscondere non potestis, totus orbis conuenit. Dixistis de hoc homine, blasphemat, eò quòd dixerit, filius dei sum. Nunquid blasphemia siue mendacium suscitare solet mortuum quatriduanum, & non potius viuentes deducere in infernum? Dathan quippe & Abiron per superbiam viui ad inferos descenderunt. Saul quoque cùm esset Christus Domini, superbiendo meruit Dæmonio mancipari. Semper enim Deus superbis resistit. Ecce autem hic, vt faciat opus, quod nemo facere possit, nisi Deus, Patrem suum vocat Dominum, confitetur se esse Dei Filium. Igitur aut nihil diuinum cum hac promissione hic efficiet, aut vos impij estis veri Filij Dei negatores. Sed iam ipsa verba contemplemur, quæ subsequenter mox opere confirmata sunt: Pater, inquit. Diligenter perpende quòd palàm Patrem dixerit, & hoc opus in nomine Patris, id est, ad confirmandum, quod Deus Pater suus sit, facere velit. Gratias ago tibi, quoniam audisti me. Quomodo, inquis, Patri gratias agit, si non gratia vel adoptione, sed natura Filius est? Gratias nanque agere gratuiti beneficij est memorem esse. Sed non exultet Hæreticus. Sequitur enim: Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circunstat, dixi, vt credant, quia tu me misisti. Idcirco, inquit, gratias ago, vt te testificante per subsequens opus, me tibi gratum, & beneplacitum esse, cognoscat & credat populus qui circunstat, quòd nõ iniuriosè, sed gratiosè dixerim superiùs, Ego & Pater vnum sumus. Non ago gratias, quod tuus meruerim esse Filius, sed quod hocipsum nescientibus notum fieri volueris hominibus, vt ipsi salui sint, iuxta quod alibi: Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Semper, inquit, audis me, id est, non in tẽpore vel hora, sicut participes meos, iustos homines, quorũ in nullo mansit spiritus gratiæ, quorum nullus sicut potestatẽ habens, sed sicut donum accipiens, operatur opus gloriæ tuæ. Nulli eñ semper adest manifestatio Spiritꝰ ad vtilitatẽ, nec semper se audiri, vel semp sibi adesse sentit virtutẽ. Igitur singulariter sum ego, in eo, quòd semper me audis. Hoc sciebam & non propter me, sed propter populum qui circunstat, opus erat, vt hoc dicerẽ gratias agens. [Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata.] Ecce nunc Iudæi, si verbis non creditis, operibus credite, vt cognoscatis, inquit, & credatis quia in me est Pater & ego in Patre. Hoc dudum verbis dixit, & vos illum lapidare voluistis, nunc operibus astruit, & paulò pòst eum crucifigetis. Magna, inquit, voce clamauit. Rectè magna voce clamauit, vt Lazarus foras veniret: magna quippe cælorum fragore, magna cælestium virtutum commotione, dormientes in sepulchris concutiet. Nam Deus noster (inquit Psalmista) manifestè veniet, Deus noster & nõ silebit. Ignis in conspectu eius, ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocabit cælum deorsum, & terram discernere populum suum. Magna ergo voce opportunè in hac significatione vsus est.

Et prodijt, inquit, qui fuerat mortuus. Quali autem prodijt habitu? Ligatus, ait, pedes & manus institis, & facies eius sudario erat ligata. Mira res: Sic enim ligatus, nec pedibus ambulare, nec saltem manibus reptare, sed nec oculis, quò prodiret, potuit videre. Quid ergo nobis Euangelista hac prodeuntis descriptione innuit, nisi magnam fuisse fortitudinem vocis vel clamoris, qui mortuum ligatum ad viuos excussit, & excutiendo de mortuo viuum fecit? Quòd si magnum & incomprehensibile est, quantum erit illud, cuius hoc præconium est? Quomodo exilient mortui de sepulchris ad rugitum vel fremitum leonis immortaliter regnantis, si ita nunc exilijt iste ad balatum agni laniſtarum manibus & cultro

*eum

Ioan. 10. Num. 16. 1. Reg. 16. Iob. 4.

Cur gratias agebat patri Christus.

Ioan. 10. Cur magna voce clamauit.

Psal. 49.

cultro appropinquantis? Ergo lapidibus tantùm, non etiam filijs Abrahæ incredibile est, quod dixit hic Filius Dei omnipotens, quia omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius & procedent. [Dicit ei Iesus: Soluite eum & sinite eum abire.] Sinè dubio plus miraculi habet imperium vocantis, in eo quòd ligatus pedes & manus institis, & facie sudario ligata prodijt, quã si solutis pedibus vel manibus atque patentibus erepsisset oculis. Notandum verò quòd cùm item, saltem postquam prodijt, imperio suo Dominus noster pedum vel manuum eius vincula rumpere, sudariumque, imò & lapidem, quem tolli iusserat, inuentum, potuisset excutere, & tunc maluit dicere, tollite lapidem, & nunc soluite eum, & sinite abire. Cur enim in huiusmodi, verbum virtutis Dei suum faceret miraculum, cùm per præsentium hominum possent fieri ministerium? Procul à sapiente & natura eius omnipotentia omnis curiositas. Decet nanque vt in his tantum fortitudinem suam vtiliter exhibeat, in quibus operari humana non valet infirmitas. Hoc seruis quoque eius prudenter & discretè obseruandum est, vt ibi tantum diuinam præstolentur potentiam, vbi humanam constat deficere industriam. Alioquin contra illud facere videbuntur præceptum, non tentabis DOMINVM Deum tuum.

Ioan. 5.

Mystica expositio huius miraculi.

Spectatis igitur in hoc Lazaro & sorore eius Maria, duobus secundum geminam resurrectionem Filij Dei operibus: etenim in illa anima (vt iam dictum est) hic in corpore est suscitatus, nunc demum eorundem operum similitudinem mysticam breuiter attingamus. Huic mortuo quatriduano, qui iam fœtens susciatus est, similis est peccatrix: Nam anima vita sua (quæ Deus est) miserabiliter defraudata, videlicet qualis fuerat quondam hæc ipsa, de qua iam dictum est, soror eiusdem Lazari Maria. Qualis enim illa fuerat? Vtique peccatrix, non occulta, sed malè diffamata, & per ipsam infamiam suam iam fœtens, & quasi sepulchro malæ consuetudinis obruta. Etenim fœmina peccatrix, magis quàm vir in huiusmodi peccato fœtere hominibus consueuit. Ergo peccator quiuis, iam pro mala cõsuetudine infamis, Lazaro comparatur quatriduano iamque fœtenti. Et quidem iuuenis quoque, qui efferebatur per portam ciuitatis, puella etiam, quam adhuc in domo iacentem idem Dominus suscitauit, mortẽ significat animæ peccatricis, sed in singulis diuersi figurãtur peccatorum modi. Puella nanque mortua in domo iacens, anima est quæ cõscientia mali desiderij suffocata, nõdum tamen per operis consummationem publicata. Iuuenis autem, qui per portam ciuitatis efferebatur, peccator est, qui desuderio malo præuentus, vsque ad exteriores quoque peruenit iniquitatis effectus. At verò qui opera peccati iam in consuetudinem vertit, famamque perdidit, Lazaro, vt iam dictum est, similis est quatriduano, iamque fœtenti. Talis peccator cùm in Ecclesia fœtere cœperit, meritò tota in luctum conuertitur hospitalis domus Christi. Omnis ordo lamentatur, & pro tali fratre orat Christum, siue illorum qui actiuæ, siue illorum qui contemplatiuæ vitæ dediti sunt. Hi qui in actiua vita positi, animarum curam gerunt, priùs solicitantur, post & ad eos quoque qui in contemplatiua latent, cura hæc & fatigatio perfertur. Benè ergo priùs Martha, deinde pro fratre suo Dominum, plorãdo ambit Maria. Cùm itaque ad huiusmodi peccatorem gratia Dei reuertitur, mortuus pedes & manus ligatus inuenitur, quia funibus peccatorum suorum circundatus sub lapide clausus, id est, sub lege reus tenetur. Clamat Iesus voce magna, veni foras, quia non nisi magno terrore aspirantis Dei, & de futuro iudicio comminãtis exterritus, malè securus peccator ad cor suum reducitur. Statim prodit, id est, reatum suum confitetur, & quia iam viuit, soluite illũ, inquit, Iesus. Dixit enim: Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunq; solueritis super terram, soluta erunt & in cælo. Cauendum autem est eis, quorum hoc officium, vel potestas est, ne hunc modum prætereant, id est, ne ligent, nisi mortuum, neque soluant, nisi voce confessionis significante rediuiuum eundem esse de sepulchro productum. Nam si pro arbitrio vel animo suo illum viuentem ligent, hũc autem mortuum soluant, videlicet condemnantes iustum, & iustificantes impium: ipsi illa non sua, sed Christi potestate se priuant: & viuẽtem quidẽ ligando sic mortificare nequeũt, mortuum autem soluendo, non solũ non viuificant, verumetiam fœtorẽ, cunctorum naribus ingerunt. Sequitur. [Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & viderãt quæ fecit Iesus, crediderũt in eum. Quidam autem ex ipsis abierũt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.] Meliùs quidem illi fecerunt qui crediderunt, sed dilatandæ gloriæ Dei, delatores illi amplius profecerunt. Foras enim rem gestam illis testibus certam efferentibus. Zelus apprehendit populum ineruditum, eisque ardentibus, & magno flatu inuidiæ suæ ventilantibus magnitudinẽ miraculi, latiùs gloriæ Filij Dei flamma reluxit. Nam propter hoc maximè signum, exierunt postmodum turbæ obuiam illi cùm ramis palmarum, clamantes ô sanna Filio Dauid. Dixerunt (inquit) quæ fecit Iesus, & pro superioribus miraculis satis zelantibus rem nouam narrantes, quasi oleum camino adiecerunt. [Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi consilium & dicebant: Quid faci-

Luce 2. Matth. 9.

Cautè vti oportet testatem clauium.

Matth. 21.

Psal. 25.

Concilium malignantium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, quia hic homo multa signa facit?] Istud est consilium vanitatis, cũ quo Psalmista nõ sedit, hæc illa Ecclesia malignantium, ad quã neq; Lex, neq; Prophetarum quisquam introiuit. Si em introissent, si ab illo cõsilio vel Ecclesia maligna consulti fuissent, quid responderent dicẽtibus illis: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, quid, inquam, responderent Senatoribus peccati, & Iudicibus iniquitatis, nisi audite eum, credite in eum? Si enim super isto consulerent Moysen, ex ipso audirent: Si creditis mihi, credite & huic, sicut ipse Dominus: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan &] mihi, de me enim ille scripsit. At illi credere nolebãt, & nequaquam consultando veritatem agnoscere, sed veritati resistere quærebant. Igitur de voluntate Scripturarum, sinè quibus legitimum non est cõsilium, omninò tacuerunt, & quid mallent significãtes, ita ꝓtinùs proposuerunt: [Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & Gentem.] Quod est dicere: Consultantibus nobis, si hæc sententia placuerit, vt sic dimittamus hominem talem, signa tam multa faciẽtem, omnes credent in eum, & credent esse Christum, credent eum esse Regem suum. Nos autem Regem Cæsarem habemus, & sub Romano imperio iamdudum tributarij facti, parua nimis huic Pontio Pilato præfidi delegata prouinciola sumus. Iudæa nanque non tam prouincia, quàm Syriæ prouinciæ quædam nõ magna pars est. Si ergo quisquam apud nos, præter Cæsarem Rex nominatus fuerit, vindices Romani venient, & tollent nostrum & locum & Gentem. Quid igitur facimus? Num vnum hominem dimittimus, vt omnes pereamus? An certè, quod sãtiùs est, vnum hominem perdimus, vt noster locus & tota gens conseruetur? Quem putarent tali causa proposita posse ipsorum intentionem reprehendere, vel illum vnum hominem audere defendere? De communi salute gentis totius consultabatur, de seruanda Romani imperij fidelitate consilium quærebatur. Ergo hunc hominem interficere apud tribunalia quidem Cæsaris videbatur fore tutum, apud iudicem populi fingebatur esse necessarium. Sic intenderunt arcum conuẽtus ille malignantium, & multitudo operantium iniquitatem, sic, inquam, intenderunt arcum rem amaram, sic firmauerunt sibi sermonem nequam. Sub hac occasione timoris, vel fidelitatis Romani imperij absconderunt laqueos, & dixerunt: Quis videbit eos? Concedatur eis pauor iste, quoniam Dominus Deus pauor siue terror illorum non est: concedatur, inquam, ipso Domino Deo nostro permittente illis, dum per Hieremiam Prophetã dicit? Paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diẽ afflictionis, & duplici cõtritione cõtere eos Dñe Deus meus.

Deut. 18. Ioan. 5.

Pretextus sanæ consultationis.

Psal. 63.

Hier. 7.

Paueant, inquam, illi vanam contritionem scilicet illã, ne fortè veniant Romani, & tollant eorum & locum, & gentem, & duplicẽ contritionem incurrant, videlicet, vt & Romani venientes, tollant eorum locum & gẽtem, & maligni spiritus aduolantes, tollant animas, & corpora quoq; in gehennam semper vrentem. Prudentem vt sibi visum est deliberantium propositionem audiuimus, nunc iam inuentionem vtilitatis auscultemus. Sequitur: [Vnus autẽ ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicq̃, neque cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.] Oratiunculam magnæ veritatis significatiuam, spiritus mendacij per os huius Caiphæ sibimet vsurpauit, vt quod confiteretur Euangelica Fides in veritate, hoc idem æquiuocè sonaret, per os nescientis, & contra omnem veritatem nitentis homicidæ. Quod Euangelista ipse admirans, continuò subiungit. [Hoc autem à semetipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni illius, Prophetauit, quòd Iesus moriturus esset pro gente, & non tantum pro gente, sed vt Filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.] Magnum spectaculũ huius annui Põtificis, qui redempto pontificatu vnius anni, verè vt fur & latro in ouile ascendit, & nunc ipsum pastorem ouiũ mactare intendit, vt furta sua licentiùs agere possit. Hoc, inquit, à semetipso non dixit. Quid est à semetipso non dixit, nisi hoc verbum de corde suo nõ adinuenit? Nã reuera antequã Caiphas fieret, factũ est hoc verbum, vt Iesus moreretur pro gente, & factum est vtiq; ad sanctos Prophetas, imò & erat antequã fierent Prophetæ, antequam fieret Abraham, sed & antequã formaretur Adã. Erat quippe iam in beneplacito Dei dicẽtis: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Iam tunc erat hoc verbũ, vt Iesus moreretur pro gente. Hoc ergo Caiphas à semetipso non dixit. Sed quid? Cùm esset Pontifex anni illius, Prophetauit. Potest exempli gratia sic dici. Cùm esset cymbalum magnũ, clarè tinniuit, quia videlicet virtutẽ loquelæ suæ non magis aduertit, q̃ tinnitũ suum cymbalũ sentit. Illud em omninò nõ sentit, q̃ sentimus nos homines, audito hoc sonitu tintinnabuli. ſ. q̃ verè expedierit, vt sic vn⁹ & singularis homo, Sanctus sanctorũ, & sol iustus, Iesus Christus moreretur pro gente, & non tantũ pro gente Abrahæ, sed & pro cunctis prædestinatis ab origine mundi, filijs Dei, foris extra para disum originalem, in quatuor mundi partes dispersis, & iamiã de massa generis humani, vsque ad vltimum electum recolligendis. Igitur mendacium quidem sensit, quod nihil est, scilicet q̃dcircò Iesum mori vtile esset, ne propter hoc ipsum nominatum Regem Christum, iratis vindictam facientibus Roma-

Spiritus mendacij in Caiphã.

Gen. 1.

Caiphas erat vt grãdis cymbalum tinniens.

Ecclesia vt puta verbũ veritatis ab ore illius.

Romanis, gens illa periret, sed rei veritatẽ, quæ iam dicta est, nec sensit, nec à semetipso dixit, sed impellente manu Dei cor stultum quomodo voluit clarè & longè audibilem tinnitum reddidit. Itaque quoniam hoc à semetipso non dixit, sed verum prophetauit, rectè sanctus Euangelista, imò & tota Christi Ecclesia, verbum rapuit de ore illius mali prophetæ, & indigni Pontificis: De ore (inquam) illius polluto, & mendacibus labijs rapuit hoc verbum veritatis, & dicit: Vos

Sap. 2.

nescitis quicquam. Vos, inquam, impij homicidæ, insipientes & maligni thesaurizatores mortis, quos malitia excæcauit, nescitis sacramenta Dei, neque cogitatis, quia expedit vnum hominem mori pro gente, & non tantum pro electa Patriarcharum vel Prophetarum gente, sed vt filios Dei de cunctis gentibus, qui dispersi erãt, & longè diiecti, nomẽ Domini non audierant, congreget in vnum, in vnum populum, in vnam Ecclesiam, in vnum corpus suum. Hoc nescitis, neq; cogitatis vos. Sed nec ipsæ vulpes, quæ

Mat. 8.

in vobis foueas habeant, neq; volucres cœli, quæ in vobis nidificant, vulpes, inquam, & volucres, scilicet maligni spiritus, quos in cordibus & conuenticulis vestris confouetis, neque per astutiam, neq; per agilitatem suam comprehendere potuerunt hoc magnum pietatis sacramentum, quod per mor

1. Tim. 3.

tem suã filius Dei fratres suos dispersos congregaturus esset in vnũ. Nescitis ergo istud, neq; cogitatis. Etenim istud consilium Dei, sanctis Patribus & Prophetis reuelatũ, vos scire indigni estis. Sequitur. [Ab illo ergo die cogitauerũt interficere eum.] Ergo, inquit, quia conspirationem suam, quasi rationabiliter authoritate concilij confirmauerant, ab illo die præfinito concilio cogitauerunt, vt eum, quem antea lapidare voluerat per turbam & tumultum, nũc interficerent

Cur Christus ad tempus abijt et secessit in Effrem.

quasi per iudicij ordinẽ legitimum. [Iesus ergo nõ ambulabat palàm apud Iudæos, sed abijt in regionem, iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum Discipulis suis.] Non metu occasus sui verus iste Sol in nube se abscondit, non palàm ambulando apud Iudæos, præsertim cùm postmodum ad eundem occasum suũ tam rutilo aspectu peruenerit, vt claritatem gloriæ eius inuidorum ferre non possent oculi: sed hoc & iam facto & vtilia fidelibus suis præmittit exempla, & diuina more suo signat mysteria. Hoc enim eius exemplo, licet eius Discipulis humiliter declinare instãtiam persecutionis, & itidem mysticè datur intelligi, quòd Iudeis iam debeat domus sua deserta relinqui. Abeundo namq; in regionem iuxta desertũ, & ibi morando cum Discipulis suis, per desertũ innuit desertionem Iudæorum, per ipsam regionẽ, quę est iuxta desertum, electam habitationem Gentium, apud quas mãsurus erat, in ciuitate Effrem, id est, in Ecclesia faciente fructum multiplicem. Effrem quippe interpretatur frugifer siue crescens.

[Proximum autẽ erat Pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos.] Iam non palàm, inquit, ambulabat Iesus apud Iudæos, sed non diu delituit. Proximũ enim erat Pascha Iudæorũ, quod tempus suũ esse nouerat quo pati cupiebat, quod desiderabat, sicut testatur ipse: Desiderio, inquiens, desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Porrò, Iudæorum hoc Pascha fuit vltimum. Quicquid enim extunc Iudæi sanctificant, pollutum est: quicquid benedicũt Sacerdotes eorum, maledictum est: Deus enim benedictionibus eorum maledicit, sicut per Prophetam prædixit: Et extunc stercus solennitatũ ipsorum super vultus eorum proiecit. Vt sanctificarent, inquit, seipsos, ascenderunt ante Pascha, Sanctificatio Iudæorum tota in cibis & in potibus, & varijs baptismatib. & iustitijs carnis, ante pascha solenniter agebatur, id est, ab initio mẽsis primi, cuius die decimaquarta ad vesperam sacer agnus immolabatur, & ex Lege præceptum erat, vt immundus ex eo non vesceretur. [Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum?] Ecce crudelis hyæna, hæreditatis illius habitatrix, in qua Deus quondã habitauit, quomodo sitit, quo modo anhelat, & linguam eijcit, festinans & impatienter sitiens effundere sanguinẽ Christi. Nondum venerat dies festus, & iã insidiantes in illa spelunca sua, in illa domo Patris quam fecerant spelunca latronum, cũ deberet esse domus orationis, dicebant: Quid putatis, quia nõ venit ad diem festũ? Videlicet, quia primus non venerat, vel inter primos, qui (vt prædictũ est) ascendebãt Hierosolymam, vt sanctificarent seipsos, malè soliciti, & propositum timẽtes perdere homicidiũ: Quid putatis, inquiunt, quia non venit ad diem festum?

Luc. 12.

Mala. 2.

Matt. 7.

Exod. 12.

Matt. 21.

Ioan. 2.

Christus vt agnus paschalis, decima die mensis introiuit.

O impij, quid putaremus, nisi quia iste est agnus paschalis, & decimus dies mensis huius nondum aduenit? Non enim iubet Lex, vt festo die neomeniæ cum clangore tubarum, sed vt decima die mensis tollatur agnus, qui immolandus est in domo filiorum Israël. Idcirco ergo non iam venit ad diem festum, quia tempus expectat, & diem suũ legitimum, vt legitima, id est, decima die mensis domum filiorum Israël, id est templum DEI, Paschalis agnus introeat, & extunc circa illud salubria doctrinæ cœlestis pabula, circa vel intra eiusdem templi viridarium, suis auditoribus diuidat, vobis nihil audentibus, neque cultrum vestrum injicere valentibus, donec quartadecima dies veniat, cuius ad vesperam seipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

immolaturus est suis manibus, & tunc demum à se vobis,ô cruenti laniłtæ trucidari permittet. Tunc illum suscipietis, sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Tam malam intentionẽ vestram Euangelista significans ita subiungit.[Dederant autem Pontifices & Pharisęi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.] Non, inquit, benè quærebant eum, neque pro bono festimabant videre venientem ad diem festum, sed quia Pontifices & pharisęi dederant mãdatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum. Soliciti erãt, ne forte propter hoc ipsum non veniret ad diem festum. Ergo intentus quisque erat, illorum habiturus gratiam, cùm indicasset illum, quippe cùm & preciũ dare prompti essent, quod & Discipulo eius dederunt indicanti, quando vel in quo loco sine turbis possent comprehendere illum. [Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit. Ergo inquit, quia tale Principes & Pharisęi mandatum dederant, Iesus non ante quatuordecim aut duodecim, sed tardiùs, id est, ante sex dies Paschæ, venit in viciniam Hierosolymæ, scilicet in Bethaniam, hoc exemplo præsignans, ne quis persecutoribus se ingerat, antequam diuina illum gratia vocet, cũ ipse tempus illud vel diem obseruare curauerit, qui per Scripturas olim præordinatus est. Sextus namque dies ante quartamdecimam mensis, cuius in vespera agnus immolandus erat, nonus dies eiusdem mensis est. Cùm ergo nono die mensis in Bethaniam venit, & sicut paulò pòst sequitur, quiin crastinum, qui profecto decimus dies mensis est, ciuitatem Hierusalem ingreditur, planè in hoc quoque Legem, qui de agno Paschali scripta est, hic verus Agnus Dei sustinere probatur: Venit, inquit, Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit, videlicet in crastinum (vt dictum est) sanctam ciuitatem ingressurus. [Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex recumbentibus, Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici prętiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti.] Cœnam hanc in domo Simonis quondã leprosi factam esse, ex Matthæo & Marco manifestè habemus. Secundũ Lucam quoq; domus illa eiusdem Simonis est, in qua primum hæc eadem Maria peccatrix, eadem in quam, sicut à diligentioribus tractatoribus veraciter assertum est, à Domino susceptа, lachrymis lauit pedes eius, & multa illi peccata dimissa sunt, quia dilexit multum. Vnde ergo est, quod tot viris præsentibus, in domo alterius mulier Martha ministrabat? Illud nempè non esset mirum, si in domo sua ministraret sicut tunc, quando intrauit ipse Iesus inquoddam castellum, & hæc eadem mulier excepit illum in domum suam & satagebat circa frequens ministeriũ. Verum quacunque necessitate Martha Simoni coniuncta fuerat vt in domo eius ministraret, quoniam scriptura tacet, nos iam in hac cœna diligentiùs speculemur ea, quæ Domino nostro exhibita sunt, sancta & mystica magnæ pietatis ministeria. Fecerunt, inquit, ei cœnam ibi. Domus (vt prædictum est) Simonis est, Martha ministrat, Lazarus vnus ex recumbentibus, Maria pretiosum super caput & pedes Domini effudit vnguentum. Nam hoc loco hic quum Euangelista super pedes effusum vnguentum narrat, Matthęus & Marcus super caput quoque eius effusum esse non tacent. Vberius ergo nunc instante Passione Domini, in hac cœna sanctæ Ecclesiæ obsequium præsignatum est, quã tunc cùm in domo eiusdem Simonis hęc eadem Maria peccatrix, ab eodem Domino nostro susceptа est. Tunc enim super conuiuãtes illam Pharisęi domum famosa peccatrix ingressa, & murmurante illo dignam pœnitentiam offerendo iustificata, conuersionẽ gentilitatis præfigurabat. Hæc Gentilitas enim post ascensionem Domini, ad diuitias Iudæorum, ex quibus salus est, veniens, & ad magnum conuiuium Scripturarum iussa prorumpens, quæ fuerat meretrix, id est, pluribus Dijs, quasi multis prostituta viris, retro secus pedes Domini accubuit, quia videlicet eius, quem secundum carnem non nouerat, vestigijs adhæsit, flens & erroris pristini pœnitentiam agens, murmurantibus eis, qui ex circuncisione erant, eo quòd gentiles gratia Christi indignos iudicarent. Nunc autem mulier eadem iam iustificata, simul cum Martha sorore sua vnam eandemque Christi Ecclesiam significat, quæ diuersis vtriusque actibus, scilicet & contemplatiuæ vitæ obsequijs eidem Domino in Bethania, id est, in domo obedientiæ ministrat, Lazarus verò qui fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus, vnus est ex recumbẽtibus: quia profectò sine Fide resurrectionis, in nullo ordine Ecclesiæ Christo ministratur. Domus autem ipsa Simonis est leprosi, quia videlicet Iudęorũ, inquit Apostolus, adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, & eorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, nos autem, scilicet, Ecclesia de Gentibus, eramus quondam sine Christo, alienati à conuersione filij Israel, hospites testamentorum, promissonis spem non habentes, & sinè Deo in hoc mundo. Cùm ergo admissi sumus, vt iam non simus hospites & aduenæ, sed simus ciues sanctorũ & domestici Dei, profectò in domo Pharisaica, gentiũ ecclesia Christo deseruit, licet inuiderit Synagoga, & detraxerit pœnitentiã agenti. Facta igitur cœna, Martha ministrat & Maria

Psal.16.

Matt. 26.

CAP. XII
Ante sex dies paschæ id est nono die mensis.

Luc.10.

Maria ve peccatrix & gentilitatẽ præfigurabat.

Ioan.4.

Act.11.

Quid dest gnat domus Simonis.

Rom. 9. Soph.2.

Matt. 26. Marc.14 Luc.7.

& Maria vnguentum super Dominum effudit, quod ipsum quoque quoddam non leue ministerium fuit. Differt autem à ministerio Marthæ, quia videlicet Martha cibos corporis ministrat, Maria verò multũ quidem est, quod obsequitur, veruntamen tali eius obsequio corpus non reficitur. Mystícè quidem capillis eius quibus Domini pedes extergit, superbam diuitum abundantiã exprimunt, qua sic absque penuria sui pauperum inopiam supplere, quomodo capillos absq; dolore capitis deponere possunt: veruntamen carnaliter, sicut iam dictũ est, Maria Dominum per tale non pascit obsequium. Igitur per Marthæ ministerium, illorum sedulitas exprimitur, qui in vita actiua Christo deseruiunt, per Marię verò vnguẽtum, cuius ex odore domus impleta est, eorum religiositas figuratur, qui contemplatiuæ vitæ sanctis laboribus attriti, bonũ Deo & hominibus odorem effundũt. Quorum perfectioni illud quoque congruit, ꝙ dictum est: Accepit libram vnguenti nardi pistícæ prętiosi. Libram, inquam, vnguenti, id est, bonam & perfectam mẽsuram pię seruitutis. Pistici autem vnguenti, id est, fidelis, & sinè adulteratione, vel probatissimi. *Nardus* enim Græcè, Latinè fides dicitur, quæ cum humilitate coniuncta, (quam nardus herba humilis & aromatica designat) vnguẽtum optimum efficitur, quo non tantum caput, sed & pedes Domini suauissimè perungantur. Non n. frustra hic Euangelista, cũ Matthæus & Marcus aperte dixerint, hoc vnguentũ effudisse super caput ipsius recũbentis, scilicet, quòd illi tacuerunt, scilicet, quia pedes quoque eius illo vnxit. Nam reuera quando primum ad Dominum accessit, tunc vnguento, quod nó propter ipsum Dominum emerat, sed ob fragrantiam sui corporis vegetandam compoſuerat, solos vnxit pedes Domini. Hæc enim poterat peccatrix statim capite eius digna fieri: nunc verò iam iustificata & dilecta, vnguento quod propter hoc ipsum emerat, tam caput quàm pedes perunxit. Ministrante ergo Martha cibos corporis, Maria spiritualium ministeriorum exemplar, caput ac pedes saluatoris, videntibus cunctis, & odorem mirantibus, vnguẽto pretioso vngit, quia videlicet in auribus plebis Domino seruientis, in sex operibus misericordiæ, quæ in Euangelio Matthæi commemorantur: Esurijui, & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi potum, &c. religiosi ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei fideliter consitentur & prædicant, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Caput namq; vngere, est Diuinitatem eius fideliter annunciare: Pedes autem vngere, est veram humanitatem, veramq; passionem eiusdem Dei & Hominis humiliter credere, & constanter prædicare. Hoc agentes & non sicut plurimi verbum Dei adulterãtes: Christi, inquiunt, bonus odor sumus Deo in omni loco, in his, qui salui fiunt, & in his, qui pereunt. Ergo domus impleta est ex odore vnguenti. Verùm hoc vnum idemque Ecclesiæ vnguentum alijs est odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam. [Dicit ergo vnus ex Discipulis eius Iudas Iscariothes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum nõ vænijt trecentis denarijs, & datũ est egenis?] Huic infelici bonum opus mulieris odorẽ mortis attulit, hunc bonus vnguenti pretiosi odor occidit. Imò quia vere iam mortuus erat, & inter viuos, id est, electos Apostolos ambulans, iã in sepulchro malitiæ suæ Deo mortuus iacebat, odorem vitæ ferre non potuit, obsequium pietatis, vel honorẽ dignũ magistro impensum sine tormento indignationis & inuidiæ videre nequit, venenum auaritiæ (quo ebrius erat) continere non valuit. Personã eius Euangelista descripsit, signanter dicendo Iudas Iscariothes, quod vocabulum sumpsit à tribu Isachar, vel à vico, in quo ortus est, & addendo, qui erat eũ traditurus: quia videlicet est alius Apostolus huius nominis Iudas, qui & Thaddæus. Intentionem verò, qua hæc dixerit, subiungendo exponit. [Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.] Teterrimus, inquit, nebulo nequissimam inuidiam, quo de bono magistro malè sentiebat, & profundam auaritiã, qua dominicis loculis non parcens furtum inferebat, honesto nomine, id est, egenorũ palliauit cura. Quis non miretur, quod talẽ conscientiam tali hypocrisi contegebat, ꝙ insidiator misericordiæ, de necessaria paupe ribus misericordia tractabat? Magnificè sanctus Euangelista huius homicidæ attrocitatem percutit, dicendo: Non quia de egenis pertinebat ad eum. Non (inquit) cura hæc pertinebat ad eum, etenim longè excesserat animus eius, trucidator pietatis, vltra omnes terminos humanarum miserationum, tamque alieni pectoris erat, vt ipsam posset ad mortem tradere misericordiam pauperum. Sed quare dixit? Quia fur erat, inquit: O infelix, Idcirco maluisset hoc vnguentũ vænisse trecentis denarijs, quia voluisset & potuisset furtum facere de ipsis trecentis denarijs. Quomodo potuisset? Vtique satis commodè, quia loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Saccularius, inquit, erat Domino, & ea, quæ à pijs hominibus pauperi Domino nostro mittebãtur, portabat. Etenim cùm diues fuisset, pauper pro nobis factus fuerat, & cum terræ, & maris omniumque, quæ in eis sunt, vel ex ipsis nascuntur, Creator & Dominus esset, tamen ex eleemosynis hominum sustenitari & Euangelium

Vnguentũ nardi pistícæ.

Matt. 25. 1.Cor.4.

Quid est vngere caput & quid pedes.

2.Cor. 2.

Iudas nebulo teterrimus.

Nullus in eo miserationis affectus.

2.Cor.8.

gelium annuntians, de Euãgelio viuere vo lebat: Ea, inquam, quæ ab auditoribus Euangelij Domino mittebantur, ipse portabat, & ministerio nequiter abutens, exportabat fur & sacrilegus. Non qualiscunque fur, fur loculorum, sed Dominicorum loculorum, sed sacrorum. Talis erat miser iste Iudas, & tamen cum sanctis vndecim Discipulis intrabat, & exibat, imò & eleemosynis, vnde illi & ipse Dominus viuerent, præpositus erat. Quare, inquis, Dominus noster omnia sciens, cùm talem illum sciret, non solum eundem Dominus permittit esse præpositos similes eius? Qui enim aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur. Quanti autem putas de Ecclesia furantur, abutentes ministerio, quo permittente Christo, funguntur? Quanti rem pauperum non pauperibus tribuendo, furtum faciunt, & non qualecunque furtum, sed sacrilegium? Si crimina discernuntur in foro qualiscunque furti & peculatus: Peculatus enim dicitur furtũ de re publica, & si non sic iudicatur furtum rei priuatæ quomodo publicæ, quantò vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuit non vndecunque, sed de Ecclesia tollere? Igitur cùm hodieque multi sint Iudæ similes, & cur ad ministerium Ecclesiasticum peruenire potuerint, interrogati certum quid respondere nequeamus, nisi quia multa permittit fieri Deus, quæ non vult, de illo vno non temerè iudicium Domini discutiamus, præsertim cùm ignoremus, vtrũ Dominus electione sua loculos suos illi cõmiserit, an certè (quod credibilius est) ille se ingesserit, sicut plerique nunc Ecclesiasticis ministerijs tanta importunitate se ingerunt, vt nisi admittantur, penè grauiora per discordiam animabus scandala, quàm si admittantur damna rebus Ecclesiasticis inferant. Itaque cùm hæc dicit Iudas: Quare hoc vnguentum non vænijt trecentis denarijs, & datum est egenis, non est timor Dei vel cura egenorum ante oculos eius, sed verba oris eius iniquitas & dolus, & in cubili suo iniquitatem meditatur. [Dixit ergo Iesus: Sine illãm, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscũ, me autem non semper habebitis.] Verba suæ responsionis Dominus in singularem & pluralem numerum dispersit, dicendo singulariter: Sine illam, vt in diem sepulturæ meę seruet illud, & addendo pluraliter: Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Vnde datur intelligi, quia reuera secundum Matthæum & Marcum cæteri quoque Discipuli indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc, sed diuersa intentione, videlicet, vt alij verè propter curam egenorum hoc dixerint: Iudas autem propter auiditatem furti sui. Benè ergo, vbi erat intentio diuisa, Dominus noster sua diuisit verba, singulis partibus reddens conuenientia. Nam Iudæ furi, qui per nequissimam auaritiam paulò pòst accepturus erat pretium traditionis vel mortis eius, eandem mortem suam annuntians: Sine, inquit, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Ac si dicat. Non solum non vendatur, vt detur egenis, verumetiam, & quod nunc habebat, nec enim totum in me iam effudit, quod (inquam) nunc habet vnguentum seruet, & adhuc amplius emat ad condiendum corpus meum, quod tuo scelere Iuda paulò pòst tradetur ad crucifigendum. Cùm verò qui iam (vt dictum est) reuera propter pauperes dixerant: Vt quid perditio hęc? potuit enim vænũdari hoc plus quàm trecentis denarijs, & dari pauperibus, eis, inquam, longè aliam rationem plenam pietatis & dulcedinis reddidit. Pauperes enim, inquit, semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Est quidem bonum opus, inquit, curare de egenis, & benefacere illis, sed mihi primùm iamiam abituro, iamiam morituro, à vobis amicis meis officiosè valedicendum est. Habet ministerium pauperum meritum suum, sed præcellit officium pietatis ipsi sanctorum pauperum capiti impensum. Præterea non semper me habebitis, nõ semper hoc modo vnguentum in me effundere poteritis, futurum est, vt propter videndum me, sanguinem vestrum fundere optetis, qui nunc effusionem vnguenti, quod vos non emistis, perditionem reputatis. Rectè igitur illud quidem singulariter, hoc autem pluraliter dixit, & diuersis intentionibus indignantium, Iudæ, scilicet, & cæterorum, qui indignati sunt, congruentia respondit. Potest tamen intelligi, quod idcirco de singulari numero repente ad pluralem transierit, quia tunc quidem vnus erat Iudas, nunc autem sunt multi, & cùm Christum fideles Discipuli semper haberent per præsentiam Diuinitatis, sicut ipse: Ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, illi qui Iudæ fideles sunt, nequaquam illum sunt habituri: Tollatur enim (inquit Propheta) tollatur impius, ne videat gloriam Domini, vt quomodo Iudas non meruit videre faciem resurgentis. Vel tunc esse cum B. Apost. quando pacé illis attulit, iam quippe illu tulerat locus perditionis, sic nunquam habeant vel gloriam eius videant, quicunq; fideles sunt illi. Sequitur. [Cognouit ergo turba multa ex Iudęis, quia illic est, & venerunt non propter Iesum tantũ, sed vt Lazarum viderent, quẽ suscitauit] Ex quo collegerunt Pontifices & Pharisæi consiliũ, & definito cõsilio interficiendi Dñm Iesum dederant mandatũ, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet vt apprehendant eum: nõ cognouerat turba vbinã esset, ipse

Multi Ecclesiæ prælati Iudæissimiles.

Matt. 24. Marc. 14.

Piũ responsum de pauperibus.

Matth. 28.

Esa. 26.

ipse namque Iesus non in palàm ambulabat apud Iudæos. Nunc autem venerat Bethaniam, & fecerãt ei cœnam ibi. Lazarus quoque vnus erat ex recumbentibus. Nunc ergo post aliquantulam expectationem tandem cognouit turba, quia illic est, & venerũt non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit. Sed nunquid Lazarum saltem videre hactenus non potuerant, sicut & Iesum non cognouerant vbinã esset, eo quòd ambulabat non in palã? Ergo turba hæc non tantum Hierosolymitarũ, sed & maxima ex parte illorum erat, qui (vt suprà dictum est) Hierosolymam ascẽdebãt de regione ante pascha, vt sanctificarent seipsos. Venerunt, inquit, ad eum, scilicet, non apprehendere, sed videre cupientes, ita vt inuideret illi, qui eum interficere cogitabãt. Nam protinus subiũgitur. [Cogitauerunt autem Principes Sacerdotum, vt Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.] Itaque benè venientibus, malè remanentes inuidebant, & gloriæ Domini inuidebant. Sed vnde hos ausus Gens subiuga conceperat, vt non solùm vnum hominem interficere velle auderet, quia mortuos suscitat, sed etiam alium, quia reuixerat? Videlicet ex fiducia pauoris sui, quem superiùs in cõsilio suo Pontifices & Pharisæi prætenderant, dicentes: Ne fortè veniant Romani, & tollant locum nostrum & gentem. Iste pauor fidelitatem sonuerat dominorum suorum, scilicet, eorundem Romanorum suorum, idcirco audebant, inde præsumebant, ideò Leges Romanas non posse sibi succensere, quasi sagaces & callidi præuidebant. Nam & Herodem illa causa de loco, & gladio Romanæ sæueritatis eripuerat, qui tot pueros propter ortum noui Regis trucidauerat, cui prophetæ in Scripturis suis, non solùm Iudaicũ sed etiam totius mundi Regnum promittebant: & idcirco nõ soli sibi, sed etiam Romanis principibus, eo modo illum consuluisse Augusti Cæsaris aures libenter accipiebant. [In crastinum turba multa, quæ conuenerant ad diem festum, cum audissent, quia Iesus venit Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerũt obuiam ei, & clamabant: O sanna, Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israël.] Die illo Sabbathum erat, quo Bethaniæ facta sunt, ea quæ nunc Euangelista narrauit, videlicet sextus dies ante solennem vesperam Paschæ, id est, sequentem vesperã decimę quartæ lunæ, quæ nunc secundum Euangelium in quintam feriam obuenit. Hic autem dies crastinus prima sabbathi est, quo Dominus Iesus Hierosolymam intrauit, octauus ante illum quo erat resurrecturus à mortuis, qui & ipse finè dubio prima Sabbathi extitit. Nõ ergo casu, sed secreta dispositione Diuinitatis actum est, vt cum tali honore, vel apparatu laudis, hac die ciuitatem intraret, & vt superiùs iam dictum est, luna decima vèrus Dei Agnus ad immolationem sui decimà quarta luna peragendum accederet. Quid enim iocunditas ista, ni si præconium fuit octaua deinceps die futuræ eius resurrectionis? Ipsam ergo seriem diligentiùs contemplemur Euangelicæ narrationis. Turba (inquit) multa, quæ conuenerat ad diem festũ, cùm audissent, quia Iesus venit Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt ei obuiam, Rami palmarum insignia victoriæ. Magnum & mirum spectaculum. Nunc primùm parabatur bellum, necdum certamen initum, & iam triumphum celebrabant turbæ populorum. Nunquid sinè dubio illud iam sciebant, quod iste sinè dubio perfecturus esset victoriam? Imò nec istud nouerant, quod ad preliandum venit Rex Israël. Absconditum erat cunctis viuentibus, & ab ipsis Apostolis hoc Diuinitatis consilium, quod per passionem & mortem suam iste Rex gloriæ destructurus esset eũ, qui habebat mortis imperium, id est, Diabolum, vel quòd oportet eum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. Ergo illi tantæ laudis concentores, secundũ intellectum eius rei, quam agebant, infantes erant & lactentes, id est, hoc ipsum, quod exterius præsignabant mysterium nesciebant, Vnde iuxta alium Euangelistam, cùm dicerent Domino Scribæ & Pharisæi: Audis quid isti loquuntur? Vtique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Igitur ipse, qui pati veniebat, nutu & voluntate sua tales infantes & lactentes in comparatione Scribarũ & Pharisæorum, penes quos erat vbertas facundiæ, solidusque cibus Legalis & Propheticæ scientiæ: nutu (inquam) suo tales infantes & lactentes commouit, vt eo modo sibi occurrerent, vt eiusmodi ramos attollerent, vt sic sibi acclamarent, & ita ex ore illorum, eius quam nesciebat victoriæ suæ perficiebat laudem. Quid enim acclamantes dicebant? Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Osanna, verbum Hebræum, compositum est ex duobus, corrupto & integro. Salua namque siue saluifica apud eos dicitur osi, At verò anna interiectio est deprecantis, quomodo apud Latinos heu interiectio est dolentis, & interiectio admirantis papè. Denique in Psalmo centesimo decimoseptimo, vbi scriptum est: O Domine saluum me fac, & in Hebræo scriptum est: anna adonai, osanna. Osanna itaq; salua obsecro significat, consumpta vocali litera i, qua verbum prius terminatur, quod profectò dicitur osi, per virtutem literę vocalis, à qua verbum sequens incipit anna, quod metrici in versibus synalephan vocant, quamuis illi scriptam literam scandentes transiliant: in hoc autem verbo osanna, i litera, nec saltẽ scribitur,

Quæ erat turba illa muta.

Vnde erat Iudæis tanta fiducia interficendi et Iesum et Lazarũ. Matt. 2.

Dies crastinus dominus Iesus hieros. eius &c. mensis.

Turba vitoriæ Christi ignara palmas tamen ferebat.

Psal. 8.

Luc. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribitur, sed sensu loquentium saluo, fun-
Benedictus qui venit, Dauid dixerat, qui venturus est. ditus intermittitur. Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel. Hunc versicu-lum cũ verbo osanna, pro quo vt prædictũ est, in Hæbræo scriptum est, anna, adonai, o-sanna, id est, ô Domine saluum me fac. De psalmo centesimo decimoseptimo, nutu in-stigantis eos supernæ voluntatis, arripue-runt, vbi sic scriptum est: Benedictus qui venturus est in nomine Domini. Prophe-ta, quantum ad statum illum, in quo erat ip-se, posuit, venturus est. Hi autem faten-tes hunc illum, qui ibi prænuntiatus est, nõ qui venturus est, sed qui venit (inquiunt) in nomine Domini. In nomine Domini, in-
In nomine Domini. quam, id est, gloriam quærens Patris, non suam, vel hoc nomen habens, quod Domi-nus sit, sicut ipse Dominus Pater loquens ad
Exod. 23. Moysen, de magno consilij Angelo, scilicet de hoc Filio suo: & est (inquit) nomen me-um in illo. Ita vadens ad bellum contra Di-abolum Rex Israel, id est, Rex omnium videntium Deum, vel qui Deum videre di-gni sunt, iam in hoc prefiguravit illud tri-pudium, quod de victoria eius habitura e-rat superna ciuitas Hierusalem. Illo nam-que resurgente à mortuis, & ascendente in cœlum, cantare habebant supernorum ci-uium chori, ramos victoriæ subleuando, & Regem suum debita cũ laude & honore
3. Reg. 17. suscipiendo. Nam sicut occiso à puero Da-uid Goliath Philistæo, cùm reuerteretur, & faceret caput eius in Hierusalẽ, egressæ mu-lieres de vrbibus vniuersis in occursu eius canebant in tympanis lætitiæ & sistris, sic su-perato Diabolo per passionem Christi, exi-turæ erant animæ sanctorũ cum beatis An-
Glorificantes regem suum. Zach. 5. gelis, laudãtes & gloriam Regi suo canẽtes, viuentium quoque fidelium multitudines, victoriam eius per totum mundum prædi-cantes. Sequitur. [Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, Ecce Rex tuus venit, se-dens super pullum asinæ.] Breuiter hic at-tingit, quod cæteri Euangelistæ latiùs iam dixerant. Sed quale verbum iam ista bre-uitas sonuit? Inuenit inquit, asellum. Ma-gnificè dixit, propriè locutus est, rem valen ter Euangelista diuinus expressit. Quid e-nim illa, quàm latiùs cæteri (vt dictum est) Euangelistæ narrant alligatio aselli, nisi per-ditionem & captiuitatem significat generis humani, maximè autem Gentilis populi? Econtrà quid solutio illius, quam duobus Discipulis imperat, nisi inuẽtionem vel ac-quisitionem nostri designat? Pulchrè ergo & breuiter quidem, sed propriè secundum rem dixit, quia inuenit Iesus asellum, & se-dit super eum: Quia videlicet per passio-nis suæ mysterium, saluator perditum inue-nit genus humanum, & abacto sessore Dia-bolo, quẽ asellus ignobilis & stultus, magno dedecore suo nimis patienter portabat, ca-pistro stultitiæ infrenatus, & in stabulum mortis agebatur: ascendit super eum nobi-lis eques, & inclytus Rex, vt suæ nobilitatis eum participem faceret, & in supernam ci-uitatem Hierusalem equitatus sui saluatio-ne perduceret. Sedit, inquam, super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, ec-ce Rex tuus venit tibi sedens super pullum *Zach. 9.* asinæ. Hoc in Zacharia Propheta scriptum est, quia de passione eius, ad quam nunc ta-li schemate veniebat, confestim subiunxit: Tu quoque in sanguine testamenti æterni eduxisti vinctos de lacu, in quo non est a-qua. Sanè filia Sion Hebræa gens dicitur, quam hic pro parte electorum Spiritus san-ctus in hoc Propheta consolatur, vt non ti-meat, sed potius gratuletur, quia Rex suus adductis Gentibus implet domum, & mul-tiplicat filios eius, sicut per talem eius aduen tum figuratur. [Hæc non cognouerunt Di-scipuli eius primùm, sed quando glorifica-tus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei.] Pri-*Luc. 24.* mùm, inquit, quàm resurrexisset, primùm quàm aperuisset illis sensum, vt intellige-rent Scripturas, non cognouerunt hæc, sed quando glorificatus est Iesus, videlicet glo-ria resurrectionis & ascensionis, & effusio-nis Spiritus sancti, tunc recordati sunt; quia hæc erant scripta de eo, scilicet suggerente il lis omnia Spiritu sancto. Et hoc, inquit, re-cordati sunt, quia hæc fecerunt ei. Quæ fece runt ei? Hæc vtique vt inueniret asellum, i-mò vt sederet super eum. Sic enim manife-stè Matthæus exprimit: 'quia imposuerunt *Matt. 21.* super eum vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Et enim ipse quidem asellũ, vbi esset, indicauit, & eum sibi adduci iussit sed certi ordine mysterij, quamuis ea inten-tione hoc iusserit, vt desuper sederet, & sic iam dictam Prophetiã impleret, tamen non nisi rogantibus, & vestimenta sua Discipu-lis imponentibus, super eum sedere voluit. Hoc ergo fecerunt tunc non cognoscentes, sed reuera illud, quod tunc significatum est per os nescientes, postmodum ipsi fecere sci enter. Et enim missi à Domino per mundũ, vt Gentilem soluerent populum cum labo-re prædicationis, addiderunt instantiam o-rationis, vt super adductum sederent asellũ, id est, credentem in se Dominus dignaretur protegere Gentilem populum. Si quò mi-nùs id faceret, lugebant & flebant infelicis aselli causã, sicut Apostolus euenire quibus-*2. Cor. 12.* dam Corinthijs metuebat, cùm diceret in-ter cætera: Timeo enim ne forte cùm vene-ro, non quales volo inueniam vos, & ego in ueniar à vobis, qualem non vultis: & subin-de: Ne iterum (inquit) cùm venero, humili-et me Deus apud vos, & lugeam multos in his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornica-tione, & impudicitia, quam gesserunt. Sequi-tur.

tur. [Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum voca-uit de monumento, & suscitauit eum à mor tuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierant eum fecisse hoc signũ.] Eo-rum quæ iam dicta sunt, ista complexio est, quia videlicet quod turbæ processerunt ob uiam ei taliter conclamando, magnum & verum testimonium fuit Filij Dei. Ergo (in-quit) hoc modo testimonium perhibebat turba, quia erat cum eo, quando Lazarum suscitauit, & propterea obuiam venit ei tur-ba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Turbam à turba distinxit, turbã videlicet,
Duplex ibi turba. quæ interfuerat illi signo mirabili, à turba quæ non quidem interfuerat, sed audierat, & ita cum illis qui viderunt concurrentib. eis qui illis referentibus audierunt aucta est turba, creuit cõcursus, multiplicata est laus Dei, multiplicata est gloria Filij Dei, in tan ta frequentia, tali tempore, in illa Paschalis festi præparatione: quando (vt suprà dictũ est) ascenderant multi Hierosolymam de regione. [Pharisæi ergo dixerunt ad semeti-psos: Videtis quia nihil proficimus. Ecce mundus totus post eum abijt.] Magno tor-mento congemuerunt, graui dolore suam adinuicem inuidiam anhelauerunt: Vi-detis, inquit, quia nihil proficimus? O infe-lix stipula, hic Deus noster ignis cõsumens est, & tu illum opprimendo proficeres? De-ficies potiùs & consumeres, quia non stipula ignem, sed contrà stipulam ignis consumit. Quantò illum pertinaciùs incumbẽdo pres-seris, tantò ampliùs flammam suæ claritatis cum tui detrimento dilatabit. Nihil profi-cimus aiunt. Vnde hoc malum? Vnde hi ge mitus? Ecce, inquiunt, mundus totus post eũ abijt. Non dixerunt tota turba, sed totus mũ dus post eum, videlicet quia & canebãt pue-ri Hebræorum, & quærebant Iesum primi-tiæ Gentilium. Nam sequitur. [Erãt autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ, *Ioan. 7.* & rogabant eum dicentes: Domine, volu-mus Iesum videre?] Hoc illos deteriùs ha-bebat, quod de Domino Iesu Hebræi iam acclamabant, & eundem Gentiles quære-bant: quippe qui longè superiùs, præsago torti liuore dixerant: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum, nũquid in disper sionem Gentium iturus est, & docturus Gẽ tes? Gentiles (inquit) erant, & ascenderant vt adorarent in die festo. Vt verè pauperes *Matth. 15.* ad magnam magnorum diuitum ianuam accesserant, cupiẽtes sautrari de micis, quæ de mensa illorum cadebant, imò & tanquã catelli sub mensa dominorum, residua fra-gmenta colligere venerant. Quantam e-nim redolet humilitatem quod dicitur, qua si stantes à longè? Domine volumus Iesum videre. Quomodo confractum cor habeãt erga Dominum dominorum. cùm interces-sorem ambientes, seruum Domini voca-rent dominum? [Andreas rursum & Phi-lippus dixerunt Iesu.] Profectò non leue erat, pro consuetudine, hospites testamen-torum promissionis spem non habentes, in-circuncisos homines admitti, saltem ad vi-dendum Dominum Iesum, cuius aspectus vel præsentia nauseantibus Israelitis vene-rant in fastidium: quippe qui meminerant se audisse ex ore Domini dicentis: In viam Gentium ne abieritis. Quid ergo pauperib. id est, humilibus istis mitis & humilis corde responderit audiamus. [Respondit eis Iesus dicens: Venit hora vt clarificetur filius ho-minis.] Venit hora, inquit, qua vt Gentes vi dere possint Filium hominis, clarificetur i-pse Filius hominis, clarificatione videlicet resurrectionis & ascensionis, nec non effu-sionis Spiritus sancti. Ex tunc enim, id est, postquam iuxta Psalmistam exultans vt gi-*Psal. 18.* gas percurrerit viam suam, & sicut à sum-mo cælo egressio eius, ita & occursus eius fuerit vsque ad summum eius: Ex tunc, in-quam, sicut sol omni mundo erit conspi-cuus, nec erit qui se abscondat à calore eius, tunc incipient Gentiles isti videre me, scili cet illuminati Fide, implebiturque illud q̃ scriptum est: Quæsierunt me qui antè nõ interrogabant me, inuenerunt me, vel iuxta *Esa. 65.* septuaginta interpretes, palàm apparui his, q̃ non quæsierunt me. Sed quisnam erit mo-dus clarificandi, vel quæ causa effectiua tan tæ claritatis? Ait: [Amen amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadẽs in terram, mor tuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.] Iam ad hanc vocem, qua dixit: Venit hora vt glorificetur Filius hominis, exultare po-terant desiderantes Regni eius, sicut Apo-stoli, multum desiderantes gloriam magi-stri: exultare, inquam, poterant, tanquam confessuri ad dexteram & ad sinistram ma-gni Regis, in illo terreno solio Dauid, præ-sertim quia nunc fuerat Rex Israel acclama tus à turbis, ignorãtes quòd hic necessarius esset modus vel ordo clarificationis, vt alti-tudinem claritatis præcederet humilitas pas sionis. Idcircò congruam similitudinem cõ-festim intulit Doctrix filiorum suorum sa pientia Dei, volens ostendere nihil incarna-tionem mundo profuisse, nisi per passionem suam redemptionem eius acquisierit. Inter positæ autem affirmationis causa, qua dicit: Amen amen dico vobis, eorundem Discipu lorum tarditas est, quam manifestiùs ex cæ-teris Euangelistis agnoscimus, apud quos di cente Domino, quòd oportet eum occidi, & tertia die resurgere, assumẽs eum Petrus, *Matth. 9.* increpabat illũ dicens: Absit à te Domine, non erit tibi hoc. Etenim hic & illic eandem de dilectione animæ, & de perfecto eius o-dio dat sententiam, cùm dicit illic: Qui e-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, & qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Habebant enim Domini & Magistri sui dilectionem quidem, sed non secundum scientiam. Propter quod eidem Petro, cũ, vt prædictum est, consilium dare vellet sapientiæ Dei contra salutem suam & nostrã: Vade, inquit, post me Sathanas: nõ enim sapis quæ Dei sunt. Sathanam, id est, Aduersarium vocans illum, eò quòd voluntati diuinæ carnali aduersaretur voluntate. Igitur propter Discipulorum sensum eatenus carnalẽ hãc edixit cũ firmamẽto veritatis similitudinẽ: Amen amen dico vobis, nisi granum frumẽti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. O granum frumenti nostræ spei residuũ, nostræ inopię solatium, de terra tua, quam benedixisti Domine feliciter exortum. Etenim secundum naturam, quã de terra sumpsit virginea, rectè grano frumenti se assimilauit is, qui de cælo venit Filius Dei, qui beatos Angelos immortaliter pascit. Vnde autem sibi necessitati testatur esse cadendi in terram vel moriendi? Inde videlicet, quia nisi cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Granũ frumenti.

Ergo non idcirco moriturus est Filius hominis, quia peccati vel mortis debitor est, sed ob hoc, vt vna mors eius multorum vitam fructificet: sicut granum frumenti non idcirco proijcitur in terram, quia vitiosum est, sed quia sic proiectum, cùm fuerit mortuum, id est, à solido vigore suo per humorẽ terræ defectum, rursus germinando resurget, & multa secum grana referet. Erat igitur hoc frumenti granum, & mortificetur infidelitate Iudæorum, vt proiectum in sepulchro reuiresçat, & multiplicetur fide populorum, sicq; multam in horrea cæli messem referat: quò si mori noluisset, solum se recipere potuerat, quippe qui præter veritatem carnis nihil commune habebat cum spinis & tribulis, quas terra in opere Adæ male dicta germinauit. Hoc enim fecit, inquit Apostolus Petrus, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius. Hæc enim vestigia sequentem, vita æterna: sequi contemnentẽ, perditio consequutura est. Hoc est quod sequitur. [Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mũdo, in vitam æternam custodit eam.] Priùs definiendum est secundum verba, vel intentionem Domini, quid sit odisse animam suam, quia videlicet longè distare oportet ab illo odio, de quo sanctus ipsius spiritus dicit per os Dauid: Qui autẽ diligit iniquitatem, odit animam suã. Discipulis Christi odisse animam suam est, sic se habere inter eos qui se angustiant, vt habeantur in derisum & in similitudinem improperij, vt insensati vitã eorum æstiment insaniã, & finẽ illorum sine honore. Apud sensum nanque illorum odium animæ esse videtur, dulcedinem vitæ præsentis non amare, in pace propter Deũ asperã vitam eligere, in persecutione propter eundẽ cruentam mortem appetere. Item eisdem odium Patris vel Matris filiorumq; videtur esse, naturalẽ illorum affectum Deo postponere: cũ Discipuli Christi nõ omninò careant bono naturæ amore, sed negligant eum melioris cõparatione. Itaque secundũ sensum taliũ qui amat animam suam, perdat eã: & qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eã. Ecce primum illud granum frumenti, quod cecidit illo tempore in terram, & mortuum est, multum fructũ attulit, quia videlicet tot de radice Fidei suæ grana protulit, quot animas per Baptismum in mortẽ sibi consepultas in nouitate vitæ germinauit. Cuius germinis gratiã longè ante Isaac, pphetico nare præsenserat, cũ diceret: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quẽ benedixit Dominus. Sed vide, ne cũ granũ esse debueris, palea sis. Quomodo, inquis? Vtiq; malè amãdo animã tuam, eo videlicet amore, quem culpans Apostolus, & erunt, inquit, homines seipsos amantes. Tempus belli est, tempus persecutionis vrget, & in hoc tota contentio est, vt aut pro Christo animam tuam quasi vilem & odiosam effundas, aut retinendo illam, Deum tuum, Christum tum Saluatorem perdas. Ait ergo: Qui animam suam, id est qui dulcedine vitæ præsentis illectus, data opinione, vt aut eandem vitam amittat, aut Christum deneget, adeo pretiosam habet animã suam, vt eam Christo proponat, magis eligens offenso Christo viuere, quã dilecto mori: hic vtiq; sic amando animam suam perdet, id est, in æternam perditionem mittet. Et qui odit animam suam in hoc mundo, id est, cui odibile est negationis Christi, hoc habere pretium, vt viuere sibi liceat in hoc mundo: qui, inquam, animã suã sic odit, & ꝓ amissione auri (q. Christus est) vilius argentum, imò miserum lutum, quod in comparatione Christi anima sua est, retinere abhorret: hic vtiq; in vitam æternam custodit eam, custodia Christi sempiterna, qui sibi huiusce odij causa est. Fortè dicis: Istæ viæ duræ sunt. Quo iure vel qua Lege hoc exigit, vt ego animam meã oderim. Ad hęc, inquit. [Si quis mihi ministrat, me sequatur.] Cùm, inquit, ego in hora quæ nunc venit, ea via vel ordine clarificandus sim, vt priùs ponam animam meam pro salute multorum, sicut granum frumenti cadit in terram & moritur, vt multũ afferat fructum: non æquum est, vt is qui meum se profiteatur ministrũ, & ad hoc tendit, quo particeps meę sit clarificationis, animam suam nimiũ diligens, à proximorũ vtilitate absondat, & illuc peruenire velit sterili otio, quo laborioſa fructificatione peruenturus sum ego.

Gen. 3. 1. Pet. 2.

Psal. 10.

Sap. 5.

Rom. 6. Gen. 27.

1. Tim. 6.

Non

Qui mihi ministrat. Non ita fiat, sed qui mihi ministrat, me sequatur. Quis autem mihi ministrat, nisi qui meum in fronte vexillum, qui meum in ore suo verbum portat, qui mea manibus & ore conficit vel tractat Sacramenta? Ille ergo quisquis est, me sequatur, id est, me imitetur. In quo? In eo videlicet, vt si talis illi hora ingruerit, qualis nunc mihi, de qua & paulò antè dixi, venit hora vt clarificetur Filius hominis, malit propter me cadere in terram & emori, sicut seminatur granũ frumenti, vt bono exemplo sit proximis suis, quàm negando Fidem ministerij sui, cedere persecutori, & sic palea potiùs esse, quã granum & leui vento circunferri. Si autem defuerit tempestas persecutionis, tunc quoq; oderit animam suam, abneget voluntatem propriam, abhorreat & suffocet concupiscẽtiam suam, talemq; se, qualem fuisse meminit, odio habeat & in profunda pœnitentię

Deute. 23. fossa abscondat. Iubet nanq; dominus in lege, vt cùm egreditur quis ad requisita naturæ, mittat paxillum in baltheum & fossa humo abscõdat quę egesta fuerint. Quid enim illa egestio defossa mysticè, nisi veteris vitę abrenuntiatiõem significat? Vtiq; in castris Israel militanti, id est, iuxta alios Euangelistas, prælata cruce Christum sequenti, egestionem suam abhorrere, & eam ne alijs putet defodere, est præteritas animæ suæ concupiscentias odisse, & eas super ducta vitæ melioris honestate, Dei & hominum oculis abscondere. Igitur nõ sicut putauerunt quidam maligni atque peruersi, & in semetipsis crudeliores & sceleratiores homicidæ, à semetipso debet occidi qui sequitur vestigia

Galat. 5. Christi, sed in persecutione quidem violentiam mortis ab alio perpeti, in pace autẽ Ecclesiæ carnem suam crucifigere cum vitijs & concupiscentijs, & hoc modo Christo ministrare, id est, Christũ sequi. Attende nunc

Rom. 8. vtrùm sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in huiusmodi ministris. Ait enim: [Et vbi sum ego, illic & minister meus erit.] Sed qd magnum videri poterat eis qui hæc audiebant, esse cum illo. Vbi enim erat cùm hæc diceret? Vtiq; in spinoso agro huius mundi, vnum erat & nudum granum frumẽti, iam iam casurum in terram & moriturum, sicut paulò antè dixit. Audi ergo quod sequitur: [Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.] Hac sententia suscepta cũ eo, quod paulò antè dixit, venit hora vt clarificetur Filius hominis, & quod postmodũ dicturus est, Pater clarifica nomen tuũ, & c. non leue intelligitur esse cum eo, non paruum esse honorem intimatur, esse cum filio Dei, non vile esse clarificari cum æterni patris vnigenito. Sed hoc sensu, inquis, videbatur ita debuisse dici, & vbi ero ego, illic & minister meus erit. Ad hæc inquam: Quandoquidem hæc loqueretur, adhuc in angusto erat & turbabatur, sicut & paulò pòst dicturus est, nunc anima mea turbata est: sed adeo propè erat finis angustiæ, vt rectè iam aliàs diceret se esse sicut in alio loco iam inquit, non sum in mundo, videlicet propter vicinitatem exitus sui tunc instantis, cum loqueretur vtiq; passibilis, & adhuc mortalis in hoc mundo. Ergo vbi sum, inquit, scilicet in regno meo in quo postmodum ero, illic & minister meus erit. Vnde & in cæteris Euangelistis cùm ferè eadem dixisset de odienda anima, quæ nunc in isto dixit continuò subsecutus: Amen, inquit, dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gusta bunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo. In quo vtiq; regno suo tunc visus est ab illis, quando post resurrectionem suam omnibus Discipulis suis manifestus apparens, gloriam suæ immortalitatis in multis ostendit argumentis, & quadragesimo die in cælum ascendens, ipsam captiuitatem Rex victor, iamq; triumphans & regnans captiuam duxit. Cuius videlicet regni sui gloriam tunc præsignauit, quando die octauo post illa dicta in monte transfiguratus est, assumpto Petro, simulq; Iacobo & Ioanne filijs Zebedęi, igitur labor præsentis ministerij nullo modo condignus est ad futuram gloriam vel honorificentiã paternæ remunerationis, quæ quia verbis non potest explicari, hoc solùm dixisse contentus est, & vbi sum ego, illic & minister meus erit: si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. Quid ergo ô fili hominis, quoniam venit hora vt clarificeris moriendo & resurgendo, sicut granum frumẽti cum multò fructu nostræ salutis? Ait: Nunc anima mea turbata est. Sed quid dicã? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica tuum nomen.] Vnius eiusdemq; Iesu Christi, Dei & hominis, secundum vtranq; naturam se habentis, verba sunt hæc, iuxta quod in alio dicit Euang. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Nam quia caro infirma est, nunc, inquit, anima mea turbata est. Cœpitq; (vt alius Euang. refert) pauere & tædere, & tristis esse vsq; ad mortẽ. Etenim hic quidem anima, illic autem caro pro tota hominis ponitur substantia. Sicut in Exod. de totis hominib. dictũ est, quia descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta quinq;, & econtrà, caro in Propheta dicente, & videbit omnis caro salutare Dei, pro tota hominis substantia posita est. Igitur secundum verã hominis naturam (quam & Eutiches à Diuinitatis naturã cõfumpta fuisse putauit, & multi alij, in Christo negauerunt esse Hæretici) nunc ait, anima mea turbata est. Et adiecit: Et quid dicã? Tanquã diceret: Coartor enim è duobus, hinc hortante maxima charitate animã pro amicis ponere, illinc vrgente trepida carnis

Matth. 26. Mar. 14.

Ioan. 17.

Matth. 16.

Luc. 6.

Act. 1.

Psal. 4. 67.

Esaiæ 64.

Exod. 1.

Exod. 40.

infirmitate calicem istũ transilire. Pater, inquit, saluifica me ex hac hora. Hæc infirmæ carnis pauida vox est, & est par ei qđ alibi dicit: Abba Pater, si possibile est, transfer calicem istum à me. Quia verò spiritus promptus est, obuiat statim voluntati carnis, & dicit: Sed propterea veni in horam hanc. Ac si diceret: Ipse sibi infirmus & fortis, pauens & fidens Filius Dei, & Filius hominis. Sensus quidem vel infirmitas carnis appetit, vt tu Pater saluifices me ex hac hora, transferendo calicem istum à me. Veruntamen nõ mea, sed tua, id est, non humanę voluntatis, sed diuinæ rationis voluntas fiat: quia propterea in hanc horam veni, propterea de cælo ad terram descendi, propterea qui eram Deus immortalis, factus sum homo mortalis, propterea nũc ingressus sum ciuitatem, vbi paulò antè collegerunt aduersum me concilium Pontifices & Pharisæi, vt perseuerarem vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis. Igitur ô Pater pro voluntate tua clarifica nomen tuũ in hoc videlicet, vt sicut paulò antè dixi, granum frumenti solum non maneat, sed cadat in terram & moriatur, vt multum fructum afferat. Tuum, inquã, nomen, illud scilicet, quo te appello, cùm dico Pater, quod nomen tuæ personæ proprium est, modo iam dicto clarifica Pater vt sciat mundus, vnde tibi hoc vt voceris aut sis Pater. [Venit ergo vox de cælo, dicens: Et clarificaui & iterum clarificabo.] Quare ista vox paterna de cælo venerit, ipse postmodũ Filius edicit, ad quem ipsa vox venit. Et clarificaui, inquit, subaudiendum est semel, videlicet pro eo quod sequitur, & iterum clarificabo. Si enim de multis qualibuscunque clarificationibus dixisset, & clarificaui, profectò absq; aduerbio, quod est, iterum, dicere sufficeret & clarificabo. Duas ergo certas clarificationes Paterni nominis intelligi debere manifestum est. Nec qualescunque clarificationes tali in tempore, tali pro causa, tali perorante persona, vocem nõ cuiuscunq;, sed vocem Patris, vocem inquam, non vndecunque, sed de cælo venientẽ pronuntiare decuit. Igitur duæ, quas hoc loco intelligi oportet, clarificationes Filij, in quo sine dubio clarificatur nomen Patris, illæ sunt, quas Apost. ad Colost. exprimit his verbis: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constãt. Hæc de prima clarificatione, de qua nunc Pater dixit, & clarificaui. Sequitur Apostolus, de secunda clarificatione, de qua itidem Pater, & iterum clarificabo inquit. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est Principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliare in ipsum, pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in terris siue quæ in cælis sunt. Sic iterata clarificatiõe Filij, ad quẽ relatiuè dicitur Pater, clarificatur hoc ipsũ nomen, quod est Pater, dum per quem omnia fecit clarissimo creationis opere per ipsum omnia restauret, clarissima per sanguinem eius restauratione. De hac ipsa clarificationis iteratione ipse alibi: Clarifica (inquit) tu me Pater apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset apud te. Sequitur: [Turba ergo quæ stabat & audiebat, dicebat: Tonitruum factum esse. Alij dicebãt: Angelus ei locutus est.] Quantum ad exterius miraculum magnitudo vocis, quæ de cælo venit, per hoc intimatur, qđ turba putauit factum esse tonitruum: quantum verò ad interius mysterium diuersus audientium sensus. Alij verò dicebãt: Angelus ei locutus est, illud significat, quòd prænuntiatæ clarificationis sonum, qui in omnem terrã exiturus erat, non omnes eodem sensu accepturi essent. Nam sicut vnã eandemq; vocem, alij putauerunt fuisse tonitruum, sonum videlicet horrificũ, in quo nihil est intelligibile: alij locutionem Angelicam, in qua vtiq; cum sensu rationis digni tas est naturæ, sic vnum idemq; clarificationis Christi Euãgelium, alij sicut stultitiam, alij accepturi erant vt Dei sapientiam. Vnde Apostolus: Nos autem prædicamus Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentib. autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, & Gentibus Christũ Dei virtutẽ & Dei sapientiam. Item: Verbũ enim crucis (inquit) pereuntibus quidẽ stultitia est, his autem qui salui fiunt, id est, nobis, virtus Dei est. Benè ergo diuisis sensibus, alij crepuisse tonitruum, alij dicebant locutum fuisse Angelum. [Respõdit Iesus: Non propter me hęc vox venit, sed propter vos.] Non, inquit, vt scirem ego, quòd ante nesciebam, vox hæc venit, quippe qui & paulò antè dixi: Venit hora vt clarificetur Filius hominis, sed vt credatis nunc quoq; cælesti testimonio confirmati. Quid autem sibi vult ista clarificationis sponsio? Vel certè qualis erit ipsa clarificatio? Audite iam. [Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras.] Totum fructum, quem suprà de grano frumenti mortificato multum prouenturum esse dixit, his duab. clausulis comprehendit: Nunc iudicium est mundi, & nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Notandum quippe, quia duo distinctè atq; disiunctè dixit: iudicium mundi, &, eiectionem Principis huius mundi. Itemq; notandum, quòd tempora verborum variauerit. Etenim nunc est iudicium mundi, tempore præsenti: &, nunc princeps mũdi huius eijcietur foras, futuro tempore

Philip. 2. *Ioan. 17.* *Coloss. 1.* *Ibidem.*

tẽpore dixit. Nihilominùs & hoc sciẽdum, quia duos mundos vult intelligi, videlicet alterum inimicum, & alterum reconciliatũ: siue alterum damnatum, & alterum saluatum: dum dicit primò sine articulo: Iudiciũ est mundi, secundò autem signanter cum articulo: Princeps, inquit, huius mũdi. Quod ergo iudiciũ mundi, & quæ est eiectio Principis huius mundi? Vtiq; præsens passio ipsius, qui hæc loquitur Domini nostri Iesu Christi, iudicium est mundi, id est, saluatio discernens à reprobis vniuersitatem electorum, qui fuerunt ab initio seculi, vsq; ad horam eiusdem passionis. Eiectio verò Principis huius mundi, qui principatum tenet in cunctis amatorib. mundi, reconciliatio Gẽtium est electorum, in quibus Diabolus per idololatriam inhabitat, ante sæpedictam clarificationem eiusdem Domini nostri. Etenim mox vt consummata est, quæ tunc agitabatur passio eius, factum est iudiciũ mundi, id est, iure victoris soluta est captiuitas totius, qui illum apud inferos expectabat Sanctorum populi. Futurum autẽ erat, vt post resurrectionem & ascensionem eius, sanctique Spiritus effusionẽ, Princeps huius mundi eijceretur foras de cordibus, imò & de tẽplis Gentium vel delubris, ita vt florescente Fide conuerterentur in altaria Christi? Rectè igitur cùm dixisset præsenti tempore: *Luc. 11.* Nunc iudicium est mundi, statim in futuro subiunxit: Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Tanquam diceret: Hactenus fortis armatus custodiuit atrium suũ, & omnia veluti iure victoris in pace possedit, quę audaci latrocinio vel serpentina fraude surripuit. Nam ex quo primum hominem captiuauit, non fuit de vniuerso genere humano, qui illi in faciem resisteret, qui vocaret in ius, qui de inuasione eius litem in iudicio proponeret. Sed nunc fortior illo superuenit, & proposita causa quæritur, cuius esse debeat atrium mundi, quod ille fortis occupauit, vel spolia & arma in quibus ille confidit. Igitur nunc iudicium est mundi, & hoc scio, quia principe mũdi huius eiecto foras, victor qui superuenit, cuncta eius auferet arma, tollet & diuisipabit eius spolia. Quomodo fiet iudicium hoc? Quis erit victor? Quis ille est fortior, qui Regnum recipiet, Principe mundi huius foras eiecto? Ait: [Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Hoc autẽ dixit, significans qua morte esset moriturus.] Hoc est ait, iudicium, & hoc modo Princeps mundi huius eijcietur foras. Ego si exaltatus fuero à terra, id est, si obediens fuero Patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis: si (inquam) exaltatus fuero, imò cùm exaltatus fuero, nec enim mihi dubium est, quia sic exaltabor, & sic sublimabor, tunc exurgam aduersus mundi huius Principem Diabolum, & victo illo omnia traham ad meipsum. Quæ omnia? Vtiq; electa, sicut caput suum omnia sequuntur membra. Omnia, inquam, id est, vniuersam fidelium turbã, sine obseruantia vel discretione personarum aut officiorum, vt (licut Apostolus ait) non sit ibi masculus neque fœmina, Gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia, & in omnibus CHRISTVS. Potest tamen non solùm de gratia, qua solummodo electa trahit ad seipsum, sed etiam de potestate dictum rectè intelligi. Qua non solùm electa, sed etiam reproba omnia ad seipsum traxit, quia videlicet *Philip. 2.* iudicium potestas faciendi, quam pater filio suo dedit, quia Filius hominis est, omne genu curuauit sibi, cælestium, terrestriũ, & infernorum, scilicet vt omnis homo, siue bonus, siue malꝰ, potestati & imperio eius subijciatur, & omnes ab illo secundum merita sua iudicentur, nec nisi ab eodem filio hominis, qui in cruce exaltatus est, ipse Diabolus videntibus cunctis sit præcipitandus. Quid igitur congemiscitis Pharisæi, dicentes ad vosmetipsos: Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abijt, quasi postquam hunc Filium hominis occideritis, nemo post illum abiturus sit? Exaltate quantocyus illum à terra, & palàm fiet vobis quantum profeceritis, illo dicente, palàm faciente per signa sequentia: Quia data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *Matt. vlt.* Hoc vtique non ignorans, iamque prænuntians: Et ego inquit, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. [Respondit ei turba: Nos audiuimus ex Lege, quia Chri *Psalm. 88.* stus manet in æternum: quomodo ergo tu *1. Para. 17.* dicis, oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?] Nónne ergo sicut claudi, ita & monoculi estis ô Iudæi & in vnam solam partem videtis? Nunquid enim hoc solùm dixit, quòd exaltãdus esset à terra, & non addidit, quòd omnia traheret ad seipsum? Quare ergo hoc solum aduertistis, quòd significaret se esse moriturum & con- *In reliquos* tuliſtis cum eo quod testificatur Lex, Chri- *Iudæos.* stum manere in æternum? Nempè quod est, & exaltari Christum à terra, & omnia trahere ad seipsum, hoc est, & mori Christum, & manere in æternum. Sed & vnde nunc vel hoc ipsum tam cito aduertistis, quomodo dixisset: Oportet exaltari Filium hominis? Denique alio tempore cùm item dixisset: Cùm exaltaueritis Filium hominis à terra, *Ioan. 8.* tũc cognoscetis quia ego sum, nihil tale, qua le nunc obiecistis; sed nec vllo modo quid ergo, nisi quia paulò antè collecto concilio Pontifices & Pharisæi consilium vobiscum definierant, non solùm vt interficerent, sed hoc etiam vt exaltatione crucis interficerent eum? Itaque non mirum vos illud in verbis eius intellexisse, quòd insidiantes in absconditò conscientiæ cubili cogitabatis facere

Philip. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere.[Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehẽdant.]Iste(inquit) Filius hominis Christus est,& sicut audistis ex Lege, manet quidem in æternum, sed nondum peruenit illuc, vbi immortaliter atque impassibiliter manet in æternum. Adhuc modicum lumen in vobis est, dum ex scriptura Legis lucente cognoscitis, quia Christus manet in æternum, sed hoc vobis deest, & hoc non videtis, qđ ipsa exaltatio quam dixi, transitus Christi est in Regnum æternum. Vos ergo dum lucem habetis,dum lumine veritatis licet vti, ambulate,vt vos quoque ad Christi æternitatem perueniatis, venient enim tenebræ mortis,in quibus iam nemo ambulare possit,sicut alio loco dixi: Veniet nox in qua nemo possit operari. Per hãc moram lucis, id est, vitæ præsentis, vacat quærere ex Lege totam veritatem Christi, videlicet quòd in æternum quidem maneat, veruntamen ad ipsam æternitatem non nisi per viam passionis & mortis ascendet. Ambulate inquã, currite,& perficite, antequam tenebræ exteriores vos comprehendant. Nam post cursum vitæ præsentis, nulli accendetur lucerna Scripturarum, vnde peruenire possit ad Christum manentem in æternum. Hoc est quod sequitur.[Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.] Tenebræ namque sempiternæ sunt apud inferos, de quibus dixerat: Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant,quę videlicet remissas manus, & genua comprehendant dissoluta,in quibus tenebris quisquis ambulat,nescit quo vadat. Vnde dicit Ecclesiastes:Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare,quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos,quò tu properas. Cui simile est qđ Dominus subiungit.[Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis sitis.] Quid aliud clamat Propheta cùm dicit:quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dũ prope est? Dum lucem, inquit, habetis, id est,dum in hac vita estis, vbi legalem ac propheticum sermonem, tanquam lucernam in caliginoso loco lucentem habetis, per quam veram lucem Christum inuenire potestis:credite in lucem, vt Filij lucis sitis, id est,credite in Christũ, vt illic, vbi (sicut audistis ex Lege, Christus manet in æternum) adoptionẽ filiorum Dei habentes, vos quoque cum illo in æternum maneatis. [Hæc locutus est Iesus,& abijt, & abscondit se ab eis.] In cæteris Euangelistis manifestè habemus,quia post iam dictum ingressum suum in ciuitatem, erat docens quotidie in templo, hic autem quasi diuersus ab illis: abijt (inquit) & absondit se ab eis. Quid igitur nisi mysticè excæcationem illorum innuit. Etenim absonsionem eiusmodi, id est, excæcationem illorum se significasse, sequenti satis declarat serie lectionis. Sequitur enim. [Cùm autem tanta signa feciset coram eis, non credebãt in eum, vt sermo impleretur Esaiæ,qué dixit: Domine, quis credidit auditui nostro,& brachium Domini cui reuelatum est?]Quid namq; est nõ reuelatũ illis esse brachiũ Dñi, nisi hoc ipsum qđ manifestè exprimit Euangelista,cùm dicit: absondit se ab eis. Hoc Prophetæ queruloſum vaticinium, congruo satis tempore ab Euangelista sumptum est. Cùm enim hæc diceret Propheta clarificationem Filij hominis,qua clarificandus erat in gentibus, vt suprà dictum est, & incredulitatem Iudæorum, de qua nunc dictum est, quia cùm tanta signa feciſſet coram eis, non credebant in eum, spiritali oculo præuidebat, sicut totus Prophetæ locus apertè indicat: Dixerat enim. Iste asperget Gentes multas, super ipsum continebunt Reges os suum, quia quibus non est annuntiatũ de eo, videbunt: & quibus non est annuntiatum, cõtemplati sunt. Hæc de supradicta fructificatione Gentilium. Sequitur de excæcatione Iudæorum, quod hic positum est testimonium: quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Brachium Domini appellat hic Filium Dei,quia videlicet sicut operatur quis vel præliatur in brachio suo, sic cuncta fecit,& Diabolũ debellauit Deus in Filio suo, in verbo suo. Quod si quæras ab eodem Propheta,in quo non fuerit reuelatum, vel in quo fuerit absconditum, statim subiungit: Et ascendit sicut virgultum coram eo,& sicut radix de terra sitienti. Nõ est ei species neque decor, & c. Quibus verbis flebiliter declamata Passione Domini, rursus Gentilem, ad quam fructus peruenturus erat eiusdem Passionis, beatificat dicens ita: Lætare sterilis quæ non paris, &c. Item Euangelista sub ungit.[Propterea nó poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis,& intelligant corde & conuertantur & sanem eos.] His, inquam, subiunctis propheticæ Scripturæ testimonijs,satis euidenter demonstrat Euangelista,cur ita dixerit: Et absondit se ab eis. Illud autem nõ potest educi, quanta seueritate habitator huius Ioannis spiritus sapientię dicta sua digesserit. Qualis enim ista ratio vel causa est,quod quasi quęreres,cur se absondit Dominus à Iudæis, vel quare non credebant in eum Iudæi, ita subiunxit, vt impleretur sermo Esaiæ,qué dixit? Amplius autem cùm adhuc addit: Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Nunquid eandem quæstionem,quam ipse mouit, satis absolutam esse putauit? Verè enim cùm nemo quæreret ab eo,cur in Dominum nó credidissent Iudæi, quæ-

Ioan.9.

Esaiæ 53.

Esaiæ 55.

Hebr.12.
Eccle.9.

Matt.26.
Lucæ 19.

Esaiæ 25.

Esaiæ 13.

Esaiæ 54.
Esaiæ 6.

Christo brachium dominidicitur.

Quæstio de præscientia Dei, an voluntati nostræ vim inferat.

dæi, quæstionem in gentem ipse vltro commouit. Nam vsq; hodie nõ cessant homines disputare de præscientia vel prædestinatione Dei,nec desunt peccatores, q seipsos excusare audentes, dicant se idcirco bonos esse non posse, quia Deus malos fore præscivit & prædestinauit. Quibus ita se excusantibus, Deumque accusantibus, istud insipientiæ suæ patrocinium placet,quod in præsenti loco Euangelicæ authoritatis scriptũ est: Nisi præscientia vel prædestinatio Dei (inquiunt) voluntatibus hominum vim faceret,tantus Euangelista, sic & sic non dixisset. Sed talibus tamque præsumptuosis discursoribus iudiciorum Dei & viarum eius,nihil aliud respondere dignum arbitratur Paulus Apostolus quàm hoc: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid potest figulus dicere ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Etenim talibus hoc loco hic Euangelista eodem spiritu respondet cùm præmisisset:non credebant in eum, ita subiungens, vt sermo Prophetę impleretur,itemq; propterea nõ credere, quia iterum dixit Esaias. Ipsi enim qui sunt qui respondeant Deo,vel quibus de diuinis iudicijs reddatur vlla ratio. Verùm eis qui mites sunt, & spiritu pietatis benè dispositi ad audiendum,& Apostolis prædicto loco subsecutus, profundam dare rationem incipiens: Volens (inquit)Deus notam facere iram, & ostendere potentiam suam,sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, &c. & ipse Dominus in alio Euangelista:Confiteor, inquit,tibi Pater Domine cæli & terrę, quia absondisti hæc à sapientibus, & prudentibus,& reuelasti ea paruulis,ita pater,quia sic placitum fuit ante te. Causam effectiuam cæcitatis Israeliticæ reddens, Apostolus appellauit eos vasa iræ, Dominus autem sapientes & prudentes eosdem dixit,quibus Pater absconderat hæc,scilicet mysteria sua, quæ paruulis dignatus est reuelare. Vtraque sententia superbiam cæcitatis causam esse signi ficatum est. Vnde enim à Domino sapientes & prudentes dicti sunt, nisi ex eo quòd superbi sunt? quod maximè liquet ab oppositione paruulorum,id est, humilium,qui reuelatione Patris digni sunt. Vnde verò ab Apostolo dicti sunt vasa iræ, nisi ex eo, quòd sunt filij superbiæ? Psalmista quoque cùm dixisset: Terribilis es,& quis resistet tibi,statim intulit, extunc ira tua. Nam reuera ex quo Deo resistitur, ex tunc ira eius. Etenim quandiu per infirmitatem vel ignorantiam peccatur, dissimulat peccata hominum, & parcens illis,pœnitentiam præstolatur. Ergo & Apostolus quos appellat vasa iræ, dignis auditorib. tali denotatione indicat Deo restitisse,& idcirco retributionem superbię iustum Deum voluisse illos, sicut Pharaonem indurare, vel corda illorum, ne Christum agnoscerent, excæcare. Et ipse Dominus,dum eosdem vocat sapientes & prudentes,ex opposito paruulorum,id est, humilium, & paulò pòst eisdem paruulis dicit: Discite à me,quia mitis sum & humilis corde, causam absconsionis,pro qua confitetur Patri, demonstrat superbiam esse. Itaq; & hoc loco,cùm dicit Euangelista: Excæcauit oculos eorum,& indurauit corda eorum, subauditur,dicens, ne videant oculis, & intelligant corde,profectò cordatis auditoribus non dubium fore putauit,quam ob causam Deus hoc fecerit,qui neque Diabolum,neque hominem quempiam absque præcedente peccato superbiæ excæcauit vnquam aut indurauit. Igitur innocens & sancta præscientia Dei,nullam malis hominum necessitatem importat, quomodo nec visus meus ei,quem ambulare video, vllam ambulandi necessitatem irrogat,quomodo apud quosdam Philosophos Christianos disputans validissimè,argumentatur sana & vera Philosophia. Sed de his hactenus, iam nunc ad ipsa lectionis verba redeamus. Primo quærẽdum est,quę distantia sit inter hoc quod dictum est: Excæcauit oculos eorum, & hoc quod sequitur: Indurauit cor eorum, siue inter hoc quod ait: Ne videant oculis, & quod subiungit,& intelligant corde: Quid enim? Nunquid non idem videtur esse, non videre oculis,quod est,non intelligere corde: vel idem esse excęcatos oculos,quod est, induratum habere cor? Cur igitur vtrunq; dictum est? Videlicet quia eorum, qui conuerti & sanari non merentur,aliqui nec vident quidem Scripturarum sensum, aliqui vident quidem,sed sequi nolũt. Eorum itaque qui non vident: Excæcauit(inquit) oculos,ne videant oculis. Eorum autem qui vident,& sequi nolunt: Indurauit(inquit)cor, ne intelligant corde,id est, ne sapiat eis per dilectionem, quod vident per manifestæ literæ cognitionem. De prædicto Prophetæ testimonio protinus Euangelista subsecutus ait.

[Hoc dixit Esaias,quando vidit gloriam eius,& locutus est de eo.] Ac si diceret. Visio prophetica,in qua dixit hæc Esaias, gloriam eius pręmonstrabat, illam vtique gloriam,quam nunc instare ipse Dominus prędicabat his verbis: Venit hora vt clarificetur Filius hominis,cæteris quoque quæ hactenus disseruit. Est autem illa visio, quam idem Propheta sic incipit: In anno quo mortuus est Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatũ, & ea quę sub ipso erant, replebant templũ, Seraphim stabant super illud, sex alæ vni,& sex alę alteri. Et clamabat alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. Igitur ille habitus sedentis Domini,circunstantib. officialibus,vel administris spiritib. sanctis (q in hoc solo Scripturæ loco inueniuntur appellati

Matth.11.

Rom.7.

Psalm.7.

Exod.10.

Esaiæ 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pellati Seraphim) mysticè prædicat istam clarificationem Filij Dei, qua peracta, prædicatibus ministris eius per totum orbē fidem sanctæ Trinitatis, & hoc modo clamātibus Seraphim: Sanctus, sanctus sanctus dominus Deus sabaoth, impleta est domus fumo, scilicet illo incredulitatis fumo, quo (vtiam dictum est) excæcauit Iudæorū oculos. Sequitur. [Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non cōfitebantur, vt de Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm Dei.] Ergo nec verè credebant, qui claritatem ab hominibus accipientes, gloriam illorū, gloriæ Dei præferebant. Dixit etenim ipse alio loco: Quomodo vos potestis credere, qui gloriā ab inuicem quæritis, & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis? Non solū (inquit) ex turba multa, quæ cum ramis palmarum processit obuiam ei, sed & ex Principibus, id est, primorib. Iudęorum, multi crediderunt in eum. Sed quia pharisæi, id est clerici Iudæorum iamdudum conspirauerant, vt si quis confiteretur eum esse Christum, extra Synagogam fecerent eum, non confitebantur, vt de synagoga non eijcerentur. Veruntamē inquit, id est, licet suprà dixerim, quia cùm tāta signa fecisset coram eis, non credebant in eum. Multi ex principibus crediderunt, sed malè erubescentes, nō confitebātur. [Iesus aūt clamauit & dixit: Qui credit in me, nō credit in me, sed in eū qui misit me. Et qui videt me, videt eū qui misit me.] Magnum perseuerātiæ fortis exemplū, magnus & laboriosus clamor, si perpendas nō solùm, quia nunc vsque clamauerit, sed & quid, & qualis adhuc ipse, vel inter quales clamauerit. Quid enim clamauit? Qui credit in me (inquit) non credit in me, sed in eum qui misit me. Quod est dicere: O homines magis gloriam hominum, quàm gloriā Dei diligentes, quid in me credere erubescitis, vel quid confundimini de me confiteri quod creditis? Nunquid finem Fidei, vel confessionis vestræ in eo cōstitui, quod in me carnalibus oculis videtis? Non, sed magis in eo quod Pater misit, quod est verbum Patris, quod est principium: Principium enim ego sum, qui & loquor vobis. Itaque non inglorium aut contemptibile est, credere in me. Etenim credere in me nemo potest, nisi credendo in eum qui misit me: neque credere quis potest in eum, qui me misit, nisi credendo & in me. Siquidem & qui videt me, videt eum qui me misit: nec aliter videre vel scire quis potest, cuius substantiæ, vel quantus sit, quid valeat, vel quid sapiat is qui me misit, nisi viderit me. Hoc est quod clamauit & iam diu laborauerat clamans, iamque raucæ factæ fuerant fauces eius, ita vt postmodū obmutesceret, sicut agnus corā tondente se, & nō aperiet os suum, & propter eiusmodi clamorem multiplicati iam erant, qui inuidia cæcati oderant eum. Qualis enim ipse erat, & inter quales hoc declamat? Vtiq; non solùm mortalis & passibilis, & in nullo secundum naturam à cæteris distans, inter quos ambulabat, hominibus: sed & egenus, & pauper, nihil de Regno vel honoribus huius mundi amplexus, hoc dicebat apud carnales & superbos, humanæ gloriæ vento tumentes, & quod amplius, quorum (vt suprà dictum est) Deus excæcauerat oculos, & indurauerat cor, intantum vt non solùm non crederent dictis eius & factis, sed insuper blasphemarent, dicentes: Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Igitur fortiter quidem, quippe in quo totus erat spiritus fortitudinis, veruntamen & passibiliter clamauit, nec enim perdiderat frontem mitis & humilis corde, aut nullam patiebatur humani pudoris angustiam, cùm dicat ipse in Psalmo: Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Sequentia clamoris eiusdem audiamus. [Ego lux in mundum veni, vt qui credit in me, in tenebris non maneat.] Dicat ad hæc homo rationalis. Si lux, imò quia lux, & vera lux est Christus, & ad hoc venit in mundum, vt in tenebris non maneat qui credit in eum, ergóne de seipso non debuit perhibere testimonium? Nonne frustra venisset in mundum, si taceret, & non ostenderet seipsum? Quis verò fur & latro velit lucernā accensam mitti in abscondito, vel sub modio, & non potius poni super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt? Igitur opportunè, importunè, non suæ gloriæ cupiditate, sed nostrorum oculorum necessitate clamet lux: Qui credit in me, credit in eum qui misit me: itemque qui videt me, videt eum qui misit me: & hoc modo seipsum ostendens oculorum nequam non curet inuidentiam, dummodo simplicium lætificet beneuolentiam: Ego inquit, lux in mundū veni. Quam ob causam? Vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Ergo contrà Legem credendi faciebant hi, qui (vt suprà dictum est) credebant in eum, sed non confitebantur, diligētes hominum magis q̄ Dei gloriam. Hoc enim modo credentes, in tenebris manebant. Sequitur ergo. [Sed si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum, Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundū. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.] Iudicium damnationis in hoc Euang. tripliciter iam dictum est. Alia nanq; significatio est, qua dixit: In iudicium veni ego in hunc mundū, vt & qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Alia qua dicit nunc: Ego non iudico eum, Alia qua itidē nunc ait: Sermo

Ioan. 5.

Psalm. 68.

Esaiæ 53.

Ioan. 10.

Psalm. 68.

Iudicij triplex significatio.

mo quem locutus sum vobis, ille iudicabit eum in nouissimo die. Et prima quidem atque tertia notæ, & per se manifestæ significationis sunt: hæc autem media, qua dicit: Ego non iudico eū, non enim veni vt iudicem mundum, ex oppositō cognoscitur, qđ statim opposuit dicens: Sed vt saluificē mūdum. Quomodo enim saluificauit mundū? Vtiq; iudicium, id est, damnationem sustinendo, sub iudice Pontio Pilato accusatus, tanquam reus maiestatis, traditusq; ad crucifigendum Romani ministris imperij. Igitur ex hoc opposito quo dicit: Sed vt saluificem mundum, liquet quid dixerit: ego non iudico eum. Quod idem est ac si diceret: Regnum vel iudicium meum non est hinc, id est, de hoc mundo. Quòd si esset de hoc mūdo, ministri mei vtiq; decertarent custodiri verba mea. Nunc autem Regnum vel iudicium meum non est hinc, & proinde nunc ego non iudico eum. Ordo vel textus literę sic se habet. Sed si quis audierit verba mea, ego non iudico eū. Dixi (inquit) vobis quia lux in mundum veni ad hoc, vt qui credit in me, in tenebris non maneat. Sed idcirco negligentiùs verba mea homines audiunt, idcirco custodire non curant, quia ego non iudico eum quisquis eiusmodi est, quia non sedeo Rex in solijs tyrannorum, quia non exigo gladijs & securibus, vt meum seruetur edictum. Non enim veni vt hoc modo iudicem mundum, sed ad hoc potiùs, vt hoc modo iudicatus saluificem mundum. Quid tandem? Ergo ne Regem cæli contemnentes impunè abibunt? Nunquid semper tacebo, semper silebo, semper patiens ero, & in nullum eos adducam iudicium? Non est ita, non sic erit, nō sic fiet. Qui enim spernit me, habet qui iudicet eum, habet inquam, non dico habebit, sed iā habet iudicem, & si nondum sententiæ vel vindictæ iudicantis apparent. Quis tandem ille est iudex? Sermo quē locutus sum vobis, ille iudicabit eum in nouissimo die. Ille inquit sermo, quem audierunt, quem verum esse nescire non possunt, vtpote magnificis operum testimonijs comprobatum, ille iudicabit eum, ille arguet, ille cōuincet eum. Vbinam iste talis iudex sedebit, quali de solio suo voces aut sententias iudicij sui dabit? Prope aderit, intus sedebit, in conscientia cuiusq; iustas sententias terribiliter personabit. Sic enim & Apostolus dicit: Quia testimonium reddet illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationū accusantiū, aut etiam defendentium, in die, cùm iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum. Ergo ille sermo quem locutus sum, iudicabit eum in nouissimo die. Vnde hoc sermoni huic? Ait. [Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ille mihi mandatum dedit, quid dicā, & quid loquar.] Inde (inquit) sermo quem locutus sum, fortitudinem habet iudicādi, quia ego à meipso non loquor, quia non solùm iuxta præsumptionem Prophetæ mendacijs, quem Lex iubet non timeri, de corde meo non cōfinxi, sed qui misit me Pater, illa videlicet missione, qua mihi est Pater, ipse mihi mandatum dedit, ipse mihi obedienti in mādato Incarnationis & Passionis, mandauit quid dicam, & quid loquar: quid, inquam, nunc dicam patienter contradicentibus, & quid in futuro iudicio loquar terribiliter, vbi nemo contradicere audebit. Si ex me locutus fuissem, id est, ex homine vel secundum hominem, quem solum in me videtis, & quem solum me esse putatis, tunc infirmus, imò & mortuus esset sermo quem sum locutus. Nunc autem viuus est & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionē animæ & spiritus, compagum quoq; & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Ergo in veritate, ergo in æquitate iudicabit. Mandatum (inquam) ille mihi dedit qui me misit, & ego ex ipso eiusmodi sermonem loquor. [Et scio quia mandatum eius vita æterna est.] Mandatum eius sic dicendi, & sic faciendi, non incerta spe exequor, non dubia expectatione perago, sed scio, & benè scio, quia mandatum eius vita æterna, id est, omnibus credentibus vitæ ęternę effectiua causa est. Non enim incertis euentibus in hoc mandato positus, paulò antè dixi: Venit hora vt clarificetur Filius hominis, atq; subinde: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, & his similia. [Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.] Siquidem sermonis huius vtilis prouentus appareret, rectè, tanquam non mandatus à Patre, contemptibilis esset. Nunc autem fructus eius vita æterna est, & hoc multis comprobatur testimonijs, dū alij de morte animæ per pœnitentiā ad vitam redeunt, alij quoq; corpore mortui, sermonis eiusdē imperio resurgunt. Ergo verum, ergo irrefragabile est, quia quæ loquor, non confingo, vt Propheta mendax, sed sicut dixit mihi Pater, sic est voluntas Patris, hæc loquor.

Ego nō iudico eum.

Sermo iudicabit eum.

Deut. 2.

Hebr. 4.

Rom. 2.

FINIS LIBRI DECIMI.

RVPER-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOANNEM COMMENTARIORVM LIBER VNDECIMVS.

IVangelistę huius habitatori Spiritui sancto magnas iamdudum Ecclesia Catholica gratias agit, quia gratiæ & veritatis diuitias de ore plenitudinis Christi, in profundam eius memoriam transfusas, tanta integritate conseruauit, tanta fide in tempore opportuno refudit, vt nihil nobis aduersus Hæreticam paupertatem de substantia veritatis, vbicunq; terrarum, tanquam diues superbire ausa sit. Et cuncta quidē, quę hactenus dixit, gloria & diuitię sunt domus eius, id est, Deo sacrati eius pectoris. Amplius autem quæ deinceps dicturus est, prętiosæ opes sunt, & thesaurus desiderabilis. Eorum nanq; tota series, huic vsque ad patibulum crucis, recitatio est testaměti, quod moriens Pater noster cōscripsit: designatio est hæreditatis, quam paruulis suis in ipso mortis agone mira charitate delegauit. Assistāt pupilli, qui non erant ibi, & isto recitante qui præsens interfuit, quiq; verba testamenti, digito morientis scribente, in tabulis cordis carnalibus susćepit. Audiant certiùs, vbi suam sperent hęreditatem, & ad qualem interim respiciant Paracletum, atq; tutorem. Igitur vt solent pijs & benè amantibus filijs dulciora esse, & profundius permanere in memoria verba, quæ diligentissimus Pater in ipsa morte, supremum trahens spiritum, locutus est, quæ dixit, quæ mandauit, quæ rogauit aut monuit, sic nobis reuerenti aure, pio corde, & humili spiritu susćipienda, fideli memorię commendanda sunt ea, quę deinceps dilectus eius solerter audita, fideliter conseruata, vtiliter valdè incipiens, hoc

CA. XIII. modo refundit. [Ante diem festum Paschę, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrē, cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.] Christum Dominū verum Dei agnum esse, pro salute mundi totius immolatum, eiusq; figuram illum prætulisse agnum, quem in

Exod. 12. Aegypto iubente Domino per Moysen, immolauit omnis multitudo filiorum Israel ad vesperam, omnis domus Israel, id est, vniuersa quæ carnem comedit, & sanguinem bibit eiusdem veri Agni, Sancta Catholica confitetur Ecclesia. Sed & illud non ignorat, diem festum Paschæ, quem populus ille summa celebritate solennem agebat, commemorationem illius diuini fuisse beneficij, & ob hoc Pascha dictum, quod est transitus, & Hebraicè dicitur Phase, quia Dominus super tabernacula filiorum Israel sanguine agni signata transiuit, cæsisq; primogenitis Aegypti, fecit eosdem transire per mare rubrū, Pharaone, qui persequebatur eos, submerso, simulque cunctis Aegyptijs. Igitur perspicuum est, cur cùm dixisset Euangelista: Ante diem festum Paschæ, statim subiunxerit: sciens Iesus quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, videlicet vt docili Euangelicę veritatis alumno significaret, totum illud vmbraticū Veteris Paschæ sacrificium ex eo fuisse sanctū, quia præfigurabat Dominum Iesum pro salute mundi per Passionē mortis fore transiturum ex hoc mundo ad Patrem. Siquidem ante diem festum Paschæ, idem est ac si dixisset, illo die, quem continuò subsequitur dies festus Paschæ. Erat autem luna primi mensis decimaquarta, cuius diei subsequente vespera, quando luna iam plenissima est, & decimaquinta nobis incipit haberi, agnus (vt iam dictum est) immolabatur, magnis præfulgentibus mysterijs, non solùm quia luna plena erat, sed etiam quia non nisi post æquinoctium vernum, ex quo iam dies noctem superare incipit, cùm primùm occurrisset luna plena, agebatur hæc magna solennitas. Plena quippe luna, plenitudinem temporis significat, quo iam multiplicata per præteritas generationes Ecclesia, redemptionem de cælo mittendam apud Inferos expectabat: dies autem longior noctem iam superans, illud designat, quia per Passionis Christi mysterium contra tenebras errorum, quæ hactenus præualuerant, nunc versa vice prævalere inciperet in cunctis gentibus clara veritatis notitia. Sed de huiusmodi non est modò dicendum per singula. Sciens ergo (inquit) Iesus, quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, illa videlicet, hora, quam intuens, hic idem Euangelista superiùs dicebat: Et nemo in eum misit manus, quia nondum venerat hora eius. De qua & ipse Dominus quodam loco dixit: Tempus meum nondum aduenit. Cùm dilexisset suos qui erant mundo, in finem dilexit eos. Hoc multum gratiosè dictum est. Cùm, inquit, dilexisset suos, id est, eos quos elegerat, vt sui essent ab initio. Nam ne solos putaremus Apostolos, vel solā gentem Israel secundum electionem, de qua Caiphas suprà nescięs prophetauerat, quòd Iesus esset moriturus pro gente, non ait tantum

Recitatio testamenti.

Vetus Paschę plenū mysterijs.

Ioan. 7.

Ibidem.

Ioan. 11.

tum suos, sed addidit, qui erant in mundo, scilicet, vt omnes intelligamus electos, quia profectò non tantùm moriturus erat pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, cōgregaret in vnum. Ergo cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, idem est ac si dixisset, cùm opus magnæ dilectionis facere cœpisset erga suos, qui propter originale peccatū electi de paradiso peregrinabantur in hoc mundo. Quomodo autem cœperat diligere suos, & quem vsque in finem dilexit eos? Sic vtique iam dilexerat eos, vt de cælo ad terrā descenderit propter eos, & vt qui erat Deus inuisibilis in sinu patris, homo visibilis de ventre fœmineo factus fuerit. Sed non erat consummata ista dilectio. Nihil enim suis profuisset, quod homo fuerat factus, si non pro illis etiam pateretur. Siquidem hoc ipse suprà dixit: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solū manet, &c. Igitur vt oportebat in finem dilexit eos, id est, dilectionem erga illos, eo vsque perfecit, vltra quod non posset augeri, videlicet vt animā suam poneret pro illis. Sequitur. [Et cœna facta, cùm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Ischariotis, sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteum, præcinxit se. Et deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.] Dicta hæc Euangelistæ diligentem auditorem, facta Domini nostri Iesu Christi auidum postulant spectatorem: facta enim eius hæc mira sunt & perpulchra, quod à cœna necdum finita surgit, vestimenta sua ponit, linteo se præcingit, pedes Discipulorum lauat, iterumq; recumbens, docet in habitu Dei & magistri, quid fecerit in habitu minoris ac ministri. Dicta autem Euangelistæ prudentissima, quia causam horum, quæ dns sic & sic fecit, penè exposuit, & tamen non omninò diuulgauit, dum prædictis quatuor factorū Domini clausulis, quatuor itidem ipse præmisit, dum dicit: Sciens Iesus, quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, & sciens, quia ad Deum vadit. Pene, inquam exposuit, tanquam diceret: Sciens, quia venit eius hora, vt transeat, idcirco surrexit, in choata iam cœna, quæ ipsum eius transitum significabat, Pascha namque manducabat: & sciens quia à Deo exiuit, idcirco ponit vestimenta sua: & sciens quia omnia dedit ei pater in manus, idcirco lauat pedes Discipulorum: & sciens, quia ad Deum vadit, idcirco postquam lauit pedes eorum, iterum accepit vestimenta sua, & iterum recubuit. Igitur hæc ipsa repetētes, latiùs explicemus. In finem, inquit, dilexit eos, & cœna facta, subauditur, agere placuit sibi illud, in quo exprimeret dilectionem suorum, qualiter incepisset, & qualem ad finem vsque perdu

Ioan. 12.

Dicta Euāgelistæ.

cturus esset. Hoc, inquam, non solum verbis edicere, sed & signanter voluit agere, videlicet, vt nunc præsenti magnæ humilitatis schema bis & post resurrectionem suam, quando aperiret illis sensum, vt intelligerent Scripturas, istud quoque factum illi vulnerata memoria recolentes, profundiùs intelligerent, & eandem dilectionem ipsius, cuius ob significationem talis vel tantus, ipse tali hora vel tempore taliter egisset: Et cœna iā facta (inquit) cùm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariothis. Cœna ipsa, quæ facta erat, id est, Agnus Paschalis, assus cum azymis panibus & lactucis agrestibus comedēdus, ipsi verò agno caussa esse poterat, vt (sicut postmodum dicendū) in semetipso turbaretur, quia videlicet passionis suæ significationem per tot retro generationes, ab exitu filiorum Israel de Aegypto, hoc ritu celebratam, nunc in præsentiarum morte sua compleri oportebat. Hoc enim sciebat cœna facta, sed & illud non ignorabat, quia Diabolus iam miserat in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariothis, qui & pridie abierat ad Pharisæos & dixerat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eū tradam? Hoc sciens ipse & illud quoque, quia omnia dedit ei Pater in manus: Omnia (inquam) vnde & paulò antè dixerat: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, & illud sciens, quia à Deo exiuit, videlicet in eo, quod cum in forma Dei esset, semetipsum exinauit: & quia ad Deum vadit scilicet vt sedeat ad dexterā maiestatis in excelsis, sicut dixit Dauid de illo in spiritu: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Hæc (inquam) & hæc sciens surgit à cœna, videlicet, vt ineffabilis operadilectionis, habitu vel actu significaret admirādæ humilitatis. Quid enim fecit surgēs à cœna? Ponit, inquit, vestimenta sua. Quid deinde? Et cum accepisset linteum præcinxit se. Deinde mittit aquā in peluim, & cœpit lauare pedes Discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Magnum quidem & mirum in præsenti est spectaculū, & angelis & hominib. quidnam faceret hic & angelorum & hominum Dominus: idem homo, idemque Deus: idem humilis, idemq; altissimus.

Peracturum mirabile schema hū militatis Christi.

Luc. 24.

Matt. 26.

Ioan. 19.

Philip. 2.

Psal. 109.

Verùm postquam cognouerunt Discipuli eius, quod ipse esset, id est, postquam resurgens à mortuis, aperuit illis sensum: vnde & paulò post dicturus est: Vt cùm factum fuerit, credatis, quia ego sum: tunc videntes & intelligentes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt & ibi dolores, vt parturientis, quia videlicet intellexerunt quid fecerit, imò quid tali facto significauerit eis.

Psal. 47.

Hic præcipuè dilectus Discipulus, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui tunc in eadẽ cœnã suprà pectus eius recubuit, intellexit quid, vel ad quid fecerit eis, quod & nobis innuens sic dixit, sic prælocutus est: sciens, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, & quia omnia dedit ei pater in manus. Tunc, inquam, intellexerũt, & anima eorum vulnerata charitate sentit, quomodo dilexisset suos, quomodo propter eos surrexisset de accubitu tuo, de sinu Patris æterni, de throno incircũscriptæ maiestatis, & depositis gloriæ suæ vestimentis, exinanitus à claritate, quam habuit priusquam mundus fieret, adeò nudus, id est nostri per omnia similis absque peccato, inter homines apparuit, vt quomodo typum eius seruus seruorum maledictus Cham patrem suum Noë, nudũ iacentem dormire foris nunciauit fratribus suis, sic Hæretici Cherintus & Marcion, alijque quàm plures eundem Dominum nostrum, nullatenus Deum de Deo ante secula natum, sed hominem tantùm extitisse, & ex Maria cœpisse cõtenderint: maximè proeo, quia linteo præcinctus, id est, tribulatione Passionis afflictus, vera morte, verus esse homo comprobatus sit: Hoc modo illum suorũ pedes lauisse, id est, peccata emundasse se intellexerunt. In illa namque nuda humilitate passionis suæ, sanguinem & aquam de latere suo fudit, vnde vsque hodie peccata suorum emundare non desinit. Quare autem solos pedes tunc lauit, cùm secundum exteriorem hominem simul & interiorem, credentes in se lauit in sanguine suo à peccatis eorum? Videlicet quia hora illa rem solummodo significare, non etiam agere debuit. Præterea idcirco pedes potius, quàm manus aut caput lauare voluit, quia videlicet in lauandis pedibus, & affectuosior est gestus humilitatis, & propinquior significatio charitatis, qua nos lauat in sanguine suo à peccatis nostris. Denique non solùm tunc lauat nos in sanguine suo, quando quisque nostrum baptizatur, sed & quotidie lauat ab actualibus peccatis, quando in sancto altari carni eius communicamus & sanguini. Ipsâ autem peccata, quæ nõ omninò potest effugere vita humana, quamlibet religiosa, per puluerem pedum solent significari, Verbi gratia, cùm ipse Dominus dicat: in quamcunque domum intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateis eius, dicite: Etiam puluerem, quæ adhæsit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos. Quod est dicere: Etiam minima peccata, sine quibus nõ omninò quamuis sancta mortalitas, vel mortalis sanctitas vitæ præsentis transigi potest, quotidianis remedijs palàm expurgare, vt non habeant imprudentes homines, ob quam vitæ nostræ reprehensionem videantur sibi, quasi rationabiliter prædicationem vestram cotemnere. Quas videlicet peccatorum penè ineuitabilium sordes Spiritus sanctus significat, dum in Canticis canticorum dicente sponso: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. respondit illa: Expoliaui me tunica mea, quomodo rursus induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Cùm enim actiuæ vitæ tunicam exuerit, & in secreto contemplatiuæ vitæ lectulo sese anima composuerit, tunc quia minùs ea, quæ aguntur in seculo videt vel audit, quasi iam lotis pedibus, id est, præteritis actuum secularium abiectis sordibus, terram deinceps tangere refugit. Quod si animarum vtilitas poscit vt exeat, & tanquam voce sponsi excitata, Euangelio Christi publicè inseruiat, rursus puluere aliquantulo se sordidari posse non ignorat, & idcirco magis indiget, vt sibi quotidie Christus pedes lauit. Igitur magnũ quidem (vt prædictum est) spectaculum fuit in illo cœnaculo, vbi Domino Pascha parauerant Discipuli, quod tantus ille Dominus & magister surrexit à cœna & posuit vestimẽta sua, præcinctusque linteo, pedes lauit, iterumque acceptis vestimentis suis recubuit, & docere cœpit: & multò maximum est, quòd sicut illic sanctissimè ac religiosissimè significatum est, Creator Angelorum & hominum semetipsum exinaniuit, minoratus paulominùs ab Angelis, & in forma serui cinctus est labore & angustia passionis, vt nos in sanguine suo lauaret à peccatis nostris, & iterum resurgendo à mortuis, indutus gloria immortalitatis, & honore incorruptionis, recubuit in cœlo ad dexterã Patris, & dato Sancto spiritu fecit nos scire, quidnam fecerit nobis. Sequitur.

[Venit ergo ad Simonem Petrum.] Cœpit, inquit, lauare pedes Discipulorum. Erat autem primus à quo incipiendum esset Simon Petrus. Nam & si Andreas audito Ioannis testimonio dicentis: Ecce agnus Dei, secutus prior quàm Petrus, venit & vidit vbi maneret ipse Dominus Iesus, attamen in ordine vocationis Apostolorum, quando relictis omnibus secuti sunt eum, Ioanne iam tradito, nec Andreas, nec alius prior est Petro: sed vidit Dominus Petrum & Andream fratrem eius primos, & vocauit eos. Ergo pedes Discipulorum lauare incipiens, venit ad Simonem Petrum.

[Dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes?] Tu, inquit, quem cõfessus sum Christum Filium Dei viui, Rex regum, & Dominus dominantium, vestimẽta tua posuisti, aquam infudisti, & vt pedes mihi laues cœno procumbes? Expauit enim, de Domino & magistro suo magno, de se verò humilia sentiens, quod & alius quilibet Discipulorum extimuisset, si ab eo Dominus tantæ humilitatis opus inciperet. Siquidem adhuc non plenè cognouerant huius magistri sui disciplinam, scilicet, quod in schola eius ille maior, qui humilior esset; quodque maximè ipse Dominus omnium, in summa humilitatis

Ioan. 7.

Gen. 9.

Apoc. 1.

Pulueres pedum quotidiana peccata.

Cant. 7.

Ioan. 1.

Matt. 4.

militatis arce regnaret. Hoc inquam, nõ benè cognouerant, vnde etiam nunc secundũ

Luc. 22. Lucam facta fuerat cõtentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Et quidem verbis verè dominationis, & tenendæ potestatis ordinem eos docuit, dicens: Reges gẽtium dominãtur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic, sed qui maior est vestrum, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator: ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat: sed præterea facto illos amplius instruens, palàm apparebat inter eos sicut qui ministrat, lauando pedes eorum: simulque (vt prædictũ est) significabat, qualis ministerij minister foret, videlicet quod animam suam redemptionem pro multis daturus esset. Cùm ergo sic Petrus expauisset. [Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego

Matt. 20. facio, tu nescis modò, scies autem postea.] Causam, inquit, propter quam hoc facio, tu nescis modò, sed & si dicam tibi, non potes portare modo, scies autem postea, videlicet

Ioan. 16. cum venerit Spiritus veritatis, qui vos & huius facti causam & omnem veritatem docebit. [Dicit ei Petrus: Nõ lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum.] Quid inquit, expauescis talẽ humilitatis meæ habitum, tale ministerium? Nisi ego adhuc altiùs præcinctus maiori dispendio lauero te, non habebis partem mecum. Verè enim nisi Christus dilectos suos lauisset à peccatis

Lauit nos Christus in sanguine suo. eorum in sanguine suo, nec Petrus, nec quisquam cæterorum hominum partem habuisset cum illo. Hoc ergo nunc opportunè Petro dictum est, quia videlicet & cùm expauesceret humilitatẽ talis magisterij, multò magis abhorrebat contumeliam Dominicæ Passionis, qua & illum & omnẽ mundum oportebat lauari. [Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput.] Hoc obedienter secundum nomen suum benè locutus est Simon. Simon namque interpretatur obediens. Benè ergo non, vt paulò antè dixit Euangelista, dicit ei Petrus, sed, dicit ei Simon Petr⁹. [Dicit ei Iesus: Qui lotus est, nõ indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.] Hic manifestè dat intelligi, quòd aliam præter illam exteriorem dicit necessariam pedum

Apoc. 1. lauationem. Quis enim lotus est, nisi quem Christus in sanguine suo lauit à peccatis, vt antè iam dictum est? Quid autem ad conseruandam illam spiritualem munditiam proficit ista corporalis lauatio pedũ? Nunquid quotidie pro consequenda peccatorum remissione pedes lauare, & non potiùs sacramenta Dominicæ Passionis opus habemus percipere? Igitur Petrus aliud intelligit, Dominus aliud postmodum intelligẽdum insinuat, cùm dicenti illi: Domine non tantũ pedes meos, sed & manus & caput: ipse respondet, qui lotus est inquit, nõ indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Ac si dicat: Qui semel in morte, quæ nunc adest, baptizatus est, non est opus ampliùs, vt perpetrata ante Baptismum peccata siue originalia siue actualia lauet, sed totus mundus est, tantummodò pedes lauet, id est, quotidiana vel communia (sine quibus humana vita transigi non potest) commissa quotidianis remedijs expurget: sicut is qui solos ex itinere sordidatos habet pedes, & in reliquo corpore à sordibus liber est, vadens cubitum, non indiget, nisi vt pedes lauet. Sequitur. [Et vos mundi estis, sed nõ omnes. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eũ, propterea dixit: non estis mundi omnes.]

Luc. 22. Vos, inquit, qui permansistis mecum in tentationibus meis, mundi estis, scilicet propter sermonem quem locutus sum vobis, quia credidistis, mũdi, inquam, estis ex hoc, quia nũc ego sanctifico meipsum pro vobis, vt vos in veritate sancti sitis, dũ ego sanctifico. i. ego meipsũ sacrificiũ offero pro vobis. Iã enim vado immolari pro vobis, vt mũdi sitis, sed non omnes. Nec enim omnibus vobis præsens Passionis meę sanctificatio prodest. Sciebat enim (inquit Euangelista) quisnam esset qui traderet eũ: propterea dixit, non estis mundi omnes. [Postquam ergo lauit pedes eorum & accepit vestimenta sua, cùm recubuisset, iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?] Ergo, inquit, quia sciens ea quæ suprà dicta sunt, sic & sic fecit. Postquã rursus acceptis vestimentis suis iterum recubuit: recte Dominus & magister os suum

Psal. 18. aperuit, & ea quæ deinceps sequuntur, dulcia super mel & fauum eloquia de ore suo profundit. Etenim postquam resurgens à mortuis, gloriosam immortalitatis & incorruptionis vestem induit: extunc per interpretem suum Spiritum sanctum, quem de cælo misit, fecit suos intelligere, quid fecerit eis, iuxta quod ex persona eius Psalmista

Psal. 117. dicit: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Itaq; dicit: Scitis quid fecerim vobis? Hac interrogatione excitat, vt attentos reddat auditores suos orator gratiæ & veritatis. Interrogati nanq; quod nescimus, attentiùs, quasi manu pulsantis excitati, audire solemus. At tendat nunc edentula teneritudo filiorum, quàm suaui argumentatione gratia mater ex ore eius hoc humilitatis suę commendat exemplum. Ait. [Vos vocatis me magister & Domine & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui vestros pedes Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis.] Si posset modò portare serui atque Discipuli, poterat hic Dominus & magister dicere sic. Si ego, quem vos Dominum & magi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

strum rectè vocatis, dominationem, qua cũ patre cunctis præsum creaturis, non rapinã arbitratus sum, sicut Reges Gẽtium, & qui potestatem habent super eos, sed memetipsum exinaniui formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, & humilio meipsum, factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Si (inquam) ego sic feci, vt vos lauem à peccatis vestris, æquum est, vt & vos Apostolatum vestrum, non dominationem, sed summæ humilitatis ministerium arbitremini, cuius in hoc profectò est, vt ponatis animas pro fratrib. vestris. Hoc inquam, dicere poterat. Hoc enim vera exempli eius imitatio est. Cæterùm pedes corporaliter lauare possunt & illi, qui nullatenus exemplum Domini, & magistri huius exemplum sequuntur: sed nonnullis Regibus atrociores, subiectis sibi pedibus, sub religioso pastorum nomine, superbissimè dominantur, non solùm imparati pro illis animas ponere, sed etiam auli rapaciter viduas & pupillos deuorare. Præmisso igitur operis exemplo, vnde tota pendet sermonis authoritas, Sequitur. [Amen amẽ dico vobis, non est seruus maior Domino suo, neque Apostolus maior eo, qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea.] Explicari verbis nequit, quanti sit ponderis, quòd rẽ omnibus notam tanta seueritate astruit dicendo: Amen amen dico vobis, cuius sermo etiam absque iuramento prolatus, cælo & terra stabilior est, sicut ipse quodam loco: Cælum inquit, & terra transibunt, verba autem mea nó transibunt. Cui enim dubium est, seruum Domino suo nõ esse maiorem, neq; Apostolum eo qui misit illum? Vocabant autem tunc iam Apostoli Magistrum & Dominum, & benè dicitis, inquit, sum etenim. Igitur si scitis, imò quia hæc scitis, nec enim nescire potestis, seruum Domino suo non esse maiorem, vel Apostolum eo qui misit illum: beati estis si feceritis ea. i. contẽti fueritis sic esse quomodo ego sum, quem Magistrum vocatis & Dominum. Beati, inquam, eritis ita faciendo, quomodo ego feci vobis, quia videlicet in hac humilitate seminati, velut pauca admodũ grana frumenti, multum vos quoque fructum afferetis, & replebitis faciem orbis semine: dura quidem, sed transitoria mortificati tribulatione. Et in quantas animas vestræ dilectionis humilitas sese dilatauerit, pro tantis cumulus crescet vestræ beatitudinis. Ergo beati eritis mox vt hoc tempus miseriæ pertransierit [Non de omnib. vobis dico. Ego scio quos elegerim] Beati, inquit, eritis, sed non omnes, non, inquam, præparatum in beatitudine locum habebitis omnes. Est enim vnus hic inter vos filius perditionis, sermonis huius expers: fur, non minister: insidiator, non imitator: tenebræ, non lux. Diabolus, non Apostolus. Non tamen errore meo factum est, vt inter vos talis ille sit? Ego namque scio quos elegerim, quos ad gloriã, quos ad flammam, quos ad honorem, quos ad contumeliam. Non, inquam, nescius, vestro talem numero admisi. [Sed vt impleatur Scriptura, qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum.] Id circo, inquit, sustineo in multa patientia illud vas irę aptum in interitum, vt quod ab initio de me fuit dispositum, eodem modo quo dispositum fuit nunc fiat, nullo intercedente nouo consilio: non casu, sed ordine certo & antiquitùs præscito atque prefinito, testante Scriptura, quæ dicit in mea persona, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Sic enim scriptum est secundum Hebraicam veritatem: sed hic Euangelista Græco scribens sermone: maluit hoc vti exemplo, secundum vulgatam apud Græcos septuaginta interpretum editionem. Hæc ergo scriptura manifestè Iudam proditorem attingit. Quid autem est quod ait, magnificauit super me supplantationem? Non enim ait tantum supplãtauit me, sed magnificauit super me supplãtationem, id est, magnificè supplantauit me. Quid ergo sic dicere maluit, nisi vt excitaret nos ad pẽsandum solerter modum eiusdem supplantationis? Verè enim magnifica, verè mirabilis supplantatio fuit, vbi emptorem, imò redemptorem omnium, hic vnus peruersè supergressus, vẽdere præsumpsit. Quomodo vel quibus vendidit? Vtiq; Sacerdotib. malo suo Paschale sacrificiũ sic vendidit, quomodo tunc temporis apud omnes filios Israel solenni more quærebatur, & vendebatur agnus per singulas domos Pascha manducaturus. O peruersa magnificentia, ô magnifica supplantatoris peruersitas, qui vniuersalem nostræ salutis hostiã faciens suam, sic quasi suum peculium possessorem mundi, solumq; & vnum cæli ac terræ venalem proposuit Dominum. Multum ergo altè suũ contra illum leuauit calcaneum, contra illum inquam, non vt ipsũ Christus emeret, sed econtrà ipsum Christũ venderet. Quare autem hic præfinitus fuerat ordo Dominicæ passionis, vt hic Agnus non solùm occideretur, sed primò etiã venderetur? Videlicet quia homo, pro cuius salute venerat moriturus, non solùm propter transgressionem mortuus, sed in ipsa transgressione fuerat etiam venundatus. Non enim nulla spe proposita persuasi sunt primi homines, vt mandatum transgrederentur, sed aperientur, inquit, oculi vestri, & eritis sicut Dij. Et mendaciter quidem, sed tamen sicut dictum est, & sic in transgressionis precium, diuinitatis spes proposita est. Vnde propheta: Gratis, inquit, venundati estis, & sine argento redimemini. Igitur hic ordo nostræ salutis erat necessarius, vt sal-

Philip. 2. Luc. 22.

Matt. 24.

Beati eritis si feceritis ea.

Filius perditionis Iudas.

Rom. 9.

Psal. 40.

Cur oportuit vendi Christum.

Gen. 3.

Esaiæ 52.

vt saluator pro venundatis & mortuis non solùm moreretur, sed primò etiam venderetur. Sequitur. [Amodo dico vobis vt credatis, cùm fuerit factum, quia ego sum.] Hactenus, inquit, non dixi vobis, non designaui, quis ille esset Diabolus, qui vnus est ex vobis, sed in hac hora dico vobis quis sit, & quid facturus sit, vt cùm factum fuerit, id est, cùm ille tradendo me, calcaneum suum contra me leuauerit, credatis quia ego sum egenus & pauper ille, super quem qui intelligit, beat⁹ erit, sicut illa Scriptura dicit: ego, inquam, qui & ibidem dico, nunquid qui dormit, nõ adijciet vt resurgat, ac deinceps, tu autem Domine miserere mei & resuscita me, & retribuam eis. Hoc inquam, amodo dico vobis, sed primum est, vt dicam initiũ beatitudinis eiusdem, de qua iam dicere cœperam, quæ statim vos incipiet consequi, vbi neq; Domino vestro serui, neque illo qui mittit vos Apostoli, maiores esse volueritis. Dico ego: [Amen amen dico vobis, qui accipit, si quem misero, me accipit. Qui autẽ me accipit, accipit eum qui me misit] Hæc vestra, ô serui & Apostoli, qui Dominũ vestrum mittentem vos, non vt maiores præceditis, sed vt minores subsequimini: hæc inquã, vestra beatitudo est. Ecce mitto ante vos vocem præconiam, toto mundo audiẽdam, vt qui me susciperint, tunc verè me susceperisse se confidant, si vos susceperint tanquam meipsum. Et ne paruum in susciendo me putetis esse præmium, pro eo quòd sum modò despectus, & nouissimus virorum, vir dolorum & sciens infirmitatẽ. Ecce & hoc dico vobis, imò & omni mundo, hoc prædico de vobis, qui me accipit, accipit eum qui me misit. Quid verò putatis audito hoc præconio, quomodo sint vos accepturi omnes qui dispersi sunt Filij Dei, propter quos in vnum congregandos estis mittendi? Quantum æstimatis honorem & gloriam, etiam in hoc mundo fore vestræ beatitudinis, vbi non fallitur pietas fidelium, gaudendo me, & eum qui me misit, se susceperisse in vobis? Verè enim qui mittit vos, vobiscum & in vobis erit. Proinde omnes filij hominum, qui nascendo ex sanguinibus, & ex voluntate carnis, atq; ex voluntate viri, nascuntur secundum veterem Adam, & per illum patrem Diabolum contingunt, renascendo ex Aqua & Spiritu per vestrum ministerium, nascentur secundum me nouum Adam, qui mitto vos, & per me Deum Patrem contingent, à quo missus sum. [Cùm hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & ait: Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.] Postquam cum tranquillitate beatitudinem seruorum fidelium, humiliumque Apostolorum prædixit, nunc indigni Apostoli & mali serui dicturus audaciam, turbatus est Iesus, & nõ quomodocunque, sed turbatus est (inquit) spiritu. Quid ergo? Nunquid contrarius sibi est, cùm dicit in Matthæo: Spiritus quidẽ promptus est, caro autẽ infirma? Hoc quidem difficilius solueretur, si ita dictum fuisset, Turbatus est spiritus eius. Nunc autem cùm dicit: turbatus est spiritu, idem est ac si diceretur, turbatus est à seipso, estque par ei quod alibi dictũ est: Fremuit spiritu, & turbauit seipsum, quia videlicet fremente & turbante spiritu turbata est infirma carovel anima Iesu, per quam tota hominis sublimantia intelligitur. Nam per spiritum quo fremente anima turbatur, vel quo prompto caro infirmatur, fortitudo Diuinitatis intelligitur, quæ dum & alibi inferno, & hic traditori suo comminatur, ex præsenti fremitus causa, id est, ex victnia mortis infirmitas hominis turbatur. Itaque turbatus protestatus est, id est, ab ipso effectu comprobauit, quod secũdum Scripturam verè calcaneum suum contra se leuaturus esset, ipse qui edebat panes eius, & ait: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me tradet. [Aspiciebant ergo Discipuli ad inuicem, hæsitantes de quo diceret.] Admiratione attoniti, & de sua quisque conscientia certi, ad inuicẽ aspiciebant & hæsitabant, id est, iuxta alium Euangelistam, contristati valdè, singulatim interrogabant dicentes: Nunquid ego sum Domine? Erat autem recumbens vnus ex Discipulis eius in sinu Iesu, quẽ diligebat Iesus.] Dilectus iste Discipulus, inter dilectos omnes dilectissimus, hoc de semetipso solus cõmemorat, quia Dominus Iesus eum diligebat, & quia tunc familiari dilectione in sinu eius recumbebat. Cur hoc, nisi vt necessarium nostræ Fidei & saluti testimonium, id est, præsens Euangelium testificantis, hoc est suimet autoritate, cõfirmet? Siquidem etsi omnes, scilicet quatuor, quos Ecclesia sancta recipit, Euangelij scriptores testes idonei sunt, & de alicuius illorum testimonio dubitare nefas est, tum verò hic præcipuè dignus fide testis est, qui adeo veritati, quam narrat, præsens cognitor interfuit, vt recumberet in sinu eius, familiaris ac dilectus, & illi verbo prę cunctis mortalib. prope admissus, quod eructatum de corde Patris, & caro factum est altiùs personare decreuerat per linguam & calamum eius. Etenim quem ducẽtem iam vxorem de nuptijs vocauerat, rectè tanta illum gratia remunerabat, eiusque animam suo tam familiariter amore oblectabat, cuius carnem à coniugio reuocatam virgineo decore accinxerat: Benè ergo, quia de verbo Dei magna, & cæteris longè altiora dicit, ne Cerinthus vel alius quis Hæreticus dubitabile velit esse quod dicit, tacere non debuit in se completum esse illud Sapientis dictum: Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem, quia videlicet propter excellentem castitatis decorem, di-

Esaiæ 55.

Matth. 26.

Turbatus est spiritus, non turbatus est spiritus eius.

Ioan. 11.

Osee 13.

Matth. 26.

Ioannes virgo.

Prouerb. 22.

gnꝰ fuit de ipso sacro dominici pectoris fonte diuinitatem eiusdem verbi,& æterna potare secreta principij: Erat,inquit, vnus recumbens ex discipulis eius in sinu Iesu, quẽ diligebat Iesus. Veritatem altissimam socia humilitate condecorat, dum non ait,eram ego recumbens,sed erat recumbens vnus ex Discipulis eius,itemque dum dicit:quem diligebat Iesus,& nullâ tantæ dilectionis reddit causam, videlicet solam volens intelligi vltroneam diligentis gratiam. [Innuit ergo huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis est de quo dicit?] Quanuis humiliter nomẽ suum reticeat, non tamẽ suam omninò personam dissimulat,dũ non dicit: Innuit ergo illi,sed innuit huic Simon Petrus: Sic enim dicẽdo, quasi reducto in seipsum digito, demõstrat se illum esse præcipuæ gratiæ filium,cui Petrus quod à Domino quærere non audebat, in illa solicitudine & summa tristitia,innuit vt quæreret ipse, dum caput in sinu Domini reclinat,& fiducia maiori vti potest inter præcipuas amoris eius delicias. Sciendum verò est, quia sicut tunc in sinu diligentis Domini Discipulus iste familiarissimè recumbebat, sic deinceps in eiusdem teneri amoris diligentissima seruatus est custodia, quam & postmodum insinuans Dominus cùm dixisset Petro: Sequere me, de isto dixit:Si eum volo manere donec veniã, quid ad te? Verè enim ter beatus, vsq; ad finẽ suum,in sinu amantis Domini suauissimè recubuit, quia sicut corpus eius ab omni pollutione incorruptũ,sic eum ab omni quoq; dolore seruauit illæsum. Sequitur. [Itaque cùm recubuisset ille super pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? Cui respondit Iesus: Ille est,cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariothis. Et post buccellã tunc introiuit in illum Satanas.] Vbiq; Agnus mansuetus & innocens Scripturas sanctas ruminat, & omnia sic agit, quatenus & propheticas voces impleat,& ea quæ in Scripturis præcepta dedit,prior ipse faciat. Cur enim lupũ prælentẽ sibi sub ouina pelle imminentẽ tali voluit designare indicio, cum eundem & nomine proprio, vel intento satis posset exprimere digito? Videlicet vt & Prophetiã, quam superiùs attigit, verissimam esse ostẽderet,homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem,& illud prior ipse faceret, quod per quendam sapientem docuerat dicens: Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit,potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis colliges super caput eius. Quis nanque patientiùs suum potest cibare inimicũ? Ille homo pacis suæ, furioso corde, & ore pacifico, socia manu panem intingebat cum illo in paropside, & quia recumbentis in sinu eius percontationem, tacitamque Domini responsionem non audierat, buccellam de manu eius ore blando excipiebat familiaris homicida. Ita factus homo pacis suæ, fiducialiter panes eius edebat,eadem impudẽtia,qua illum per pacis osculum mox traditurus erat. Adeo patienter, tanquam puer innocuus, inimicum suum cibabat, sed velut antiquus dierum carbones ignis super caput eius congerebat. Denique & si carbonibus non est attactus pœnitẽtiæ, cuius vsticnem nostris debemus inimicis cupere, licet contra voluntatem nostram plerunque ex beneficio peiores fiant, attamen combustus est ardore iracundiæ. Siquidem continuò post buccellam introiuit, quem iam obsederat, vinctumque ad pharisæos duxerat, vt Domini traditionem sponderet pacta tibi pecunia. Videlicet vbi se intellexit hoc signo demonstratum, dixitque(vt alij Euangelistæ referunt)Nunquid ego sum Rabbi, respondente Domino: Tu dicis,exiuit continuò cum priori auaritia, furore pariter & odio repletus Diabolico, quodammodo incens: Quoniam quidem circumuentus insperato iudicio præceps agor, incendiũ meum ruina vestra restinguam. Igitur & hoc à diuina ratione non vacat, quòd per buccellam potiùs, quàm per aliud signum, suum seruator proditorem demonstrat. Sciẽdum verò est, quia sicut & ante nos dictum est, si post buccellam continuò Iudas exiuit, sicut paulò pòst Euangelista dicit, proculdubio nequaquam Discipulis tunc interfuit, quando Dominus noster sacramentum illis Corporis & Sanguinis sui distribuit. Nec enim vel ille panis intinctus, quẽ Iudæ porrexit, corpus eius fuit, vel catinus ille,in quo traditor manum cum illo intingebat, calix sanguinis eius extitit, nec ante hãc cœnam paschæ veteris sacramentum Corporis & Sanguinis sui Discipulis tradidit, sed posiquam cœnauit. Quod cùm cæteri Euangelistæ apertissimè dicant, solus Lucas aliter dixisse visus est,quia videlicet verba, quæ in priori cœna Dominus de traditore suo dixit,idẽ Lucas sic præposterauit, vt priorem paschæ cœnam,& sequentem dominici Corporis& Sanguinis consecrationem narrando coniungeret,& tũc demum verba,quæ in vtroque conuiuio dicta sunt,continuaret. Igitur exemplo Domini, tolerare quidem malos boni debent in Ecclesia, donec ventilabro iudicij granum à palea, vel à tritico separentur zizania: veruntamen non eo vsque indiscreta debet esse patiẽtia,vt indignis, quos nouerunt,sacrosancta Christi tradant mysteria. Sed de his alio iam loco dictum est. Sequitur. [Et dicit ei Iesus: Quod facis fac citiùs. Hoc nemo autem sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant,quia loculos habebat, quia dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum,aut egenis vt aliquid daret.] Terra (inquit sanctus Iob)data est in manus impij,

Ioannes tenero amore semper dilectus. Ioan.21.

Psalm. 40.

Rom.12. Iudas proditor homo pacis meæ.

Matth.26. Marc.14.

Quousq; in ecclesia tolerãdi sunt mali.

Iob 9.

vultum iudicum eius operiet. Quid enim? Nunquid Iudas, vel qui in illum introiuit Diabolus præceptum accepit, vt faceret quod non faciebat,& non potiùs permissus est,vt citiùs faceret, id est, ad effectum perduceret quod faciebat? Aliud nempè est, dicere facienti,citiùs fac, atque illud vacanti

Luc.22. præcipere,vt hoc vel illud faciat. Simon,inquit Dominus apud Lucam, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Nunquid non ipsum Dominum peruersum eius expetierat desiderium, sicut tunc quando in typum huius,idem Satan astans coram Domino inter filios Dei, expetiuit

Iob 1. beatum Iob,vt tentaret eum? Ergo dum dicit:Quod facis fac citiùs,nõ magis hoc præceptum est, quàm illud quod cùm dixisset Satan iste infelicis Iudæ possessor: Pellem pro pelle,& cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem. Respondit idem Dominus:Ecce in manu tua est. Concedendo vtique,non præcipiendo: permittendo,nõ percussorem mittendo. Igitur sicut tunc,ita & nunc terra, id est, caro de terra sumpta,data est in manus impij, permisso, non imperio: quia videlicet impius,id est,tenebrarum princeps Diabolus, vultum Iudicum eius operuit, vt eandem inuadentes terram,peruersa de illa sentirent, iniquè iudicarent,impiè condemnarent. Hoc au-

Luc.12. Ioan.4. tem (inquit Euangelista) nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Nec mirum. Non enim capere aut portare poterant etiam cùm diceret eis, quantum pro nostra salute passionis instantis haberet desiderium. Verbi gratia, cùm diceret: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsquedum perficiatur. Itemque: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Itaque nemo discumbentium, nec is ipse dilectus,cui dicenti: Domine quis est qui tradet te? Respondit Iesus: Ille est cui ego intinctum panem porrexero, sciuit, ad quid dixerit ei. Nemo,inquam, sciuit. Quidam enim adeò,inquit,nescierunt, vt putarent,quia dixisset ei: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum,aut egenis vt aliquid daret, videlicet quia loculos habebat. Mul-

Psalm 67. tum longè à rei scientia fuerunt, quia putabant illi mentionem factam esse de cura vel prouidentia egenorum, cùm permissio daretur de tradendo ad mortem patre orphanorum & Iudice viduarum.

[Cùm ergo accepisset buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox.] Iudicatus vtique exiuit continuò, atque condemnatus,

Psal.108. relinquens Episcopatum suum, vt alter acciperet illum, educente se Diabolo qui stabat à dextris eius,& os suum peccator & dolosus,quod super Dominum & magistrum aperuerat, post buccellam amplius dilatatum ad pharisæos ferebat:non quia buccellã illa malum fuit,sed quia malus per illam designatus, maius odium spirabat contra illum qui designauerat. Nam & si solo amore lucri scelus proditionis inceperat, nunc tandem introeunte in illum Satana, mixtoque cupiditatis odio, totam crudelitatem anhelans, citiùs faciebat, instantiùs properabat. Erat autem,inquit,nox, & nox vtique illi, qui noctis & tenebrarum filius erat,quique veram lucem fugiens,corporales quoque tenebras nequitiæ magis opportunas libenter accipiebat.

[Cùm ergo exisset ille,dicit Iesus: Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso. Et continuò clarificabit eum.] A tempore noctis,quod tunc erat,similitudine per contrarium sumpta,clarificationem suam, dies æternitatis & sol iustitiæ Dominus noster, iam adesse indicat, qua totum postmodum erat mundum illuminaturus, traditore suo cunctisque impijs in nocte peccati remanentibus. Verbo quippe clarificationis toties repetito, passionis suæ claritatem apud inferos coruscantem, resurrectionisque & ascensionis gloriam, nec non & effusionis Spiritus sancti gratiam, claro deinceps, & consolatorio sermone mœrentibus Discipulis prænunciat. Nunc,inquit, clarificatus est Filius hominis. Qua clarificatione, nisi illa,de qua superiùs dixit,& ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, & nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert? Hoc enim nondum quidem peractum fuerat,sed nunc agebatur,& sinè dubio perficiendum erat. Proinde rectè verbo hoc & multis alijs in hoc eodem sermone secundum præteritum tempus vti voluit, dicendo:nunc clarificatus est Filius hominis, eodem sensu, quo post multa dicturus est, & iam non sum in mundo. Hæc autem clarificatio Filij hominis, sinè dubio clarificatio Dei est. Hoc enim modo non suam (sicut alibi dicit)gloriam quæsiuit, sed patrem suum honorificauit, videlicet factus illi obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Ait ergo: Et DEVS clarificatus est in eo. Dicat aliquis. Vnde ergo hoc scire quis potest,quod morte sua DEVM clarificauerit iste Filius hominis? Ad hæc obuians, hoc inquit, experimentum habebitis. Si DEVS clarificatus est in eo,id est, in morte eius, & DEVS clarificabit eum in semetipso, scilicet resuscitando eum à mortuis,& constituendo eum ad dexteram suam in cælestibus. Deinde continuò, id est, sinè intermissione clarificabit eum, dando Spiritum sanctum in nomine eius, qui con-

Ioan.2. *Ioan.8.* *Philip.2.* *Ephe.1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

festim nouos magna claritate cælos ornabit, & nouæ gratiæ firmamentum subleuabit, in quo luceat iustitiæ sol, scilicet hic Filius hominis, ita splendidus & altus, vt non sit qui se absondat à calore eius, extunc enim rationales cæli, scilicet vos Apostoli mei, benè cælesti vita perornati, forti prædicatione contonabitis, & crebra miraculorum fulgura mittetis, vestrisque compluta imbribus, id est, erudita doctrinis, omnis terra, opera iustitiæ germinabit, & intenta fide sempiternam in cælo susciptet claritatem Filij hominis. His in initio dictis, latiùs eiusdem clarificationis suæ magnitudinem disserere incipiens, ait.

Psalm. 18.

Rationales cæli, sunt apostoli.

[Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos non potestis venire, & vobis dico modo.] Quicunque verè filij sunt, & à bono Patre, animorum qualitate non degenerant, nequaquam ita successu magnæ hæreditatis delectantur, vt de morte Patris nullo dolore mordeantur, & eos quos extremum trahens spiritum edidit gemitus, obliuiosis sinant euanescere auribus. Est autem magna quidem hæreditas, & magnum Dominicæ mortis emolumentum, scilicet æterna salus, vita & resurrectio mortuorum, quam nunquam consecuti essent filij, nisi testamentum morte patris fuisset confirmatum. Vbi enim testamentum (inquit Apostolus) mors necesse intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioqui nondum valet, dum viuit qui testatus est. Ergo vt repromissionem acciperent, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis, oportebat vt testamentum Christi morte confirmaretur, quia non aliter in hæreditatem vitæ introducerentur. Sed ipsa mors, qua testamentum cõfirmatum est, gratiæ non necessitatis extitit, & pro nullo debito gratia mater adoptatis filijs acri mortis dolore vitam parturiuit. Igitur si verè filij sumus, cum lætitia nostræ redemptionis, dolorem & compassionem dominicę mortis habentes, hæc & quæ sequuntur digno auditu Patris nostri dicta percipiamus. Filioli, inquit, adhuc modicum vobiscum sum. Vno eodemque nomine dum dicit, filioli, paternam sui amoris gratiam, & infirmam tunc temporis Apostolorum designat infantiam. Nam ex quo fortes facti sunt, Spiritu sancto armati, filij sunt. Nunc autem quia timidi sunt, & Patrem sequi non valent, filioli sunt. Vnde autem vel hoc eis, vt iam dicantur filioli? Videlicet ex instante passione & morte Domini, quæ illis & nobis omnibus sacramentum regenerationis est, in adoptionem filiorum Dei. Non enim existimandum est, quod iam ante passionem eius renati fuerint Baptismo regenerationis, vel quòd ante mortem ipsius in quo baptizati sumus (vt Apostolus ait) quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, alicubi celebratum sit vel celebrari debuerit hoc Baptisma, in quo consepulti sumus cum illo in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ergo ex hoc tempore iam filioli, qui hactenus eratis serui tantum, siue Discipuli. Hoc vobis dico, quia modicum vobiscum sum. Modicum, inquam, id est, tantillum, donec ille, qui nunc exiuit, ad Pharisæos peruenit, acceptaque cohorte, & à Principibus & Pharisæis deducendo ministris, redeat. Extunc enim comprehensus, irrisus, iudicatus atque flagellatus, tandemque interemptus, iam vobiscum non ero, nisi quod ad horam iterum videbo vos, veruntamen nequaquam vt nunc vobiscum ero, peregrinus præsentis, sed Princeps & Pater factus futuri seculi. Quæretis ergo me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non potestis venire, quanquam illi longè alia mente me quæsituri sint, ita & vobis dico modò. Neque enim sic remotus ero, vt vbi ego sum, venire non possint impij persequentes, & venire possint pij diligentes: sed nunquam illi siue viuentes siue mortui, nec vos quandiu mortaliter viuitis, quò ego vado, vel vbi sum ego venire potestis. Itaque & vos quæretis me, & qui per verbum vestrum crediturí sunt in me, plangentes vt turtures, gementes vt columbæ, ita vt fiat quod scriptum est in Canticis, singulatim vnoquoque vestrum dicente: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est, quæsiui & non inueni illum, vocauit & non respondit mihi: Inuenerunt me vigiles, qui custodiebant ciuitatem, percusserunt me & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. Filij Hierusalem, nunciate dilecto, quia amore langueo. Quid tandem faciendum est, vt quò ego vado, & vos venire possitis, & totam hæreditatem consequamini? Audite iam.

Hebr. 9.

Rom. 6.

Cant. 5.

[Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.] Hoc nouum accipite mandatum, nouum, inquam, in comparatione veteri mandato præferendum. Quod enim vetus est mandatum? Diliges, inquit, proximum tuum. Ego autem dico vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Quomodo ergo dilexi vos? Dilexi vos vtique immeritos, cùm essetis natura filij iræ, sicut & cæteri, & ecce morior pro impijs, mortem sustineo pro inimicis, vt vos Deo reconciliemini. Hoc verè nouum est. Vix enim pro iusto quis moritur, nedum pro impijs & inimicis. Igitur, inquit, mandatum nouum do vobis, cùm hoc mando vobis, vt diligatis inuicem, non quomodocunque, sed sicut dilexi

Exod. 20. Ephe. 2. Rom. 5.

dilexi vos. Sanè iterata præceptio est, & hic ordo verborum. Sicut dilexi vos, vt diligatis inuicem: ita & mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Non enim facio sicut faciunt Scribæ & Pharisæi, qui alligant onera grauia & importabilia, & imponunt super humeros hominum, digito autem suo nolunt eam mouere: sed prior ipse facio quod doceam, dum priùs diligo vos, vt diligatis inuicem, & tunc plenum mandatum do vobis, vt diligatis inuicem. Itaque non vt de Regibus Gentium, & eis qui potestatem habent super eos, nonnunquam rectè queri possunt milites sui, quòd dura imperia subiectis imponant, & illis in sudore & puluere sanguinem fundentibus, ipsi in delicijs molliter subsistant, non (inquam) ita & vos iustam in me habebitis querelam. Prior enim ego dilexi vos, quippe qui de quietissimo sinu Patris in huius seculi campum pugnaturus descendi propter vos: & pro vobis animam meam pono. Proinde facti huius authoritate præeunte, mandatum hoc do vobis, vt & vos quietum & vitam quoque vestram cõmuni vtilitati postponentes, pro fratrum, si oportuerit, salute moriamini.

Matth. 23.

[In hoc cognoscẽt omnes, quia mei estis Discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.] Non inquit, in hoc cognoscent, si exterminaueritis facies vestras, vel si longas orationes feceritis, aut certè si tuba præcinente multam eleemosynam dederitis, quę & omnia his similia facere possunt hypocritæ, conscia sinistra sua: sed in hoc cognoscent, quia mei estis Discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Quod profectò non nisi bono potest corde fieri. Nec enim aliquod malum, vel alicuius violatio præcepti potest in eodem corde cohabitare dilectioni. Qui diligit proximum (inquit Apostolus) Legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falsum testimouium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Igitur verum erit experimentum, verum certumque Discipulatus mei testimonium, si dilectionem habueritis ad inuicem: ita, vt qui in circuitu vestro sunt bono odore delectati dicant: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Vno namque vnguento Spiritus sancti tunc & caput & barba, simulque ora vestis Aaron, bonum vbique odorem spirabunt in ædificationem vel acquisitionem multorum, cùm & vos, tanquam barba, capiti, scilicet mihi Domino, & vestræ dilectionis magistro, viciniùs adhærentes, barbati, id est, fortes fueritis ad ponendas animas pro fratribus vestris, totamque Ecclesiam quasi vestem inferiùs religiosis conuentibus subornantem exemplo vestro eadem dilectione imbueritis.

Rom. 13.

Matth. 6.

Psal. 132. Vnguentum q̃ descẽdit in barbam Aaron.

[Dicit ei Simon Petrus: Domine quò vadis?] Inchoatum de dilectionem sermonem, iste ardentior cæteris Domini & magistri sui amator, impatienti dolore attonitus, primus interrupit, videlicet quia dixerat: filioli, adhuc modicum vobiscum sum, quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos non potestis venire, & vobis dico modò. Ait ergo: Domine quò vadis?

Ioan. 13.

[Respondit Iesus: Quò ego vado non potes me modò sequi, sequeris autem postea.] Hoc postmodum palàm rei probauit euentus, quia tunc infirmus, Dominum sequi non poterat Petrus, negauit enim tertiò ne illum pariter moriendo sequi cogeretur: sequutus est autem postea, tunc scilicet quando iam senior extendit manus suas, & dignus Magistro Discipulus exemplo eius cruci affixus est.

Sed tunc suam ipse infirmitatem non videns, voluntatem cupidissimam sequendi Dominum, suisque viribus maiorem præ oculis habebat, nondum expertus quid ferre recusarent, & quid ferre valerent languidi humanæ imbecillitatis humeri, nisi Spiritu sancto, qui nondum datus, firmarentur, supra petram CHRISTVM fundati. Verè etenim volens sequi, dixit: DOMINE quò vadis? & proinde longè aliter huic respondendum erat, quàm illi, cui dicenti, DOMINE, sequar te, quocunque ieris. Respondens ipse: Vulpes (inquit) foueas habent, & volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Itaque dicit: quo ego vado, non potes me modò sequi, sequeris autem postea. Tanquam diceret: Idcirco interrogas, quia sequi optas, sed modò non potes, timore namque deficiet fides tua: veruntamen tu aliquando conuersus, me sequendo, confirma fratres tuos.

Matt. 8.

Luc. 2.

[Dicit ei Petrus. Quare non possum te modò sequi? Animam meam pro te ponam.] Verum quidem est, quod ait Petrus, dum futuro tempore sic enuntiat: Animam meam pro te ponam. Etenim futurum erat, & Dominus sic dixerat: sequeris autem postea. Veruntamen quoniam præsens periculum, de quo tunc agebatur, intendebat cùm hæc diceret Petrus, & in illo durare sibi posse videbatur, Dominus autẽ & præsens infirmitatis humanę, & futurum prequidebat tẽpus fortitudinis eius, impleri oportebat in comparatione Domini, & magistri de seruo ac Discipulo quod ait Scriptura: Omnis homo mendax. Dominus namque

Psal. 115.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confcius voluntatis, & cognitor infirmitatis dixerat: Non potes me modò sequi: affirmabat se posse, confidens de viribus suis. Itaque experimento concludendus, & sibimet ostendendus erat, vt nulla deinceps de statu suo præsumat tabula, cùm tam fortis lapsa sit columna.

[Respondit Iesus: Animam tuam pro me ponis? Amen amen dico tibi, non cantabit hac nocte gallus, donec ter me neges.] Sic dictum, & sic deinde factum, nullus tacet Euangelistarum, quia videlicet multum vtile non frustra visum est, ad reprimendum humanæ infirmitatis ausum. Alto nãque Diuinitatis concilio factum est, vt in illa perturbationis nocte omnibus Apostolis scandalum patientibus, maximè Princeps Petrus suæ ad tempus inexpertæ infirmitatis relinqueretur, trinaque negatione lapsus, & ipse experto crederet, & nos scire faceret, quod nisi auxilium à Domino veniat, noster citò pes moueatur, & si ille dormitauerit, qui solus nouit & potest custodire, tam sole per diem, quàm luna per noctem vrimur, id est, tam Diuinitatis, quàm humanitatis CHRISTI fidem in tentatione perdimus.

[Sed de huiusmodi perturbationibus *Psalm. 115.* Psalmista, cùm diceret, mysticè loquens: Super montes stabunt aquæ, ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt, secutus adiunxit: Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram. Ergo & hoc rectè sapientia Dei prouidit, vt huic Petri Apostoli negationi, quæ totius Ecclesiæ tentationes præcurrit, terminum poneret, scilicet gallicantum, post quem ille iam vltra non negaret, sed negationis præteritæ maculam amare flendo dilueret. Quid autem hoc sibi vult, quòd Petrus & ter negare permittitur, & tali potiùs, quàm alio termino præfixo, eius negatio finita corrigitur? Non enim à mysterio vacare credendum est, quod ei, sine cuius prouidentia factum non est, sic fieri complacitum est. Quid ergo terminus iste, scilicet galli cantus, mysticè significat? Vtique bonum dominicæ resurrectionis nuntium præfigurat. Quia profectò media nocte resurgens Dominus noster, Angelorum ora in laudem excitauit, & per eos bonum vitæ & victoriæ suæ nuntium ad contristatos & tristitiæ caligantes nubilo Apostolos misit. Sed ante hũc tantæ felicitatis auditum tres continuas noctes perseuerat eorundem Apostolorum scandalum, scilicet ab hora, qua eo relicto omnes fugerunt. Ergo trina negatione peracta, *Luc. 22.* gallus cecinit, & sicut Lucas refert, Dominus Petrum respexit, quia videlicet tertia scandali nocte transacta, nuntium illud suauissimum insonuit, quòd Propheta vtcunque exprimere gestiẽs, dominicum hominem, in persona patris allocutus: Exurge (inquit) gloria mea, exurge psalterium & cythara: & confestim in persona filij respondentis: Exurgam diluculo inquit. Hoc (inquam) consolationis nuntium ad tristes Apostolos, tertia scandali nocte trãsacta perlatum, Petrum ex nomine attigit dicente angelo: Dicite Discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Sequitur. *Isa. 59. 107.*

[Et ait Discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.] Diligenter hoc animaduertendum est, maximè, quia non ait, non turbemini, sed nõ turbetur, inquit, cor vestrum. Nunquid enim Pater continuò moriturus, hanc à pupillis suis fortitudinẽ exigit, vt secũ pariter ad mortem duci non vereantur? Aut nunquid hoc ipsum, quod paulò antè futurum esse firmabat, modò contraria vice persuadet, vt non fiat, videlicet vt percusso pastore non dispergantur oues, aut vt Petrus contra suæ veritatis assertionem fortis fiat, & non neget eum ter, antequam gallus cantet? Ergo quòd ait, non turbetur cor vestrum, idem est, ac si dixisset, non deficiat fides vestra, & est sensus: Quoniam (inquit) Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum, & tanta trituræ vis erit, vt dispergamini omnes, & me solum relinquatis, hoc vnum restat persuadere, vt corporaliter dispersi, saltem corde in perturbato permaneatis mecum in tentationibus meis. Hoc enim est, vnde rogaui pro te Petre, vt dum voce negas, saltem in corde fides tua non deficiat. Et de hoc ipso quòd offendis in verbo, aliquando tu conuersus, confirmes fratres tuos. Itaque non turbetur cor vestrum, sed credentes in Deum, credite & in me, neque tentationum mearum euentu turbati, erraſse vos arbitremini in eo, quòd hactenus credidistis in me. Credite (inquam) in me. Et si nunc ingruentis asperitas hyemis extrinsecus virentia confessionis vestræ folia deterit ac dispergit, viuat saltẽ intrinsecus radix bonæ arboris, vt postquã hæc hyems transierit, postquam hic imber abierit, & recesserit de radice credulitatis, quæ viget in corde ad iustitiam, reflorescat oris cõfessio ad salutem, atq; ita animarum vestrarum rursus vineæ florentes, & dantes odorem, suæ pulchritudinis testimonio palã faciant, quia vox rediuiui turturis audita est in terra nostra, dicentis ad illam, quæ *Cant. 2.* per vos adducenda est de cunctis gentibus, *Rom. 10.* ecclesiam: Surge propera amica mea, speciosa mea, colũba mea & veni, veni de libano, veni coronaberis. Vultis tandẽ audire quid sibi velint ea, quę mox visuri estis, & quorũ metu dispergimini, vel cur ego illuc vadam, quò abeuntem vos non potestis me modò *Zacha. 13.* *Cap. 14.* *Luc. 22.*

modo sequi? Ecce dico vobis.

[In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quò minùs dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.] Idcirco (inquit) vado quò non potestis me modò sequi, in domo patris mei mansiones multæ sunt, & mansores earum omnes filios Dei qui ab initio dispersi sunt pro culpa primi parentis eorum (quia desertorem Diabolum secutus, priuauit seipsum & omne genus suum illis mansionibus) oportet per mortem meam tam de viuis, quàm de mortuis, tam de Iudæis, quàm de Gentibus congregari in vnum. Ista est causa cur vadam, cur per passionem mortis transeam ex hoc mundo ad patrem, quia in domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minùs mãsiones illæ iam essent, iam dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. *Ioan. 11.*

[Et si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sim ego & vos sitis.] Hoc totum dixissem vobis, si quo minùs mansiones illæ in domo Patris mei multæ iam essent. Nunc autem mansiones quidem iã ab origine mundi paratę, mansores autem imparati sunt. Adhuc enim estis in peccatis vestris omnes filij Adæ, quod etiam non diffidentes magni & electi fidelis Abrahæ filij: Facti sumus (inquiunt) vt immundi omnes nos, sicut pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Igitur dixissem quidem vobis, quia vado parare vobis locum, si quo minùs mansiones illæ in domo patris mei paratæ essent: nunc autem dico vobis, quia vado parare vosipsos locis vel mansionibus illis, id est, lauare vos à peccatis vestris in sanguine meo, vt digni sitis introire in illas sydereas mansiones, in illa cælestia Sancta Sanctorum, vt sitis Regnum & Sacerdotes, quia non aliter vos susciperent illæ mansiones iustè & legitime hactenus exhæredatos pro communis patris vestri vitio, nisi per me alium patrem, per me (inquam) in morte mea vos regenerantem introducamini, ordine iustitiæ seruato. Et si abiero, vosque sic præparauero, iterum venio ad vos, scilicet resurgendo à mortuis, pace inter Deum & vos reformata, legatus fidelis: Iterum (inquam) venio, pacem & remissionem peccatorum vobis annuntians, dicensque: Pax vobis. Deinde accipiam vos ad meipsum. Notate ordinem verborum, perpendite distinctiones temporum. Non dico vobis, quia venio & accipio vos ad meipsum? Nec enim vno eodemque tempore & à mortuis resurgo, & vos accipiendo ad meipsum tollo de hoc mundo: sed nunc quidem præsenti tempore venio, quia citò resurgo: vos autẽ non statim accipio, sed tandem accipiam, postquam & alios ad easdem mansiones per vos inuitauero, vt vbi sum ego & vos sitis, simulque omnes quoscunque vobiscum adducetis, vt mansiones impleantur, quæ in domo patris mei multę sunt. Quare autem multę sunt? Videlicet quia diuersa sunt merita venientium, diuersa dona gratiarum, quæ vobis & illis distributa vel distribuenda sunt. Itaque sicut alia claritas solis, alia claritas lunæ, atque alia claritas stellarum: stella quoque differt à stella in claritate, sic & ipsæ mansiones multæ sunt & in gloria differunt. Veruntamen omnes in firmamẽto immortalitatis & incorruptionis stabilitæ sunt. Hæcilla causa est, propter quã tanta in me fieri permittam, vt vos videntes timeatis, & omnes in hac nocte scandalum in me patiamini, ita vt qui vestrum fidentissimus est (sicut dixi) ter me neget antequam gallus cantet: postea verò confirmatos accipiam vos ad meipsum, quia videlicet tunc sequemini, qui sicut paulò antè Petro dixi, non potestis me modò sequi. Ecce ad quid vadam dixi vobis. *Ante passionẽ domini ões etãt in peccatis. Esaiæ 46.* *Apo. 1. et 5.* *1. Cor. 15.*

[Et quò ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire?] Mira cælestis magister docendi arte paruulos adhuc alumnos suos ad quærendum excitat, vt attentiores factos melius introducat, dum dicit: Et quò ego vado scitis, & viam scitis. Vtique Petro dicenti: Domine, quò vadis? Non dixit statim: Ego ex hoc mundo transeo, vel ad patrem vado, sed hoc tantum: Quò ego vado (inquit) non potes me modò sequi, sequeris autem postea. Proinde adhuc omnibus suspensis, & quo abiret se nescire arbitrantibus: Domine (inquit Thomas) nescimus, quò vadis, & quomodo possumus viam scire? Cùm (inquit) nec dum dixeris nobis, quò vadis, quomodo tu dicis nobis, & viam scitis? Cõsequitur enim, vt si quis aliquam ignoret patriam, multò magis viam nesciat, quæ ducit ad istam patriam. Itaque magis ac magis omnibus intentis ad audiendum, tandem illis viam indicat, quam se nescire putabant. Nam sequitur:

[Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas & vita.] Me (inquit) scitis, in me credidistis, me CHRISTVM Filium Dei viui confessi estis. Ego autem, ego ipse quem ita scitis, via sum, per quam illuc eundum vobis est, quò ego vado: via (inquam) sum, quod & vosipsi penè fatemini, dum prompta voluntate vultis me sequi, quod tamen modò facere non potestis: Ecce ego dico vobis, qualis via sum. *Christus est via ad patrem.*

[Nemo venit ad patrem, nisi per me.] Quid est: Nemo venit ad patrem, nisi per me? quid, inquam, est, nisi nemo credit in patrem, si non credit & in me? Propterea dixi vobis, creditis in Deum & in me credite. Nam siue Iudæus, siue Hæreticus sit, nihil proficit, confitendo Deum cæli & ter- *Ioan. 20.* *Iterũ venio & accipiã vos ad me.* *Rom. 8.*

ræ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ræ,& omnis ornatus eorum Creatorem esse. Nec enim peruenit ad Patrem tali confessione, quia non credit in me. Idcirco quemcunque Pater ad se attrahere dignatur, attrahit ad me, vt conformis factus imaginis Filij, adoptionem accipiat per Spiritum adoptionis, fiatque hæres, cohæres autem eiusdem Filij. Quare autem non solùm dixi: ego sum via, sed addidi, & veritas, & vita? Vi-
Via veritas & vita. delicet, quia cùm corde credatur ad iustitiã,
Rom.10. ore autem cõfessio fiat ad salutem: sicut benè diligo credentem, sic & veracem facio ore confitẽtem, sic & nihilominùs meipsum ostendendo æternaliter viuifico credentem atque confitentem. Itaque quia nemo rectè ambulat, nisi credendo in me, via sum: & quia nemo verax est, nisi confitendo me, veritas sum, & quia nemo viuit, nisi qui habet me, vita sum. Etenim nemo habet Patrem, nisi qui habet me: nemo venit ad Patrẽ, nisi qui videt me. Via sum per quem credendo itur, veritas per quam confitendo peruenitur, vita qua beatè ac sempiternè viuitur. Igitur (vt iam dixi) & quò ego vado scitis, & viam scitis, quia videlicet & Patrem meum ad quem vado scitis, & me Filium eiusdem Dei viui confitentes scitis. Scitis (inquam) sed tamen nondum cognouistis. Nõ enim scire idẽ omninò est ꝙ cognouisse. Siquidem & mulier, antequam ducat virum, scit quem ducere velit, veruntamen non rectè vel propriè dicitur cognouisse, ni prius-
quam duxerit, & ei naturali more copulata fuerit. Itaque & vos nunc quidem iam me scitis, sed spiritum amoris nondum accepistis, quo vestræ animæ degustato substantiã vel naturam viri sui, scilicet Filij Dei, ab vniuersis quæcunque condita sunt, discernere norint. [Si cognouissetis me & Patrem meum vtique cognouissetis.] Si (inquam) sicut personam meam scitis, & creditis me esse Christum Filium Dei viui, si ita substãtiam vel naturam meam cognouissetis, & Patrem meum vtique cognouissetis. Non enim alia Patris, atque alia Filij substantia vel natura est, sed qualis Pater, talis & Filius est. Etenim sicut dixi Iudæis: Ego & Pater
Ioan.10. vnum sumus. Igitur si cognouissetis me, si
Matth.16. quod reuelante non carne & sanguine, sed Patre meo qui est in cęlis, adhuc intrinsecus quasi à longè prospexistis, illud intra vos accepissetis dilatata anima, & aperto sensu ad intelligẽdum Scripturas, quæ omnes de me loquuntur, & Patrem meum vtique cognouissetis, vtpote ambulantes in via eius, stantes in veritate eius, viuentes vita, quæ absco-
Colos.3. dita est in illo cum Christo Filio eius, non i-
Luc.24. gnorantes, sed optimè per Legem & Prophetas & Psalmos agnoscentes, qualiter de me fieri voluerit, quale mihi mandatum dederit, qualiter & vobis ad illũ vestigia mea sequendo accedendum sit. Ita Patrem meũ cognouissetis. [Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.] Postquam enim abiero, & præparauero vobis locum, dum iterum venio ad vos, reconciliationem factam annun-
Ioan.20. tians dicensque: Pax vobis, accipite Spiritũ
Luc 24. sanctum, quorũ remiseritis peccata, remit-
Ioan.15. tuntur eis, & aperio vobis sensum, vt intelligatis Scripturas, extunc & me & Patrem meum cognoscetis. Et proinde iam non dico vos seruos, sed amicos meos, quia omnia quæcunque audiui à Patre, id est, omnia in quibuscunque obaudiui Patri meo, nota facio vobis. Amplius autem ex quo iterum Spiritum sancto de cælo do vobis, vt facun-
1. Cor.13. di atque fortes sitis ad prædicandum cunctis Gentibus, me & Patrem meum sicut cognouistis, & nullo aduersantium errore vllatenus inuoluamini, extunc Patris cognitione illustrati eritis. Ita cognoscentes, iam vidistis eũ. Sic enim cognouisse, vidisse est. Itaque extunc iam vidistis eum, nondum ta-
1. Ioan.3. men facie ad faciem, sed quasi per speculum in ænigmate, donec accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis, ex parte cõgnoscitis, extunc autem videntes sicuti est, similes ei eritis. [Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.] Quasi Filium iam vidisset sicuti est, sic Philippus locutus est: Domine (inquiens) ostende nobis Patrem & sufficit nobis. Tanquã
Luc.14. diceret: Te magister & Domine Christe Filij Dei viui, te (inquam) iam vidimus, & agnouimus, dileximus, & confessi sumus, & beatos esse fatemur oculos nostros, quia te videre meruimus. Iam nihil superest, nisi vt Patrem ostendas, nam de te sufficit nobis. Hæc dicens, profectò filium se non cognoscere cõfirmabat, quia videlicet in homine visibili inuisibiles Diuinitatis diuitias quærere vel esse nesciebat, ad quas illos & paulò antè inuitauerat dicendo: Ego sum via, & veritas, & vita. Sequitur ergo. [Dicit ei Iesus: Tãto tẽpore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem.] Quid hoc loco habet admiratio-
nis, quòd ait Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis, vt tantoperè miretur maiestas sapientiæ, & dicat: Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me? Nónne paulò antè ignorantiã Discipulorũ sinè admiratione significauit, dicẽdo: Si cognouissetis me, & Patrẽ meũ vtiq; cognouissetis. Ergóne minoris est ignorantiæ siuè erroris, neq; Patrẽ adhuc, neq; Filiũ cognouisse, q̃ putare Filiũ sinè Patre, vel facilius q̃ Patrẽ, sicut est, videri posse? Ita planè sentiendũ est. Nam qui neq; Patrem adhuc, neque Filium cognoscit, sicut eatenus non cognoscebant Apostoli, puer vel infans est, *Melius est* cui lacte & non solido cibo opus sit, qui ve *infantẽ esse* rò post aduentũ Spiritus sancti, ex quo aper *se quã ba* tis sensib. Scripturas oportet intelligi, Filiũ *reticum.* magis quã Patrem visibilem asserit, Hæreticus est, quia dissimilem vel inæqualẽ Patri Filium

Filium facit. Igitur aduersus Cherinti, & Arrij blasphemias, cæterorumque qui consubstantialitatem Patris & Filij negare ausi sunt, nos quoque admirantes hanc oppor-
Matth.15. tunè audiamus admirationem dicentis: Tãto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Tanto (inquit) tempore, tam veri sermonis, tamque admirandorum operum testificatione instructi, adhuc & vos sinè intellectu estis, neque cognoscitis me non solùm visibilem hominem, sed & inuisibilem Deum esse? Quomodo enim cognoscitis, q videntes me hominem, totum illud, quod est Christus Filius Dei viui, vos vidisse putatis, & dicitis. Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Non enim aliud sum ego, & aliud pater: non aliud (inquã) licet alius. Quia non dissimilis qualitate, sed æqualis quantitate, non diuersus habitu, non remotus loco, nõ tempore posterior, sed omne quod pater, hoc & Filius est, nisi hoc tantùm quòd ille solum pater & non Filius est: ego autem solùm Filius & nõ pater. Igitur qui me videt, videt & patrem, & econtrà, qui me non videt, non potest videre patrem. [Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me est?] Quomodo (inquit) tu dicis, ostende nobis patrẽ, videlicet addendo, & sufficit nobis, quasi filium sicuti est, iam videris? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? id est, quòd tota natura patris in Filio, tota nihilominùs natura Filij in patre est, ita vt Ego & pater, vnum simus, & alter sinè altero nunquam videat, nihil loquatur, nihil operetur? Hoc
1.Tim.6. ergo rectiùs dixisses, ostende nobis Deum, & sufficit nobis: Deum (inquam) vnum patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, qui est sinè vlla differentia Deus inuisibilis, qui habitat lucem inaccesibilem, quem vidit mortalium nemo, nec videre potest. Nec enim
Exod. 33. videbit me homo (inquit ad Moysen) & viuere potest. Hoc profectò rectè dicat homo fidelis, qui tædium patitur presentis, & amorem habet futuri seculi, qui diligit Deum, & hoc nequam fastidit seculum, dicat, inquã, talis: Ostende nobis patrem, & sufficit no-
Psalm. 41. bis. Quemadmodum enim (inquit Psalmista) desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando
Ioan.1. veniam & apparebo ante faciem Dei? Deum enim (inquit Ioannes Baptista) nemo vidit vnquam. vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Hoc autem valdè reprehensibilis ignorantiæ est, quòd si dicitis: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis,
Ioan.10. nescientes & non credentes, quia ego in patre, & pater in me est. Proinde sicut dixi Iudæis, quòd si verbis meis non creditis, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, qa in me est pater, & ego in patre meo, & vobis dico modò. [Verba quę ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autẽ in me manens, ipse facit opera.] Hic & illic duo testimonia compono, alterum dictorum, & alterum factorum. Dignum hoc in sermone meo testimonium est, quia sicut scitis, sicut per omnia experti estis, verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor, id est, nõ de corde meo, sicut propheta mendax confingo. Verum nanque habent effectum verba quæcunque loquor. Dicit namque Lex: *Deut. 18.* Hoc habebis signum, quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorẽ animi sui propheta confinxit, &c. Ergo verum & dignum est in sermone meo testimonium, quod secundum Legem saltẽ vobis amicis meis satisfacere debuerat ad credendum, verum istud quoq; esse, quod & vobis discentibus, & Iudæis aduersantib. persæpè dico, quia in me est pater, & ego in patre meo. Ecce aũt cum hoc testimonio dictorum, palàm omnibus decertat aliud testimonium factorum. Nam pater in me manens, ipse facit opera. Nunquid si mentirer in sermone, pater mecum esset in tantorum operum exhibitione? Nũquid maneret, vel tamdiu permansisset in me mirabilium effector Spiritus eius, qui à superbientibus solet recedere, sicut recessit à Saul? Igitur quia *1. Reg. 16.* & in Lege scriptum est, quòd duorum ho- *Deu. 17. 19.* minum testimonium verum sit, quid vltra hæretis? [Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est?] Siquidem Scripturam Legalem sequamini, credite propter veritatis & sapientię sermonem, quem ex me iugiter audistis. [Alioquin propter opera ipsa credite.] Alioquin. i. & si vos potiùs signa petitis, neq; sapientia & veritate contenti estis, propter opera ipsa credite, q̃ ex patre meo multa vobis ostendi. Nunquid verò solus ego testimonium eorum, quæ dico opera cælestia facio? [Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quę ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego vado ad patrem.] Ecce hæc ipsa verba quæ nunc loquor, dicens: Amẽ amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, postmodum visuri estis, vtrùm à meipso loquor. i. de proprio corde cõfingam effectu caritura, an permanente patre in me, palàm fiant omni mundo teste: omni mũdo, quasi ad spectaculum lætis animarum suarũ cursibus, in vnam fidem nominis mei concurrente. Dicat aliquis: Quomodo, vel in quo maiora, qui credit in te faciet opera? Quæ nã *Quo Apo-* possunt esse maiora? Ad hæc inquam: Ecce *stoli maio-* ego, vt taceã cętera, quę facturus est, qui cre *ra fecerũt* dit in me, forte dubitabili maioritate operi- *quàm Chri* bus meis præferẽda. Verbi gratia: quale est *stus.* in plateis poni infirmos in lectulis, vt venié *Act. 5.* te illo qui credit in me, saltẽ vmbra illi⁹ obumbret quenquam illorum, & liberẽtur ab infir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

infirmitatibus suis, vt, inquam, de huiusmodi taceam, ecce dico vobis: Ego salutaris doctrinæ sermone vna tãtum lingua, Hebrea, scilicet in vna tantùm Gente ista, non valdè magna prædico, & pauciſsimos ex eis conuerto, vos autem qui creditis in me, postmodum Sancto spiritu accepto, linguis omnibus, omnium quippe in ore vestro nascentur genera linguarum, omnibus (inquam) linguis cælestis sapientiæ sermonem cunctis gentib. loquemini, qui eratis homines idiotæ, & sine literis, & innumerabilem cunctis gentibus multitudinem fructuoso labore
Act. 4. in æternam salutem acquiretis. Ergo qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Vnde verò hoc illi, qui credit in me, vt tanta faciat? Videlicet quia ad Patrem vado. Per hoc enim quòd transeo ex hoc mundo ad Patrem, factus
Philip. 2. pro vobis illi obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: Per hoc (inquam) fiet, vt vos remiſsionem peccatorum accipientes, aliorum quoq; peccata remittere possitis. In ipsa quippe morte, qua vado ad Patrem, vos eidem Patri Deo reconciliabimini, & tunc induemini virtute ex alto, vt fiat
Luce 24. Psalm. 18. quod scriptum est: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorũ. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hæc profectò maiora sunt horum, quæ nunc ego per me facio, & paulò pòst facietis, quia ego ad Patrem vado. Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in filio.] Modò petitis, dicentes: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis, petitis, inquã, sed nõ in nomine meo. Nec enim cognouistis me adhuc, cùm tanto tempore vobiscum sim. Non (inquam) cognouistis, quia ego in Patre, & Pater in me est, & quia nemo venit ad Patrem, nisi per me, neque accipit quisquam à Patre, nisi per me, & idcirco vsque modò non petistis quicquam in nomine meo. Tunc Sancto spiritu edocti veritatis petetis, dicentes: Domine, ostende nobis Patrem in teipso, & teipsum in Patre tuo, & quodcunque sic petieritis, quodcunque postulaueritis in confessione nominis mei, scilicet Filij Dei, & Saluatoris vestri (hoc enim nomen meum est, & in hoc nomine petitis, quoties ea quæ salutis sunt, petitis) hoc faciam, vt Pater glorificetur in Filio, vt ostendatur vobis Pater in meipso. Tunc etenim vos, qui modo dicitis: Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis, Filium cognoscetis, & cognoscẽdo Filium, Patrem quoque cognoscetis. Ita ergo glorificabitur, ita vobis gloriosus ostendetur Pater in Filio, & videbitis eum, nunc quidem
1. Cor. 13. dũ adhuc in mundo estis, per speculũ, & in ænigmate, & cognoscetis ex parte: postea verò cognoscetis sicut & cogniti estis, & facie ad faciẽ desideratũ in Filio Patrẽ videbitis. Hoc (inquam) faciam, si petieritis Patrem in nomine meo. Si quid petieritis Patrẽ in nomine meo, hoc faciam. Non vos, neque illorum quenquam, qui per vos crediturí sunt, hic error inuoluat, vt putet sic omnem orationem dirigendam esse ad Patrem, per me Christum Filium eius, vt ad personam Filij nullam debere dirigi suspicetur. Nam & quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. [Et si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.] Hæc de consubstantialitate Patris & Filij dixit ipse Filius Dei, ad corrigẽdum sensum illum, quo dixerat Philippus: Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Nũc ad inceptum reuertitur, & sermonem de dilectione, quẽ interruperant Petrus, Thomas, & Philippꝰ, Ille dicendo: Domine, quo vadis, Hic autẽ: Domine, nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire, Ille verò: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Sermonem (inquam) de dilectione sic inchoatum: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem, hoc modo prosequitur. [Si diligitis me, mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternũ.] Quoniam (inquit) ego (vt suprà dixi) dilexi vos, & pro magna vestri dilectione vado parare vobis locũ, imò volipsos parare, & dignos facere mansionibus illis quæ in domo patris multæ sunt, si vos non ingrati æqua vicissitudine diligitis me, mandata mea seruate, illa videlicet, quæ iam dare vobis cœperam, dicens: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Mandatum quippe dilectionis, & vnum mandatum, & multa mandata sunt. Non adulteraMandatũ nouum do vobis.
bis, non occides, non furtum facies, nõ falRom. 13. sum testimonium dices, & cætera: mandata in hoc vno instaurãtur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc ergo mãdata mea seruate, & sic inuicem diligite, sicut dilexi vos. Ecce ego ipse qui vobis hoc dilectionis mandatum do, prior ipse faciens quod iubeo, vosque in finem, id est, vsque ad mortem diligens, Iecce in ara crucis rogabo Pa
Rogabo patrẽ meũ in ara crucis. Heb. 5. trem meum, ecce in die passionis meæ, preces supplicationesque ad eum, qui me saluũ facere posit à morte, cum clamore valido, ac multis lachrymis offeram, & exaudiendus sum pro mea reuerẽtia. Ita rogando patrem (sicut ait Philippus) ostendam vobis. Patrem (inquam) in meipso, & meipsum in Patre meo ostendam vobis: Cuius ostensionis principium hoc erit, quia Pater & alium Paracletum dabit vobis, scilicet Spiritum veritatis. Erratis enim nescientes Scripturas, dum optatis quod vobis non expedit, vi-

dit, videlicet, vt non vadam, & tamen dici-
Ephe. 2. tis: Ostende nobis Patrem, ignorantes patrem inimicitiarum stare inter Deum & homines, non aliter soluendum, nisi ego vadam, nisi ego per passionem mortis transeã ex hoc mundo ad Patrem. Me ergo rogante, & meipsum in cruce sacrificium offerente, fiet vt Patrem ostendam vobis, & ille me assumpto, vobisque per absentiam corporis ablato, alium Paracletum det vobis, Spiritum veritatis. Paracletus Græcè, Latinè consolator dicitur. Idcircò autem hic Spiritus veritatis rectè Paracletus vel consolator dicitur, qa videlicet filios spõsi de mor-
Luca 24. te, vel absentia Patris, consolatur vero Scri-
Paracletus dicitur pro pturarum sensu, dicendo quòd oportuit pati Christum, & resurgere à mortuis tertia
pter remissionem peccatorum. die, & prædicari in nomine eius Pœnitentiam & remissionem peccatorum. Quo nomine nusquam ante hac appellatus inuenitur, quia videlicet quamuis veteribus San-
Hebr. 9. ctis, & ipsis ante passionem Christi Apostolis datus fuerit, non sic vlli datus erat, vt deberet appellari Paracletus, nec enim in remissionem peccatorum fuerat datus, antequam glorificaretur Iesus. In eo quippe tota est consolatio Paracleti, quia luctum antiquum per sacrum passionis Christi abstergit, dum de Deo Patre per mortem filij sui propitio facto, noua regeneratione de filijs iræ, filios reddit gratiæ: de seruis peccati, filios iustitiæ: de filijs mortis & perditionis, filios vitæ & acquisitionis. Extunc dicimus: In conuertendo Dominus captiuitatẽ Sion, facti sumus sicut consolati, & ex tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatiõe. Principiũ igitur nobis Patrẽ ostendendi paracletis est Spiritus Sancti, in remisionẽ peccatorũ dati, ex quo summus Pontifex noster, qui hæc loquitur, per suum sanguinem ad rogandum Patrem in Sancta sanctorum introiens, æternam redemptionem inuenit. Quam eius rogatu, longè ante Propheta spirituali oculo intuens, affectuo-
Psal. 17. sa imprecatione sic ait: Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit ómnis sacrificij tui, & holocaustũ tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. Impleat Dominus omnes petitiones tuas, & cæt. vsque ad finem Psalmi. Igitur pupillis suis coram positis, sponsus iste continuò auferendus, tu-
Esa. 53. torem magnum prouidens: & ego (inquit) rogabo Patrem meum, & ille me (vt Esaias dixit) pro transgressoribus exorantem, vt non pereant, exaudiens, alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, vt perducat vos ad videndum Patrẽ facie ad faciem, vt ostendat vobis in filio patrem, & filiũ in patre manentẽ, & ipse in vobis manẽs, cõmanere faciat intra vos gloriosam & æternam patris & filij, suamque inseparabilem & vnam maiestatem. Sequitur, & dicit de eodem Paracleto veritatis spiritu. [Quem mundus non potest accipere, *Mundus, quia gaudet in præsenti, non accipit Paracletum.* quia non vidit eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.] Mundum hic appellat amatores mundi. Quare autem paracletum hunc spiritum veritatis non possunt accipere immundi amatores mundi? Videlicet, quia consolationem suam habẽt, quia non lugent, quia de peccatis suis, quorum hic paracletus remissor est, non dolent Paracletis nanque, id est, consolatio gaudentibus importuna & superuacua. Igitur amatoribus mundi huius, qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis, non datur paracletus hic, sed eis qui lugentes dicũt: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Item: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dũ
Prou. 2. dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus, & his similia. Itaque paracletum hunc mun-
Psal. 119. Psal. 41. dus non potest accipere. Quare? Quia non vidit eum nec scit eum. Quod non vidit in-
2. Cor. 4. fidelitatis est, quod nescit eum, superbiæ est. Infidelitatis nanq; est, non respicere vel nõ curare, nisi præsentia quæ videntur, & in illis intentum vel contentum esse, vt non cogitet æterna quæ non videntur. Item superbiæ est, non scire, id est, non approbare talẽ Paracletum, imò & vitam eorũ, qui consolationis eius exquirunt, æstimare insaniam,
Sap. 5. & finem illorum sine honore. Vos autem (inquit) qui mundo gaudente, inde poratis & fletis, vnde gaudet ille, vos (inquam) cognoscetis eum. Et vnde cognoscetis eũ? Quia apud vos manebit, & in vobis erit.
Ioan. 1. Duobus modis appropinquabit, quia paracletis in suam scilicet remissionem peccatorum, visibilibus operando Sacramentis, apud vos manebit, id est, nunquam Ecclesiastico Conuentui deerit, & priuatam vel propriam infundendo gratiam, in vobis erit, etsi non semper manebit, quia videlicet præter eum de quo dictum est: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, præter eum (inquã) in nullo semper manet, sed nonnunquam de sua quamlibet sancta mansione se subtrahit, iterumque oratione vel Dei laude inuitatꝰ redit. Quod cũ ex multis liquido cõstet sanctæ Scripturæ locis manifestiùs in Helizæo Propheta gestum sacra narrat historia. Qui cùm consuleretur à Rege Israel, dicen-
4. Reg. 3. te: Quare congregauit nos Dominus tres Reges, vt traderet in manu Moab, adducite mihi (inquit) psaltem, cumque caneret psaltes facta est super eum manus Domini, &c. Igitur apud vos manebit (inquit) quia sacramentorũ virtute vel effectu nunquam deerit, in vobis autem gratia quidem semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit, non tamen eiusdem gratiæ semper actu manebit. Sequitur: [Nõ relinquã vos orphanos, veniã ad vos.] O admirabilis testatio, vbi eadẽ morte Patris, qua se putant orphanos fieri, nascuntur, & hæreditatẽ capiunt filij, & eodẽ patre resurgẽte à mortuis, simul cum eo tutor Paracletus venit, testificatus de illo, quia viuit, totamq; illis in omni prætorio vel concilio defensurus hæreditatem paternæ resurrectionis: Quia de acquirendo (inquit) alio consolatore audistis, idcirco vos orphanos fore arbitrantes contristamini. Non ita erit: Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Potiùs si non abirẽ, vos orphani essetis, illa videlicet orphanitate, quam deplorans Propheta dicit: Recordare Dñe & vide quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobriũ nostrum? Pupilli facti sumus absq; patre, matres nostræ quasi viduę. Patres nostri peccauerunt & non sunt, nos autẽ iniquitates eorum portauimus. Quid enim acciderit vobis, vnde sitis orphani, nisi quia patres vestri peccauerunt, & nõ sunt, vos autẽ iniquitates eorum portastis: Quid est aliud opprobrium vestrum, nisi humani generis originale peccatum? Nempe propter illud pupilli facti estis absque Deo Patre, & hæreditas vestra versa est ad alienos, domus vestra ad extraneos, quia qui debueratis filij gratiæ Dei, & coloni esse Paradisi, nunc filij iræ, sicut & cæteri, ad alienã hæreditatem mortis, & extraneam domum tenebrarum deturbati estis. Igitur nunc vsq; orphani à Deo pro culpa veteris Adam, renascituri iam estis eidem Deo per me nouum Adam. Nõ enim relinquam vos orphanos, sed vadam, & iterum vos per mortem meã parturiam Deo, & hoc facto resurgens iterum veniam ad vos. Quando fiet hoc? Ait. [Adhuc modicum, & mundus me iam non videt: vos autẽ videtis me. Quia ego viuo, & vos viuetis.] Modicum, inquit, superest. Quantũ enim est hinc vsq; ad horam sequẽtis diei nonã, tantillum videt me mundus iste in maligno positus, & ab hora nona iam me non videt, neq; in hoc sæculo, neque in futuro, nisi die illa qua iudicabitur. Tunc enim isti impijamatores mundi videbunt: videbunt, inquam, in quẽ transfixerunt. Vos autem, qui de hoc mundo non estis, quos ego de hoc mundo elegi, item post hoc modicum videbitis me, quia ego viuo, & viuẽs vobis appareo: Viuo, inquã, & vos in æternum viuetis, propter hoc ipsum quòd viuo, mortuus pro vobis. Priùs tamen vestigia mortis meæ sequemini. Et proinde non dixi, quia eodẽ tempore quo ego viuo, & vos viuetis: sed ego nunc quidem, id est, præsenti tempore viuo, quia citò resurgo. Vos autem oẽs in nouissimo die resurgetis, mecũq; in sempiternum viuetis. [In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.] Illo, inquit, die, in nomine magnæ solennitatis, die magni & veri luminis, cuius intuitu Psalmista cantandum post captiuitatem in ædificatione domus, canticum præcinuit dicens: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Illo, inquam, die vos cognoscetis, quia ego in Patre meo, & Pater in me est, quod non modò cognoscentes dicitis: Domine ostende nobis Patrẽ, & sufficit nobis, & annunciabitis de die in diem, id est, de Patre in Filium, vel de Filio euntes in Patrem, prædicabitis hoc salutare Dei, scilicet quomodo ego patrẽ rogauerim, vt aliũ paracletũ dederit vobis. Ita iuxta ꝓpheticũ prædicti Psalmi titulum, ędificabitis domum post captiuitatem, id est, Ecclesiam nouam de Gentibus, post peccati & mortis destructionem. Et iam tunc quidem, dum ego viuo, primus vel princeps in gloria resurrectionis fulgeo, vos cognoscetis, quia ego in Patre & Pater in me est: Amplius autem dum vos viuetis, cùm vos quoq; resurrexeritis, hoc ipsum cognoscetis, quia nõ iam ex patre, nõ per speculũ in ænigmate, sed facie ad faciem videbitis. Sequitur. [Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.] Ostenso quem vsque in finem suos diligat, ipse quomodo prior mox facturus sit quod præcipit ipse, non diligendo verbo neque lingua, sed opere & veritate: Deinceps quo fine & ea nobis dilectio sit obseruanda, latiùs incipit exponere. Qui habet, inquit, mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Ac sic dicat: Idcirco suprà dixi, si dixi, si diligitis me, mandata mea seruate: quia videlicet dignitas dilectionis non in vocis superficie, sed in veritate consistit, & in opere. Igitur qui habet mandata mea & seruat ea, ille est q diligit me. Alioquin si habeat & nõ seruet, hoc signo cognoscat seipsum, qa non est de sorte diligentiũ me, sed de Gente ista peccatrice, de hypocritis istis, de quibus benè prophetauit Esaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Hic, inquã comparabitur viro, cõsideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Cõsiderauit se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autẽ habet, & seruat ea, huius anima cõparabitur filio Regis, cuius omnis gloria ab intus, quanquã & foris eadẽ gloria nõnihil refulgeat in fimbrijs aureis, quapropter & concupiscit Rex speciẽ eius. Vnde & sequitur. [Qui aũt diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum.] O quã beata dilectio, quæ non vt seruilis timor dubiam liberationẽ, sed certam gratiam, iamq; præsentem ex parte habet remunerationẽ. Seruum quippe timor pœnæ subigit, atque ad audienda Domini præcepta plagarum comminatione compellit, & idcirco nondũ meretur diligi, nondum admitti concilijs, vel secreta Domini sui nosse dignus existit.

Mirabile testamentum Christi.

Hæreditas nostra versa ad alienos.

Zach.12.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 3.

Matth. 15.

Esa. 29.

Iacob. 1.

Psal. 44.

Timor seruilis.

Amicum

Esa. 33.

Amicum autem dilectio sic dilatauit, vt cũ præceptum acceptauerit, placitum quoque non recuset cõsilij: vt verbi gratia, nõ sit cõtentus cauisse adulterium, sed etiam valeat meliori amore occupatus, licitum contemnere coniugiũ. Hic (vt ait Propheta) in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius. panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, Regem in decore suo videbunt oculi eius. Ait ergo: Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Qui (inquit) diligit me propter hoc ipsum quia diligit & cuncta etiam licita dilectioni meæ postponit, diligetur familiariùs à Patre meo, qui cõ muniter omnes prior dilexit, sicut iam alio loco dixi, quia sic dilexit Deus mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: diligetur, inquam, familiariùs, & panis Scripturarum panis vtique vitæ & intellectus dabitur illi ad manducandum, & aquæ fideles sapientię salutaris ad bibendum, sicque cibatus atque potatus, dum spaciatur per amplum contẽplationis campum, Regem in decore suo videbit interioribus oculis suis, quẽ (vt paulò antè dixi) vos non cognouistis, cùm tanto tempore vobiscum sim. Videbunt, inq; oculi eius, imò nunc videre incipient Regẽ in decore suo. Nam in futura vita perficietur hæc beata visio. [Dicit ei Iudas, non ille Iscariotis: Domine quid factũ est, quia manifestaturus es teipsum nobis, & non mundo?] Iudas iste, cognominis eius q fuit proditor, quis sit, iam alio loco dictum est, videlicet frater Iacobi minoris, qui & Thaddæus dicitur. Domine, inquit, quid factum, subauditur, si tu nondum nobis manifestatus es? Si enim teipsum nobis & non mundo manifestaturus es, ergo nec nobis adhuc manifestatus es. Nam te quomodo nos vidimus, sic vidit & mundus: vidit, inquam, te, vidit opera tua mirifica mundus, quę & nos vidimus. Quid ergo factum est, si nõ in omnibus his manifestatio tui facta est? [Respondit ei Iesus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos nõ seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me Patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens.] Respõsionem hanc ad percontationẽ prædicti Discipuli dicentis: Domine quid factum est, quia manifestaturus es teipsum nobis & nõ mundo, reddere se tandem innuens. Hæc, inquit, locutus sum vobis, apud vos manẽs. Ac si diceret: Apud vos manens præsentia corporali, non meipsum vobis adhuc manifestaui, sed tantum annunciaui, & locutus sum, & sermonem feci, quem si quis seruauerit, hoc magnum recipiet præmium, quòd ego manifestabo ei meipsum. Hoc est quod ait: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quibus dictis & idem cõfirmat, quod iam dixerat: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum, simulq; & eiusdem manifestationis meliùs exprimit modũ. Quis enim modus erit eius manifestationis? Et ad eum inquit, veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Non ergo putandum est, hoc esse manifestari Dei Filium diligentibus eum, quòd veniet cum nubibus, vt videat eum omnis oculus, quanquã & hoc sine dubio futurum sit, quo videlicet modo eum vidi bunt, & qui eum pupugerunt. Et quidẽ aduentus ille sicut fulgur parens ab oriente vsque in occidentem, sic omnibus conspicuus expectantium iustorũ erit lætitia: quia cùm apparuerit, inquit Apostolus, Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cũ illo in gloria, sed expressa est magnificentiùs hæc manifestatio, de qua nunc agitur: Quia veniemus, inquit, ad eum, & mansionẽ apud eum faciemus. Igitur intus diligentibus Dei Filium: intus, inquã, in interioribus animæ, dilectus ipse Filius cũ Patre manifestatur. Et hoc profectò magnũ dilectionis est præmiũ ꝙ Pater & Filius per Spiritũ S. Deus vnus, dilectæ animæ intrinsecus mira & ineffabilis charitatis voluptate copulatur. Sed quomodo, inquis, dictũ est hic: & mansionẽ apud eum faciemus, cũ alibi ꝓprium hoc fuerit signũ, quò Sanctus sanctorũ foret agnoscendus. I. mansio Sancti Spiritus, qui alterius naturæ non est, quã Pater & Filius, quibus de personis hic enunciatur: & ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Ergo quãdiu in hoc mortali corpore viuitur, manet quidẽ in animab. sanctis per manifestationẽ Filij, Pater & Filius nihilominùs & sanctus (sicut superiùs iam dictũ est) vtriusque Spiritus. Per infusionem aũt ꝓpriæ substantiæ, vt mansione æterna maneat, hoc in remuneratione venturi sęculi ad implendũ feliciter expectatur. Nã nunc quidẽ dilectꝰ mittit manum suã per foramẽ, & venter humanę infirmitatis intremiscit, ad tactũ illius vel tanquã sibilus aurę tenuis, raptim figẽs osculũ, fugit idẽ dilectus, in illa aũté beata vita, amicus amicæ plena & permanente voluptate copulabitur. Et gaudebit (inqt Propheta) sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Talis mãsio Patris & Filij & Spiritus S. præsertim dilectionis ædificatione præparatur. Ait ergo: Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, & Pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Ecce Euangelica voce Dñs demonstrat, cur Psalmista dixerit: Omnis consummationis vidi finẽ, latũ mandatum tuũ nimis. Quid emẽ latius hoc mandato dilectionis, quo sic mens humana dilatatur, vt intra substantiæ suæ palatiũ, maiesta

Iudas Thaddæus.

Ioan. 3.

Apoc. 1.

Colloss. 3.

Cant. 5.

3. Reg. 19.

Esa. 62.

Psal. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem capere posſit Patris,& Filij, & Spiritus ſancti? Sapiat hoc, & ſuaui guſtu videat is, qui in terris vitam cælicam ducens, & benè eruditus magiſterio diuini amoris,agere nouit in templo cordis ſui ſolennitatem deliciosæ contẽplationis. Nã qui laborant & onerati ſunt quamdiu ſua ferunt onera,refeſtionem huius dulcedinis ſapere nequeunt. Sequitur: Qui nõ diligit me,ſermones meos non ſeruat: & qui ſermones meos non ſeruat,non diligit me. Non ergo credat aliquis, quicquid ſibi animus de dilectione Dei ſinè operis atteſtatione reſponderit. Operatur etenim magna, ſi eſt, ſi verò operari renuerit, amor non eſt. Ne verò leue quis putet, quod ait Dominus: Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Ne,inquam, parua cuiquã videatur indignitas, nõ ſeruare ſermones ab eo dictos, ecce iterum dicit: Et ſermonem, quẽ audiſtis, non eſt meus,ſed eius qui miſit me Patris. Nam & hoc paulò antè dixit: Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor. Certè qui ſermonem ſuum loquitur,mendacium loquitur, & authoritate Legis iam ſæpè dicta contemnẽdus eſt, quia mendax eſt. Sermo autem,quem audiſtis impletur,& ab effectibus ſuis verax eſſe comprobatur. Ergo meus,inquit, nõ eſt, ergo à meipſo de proprio corde confectus non eſt,ſed eſt eius qui miſit me Patris,teſtantibus operibus, quæ vidiſtis, quæ viſuri,quæq; in nomine meo facturi eſtis. Proinde qui ſermones meos non ſeruat,non leue hoc eſſe putet: ſpernendo quippe ſermonem quem audiſtis, ſpernit eum cuius ſermo eſt,ſcilicet patrem qui miſit me. Hæc locutus ſum vobis apud vos manens. Quærebatis inquit,Dñe quid factum eſt, quia manifeſtaturus es teipſum nobis, & non mundo: Ecce dico vobis quid factum ſit: Manẽs apud vos myſterio regni Dei in parabolis & prouerbijs locutus ſum vobis, & quaſi paruulis ſenſu, lac vobis potum dedi, non eſcam. Nondum enim poteratis, ſed ne nũc quidem poteſtis. Hoc hactenus factum eſt. [Paracletus autem Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo,ille vos docebit omnia & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.] Igitur hactenus dicendo vos exterius, vtpote homo viſibilis,ego plantationem nouam plantaui atq; rigaui: Spiritus autem S. qui Paracletus.i. conſolator dicitur & eſt, pro cauſa quã ſuperiùs dixi,ille incrementum dabit,docendo vos omnia & ſuggerendo intrinſecus omnia quæcunque dixero vobis. Omnia,inq̃, docebit vos quæcunq; hactenus dixi,& omnia quæcunq; dixero vobis,ſuggeret vobis, & ſcribet in tabulis carnalibus cordis veſtri. Ego em̃ qui hactenus locutus ſum vobis viſibilis homo voce elemẽtari,ego,inquã,idẽ ipſe,deinceps loquar vobis interna locutione iã dicti Spiritus S. Sic enim veniet,& ſic mittetur in nomine meo,vt Paracletus ſit.i. expectatam ab omnib. Sanctis cõſolationẽ Iſrael afferat vobis & illis: vobis,inquã qui me loquentẽ audiſtis & credidiſtis: & eis qui per verbũ veſtrũ crediturí ſunt in me. Extũc incipiet illa manifeſtatio,quã promiſi dicens: Qui aũt diligit me diligetur à Patre meo,& ego diligã eum,& ad eum veniemus,& manſionem apud eum faciemus,quam neſcientes dicitis: Dñe oſtende nobis Patrẽ, & ſufficit nobis: itemq̃, Domine quid factum eſt, quia manifeſtaturus es teipſum nobis & nõ mundo. Hoc interim depoſcit neceſſarius ordo veſtræ ſalutis, vt per mortẽ meam Deo reconciliemini. Dico ergo. [Pacem meã relinquo vobis,pacẽ meam do vobis.] Pax amicitiæ fructus eſt, ſicut è contrario bellum inimicitiarum opus eſt. Quæ videlicet pax, tantò gratior & deſiderabilior venit,quantò grauiori diſpendio eius,qui minor & infirmior eſt,inimicitiæ geruntur: Verbi gratia, vbi victor victos oẽs mori addiceret, dulcius nomen vel pacis opus eſt, quã vbi victor victis reſeruatis ſolummodò tributa, quãquã difficilia,indiceret. Erant aũt inter Deũ & homines amicitię nimis graues,nec dubium erat,quin in prælio iudicij Deus omninò ſuperior foret. Nam & ſi qui erant homines fideles & iuſti, videlicet quales fuerunt Abraham, Iſaac,& Iacob, & quiq; ſimiles illis: tanta erat illorum iuſtitia cõparatione deberi,quanta eſt fortitudo Regis occurrentis cum decem millibus,ei qui cũ viginti millibus aduerſum ſe venit. Ergò quantò maiori malo generis humani prędictę inimicitiæ gerebantur,tantò magis neceſſaria pax hominibus erat. Sed quã nos legationẽ miſiſſemus ea quæ pacis sũt rogaturi, niſi vtro ſe obtuliſſet pax noſtra Chriſtus Filius Dei, qui pro eo q̃ ſolus erat innocẽs, ſolus & poterat rationes perorare noſtræ pacis? Ipſe eſt enim (inquit Apoſt.) pax noſtra, qui fecit vtraque vnum,& medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum ſuorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſum, in vnum nouũ hominem faciens pacem vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo, & veniens euangelizauit pacẽ vobis, qui longè fuiſtis, & pacẽ his qui propè. Quoniã per ipſum habemus acceſſum ambo in vno Spiritu ad patrem. Igitur interrogatus Dñs à Diſcipulo dicente: Domine quid factum eſt, quia manifeſtaturus es teipſum nobis & non mundo, cũ dixiſſet, hæc locutus ſum vobis apud vos manens, Paracletus autẽ Spiritus S. quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcũque dixero vobis, adhuc altiùs eorum quæ facta ſunt, ſummam exprimens: pacem, inquit, relinquo vobis, pacem meam do vobis. Ac ſi diceret: Hoc factum eſt quod dico, per

Dilectio ſine operatione nihil eſt.

Marc. 4. *1. Cor. 3.* *Hebr. 5.*

2. Cor. 3.

Erant inimicitia inter Deũ & homines.

Luca 14.

Christus pax noſtra. *Ephe. 2.*

Pax duplex. *Sap. 2.*

co,per me,in quo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, reconciliantur & pacificantur omnia, ſiue q̃ in terris, ſiue quę in cælis ſunt. Pacis autẽ nomen æquiuocũ eſt. Proinde q̃ dixerat,pacẽ relinquo vobis,repetens ſignanter,pacem,inquit,meã do vobis. Et adiecit. [Nõ quomodo mundus dat, ego do vobis.] Pax etenim,quã mũdus dat, paci quã dat Chriſtus, contraria eſt. Quid nanq; mundus agit in largitione ſuæ pacis? Venite,inquit,& fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter, vino & vnguento nos impleamus & non prætereat nos flos temporis, &c. Eiuſmodi pace: Nolite (inquit Chriſtus) putare, q̃ venerim pacem mittere in terram. Nõ veni pacem mittere in terrã, ſed gladiũ. Quid autẽ de pace quã dat Chriſtus Scriptura dicit? Quàm ſpecioſi ſuper montes pedes euangelizãtis pacẽ annunciantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion: Regnauit Deus tuus. In eo quippe pax Chriſti eſt, quã ipſe dat nobis, quòd principe mundi huius foras ejecto, ô Sion regnauit ipſe Deus tuus, regnumq; peccati & mortis deſtructum eſt, & ceſſauit exactor, quieuit tributũ, contriuit Dominus baculum impiorum, virgã dominantium, cædentem populos in indignatione, plaga inſanabili, ſubijcientem in furore Gentes, perſequẽtem crudeliter. Veram ergo, dum vado, inquit, pacem relinquo vobis, pacem veram meam, meã, inquam. i. per me acquiſitam, dum redeo, dum à mortuis reſurgo, do vobis, dicendo: Pax vobis. Accipite Spiritum S. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. [Non turbetur cor veſtrũ neq; formidet, audiſtis quia ego dixi, vado & venio ad vos.] Igitur, inquit, ſicut ſuprà dixi, non turbetur cor veſtrum, creditis in Deum, & in me credite: ita & nunc repetens dico: non turbetur cor veſtrum neque formidet, videlicet data ratione digna, cur nequaquam cor veſtrum turbari aut formidare debeat. Audiſtis enim (nam ego dixi vobis) vado & venio ad vos. Vado, inquã, parare vobis locũ, & ſi abiero & pparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Sed & hoc audiſtis, quia dixi vobis, pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis. Ergo & ſi neceſſariò præ infirmitate caro veſtra dum ego vado turbatur, ſaltem nõ turbetur cor veſtrũ, neque formidet, à ſpe ſua ie eſſe deceptũ quaſi fruſtra crediderit, me eſſe Chriſtum Dei Filium, ſed in ipſa trepidatione qua diſparet exterior pulchritudo confeſsionis, viuat intrinſecus radix fidelitatis. [Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, qa Pater maior me eſt.] Diligitis quidẽ me nũc interum tanquã proximũ, ſed nõdum tanq̃ Deũ. Si enim ſic diligeretis me, ſi cognouiſſetis me, ſi crederetis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt, gauderetis vtiq;, quia ad Patrẽ vado. Quanta em̃ in hoc diligentib. me gaudendi cauſa eſt? Magna planè & ineffabilis. Nam quãdiu mortalis homo ſum, Pater maior me eſt. Minuiſti enim eum (inquit Pſalmiſta) paulò minùs ab Angelis. Sequitur autem: Gloria & honore coronaſti eũ Dñe, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Itẽ in alio Pſalmo: Dixit Dñs domino meo, ſede à dexteris meis. Ac deinceps: De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. Hoc, propter id ipſum quia vado, mox futurum eſt. Videbitis enim me Dominũ & ſaluatorem veſtrum, propter paſsionẽ mortis gloria & honore coronatum. Igitur ſi dilexeritis me, videlicet credendo & cognoſcẽdo, quia ego in Patre & Pater in me eſt, (ſinè qua cogitatione, non poteſtis dignè diligere me) gauderetis vtique, tranſire me ab exilio mundi, & æternaliter ſeſſurum ad dexterã Patris, intrare in gloriã Regni mei, quia videlicet hactenùs, ex quo carnem indui, Pater maior me eſt, & ego ſecundum mortalitatem eiuſdem carnis non ſolũ Patre, ſed etiam immortalib. paulò minor ſum Angelis. [Et nunc dixi vobis, priuſquã fiat, vt cũ factum fuerit credatis.] Valet nanq; ad teſtimonium præſentium, memoria præteritorum. Idcirco nunc dixi vobis priuſquã fiat, dixi,inquã, qa vado & iterum venio, vt cũ factum fuerit, cũ ego abiero & iterum venero, vos præteritis dictis ſimul & præſentibus factis confirmati, credatis. ſ. quia ego in Patre, & Pater in me eſt: qui hæc & antequã facerem prædixi, & poſtquã prædixi, facere potuit. [Iam non multa loquar vobiscũ. Venit enim princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquã.] Notandum in primis, quòd non dixerit, iam nõ multa loquar vobis, ſed non multum loquar vobiſcum, inquit. Vobiſcum enim cùm dixit, ſubaudiendum eſt, manens præſentia corporali. Multa quippe & illis tunc locutus eſt, & nobis nunc loquitur, ſed neq; cum illis manens multa locutus eſt, neque nobiſcum corporaliter manens nunc loquitur, videlicet præſentia locali, vel conuerſatione viſibili. Vnde & poſt aliqua dicturus eſt: Pater cũ eſſem cum eis, ego ſeruabã eos quos dediſti mihi. Igitur iam nõ multa, inquit, loquar vobiſcũ, ſubauditur, corporaliter manens. Quã ob cauſam? Venit enim princeps mundi huius. Princeps mundi huius, mundi ſcilicet dãnati, qui nũc me odit, & mihi aduerſatur, videlicet Diabolus, nunc venit: qui inde princeps mundi dicitur, quia mundi amatorib. principatur. Quomodo venit hic princeps malignus, princeps vel prępoſitus mortis, & peccator antiquus, niſi quia cõtentione mortis mecũ congreditur? Sic, inquam, venit, & in me nõ habet quicquam. Non idcirco venit, non ꝓpter hoc venire permittitur, quòd ego rapuerim vel iuſtè exoluere debeam quod ille

Ioan. 17.

Cur diabolus princeps mundi dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est exacturus. [Sed vt cognoscat mundus quia ego diligo Patrem, & sicut mandatũ dedit mihi Pater, sic facio.] Idcirco illum ad mitto mortis fœneratorem, vt cognoscat mundus, quia ego diligo Patrem, & obediẽs illi per omnia pro omni mundo, sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio. Igitur q̃ venit ille princeps mundi huius, stultæ temeritatis & temerariæ stultitiæ est: quòd autem incursus eius sustinens morior, voluntarium obedientiæ pro omni mundo sacrificium est. Tenuisti, inquit Psalmista, manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Saluare enim brachium meum dexterum, id est, diuina potẽtia mea, & indignatio mea mihi auxiliari poterat, vt non morerer, quę mihi auxiliatur vt resurgam, sed mandatum Patris, vera & immensa charitas Patris, quã habet circa salutem generis humani, tenet manum dexterã meã, vt non me defendam mortemúe transiliã, & in voluntate sua deducet me, dicentem: Pater non mea voluntas, sed tua fiat: quia nõ quod infirma caro appetit, sed agendum mihi cẽseo, quod exigit consilium Diuinitatis. Itaq; veniat, qui nunc venit, princeps mundi huius, vt cùm in me nihil inuenerit, victus in certamine per vnum hominẽ iure foras eijciatur, sicut econtrà per vnum hominem quem vicit, principatum mundi huius iure sibi obtinuisse videbatur. Hoc facto cognoscet mundus suæ salutis experimento, quia ego diligo Patrem, & mandato ipsius subeo mortem, qui per nullam culpam acquisiui mihi ex Adã mortis hæreditatem. [Surgite eamus hinc.] Quoniam, inquit, ecce appropinquabit qui me tradet, & turba cum eo, cum laternis & facibus & armis, ne in angusto intra parietes cœnaculi huius nos comprehendant, vobisq; non sit libera effugiendi facultas. Nolo enim quenquam ex vobis perdere, sed volo vt sinant vos abire. Surgite eamus hinc, ne vel isti, cuius diuersorio fruiti sumus, apud quem Pascha fecimus, vllam propter nos inquietudinem patiatur. [Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Omnẽ palmitem in me non ferentẽ fructũ, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.] Ecce per similitudinẽ notæ & visibilis rei, suæ passionis demonstrat vtilitatẽ, vt iam ex hoc mũdus cognoscere incipiat, cur mandatũ dederit illi Pater, cur ad eũ principẽ mundi huius venire permittat, in quo princeps ille non habeat quicquã, id est, cur illũ ad crucifigendum, vel occidendum tradat Pater, qui nullam habeat mortalitatis causam: Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Nõne, inquit, vitis, cũ sit nigrum, & hispidum aridiq; corticis lignum, vt palmites suos latiùs extẽdat, & suauẽ in tempore suo botrũ proferat, vino cor hominis lætificatura: nõne, inq̃. propter hoc agricolæ studio plantatur in terra, priùs hyemis horrorẽ imbriumq; passura molestias? Et ego vtique vitis vera sum, vera, inquã, vitis. [ad distinctionẽ vitis alienæ. i. gentis huius Sodomiticæ, de qua Moyses in cantico suo: De vinea, inquit, Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorræ: Vua eorum, vua fellis, & botrus amarissimi. Fel draconum vinum eorũ, & venenum aspidum insanabile. Igitur me vitẽ adeò verã, vt is qui venit princeps mundi huius (sicut paulò ante dixi) non habeat in me quicquã. Idcirco Pater meus agricola cęlestis, in hoc mundo plantare, & farculo passionis colere dignũ duxit, vt palmites meos quorum primi vos estis, latiùs extendã, & post horridam, quæ nunc instat tribulationis & mortis hyemẽ, suauẽ botrum, id est, gratiam resurrectionis proferã, quo per Fidem prægustato, sponsa dicat in Canticis: Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Quomodo aũt nonnunquã vitis eodem ex stipite, tam steriles quàm & fructuosos palmites emittit, sed interim agricola sterilem amputat, omnemq; fructiferum purgat, sic eadem ex Fide vel cõfessione nominis mei, tam reprobis compluribus, quã electis pullulantibus Pater meus, huius vitis agricola, facturus est. Nam omnẽ palmitem in me non ferentẽ fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit, vt fructum plus afferat. Ecce Iudam filium perditionis palmitem inutilem, imò & damnosum vermem radici huius vitis imminentem, videtis qualiter amputauit, traditũ Sathanæ, continuò deportetur in ignem gehennæ. Vos palmites residuos, qui hactenus fructum fertis aliquantulum, Euangelizantes & curantes vbique, veruntamen in vna tantùm Iudæorum gente: vos, inquam, qui fructum plus afferatis, ecce purgat agricola participatione passionis, & mortis meæ, vt compluti sanguine meo suauem excipiatis austrum, id est, Spiritum sanctum, quẽ dat vobis in remissionem peccatorum. Hoc est quod sequitur. [Iam vos mundi estis, propter sermonẽ quẽ locutus sum vobis.] Sermo quippe, quem nunc erat locutus, sermo passionis & resurrectionis eius est, videlicet dum diceret: Vado parare vobis locum & si abiero & parauero vobis locum, iterũ veniо, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis, & cæt. Itemque nunc nouissimè dixerat: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: quia videlicet pax vel reconciliatio, qua Deo sumus reconciliati, peccatorum remissio est. Hic autem sermo admixtus Fidei mundat vos æquè, vt illos ab omnibus peccatis, quia profectò sermonis Fides præcedens effectiua causa est, vt sanguis Filij Dei lauet nos à peccatis nostris. Vnde Psalmista & ipse lauandus in sanguine Christi: Asperges me (inquit) hyssopo

Psal. 72.

Matth. 26.

Ioan. 15.

Luc. 9.

Cant. 1.

Psal. 50.

CAP. XV.

hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Per hyssopum quippe, quo palmitibus tumor deponitur, Fides intelligitur sermonis huius, qua corda purificantur, quo cum primo asperseris me (inquit) tunc demum lauabis me, & super niuem dealbabor. Igitur propter sermonem (inquit) quem locutus sum vobis, iam vos mundi estis, quia videlicet propter sermonem mortis quam prænunciaui vobis, qua transeo ex hoc mundo ad Patrem & iam in mũdo nõ sum, iam vos mũdi estis [Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi mãserit in vite, sic vos, nisi in me manseritis.] O quàm terribilem cunctis præsumptoribus humanæ potestatis inopiam, quàm veram corporis Ecclesiæ caput eius Christus Dominus, commendat & defendit vnitatem: Manete (inquit) in me, & ego in vobis. Quid enim? Videntur sibi nimij assertores liberi arbitrij, non indigere auxilian tis & miserantis gratiæ Dei, tanquam volentes & currentes, sua velocitate vitæ sempiternæ fructum comprehendere possint. Sed dicit: Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Ergo præsumptores, & superbi palmites mali, horrida manu agricolæ iure tollendi estis: nisi omnem pulchritudinem omnemque fructuum venustatẽ non ex vobis, sed ex vitis intima radice, ꝓcedere cõfessi fueritis. Item que & vos ô schismatici, ab Ecclesiæ corpore vos procedentes, & proprijs adinuentionum vestrarum sarculis præcisi, nolite putare, quòd vitalem fructum ferre possitis. Quis enim vitis & palmitũ eius nesciat vnitatem? Quamdiu palmites in vite manent, tamdiu ascendentem per venas intimas genuinum radicis eius humorem bibunt, & viuunt, florentq̃ue, & flores fructum parturiunt. At verò si de vite palmes excisus fuerit, iam boni succi eius particeps esse non potest, ideoq; speciem quidem palmitis habet, sed nec viuit, nec vsum habet alium, nisi vt in ignẽ mittatur & ardeat. Hęc ergo ipsius Domini & Discipulorum eius idonea similitudo data est. Quamdiu enim per vnitatẽ Fidei magistro concordant veritatis, mandatum dilectionis seruantes, idipsum sentiendo omnes in Christo manent, & singuli de spiritu eius viuentes, internæ veritatis gratiam habent, viuitq; in salutem cõmunicantium illis, quocunq; celebrãt Sacramentũ in Ecclesia Christi. Christus nanque in eis loquitur, & quicquid ab eis fit, à Deo factũ, & spiritu eius confirmatũ esse recte creditur At verò vbi dissentientes, secq; per Hęreses & schismata ab vnitate Fidei diuidentes, à Christo præcidunt, mortuũ est eorum omne verbũ, & Sacramentũ, & quicquid agere videntur infectũ, quicquid sacrificare putant, pollutum est. De qualibus Apostolus dicit: Habentes quidẽ speciẽ pietatis, virtutẽ aũt eius abnegantes. Verbi gratia, baptismum aquæ visibiliter cõferre possunt, sed eũ in quo tota consistit, virtus baptismi, Spiritũ S. conferre nequeunt. Eis tamen, q̃ ab illis baptizantur, si reuertantur ad Ecclesiam Catholicã, non repetitur lauacrum carnis, si tantũ baptizati sint in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. ꝓ multi Hæretici & Hęresiarchæ fecerunt, & alio nihil ominùs erroris ferramẽto, præcisi sunt. Nõ inq̃, eis repetitur baptismus aquæ visibilis, sed tantũ per Catholicę Fidei ꝓfessionẽ, per quę sãctę Ecclesię recõciliationẽ, verę viti, id est, Christo inserũtur, & ita sanctũ accipiẽtes dilectionis spiritum virescunt, & fructũ salutarẽ facere possunt. Igitur à vite & manẽtibus palmitib. sumpta similitudine, sui Discipulorumq; secũ manentium in vno dilectionis spiritu: Manete, inquit, in me, & ego in vobis, videlicet sicut palmites manent in vite, vt maneat pinguedo vitis in palmitib. Nõ em̃ quia genuinus humor vitis in palmites se defudit, idcirco palmites in vite manẽt, sed qa palmites manent in vite, idcirco vitis illis participes efficiat pinguedinis suę. Ita nimirũ non quia spiritus dilectionis de vera vite Christo in cunctos palmites suos diffunditur, & vniuersã Ecclesiã toto orbe plantatã gratię sempiternę fructuosis onustat charismatib. nõ, inquam, idcirco singuli palmites in eadẽ vite manem⁹, alioquin nũquã aliquis pręcideretur, quia nunquã deest huic viti pinguedo, Sancti Spiritus, sed quia singuli ꝑ vni⁹ verę & catholicę fidei cõfessiõnẽ in Christo manem⁹, idcirco spiritus eius oẽs participes sumus, & viuit omne Sacramentũ, quodcũq; nos, imò ipse per nostrum ministeriũ operatur. Rectè ergo nõ ait, manea ego in vobis, & vos in me: sed priùs manete, inquit, in me, deinde & ego in vobis, & vt pleniùs notũ faciat, q̃ verè necessarium sit nobis manere in illo, vt maneat ipse in nobis: sicut palmes, inquit, nõ potest ferre fructũ à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me mãseritis. Eantigitur, & fructũ ferre gestiãt plantaria mortis & furculi æternis ignib. deputati, Cherintus videlicet & Arrius, cęteriq; ficti, quos Spiritus disciplinæ sanctus effugit. Nã quicquid apud eos agitur, quodcunque quasi sacrum vel sacramentum celebratur, tam vero verbo, vitę & spiritu veritatis caret, quàm verè palmes, nisi mãserit in vite, fructũ ferre non potest, quã verè man⁹ abscissa à corpore viuere vel operari nõ valet. Sequitur. [Ego sum vitis, vos autem palmites.] Idcirco repetiuit, ꝙ iam ante dixerat: Ego sum vitis, vt manifestiùs exprimeret, quod nõdũ fecerat, quos vellet intelligi palmites. Nã suprà dixit: Ego sum vitis, Pater meus agricola est, nũc autẽ, Ego sum, inqt, vitis, vos palmites. Et adiecit

Contra Pelagianos.

1. Tim. 3.

Sap. 1.

1. Cor. 12.

Matth. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.] Propterea dixi,inquit, manete in me, & ego in vobis, quia qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Ideir co,inquam,dixi: manete in me,quia sinè me nihil potestis facere. Parum est autem,eum palmitem qui non manet in vite, nihil posse facere. Sed quid? [Si quis in me non manserit,mittetur foras, sicut palmes,& arescet, & colligent eum, & in ignem mittent,& ardet.] Nō solū nihil facit palmes excisus, sed & de illo nihil fit. Verbi gratia,non vasculū aut paxillus, vel cuiuslibet artis, aut operis instrumentum,nec omninò quicquam est, propter quod illum sumere libeat artificem lignarium. Vnde ad Prophetam Ezechielem Dominus dicit: Fili hominis, quid fiet ligno vitis, ex omnib. lignis nemorum,quę sunt inter ligna syluarum? Nunquid tolletur de ea lignū vt fiat opus,aut fabricabitur de ea paxillꝰ, vt depēdeat in eo oēcunq; vas? *Ezech. 15.*

Locus Pauli de hæreticis lapsis, malè intellectus à Nouato.

Ecce igni datum est in escam. Huic sententiæ Propheticæ consentit Apostolus, nō vt existimauit Nouatus, Pœnitentiæ remediū lapsis denegans, sed difficultatem renouationis eorum, qui alta sapientes,de hac vite præcisi,& Hæresiarchæ facti sunt,terribiliter pronūcians: Impossibile est enim(inqt) eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cęleste,& participes facti sunt Spiritus S. gustauerunt etiam nihilominùs bonum Dei verbum,virtutesq; seculi venturi,& prolapsi sunt,renouari rursus ad pœnitentiam,rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei,& ostentui habentes. Quā enim hic aliam desperationem pœnitentiæ docet Apostolus, nisi ipsam,de qua ad Titum scribens: Hæreticum(inquit)hominem post vnam & secundam cōmonitionem deuita, sciens,quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit,cùm sit proprio iudicio condēnatus. Igitur de illo, qui se ab vnitate veræ vitis,id est, Christi præcidit, Hæreticus vel Hæresiarches factus, vno ore'pariliq; sensu consonāt Christus, Propheta, & Apostolus. Christus enim: si quis in me non manserit, inquit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. Et colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Propheta autem: Nunquid(ait) tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus? Ecce igni datū est in escam. Denique de illo qui nunquā vitis,id est,Christianæ Fidei professus est speciem siue decorē, idem quod de agresti ligno sperari potest. f. quòd aliquod vas fieri,aut paxillus posit fabricari vtilis domui Dei. De illo verò, qui insertus eidē veræ viti bonum radicis eius succū gustauit, & particeps (sicut iam dictus Apost. ait) factus est Spiritus S. gustando bonum Dei verbū, virtutesq; seculi venturi, de illo (inquā) cùm præcisus vel prolapsus est. Hoc solùm restare putandum est, vt colligatur, & in ignem mittatur, & ardeat, quia videlicet iuxta alium Euangelij locum, tale eius peccatum est, quod nō remittatur, neq; in hoc seculo, neque in futuro. Hæc de palmite illo, qui præcisus & prio iudicio condēnatus est, dicta sint. Quid econtrà, de illo vel de illis palmitibus qui in vite manēt? Ait: [Si manseritis in me,& verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis,& fiet vobis.] Paulò antè dixi: Manete in me,& ego in vobis, nunc parua literæ commutatione: Non enim ait, si manseritis in me,& ego in vobis, sed si manseritis in me,& verba mea in vobis manserint, ita dicendo aperuit, quomodo in suis maneat ipse Discipulis. Nam cùm Christus verbū Dei,& caro nostra sit, si verba. i. Fides verbi incarnati, in nobis manserint, profectò ipse Christus manet in nobis, sicut Apostolus testatur habitare Christum per Fidem in cordib. nostris: Ergo quod dixerat: Manete in me,& ego in vobis, hoc repetiuit, dicendo: Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, vt huius vnitatis, mutuæque in inuicem mānionis præmium subnecteret, dicendo: quodcunque volueritis, petetis,& fiet vobis.

Tit. 3. *Ezech. 15.* *Hebr. 6.* *Ephe. 1.*

Quā promissione quod scrupulum vobis moueat, recogitantibus vel scientibus multa petere fideles Christi, quæ tamen non fiāt eis, memoriter tenendum est eum dixisse: Ego sum vitis, vos palmites,& idcirco secundum * multitudinem vitis & palmitum eius, hoc vt cætera quæ iam dixit esse accipiendum. Quid enim? Nunquid vitis palmitibus suis aliquid suum denegat vel subtrahit? Nōne omnem gratiam sui viroris, omnem virtutē suæ radicis in eos trās fundit,& per singulos dispartit, totūq; ex illis fructū suum dependere facit? Quæ autē gratia, quę virtus est in radice vitis huius. f. Christi Filij Dei, nisi omnis plenitudo septiformis Spiritus sancti? Ergo sicut palmites à vite nihil aliud, nisi quod habet vitis in se, expectare vel accipere potest, sic isti palmites rationales, à vera vite, quæ Christus est, nihil nisi quod habet ipsa vitis, vel petere debēt, vel accipere potest. Igitur si manseritis (inqt) in me,& verba mea in vobis māserint, quodcunq; volueritis, petetis,& fiet vobis. i. non in auro & argēto, sed in omni verbo,& in omni sciētia diuites eritis,& nō cōcupiscētias carnis, sed omne donū Spiritus S. quia omne datū perfectum, q̄ desursum est, descēdēs à Patre luminū, petentes, ex me accipietis. f. diuini timoris gemmulas, pietatis pampinos sciētiæ flores, fortitudinis botros, maturas cōsilij vuas, intellectus torcularia, sapiētiæ apothecas. Taliū quicquid petieritis, quia ad me verā vitem pertinent, quia gratiæ & veritatis diuitię sunt, fiet vobis, ita vt fructus gratiarum omniū, tanquā botros de magnis palmitib. depēdentes, totus meretur orbis.

** similitudinem.*

Luc. 3.

Quicquid

Quicquid his septē Sancti Spiritus donis abundantius est, fructuosum non est. & ad vinum salutis non pertinet, sed à natura vitis alienū est, & idcirco manentibus in vite palmitib. cupiendum aut petendum non est, neque illis fieri debet. Vnde aūt tam prona indulgentia, vt quodcunq; volueritis, petatis, ó palmites boni, & fiat vobis? Sequitur. [In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei Discipuli.] Inde(inquit)tāta Patris largitas, ad faciendum vobis quodcunq; petieritis, quia videlicet hoc ad laudem & gloriam nominis eius proficit, si vos tanquā palmites boni fructum plurimum afferatis.

Psal. 105.

Et ad hoc ipsum efficiamini mei Discipuli. f. imitando me Dominum,& magistrum vestrum, qui cū innocens sim, ita vt nihil in me habeat princeps huius mundi, (vt suprà dixi) tamen morior sicut Pater mandatum dedit mihi, vt quia vera sum vitis, moriendo fructificem mundo vinum optimū, quo in æternum lætificetur cor hominis. Hoc (inquam) ad gloriam & laudē Patris proficit, vt & vos eodē modo fructum plurimū afferatis. Est autem ipse voluntarius & exaudibilis in omni re, quæcunq; petitur ad gloriam nominis sui. Quomodo ergo non facit vobis quodcunq; petieritis, hoc intendentibus, vt ad clarificādum eum fructum plurimum afferatis. Planè faciet ita affatim, vt nullum gratiæ vobis desit instrumētum, ad fructificandam salutem mundi, ad dilatandam gloriam Dei, ad testificandam gratiam, & veritatem Filij Dei. Vnde hoc? [Ait: Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos.] Ac si dicat: sicut per multam dilectio nem Pater me misit, meq; verā vitē in hoc mundo plantauit, sic & ego per eandem dilectionem mitto, & expando per mundum vos palmites meos, vt fructum plurimum afferatis. Cuius nanq; dilectionis est, quod Pater Filio mandatum dedit, venire ad agones pasionis, eandemq; obedientem vsque ad mortem, mortem aūt crucis, exaltauit & donauit illi nomen, q̄ est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestriū & infernorū, eiusdem dilectionis est, q̄ idē Filius Discipulos suos in mundū vniuersum prædicare mittit Euangeliū omni creaturę. Vñ sint ante Reges & prę sides trahēdi, & morte afficiendi, vt eiusdē spūs dulcedine, quo plena est vitis, cōsortes quoq; palmites viuificati, fructū faciant æternę salutis. Ergo sicut dilexit me Pater (inqt) & ego dilexi vos. [Manetē in dilectione mea.] Manete. i. perseuerate. f. diligendo inuicē, habendo vnū spiritum, & vnā fidē quę operatur per dilectionē. Dixi enim vobis, quia pater meus agricola, omnē palmitem nō ferentē fructū, tollet eū. Ne ergo tollat vos hic agricola, ferēdo fructū. i. diligendo inuicē, manete in dilectione mea, cō

Roma. 8. *Philip. 2.* *Matth. vl.* *Marc. vlt.* *Luc. 23.* *Galat. 5.*

tēdite nō excidi à me vite vera. Quid enim? [Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectiōe mea, sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectiōe.] Præcepta mea q̄ licet multa sūt, in hoc verbo instaurātur: Diliges proximū tuum sicut teipsum, præcepta (inquā) mea si seruaueritis, manebitis in dilectiōe mea. Fortè dicat quis: Cū ipsa dilectio p̄ceptū sit, quō nunc dictum est: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea? Diuisionē nāq; omnis iustitię fecisse videtur, vt totius pars, altera dilectio Dei, altera pars præcepta sint. Ad hæc inquā: Reuera iustitia quiddā totum est, partes aūt eius duæ sunt, altera videlicet dilectio Dei, altera dilectio ꝓximi. In his duobus mandatis ita vniuersa Lex pendet & ꝓphetæ, vt vita actiua tota in dilectione proximi, vita contēplatiua in dilectione pēdeat Dei. Dilectio nanq; Dei contēplationi magis inhęret, dilectio ꝓximi exterioris vitę actib⁹ incumbit. Deus enim Moysi in mōte duas Tabulas dedit, in quib. duabus Tabulis lapideis cōscripta erāt X. præcepta Legis, tria in vna Tabula, ad Deū pertinentia, sic: nō habere deos alienos, non facere idolum, neq; vllā similitudinē non sumere nomen Dñi in vanū: septē verò in altera Tabula, ꝓtinentia ad proximū, quorum primum est: Honora patrē tuum & matrem tuā, secundum: non occides, tertiū: non mœchaberis, quartū: nō furtum facies, quintū: nō falsum testimonium dices, saxtum: nō concupisces vxorē proximi, septimū: nō concupisces rē proximi tui. Ita ad primū præceptū (q̄ est dilectio Dei) tria pertinent, quę & Dñs in Euangelio sic expressit, dicendo: Diliges Dñm Deum tuū, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: ad alterū verò præceptū. i. ad dilectionē proximi, septem respiciūt perdocentia, quō viuatur inter homines. Igitur si præcepta mea seruaueritis, inquit i. quę ad dilectionē proximi pertinent, vitāq; actiuā perficiant, & ita dilexeritis inuicē, manebitis in dilectione mea. f. in dilectione Dei, q̄ vitā contēplatiuā perficit, ad quā sic nō peruenitur, nisi per actiuā vitā, sicut ad dilectionē Dei nō ascenditur, nisi per dilectionē proximi. Itaq; si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Operepretiū est, vt in cæteris, ita & in hoc dicto iustissimā perpēdere authoritatē docentis. quia statim subiūxit: Sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Dignū quippe & æquū est, vt cuius magistri opera iure laudantur, eiusdem dicta quoq; suscipiantur: sicut ē cōtrario, cuius vita despicitur, restat vt eius etiam prædicatio cōtēnatur. Quā verò laudabiliter præcepta Patris præceptor iste primus seruauerit, iam dum totus orbis canit, cū Apostolo dicēte: Humiliauit semetipsū, factꝰ pro nobis obediēs vsq; ad mortē, mortem autem crucis.

Matth. 22. *Vita actiua & contemplatiua in dilectione.* *Ezech. 34.* *Exod. 20.* *Matth. 22.* *Philip. 2.* *Ioan. 2.*

De qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

De qua obedientia ſua, paulò ſuperiùs, cùm dixiſſet ipſe: Venit enim princeps huius mú di, & in me non habet quicquam, ſtatim ſubiungens: Sed vt cognoſcat (inquit) mundus quia ego diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. Igitur æquũ eſt, & hunc magiſtrum decet, vt præcipiat, quia videlicet dignitas vel authoritas præceptionis in aperto eſt, dum facit ipſe prior quod iubeat. Dicat itaq; Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Notandú verò, quòd cũ dicat, ſicut, non æqualitas dilectionis vel obedientiæ præcipitur, q̃ aſſequi cunctis impossibile eſt hominib, ſed ſimilitudo quantulacunq; vel imitatio requiritur. Quo em in obſeruatione præceptorũ Patris, illis poteſt æquari, q̃ peccatum nó fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius? Quo imitator emetiri valeat quantitatẽ dilectionis eius, cui dicitur in Pſal. Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ, ꝓpterea vnxit te Deus oleo lætitiæ prę cõſortibus tuis: Sic nẽpe dictũ eſt prę cõſortibus tuis, vt intelligas nullũ, obedientiã vel dilectionẽ Filij Dei aſſequi poſſe æqualiter, q̃ ſingulariter & Patrem dilexit atq; dilectus eſt, & nos proximos ſuos prior dilexit, imò pro magna dilectione proximus nobis factus eſt Sequitur: [Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meũ in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur.] Vobis (inquit) de abſceſſu meo non gaudentibus, ſed lugẽtibus, & flentib. hæc locutus ſum, dicens: Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia ad Patrẽ vado, quia Pater maior me eſt, & cæt. vt quẽadmodum dulcedo vitis in palmitibus eſt, ita & gaudium meũ in vobis ſit. Quod enim gaudium in præſenti tribulatione, & triſtitia animæ veſtræ, in hoc agonis mei ſanguineo ſudore: quod, inquã, gaudiũ meũ niſi Spiritus S. Per Spiritum nanq; ſanctum meipſum offerã hoſtiam immaculatã Deo Patri, vt ſanguis meus emundet vos ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti. Et in hac oblatione inenarrabiliter gaudeo, vt meritò de hoc gaudio meo dictũ ſit: Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis eius, & in die lætitiæ cordis eius. Vt ergo hoc gaudiũ meum in vobis ſit, vt mihi & congaudendo compati, vt compatiendo congaudere ſciatis. Idcirco hæc locutus ſum vobis, tanquã vitis ſucci mei lætitiam geſtiens effundere palmitibus meis, & vt gaudium veſtrũ non fruſtra deceptum ſit, ſed impleatur in ãpothecis æternæ iocunditatis, riſum mundi huius deputabitis errorẽ, & gaudio eius diceris quid fruſtra deciperis? Vos autẽ ſine errore videbitis, & gaudium veſtrum nó decipietur, neq; enim tolletur à vobis. Sed quæ nã ſunt præcepta, de quib. dixi vobis: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea? Ecce dico vobis: [Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.] In Canticis canticorum ſponſa dicit: Introduxit me Rex in cellã vinariam ordinauit in me charitatem. Quando putas Rex iſte ſponſam ſuam in cellam vinariam, introduxit, niſi quando moriendo torcular calcans, Scripturas impleuit, & reſurgendo vt eiuſdem Scripturas intelligeret, ſenſum eius aperuit? Ecce idem cùm dixiſſet: Ego ſum vitis, & Pater meus agricola eſt. Itemque: Ego ſum vitis, vos palmites, miro modo vinum ſuum bibere volentibus, charitatem ordinauit. Sunt nanque duo prę cepta charitatis, videlicet amor dei, & amor proximi. Sed vt ſuperiùs iam dictum eſt, ad amorem Dei nó peruenitur, niſi per amorem proximi. Dixit ergo paulò ſuprà: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Et quaſi quæreres quæ ſunt illa præcepta, quorum obſeruatio nos efficit manentes in ſua, vel Pâtris dilectione, ecce ſubſecutus ait: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Dilectio nanque in inuicem, amor proximi eſt, per quem peruenitur ad amorem Dei, & talis eſt ordo charitatis, vt diligere non poſsis Deum, niſi diligas proximum. Qui enim non diligit fratrem ſuũ quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Ergo præceptum meum (inquit, de quo dicebam vobis: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, præceptum (inquam) meum, hoc eſt, vt diligatis inuicem. Quare autẽ illic pluraliter præcepta mea, hic verò ſingulariter, hoc eſt, inquit, præceptum meum. Videlicet, quia omne mandatum de ſola dilectione eſt, & omnia vnum præceptum ſunt. Multa per diuerſitatem operis, vnum in radice dilectionis. Nam non adulterabis, non furtum facies, non occides, non falſum teſtimonium dices: Et ſi quod eſt aliud mãdatum (inquit Apoſtolus) in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Igitur ſapiens & benè diſertus præceptor, ſuaui & ritè diſpoſito ordine docendi, poſtquam ita propoſuit: Si præcepta mea ſeruaueritis, &c. nunc addit quod iure aſſumas, & dicit: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Quod de inceps rationabiliter ediſſerit, tandemque more concludentis illaturus eſt, dicens: Hoc mando vobis, vt diligatis inuicem.

Primùm, dilectionem ipſam, quam prę cipit, breuiter & copioſè, vt oportet, ipſe definit, dicendo: ſicut dilexi vos. Nomen quippe dilectionis æquiuocum eſt. Eſt enim quædam dilectio, qua proximos diligimus

Caudiũ ve ſtrũ in tribulatione, & in lætitia ſpiritus ſ.

Cant. 3.

Eccl. 2.

1. Petr. 2.

Pſal. 44.

1. Ioan. 4.

Cant. 3.

Eſa. 56.

Omnia præcepta vnũ præceptum ſunt dilectionis.

Rom. 13.

1. Ioan. 3.

mus inuicem, ſcilicet per affectionem cognationis & carnis. Quæ profectò dilectio, quãuis in illa, ſancta nobis eloquia non contradicant, multum tamẽ ab hac dilectione differt, quia videlicet aliud eſt, quod ſpontè impenditur naturæ, aliud quod præceptis dominicis debetur obedientiæ. Modũ ergo definiens Deo placitæ, & meritò coronandæ dilectionis, adiecit ſtatim: ſicut dilexi vos, & quaſi digito protinus ſuam oſtendẽs dilectionem, de qua dixerat: ſicut dilexi vos, ait cõtinuò: Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Ergo palàm faciebat, quomodo vel quantum diligeret nos, tanquam ſi apertiùs dixiſſet: Vſque ad mortem diligite inuicẽ, quia ego vſq; ad mortẽ dilexi vos. O ſi delem ſermonem, in omni acceptione dignum, quem verè multi Reges & Prophetę vel iuſti voluerunt audire, & non audierũt. Quid enim ſcriptum eſt in Malachia? Dilexi vos dicit Dominus. Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? Et poſui Seyr montem eius in ſolitudinem, & hęreditates eius in dracones deſerti. Ecce hic in Euangelio ſuo, dilexi vos (inquit idem Dominus) Et tanquam iterum diceretur ei: In quo dilexiſti nos? nónne (inquit) ego pro vobis pono animam meã? Hoc enim æquipolléter aſſeruit, imò & magnificentiùs atque affectuoſiùs expreſsit, dicendo: Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Igitur hoc magnũ & memorabile eſt, cunctiſq; inauditum ſeculis, quod magnitudo dilectionis Filij Dei circa nos extenta, vſque ad mortem pertingit, maximè quia cũ eſſet immortalis, illam in qua mori poſſet naturam, propter nos aſſumpſit. Veruntamen nec illud prætereundum eſt, quòd cùm dicere potuiſſet pro inimicis ſuis, dicere maluit, pro amicis ſuis, videlicet vt ſuauitate locutionis, dulcedinem in auditoribus ſenſim infunderet eiuſdem, quam illis mandabat dilectionis. Verè enim dicere poterat pro inimicis ſuis teſtante Apoſtolo, qui ait: Commendat autem ſuam charitatem Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò magis igitur nunc iuſtificati in ſanguine eius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius, multò magis reconciliati nunc ſalui erimus in vita ipſius. Ergo non quia iã erant amici, ſed quia nunc eo patiente fiebant amici, dixit pro amicis ſuis. Nam quaſi objceretur, cur eos dixiſſet amicos, qui cũ homines eſſent, erant vtique filij iræ, ſicut & cæteri propter Adã, & reconciliatione indigebant, ſtatim intulit: [Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis.] Si, inquit, vos (ſicut ſuprà dixi) tanquam palmites in vite, ita in me manſeritis, & ego in vobis, & ita feceritis quæ præcipio vobis, iam vos ex hoc amici mei eſtis, iam Deo reconciliati eſtis, iam Dei Filij eſtis, & omnem ſeruilem conditionem exuperaſtis. Amplius autem ad hunc ſenſum valet quod ſequitur. [Iam non dico vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.] Igitur cùm propter manſuetudinem dicit: Maiorem hac dilectionem habet, vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis: poterat propter veritatem & iuſtitiam dicere: pro inimicis ſuis: Non equidem nos amici eramus: Idcirco ille animam ſuam pro nobis poſuit, ſed quia pro nobis ille animam ſuam poſuit, idcirco nos facti amici Dei, id eſt, Deo ſumus reconciliati. Proinde cùm dixiſſet: Vos amici mei eſtis, ne neſcirent homines, quòd gratia, non meritis facti ſint amici, ait: Iam non dico vos ſeruos. Quare? Quia ſeruus neſcit (inquit) quid faciat Dominus eius. Notandum quia non dixerit: Quia ſerui mei neſciunt quid faciam ego, ſed ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius. Non enim parua diſtantia eſt, cùm relatiuè dicitur ſeruus Domini, & cùm abſolutè, vel abſque relatione dicitur, ſeruus in Scripturis. Magnum quippe tibi eſt, vocari ſeruum meum, ait Dominus idem cùm diceret: Seruus non manet in domo in æternum, non vtique dicit ſeruus meus. Ergo cùm dicit: Iam non dico vos ſeruos, profectò idem eſt, ac ſi dixiſſet, iam non dico vos inimicos, quod maximè ex oppoſito comprobatur. Sequitur enim: Vos autem dixi amicos. Igitur cùm & ſuperiùs dixerit: Amen amen dico vobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo, profectò quod nunc ait: Quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius, de illo ſeruo ſuo, qui non manet in domo in æternum, id eſt, de ſeruo peccati, qui non poteſt eſſe refuga Dei, planè iſte ſeruus neſcit quid faciat dominus eius, cuius ipſe, velit, nolit, domino permanet ſubiugatus. Vos autem ſcitis, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Quid eſt, quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis? Nunquid cũ homines ſitis, quãuis amici, omnia ſcire poteſtis, quæcunque ſcio ego vnigenitus Filius Dei? Non vtique hoc putandum eſt. Nec enim dico, omnia quæcunque ſciui, ſed quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Hæc ego à ſapientibus & prudentibus abſcondi, & reuelaui vobis, quia paruuli eſtis. Illis nanque excæcatis & induratis (ſicut prædixit Eſa.) ne videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos, vobis ego aperio ſenſum, vt intelligatis Scripturas, non tumq; ſit vobis, quòd ego audierim à Patre meo mandatum ſic faciẽdi, ſcilicet q̃ ille poſuerit

Maxima dilectio Chriſti erga nos.

1. Tim. 1.

Lucæ 10.

Mala. 1.

De ſeruo duplex mò dus loquendi in ſcripturis.

Eſa. 49.

Ioan. 8.

Ioan. 13.

Chriſtus q̃ inimicus animam poſuit, vt eos amicos deo faceret.

Rom. 5.

Ephe. 2.

Matth. 11.

Iudæi ſeruis Apoſtoli amici.

fuerit in me iniquitates omnium veſtrũ, vt languores veſtros ferrem, & peccata veſtra portarem, & ego audiens, id eſt, obediens illi factus ſim propter vos vſque ad mortem, mortem autem crucis. Rectè igitur iam non dico vos ſeruos, quia cognouiſtis veritatem, & veritas liberabit vos. Proinde & hoc vobis dico: [Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.] Non (inquit) idcirco vos dixi amicos, quòd vos me elegeritis, ſicut Reges Gentium, & qui poteſtatem habent ſuper eos, à ſuis eliguntur amicis, quibus perinde debitores ſunt, quia cupitum non niſi per ipſos poterant obtinere imperium. Ego autem prior elegi vos, & in hoc eſt dilectio, non quaſi vos dilexeritis me, ſed quia ego prior dilexi & elegi vos. Quomodo non palmites vitem conſtituunt, ſed vitis palmites emittit, & illud in eos diffundit, vnde fructum faciant: ſic vos non me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis & fructũ afferatis, & fructus veſter maneat. Hoc ſanè, cp nunc demum adiecit, & fructus veſter maneat, ſupradictam vitis & palmitis eius ſimilitudinem longè exuperat. Fructus enim vitis & palmitum inſenſibilium non manet, ſed citò tranſit, nec ob aliud in apothecãreconditur, niſi vt veteraſcat, & cum ſuauitate bibendo, breui, licet commodiore, vſu mortalium tranſeat: Fructus autem vitis huius, & palmitum rationalium, profectò manet glorioſus in vitam æternam. Vnde gratulabundus quidam palmes, magnus & opulentus ſcilicet, Paulus Apoſtolus ait manſuris fructibus ſuis: Quia gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ergóne parum eſſet quod ait: & fructũ afferatis, rectè adhuc addens: & fructus veſter maneat, inquit: Amplius autem: [Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo det vobis.] Summus hic amicitiæ vſus eſt vobis amicis, quos iam non dico ſeruos, ſed amicos meos: ſummus (inquam) hic fructus vel vſus eſt, vt quodcunque petieritis vos mei palmites, nunc interim dum extendimini pro torcularibus & maturis fructibus, torquemini plorantes & gementes, poſtulante pro vobis ſpiritu gemitibus inenarrabilib. id eſt, faciẽte vos inenarrabiliter gemere in orationibus: quodcunque (inquam) petieritis Patrem in nomine meo, det vobis abundantiùs, quàm petitis, aut intelligitis, ſcilicet, quod oculus non vidit, & auris non audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus me, & manentibus in me palmitibus meis.

Eſa. 53. Philip. 2. Ioan. 8.

Lucæ 22.

Fructus veſter maneat

2. Cor. 1.

Rom. 8.

1. Cor. 2.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOANNEM COMMENTARIORVM LIBER DVODECIMVS.

IOrum quæ hactenus de dilectione dicta ſunt, complexio vel concluſio tãdem infertur, cùm dicitur: [Hæc mando vobis, vt diligatis inuicẽ.] Quia ſi pcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Hoc autẽ eſt præceptum meum. Igitur hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Ecce ipſa literæ ſuperficies exigit, vt ſicut ſuperiùs iam dictum eſt, in vno præcepto dilectionis omnia ſimul diligens lector intelligat præcepta, rectè viuendi. Nam & ſuprà ſingulariter, hoc eſt, præceptum meum, & hic pluraliter de eodem dilectionis præcepto dixit. Siquidem hic & illic ſubiunctum eſt, vt diligatis inuicem. Sequitur: [Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.] Præmiſſo dilectionis mãdato, de quo plurimum diſſeruit, rectè nũc demum preſſuras prenuntiat electis & dilectis ſuis, quas in mundo reprobo & odibili ſint habituri. Præpoſita namque velut in fundamẽto dilectionis firmitas, pondus preſſurarum portat, ita vt euntes à conſpectu concilij gaudere poſsint, quòd digni habeantur pro nomine Ieſu contumeliam pati. Itaque rectè & ordinatè poſt illa, quæ iam de dilectione dicta ſunt, nunc demum amicis meis, huic mũdo exoſis, confidentiam atque perſeuerantiam perſuadet in his, quæ ab iſto inimico ſuo, ſcilicet mundo ſunt paſſuri: Si (inquit) mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Mira conſolantis adhortatio. Quid enim valet dilectoribus Chriſti ſcientia hęc, vt rectè pro magno dicatur eis, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit? Multum per omnem modum. Conſolantur enim ſeſe ſerui fideles tanti Domini gloriosa conſcientia, verum habentes teſtimonium, ipſum mundi odium, quod non de mundo, ſed ex mundo ſint. Nam protinus ſubiungitur: [Si de mũdo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Quia verò de mũdo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.] Proinde & ſi velit mundus diligere, dilectio eius fugienda, & odium eius amatoribus Chriſti appetendum eſt. Odium namque mundi, teſtimonium reddit amicitiæ Dei. Vnde hic idẽ Ioannes in epiſtola ſua dicit: Si quis voluerit amicus eſſe huius mundi, inimicus Dei conſtitur. Duæ namque ſunt generationes, vna Dei, altera mundi: ſiue duæ ciuitates, altera Dei, altera Diaboli, quæ ſimul exortæ ab initio procurrunt vſque ad finem ſeculi, ſemper ſibi inuicem aduerſantes odio implacabili. Earum inimicitiæ primum in duobus fratribus Abel & Cain, manifeſtæ factæ ſunt, & ita pertinaciter ſibi aduerſantur, vt nullus eodem tempore vtriuſq; amicitiam gerere poſsit. Quoties Apoſtolus dicit Corinthijs: Nolite iugum ducere cũ infidelibus. Quæ autem participatio iuſtitiæ cũ iniquitate? aut quę ſocietas luci ad tenebras? aut quæ pars fideli cum infideli? Quæ autẽ cõuentio Chriſti ad Belial? &c. Igitur ſi odit vos mundus, inquit, hoc ſcitote, & hæc vobis ſcientia pro teſtimonio ſimul, & pro cõſolatione ſit, quia de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo. Hoc (inquam) ſcientes conſolamini, quia mundo non ſemper vos odio habere vacabit, nec iſta odij licentia diu conſtans erit. Stabitis enim potiùs vos poſtmodum in magna cõſtantia aduerſus eos, qui vos anguſtiauerunt. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, & gemẽtes præ anguſtia ſpiritus, dicent intra ſe, pœnitentiam agentes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati æſtimabamus vitam ipſorum inſaniam, & finem illorum ſine honore, quomodo ergo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorũ eſt? Hæc ſcitote, ſimulque memoriter tenete, quia mundus me priorem vobis odio habuit. Quid hoc ad rem? Sequitur. [Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: nõ eſt ſeruus maior domino ſuo.] Illa namque odij, quod prior ego paſſus ſum, ſcientia, & iſta huius ſermonis mei memoria, veſtram vos obliuioſam verberabitis impatientiam, & teneras propriæ voluntatis redarguetis delicias. Quid enim? Nunquid ſcientes vel reminiſcentes eà quæ dixi, in contumelijs & perſecutionibus quæ vobis accident, admirabimini? Nunquid de Domino ſpinis cõronato, purpuraq; irriſoria induto, vos ſerui mei gemmata diademata, purpuramque ſeriò veſtiendam appetere audebitis? Nunquid talis eſt ordo legitimæ Curiæ, vt Rege colaphizato, conſputo, & exalapato, ſerui eius altis eorum in theatro ſellis inſideant, & eiſdem manibus, quæ Dominum ſic afficiunt, ſibimet applaudi ſtudeant? Nõ ita eſt. Sed quid: [Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur: Si ſermonem meum ſeruauerint, & veſtrum ſeruabunt.] Profectò hæc inimicitiarum conſuetudo eſt. Qui enim Domi-

Perdilectiõe omnia ſuſtinuerũt fortiter Apoſtoli. Act. 5.

Qui amicꝰ eſt Deo, inimicus eſt mundo. 1. Ioan. 3.

Gen. 4.

2. Cor. 6.

Sap. 5.

Dominꝰ paſſo ſeruus pati nõ recuſet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num persequuntur, quomodo seruos eius fidelitati studentes, non persequantur? Palam autem vobis est, quia sermonem meum non seruauerunt, quia persequuntur & occidunt me. Scitote ergo, quia nec vestrum sermonem seruabunt, sed persequentur vos, lapidabunt, crucifigent, & occident vos, & expellent de ciuitatibus suis, & ita fugietis de ciuitate in ciuitatem, flentes & confitentes, quòd peregrini sitis & aduenæ super terram, non habentes hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirētes, vestris etiam parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis incogniti, à quibus ad mortem quoq; trademini, & ita propter me talem dominum vestrum sibi exosum, omnibus odio eritis. [Sed hæc omnia facient vobis propter nomē meū, quia nesciunt eū qui me misit.] Ecce iterum quanta est consolatio dicentis: Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, id est, propter nominis mei odium. Magna planè & diligentibus ad tormandam patientiam sufficiens. Nam dilectorem Christi angunt quidē hominum odia, fatigant opprobria, molestant maledicta, affligunt rerum damna, vel etiā corporis tormenta, sed hæc omnia temperat, & leuia reddit festiua præmiorum securitas. Gloriosa namque nominis Christi dignitas, propter quod hæc patiuntur, opprobria condecorat, maledicta sanctificat, damna in lucra, tormenta in magnæ spei vertit delicias. Rectè igitur prænunciatis persecutoribus, sed hæc omnia (inquit) faciēt vobis propter nomen meum. Quare autem tantum habent vel habebunt nominis mei odium, vt hæc omnia faciant propter nomē meum. Videlicet, quia nesciunt eum qui me misit. Nesciunt inquam, id est, scire nolunt. Nam ne ignorantiam venialem, siue excusabilem putes, audi quod sequitur. [Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & Patrem meum odit.] Ne (inquam) istorum, de quibus sermo est, quasi ignorantię ignoscendum esse putes, veluti illorum, de quibus scriptum est: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Exponens ipse quid dixerit: Nesciunt eum, qui me misit, vniuersali sententia illos percussit, dicens: Qui me odit, & Patrem meum odit. Igitur illud nescire odisse est.

Nomen Christi omnia aduersa sanctis leuia reddit.

Thre. 4.

Et huius execrabilis, horrendi, atq; diabolici odij peccatum, quo & patrē, & ipsum Patris oderunt filium, sic dixit: Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent. Quid enim? Nunquid dixit, peccatum nullum haberent? Non vtiq;, sed peccatum vtiq; non haberent, videlicet vt subaudias peccatum odij: odij (inquam) quo & Filium Dei, & Patrem Deum oderunt. Hoc peccatum non haberent (inquit) si non venissem, & locutus fuissem eis. Quanti vērò reatus est ex eo illorum esse peccatum, quia venit, & locutus est eis, cuius aduentus tulit mundi peccatum. Cuius culpæ est, propter hoc odisse illum, quia pacem & amicitiam locutus est. Hoc imitantur peccatum, quicunq; de bono peiores fiunt. Tale est hoc, ac si dicas: Nisi Abel placita Deo munera obtulisset, Cain iratus non fuisset, neq; vultus eius concidisset. Qualis est ista excusatio? Imò non excusatio, sed vehemens peruersitatis est accusatio. Paulus Apostolus illis propter humiliandam gentium conscientiam, cautè condolens cùm dicit: Testimonium illis perhibeo, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam, nullatenus putandus est eorum excusare ignorantiam.

Rom. 10.

Vera scientia charitas est. 1. Cor. 8.

Quid enim intelligi voluit in eo quod cū dixisset: Aemulationem Dei habent, statim excepit dicens: sed non secundum scientiam nisi idem, ac si dixisset: veram scientiam nō habent, quæ non inflat, id est, Dei charitatem? Consequitur ergo illos, iuxta eandem Apostoli sententiam, Dei habere odium. Et sic dixisse illum: æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam, ac si dixisset: ore quidem siue labijs legem Dei defendūt, sed in corde à charitate Dei, quę vera scientia est, inanes sunt. Propheta quoque consonante, per quem dicit Deus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lōgè est à me. Igitur quod ait: Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo, idem est, ac si dixisset: Si non locutus fuissem, si non iustitiā annuntiassem, & operibus eorum contrarius fuissem, inuidia vel odio conflagrati non fuissent, quod omnem aufert peccati excusationem. Nam vt intelligas quod de peccato dixerit, statim intulit: Qui me odit, & Patrem meum odit. Hoc ergo illud est, quod per Prophetam prędictum est: Zelus apprehendit populum ineruditum, quia videlicet eius, cuius cultores esse videbantur, veniente & loquente illis filio Dei, vitijsque ipsorum dissentiente, zelo malo exarserunt. Sed parum est quòd ait, se venisse, & locutum fuisse. Loquela nāque eius (sicut iam sæpè dictum est) sic erat quasi vnius hominis testimonium, quod cōtemnentes Iudæi, dicebant: Tu de teipso testimonium perhibes, testimoniū tuum non est verum. Ergo sicut & tunc dixerat: Et in Lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater, faciendo scilicet opera. Opera enim (inquit) quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, ipsa testimonium perhibent de me, quia Pater me misit: ita & nunc itidem duo recitat testimonia. Præmisso namque vno testimonio

Esaiæ 24.

Esaiæ 42.

Ioan. 8. Deu. 17. 19.

Gala. 4.

monio, dum dicit: Si non venissem, & locutus fuissem eis, &c. statim addidit. [Si opera nō fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: Nunc autem & viderunt, & oderūt, & me, & Patrem meum.] Si parum (inquit) erat, quia locutus sum, quāquam verum & sanum sermonem locutus sim, & ex veritate sermonis Lex iubeat illū agnosci, quem Deus miserit, ecce per aliud testimonium iustæ addicuntur damnationi: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, &c. Quid enim? Nónne manifestè prævaricatores legis sunt, in qua scriptum est: Quia duorum hominum testimonium verum est, cum odio habentes testimonia dictorum scilicet, & factorum, impleāt scripturam dicentem: Captabāt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabant? Vbi nanque iudicibus deest legis suffragium, damnatio cuiuslibet hominis reputatur in homicidium.

Deu. 18.

Psalm. 93.

Quomodo verò intelligendum est illud, quod cùm dixisset: Si opera non fecissem in eis, statim addidit: q̄ nemo alius fecit. Quid inquam est, nemo alius, nisi nemo malus, vi delicet qualis ego ab illis sum iudicatus? Alius quippe ab illo nemo est bonus, præsertim cùm per bonos omnes, quicunque talia operantur, non nisi ipse operetur, qui facit mirabilia magna solus. Potest tamen istud quoq;, sicut & alia multa in hoc sermone, licet præterito tēpore dictū, de futuro rectè intelligi, & sic dixisse Dominū, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, ac si dixisset: si non resurrexissem à mortuis, & ascendissem in cælum, quod vtiq; nemo alius fecit. Itaq; si non venissem, inquit, & locutus fuissem, si opera non fecissem, peccatum nō haberent. Nunc aūt opera Patris mei, opera cę lestia feci, & viderūt, & videntes oderunt & me & Patrē meum, & inde cauteriatā habent conscientiam, quia per odium magis, quàm per ignorantiam peccatum in me cōmiserunt. [Sed vt impleatur sermo, qui in Lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.] Et viderunt, inquit, & oderunt, vnde & excusationem non habent de peccato suo. Sed hoc ipsum Lex eorum fore prædixerat, cuius videlicet sermo Legis, sermo Dei est, & solui non potest, quin fiat, sicut scriptum est, seruata in omnibus veritate sermonis, quæcunq; de me Spiritus sanctus prælocutus est. Igitur & vos æquanimiter impugnationes eorum immeritas, & odia mecum ferte gratuita. Notandum quòd hoc loco Dominus cùm posset de Psalmis (qui nihilominùs personę eius asscripti sunt) simile cōmemorare exemplum, verbi gratia, vt est illud: surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me, retribuebant mihi mala pro bonis: vel illud, qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: maluit de hoc Psalmo, scilicet centesimooctauo sumere, vbi scriptum est, locuti sunt adversum me lingua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me & expugnauerunt me gratis. Quòd commodè sumptum ex eo comprobatur, quia similiter in primo gradum cantico dicit quisq; imitator eius, per multas tribulationes ad æternam remunerationem ascendere contendens: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cùm loquebar illis, impugnabant me gratis. Constat enim, quia præsenti loco Euangelij informat suos Discipulos, vt per patientiam imitatores sui fiant, dicendo: si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit, &c. Competenter igitur hunc Scripturæ sermonem commemorauit quodammodo dicens, iuxta sensum quo & cætera superiùs dixit. Si quisque vestrum quod mundus odit, sicut & me priorem vobis odio habuit, si inquā, quisq; vestrum labijs iniquis & lingua dolosa obiectus plorat & dicit: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, & cum his, qui oderunt pacem eram pacificus, cùm loquebar illis, impugnabant me gratis, scitote, quia & super me priorem, os peccatoris & os dolosi apertum fuit, & locuti sunt adversum me lingua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Sequitur: [Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecū estis.] Ecce tres sunt qui testimonium dant huic Filio hominis, quòd verè sit Filius Dei, vltra quem numerum testium secundum Legem non oportet, nec fas est exigi. Nam iustum est & legitimum, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. Dicebant autem aduersarij eius Iudęi, sicut iam superiùs commemoratum est: Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum. Econtrà ille: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimoniū perhibet de me qui misit me Pater. Hæc sanè testimonia paulò antè recapitulabat, dicendo: si non venissem, & locutus fuissem eis: Quod testimonium ipsius Filij Dei de seipso est: ac deinceps, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit: Quod est testimonium Patris de Filio. Pater enim, inquit, in me manens, ipse facit opera. Ecce nunc tertius testis Spiritus sanctus, de quo sic ait: Cū autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Igitur sicut hic idem Ioannes in Epistola sua dicit: Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Pater, inquam, faciens opera, verbum ipsum quod erat in principio Deus apud Deum, personās de carne sua dicendo:

Psalm. 119.

Ibidem.

Psalm. 118.

Deut. 17.

Ioan. 8.

Ioan. 14.

1. Ioan. 5.

Ioan. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego principium qui & loquor vobis,& his similia:Spiritus sanctus,consolaturus Apostolos inter omnes mundi persecutiões vel odia. Itaque glorietur Fides, exultet Spes, gratuletur Charitas: quia videlicet huic Filio hominis,in quem credimus,in quo speramus,quem diligimus, non desunt Trinitatis testimonia, ne vacet amplius procacitati Iudaicæ dicere: tu de teipso testimoniũ perhibes,testimonium tuum nõ est verum. Nunc ipsa lectionis huius euangelicæ verba consulamus. Cùm autem venerit,inquit, Paracletus,quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis,qui à Patre procedit. Tri
Ioan.14. bus distinctionibus hoc loco persona vel maiestas Spiritus sancti descripta est, videlicet quia Paracletus, quia Spiritus veritatis est,qui à Patre procedit:& interpositum est, quem ego mittam vobis à Patre. Vnde Spiritus veritatis vel Paracletus,id est,consolator appellatus sit, iam superiùs dictum, videlicet vbi ait: si diligitis me,mandata mea seruate,& ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum,Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Restat deinceps illud considerare, quod nunc additum est, qui à Patre procedit. Itemque illud,quòd ipse Filius æqualis Patri, gloriam commendans suæ maiestatis, sic interposuit dicens: quem ego mittam vobis à Patre. Igitur ipso aspirante primùm illud conemur vtcunque eloqui quod dictum est, qui à Patre procedit. Notandum in primis, quòd de Spiritu sancto Filius Dei loquens,præsenti tempore dixit:Qui à Patre procedit,cùm de semet ipso longè superiùs aduersus Iudæos testificans,præterito tempore dixit: Ego enim à
Ioan.8. *Psalm.18.* Deo processi & veni. Cùm enim hæc diceret,iam vtique processerat ipse tanquã sponsus de thalamo suo, scilicet factus homo visibilis,qui inuisibilis Deus erat. Hic autem Paracletus Spiritus sanctus ad homines nõdum processerat. Nõdum enim (inquit Euangelista)
Ioan.7. Spiritus erat datus, quia Iesus nõdum fuerat glorificatus. Hoc tunc agebatur vt procederet, præeunte digno apparatu magnæ pœnitentiæ,quam in se exceperat in vnigenito Dei natura carnis nostræ,satisfaciens pro antiquo delicto præuaricationis Adæ,vt procederet,inquam, videlicet adueniens in remissionem peccatorum,quomodo nulli vnquam datus fuerat ante salutare Passionis Christi sacramentum. Ipsum sanè Processionis verbum, dignitatem personæ eius exprimit, videlicet quia Dominus est æqualis Domino Patri vel Filio, qui & ipse (vt iam dictum est) Dominus processit & venit. Proprietas autem vel differẽtia Processionis in eo est, quia Filius quidem processit & venit,videlicet ad condendam sanctæ Ecclesiæ domum,quam per ipsum condidit, qui vniuersa creauit Deus: Spiritus autem sanctus tunc processit,& vsque in finem seculi procedere non desinit, ad dedicandam & illustrandam domum eandem, vt inhabitet in illa & inambulet Deus vnus Pater & Filius, & ipse qui illam dedicat & consecrat Spiritus sanctus. Amplius autem, quando per verbum suum Deus Pater omnia condidit, Filius quidem semel processit,quia semel & simul omnia condidit:Spiritus autem sanctus extunc vsque in ẽternũ in subiectam rationalem creaturam procedere non desinit,quia videlicet absque processione eius,inopia creaturæ subsistere nequit,quomodo absq; solis lumine luna non lucet, vt perhibent Physici. Et quidem beata sanctorum Angelorum societas, semper quasi plena luna est,& nec deficit nec minuitur, ex quo peccantibus Apostatis Angelis, ipsi peccare nolentes, positi sunt in aspectu solis æterni. Vnde & relucent plena luce,ornatore cælorum,id est, hoc eodem Spiritu sancto semper in eos procedente. Verùm illa quæ in hoc seculo peregrinatur electorũ hominum Ecclesia, non semper in eodem statu permanet,sed nunc subleuata per contemplationem,donis eiusdem Spiritus plus fulget: nunc obscura pressuris vel seculi turbinibus, minùs lucet,donec finiatur iste mũdi circuitus, & ipsa quasi plena luna in conspectu solis sui quieta resideat. Benè ergo cùm de seipso tempore præterito dixerit Filius:Ego enim à Deo processi & veni:de Spiritu sancto præsenti inquit tempore, qui à Patre procedit. Proinde Filius ore Catholicæ Ecclesiæ,non procedens,sed genitus:Spiritus autem sanctus, non genitus, sed procedens rectè dicitur. Visum est autem quibusdam Græcorum Hæreticis, quòd hic Spiritus sanctus non à Patre & Filio, sed à Patre procedat solo: videlicet quia sic quasi cum determinatione Filius dixit:Spiritum veritatis,qui à Patre procedit. Sed huic peruerso sensui presens veritas ex aduerso resistit: Cùm enim dicit,qui à Patre procedit,simul idem Filius,qui & hoc eodem in loco dicit: Quem ego mittam vobis,& alibi: Ego,inquit, mittam promissum Patris mei in vos. Quid namque est aliud Paracletum mitti, quàm procedere Spiritum veritatis? Ipsa vtique missio processio est, nisi hoc tantum, quòd in sua substantia semper inuisibiliter spiritus procedit: in aliena autem specie ad tempus missus est,scilicet,cũ vel super Dominum in specie columbæ, vel super Apostolos eius apparuit in igne, Alias autem cũ veraciter dicat idẽ Filius, non creditis,quia ego in Patre,& pater in me est: Quomodo Spiritus,qui à Patre procedit, à Filio quoq; pariter non procedit: Nunquid localis est Filius vel pater,vt cùm de secreto fonte paterni pectoris Spiritus sanctus procedit,nõ procedat de vnigenito Filio, qui est in sinu Patris? Cùm igitur & alibi dixerit, ego &

Luc.24. spũs sanctus in alia na specie missus.

Pater

Ioan.10. Pater vnum sumus, nullatenus hic sibi patrique dispareat,communione processionis Spiritus sancti, dicendo, quem ego mittam vobis,& quià Patre procedit, sed longè aliud est, quod his verbis intelligendum suis fidelib.innuit. Vehementer enim hæc quoque sententia repugnat Hæreticis, quicunque in Spiritum sanctum blasphemare ausi sunt,dicendo quòd creatura sit. Quomodo enim si creatura est,à Patre procedit? Nónne omnis creatura ex nihilo creata est, & earũ nulla de substantia Dei processit? Quid enim de Deo aliud, quàm Deus procederet? Igitur Diuinæ naturæ simul & maiestatis testimonium est Sancto spiritui, quia
Ioan.8. Filius, sicut de seipso testatus est, dicens: Ego enim à Deo processi: sic & de illo testatur,qui à Patre procedit. Et de his ista sufficiant. Nec enim loco præsenti propositum est,cuncta differere, quæ aduersus Hæreticam prauitatem poterant dici de vera Diuinitate Spiritus sancti.

Nunc ad ordinem redemus. Ille(inquit) testimonium perhibebit de me,& vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecũ estis. Perhibebit Spiritus sanctus, perhibebitis & vos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis prædicare quod nostis. Hoc sicut dictum,ita & factum est, ad hoc sicut veritas promisit,ita & perfecit. Venit enim Paracletus,missus est spiritus veritatis,processit tunc visibiliter, qui semper inuisibiliter procedit: visibiliter (inquam) tunc processit,non tamen in sua substantia,qua est inuisibilis, sed in linguis apparuit igneis, & in corde accendit, & in ore disertos reddidit, & ita instructos testes Christi, testis ipse inuictus Spiritus sanctus ad publicum produxit. Tunc intonuerunt cæli enarrantes
Psalm.18. gloriam Dei, non existentibus loquelis neque sermonibus, quorum non audirentur voces eorum, enarrantium hanc Filij Dei gloriam, & annuntiantium hæc opera manuum eius, quia in sole posuit tabernaculum suum, tanquam sponsus procedens de thalamo suo: & quia à summo cælo egressio eius,& occursus eius vsque ad summum eius,id est,quia de summis cælorum, vt homo fieret, verus Deus descendit, atque decursa via Passionis, tanquam gygas exultãs iterum ad summum cæli occurrit. Quid igitur Iudæi facerent, qui dixerant: Testimonium tuum non est verum, quid, inquam, dicerent captiui gentium, quando huic Filio Dei tam glorioso testi acquiescentes, super ipsum continuerunt Reges os suum. Sequitur:

CA. XVI. [Hæc locutus sum vobis,vt non scandalizemini.] Hoc itidem eodem modo sentiendum est, quo & illud superius, vbi cùm Discipulos suos turbandos fore firmasset,
Ioan.13. dicendo Simoni Petro: Amen amen dico tibi, non cantabit gallus hac nocte, donec ter me negabis, statim intulit: Non turbetur cor vestrum, id est, & si præ timore lingua titubat,Fides in corde vestro non deficiat: Eodem, inquam, modo & hoc sentien- *Matth.26.*
dum est, quod cùm dixerit eis: Omnes in *Zach.13.*
me scandalum patiemini in ista nocte, nũc dicit: Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Aliud namque fuit in illa nocte scandalizari, aliud est absolutè, vel sinè vlla determinatione scandalizari. Scandalizati etenim sunt in illa nocte,cùm propter noctis illius turbinem, percusso pastore, metu dispersæ sunt oues: sed non sinè vlla exceptione scandalizati sunt, quià compatientibus animis cum illo erant, à quo corporaliter dispersi fugiebant, & nec ipse Petrus,cùm trepido ore negaret,corde in eum credere desinit, quem confessus fuerat esse Christum Filium Dei. Non ergo frustra fuit, quòd eos præmonuit atque præmunit,dicendo: Hæc locutus sum vobis, vt nõ scandalizemini. Et adiecit.

[Absque Synagogis facient vos.] Hoc factum esse Christi Discipulis in Actibus Apostolorum plenissimè legitur. Flagella- *Act. 5.13.*
ti namque in Synagogis etiam de ciuitatibus exturbabantur, adeò conuersi ad gentes, Synagogas alias, imò Ecclesias nouas gloriæ Dei constituerunt, ad quas Lege & *Apo.3.*
testamento Dei translato, ipsi qui illos absque Synagoga fecerant, absque Synagoga Dei fierent, & in Synagoga Satanæ exclusi remanerent. Sed parum est quod ait: Absq; Synagogis facient vos. Addidit ergo.

[Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos,arbitretur se obsequium præstare Deo, &c.] Et hæc quidem inquit, iam facere cœperunt, iam absq; Synagogis fecerunt vos. Iam dudum enim cõspirauerunt, vt si quis me confiteretur esse Christũ, extra Synagogam facerent eum. Sed venit hora vt quod amplius est,faciant,id est, vt interficiãt vos, *Ioan.9.*
& tanta authoritate,tanta rationis assimilatione, vt omnis qui interficiat vos, arbitretur,id est,arbitrari videatur, obsequium se *Act.9.*
præstare Deo. Nam reuera etsi Saulus existimabat,obsequium se præstare Deo,alligando,& interficiendo Christi Discipulos, non tamen hoc itidem sentiendum est de illis,de quibus paulò antè dixit: Nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum,scilicet de Pontificibus & Pharisæis, *Luc.11.*
qui tulerant clauem scientiæ, & nec ipsi introibant,nec alios intrare sinebant, quippe primum ipsum Dominum interficientes, deinde Discipulos eius, non verè arbitrabantur, sed arbitrari videbantur obsequium se præstare Deo. Alias autem, si iuxta proprietatem verbi attendas, quid sit arbitrari,vnde & iudices rem quamlibet suo iudicio metientes dicuntur arbitrari, reuera inimici Christi,& Patris ipsius Dei interficiendo Discipulos eius,arbitrabantur obse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quium se præstare DEO, id est, iudicabant, quamuis contra conscientiam suam, sic placitum esse Deo, scilicet prætendendo quasi necessariam loci vel gentis causam, sicut primò ipsi fecerunt aduersus ipsum
Ioan.11. DOMINVM dicentes: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Nempe in hoc arbitrio pertinaciter permanentes, item pro loco vel gente se stare subdolè arbitrati sunt, quando statuerunt contra Stephanum testes, qui dicerent se audisse eum dicentem, quia IESVS
Act.6. Nazarenus destruet locum istum. Igitur venit hora, inquit, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Hora inquam, id est, breue tempus. Non enim diu licuit illis interficere CHRISTI Discipulos, quasi pro illo Dei templo, cuius æmulabantur quidem veterem cultum,
Rom.10. sed non secundum scientiam, id est, DEI charitatem, quam veram, id est, non inflantem constat esse scientiam. Siquidem subuersum est postmodum, non à CHRISTI Discipulis, sed à gentibus Romanis impleta Prophetia, quæ de illa corrupta vinea
Psalm.79. prædixit: Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Hora hæc planè persecutionis Iudaicæ, breue tempus extitit. Neque enim de idololatris persecutoribus hoc dicendum fuit, quippe qui non hora, sed longis multorum temporum persecutionibus Apostolos & martyres Christi interficiendo, non Deo, sed dijs suis obsequium se præstare arbitrabantur. Sequitur.

[Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.] Ac si dicat. Idcirco vos non solùm absque Synagogis facient, sed etiam interficient, quia oderunt & me & Patrem meum. Cùm enim suprà dixerit, nunc autem & viderunt, & oderunt me & Patrem meum. Itemque: Nunc autem excusationem non habent de peccato suo, non vtique ignorantiam excusat, sed odium cognoscere nolentium condemnat, dicendo: Quia non nouerunt Patrem neque me. Huiusmodi contumacis ignorantiæ peruersitatem Apostolus Thessalonicensibus insinuans, cùm præmisisset in flã-
2.Thess.1. mam ignis, dantis vindictam his, qui non nouerunt DEVM, statim addidit: Et qui non obediunt Euangelio Domini nostri IESV Christi, qui pœnas dabunt in interitu à facie Domini. Rectè igitur per hoc quod ait: Quia non nouerunt, contemptus Dei signatur & odium. Et protinus subiungitur.

[Sed hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora, reminiscamini, quia ego dixi vobis.] Facient (inquit) sed vos consolamini. Nam idcirco nunc ea prædico vobis, vt cũ venerit hora, corũ reminiscamini, quia ego dixi vobis, & reminiscentes illud quoq; Matth.10.
nõ obliuiscamini, quod pollicitus sum, quia Luc.21.
in omnibus pressuris, nec capillus de capite vestro peribit, & inimicis occidentibus corpora, in patientia vestra possidebitis animas vestras.

[Hæc autem ab initio non dixi, quia vobiscum eram. At nunc vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.] In hac Euangelica lectione primùm diligenter illud perspiciendum est, quid intendens Dominus dixerit: Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis. Nam verè quidem cùm hæc diceret, abiturus erat in cælum, tam manifesta ascensione, vt non opus fuerit vlli Apostolorum interrogare eum, quò vadis: Act.1.
Videntibus illis quia eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Verum sic eo Luc.24.
vadente, non tristitia, sed gaudium impleuit cor eorum, sicut manifestè Lucas testatur, quia & ipsi adorantes reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. De cuius Psalm.44
inenarrabilis gaudij illorum magnitudine Prophetia longè prædixit: Ascendit Deus in iubilatione, continuò subiungens: Et DOMINVS in voce tubæ, videlicet pro terrifica secundi aduentus eius prænuntiatione, quia dixerunt Angeli illis intuentibus in cælum: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Itaque non tristitia, sed gaudium corda Discipulorum impleuit, pro eo quòd ipsis cernentibus Saluator in cælum ascendit. Ait autem hic: Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Et paulò pòst: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Vera ergo ratio postulat, de via vel transitu pas- Ioan.13.
sionis eius hoc dictum intelligi, de quo & Euangelista superiùs: Sciens (inquit) Iesus, quia venit hora, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem. Præterea scire oportet, quia per passionem Christi hoc actum est, quòd gratia Paracleti spiritus in nos effusa est. Nam si CHRISTVS non passus in cælum ascendisset, profectò iste spiritus gratiæ, qui per sanguinem eius peccata remit- Ioan.12.
tit, datus non fuisset. Quod ipse sua confirmat sententia dicens: Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Hoc igitur sensu præeunte, quid dicat audiamus: Hæc autem ab initio non dixi, quia vobiscum eram, & est sensus. Ea quæ de Paracleto Spiritu sancto, nunc vobis dico, idcirco ab initio, id est, ex quo me secuti estis, non dixi, quia vobiscum eram, quia nondum propter peccata vestra vulneratus, nondum propter iniquitates vestras de terra viuentium abscissus vel con-

tritus

Esaiæ 53. tritus eram. Idcirco, inquam, de hoc Paracleto, de hoc Spiritu adoptionis filiorum,
Rom.8. hæc vobis non dicebam. At verò nunc vado ad eum qui misit me, nunc, inquam,
Luc.2. quando traditus in mortem, in manus Patris commendo spiritum meum. Quid autem hoc sibi vult, quod ait: Et nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? Videlicet qui fuerat interrogatus ab illis dicentibus:
Ioan.14. DOMINE quò vadis? & iterum: DOMINE nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire, & videbantur sibi promptis animis modò sequi, & parati esse cum eo, & in carcerem, & in mortem ire. At illi fugere habebant, & eum solum relinquere, quem sic instanter interrogabant. Benè ergo ait: Et nemo ex vobis interrogat me, quò videlicet illam solitudinem suam suaui redargutione prænuntians, de qua postmodum dicturus est: Amen dico vobis, venit hora vt dispergamini omnes, & me solum relinquatis. Tunc enim reuera nemo ex eis dixit: DOMINE, quò vadis,
Ioan.14. quia neminem velle vel posse eum sequi, fuga declarauit. Subiunxit ergo: Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum: Gaudendum (inquit) vobis est, quia vado ad Patrem, præsertim quia (vt superiùs dixi vobis) ego vadens rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit, & quia in domo Patris mei mansiones multæ sunt, in qua, præeunte ac duce hoc Paracleto, accipiam vos ad meipsum: sed contrà tristitia impleuit cor vestrum, quia hæc locutus sum vobis, quia videlicet in hac humana conuersatione presentem me semper habere cupitis.

[Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.] Magno planè sententiam suam pondere firmat, dicendo: Ego veritatem dico vobis. Cur hoc, nisi quia verè expedit nobis, scire vel credere, quod nisi fuisset ipse passus, nos spiritum adoptionis filiorum non reciperemus? Ob hoc verè expediebat nobis vt abiret, & hoc nihilominùs expedit vobis credere, quia factum
Rom.8. non esset, quod per ipsum gratiam reconciliationis acciperemus, nisi ipse abiens sanguinem suum fudisset. Ait ergo: Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Et exponens, quàm verè hoc expediat: Si enim (inquit) non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Quare si non abiero, Paracletus non veniet ad vos? Videlicet quia non erit in quo consoletur vos. In quo enim consolabitur vos, nisi ego sicut mandatum dedit mihi Pater, sic fecero, & inobedientiam primi hominis obedientiæ virtute excludens, perditam vobis restaurauero animarum vitam, corporumque re-

surrectionem acquirendo? Ergo si non abiero, si non de torrente in via bibero, non veniet ad vos Paracletus, id est, consolator: sed nec Paracletum se profitebitur iste Spiritus sanctus, vtpotè, non habens in Rom.5.
quo consoletur vos, vel quid dicat vobis Psal.109.
paternæ præuaricationis præiudicium por- Luc.1.
tantibus. Amplius autem & omnes consolationes irritæ erunt, quascunque locutus est hic Spiritus sanctus per os sanctorum qui à seculo sunt Prophetarum eius. Nec enim implebuntur scripturæ, quas idem spiritus sanctus Prophetis, commu- Rom.15.
nem miseriam lugentibus, pro consolatione inspirauit. Nam quæcunque scripta sunt, idcirco ad vestram doctrinam scripta sunt, vt per consolationem scripturarum spem haberetis vitæ, quam in Adam perdidistis. Igitur expedit vobis, inquit, vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Mittam eum ad vos, id est, mittam eum in vos. Non enim de loco ad locum mittitur, qui vbique est Deus spiritus sanctus, neque parietibus comprehenditur, sed sensibus mentis & fide suscipitur. Hoc sanè semel & iterum fecit Dominus noster quod nunc promittit. Semel ipsa die qua resurrexit, quando vtique iam abierat, iam de sua minoratione ad gloriam & honorem, de mortali conditione ad immortalitatem, de hoc mundo ad Patrem transierat. Tunc enim, id est, ipsa die, stans in medio Discipulorum suorum, insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Accipite, inquam, Paracletum in maximam consolationem, id est, in peccatorum remissionem, & in scripturarum reuelationem. Sic enim & in hoc Euangelista statim sequitur, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et Lucas eandem narrans apparitionem, tunc, inquit, aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. De qua spiritus emis- Ioan.20.
sione suo loco pleniùs dicendum erit. Iterum verò tunc misit, quando decimo post ascensionem eius die, congregatis in vnum Discipulis, factus est repentè de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Tunc, inquam, iterum misit hunc Paracletum, vt qui omnibus æqualiter datus fuerat in remissionem peccatorum, nũc singulis pro voluntate sua diuideret diuer- Luc.24.
sa dona gratiarum, vt essent facundi ad prædicandum, fortes ad toleranda certamina passionum. Sequitur:

[Et cùm venerit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: De iustitia verò, quia ad Patrẽ vado, & iam non videbitis me: De iudicio autẽ, quia princeps mundi huius iam iudicatus est.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magnam Spiritus sancti fortitudinem,& omnium eorum summam, quæ nunc vsque
Spiritus idem tonat voce sua mirabiliter,
mira cum suauitate Agnus Dei mox imcolandus prænuntiat. Cuncta enim quæ homi
nes hoc Spiritu sancto inspirati vel inflam-
Act.2. mati, fortiter atque suauiter extunc prædicant, principaliter de his tribus disputant,
peccato, iustitia, atque iudicio. Quæ singula
exponens: de peccato, inquit, quia non crediderunt in me, & cætera. Horum duo sunt
opposita, sibique contraria, scilicet, peccatum atque iustitia. Tertium est iudicium, in
quo duobus illis, peccato videlicet atque iu
stitiæ, loca vel præmia condigna reddenda
sunt. Peccatum sanè hic non tantùm Iudæo
rum accipiendum est, qui non crediderunt
in eum, quem corporaliter præsentem vi-
derunt & audierunt, sed primùm quidem
Iudæorum, deinde Græcorum, id est, om-
nium totius mundi nationum. Non enim
dixit: ille arguet de peccato Iudæos, sed ille,
inquit, arguet mundum: neque Iudæos tan
tùm, sed omnem quoque per Apostolos
Christi arguet Spiritus sanctus mundum.
Quomodo, inquis, totus redarguendus e-
rat mundus de hoc peccato, quia non cre-
diderunt in eum, cùm in vna tantùm prædi-
cauerit gente Iudæorum? Ad hæc inquam.
Altiùs planè considerandum est incredulitatis peccatum: Omne quippe vitium, & o-
mnis iniquitas generis humani ab incredu-
Gen.3. litate sumpsit initium, quia videlicet, primi
homines, plus Serpenti, quàm Deo credide
runt vel obaudierunt, & exinde corrupti
posteri eorum, & gentes magis Diabolo vel
idolis eius, quàm Deo credentes, & Iudæi
magis Antichristum, quàm Christum ex-
pectantes, communiter peccauerunt, & o-
Rom.11. mnia (inquit Apostolus) in incredulitate
concluſa sunt. Itaque per peccatum, quod
sic exposuit dicens, quia non crediderunt in
me, omnis iniustitia vel inobedientia vete-
ris hominis: & per iustitiam, quam sic desi-
gnauit dicens, quia ego ad Patrem vado, o-
mnis iustitia vel inobedientia noui hominis
intelligenda est, de quibus vtique, scilicet
peccato atq; iustitia, mundum Spiritus san-
ctus in eo redarguit, quia per prædicatores
suos vrgere non desinit, instans opportunè,
2.Ti.4. importunè, vt exuant veterem hominem
Ephe.4. cum actibus, & induant nouum, eum qui
secundum Deum creatus est in iustitia &
sanctitate veritatis. Iustitia namque noui
hominis in eo pulchrè designatur, quod ait:
quia vado ad Patrem, id est, quia obediens
Philip.2. Patri vsque ad mortem, præsentis vitæ com
munem relinquo conuersationem. Quod
sic debere intelligi, & suprà iam dictum, &
adhuc postmodum dicendum est, vbi ait:
modicum & iam non videbitis me, & ite-
rum modicum & videbitis me, statim adiungens, quia vado ad Patrem. Ergo pecca-
tum, cui hæc iustitia præsenti loco opposita
est, radix omnium peccatorum, scilicet ori-
ginale peccatum est, cui cùm in Baptismo
Christi abrenuntiare iubemur, & eiusdem
noui hominis Fides iudiciumque futurum
nobis credendum committitur, vere de pec
cato & de iustitia & de iudicio mundum
redarguit Spiritus sanctus, vt non vacet vl-
li homini nescire, quis peccati, quis iustitiæ
finis sit, quanquam tremendum iudicium
ad discernendum vtriusque meritum in fi-
ne futurum sit: Sanè quod ait: De iudicio
autem, quia princeps mundi huius iam iu-
dicatus est, consequentem eorum damna-
tionem, qui adhuc illi adhærent, terribili-
ter expressit: quia videlicet iudicato capite,
membra quoque pariter præcipitanda cre-
duntur, dicente Iudice: Ite maledicti in ignē Matt. 25.
æternum, qui præparatus est Diabolo & An
gelis eius. Igitur Passionem Christi consecu
turus aduentus Spiritus sancti, causa digna
est, cur contristari non debeant eius Disci-
puli, pro eo quod ad Patrem vadit. Sed ea
quæ nunc dixit, & cætera huiusmodi, quæ Ioan.15.
de ipso sciri oportet & credi, ipsi ferre non-
dum erat idonei. Vnde & protinus ait. [Ad-
huc multa habeo vobis dicere, sed non po-
testis portare modò.] Ergo quod superiùs
dixerat: Iam non dico vos seruos, quia ser-
uus nescit quid faciat Dominus eius: vos au
tem dixi amicos, quia omnia quæcunq; au-
diui à Patre meo nota feci vobis: de futuro
oportet intelligi, & idcirco præterito tempore
sic enuntiari, quia sinè dubio mox futurum
est quod promittit. Sequitur. [Cùm autem
venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos o-
mnem veritatem.] Omnem quippe verita-
tem, quam scire oportet, ille docebit vos, a- Luc.14.
periendo vobis sensum, vt intelligatis Scri-
pturas, & cognoscatis in veritate cùcta, quæ
vel parabolicè dicta, vel figuratè facta con-
tinentur in Lege, & Prophetis & Psalmis de
me. [Non enim loquetur à semetipso, sed
quæcunque audiet loquetur, & quæ ven-
tura sunt annuntiabit vobis.] Inde, in-
quit, est Spiritus veritatis, & inde vos o-
mnem veritatem docebit, quia non loque-
tur à semetipso, sed quæcunque audiet lo-
quetur. Spiritus enim qui à semetipso lo- Hier.27.
quitur, non spiritus veritatis, sed spiritus Esaiæ 5.
est mendacij, & omnes Prophetas menda-
ces facit, vt prophetent de corde suo, quod
DOMINVS non est locutus, & confingant
esse, quod non est, vel malum esse quod bo
num, & bonum esse quod malum est. Non
sic loquetur iste Spiritus, sed quæcunq; au-
diet loquetur, id est, ea quæ sunt, quæ ve-
ra existunt, & authoritatem in Scripturis
habent, loquetur, nihil confingens, nihil
pertertens, & veros Prophetas faciet vos,
vt non loquamini à vobismetipsis, sed lo-
quamini quæcunque audietis in Lege, &
Prophetis, & Psalmis de me, nihil confingē-
tes,

tes, nihil deprauantes, sed vero sensu veridi-
cam Scripturam exponentes. Ita non à se-
metipso loquetur, sed quæcunque audiet,
loquetur per os vestrum Spiritus veritatis,
& quæ ventura sunt, annuntiabit vobis, vt
non solùm Prophetarum docti auditores,
sed etiam futurorum ipsi cognitores & pro-
phetis sitis compares: insuper & futurā bea-
titudinem vestram tali nuntio præguſtan-
tes. [Ille me clarificabit, quia de meo acci-
piet, & annuntiabit vobis.] Ille, inquam, ta-
lis tam verus, & tam idoneus testis me clari-
ficabit, quia de meo accipiet, id est, de eo qđ
scriptum est de me, accipiet, & annuntiabit
vobis, vestro patenter insinuando intelle-
ctui. Verbi gratia, Meum est illud dictum in
Psal.2. Psalmo: Dominus dixit ad me, filius meus
es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & da
bo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. De hoc meo
testimonio accipiet, vobisque intimabit au-
toritatem testificandi de me, quod ego Do-
mini Dei filius sim, non adoptatus, sed geni
tus, quia dixit ad me: Ego hodie, id est, in æ-
ternitate, genui te, & quod ille iusserit mihi
nunc facio, postulare gentes, quod, inquam,
nunc facio in istis diebus carnis meæ, preces
Hebr.9. supplicationesque ad eum, qui me saluum
facere possit à morte, cum clamore valido,
ac multis lachrymis offerens, & profectò
mox pro mea reuerentia exaudiet me: Da-
bo, inquiens, tibi gentes hereditatem tuam,
& possessionem tuam terminos terræ. Hoc
profectò meum est, & quoties tale quid an-
nuntiabit, vel aperiet vobis, de meo accipi-
et, quia cùm ego verbum Dei sim, omnes
Scripturæ Dei meæ sunt, testimonia mea
sunt. Et hoc faciens, ille vtique me clarifica
bit, testimonium perhibens de me, vt vos
quoq; in omni prætorio, in omnibus Syna-
gogis, vel concilijs, talem habētes vel aduo-
catum, vel prolocutorem, testimoniū per-
hibeatis, quod ego Filius Dei sim, & quod
omnes gentes, omnesq; termini terræ hære
ditas vel possessio mea iure sint. Quærat for
te aliquis, cur non dixerit: Mea accipiet, sed
de meo accipiet, & annuntiabit vobis. At i-
pse cōtinuò. [Omnia quæ habet Pater, mea
sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet,
& annuntiabit vobis.] Quæris, inquit, cur
non omnia, sed de meo accipiens annuntia-
bit? Ecce dico: Omnia quæ habet Pater mea
sunt. Quænam sunt quę habet Pater? Habet
immortalitatem, & lucem inhabitat inacces
Exo.33. sibilem, & talia quæcunq; illum habere sa-
1.Ioan.3. cra Scriptura testis est, quæ vtiq; hominum
1.Cor.13. nemo dum viuit, sicuti sunt, videre vel co-
gnoscere potest. Hoc enim vobis in futuro
repositum est, vt cognoscatis nunc ex parte
quidē, & videatis per speculum in ænigma-
te, tunc autem cognoscatis sicut & cogniti
estis, & facie ad faciem videatis. Hæc autem
omnia quæ habet Pater sic incomprehensi-
bilia mea sunt, quia videlicet eiusdem, cuius
& ille naturæ ego sum, & est mihi cum illo
vna diuinitas, æqualis gloria, coæterna ma-
iestas. Rectè igitur nō dixi mea, sed de meo
accipiet, videlicet propterea, quia non in vi-
ta præsenti omnia, quæ Patris & mea sunt,
vobis annuntiabit, sed ex parte cognoscere,
& ex parte prophetare dabit, quæ nec ocu-
lus, vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi Esaiæ 64.
nis ascēderunt. Sequitur. [Modicum & iam Matth.26.
non videbitis me, & iterum modicum & vi
debitis me, quia vado ad Patrem.] Iuxta a-
llos Euāgelistas, interea dum hęc dicuntur, Ioan.18.
erant Apostolorum oculi grauati, & impor
tunè dormitabant præ tristitia. Sciebat autē
ille, quem nihil latebat, qualiter interim Iu
das perditionis filius, & mortis minister, a-
gitante se Diabolo, discurreret, festinaret,
accipiens cohortem, & à principibus & Pha
risęis ministros, laternas ac faces accendens,
& arma conducēs. Quæ omnia priusquam
fierēt, hoc itidem salus nostra Dns Christus
proposuerat, vt non perderet quēquam ex
ipsis, quos Pater sibi dederat. Igitur secun-
dum quod apud alium Euangelistam dicit
sic: Nō potuistis vna hora vigilare mecum,
vigilate & orate, ne intretis in tētationem,
& in hoc Euangelista volens eos sollicitos,
& ad euadēdum paratos esse: Modicum (in-
quit) & iam non videbitis me.

Modicum sustinete mecum, & vigilanti
bus oculis considerate & attendite me. Nō
post hoc modicum, id est, post hanc horam
vel diem instantem, iam non videbitis me.
Nec verò turbetur cor vestrum, ecce &
hoc vobis dico, quia iterum modicum &
videbitis me, quia vado ad Patrem. Notan-
dum quia dicendo: Et iam non videbitis
me, & iterum videbitis me, penè circa idem
opposita vel contraria constituit, scilicet vi-
dere & non videre, videlicet ad commen-
dandam veritatem resurrectionis, qualis &
in ipso post modicum, & in nobis in fine sę-
culi futura sit.

Cùm enim vtrobique dicit, me, seipsum
& non alium in vera substantia carnis re-
surrecturum esse asserit: cùm autem, &
iam non videbitis, & videbitis, dicit, im-
mutationem, id est, aliam eiusdem carnis
gloriam fore repromittit. Hoc, inquam, no
tandum, quia iam non videbitis, id est, in æ-
ternum non me videbitis (inquit) scilicet
qualem nunc videtis, vtiq; passibilem, mor
talem, cum hominibus conuersantem, hu-
manas infirmitates scientem, virum dolo-
rum, & nouissimū virorum, talem iā nō vi- Heb.14.
debitis me post hoc modicum. i. post diei Esaiæ 13.
sequentis horam nonam. Nam econtrà im-
mortalē atq; impassibilem iterum videbitis
me, atq; ita non quidē alium, sed tamē lōgè
alteratum videbitis me. Igitur qui dicturus,
iterum videbitis me, præmittit: Iam nō vi-
debitis me, profectò non humanæ substan-
tiæ ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ veritatem interituram, sed naturæ gloriam per virtutem resurrectionis asserit immutandam. Sequitur. [Dicebant ergo ex Discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc qd dicit: Modicum non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad Patrem?]Videlicet quia virtutem resurrectionis nesciebant, imò nec ipsum resurrecturum esse credebant, quippe qui de illo magna sentientes, nec hoc saltem, quòd moriturus esset intelligere poterant. Proinde non mirum, quòd vim sermonis capere nequibant. [Dicebãt ergo: Quid est hoc quòd dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur.] Poterat vtique Dominus sic hæsitantibus quid loqueretur edicere verbis euidentioribus, verum res ipsa mox subsequés omnia commodius declaratura erat. Hoc profectò teneris mentibus expediebat, vt nec omninò reticeret, nec totam, sed ex parte rem doloris immensi verbis prænuntiaret, videlicet ne illa tempestas irruens repentè nimis, Fidei fundamentum in illis penitus euerteret: sed sensim reuelatus dolor tolerabilior fieret. Proinde adhuc ita sequitur. [Cognouit ergo Iesus, quia volebant eum interrogare, & dicit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi vobis: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.] Ecce palàm est, quia cum consilio suo doctrix sapientia, suauiter agens, & solicitudinem auget, & causam solicitudinis subtextam ex magna parte continet. Præmisso namque: De hoc quæritis inter vos, quia dixit: Modicum & iam non videbitis me, & cætera, non dicit continuò, quod intellectui pronum esset: vnum modicum est, ab hinc vsque ad horam nonam instantis diei, qua tranfacta sepelien dus sum, & iam non videbitis me: & aliud modicum est ab eadem hora vsque in diem tertium, quo resurgam, & iterum videbitis me, sed ita subiungit: Amen amen dico vobis, quia flebitis & plorabitis vos, mundus autem gaudebit. Hic subaudiendum est, sed postmodum plorabit & vlulabit, vel risus eius dolore miscebitur, & extrema gaudij eius luctus occupabit. Nam econtrà mox sequitur: [Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.] Mundi huius inquit immundi, qui suis immunditijs me aduersantem odit, Mundi, inquam, id est, amatorum mundi, inde gaudium erit, quia vado ad Patrem, quem tamen ille nescit. Sed tale eius gaudium contritio duplex absorbebit. Primùm quia venient dies in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non portauerunt, & vbera quæ non lactauerunt, videlicet quando venient Romani & tollent eorum locum & gentem, secundum pauorem ipsorum: Deinde quia tandem videbunt, in quem transfixerunt. Vestra autem tristitia quantam lætitiam operetur, vel quanto delenda sit gaudio, ecce persimile vobis intimo. [Mulier cùm parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Cùm autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Igitur & vos nunc quidem tristitiã, habetis,] vt hoc, quod per conclusionẽ sic infertur. Igitur & vos nũc quidem tristitiam habebitis, commodiùs sedeat, sumere priùs vel subaudire conuenit, Sanctam Ecclesiam mulierem magnam esse & inclytam, eiusque virum siue maritum, Patrem omnium Deum, puerum autem eius, quem ex eodem viro per magnam veri amoris cõcepit gratiam, ipsum esse, qui hæc loquitur, Dominum nostrum Iesum Christum. Hunc enim tunc primitus per Fidem concepit, quando iam adolescentula in Abraham promissiones audiuit dicentis: In semine tuo benedicentur omnes gentes, & credidit, & ex tunc beata progenies mente grauida, verbum promissionis baiulans in Patriarchis & Prophetis per eiusdem verbi incrementa proficiens, quasi sœta a suo magis ac magis tumuit, tandemque diu desideratum puerum mulier eadem, cuius beati Apostoli magna portio sunt, in magno dolore & angustia passionis enixa est, viditque eum in diem æternitatis feliciter nascentem, id est, à mortuis resurgentem, & iam non meminit pressuræ, propter gaudium quia natus, quia renatus est, & rediuiuus est homo in mundum redemptum, & saluatũ, vt mundi, imò cæli & terræ, & omnium quæ in eis sunt obtineat principatum. Proposita itaque similitudine qua dicit: Mulier cùm parit tristitiam habet: cùm autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum, hoc quod iam dictum est, per subauditionem sumendum est, & sic validior conclusio sese inferet: Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis.

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.] Vos, inquit, qui nunc estis quasi mulier in vtero habens, quæ clamat parturiens, & cruciatur vt pariat, ego iterum videbo, vobisque videndus apparebo, separatus quidem à vestræ mortalitatis vtero, sed bono vestro natus, & immortalis factus in regnum æternum. Et gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum certum & verum, nemo tollet à vobis. Nam vos constanter gaudẽtes dicetis: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Verè enim in vanum frement, & inania meditabuntur, quando cẽdent vos in Synagogis. Ibi etenim magis gaudebitis, & ibitis gaudentes à cõspectu concilij, quoniam digni estis pro nomine meo contume liam

Prou. 14.
Luc. 23. *Ioan. 11.* *Zach. 2.*
Gen. 22.
Apoc. 12.
Psalm. 2. *Act. 5.*
Matt. 10. *Luc. 10.*

liam pati. Quod & si corpus occiderint, sic quoque cor vestrum gaudebit, quia gaudium vestrum non in carne, quæ potest occidi, sed in corde vel anima, quam persecutor occidere non potest, repositum erit. Vestrũ igitur gaudium nemo tollet à vobis.

[Et in illo die me nõ interrogabitis quicquam.] Nunc de hoc quæritis inter vos, quia dixi vobis: Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & vultis me interrogare, verùm in illo die gaudij vestri me nõ interrogabitis quicquam horum: scietis enim rerum vel effectuum præsenti euidentia perdocti. Sed & cæterorum quicquid scitu opus erit, ex illo die sensum habentes apertum, Scripturas interrogabitis, Legis, Prophetarumque, & Psalmorum volumina consuletis, & ipsa vobis edisserent, quid fecerim, aut quid locutus sim vobis. Sequitur.

[Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis, vsque modò non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.] Sæpiùs replicando, suisque inculcando Discipulis Dominus noster, vt in nomine suo petendum esse nouerint, si quid Patrem petere velint, mediatorem Dei & hominum sese salubriter cupit agnosci. adeò necessarium, vt nemo ad Patrem venire nisi per ipsum, nemo à Patre quicquam possit impetrare nisi per nomen suum. Vnde salutaris mos, & Catholica hęc more sanctæ Ecclesiæ orandi regula est, vt in omni oratione, quam ad Patrem dirigit, subiungat: per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Quia videlicet præter hanc nulla via, nullumque est aliud ostium, ad quod respiciens efficaciter dicat: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sicut sacrificium vespertinum. Solum huius vnigeniti Filij Dei nomen, quod est Iesus Christus, necessarium vniuersæ orationis est vehiculum, quo in cælum directo cursu perlata, consistat ante Patris conspectum, salutemque de sinu eius & gratiam fugere valeat remissionis peccatorum. Verùm hoc Apostoli nec dum sciebant: idcirco iam abiturus magister vitę, hoc illis in sermone suo commendabat attentiùs. Itaque dum dicit: Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: econtrà subaudiendum est, quia nihil Pater dabit vobis, nisi orantes in nomine meo petieritis. Superioribus autem ita præsens lectio coniungitur: vt sciatis, inquit, quod verè magno fructu gaudij subsequentis, nunc vos tristitiam habeatis, sicut mulier cùm parit, hoc verò dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. In nomine inquit meo, id est, secundum nomen meum, quod Iesus, & saluator interpretatur. Cuius nominis causam siue responsionem Angelus beato Ioseph exprimens: Ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ergo in nomine Iesu petere, est illud petere, propter quod ipse qui hoc nomen sibi elegit, descendit de cælis, & incarnatus est, & homo factus est, crucifixus, mortuus, & sepultus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælum, & sedet ad dexteram patris. Quare autem hoc totum factum nisi vt per nomen eius remissionem peccatorum acciperemus? Ergo cùm quid petimus, quod causæ huic sinè dubio cooperetur, fidenter tanquam in nomine IESV petentes nos accepturos speremus. Qui sensus ex alio Euangelij loco meliùs elucet: Amen inquit, dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quinam sunt hi duo consentientes, qui inquam, sunt duo vel tres nomine IESV congregati, nisi de quibus præmiserat, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, si non te audierit, adhibe tecum adhuc vnum. Tunc nanque duo sibi consentiunt, quando is qui peccauit frater, fratrem audit corripientẽ: tunc inquam, duo vel tres congregati in nomine Iesu sunt, quando vel inter se & ipsum solũ quis corripit peccantem, vel nondum auditus adhibet secum adhuc vnum. Qui profectò tunc verè congregati sunt, & verè sibi consentiunt, quando is qui peccauit, lucrifactus, inclinatur ad pœnitẽtiæ consensum. Proinde fiducia datur illis veniæ vel salutis fraternæ, cùm dicitur: Si duo ex vobis consenserint super terrã de omni re quãcunque petierint fiet illis, & ex præcedentib. necessariò subaudiendum est, vt dicas de omni re peccati. Cæterorum autem quicquid petierimus pro superfluis voluntatibus nostris, nequaquã propter has vel cæteras huiusmodi pollicitationes suas, quasi debitor iure tenendus est, præsertim cùm in oratione suã, quã Apostolis dicentibus: Doce nos orare, ipse composuit summam omnium quæ petenda sint, septẽ petitionibus, secundũ septẽ dona Spiritus sancti, designauerit, quarũ prima est, Sanctificetur nomen tuum: septima, Sed libera nos à malo. Igitur cũ dicit: Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: oportet vt neq; à patre quicquam, nisi quod nostræ salutis sit petere audeamus, neq; nos impetrare aliter, nisi per vnigeniti filij nomẽ arbitremur. Quod quia necdum Apostoli (vt prædictũ est) nouerant: Vsque modò inquit, non petistis quicquã in nomine meo. Deniq; nondum iã perfectè nouerant eum, licet crederent, vel confiterentur eũ Christũ Filiũ Dei viui,

1. Tim. 2.
Psal. 104.
Matth. 1.
Luc. 24.
Matt. 6.
Ephes. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

viui,necdum,inquam,tam planè cognouerunt eum,vt scirent illi eum legationem suscepisse nostræ pacis,& mediatorem datum esse ad impetrandam hominibus gratiã Dei Patris. Proinde non petierant quicquam hactenus in nomine eius, siquidem nec ipse hoc illis ante hanc horam suę Passionis mãdasse inuenitur, quãquam multa in plerisq; locis de orationis instãtia sit locutus. Et addidit: Petite & accipietis, vt gaudium vestrũ sit plenum. Ordo vel sensus hic est.

Petite, vt gaudium vestrum sit plenum, & accipietis. In quo autem plenum esse poterit, nisi vt veniamus & appareamus ante
Eccle.2. faciem Dei? Omne namque gaudium mundi huius deceptiuum,& omnis risus eius eroneus est, solum autem de visione Dei, & risus faciei eius præsentis plenitudinem habet,& in veritate est. Nec enim obscurari vel auferri potest. Igitur cum dicit: Petite& accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum, illa tantummodò petenda esse innuit, quæ proficiant ad visionem Dei, in quo solo plenitudo gaudij est. Tandem in calce sermonis infert. [Hæc in Prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cùm iam non in Prouerbijs loquar vobis,sed palàm de Patre annũtiabo vobis.] Quænam sunt quæ in Prouerbijs locutum esse asserit? Nunquid ex quo surrexit à cœna Prouerbia siue Parabolas dixit,& nõ potiùs plano sermone præcepta dilectionis,& hortamenta patientiæ dedit? Siquidem & Apostoli solum hunc sermonem respicientes,quem in illa nocte hucusque produxit: Ecce,inquiunt, nunc palàm loqueris,& Prouerbium nullum loqueris. Cùm ergo dicit, hæc in Prouerbijs locutus sum vobis,&c. non ad verba ipsa, quæ tunc loquebatur referri voluit, alioquin magis propriè sic dixisset: hæc Prouerbia locutus sum vobis, si tamen reuera Prouerbia poterant conuenienter dici quæ hactenus locutus est eis: Sed hæc, inquit, quæ nunc instãt, quæ nunc aguntur, scilicet Passionem meã, pro qua cor vestrum tristitia nũc impleuit, resurrectionem quoque vel ascensionem, qua visa gaudebitis, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis, Paracleti quoque effusionem,quem si abiero, mittam ad vos, vt iã dixi. Hæc, inquam, in Prouerbijs hactenus locutus sum vobis, varijs præsignaui figuris, vsque in hanc horam passionis, imò vsque dum tradente me spiritum, scindatur
Matth.27. velum templi à summo vsque deorsum, ipsa sua sciscitione contestans, ea quæ hactenus latebant sub figuris, deinceps in veritate clarescente mysteria verbi Dei. Extunc enim iam non in Prouerbijs loquar vobis, sed palàm de Patre meo annuntiabo vobis, ita vt præsentibus rebus, quarum figuræ præcesserunt, vos non solùm intelligere ea, quæ præsens ipse feci, vel locutus sum vobis, sed etiam quæ in figura contingebant patribus vestris, discutere& aperire possitis. [Illo die in nomine meo petetis.] Illo, inquam, die, reuelatæ gratiæ, die salutis,& acceptabili tẽpore, quando spiritus veritatis docebit vos 1. Cor. 10. omnem veritatem, de meo accipiens, & annuntians vobis: vos in nomine meo petetis, 2. Cor. 6. quia videlicet cognoscentes me, & credentes quia ego in Patre,& Pater in me est, verum Deum & hominem, æquè vt Patrem adorabitis,& sic in nomine meo petetis, qd vsque modo non feciſtis. [Et non dico vobis,quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui.] Nõ, inquit, illo die ego rogabo patrem de vobis. Ne forte Hæreticus non intellexerit,quomodo suprà dictum sit: Et ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, & inde argumentetur, patre minorem esse Filium, eò quòd rogare minoris sit, ecce & hoc è diuerso infert: Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis, scilicet illo die, quo(vt iam dixi)in nomine meo petetis. Nã Psalm. 52. isto quidem die, qui nunc ingruit, de tribulationis meæ, quo capiunt animam meam, & irruunt in me fortes,ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis: rogabo, inquit,Sacerdos factus ipse sacrificiũ, secundum passibilẽ hominis naturam: illo autem die & deinceps, quò iterũ in gaudio cordis vestri videbitis me, iam non rogabo patrẽ de vobis, Quare? Ipse enim pater amat vos, id est,isto rogatu meo sibi reconciliatos iam Ephe.3. habet amicos vos, & de filijs iræ fecit filios gratiæ suę. Vnde hoc? Quia vos me amastis, & credidistis,quia à Deo exiui. [Exiui à patre,& veni in mundum: iterũ relinquo mũdũ,& vado ad patrẽ.] Exinaniui me formã Philip.2. serui accipiens,& veni saluare mundum, cu Psalm. 16. stodiendo vias duras propter verba labio- Hebr.2. rum patris, dum non loquor opera hominum. Iterum relinquo mundum, deponens seruitij iugum, & vado ad patrem,propter passionem mortis recipiens gloriam & honorem. Propter hoc ipse pater illo die amat vos, quia credidistis hoc. Etenim ista credulitas efficiens causa est, vt mea prosit vobis passio, vt reconciliemini Deo, vt non iam filios iræ, sed gratiæ reputet & amet vos, ita vtiã ex illo die nõ oporteat me patrẽ rogare de vobis quod modo semel facio: semel enim morior,& quòd morior peccato non meo,sed vestro morior, deinceps viuã Deo, quia sicut dixi vobis, vado ad patrẽ, à quo propter hoc exiui, vt hoc modo redirem. Hoc nẽpe illud est, quod Psalm. cælis enar- Psalm. 18. rantibus audiuit aure prophetica. Præmisso namq; hoc versiculo, quo exposuit quã Dei gloriã enarrauerit, dicẽs: In sole posuit tabernaculũ suũ, & ipse tanq; sponsus procedẽs de thalamo suo: Exultauit vt gygas ad currendã viã suã, statim secutus est: à summo cælo egressio eius. Igitur Cherintus atque

atque similes eius Hæretici mentiti sunt dicendo, ante Mariam non fuisse Christum: Quia exiui (inquit) à Patre & veni in mundũ, contestante propheta, quia à summo cælo egressus sum. Sequitur. [Dicunt ei Discipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris,& prouerbium nullum dicis,] Dixerat enim eis ipse. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis, venit hora cùm iam in prouerbijs non loquar vobis,sed palàm de Patre meo annunciabo vobis. Non aduerterant quòd iam in præsenti tempore dixit: Hæc in prouerbijs loquor vobis,sed præterito: Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Vnde iam superiùs dictum est. Dixerunt ergo: Ecce nunc palã loqueris,& prouerbiũ nullum dicis. Quod si ex parte verum est, nunc, id est,in hac cœna nullum prouerbiũ dixerat,attamen non
Matth.26. palàm erant illis omnia quæ dixerat. Nam & paulò antè dixerunt: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum & iam non videbitis me,& iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Nescimus quid loquitur. Adeò caligabant in illa magna tristitiæ nebula,qua non solùm oculi, sed & interni sensus eorum erant grauati, vt ipsam quoq; ignorantiam vel tarditatem suam nescirẽt. Sed huic errori Fides subuerat,discussis ignorantiæ tenebris,& sedatis tristitiæ vel timoris tempestatibus, in suo tempore apparitura. Nam sequitur. Nunc scimus quia scis o-
Psal. 146. mnia,& non opus est tibi, vt quis te interro-
Sap.8. get. In hoc credimus quia à Deo existi.] Ve-
Hier. 17. nerabilis & sapientiæ Dei condigna hęc professio est,quia dicitur: Nũc scimus,quia scis omnia. Omnia nanque scire, solus est, vel sapientiæ eius, cuius non est numerus, attingit autem à fine vsque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hæc enim sola scit omnia,& omnium scrutatur corda, & vni-
Iob. 38. uersas mentium cogitationes intelligit: Et non opus est tibi, vt quis te interroget. Hoc planè idoneum tantæ rei testimonium est. Quis enim est doctorũ adeò strenuus, vt sal tẽ obiectis semp sufficere possit interrogationibus, ne dicã tacitis auditorum occurrere cogitationibus? At ille Dominus & magister,quanta beneuolentia docebat, tanta & potentia corda omnium in manu sua tenebat,ita vt non nesciret quid cuique deesset,quinetiam nulla eum cordis cogitatio lateret. Quod cùm multis experimentis,vicino quoque Discipuli confirmati fuerant argumento, quia videlicet paulò antè dicente illo: Modicum & iam non videbitis me, & cętera, cùm dicerent quidam ad inuicem: Nescimus quid loquitur, cognouit ipse, quia volebant eum interrogare, & non fuit ei opus, vt interrogarent, præuenit enim eos dicens: De hoc quæritis inter vos? Benè ergo scimus (inquiunt) quia scis omnia, neque nos dubitamus, rectè sic illos dixisse de illo, sinè quo nemo alius tetendit super vnumquemque scientiæ vel intellectus lineas: Et non est(aiunt)opus tibi, vt quis te interroget, videlicet quomodo cuique homini docere cupienti opus est, aperiri verbis id quo hæreat sensus auditoris. Quod verò adijciunt: In hoc credimus, quia à Deo existi, idẽ est ac si dicãt: In hoc credimus, quia tu es ip- Eze.24. sa sapientia, quæ dicit: Ego ex ore altissimi prodiui. [Respondit eis Iesus: Modò creditis? Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini, vnusquisque in propria,& me solũ relinquetis: Sed non sum solus, quia Pater mecum est.] Modo (inquit) creditis? Modo scitis? Benè quidem est, quia creditis: & benè est, quia scitis: sed videte ne turbetur cor vestrum, videte ne hãc ipsam credulitatem de cordibus vestris fuget vẽtus, tollat aura. Nam ecce venit hora,& non longè est, sed iam venit, de qua dictum est: Quia Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: Venit (inquam) hæc hora, in qua tanta tem- Luce 22. pestate cribrauit vos Sathanas, vt dispergamini, vnusquisq; in propria, scilicet procul fugientes ab angustia mea, & contenti salute quisque propria, & me solũ relinquatis, vt solus vadam immolari pro vobis. Nam quò ego vado, vos (sicut superiùs dixi) non potestis me modò sequi. Sic implebitur Scri Esa.63. ptura, quæ in persona dicit: Torcular calca- Matth.26. ui solus,& de gentibus non est vir mecum: circunspexi,& non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret. Itaq; (vt iam dixi) omnes in me scandalum patiemini, puta dispergemini, quia fugam capietis,& me solum relinquetis. Veruntamen non sum solus, quia Pater mecum est. Nec enim sic exiui à Patre, & veni in mundum, vt ille me reliquerit solum. Nunquid ergo fallitur spiritus meus in Propheta dicente: Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Absit. Tan- Psal. 121. tillum tacebit Deus meus, silebit & patiens erit, donec isti (quorum est hora quæ iam venit,& potestas tenebrarum) videant, & derideant me, loquãtur labijs & moueant caput, fodeant manus meas & pedes meos, & dinumerent omnia ossa mea, diuidant sibi vestimenta mea,& super vestem meam mittant sortem. Tantillum, inquam, tacebit,& dereliquisse me videbitur, quia silebit: sed post hæc non longè faciet auxilium suum à me. Erue enim à framea animam meam,& de manu canis vnicam meam, à mortuis me resuscitans,& exinde palàm ego faciã, quòd non reliquerit solum, quia narrabo nomen eius fratribus meis,& in medio Ecclesię laudabo, id est, laudabilem faciam eum. [Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis.] Quam pacem, nisi peccatorum remissionem? Quam pacem, nisi illarum quæ inter Deum & homines erant inimicitiarum solutionem & reconciliationem? Hanc, inquit, pacem valdè necessariam, vt in me id est, per mortem meam habeatis, idcirco hęc

locutus sum vobis: locutus sum, inquam, id est, feci. Verba nanque mea iam facta sunt, quia videlicet certum est futura esse, imò & impossibile est non posse fieri quæ locutus sum vobis. *Ephe. 2.* Quæ nam sunt ea quæ locutus sum vobis, nisi incarnationis meæ, quæ iam facta est, & eius, quæ sinè dubio mox futura est, passionis, simulq; & resurrectionis meæ certa mysteria? Hęc ego locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis, testãte Scriptura, cũ dicit: Si fuerit Angelus loquens pro eo, vnũ de similibus, vt annunciet hominis æquitatem, misebitur eis, & dicit: Libera eum, vt non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier, &c. Vnum planè de similibus est in his quæcunq; locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis, vt liberemini, & in corruptionem non descendatis, vt in me, q solus inuẽtus sum Deus propitietur vobis. Quod est illud vnum? Hoc scilicet, quòd & ego æquè vt vos passibilis atq; mortalis homo sum. Nam cætera dissimilia sunt, quia videlicet solus ego de cunctis hominib. quãdo & quomodo volui natus sum, quãdo & *Matth. 10. Luca 12.* quomodo volo morior, nihilominùs quando volo resurgo, & in cælum ascendo. Igitur hæc locutus sum vobis, idem est ac si dixisset: Hæc facio vobis. Sequitur: [In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.] Non, inquit, in mundo, sed in me pacem habebitis: Nam è cõtrario pressuram in mundo habebitis. Tradent enim vos in concilijs, & in Synagogis flagellabũt vos, ante Reges & Præsides ducemini propter me, & morte afficient ex vobis. *Rom. 2. 2. Cor. 1.* Non, inquam, pacẽ, sed huiusmodi lites & bella & inimicitias in mundo habebitis. Sed confidite, & nolite timere eos qui corpus occidunt, & post hæc non habent quid faciant. Nam ego vici mundum, quippe qui occisus ab illo, tertio die resurgam. Hac ergo confidentia nolite timere, habẽtes pacem in me: etenim vos quoq; occisi resurgetis, & eritis socij victoriæ meæ, consortes regni, participes gloriæ. [Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.] Huic orationi Saluatoris congruit *CA. XVII. Psal. 10.* ille Psal. centesimi primi titulus talis: Oratio pauperis cùm anxiaretur, & effunderet precem suam coram Domino. Etenim illa hora anxiata est anima pauperis huius, & erat tristis vsque ad mortem, ita vt (sicut alius Euangelista refert) factus in agonia, & prolixiùs orans sudauerit, factusque sit sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Sciendum quippe quia non in illo cœnaculo, in quo cœna facta fuerat, hanc orationem fudit. Nam superiùs Euãgelista illum inde egredientem significauit, videlicet vbi iã exacta magna parte sermonis, cũ dixisset: Iam non multa loquar vobiscum, venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, sed vt cognoscat mundus, quia ego diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, repentè sic intulit: Surgite eamus hinc. Quò tamen tunc abierunt, non dicit, sed luce clariùs ex alijs accipimus Euangelistis. Sic enim *Matth. 26. Marc. 14. Luca 22.* concorditer referũt: Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. Illic orationem istam fuisse celebratam perspicuum est. Nã postquam illuc exijt, tũc (inquit Matthęus) venit Iesus cũ illis in villã, quę dicitur Gethsemani, & dixit Discipulis suis: Sedete hic donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit cõtristari & mœstus esse. Et subinde: Et progressus, inquit, pusillum, procidit in faciem suam, orans & dicens: Mi Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Hoc idẽ Marcus euidenter narrat. Lucas quoque egressum illum refert in montem oliueti, & auulsum à Discipulis suis, quantum iactus est lapidis, positis genibus orasse, addẽs hoc, quia factus in agonia prolixiùs orauit, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Itaque consonantibus cunctis, hanc orationem dixit in monte oliueti, præsentibus Petro, & duobus filijs Zebedęi. Nam à cæteris Discipulis auulsus erat quantum iactus est lapidis. Alijs nanque sedere iussis, donec vadam, inquit, & orem: postmodũ Petro & filijs Zebedęi, quos assumpsĕrat: Sustinete, ait, hic, & vigilate mecum. Et progressus, non iam quantum iactus est lapidis, sed pusillum, procidit in faciem suam. Vnde non adeò mirum est hunc Euangelistam, filium Zebedæi prolixam eius scripsisse orationem, cùm alij tam breuem scripserint, quia videlicet vadens, vt oraret, hunc solũ ex omnibus Euangelistis assumpsit, & hoc audiente orauit. Quid igitur pauper iste anxiatus orauerit, quem clamorem ad Deum Patrem sinè dubio peruenturum emiserit, in hoc Euãgelista plenjùs habentes apponamus, si aures, habemus audiendi & audiamus quid clamauerit, quam corã Domino Patre suo precem effuderit. Subleuatis (inquit Euangelista) oculis in cælum, videlicet quò suæ orationis dirigebat clamorem validum, dixit: Pater venit hora, venit, inquam, hora, subauditur magnæ ãgustiæ vel tribulationis, in qua deficiunt sicut fumus dies mei, & percutior sicut fœnũ, leuiter occisus iuxta communem conditionem omnium mortalium. Sed tu clarifica filium tuum, videlicet magna resurrectionis claritate, vt filius tuus clarificet te, scilicet præclara Discipulorum suorum prædicatione, vel mortuorum resurrectione. Sequitur enim. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.] Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, id est, omnis hominis, siue Iudæi, siue Gentilis. Etenim non est Iudæorum *Psal. 101.*

dæorum Deus tantùm, sed & Gentium: sic ut in quam, dedisti ei potestatem, & decreuisti illum super omnes Gentes esse Regem, & Principem, atque Saluatorem, ad *Roma. 3. Actor. 5.* dandam pœnitentiam & remissionem peccatorum, sic attende, datumque tuum siue propositum tuum confirma rerum veritate, in eo videlicet, vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternam, scilicet duplicem animarum atque corporum resurrectionem. Ita cùm dixisset. Clarifica Filium tuũ, vt Filius tuus clarificet te, tanq̃ quære res in quo se à Patre clarificari, vel Patrem ipse clarificare vellet: sic (inquit) clarifica iam actu, sicut clarificasti potestate, vt faciet filius tuus illud, propter q̃ incarnatus *Rom. 1.* vel homo factus est, id est, omnibus, quos dedisti ei, vitam æternam det. Et tanquam iterum quæreres, quid pertineat hoc ad clarificationem Patris, dare vitam mortuis, quia dixit, vt Filius tuus clarificet te, protinus adiungit. [Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christũ.] Igitur quòd dixit: clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te, idem est, ac si dixisset: secundũ spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, attestare me esse Filium tuum in virtute, cuius rei clara cognitio, causa est effectiua hominibus vitæ æternæ. Eò suspirat vel intendit totum huius orationis incensum, magno charitatis igne adustum, nõ quòd pauper iste dubitet vtrùm Propheta suus verum sibi prænunciauerit dicens: Nũquid qui dormit non adijciet vt resurgat? Sed vt scirent qui tunc audierunt, & intelligant qui hanc eius orationem nunc legunt vel audiunt, quòd salus, vita, & resurrectio nostra, moriendi & resurgendi causa fuerit illi, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. In alio quoque Psalmo, cùm iuxta sensum huiusce orationis, qua nunc dicit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, diceret spiritus eius: Domine *Psal. 40. Esa. 53. Psal. 25.* Deus meus clamaui ad te, & sanasti me, & cætera. Tandemque quasi dubius quęreret: Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem. Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annunciabit veritatem tuam? Statim vt verè certos intulit: Audiuit Dominus, & misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus, & reliqua. Itaque tam in hac oratione sua Dominus, quàm in propheticis Scripturis, spiritus eius non dubius orat, dum & illuc post clamorem suum dicit: Audiuit Dominus, quod magnæ est certitudinis, & hic, præmisso: Pater clarifica Filium tuum, subiungit continuò: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt ostendat quòd oratio sua non in incerto, sed in potestate sit. Sequitur. [Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam.] In quo iam clarificauerit Patrem Filius, postmodum expositurus est, dicendo: Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Non ergo quæsitu opus est, quomodo qui dixerat: clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te, nunc dicat: ego te clarificaui super terrã, quia lector vltrò intelligit, clarificatum qui dem iam esse Patrem in cognitione filij apud mentes illorum qui credebant, quòd hic talis à Deo exierit, quem & confessi iam fuerant esse Christum Filium Dei viui, sed nondum illis benè cognita maiestate vel bonitate eiusdem Filij, multum deerat de glorificatione Paterni nominis. Idcirco vtrũq; dixit, vt & Filius tuus clarificet te, & ego te clarificaui. Cui par est q̃ posteri⁹ dicit: Et notũ feci eis nomen tuũ & notũ faciã. Quod *Hebr. 1.* vero nũc addit: opus cõsummaui, q̃ dedisti mihi vt faciã, idẽ est ac si dicat: Mandatum tuum impleui, factus homo mortalis, & nũc ad summum obedientię, scilicet ad mortem, inquã, nunc agonizor, sponte perueni. Proinde mox subiungitur. [Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate quã habui priusquam mundus esset apud te.] Et quoniam (inquit) consummaui opus, quod dedisti mihi, nunc, scilicet in hac hora quæ venit, clarifica tu me Pater, id est, resuscita me: Clarifica, inquam, apud te, videlicet cõstituendo ad dexteram tuæ maiestatis in excelsis, eadem claritate, quam habui antequã mundus esset apud te, vt nihilominùs adoretur ab Angelis recens forma serui, quàm adorabatur ab Angelis antiqua forma Dei. Aliter: Et nunc clarifica tu me Pater apud *Gen. 1.* temetipsum claritate, quàm habui priusquã mundus esset apud te, videlicet vt sicut spiritus meus, in principio ferebatur super aquas, vt Angelica creatura per me verbum tuum crearetur te dicẽte: Fiat lux, ita & nunc idem spiritus super aquas feratur, vt per me Filium tuum noua hominum creatura nascatur, dum in morte mea baptizantur, vnde Angelorum, qui cecidit decimus ordo restauretur. Nam hoc etiam modo clarificatio, qua ego tunc clarui, nunc iterabitur. Nunc demum, quia dixerat: Ego te clarificaui super terram, exponit in quo clarificauerit dicens: [Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo.] Principium nanque paternæ clarificationis, horum hominum institutio est, per quos *Apostoli lux mundi* nomen Patris oportebat innotescere orbi, vnde & rectè dicti sunt lux mũdi, quia mũ- *Matth. 5.* dum cognitione huius nominis illustraturi, priùs ipsi sunt illuminati. Quod autem est hoc nomen Dei, nisi Pater Iesu Christi? Et enim cætera nomina Dei, quæcunque in Lege sunt, audire vel scire potuerunt homines ante aduentum eiusdem Christi. Hoc autẽ nomen quod est Pater, vel cuius Filij relatione Pater credendus sit, nunquam cognitum fuisset, nisi veniens ipse Filius hominis

illud manifestassет Ergo nomen tuum(inquit) nomen Patris mei, vel quòd Pater meus sis, manifestaui per opera, quæ nemo alius fecit hominibus, quos dedisti mihi de mundo, quos ad me attraxisti: electos de mundo, quia non caro & sanguis reuelauit eis sed tu Pater mi, q es in cęlis. [Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt.] Nisi enim tui essent, non mihi eos dedisses. Quomodo autem tui iam erãt, & nondum mei, nisi quia te quidem Deum inuocabant, sed me Filium tuum esse, vel huius Filij respectu Patrem te vocare, necdum sciebant? Ergo in eo eos mihi dedisti, qui Filium tuum esse illis reuelasti.

Matth. 19. Deut. 33. Quo cognito ecce ipsi sermonẽ tuũ seruauerũt, quia videlicet omnia relinquẽtes, me sequuti sunt. Quam tui sermonis obseruationem certam esse, testatur Lex dicens. Qui dixerit Patri suo, & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & Legem tuam ô Israel. Igitur quos dedisti mihi, tui erant, & in eo sermonem tuum seruauerunt, quia relictis omnibus, me sequuti sunt. [Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, hi abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt, & cognouerũt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti.] Hoc verè quia tu mihi eos dedisti, consequens erat, vt cognoscerent, vt verba quę dedi eis, acciperent, cognoscerent & crederent. Nisi enim eos tu mihi dedisses, nunquam cognouissent: sicut non cognouit perditus Iudas, cuius ab effectis palàm omnibus est, quia non eum tu mihi dedisti, nec tui causa me sequutus est, sed cùm non esset tuus, tuis per hypocrisim fuit admixtus, pec cator & dolosus. Propterea nunquam hoc illi sapuit quod isti cognouerunt, scilicet q̃ omnia quæ dedisti mihi, id est, quæcunque feci opere, quæcunque dixi doctrinæ, verba abs te sunt: sed dixit mala, in corde suo cum eis sentiens qui dixerũt: In Beelzebub principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia. Et nõ est hic homo à Deo. Palàm ergo de istis est, quia tu eos ad me attraxisti, quia cognouerunt quia de operib. meis rectè senserunt. Cognouerunt inq̃, quia verba non alia nisi quæ dedisti mihi, dedi eis, & acceperũt acceptione digna, videlicet vt (sicut iam dictum est, propter verba mea reliquerint omnia sua: Cognouerunt (inquit) verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Cùm idẽ esse videatur, exire Filium à Patre, quòd mitti cur vtrunq; dixit, & quia à te exiui, & quia tu me misisti, nisi vt æqualẽ iudicet charitatẽ, & suimet scilicet Filij venientis, & patris mittẽtis? Etenim pater quidẽ filio mãdatum dedit, vt veniret bibere pro nobis calicẽ passionis, sed nihilominùs idẽ filius spontanea charitate venit. Deniq; non tanquam minorẽ propter charitatẽ suam Pater mandato suo coegit, sed vt verè coęqualẽ & pari dilectione volentẽ misit. Igitur vt vtriusq; scilicet Patris & Filij charitatẽ iudicet, & cognouerunt (inquit) quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. His ita prẽmissis, ait: [Ego pro eis rogo.] Tandẽ orationẽ suã aperit, pro qua subleuatis in cælũ oculis hactenus obsecrauit, dicens: Pater venit hora, clarifica filiũ tuum, &c. Hoc planè iuxta Apostolum, obseruandũ est in oratione legitima, vt per ordinẽ fiãt obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones. Quem ordinem ipse totius sanctæ orationis magister & dux præsenti loco seruasse comprobatur. Primo nanque obsecrationem præmisit, dicens: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, & cætera. In quibus quasi bene uolentiam Patris ambiuit, vsq; ad id quod nunc ait: ego pro eis rogo. Est autem ab hoc loco oratio, id est, verba supplicantia quidem, sed nondũ explicantia, quid velit aut quò tendat. At verò quod postmodum ait: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, & reliqua, postulatio est. Et deinde quod subiungit: Pater iuste, mundus te non cognouit, &c. Gratiarum actio est. Igitur præmissa obsecratione, iam nunc orationem annectens, Ego, inquit, pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt.] Væ ergo mundò gaudenti, orante pro suis, i. moriente & in ara crucis se sacrificiũ offerente Christo vnigenito Filio Dei: qa pro eis quos dedisti mihi (inquit) rogo, non ꝓ mundo. Mundus eñ hic accipiuntur dilectores mundi, tã diuersi ab eis, pro quib. Christus rogat crucifixus, quã diuersi erãt, apud Deum Aegyptij filijs Israel, sacro sanguine agni postes suos signãtibus. Væ igitur (vt dictum est) tali mundo, quia quod rogat Christus verus agnus Dei, nihil illi ꝓficit, vt cũ Rege suo principe tenebrarum Diabolo, citiùs in profundum inferni demergatur: solis illis, quos pater filio dedit per crucẽ & sanguinem eius euadentib. Quia tui sunt, inquit, Et tãquam quæreres, quomodo vtrunq; dixerit, & mihi eos dedisti, tui sunt, adhuc pleniùs subiũxit [Et mea sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis.] Non ergo desinunt esse patris, quos pater filio dedit, quia neq; sine filio pater, neq; sinè patre filius quicquam possidet. In quo verò clarificatus est filius, in eis, scilicet in omnibus quæ sunt patris? In eo videlicet, quòd nihil eorum ad patrem nisi per filij gratiam venit: nemo siue mortuorum siue viuorũ, nisi per crucem & sanguinem filij, videre potest gloriã patris. Quod quia nunc agitur, scilicet vt moriatur & resurgat, & sic viuorum atque mortuorum dominetur. Et clarificatus sum (inquit) in eis, videlicet quasi iam sit factum, quod protinus est futurũ.

Iudas electus admixtus.

Matth. 12. Luc. 11. Ioan 9. Ioan. 6.

Quid hic mundus.

Vnde

Vnde & subditur [Et iam non sum in mundo, & hi in mũdo sunt, & ego ad te venio.] Cùm hæc loqueretur, vtique in mundo erat, quia visibiliter aderat, & mortalem vitam spirabat, imò quia pressuram in mundo habebat, & tamen in mundo non erat, quia iam à traditore venditus, moxque tenendus & ad mortem ducendus erat. Ergo non omninò, sed quodammodo iam in mũdo erat, quia iam in termino vitæ præsentis, & iam in exitu mundi pedem irreuocabilem posuerat. Quia verò sic vadẽs, & dicẽs: & ego ad te venio, gloria & honore coronabatur, & constituebatur super opera manuum Patris: quia (inquam) sic de torrente in via bibens, propterea protinus habebat exaltare caput, rectè omninò quasi de præterito dixit, & clarificatus sum in eis. Causam autem quare sic vadẽs, pro suis roget, interposuit dicens: Et hi in mundo nõ sunt. Causa quippe magna & negotiosa est, de qua salutis amicum curare oporteat, quòd se stabilitate littoris, id est, immortalitatis pace & securitate potito, sui remiges in fluctibus difficili nauigio periclitantur, sinè dubio perituri, nisi salutis ab ipso portus illis præparetur. Itaque nunc demum ab eo postulat pro illis, id est, quid roget, propter quid obsecrauerit, manifestiùs aperit. Ait enim. [Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.] Summam necessariæ postulationis breuiter est eloquutus, dicendo: vt sint vnum sicut & nos. Et hoc multoties repetit: quia verè magnum, quia præclarum, quia gloriosum & optabile est, esse vnum, & quàm magnum sit, à similitudine ipsius vel Patris colligamus, quia dixit, sicut & nos. Quidnam est, vnum esse, nisi semper idem esse, & sinè permutatione immutabiliter perdurare? Sic plane vnum est Deus vnus, Pater & Filius & Spiritus sanctus: vnum, inquã, & idem. Vnde & dicit ad Moysen: Ego sum qui sum. Et Psalmista. Cœli (inquit) peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Homo autem postquã à Paradisi æternitate peccando deiectus est, vbi pro modo suo, vnum esse vel fieri poterat, palàm est iam vnum non esse: quippe qui quasi flos egreditur, conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Quam eius mutabilitatem, imò & defectionem Psalmista quoq; deplorãs: Mane inquit, sicut herba trãseat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret & arescat, quia deficimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Ergo vnũ esse desijt, & in hoc Dei, qui semper vnum & idem est similitudinem perdidit. Dei autem Filius, qui hæc moriturus nunc loquitur, idcirco nunc moritur, vt ad vnum, id est, ad æternitatis stabilitatem homo reformetur, vt mortuus in anima, & moriens quoque in corpore, beata vtriusq; resurrectiõe reparetur, & deinceps nullis subiaceat casibus, nullis mutationibus perturbetur. Igitur quod dicit: Pater sancte serua nos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos, Adoptionem filiorum Dei postulat illis, quo quibus & patitur: quia videlicet in nomine Patris seruari nullo modo meliùs intelligitur, quàm vt hoc idem sit, quod est in Dei filios adoptari. Nam idcirco Patrẽ sanctum inuocat, vt sibi sanctificet quos filios, non quidem per naturam, sed per gratiam habeat: Et notãda verbi proprietas, dum dicit, serua. Seruari nanque propriè dicuntur, qui capti in bello, cũ iure belli possint occidi, victoris miseratione vita donantur. Sic nimirum cum mundo isto, Dei inimico, iustè damnandi fuimus, sed victoris Dei gratia dimissi seruamur. Vnde & iuxta rei veritatem serui sumus, licet propter abundantiam gratiæ filij nominemur & simus. Hoc sanè prætereundum non est, cùm dicitur, vt sint vnum sicut & nos, non Dei nobis ęqualitatem dari, sed similitudinem comparari. Nõ enim ait, vt sint vnum quod & nos, sed sint (inquit) vnum sicut & nos. Quod hic idem Ioannes in epistola sua commendans, non ait æquales, sed scimus (inquit) quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hoc ergo agitur, non vt natura Deo æquales simus, sed vt gratia similitudinem Dei recuperemus, vt videndo eum qui solus verè est, ex ipsa eius visione simus vnum, sicut & ipse vnum est. Vnum inquam id est, immortales atque impassibiles, & nullius vicissitudinis obumbrationi subiacentes. Sequitur. [Cùm essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo.] Corporali, inquit, præsentia cùm essem cum eis, ego seruabam eos, non tamen addidit, vt essent vnum sicut & nos. Hoc enim fieri non potuisset, quamdiu cum eis ipse maneret Passionis expers: Quomodo verò illos seruarit, monstrat propositũ sic. [Quos dedisti mihi custodiui, & nemo perijt ex eis, nisi filius perditionis, vt Scriptura impleatur] Ergo sic tantũ illos seruasse dicit, vt episcopatus suos nõ perderẽt, sicut perdidit ille filius perditionis, vt Scriptura impleatur, videlicet quæ dicit in illũ: Fiant dies eius pauci & episcopatum eius accipiat alter, & cætera. Quod per præsentiam eius factum fuisse, scilicet vt vel sic custodirentur, satis ex eo liquet: quia mox vt ab eis auferri cœpit maximus eorum Petrus negauit, & episcopatum suum perdidisset, nisi quia conuersus ipse in eum respexerit. Igitur quia seruati illos (inquit) eousque, vt in horam passionis meæ corde mecum permanserint, quamuis corpore fugientes, me solum reliquerint, & idcirco in salutem &

Rom. 8.

Psal. 8.

Psal. 109.

Quid est, vnum esse.

Exod. 3. Psal. 10.

Ioan. 3.

Filius perditionis Iudas proditor.

Psal. 108.

Iob 14. Psal. 89.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatorum remissionem fiat illis offusio
Luca 21. sanguinis mei. Deinceps ô Pater sancte serua eos (inquit) in nomine tuo, vt fortes facti per omnia mundi pericula perseuerantes, ad hoc perueniant, quò (vt iam dictum est) similiter vt nos vnum sint. Custodiui (inquam) eos, cùm essem cum eis. [Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt gaudium meum in ipsis sit.] Non dixit, nunc autem ad te venio, & sum in mundo, quod contrarium esset ei, quod paulò antè dixit: & iam non sum in mundo. Hæc (inquit) loquor in mundo, quod non idem, & diuersum est. Nam post resurrectionem suam locutus est in mundo, id est, eis qui erant in mundo, cùm tamen ipse non esset in mundo, videlicet in eo, quia mundana vel mortalis non erat eius conuersatio. Quæ autem sunt ea, quæ loquitur in mundo, nisi hæc ipsa eius oratio, cuius cum intentione moriens. Ad te (inquit) ô Pater venio, & iã non sum in mundo. Vt quid verò hæc loquitur, & hæc orat Pontifex ipse & hostia salutaris? Ait: Vt gaudium meum in ipsis sit. Hoc planè verum & nostræ Fidei notũ est, quia vt gaudium suum daret nobis, idcirco pro nobis doluit, idcirco hæc locutus
Hebr. 5. est, idcirco pro nobis Pacé rogauit cum clamore valido (vt ait Apostolus) & multis lachrymis. Sequitur. [Et ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego nó sum de mundo.] Summa discriminis eorum, propter q̃ & rogo pro eis, causa ista est, qa ego dedi eis sermonem tuum, id est hæreditariũ post me reliqui eis prædicandæ veritatis officium. Propter hoc mundus eos odio habuit & persequitur, propter hoc, inquam, nam si non loquerentur ea quæ mundo nó placent, nó occiderentur, nec in mũdo presuram haberent. Ergo sic de mundo non sunt, quomodo ego non sum de mundo. Nam & ego propter hoc non sum de mundo, sed extraneus factus sum quoque fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ,
Psal. 68. quia loquor non placentia illis. Quid ergo pro eis rogo, quid volo dum dico, serua eos in nomine tuo, vt sint vnum sicut & nos? Nunquid vt iam depositis corporibus liberi, aut in modum Heliæ & Enoch translati
Gen. 5. exeant de hoc mundo? Minimè. [Non rogo
4. Reg. 5. vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.] Si enim iam de mundo tollerentur, quo vehiculo, quibusue curribus, quibus, inquam, quadrigis, quoue equitatu exiret in omnem terrã, & in fines orbis terræ sermo tuus, asignare mihi postulâti datas à te Gẽtes hæreditatem meam, & possessionẽ meã terminos terræ? Isti enim sunt soli residui equi tui, & quadrigæ tuæ, de quibus scriptum
Psal. 18. est: Qui ascendes super equos tuos, quadri-
Psal. 2. gæ tuæ saluatio. Non ergo rogo, quia nequa quã expedit, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à mundo, id est, à peccato. Malũ enim solum peccatum est, quia creaturæ rationali præter peccatum nihil nocere potest. Proinde etsi mundus eos odio habens, corpora occidit, animas eorum serua, vt nó possint occidere, vt Sathanas quantumcunque cribret nos sicut triticum, non possit quenquam eorum velut paleam, deficiente Fide, in damnationem euentilare. Quomodo autem seruari, & in mundo illos velim dimitti, iam dicam. [Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.] Hoc est, inquit, quod pro eis rogo, vt in veritate sanctificẽtur, & in mundo sic
Luca 22. mittantur sicut ego sum missus, id est, sicut ego veni persecutionẽ passurus, sic eant & ipsi persequutionem passuri. Quid autem est sanctificari in veritate, nisi verè iustificari per Fidem in meo sanguine? Nam hactenus sanctificati quidem erant: sanctificati, inquam, sed nondum in veritate, quia vi delicet omnes sanctificationes, quæ scripte sunt in Lege Moysi, non iam veritas, sed vmbræ vel figuræ erant veritatis, vel veræ sanctificationis, qua nunc in sanguine meo tolluntur peccata mundi. Huius autem sanctificationis efficiens causa est sermo tuus, 1. Cor. 10. Coloss. 2. qui est veritas. Quis iste sermo tuus, nisi verbum quod caro factum est, & ecce per passionem mortis infernum constringit, & tertia die resurgit? In hoc sermone quicunque baptizantur, in veritate sanctificantur. Itaq; in hoc sermone, in hac veritate quia crediderunt, verè sanctificatos non rogo vt tollas eos de mundo, sed sic mitto eos in mundum, vt tu misisti me in mundum, scilicet vt patiantur eosdem persequentes, q̃ me persequuti sunt, perhibendo veritati testimonium. [Et pro eis sanctifico meipsum, vt & ipsi sint sanctificati in veritate.] Siquidem ita dictum esset: & pro eis sanctifico meipsum, paratior vltrà sensus ocSanctificare, est sacri-
curreret, videlicet quòd de præsenti suæ ficare seu
passionis sacrificio dixisset, quo verus ip- sacrificium
se Agnus omni mundo non per alium offerre.
Pontificem, quàm per semetipsum immolatus est. Verùm iuxta verbi proprietatem sensus idem præsto est, quia profectò cùm sacrum & sanctum idem significent, non aliud dixisse putandus est, quàm si dixisset: & pro eis sacrifico, vel sacrificium offero meipsum. Ipse quippe non solùm sacrificium, vt sacrificij Pontifex est, verùm
Hebr. 9. etiam & templum est, testante Apostolo, qui de vmbraticis sacrificijs loquutus plurima: CHRISTVS autem, inquit, assistens Pontifex futurorum bonorum per
Esa. 53. amplius & perfectius tabernaculum nó manufactum, id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuẽta.

Ergo

Ergo mox traditurus pro peccato animam suam, vt videat semen longæuum: & pro eis, inquit, sanctifico, id est, sacrifico meipsum, vt & ipsi sint sanctificati in veritate.
Zacha. 3. Quod si rite perpendas, amplius & magis propriè rem tetigit, dicendo sanctifico, quã si dixisset. sacrifico. Cùm enim dicit sanctifico, sordidum se fuisse innuit. Dicendo quoque pro eis, non suis, sed alienis se sorduisse, clarè definit, quod Propheta quoq; patenter exprimens, cùm dixisset: omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, statim intulit: & Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Et Zacharias: Et Iesus, inquit, indutus erat vestibus sordidis, & Satan stabatà
Zach. 3. dextris eius vt aduersaretur ei. Igitur quia secundum se quidem sanctus, imò & Sanctus sanctorum erat, quippe qui de Spiritu sancto conceptus fuerat, & quia in omni vita sua, nec peccatum fecit, nec inuentus est
1. Pet. 3. dolus in ore eius, sed secundum iniquitates omnium nostrum, quas Deus in eo posuerat, vestib. sordidis indutus erat agnus Dei,
Hebr. 9. rectè dixit: Sanctifico meipsum, signanter addendo, pro eis. Quare autem pro eis? Vt & ipsi, inquit, sint sanctificati in veritate. In veritate inquam, id est, non in vmbra vel figura, sed in vera peccatorum remissione, non vt quantum sanguis hircorum, aut taurorum, aut cinis vituli aspersus coinquinatos sanctificabat ad emundationem carnis, sed multò magis sanguis meus, qui per Spiritum sanctum memet ipsum offero immaculatum Deo, emundet conscientiam eorũ ab operibus mortis ad seruiendum Deo viuenti. [Non pro his aũt rogo tantum, sed & pro eis qui crediturí sunt per verbum eorũ in me, vt omnes vnum sint, sicut & tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus quia tu me misisti.] Sensus iste est, Nõ tantùm pro istis quos dedisti mihi rogo, vel meipsum sanctifico, sed
Ephe. 2. & pro illis omnibus, qui per verbum eorum crediturí sunt in me, vt siue Iudæi siue Gentiles, oẽs vnum sint, & non sit eorum distinctio apud te. Notandum quippe, quia dicendo nunc, vt sint vnũ, non addit, vt suprà sicut & nos, quod & postmodum facturus est dicendo, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Nunc enim ad hoc tendit pax nostra, vt faciat vtraq; vnum, & duos condat in seipso, videlicet vt Iudæorum & Gentilium nulla sit distinctio, vt (inquã) duos condat in semetipso, in vnum nouum hominẽ, faciens pacẽ, & reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, vt per ipsum habeam⁹ accessum ambo in vno spiritu ad Patrẽ. Proinde cùm dixisset: vt oẽs vnum sint, miram continuò similitudinem interposuit, dicendo: sicut tu Pater in me, & ego in te, vt patenter agnoscas, quia sicut Pater & Filius non duo dij, sed vnus est Deus, ita Gentilis & Iudæus non duo populi, sed vnus est populus, vna Ecclesia, vnum corpus. Statim quoque de ipsa vnitate repetens: vt & ipsi (inquit) in nobis vnum sint. Additiq̃que. Vt mundus credat, quia tu me misisti. Ecce hęc illa sunt gloriosa, quæ Propheta in spiritu consilio Diuinitatis admissus, audiuit, sicque nuncia uit: Gloriosa, inquit, dicta sunt de te, ciuitas Dei. Et tanquam quæreres, quænam illa dicta fuerint, quid dixerit Dominus ciuitatis suæ, scilicet sanctæ Ecclesiæ, fundamenta ponens in montibus sanctis, id est, in Apostolis, quorum per verbum nos eramus credituri. Memor, inquit, ero Raab & Babylonis scientium me. Et adiecit: Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Verè enim sicut tunc promiserat in Prophetis, ita nunc in Passione sua memor fuit Dominus noster Raab & Babylonis, id est, latitudinis & confusionis, scilicet latiùs diffusæ, & nimium confusæ gentilitatis. Memor, inquam, fuit huius magnæ meretricis, quando dixit, non pro his autem rogo tantùm, sed & pro eis qui crediturí sunt per verbum eorum in me, & cætera. In illa memoria eius, nos alienigenæ, nos Tyrus & populus Aethiopum: nos, inquam, alienigenæ & alieni à testamento patrum, & Tyrus, id est, angustiati, videlicet in carcere & tenebris peccatorũ, verè populus Aethiopum, præ nimia nigredine vitiorum vel cæcitatis & ignorantiæ, illic fuimus in illa memoria dicentis, vt & ipsi in nobis vnum
Matth. 16. sint, vt credat mundus, mundus inquam, & non sola Iudæorum gens credat, quia tu me misisti, quòd quicunque crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, ait ipse alibi. Quænam autem merces erit huius Fidei & veritatis? Ait.

[Et ego claritatem quã dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint cõsummati in vnum, vt cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.]
1. Ioan. 3. Hoc planè illud est, quod hic idem Ioannes in epist. sua dicit: Charissimi nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Scimus, quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Quam enim claritatẽ intelligere debemus in eo qđ ait, & ego claritatem, quã dedisti mihi, dedi eis, nisi illam, quã expectatio creaturę expectat, scilicet reuelationem gloriæ filiorum Dei? Hanc vtiq; claritatem dedit Pater huic vnigenito suo, primogenito mortuorũ, resuscitans eum à mortuis, & constituens ad dexterã suam in cælestibus, dando illi quod in eo nostra nõ habuerat natura, honorem incorruptionis, gloriamq; immortalitatis. Etenim ex eo iam, quia multitudini accidẽtium non subiacet nostra in verbo Dei substantia, veraciter vnũ est, atq; idẽ permanet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde cùm dixisset, vt sint vnum, addidit (vt superiùs) sicut & nos vnum sumus. Quod ad consubstantialitatem Patris & Verbi, cõgruè referri non potest. Quia videlicet, non sicut Pater & verbum vnum sunt, ita & nos vnum esse possumus: sed illam claritatem quam dedit Filio Pater, quam dedit, inquã, quia priùs secundum carnem, nõ habuerat, scilicet immortalitatis, atque impassibilitatis gloriam & honorem, quo coronauit ex mortuis resurgẽtem, nos in filios adoptati, *Ephe.1.* expectamus. Proinde, quod dixit, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus, non ad ipsam spectat, quæ propria est Verbi cum Patre consubstantialitatem, sed ad eam, quæ non solùm homini dominico, sed & cunctis fidelibus eius per gratiam communis est, cũ beata & immortali Trinitate, incorruptibi- *Psal. 12.* lis æternitatis beatitudinem. Et hoc vno Psalmista gloriosam (de qua suprà dictum est) ciuitatem beatificans: Hierusalem, inquit, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Idipsum nanq; est, quod semper idem est & immutabiliter permanet, & hoc verè clarissimum & summũ bonum est, quod habet cum Deo nostra iã substãtia, primùm in Christo, deinde in to tõ corpore eius habitura est, quod est Eccle- *Eph.1.* sia, non communione naturæ, sed participatione gratiæ. Et hanc proculdubio claritatẽ, Pater Filio, secundum quod homo est, dedit: ipse autem Filius, secũdum quod Deus est, dedit fidelibus suis, sicut nunc ait: & ego claritatem quam dedisti mihi, de- *Ioan.1.* di eis. Iuxta quod alibi dictum est: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quæ vnitatis stabilitas est, quia hic incipitur, dũ per fidem vnũ sumus, & idem sapimus, idcirco præmisit q iam prædictum est: nõ pro his aũt rogo tantùm, sed & pro eis qui crediturí sunt per verbum illorum in me, vt omnes vnum sint, & cæt. Amplius autem illam futuræ vnitatem beatitudinis exprimit, cùm subiũgit: Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum, Verum cùm tota Trinitas vnus Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus, æquè & nunc per fidẽ habitat in cordibus nostris, & in futuro per speciem inhabitatũra: quare sic dixit & sic distinxit, ego in eis, & tu in me: nisi se solum mediatorem Dei & hominum voluit demonstrare. Sola nanque filij persona præter hoc, quòd per fidẽ vt dictum est, habitat in cordibus nostris, modo quodam est in nobis, videlicet quia in carnem & naturam nostram descendit, & nihilominùs Pater in illo est, quia descendẽtem non deseruit: nec enim ita filius semet ipsum exinaniuit, vt formã Dei amitteret, assumendo formam serui. Ita mediatore Dei intercedente, ad æternitatem reducti, consummamur in vnum, & participatio nostra sit in idipsum. Vnde nunc ait, vt sint cõsummati in vnũ. Quod verò cõtinuò subsequitur, vt cognoscat mũdus, qà tu me mi- *1. Cor. 13.* sisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Cognitionẽ illã cogit intelligi, q̃ non iã in parte, sed in plenitudine erit, Paulo testãte, cùm dicit: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Cogno- *Rom.8.* scat ergo, id est, experiatur mundus, ipso immortalitatis fructu: mundus, inquam, id est, omnes redempti, saluati, atque in vnum consummati, cognoscant, & facie ad faciem videãt, quia tu me misisti. quod nunc cognoscunt ex parte, & vident quasi per speculum in ænigmate, & cognoscant, q̃ nũc credunt & sperant, quia dilexisti eos sicut me dilexisti, id est, mihi conformes esse voluisti: hoc tãtùm excepto, vt sim ego primogenitus in multis fratribus, in quo nihil eorum felicitas minuitur, sed charitas magis delectatur. Summam totius postulat, breui tandem cõclusionem recolligit. [Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecũ, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi quia dilexisti me ante constitutionem mundi:] Tanquam diceret: Fines seruationis eorum, quam postulaui, dicens: Serua eos in nomine tuo quas dedisti mihi, Finis, inquam, est iste, & in hoc dignum iustitia iudicat, vt quia mundus eos odio habuit, p eo, quòd ego sermonem tuum dedi eis, & ipsi acceperunt & crediderunt verè, quia tu me misisti. Proinde vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, simulque & hoc videant, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Notandum, quòd non ait solùm, vt videãt claritatem meam quam dedisti mihi. Hæc enim clarificatio est assumptæ humanitatis, quam & impij videre potuerunt cum potestate magna & maiestate venientem cum nubibus, vt videat eũ omnis oculus & qui pupugerunt: sed addidit, quia dilexisti me ante constitutionem mundi, subauditur, videant, quod soli videre merebuntur beati oculi iustorũ. Formã quippe dei in qua pa- *Matth. 16* tri dilectus erat ante cõstitutionem mundi, *Apoc. 1.* soli videbũt pauperes spiritu, atque mites, *Matth 5.* lugentes, atque iustitiam esurientes & sitientes, misericordes, mundi corde, pacifici, & persecutionem propter iustitiam patientes: vnde & in cælis regnabunt, & terram viuentium possidebunt, & consolabuntur atque saturabuntur, & misericordiam consequentur, atque Deum videbunt, & filij Dei vocabuntur, & ipsorum erit regnum cælorũ. Itaque dixisse, & videant claritatem quam dedisti mihi, satis est ad iudiciũ futuræ beatitudinis. Videre nanque est habere, imõ, visio claritatis æternæ claritudo videntium & efficiens claritatis eorum causa est, sicut hic idem Ioannes cùm dixisset: similes ei erimus, statimque causam efficientem subiũgens: quomodo videbimus eum sicuti est. *1. Ioan.3.*

Iam

Iam iis tribus exactis, scilicet obsecratione, oratione, atque postulatione: quartum tandem sequitur, videlicet gratiarum actio, cũ dicit. [Pater iuste, & mundus te non cognouit, ego autem noui te. Et ij cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam. vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.] Hæc nanque manifestè gratiarum actio est, qua iustitiam Patris atq; misericordiam collaudat, quia videlicet iustè actum est, vt Creatorem suum mundus ob culpam superbiæ cæcatus non cognosceret: mũdus, inquam, cuius pars obscurissima Domini nostri sunt interfectores, misericorditer verò indultũ vt lumen oculorum suorum, scilicet Dei Filium, in humilitate suscipiens, mundus, id est, vniuersitas electorum, ad visionem claritatis Dei, rursus illuminatam faciem subleuaret. Ait itaque, Pater iuste. Hic subaudiendum est, quia faciem tuam auertisti, *Matth. 11.* *Esa.63.* & prudentibus, id est, superbis. Quod propheta in persona gentis suæ deplorans: Abscondisti (inquit) faciem tuam, & allisisti nos in manus iniquitatis nostræ: Item: Quare Domine fecisti nos de vijs tuis errare, & quare cor nostrum indurasti, ne timeremus te? & cætera. Et mundus, inquit, te cognouit, videlicet digna cæcatus retributione, vt eius perderent cognitionem, cuius non receperunt dilectionem, eius amitterent auxilium, cuius spreuere consilium. *Ioan.9.* *Ioan.16.* Ego autem noui te: ego (inquam) quem dicunt à Deo non esse, noui & dilexi te, & ij cognouerunt, quia tu me misisti. & Testes mei sunt, quia quæ dedisti mihi (sicut suprà dixi) abs te sunt: confitentes enim di- *Psal. 18.* cunt, tunc credimus, quia à Deo existi. Proinde te illos iudicante dignos reuelatione horum, quæ abscondisti à sapientibus & prudentibus, ego notum eis feci nomen tuum iã in doctrina & virtute signorum, & amplius notum faciam per inuisibilem Spiritus sancti potentiam, ita vt in omnem terram exeat sonus eorum, tuæ paternitatis enarrantium gloriam. In quo enim notitia perficitur nominis tui, nisi in effusione Spiritus Sancti? Vnde & sequitur, Vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Dilectio hæc Spiritus Sanctus est, qua Filius Patrem, & Filium diligit Pater. Planè & indubitanter dilectio patris & Filij Spiritus Sanctus est. Ergo vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis, idem est ac si dicat, vt Spiritus Sanctus Paracletus ad ipsos veniat, eosque omnem veritatem doceat: qui cùm in ipsis fuerit, ego quoque habitem in cordibus eorum per Fidem & per hunc dilectionis Spiritum. *Ephe.3.* Hæc Pontifex summus propitiator ipse & *Luca 22.* propitiatorium, Sacerdos & sacrificium, pro nobis orauit, & vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Non enim cessantibus verbis validus cordis eius clamor conquieuit, cùm potius verbis illis tantum significauerit, qua causa vel intentione sustinere habet protinus vincula, probra, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucem, clauos atque lanceam, fellis & aceti poculum: per omnia tacens, & non aperiens os suum. Cur enim factus in agonia, & prolixius orans sudauit, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in *1. Reg. 1.* terram, nisi vt ostenderetur, orationem ipsam, quam eiusmodi sudore fundebat ad Patrem, causam continere, pro qua mox in cruce totum fusurus erat suum sanguinem? Itaque hac oratione declarauit Rex & Pontifex, lætabundus quidem in virtute Domini, tristis tamen & anxius in infirmitate carnis, quali desiderio duceretur ad torcularia passionis, & tu Domine (inquit Psalmista) desiderium cordis eius tri- *Psal. 20.* buisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum, vitam enim petijt à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

RVPER.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOANNEM COMMENTARIORVM LIBER DECIMVSTERTIVS.

Exod. 28. ORdinatus ac legitimus est huius summi Pontificis nostri habitus, & ritè secundum Legem vel Ordinẽ, quẽ præscripsit Sacerdotij sui participibus, in sancta sanctorum spectabilis & auditu dignus ingreditur. Nam vt cætera nunc omittam, Pontificalis habitus legitimè claret, quia fines tunicæ Sacerdotalis benè sibi spiritualiter cõposuit, quales fieri iussit in exterioris Legis litera. Deorsum (inquit) ad pedes tunicę per circuitũ quasi mala punica, facies hyacintho & purpura, & cocco bis tinctò, mixtis in medijs tintinnabulis, ita vt tintinnabulum sit aureum & malum punicum. Rursumque tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum, & vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur sancta sanctorum in cõspectu Domini, & non moriatur. Qui sunt fines tunicæ Sacerdotalis, nisi extrema, de quibus nunc loquimur, vitæ Domini nostri? Quæ sunt mala punica valdè rubentia nisi eius, qua maiorem nemo habet, charitatis opera? Hæc vtique mala finibus suæ tunicæ appendet, quia cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos, scilicet suam pro eiusdem amicis suis animam ponendo. Tintinnabula verò clarissima sunt dilectionis eius verba, quibus & eos in prædicta cœna instituit, & deinceps pro ipsis Patrem rogauit. Ita mixtis tintinnabulis doctrinæ & operum eius malis punicis, nihil visu pulchrius, nihil auditu dulcius, nihil experimento dilectabilius. Igitur quia iam & pulchritudinem malorum punicorum vidimus, & sonitum tintinnabulorum clarè personantium nouissime audiuimus, deinceps qualiter ingressus, vultui Dei pro nobis astiterit, quo ordine semetipsum obtulerit, consideraturi, seriem sequamur Euangelicæ narrationis. Sequitur. [Hæc cùm dixisset Iesus, egressus est cum Discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & Discipuli eius] Iam suprà dictum est, vbi vel quando egressus sit cœnaculo, in quo cœnam fecerat, videlicet quia dicendo, surgite eamus hinc, hymno dicto, vt cæteri Euangelistæ refe-

Hebr. 9. CAPVT XVIII.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. runt, exiuit in montem Olivieti, & Discipulis in villa Gethsemani residere iussis, ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, assumptis secum Petro & duobus filijs Zebedæi, & progressus pusillum, procidit & orauit. Igitur cùm illuc dedisset, & inuenisset eos dormientes, dixissetq; (vt Matth. ait) increpando, dormite iam & requiescite, ecce appropinquabit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum, surgite eamus, ecce appropinquabit qui me tradet, egressus est (vt hic Euangelista nunc ait) & subaudiendum est, à villa Gethsemani, quę est ad radices montis Oliueti, egressus (inquã) & reuersus trans torrentẽ Cedron, reapproximans ciuitati vt spontè occurreret Aduersarijs. Vbi erat (inquit) hortus, in quẽ introiuit ipse & Discipuli eius. Pulchrè in horto voluit Adam secundus obediens inueniri, qua videlicet primus Adam in horto, scilicet, in Paradiso, quod interpretatur hortus, inobediens inuentus, imò à Serpente circumuentus est. [Sciebet enim & Iudas qui tradebat eũ, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum Discipulis suis.] Sciebat hocille, rerum cognitione pessimè abutens & malitiosæ scientiæ vasculum tantò nequior cunctis hominibus, quantò serpens callidior cunctis animantib. & ob hoc opportunius homicidę Diabulo satelliciũ, sicut serpens eidem Diabolo ad decipiendum primum hominem, competentius extitit diuersorium. Sicut enim tunc serpente vsus est ad occidendum in anima terrenum hominem, sic nunc isto traditore vtebatur idem Sathanas, ad occidendum in corpore hunc cælestem & nouum hominẽ. Idcirco in hortum introiuit, idcirco (inquã) quia voluntarius ad passionem accedebat, illuc, vbi ab exequutoribus citiùs inueniretur, properauit. Nam quasi quæreres, cur illuc introierit: sciebat enim (inquit Euangelista) Iudas qui tradebat eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum Discipulis suis.

Adam secundus.

[Iudas ergo cùm accepisset cohortem, & à Principibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis.] Cohors trecentis viris impletur. Notandum, quòd non ait, cùm accepisset cohortem & ministros à Principibus & Pharisæis, sed cùm accepisset cohortem, & à Principibus & Pharisæis ministros. Cohors quippe & legio siue tribuni, non Iudaicæ turbæ, sed Romanæ malitiæ nomina sunt. Quam videlicet cohortem, non à Principibus & Pharisæis, sed à Præside Romanæ potestatis PONTIO PILATO Iudas accepit, ministros suos adiungentibus Principibus Sacerdotum, & Pharisæis: vt si qui ex

Psal. 36. vt si qui ex populo motu illo per noctem exciti, Dominum defendere vellent, tam nomine Romano, quàm vtraque manu armata deterrerentur. Ita gladium euaginauerunt peccatores, & intenderunt arcum suum. Meritò ergo retributum est illis, vt gladius eorum intraret in corda ipsorum, & arcus eorum confringeretur, intraret (in quam) gladius eorum in corda ipsorum, ita vt pro vna cohorte Romana, quam aduersus Dominum & Regem suum armatum conduxerunt, immensum Romanæ fortitudinis aduersus rebellionem suam commouerent exercitum. Et quia cum laternis & facibus & armis exierunt noctu, tanquam ad latronem, idcirco lucerna Dei,

Psal. 68. lucerna Legis & Prophetarum, qua illustrati sunt patres eorum, cadat de manibus ipsorum, sicut scriptum est: Obscurentur oculi eorum ne videant, & idcirco sub armis eisdem, cum quibus exierunt, semper incuruetur dorsum eorum. Sequitur. [Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit & dicit eis: Quem quęritis? Hoc pro laude spontaneæ charitatis, id est, voluntariæ passionis Euangelista dixit: quia cùm sciret omnia, quæ ventura erant super eum, sicut ex eis, quæ hactenus dicta vel acta sunt perspicuum est, processit, & (sicut iam dictum est) transtorrentem Cedron egressus in hortum illum, in locum talem quem sciebat Iudas, introiuit, venientibusque Aduersarijs, ne vnum quærentes, multos per indiscretum tumultum tenerent, spontè occurrens dixit eis: Quem quæritis? Non dixit, ecce ego, quia me quæritis, sed quem quęritis (inquit) quia reuera talem persecutionis modum veritas nescit, salus ignorat, lux & vita refugit. [Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem Iudas, qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.] Quia mirum si ad vnam vocem, qua dictum est, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram hi qui nõ sunt? Nempe hoc secundum Diuinitatem, quæ verè est, secundum quam permanet esse, quod est, dixit, ego sum, quod verbũ substantiuum de seipso verissimè protestatur ille solus, qui & ad Moysen dicit: Ego sum qui sum. Et quamuis cum laternis & facibus & armis, nullatenus Diuinitatis essentiam quærerent, opportunè tamen respondit Deus de templo corporis sui, dicens: ego sum, videlicet non ad ipsorum intẽtionem, sed ad suum nomen respiciens. Interrogati enim, quid quærerent, responderunt, Iesum Nazarenum. Quidnam est Iesus Nazarenus, nisi Saluator sanctus? Hoc vtique nomen vestrũ, Deus extunc habuit, ex quo caro vel homo factus est: sed causa cur facto hominĩ tale nomem positum est, non ex natura humana, sed ex Diuina virtute pendet. Vnde enim nos saluat aut Saluator noster est, nisi ex Deo, quod non homo tantum, sed etiam Deus est? Præterea, quia Deus qui solus verus est, cum homine quem assumpsit vna persona est, rectè dicentibus se Iesum quærere Nazarenum, propriam suæ diuinæ essentiæ vocem respondit, dicens: Ego sum: propriam, inquam, suæ Diuinitatis vocem, certa intentione prolatam, q; ab effectu claruit, quia stantes aduersarios in terrã deiecit Ergo non mirũ de his qui non sunt, quia malè sunt, nõ amantes & malè quęrentes, qui solus verè est, Iesum Nazarenũ: non mirum (inq̃) cõparatione maiorũ quæ futura sunt, q; abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã, cũ illo, qui stabat cũ ipsis, Diabolo, Iuda traditore, & malitiæ signifero qui Sathanã ferens in pectore, signum pacis ore extulerat, iam quippe Agno Dei, nequissimi oscula cultrum impresserat. Quare aũt cùm Agnus esset protinus immolandus, iã sicut Leo modicum irrugijt, dum dicendo, ego sum, tantam tamq; leuiter armatã lanistarum turbam ad terram deiecit? videlicet vt essent inexcusabiles, ne nesciret, quia Iesus Nazarenus, quem quęrebant, est qui est. Reuelata est illis ira Dei, quã expectare habeãt, qui non timent, reuelata, inquam, fortitudo venturi ad iudicium vindicis, quia si hoc facere poterat moriturus, multò magis tunc immortaliter regnaturus super eosdẽ inimicos suos confortabitur. Hoc manifestum factũ est in illis, & experimento percepta est sempiterna virtus eius & Diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, qui cũ hoc modo cognouissent dicentem, ego sum, non sicut eum qui verè est, glorificauerunt, sed cõ prehenderunt, sed ligauerunt, sed contumelijs affecerunt, & occiderunt. Propterea reuelabunt cæli iniquitates Iudæ, & terra aduersus eum consurget, & manifestũ erit peccatum illius in die furoris Domini, quia stetit cum ipsis, imò & cecidit cum illis, & non expauit cor eius, sed secundũ duritiam suã, & cor impœnitens thesaurizauit sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Ita, inquam, vt essent inexcusabiles, dixit eis, ego sum. Sed fortè parum erat, semel dixisse: Proinde adhuc interrogandi erant, & iterum dicendum erat hoc ipsum, ne fortè non intellexissent. [Iterum ergo eos interrogauit. Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenũ. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire.] Iterum, inquit, interrogati, quem quæritis, procaciter, vt antè, respõdetis Iesum Nazarenum Ego autẽ dixi vobis, quia ego sum, & hoc audito, cadẽtes experti estis principem fortitudinis, quẽ quæritis, Iesum Nazarenum. Ergo si adhuc me quæritis, & sic percussi non doluistis, me quidem cõprehendite, sed sinite hos abire.

Rom. 1. Iniquitas Iudæ. Rom. 2.

Poterat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Poterat vtique nihilominùs efficaciter dicere, finite me abire, & habitatorem Iudæ Sathanam cum satellitibus & armis suis sempiternis vinculis alligare. Sed oportebat vt pateretur, oportebat itidem, vt hi quos Pater sibi dederat, seruarẽtur. Egit verò sapiẽtia Dei, tam fortiter, quàm suauiter, & malignitate Diaboli benignè, ad quod voluit vla est, sicut de illo lõgè antè ad beatum Iob loquens: Qui fecit, inquit, illum applicabit gladium eius. Hoc in omnibus electis suis agit, & in semetipso maximè egit Filius Dei. Sic enim applicuit, id est, ad vsum suum vertit gladium homicidæ Diaboli, quem penitus illi auferre potuisset, vt ipse moreretur, sinè cuius morte mundus non saluaretur, & illi saluarentur, sinè quibus mundo eadem salus sua annunciaretur. Quare autem illi curæ fuerit, vt sinerent hos abire, Euangelista subsecutus, expositi.

Sap. 8.
Iob 40.
Ioan 17.
Esa. 8.

[Vt sermo impleretur, quem dixit, quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.] Hunc sermonem superiùs in oratione ad Patrem de futuro, quasi de præterito loquens, dixit: Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt Scriptura impleatur: Si enim comprehẽsi timore mortis negarent, quod vtique fieret. imbecilles quippe adhuc erãt, sicut in Petro negante manifestum factum est, si, inquam, negarent, & negantes tamen interficerentur, in illo indiscreto tumultu procul dubio perderentur. Sed esto, vt fortasis non negantes, nec saltem interrogati aliqui occiderentur. Nónne quodammodo etiam sic perderentur, qui minimè ad illud, propter quod fuerant electi, peruenire finerentur. Vt quid enim electi fuerant, nisi vt testimoniũ resurrectionis virtute magna per totum mundum redderent, & ita complerent Scripturam, dicentem: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum? Nam & paulò antè dixerat eis: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ergo sic quoque quodammodo perderentur, quia videlicet ad quod præordinati fuerant, non peruenirent, & propositum Dei (quod impossibile erat) auerteretur. Sequitur. [Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit, & percussit seruum Pontificis, & amputauit eius auriculam. Erat autem nomen seruo Malchus.] Hæc importuna fortitudo Petri Apostoli, planè de vera infirmitate descendit, quam benè cognoscens ipse, quia omnia scit, dixerat ei: Quò ego vado, non potes me modò sequi. Perspicuum nunc fecit, quod non posset eum modò sequi, quia videlicet, cùm Dominus vellet nõ occidere, sed occidi, Petrus malebat occidere, quàm occidi. In hac tamen infirmitate eius, res præclara & fortis mysticè præsignata est: futurum nanque postmodum erat, vt gladius Apostolicæ fortitudinis, scilicet viuus sermo Dei & efficax, ac penetra bilior omni gladio ancipiti, auriculã Iudæorum vel Pontificum dextram amputaret, imò amputatam esse conuinceret, & totum quod de Scripturis audire videntur, sinistra aure audire, id est, peruersè intelligere com probaret. Dextra nanque (vt alij Euangelistæ referunt) fuit auricula, quæ amputata est. Quam verò eandem auriculam tactu Dominus apud Lucam sanasse legitur, illud significat: quia quãdoque futurum est, vt iterum populo illi dexter & verę Scripturæ auditus aperiatur, scilicet cùm plenitudo Gentium introierit, tunc enim reliquiæ Israel saluabuntur. Porrò, Simon Petrus eiusmodi gladium educẽs, & sic percutiens necdum benè aduerterat, quo vteretur gla dio Dominus, iste fortis & potens, Dominus potens in prælio, vel quo de gladio secundum Lucam dixisset. Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, & qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium. Nondum (inquam) ipse vel alij (qui responderunt ad hæc, Domine, ecce gla dij duo hic) benè cognouerant gladium verbi Dei, vsitatum in Lege & Prophetis & Psalmis.

Psalm. 18.
Ioan. 15.
Hebr. 4.
Matth. 26.
Luc. 22.
Rom. 11.
Psal. 23.
Luc. 22.

Quem videlicet gladium is qui non habet sacculum, vendita tunica emere debet, quia profectò tempore persecutionis, quãtò quisque à facultatibus seculi magis nudus est tantò ad prędicãdum Dei verbum fortior, atque promptior est, seque exuendo rebus mundi, meliùs accingit gladio fortitudinis. At ille qui habet sacculum, tollat similiter (inquit) & peram, quia videlicet tali in tempore, quale tunc erat, quando prædicantem nemo audit, & proinde multò minùs pascit, ipsum sibi quenq; prouidere oportet, quia de Euangelio viuere non potest. In his & in cæteris, vbicũque suprà intellectum Discipulorum Dominus & magister loquitur, non ipse difficultatis, sed Discipulus tarditatis arguendus est, velut iste Simon Petrus, qui adeò carnaliter intellexerat illud, quod idem de gladio comparando fuerat locutus. Dominus nanque sanctam (vt par erat) Scripturam honorabat, secundum ipsam loquens, & illum commendans gladium, de quo in Lege scriptum est: Et gladius meus deuorabit carnes. Itemque in Psalmo. Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime. Et talia quàm plurima. [Dixit ergo Iesus Petro: Conuerte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?] Ergo (inquit) quia Petrus importunum & iniustum gladiũ eduxerat, & non legitimè percusserat. Conuerte (ait Dux & magister iusti prælij) gladium tuum, tuum (inquam) & non meum, in vaginam, & in locum suũ.

Deut. 32.
psal. 44.
Matth. 26.

Eteun-

Et eundem sensum quo dudum dixerat idem Petrus, absit à te Domine, non fiet hoc, quia passurum se pronuntiauerat, eundem (inquam) sensum nunc in gladio sequientem increpat, dicens: Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Hoc etiam ipsum quod Passionem mortis calicem appellat, secundum Scripturas loquitur, quæ tribulationem nomine aquę vel torrentis appellare consueuerunt, vt est illud in persona eius dictum: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ, vsque ad animam meam. Item: De torrẽte in via bibet, propterea exaltabit caput. Hunc sanè calicem dedit illi Pater, quia videlicet non hominum arbitrio, sed Patris præcepto passus est. Dedit (inquam) illi vt Pater, non vt Iudex, id est, amore, non ira: voluntate, non necessitate: gratia, non vindicta.

Psalm. 68.
Psal. 109.

[Cohors ergo & Tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eũ.] Ergo quia non poterat transire calix quem dederat Pater, nisi obediens Filius biberet illum, comprehenderunt (inquit) Iesum, videlicet, quomodo tenebræ potuerunt, quæ nunquam lucem comprehenderunt. Comprehenderunt (inquam) & ligauerunt, quia sola hæc erat potestas tenebrarum, vt comprehenderent ad ligandum, quem comprehendere non merebantur ad intelligẽdum. Ita comprehenderunt hora sua, hora vna & potestate mõmentanea, quia videlicet post hac, lucem comprehendere nusquam vlla tenebris erit potestas. Comprehenderunt, inquit, & ligauerunt. O nimis horrenda temeritas peccatorum. Ergo cùm lictores isti, qui salutem & misericordiam ligauerunt, cùm, inquam, isti fortes phrenetici, qui medicum sic arctauerũt vlulantes & lugentes mirantur, quòd hostes sibi locum & gentem tulerunt, & sancti ficationem concluauerunt. Verbi gratia, cùm dicunt secundum Esaiam, vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui, vbi est, qui posuit in medio eius spiritũ sancti sui, qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ, &c. respondeat illis vtrunque maiestatis suæ brachium esse ligatum, & idcirco nullum præbiturum auxilium. Et quia liberatoris sui manus non solũ ligauerunt, sed etiam clauis confixerunt, cum item plorantes legunt, ciuitas sancta tua facta est deserta Sion, deserta facta est Hierusalem, desolata domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri: nunquid super his continebis te Domine: respondeat, oportere se continere manus suas: expandi enim, inquiens, manus meas ad populum incredulum, & reliqua. Cæterùm nobis qui credimus, manus illæ sic ligatæ vel expansæ in cruce plus operatę sunt, quia videlicet fortem armatum, hactenus atrium suum custodientem, & sua in pace possidentem, alligauerunt, & palàm configentes atque triumphaliter traducentes chirographum peccati deleuerunt.

Esaiæ 63.
Esaiæ 64.
Esaiæ 65.
Luc. 11.
Coloss. 2.

[Et adduxerunt eum ad Annam primũ, erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudęis, quia expedit vnum hominem mori pro populo.] Sicut paulò antè dixerat Dominus Discipulis suis: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Oportebat vt gauderent inimici veritatis, & gaudium communicarent inuicem, de victoria huius diu præoptatæ captionis, & idcirco captum atque ligatum illum opprobrium circumferre fecerunt ad Annam primùm, deinde ad Caipham, deinde ad Pilatum, deinde (vt Lucas testatur) ad Herodem, deinde rursus ad Pilatum. Et ita quidem fecerunt, quasi honore inuicem præuenientes: reuera autẽ sacrilegium suum manifesto, & communi consensu corroborantes, ne videlicet quod apud Romanas leges vnus, si solus videretur sceleris author, notam vel accusationem sustineret. Causam cur eum duxerunt ad Annam primùm, Euangelista subiunxit, dicens: Erat enim socer Caiphę, qui erat Pontifex anni illius. Amplius autem addendo, erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo, voluntate ipsius Caiphæ indicat actum, vt duceretur ad Annam primũ, videlicet ne apud homines totam inuidiam sustineret, si primus ipse qui consilium dederat, primus etiam condemnaret.

Ioan. 16.
Luc. 23.

[Sequebatur autem Iesum Simon Petrus & alius Discipulus. Discipulus autem erat ille notus Pontifici, & introiuit in atrium Pontificis. Petrus autẽ stabat ad ostium foris.] Sequebatur autem Petrus, sed à longè, vt alij Euangelistæ testantur: A longè (inquam) sequebatur, non tantùm pedum incessu, quantũ pauidę mentis habitu: quia iuxta veritatẽ eius qui dixerat, quò ego vado, non potes me modò sequi: euntẽ ad passionem magistrum & Dominum, nondum valebat imitari. Verùm quomodocunque, sequebatur tamen, vt videret finem: timidus quidem, sed piam pro Domino gerens solicitudinem. Alius Discipulus, fortasis ipse est qui scripsit hæc, de quo non dubitauerunt quidam asserere, quod fuisset nobilis, vnde & notus erat Pontifici. Modum tamẽ nescimus eius nobilitatis, sed hoc vnum ex Euangelio certum tenemus, quòd filius fuerit Zebedæi, nec de curia, sed de piscatoria cum fratre suo Iacobo vocatus, & relictis retibus & patre, Dominum secutus sit. Quacunq; tamen ex causa Pontifici fuerit notus, sequentia videamus. [Exijt ergo Discipulus ille, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.] Memi-

Ioan. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisse libet hoc loco miraculi longè superioris, quò Discipulis in mari laborantibus (erat enim ventus contrarius, & nauicula iactabatur in medijs fluctibus) venit Dominus quarta vigilia ambulans super aquas, & Petrus ad vocem eius vltro se ingerens, ambulansque & ipse supra mare, vt veniret ad Iesum, veniente vento valido, timuit, & penè submersus, manu Domini retetus est.
Matth.14. Hic est verè super aquas Dominus, licet in magna tempestate, super aquas (inquam) verè ambulabat, Discipulis in mari laborantibus, quia scandalum patientibus Apostolis, & fuga dispersis, ipse pro arbitrio suo tribulationem patiebatur, imperturbatus, id est, carne quidem infirma, sed prompto spiritu, mox victor quoque mortis futurus. Ambu
Matth.26. labat & Petrus super aquas, vt veniret ad Iesum, quia pristinæ dilectionis memor, qua dixerat: animam meam pro te ponam, adhuc per Fidei modicæ audaciam sequebatur longè post Iesum. Sed vidit ventum validum venientem, & timuit, timendo negauit, negando absorptus est, nisi quia conuer
Luca 22. sus Dominus (vt ait Lucas) respexit Petrũ, & eodem respectu, quasi manu apprehendens, flentem restituit in gradum pristinũ. Et vnde venientem vidit ventum validum? Sequitur:

[Dicit ergò Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex Discipulis es hominis istius? Dicit ille: Nõ sum.] Si ad ostiariam spectes, parua nubecula est: si autem ad illud concilium malignantium, propter quod timuit Petrus proteruum ancillæ huius crepitum ventus validus est. Nihilominus tamen redarguta est infirmitas Petri, quia dum mori timuit, vitam negauit. Ita cribrator ille Apostolorum Satanas sibi prouidit, vt tentationis artificium inciperet à fœmina, qui sexus in Paradiso Protoplasto deceptionis extitit ianua.
Gen. 3.

[Stabant ergo serui & ministri ad prunas, & calefaciebant se, quia frigus erat. Erat autem cum eis stans Petrus, & calefaciens se.] Frigus erat vt interdum circa vernum æqui noctium fieri solet, & frigescens negator Petrus, frigidorum homicidarum & inimicorum Christi foco fouebatur. Tali vtiq; Petro comparandos arbitramur eiusdem Petri Vicarios, Sacerdotes, vel Pontifices sum mos, quoties peccatorum diuitijs assidẽtes, auidè delectantur, gladio verbi Dei recondito, illud obliti, quod ait Psalmista: Melius
Psal.36. est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Putant enim se quasi Petrum, qualis fuit in auditorio Neronis, fortes clauicularios cæli, suoq; arbitrio regnum cælorum claudi vel aperiri, cum munera libenter accipientes, & propter illa veritatem reticẽtes, tali Petro potiùs similes sunt, qualis apud istas residens prunas, vitam perdidit, quia vitæ authorem negauit.

[Põtifex ergo interrogabat Iesum de Discipulis suis, & de doctrina sua.] De Discipulis suis interrogabat eum, & de doctrina sua, videlicet qui essent Discipuli sui, & quæ esset doctrina sua. Interrogantis autem hęc erat intentio, vt si palàm omni consilio firmaret, quòd docuerat, scilicet se esse Filium Dei, mox ex consulto consequeretur iudicatio, quia blasphemauit, reus est mortis. Nã
**cum Matth.26.* si *falli testes constituti essent (vt Matthæus ait) & multa dicerent, quæ conuenientia nõ erant. Princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei, Igitur de doctrina sua interrogabat, id est, de eo quòd Filium Dei se esse docuerat.

[Respondit ei Iesus: Ego palàm locutus sum mundo, ego semper docui in Synagogis, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierũt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quid ego dixerim.] Tanquã diceret: Ille de causa
Iosue 7. necessariò requiritur, cuius cũ de facto constet, facti tamẽ modus nescitur, verbi gratia: Necessario requisitus est Achar ab Iosue dicente: Fili mi, da gloriam Deo, & indica nobis quid feceris: quia videlicet cum sorte deprehensus fuisset, quòd cõmunis causa mali esset, non etiam sors eadem declarauit, quid *Luca 12.* criminis admisisset. Ego autem (inquit) cuius causa nunc à te tota in doctrina cõstituitur, palã locutus sum mundo, & in occulto locutus sũ nihil, subauditur eorũ, de quib. nũc interrogas. Quid me interrogas? Nẽpe si dixero, non credetis mihi: si aũt interroga uero, nõ respondebitis, neq; dimittetis. Perinde lege vel more iudicij, quia non conceditur cuiquã, vt in legitimo iudicio sibimet sit testis, interroga eos qui audierunt, ecce hi sciunt, quæ dixerim ego.

[Hęc cùm dixisset, vnus assistentium ministrorum, dedit alapam Iesu dicens: Sic respondes Pontifici?] Ecce iste fortis percussor, & mollis adulator, fortium illorum robustissimum se ostentauit, de quibus Domi *Psal.98.* ni Christi spiritus per Prophetam in personam ipsius conquerẽs, quia ecce inquit, cœperunt animam meam, & irruerunt in me fortes, neque iniquitas mea, neque peccatũ meum. Qui enim sunt isti, nisi falsò fortes, & veraciter languidi, & imbecilles, qui sic irruerunt in Dei fortitudinem, mortuos suscitantem, sicut irruit phreneticus in medicum curare volentem? Eorum ergo qui malè fortes erant, de præcipuis est hic vnus cerebrosus, qui tam proterue irruit in hominem sanitatis, & veritatis verba loquentem, *Esa.40.* vt verè insanus, & pro Domino suo Pontifice, vt suam illi custodiam commendaret, *44.* non fortiter, sed stultè zelatus. Poterat quidem brachium Domini repercutere percu- *Act.25.*
tientem, nec cum solùm, sed etiam illum, quem

quem tam rigidus stipes fulciebat, statim subuertere parietem dealbatum, id est, Dominum ipsius falsò Pontificem appellatum. Sed accepit iniuriam, seruauit patientiam, reddidit doctrinam. Nam sequitur:

[Respondit ei Iesus: Si malè locutus sum testimoniũ perhibe de malo: si autem benè, cur me cædis?] Suauiter quidem & mansuetè dictum, sed iustissimè inuentum, & grauissimè est prolatum. Quid (inquit) me cedis bene loquentem, quem etiam si malè locutus fuissem, nullam nisi iussus cædendi haberes potestatem, imò nec præceptum siue potestatem accipere æquum esset, nisi dicta priùs causa, & à censoribus libera sententia? Tuum quippe erat, si malè locutus fuissem, accusare causamq; dicere, qua probares malam esse locutionem. Igitur cùm per se satis sit iniustum, tu adhuc iniustiùs perturbas hoc præsens auditorium.

[Et misit eum Annas ligatum ad Caiphã Pontificem.] Voluntate Caiphæ ad Annam primum ductus fuerat, eò quòd socer illius esset, ipse autem Annas idcirco ad Caipham illum mittit, eò quòd esset Pontifex anni illius. [Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se.] Hoc iã suprà dixerat, erat autem (inquiẽs) Petrus cũ ministris stans & calefaciens se, sed idcirco nunc repetit, vt narrationem ternæ negatiõis eius, quam interruperat, cœpto consequeretur ordine.

[Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex Discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum.] Iã secundo negauit, sed nondum tota
Ioan.7. cõpleta est veritas medici, qui ęgritudiné infirmi bene cognoscens, dixerat: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Sequitur. [Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculã: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterũ negauit Petrus, & statim gallus cantauit.] Igitur qui oẽs fluctus tribulatiõis pro Domino se posse pati præsumpserat, dicens: Etiãsi oportuerit me mori tecum, non te negabo, ad primum ventum timuit, quia mersus est, quia tertiò negauit, sed extendit Dominus gratiæ manum, & apprehendit eum, conuertus, & respiciens in eum, vt citò pœnitẽs fleret, & ità se lauante Domino, partem cum illo haberet. Verè enim nisi Fidem pœnitentiæ statim præoccupasset, qua hora Domi-
Rom.3. nus noster sanguinem & aquam de latere suo profudit, peccatum negationis eius deletum non fuisset. Nam sicut nunc quoque baptizandum quenque priùs oportet credere & confiteri, & tunc demum baptizari in morte Christi Iesu, eique per Baptismum consepeliri & consurgere, sic & Petrum, vt Apostolus permaneret, & latronem vt cum Domino Paradisum intraret, oportuit pœnitere & confiteri, antequam Christus spiritu emisso, prædicti sanguinis & aquæ fluuium effunderet. Etenim quicunque post horam illam, qua ille vniuersam lauit Ecclesiam ab origine mundi collectam, ad Fidem eius conuertuntur, non annumerãtur inter eiusdem Ecclesiæ filios, nisi quib. per Baptismum singulatim sacramentum dominicæ Passionis innouetur.

[Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium.] Scriptorum vitio cœptum est, vt *Luc. 23.* legeretur ad Caipham in prætorium. Non enim Caiphę, sed Romani prędis erat prætorium, quod cum nulli Iudæorum eo die, quo Pascha manducandum esset, multò magis nec Pontifici ingredi erat licitum. Cùm ergo suprà dictum sit, & misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Meliùs hoc loco scribitur, & legitur: Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium.

[Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed manducarẽt Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit eis: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?] *Osee 7.* Hoc loco prętereundum non videtur illud Oseæ Prophetæ capitulum: Omnes adulterantes (inquit) quasi clibanus succensus à coquente. Quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti donec fermentaretur totum. Dies Regis nostri, cœperunt principes nostri furere à vino. Extendit manum suam cum illusoribus, quia applicauerant quasi clibanum cor suum cum insidiaretur *3. Reg.12.* eis. Tota nocte dormiuit coquens eos mane ipse succensus quasi ignis flammæ, &c. Hoc qualiter ad Hieroboam filium Nabat, & sui temporis principes referri queat, pro furore, quo vitulos fecerunt, quos & relicto Dei templo, diuisi à domo Dauid, coluerunt. Incertum est quippe, cum nulla referat historia tale quid cui talis narratio cõueniat. Proinde quia Propheta idem paulò suprà *Osee 6.* de resurrectione Christi manifestè dixerat: Venite & reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit, & sanabit nos: percutiet & curabit nos, viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit, & viuemus in conspectu eius, &cæt. prædictum capitulum non sicut præteritorum narratio, sed vt verè futurorum Prophetiam, præsenti loco aptare non incongruè libet. Omnes adulterantes (inquit) quasi clibanus succensus à coquente, &c. Quinam sunt adulteratores istis nequiores vel ardentiores, quorum cor quasi cli- *Ioan.11.* banus reuera à coquente Diabolo succensus est? Paululum quieuerat à commixtione fermenti nequitiæ & malitiæ suæ, donec fermentaretur totum, quia videlicet ab illo die, quo cogitauerant interficere eum, dicentes: Ne fortè veniant Romani, & tollãt nostrum locum & gentem, tam diu quieuerant, donec turbis persuadendo fermẽtum suum spargerent, totamque massam ciuitatis malitiæ suæ consensu fermentarent. Venit tandem hic dies, quo clamarent, dicen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes: Dies Regis noſtri. Dicendo: Non habe-
Ioan.19. mus Regem niſi Cæſarem. Et: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Cœperuntq; Principes furere à vino, quia videlicet iam temulenti, vtpote in illa magna nocte Paſchali, Dominum comprehendentes, tota nocte vigilauerunt, feramque crapulam ructantes, & ebrietatem fœtidam anhelantes, in illum pauperem & egenum tetra conuitia vomuerunt, completa Prophetia, qua in eius perſona dictum eſt: Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinum. Quid ille Regis eorum Cæſaris miniſter, ſcilicet Pila-
Pſalm. 68. tus? Tota vtique nocte dormiuit, coquens eos, quia videlicet diſſimulator callidus & ſicut à quodam de illo dictum eſt, vt in exiguo ponens mendacium, cùm ſe domi contineret, quaſi rei neſcius, cohortem & tribunum dedit, per quam Iudaicos furores iam ſatis ardentes, magis ac magis accendit. Ma-
Matth.27. nè itaque & ipſe ſuccenſus, quaſi ignis flammæ, exiens ad eos foras, & dicens: Quam accuſationem affertis aduerſum hominẽ hũc, extendit manum ſuam cum illuſoribus, ſcilicet, qui totà nocte Dominum illuſerant, quia applicauerant quaſi clibanus cor ſuum, cum inſidiaretur eis.

Verè enim in omnibus quæ dixit, quæ fecit, verbi gratia, cùm dixit: quid enim mali fecit? vel cum accepta aqua lauit manꝰ ſuas coram eis, inſidiabatur eis, videlicet vt ita in eos omne crimen infunderet, quatenus ipſe apud Romanum imperatorem nullum pro iniuſtè damnato homine iudicium ſubiret. Si enim verè ille liberare voluit, quare nuſquam illa ſua poteſtate vſus eſt, de qua dixit: neſcis, quia poteſtatem habeo occidere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Ergo
Ioan.19. maius quidem peccatum habuit, qui dominum Ieſum illi tradidit, ſed ipſe quoque peccato non caruit, quia miniſterium homicidij voluntariè ſuſcepit. Proinde Herodes rectè vulpi aſſimulatus eſt, dicente Domino: Ite, dicite vulpi huic, pro eo, quia cùm Ioannem libenter decollaret, contriſtatum ſe propter iuſiurandum eſſe ſimulauit, ſic & iſte mendax, & (ſicut iam dictum eſt) in exi-
Matth.14. guo ponens mendacium, rectè vulpi comparandus eſt, quia cùm libenter poſtulationem dominicæ mortis acciperet, defendere ſe illum finxit, & accepta aqua, manus quidem ſed non conſcientiam lauit. Sed iam ad ipſa Euangelij verba redeamus. Et ipſi (in-
Marc.27. quit) non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed manducarent Paſcha. Phariſæi cæci nimis, accuratè mundaſtis illud quod deforis catini & calicis, introrſus
Marc.7. turpes & cruenti, verè ſepulchra dealbata,
Matth.23. quæ deforis pulchra ſunt hominibus, intus autem plena ſunt oſsib. mortuorum. Quid enim? Contaminari exteriùs cauetis introeundo in Gentilis hominis prætorium, & intus horribiliter pollui non timetis, tractando crudele homicidium? Quid hac puritate impurius? Quid hac ſanctitate ſceleſtius? Exiuit ergo (inquit) Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc?

[Reſponderunt & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.] Ergóne Gens iuſta, & populus innocens, nullum niſi malefactorem tradere, imò & occidere conſueuiſtis? Quem enim Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos qui prænuntiauerũt de aduentu iuſti, cuius nunc vos proditores & homicidæ eſtis. Igitur vitioſam in initio cauſæ Romano præſidi propoſitionem red didiſtis. [Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eũ vos, & ſecundum legem veſtram iudicate. Dixerunt ergo Iudęi: Nobis non licet interficere quenquam.] Non dixerunt, nobis nõ licet iudicare quenquam, ſed nobis nõ licet interficere quenquam. Iam enim tota nocte vigilantes, non quidem ſecundum Legem, ſed contra Legem ſuam iudicauerant, illuſerant, conſpuerant, & colaphis ceciderant. Veruntamẽ iudicatum quempiam nõ licebat occidere, niſi Romano Præſide iudicationem confirmante. Nec verò mirandũ, quòd in Babylonica captiuitate Suſannã il- *Danie. 13.*
lis, inconſulto Babyloniorum Principe, lapidare licuiſſet. Nunc autem in terra ſua de gentibus hominem abſque Romani Præſidis tribunali interficere non licuiſſet. Romanum namque imperium fortius atque potentius quàm Babylonicum, Perſicum, atque Macedonicum, cuncta ſibi ſubiugauit regna terrarum. Ipſum quippe erat Regnum, de quo Daniel in viſione nocturna: *Danie.7.*
Ecce (inquit) beſtia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans. Comedit ergo Romanum imperium atq; comminuit omnia Regna mundi, maximè verò Iudaicum Regnum minutatim diſiecit, qđ in quatuor Tetrarchas diſpartiuit, & quod reliquum erat, ita tandem pedibus ſuis con-
Matt.21. culcauit, vt lapis ſuper lapidem non remaneret, & captiui ducerentur in omnes Gentes. Valde ergo iam dentibus terribilis beſtię comminuti, & poſtmodum pedib. quoque eius conculcandi, nobis non licet (inquiunt) interficere quenquam. [Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus.] Dixerat enim, Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſum- *Mat.16.21*
mabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim Gẽtibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. Vt ergo iſte ſermo impleretur, oportebat eum tradi Gentibus à Iudæis, dicentibus: Nobis non licet interficere quenquam, quia videlicet non poterat euenire, niſi

niſi quod ille prędixerat. Nec enim ille prędiceret, niſi quod immobiliter futurũ erat. [Introiuit ergo iterũ in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum?] Ecce Pilatus, dum neſcit, repentè conſcium ſe indicat Iudaici fuiſſe liuoris. Nondum quippe conclamauerant Iudæi, quòd Ieſus Regem ſe dixiſſet eſſe Iudæorũ, & iam interrogans dicit, Tu es Rex Iudęorum? Ergo dum dixit, quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc, non cauſam illius neſciebat, ſed ſe ſcire diſſimulabat. Proinde continuò.

[Reſpondit ei Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?] Si ſtatim ſic
Cur Ieſus nõ reſpõdit ad hoc, Quid feciſti. reſpondiſſet, Rex ego ſum, antequam Regnum ſuum à regno hominum diſtinxiſſet, occaſionẽ calumniæ Pilato porrexiſſet, velut qui aduerſus Dominum illius Cæſarem agere tentauiſſet. Meliùs itaq; ſic reſpondẽs:
Gen.1. à temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me, & iuſtæ calumniæ locum ſuſtulit, & Regem ſe eſſe teſtatus eſt, quia nõ negauit. Idẽ enim eſt, ac ſi diceret: Adeò verum eſt, Regem me eſſe Iudæorũ, vt ſi hoc à temetipſo magis, quàm alterius indicio dixiſti, cõfitet profectò, quia quaſi Propheta diuinaſti. Quid igitur? A temetipſo hoc dicis, an reuera, quod diſſimulas, alij cauſam meam indicauerunt, quando cohortem & tribunũ ad tenendum me miſiſti? [Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? gens tua & Põtifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti?] Tanquam diceret, A Iudæis omnis cauſa ſumit exordium. Nunquid ego concilijs vel Synagogis eorum, in quibus te condemnauerunt, cùm non ſim Iudæus, interſum, vt à me cauſæ vel nominis huius oriri potuerit principium. Non eſt ita, ſed gens tua & Pontifices accuſantes, & ſententiam poſtulantes, tradiderũt te mihi. Quid feciſti? Ad hæc Dominus, magnus & ſapiens Rex, indigno illi non reſpondit, quid fecerit, cùm benè omnia fecerit, & bona omnia fecerit, imò cũ & omnia valde bona per ipſum facta ſint. Sed nec illud dicere curauit, quod priùs interrogatus fuerat, ſcilicet quòd eſſet Rex Iudæorum, quia iam ſufficienter hoc dixerãt Aduerſarij ſui. Verùm quod illi minùs vel peruersè dixerant, hoc modo ſuppleuit & correxit. [Regnum meum non eſt de hoc mundo.] Verum, quidem inquit, gens mea & Pontifices, qui tradiderunt me tibi, indicauerunt tibi de me, ſcilicet accuſantes me eſſe Regem Iudæorum, ſed Regnum meũ
Danie.4. contradictionem Regni Cæſaris eſſe mentiti ſunt. Nam Regnum meum non eſt de hoc mundo. Non ait, Regnum meum non eſt in hoc mundo. Excelſus quippe Dominator in Regno hominum, & cui vult dat illud, & totius mundi gubernator & Dominus eſt, Sed non eſt (inquit) de hoc mundo, id eſt, de arbitrio vel placito illorum qui ſunt in hoc mundo, non de magnitudine ciuitatum vel longis tractibus terrarum, non de multitudine & fortitudine militum fœuientium, vel ſanguine prœliorum. Proinde Romanum à me nihil nocetur imperiũ, vel aliud aliquod Regnũ terrenũ, quia nihil huiuſmodi quærit Regnum meũ Quod ita ſit, probatiõe nõ indiget, quia perſpicuũ eſt, palam omnibus eſt. In quo? ait. [Si de hoc mundo eſſet Regnum meum, miniſtri mei vtiq; decertarent, vt non traderet Iudæis: Nunc autem Regnum meum non eſt hinc.] Miniſtros (inquit) de hoc mundo pro me decertãtes, haberem, ſi Regnum meum de hoc mundo fuiſſet. Nunc autem nullus eſt de hoc mundo miniſter, nullus eſt qui de hoc mũdo pro me decertet. Ergo regnũ meum non eſt hinc. Hoccine eſt de hoc mũ- *Matth. 11.*
do regnare, cæcorum oculos aperire, ſurdis auditum, claudis greſſum reddere, mortuos ſuſcitare, pauperib. euangelizare, & pro huiuſmodi tanquam latronem comprehendi, ligari, alapis cædi, illudi atque conſpui?

[Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu?] Hoc enim rationalis homo cùm eſſet, videbat conſequi, vt ſi Regnũ eius non eſt hinc, aliunde ſit. Et vndecunque Regnum, Regnum vtique ſit. Idcirco per concluſionem inferens, Ergo (inquit) Rex es tu? Itaq; propoſuit accuſator Iudæus, aſſumpſit Chriſtꝰ, concluſit Pilatus. [Reſpondit Ieſus: Tu dicis, quia Rex ego ſum.] Tu (inquit) hoc dicis, tu pro crimine hoc mihi iamdudum obijcis, tu pro cauſa hac ad tenendum me, cohortem & tribunum cum Iudæorum miniſtris miſiſti. Ego autem cauſam non negaui, ſed hoc dixi, quia Regnum meum non eſt hinc. Si verum quęreres, ſi veritatẽ amares, me dicente: quia Regnum meum nõ eſt hinc, interrogare & diſcere debueras vnde ſit. Quod quia facere contemnis, ecce nunc vltro dico tibi vnde ſit. Ne me interficiendo, glorieris, te defendiſſe terminos Cæſaris [Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.] Hæc dicens Dominus, manifeſtè *Pſalm.2.*
conſonat Prophetiæ, qua in perſona eius loquitur Dauid: Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius. Quod eſt prædicare præceptum eius, hoc eſt, teſtimonium perhibere veritati. Illic ego (inquit) conſtitutus ſum Rex ab eo ad hoc, vt prædicem præceptum eius. Hic autem, ad hoc (inquit) ego Rex natus ſum, & ad hoc veni in mundũ, vt teſtimonium perhibeam veritati. Et ſubiungit. Omnis qui eſt ex veritate, audit meam vocem. Tantæ altitudinis, tantæ ſunt hæc dicta fortitudinis, vt neque Pilatus attingere, neque alius aliquis Regni cæleſtis inimicus ea conuellere poſsit. Quid enim? Diceret iſte, quamlibet mendax Cæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

saris Spartarius, Dominum suum magnæ Romæ principem, nolle quempiam in hoc nasci, vel ad hoc in mundum venire, vt testimonium perhibeat veritati, detrimentúque honoris eius esse, si quis militum ipsius audiat vocem testimonium perhibentis veritati? Hoc namque modo caput principis non defensione protegeret, sed grandi detestatione obrueret. Veritatis quippe nomẽ amabile est. Et honorabile illud est, humana sponte natura consentit, & licet significatum eius nequissimi nebulones oderint, tamen ipsum eius nomen nulli vnquam detestari licuit. Itaque victus & deficiens. [Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam in eo inuenio causam.] videlicet experimento didicerat nihil esse in illo, vnde interfecto eo semetipsum defendere posset, si de supplicio eius iniustè sumpto apud Cæsarem illum accusari contingeret: quippe qui iustorum omnium Princeps & iustitiæ Rex, induerat pro thorace iustitiã, & acceperat pro galea iudicium certum, & ita sumpserat scutum inexpugnabile æquitatem, vt eum nullatenus in sermone capere possent. Ait ergo in siti sanguinis pœnæ frustrata crudelitas: Ego nullam inuenio in eo causam. Et adiecit. [Est autem consuetudo, vnum dimitti vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regẽ Iudæorum?] Hoc dixit certum habens quid responsuri essent: Sciebat enim, quod per inuidiam tradidissent eum. Nunquid si non eiusdem & ipse voluntatis esset, rem totam tam protinus in illorum inuidentium arbitrio poneret, & nõ potiùs vteretur illa potestate sua, de qua postmodum dicturus est. Nescis quia potestatem habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifigere te? Simulq; illud considerandum est, quod camino iam satis ardenti, quasi stillam olei scienter iniecit, dum sciẽs, quod per inuidiam tradidissent eum, ipsum propter quod inuidebant, nomen illis obiecit dicens: Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum? [Clamauerunt rursum omnes dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.] Rursus (inquit) clamauerunt. Iam enim semel clamauerant, dicentes: Nisi esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Et nunc iterum clamant, nõ hunc dimittas nobis, sed Barabbam. Hoc multum clamauerunt, & in excelsum vociferati sunt. Iste est clamor, de quo Dominus per prophetam: Ecce expectaui (inquit) vt faceret iudicium, & ecce iniquitas. Et iustitiam, & ecce clamor. Quia sic futurum erat, vt occideretur saluator, & seruaretur latro. Præcipit, imò sic mysticè prophetat Lex Moysi: Suscipiet ibi Sacerdos ab vniuersa multitudine filiorum Israel, duos hircos, p peccato, & stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi, mittens super vtrunq; sortem. Vnam Domino, & alteram capro emissario. Cuius sors exierit ad Dominum, offeret illum pro peccato: cuius autẽ in caprum emissarium, statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eo, & mittat illum in solitudinem. His ritè celebratis, offeret illum, & rogans pro se & pro domo sua, & immolabit eum. Hic ritus propheticus ecce completus est. Quinam sunt duo hirci, nisi Christus Saluator mundi, & Barabbas author seditionis? Saluator nempe, etsi secundum suam innocentiam verus est, & erat Agnus Dei, attamen secundum iniquitates omnium nostrum, quas (vt propheta testatur) Deus in eo posuit, quasi hircus extitit. Barabbas autem, non alienis, sed suis peccatis hircus est, quem populus ille malè fortitus huic præposuit, qui venit tollere peccata mundi. Exiuit ergo sors ad Dominum super hircum nostrum, ad ipsos autem sors exijt in hircum illum fœtidum, id est, Barabbam seditiosum, qui emissarius illis factus est, & in solitudinem, id est, in gentem illam à Deo desolatam dimissus & reseruatus est. Noster autem hircus, scilicet, Saluator noster Christus, rogans pro se, pro domo sua, quæ sumus nos, libens immolatus est. Erat autem (inquit) Barabbas latro, qui & (sicut alij Euangelistæ referunt) propter seditionem & homicidium missus fuerat in carcerem. Huiusmodi hominem Domino & Regi Dei Filio præponentes. Hoc etiam clamarunt dicente Pilato: Quid igitur faciam de Iesu Nazareno? Sanguis eius super nos & super filios nostros. Væ igitur genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filiis sceleratis: qui petierunt virum homicidam donari sibi, authorem verò vitæ interemerunt. Iustè propter hoc ipsum seditionibus & homicidijs perituri, quia Principẽ pacis dederunt pro authore seditionis, & Filium Dei commutauerunt pro Filio magistri sui Diaboli. Barabbas enim interpretatur filius magistri eorum. Quis autem est magister eorum, nisi Diabolus, quẽ imitantur? Die quo ipse Domin⁹ cùm dixisset: ego quæ vidi apud Patrem meum, facio. Statim ex opposito addidit, & vos q̃ vidistis apud patrem vestrum facitis. Meritò ergo hæreditate possederunt seditiones & sanguinem homicidij, tantis calamitatibus inuoluendi, quãtis satis declamare nullius copia scriptoris, nullius possit quantacunq; facultas oratoris. [Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.] Grande spectaculum mundo, & Angelis, & hominibus, vtà seruis peccati Princeps libertatis seruilib. modis concideretur. Sed nos (inquit Propheta) liuore eius sanati sumus. Perspicuum nanq; est, quia & anima verè doluit pro nobis, & corpus flagellatum atq; laceratum signa iniuriæ in vibicibus ac liuore portauit. [Et milites plectẽtes coronam de spinis, imposuerunt

Sap.5.
Matth.27.
Esaiæ 5.
Leuit.16.
Esaiæ 53.
Matth.27.
Mat.15.
Matth.17.
Esaiæ 1.
Esaiæ 9.
Ioan.8.
CAPVT XIX.
Esaiæ 59.

runt capiti eius, & veste purpurea circunderunt eum, & veniebant, & dicebant ei: Aue rex Iudæorum. Et dabát ei alapas.] Hæc illi quidem ludentes crudeli ioco fecerunt, sed à virtute & sapiẽtia Dei magno Christo Rege cuncta seriò susceptа, imò vt fierent vtiliter prouisa sunt. Singulæ namque derisiones, singulæ plagæ vel percussiones, grãdem vocem habuerunt, & omnia pro nobis iustitiã locuta sunt. Cùm enim sanguis proclamet in cælum de terra, quæ aperuit os suum, & susceptum eum de manu Iudæorum. Spinæ quoque & vestis irrisoria, cæterq́ue iniuriæ sine dubio proclamãt in cæleste propiciatorium, & credentibus in eum potenter impetrãt remissionem peccatorum. Per spineam ergo coronã illud visibiliter quoque significant, quod de illo Propheta prædixit: Et peccata nostra ipse portauit. Spinæ namque peccata designant, quæ animã pungunt & lacerant. Nam & propter peccatum homini datæ sunt, dicente Domino ad Adã: Cùm operatus fueris terram, non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Sed & quod chlamydem coccineam cũ illuderetur non dedignatus est circundari sibi. Nunquid non congruit illi, quo propter nos in Passione sua fungebatur, ministerio charitatis? Coccus enim coloris ignei, qui in tabernaculo Domini offerri, & in veste sacerdotali bis tinctus iubetur assumi, geminam significat dilectionem, Dei & proximi: quia fit, vt quicquid offerimus, ignitum & quasi benè coloratum coram diuinis placeat cõspectibus. Ipse autem propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, bibit calicem passionis, sicut ipse, vt cognoscat (inquit) mundus, quia ego diligo Patrẽ, & maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Igitur huic Regi nostro chlamys coccinea benè congruebat, vt ipso habitu se illum esse ostenderet, qui in Lege significabatur, per vitulã ruffam: cuius corpus pro peccato iubebatur extra castra cremari, & cinis eius in aqua cum hyssopo super populum aspergi. Harundinem quoq; siue calamum ab illudentib. accipere non recusauit in manu sua, quod sacrilegium scriberet Iudæorum, siue vt venenata interficeret animalia. Habebat namque in manu sua virgam, id est, suam in propria potestate animam, vt volens poneret atq; iterum sumeret eam. Et sicut Moyses coram Pharaone suam proiecit virgam, quæ versa est in colubrum, deuorauitq; versas in colubros virgas magorum, iterumq; redijt in virgam. Sic ipse nunc suam quodãmodo posituras erat animam, vt descenderet in mortem, quæ per colubrum intrauit in mundum, colubrosq; Aegyptiorum, id est, mortes absumeret peccatorum, atq; iterum in virgam, id est, in potestatem redirẽt pristinam. Cùm in tali habitu Rex Iudæorum adoraretur, vel salutaretur, si tunc esset tempus loquendi, & non magis tempus tacendi, poterat veraciter iam proloqui & dicere, quod seriò sibi deberet omne genu curuari, & ipsum omnis lingua cõfiteri. Veruntamen, si tacebat ipse dum pateretur, clamabat & adhuc clamare non desinit, Prophetа ipsius: Viuo ego dicit Dominus, quia mihi curuabitur omne genu, & cõfitebitur omnis lingua. Igitur virtus & sapientia Dei cum illuditur, cuncta seriò rationabiliterq́; susceptа, & dantibus alapas faciem suam nõ auertit. Sequitur. [Exijt iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis, quia in eo nullam causã inuenio.] Quantumuis coactum te simulas damnate, & æterni incendij stipula, non tibi educenti Iesum, & sic locuto ita credet Romana seueritas, vt taceam de iustitia diuina, quomodo credendum vel creditũ fuit post hęc Tribuno Felicis præsidis, tuo forsitã exemplo perdocti, qui Paulum Apostolũ non molli & frigida defensione, sed manu militari à rabie Iudæorum eripuit. [Exijt ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimẽtum, & dicit eis: Ecce homo.] Talis exiuit, & non erat ei species neque decor, & aspectus eius in eo non erat. Ecce (inquit) homo. Intentionem quidem dicentis & sensum irridentis detestamur, sed vocem amplectimur & dicimus, quia verè homo, quia cùm Deus esset, in similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo.

[Cùm ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant dicentes: Crucifige crucifige eum.] Ita Pontifices petulci, æquè vt ministri eorum, dilatauerunt os suum. Euge euge, inquiunt, viderũt oculi nostri. Hactenus benè actum, quod nunc restat exequere, crucifige crucifige eum.

[Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite eum. Ego enim non inuenio in eo causam.] Timebat enim (vt antea iam dictum est) ne (quod futurum erat) pulsatus in iudicio Cæsaris, sustineret molestiam, non habens quam de interfectione eius redderet causam.

[Respondерunt ei Iudæi: Nos Legem habemus, & secundum Legẽ debet mori, quia Filium Dei se fecit.] Præuaricatores Legis, dum gentilem hominem securum reddere vultis, quasi Legis scutum offertis, & iniquitas vestra mentita est sibi. Non. n. secundum Legẽ debet mori, qui Filium Dei se esse asserit, sed propheta qui falsum loquitur in nomine Domini, mẽdacij conuictus, nõ subsequente effectu sermonis. [Cũ ergo audisset Pilatus hũc sermonẽ magis timuit.] Timuit planè, sed nõ pœnitudinẽ gessit: timuit, inq̃, præsagiente sibi animo, magnitudinẽ futuri mali, præsertim quia iã miserat ad eum vxor eius, dicẽs: Nihil tibi & iusto illi, multa. n. pas-

1.Cor.1.
Gen.4.
Esaiæ 53.
Gen.3.
Exo.27.28
Ephe.2.
Ioan.15.
Num.19.
Ioan.12.
Exod.8.
Sapient.2.
Eccle.3.
Philip.2.
Esaiæ 54.
Act.23.
Esaiæ 53.
Philip.2.
Psalm.34
Rom.2.
Psalm.26.
Deut.18.
Matth.27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa sum hodie per visum propter eum. [Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei.] Nimis importuno tempore hoc interrogabat, quia tempus maximè tacendi tunc erat, & ipse audire indignus erat, quia non credere volebat. Præterea, quia iam eundem Agnum Dei malè totonderat, id est, flagellauerat, ideo corã illo iustè obmutescebat, & non aperiebat os suum. [Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te?] Igitur ô Pilate potẽs & robustã nimis potestatẽ habẽs, ex ore tuo iudicaris, nec solũ apud Deum, sed ẽt apud homines reꝰ tener's: qa videlicet innocentẽ & iustũ, cũ dimittere posses crucifigere maluisti. Modicum sustine, neque festines, dicens: Mihi non loqueris: loquetur enim tibi postmodum, & dicet vnde sit. Dominus namque, qui nunc infirmus sub tua potestate tenetur, sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum. Vociferabitur & clamabit super te, & super omnes inimicos suos confortabitur. Tacui dicet, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Tunc loquetur ad te in ira sua, & in furore suo conturbabit te, clarè dicens tibi qđ nunc interrogasti, vnde sit. Ego (inquiens) constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc in furore suo loquetur tibi, & cunctis Regibus terrę & principibus, qui conuenerunt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Porrò, qui dicere tibi noluit vndè sit, de tua potestate quid respondeat, audi.

[Non haberes aduersus me potestatẽ vllam, nisi tibi datum esset desuper.] Non (inquit) per Dominum tuum Cęsarem, nequè per istos, qui clamando, crucifige crucifige, confortant brachium tuum aduersum me, sed ab eo quod super omnes homines est, data tibi aduersum me potestatem habes. Nam nisi illud, vnde ego sum, teneret manum dexteram meam, & in voluntate sua deduceret me, poteram ego saltem respicere te, & vnius vocis ferrea virga, tanquam vas figuli confringere te. Ergo quia traditi sum desuper (tradidit enim me, nec proprio Filio suo pepercit Pater) non glorieris tu: quia non tua potestas, sed superna permissio est. Præterea nec verè potestas, quam in me exerces, sed quoddam latrocinium est. Non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ ibi tantummodo iure valet, vbi culpa est. Vis homo non timere potestatem? benè fac, & habebis laudem ex illa. Si autem malè egeris, time. Tu si absente culpa, sæuis & occidis, latrocinium agis, homicidium facis, & proinde reus potestati superioris subijceris. Si desuper permittitur tibi potestate abuti, noli gloriari, quia non relinquet Dominus virgam, id est, non permanere sinet potestatem peccatorum super sortem iustorum. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? An exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Ecce irruistis in me fortes, & neque iniquitas mea, neque peccatum meum. Idcirco potestas ista dum crucifigis me, non verè potestas, sed verè timidum latrocinium est, quod tu explere non posses, nisi posse tibi datum esset desuper.

[Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.] Quare? Videlicet, quia ille Legem accepit, & non nesciens, sed inuidens abutitur permisso Dei: tu verò eiusmodi Legem non accepisti, & proinde non tanta tibi, quãta illi, insipientia vel malignitas est, odisse sapientiam, vel nescire Sacramenta Dei. Tu ignoti hominis sanguinem fundens homicidium facis: ille Regem & Dominum suum ad mortem tradens, cum homicidio sacrilegium quoque admittit in eum, quem patribus suis promissum, hactenus expectauit, & ipsam expectationem eius profitetur signo circumcisionis quod accepit, facitq; occidendo, vnde se in Prophetis accuset legendo. Sequitur.

[Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.] Exinde, inquit, quærebat: nam antea non quæsierat. Quid ergo, quasi damnationem eius recusans, tantum clamauerat, nisi quia simulator, & mendax erat? Sed nunc vbi manifestam eius innocentiam compererat: quippe quem nec in sermone denomine Regis vllatenus capere potuerat, magis timebat: maximè, quia iam (vt dictũ est) vxor eius ad eum miserat.

[Iudæi autem clamabant dicentes: Si hũc dimittis, non es amicus Cæsaris.] Et quasi quæreretur ab eis, in quo dimissio huius repugnet amicitiæ Cæsaris, tali sententia propositionem suam confirmant, importuni & nimis officiosi amici Cęsaris, inimici autem Dei.

[Omnis qui se Regem facit, contradicit Cæsari.] Igitur concluſit (vt sibi videtur) iniquitas omne os, ne reprehendere vel iniustam dicere damnationem huius hominis audeat. Nam omnis qui se Regem facit contradicit Cæsari. Hic autem Regem se facit. Securus ergo sit Pilatus, & interficiendo obsequium se Cæsari præstare arbitretur.

[Pilatus ergo, cùm audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabatha. Erat autem parasceue paschæ, hora quasi sexta.] Parasceue præparatio interpretatur. Quo nomine Iudęi, qui inter Græcos conuersabantur, sextam Sabbati (quę nunc à nobis sexta feria nuncupatur) appellabant, quòd eo videlicet die, quę in Sabbatũ forent necessaria, præpararent, iuxta

Ecclę. 3. Esaiæ 53.

Esaiæ 42.

Psal. 2.

Psalm. 72. Psalm. 2. Rom. 8. Rom. 13.

Psal. 124. Esa. 10. Psalm. 58.

Sap. 2.

Exo. 6. iuxta quod de manna quondam erat præceptum, sexta autem die colligetis duplũ, &c. Qui verò inter Romanos vitam ducebant Iudæi, vsitatiùs eam Latinè cœnam puram cognominabant. Quia ergo sexta die homo factus, & tota est mundi creatura perfecta: septima autem, conditor ab opere suo requieuit: vnde & hanc Sabbatum, id est, requiem, vocari præcepit, rectè Dominus eadem die sexta crucifixus, humanæ restaurationis impleuit arcanũ. Vnde cũaccepisset acetũ, dixit: consummatum est, id est, sexta, quod pro mundi refectione susceperat, totum est opus perfectum. Igitur illis quidem interfectoribus Domini, magnum quidem parasceue propter subsequens magnum, id est, paschale, Sabbatum erat: nobis aũt propter præparationem vitæ ęternę, quę nobis illo die pręparata est, maxima parasceue est. [Et dicit Iudæis: Ecce Rex vester.] Iam dixerat hic derisor, Ecce homo: nunc adhuc irridens, Ecce, inquit, Rex vester. Nesciuit dicere, quod tertium accusationis vel crimi nis nomen est, Ecce Filius Dei vestri: sed dixerũt Iudæi, Quia Filium Dei se fecit. Hæc tria verissima nomina sunt vnius Christi Domini nostri, Homo, Rex, Deus, siue Filius Dei: quem quidem irridentes, & cum risu adorantes, confessi sunt inimici, sed vulnerantes & seriò adorantes confitemur amici. [Illi autem clamabant: Tolle tolle, crucifige eum.] Puta dixisse Iudæos infelices, Tolle à nobis Regem, tolle Principem, tolle Sacerdotem. Extunc enim impletum est, quod per Prophetam fuerat ante prædictũ, quia multis diebus sedebunt filij Israel sine Rege, & sine Principe, & sine Sacrificio, & sine altari. Item: In hostijs & muneribus vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient eum, ablatus est eis. Et meritò, quia dixerunt, tolle saluatorem, crucifige propiciatorem, idcirco perdiderunt salutem, & nullam habent defensionem. [Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam?] Hoc petulans Iudex, quasi ioco fatigatus dixit, sed iocum eius impatiens insania fastidiens, & ad certam crudelitatem festinans repulit. Quid enim sequitur? [Responderunt ei Pontifices: Nos non habemus Regem nisi Cæsarem.] Ergo concredatur illis, non habere Regem nisi Cęsarem, quoniam omnes alios abiecerunt, neminem excipientes, siue Deum, siue hominem, & condigna sibi accipiant dona Cæsaris, scilicet, interfectionem & captiuationem gentis, euersionem ciuitatis, incendiumque & irrecuperabilem ruinam templi.

[Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.] Itaque vicerunt isti filij hominum, quorum erant dentes arma & sagittę, & lingua eorum gladius acutus: quia firmates sibi sermonem nequam, tam diu perstiterunt, donec traderetur eis ad crucifigendum. [Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt.] Auiditatẽ suscipientium, per Psalm. ipse exprimens, susceperunt me (inquit) sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. [Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgatha, vbi crucifixerunt eum.] Exijt quidem, sed nõ peruenit ad locum baiulando ipse sibi crucem. Angariauerunt enim prætereuntem Simonem quendam patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem post eum. Exeamus ergo (inquit Apost.) ad eum extra castra, improperium eius portantes. Et non, sicut ille Simon, qui portauit quidem post eum crucẽ, sed ipse crucifixus non est, sed ita crucem eius tollamus, vt nosipsos cum vitijs & concupiscentijs crucifigamus, & cum tempus vel causa postulat, eius qui passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, vestigia sequamur. Caluarię, locus erat damnatorum, dictus caluarię locus, à capitibus eorum qui ibi puniebãtur, vbi crucifixerunt eum. [Et cum eo duos hinc & inde, medium autem Iesum.] Ita iuxta Prophetam, cum sceleratis reputatus est, imò & tanquam sceleratorum maximus, in medio crucifixus est. Veruntamen ipsa crux, non solum tormẽtum iudicati, sed iudicati quoque iam quoddam tribunal extitit. Alterũ namq; illorum sceleratorum (sicut Lucas manifestiſsimè edisserit) misericorditer assumpsit, alterum iustè reliquit. [Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus Rex Iudæorũ: Hũc ergo titulum multi legerunt Iudæorũ, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est.] Scripturam hanc, alio Spiritus sanctus dictauit, atque alio Pilatus consilio scripsit. Ille namq; gloriari se sperabat in hac malitia, & hoc titulo manifestius futurum, & clarius Cæsari annunciandum, se pro fide eius occidisse hominem quem multa gentis illius turba cum ramis palmarum excipiens, regias illi laudes acclamauerat, Christum esse illum existimans, quem per Prophetas promissum expectabat. At verò Spiritus sanctus benè vtens maligni scriptoris manu, hunc titulũ fecit, qui cælo & terra transeuntibus non transibit, quia Iesus Nazarenus, id est, Saluator & verè sanctus, Rex Iudæorum per crucem suam est effectus: Iudæorum inquam, non eorum, qui se Iudęos esse dicunt, & non sunt, sed sunt Synagoga Satanæ: sed Iudæorum, qui in veritate confessores Dei sunt.

[Erat autem scriptum, Hebraicè, Græcè, & Latinè.] Linguarum omnium præcipuè res istæ sunt, per quas hodie sancta Scriptura per totum mundum celebrata, testificatur verum hunc esse titulum, id est, verè Iesum Nazarenum Regem esse Iudæorum, Regẽ (inquam) omniũ in veritate confitentium.

Oſee 3. Oſee 5.

Psal. 56. Psal. 63. Psal. 16.

Matth. 27. Marc. 15. Hebr. 13.

Galat. 5. 1. Pet. 2. Esaiæ 53.

Matth. 21. Luc. 21. Apoc. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fitentium. Nam de angusto Hebraicæ linguæ domicilio, Lex & Prophetæ & Psalmi per linguas, Græcam & Latinam eruperũt, & orbis terrarum armaria testimonijs huius Regis cõpleuerunt. Has ergo linguas benè in titulo suo congregauit Dei verbum, non vtique alligatum neque moriturum, & maligno scriptore bene vtens, quomodo voluit ad honorem suum. Quid de ipsa cruce dicemus? Eius figura nihil ne mysticum significat? Taceo quod decentissimum esse nullus abnuat, salutem humani generis in ligno crucis constitui, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur, quodque ait quidam:

Mysterium crucis.

Neue quis ignoret, speciem crucis esse colendam,
Quæ Dominum portauit, ouans ratione potenti.
Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.

Illud non præteream, quia salutis, quam operabatur, primas ianuas, id est, fidem, spem & charitatem, quartamque illarum perfuerantiam in eiusdem crucis, qua pendebat, figura significabat. Habet enim crux longitudinem, latitudinem, sublime atque profundum. Profundum, id est, acumen, quo fixa terræ inhæret. Longitudinem inde vsque ad brachia. Latitudinem in eorundem expansione brachiorum. Altitudinem abipsis brachijs sursum versus, quo caput immi net. His autem quatuor supradictæ virtutes signantur. Profundo Fides, quæ occulta voluntatis Dei vocatione prima in fundo cordis quasi fundamentum in ædificio ponitur: longitudine, perseuerantia: altitudinẽ, spes, quæ nobis in cælestibus posita est: latitudine charitas. Nam de his Apostolum dixisse intelligimus. Vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum. Salutis ergo primos auditus in supplicij sui figura Saluator noster prædicabat. Igitur interfectores Christi suo quidem sensu sacrilegia, Dei autem dispositione sacra mysteria loquuntur & operantur. Hunc (inquit Euangelista) titulum multi legerunt Iudæorũ, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixerunt eum.

Ephe. 3.

[Dicunt ergo Pilato pontifices Iudęorũ: Noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit Rex sum Iudæorum.] Isti pontifices planè dispersores vel corruptores illi sunt, contra quos Christi spiritus in quorundam prælocutus est superscriptionibus Psalmorum. In finem ne disperdas siue corrumpas in tituli inscriptione. Titulum namque bonum & bene scriptum disperdere atque corrumpere voluerunt, sic intercidendo, Iesus Nazarenus, qui dixit, Rex sum Iudæorum. Quasi verò Pilatus nescisset à turbis illum Regem fuisse conclamatum, quando venienti Hierosolymam, exierunt obuiam cum ramis palmarum, & eum à plerisq; esse creditum, qui fuerat Rex promissus oraculis prophetarum.

Psal. 16.

[Respõdit Pilatus: Quod scripsi scripsi.] Ergo signasti Pilate iniquitatẽ tuam in manu tua, quia stabile & fixum vis esse, quod Regem Christum occidendo, expectationẽ Israel interfeceris, & oracula prophetarum incerti, vt putabas, Dei cassaueris, dicẽtium de hoc Rege, quod magnum habiturus esset regnum: verbi gratia, quia dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Cæterum voluntas est Dei, qui te malo seruo bene vti nouit, voluntas, inquam, Dei est, vt scriptum sit & permaneat quod scripsisti. Psalmista, cum promissiones Regni eius prælibasset, dicente Deo: Semel iuraui in Sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternũ manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis, statim existimationem tuam tuique similium subintulit dicẽs: Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum. Et post pauca: Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emundatione, & sedem eius in terra collisisti. Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione. Hæc vel huiusmodi præconia Christi sic tu audisse poteras, quomodo & Herodes, qui venientibus ab oriente Magis, vltrò conuocans principes Sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. Quod illi efficere non potuit illusus à Magis, tu te prudẽter egisse putasti. Frustrabitur te spes tua, quia nec huius occisi Regis Iudæorum iudicium effugies, nec saltem Cæsaris tui mensa, pro hoc facto vel scripto tuo, familiarius fruiturus es. Fertur enim, quia propter hoc Romam adductus, à Tyberio Cæsare exilio damnatus est, sententia tam intolerabili, vt per impatientiam inediæ, gladio sibimet mortem consciuerit. Itaque maledictiones illæ manifestæ super eum deciderunt, quibus impium Diuina Scriptura deuouet dicens: Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinem cordis eius, & consumat brachia illius primogenita mors, &c. [Milites ergo cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit, videlicet quia lucrosè venundare poterant vestimẽta eius, idcirco pro magnæ victoriæ spolijs ea sortes milites acceperunt. Non enim vilia putabantur vestimenta, de quorum simbrijs

Psal. 7.

Psal 88.

Matth. 2.

Iob 18.

brijs cõtactis, virtus exire cõsueuerat. Nec vtique tunc in illo spectaculo deerant, qui ad comparandum ea certatim se ingererẽt. Nam, vt taceam de matre & Discipulo, quẽ diligebat Iesus, stantibus iuxta crucem eius.

Matth. 9. Luc. 23.

Stabant, inquit Lucas, omnes noti eius à longè, & mulieres, quæ sequutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. Adeo tanquam reus & peccator proscriptus Dominus, vt nec vestimenta sua charis suis pro magno thesauro seruaturis diuidere sibi licuerit, sed in corpore suo saturatus opprobrijs, sua quoque vestimenta in mercedem vidit cedere interfectoribus suis.

Psal. 81.

[Vt Scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem.] Tãquam diceret, Adeò crudeles fuerunt, adeò considerantes & inspicientes me, absque vlla miseratione steterunt, vt vestimenta mea diuidentibus sortes quoque mittere vacauerit, videlicet hoc ad fidelitatem pertinebat imperij, vt Regem Iudæorum non solùm obtemperanter, verumetiàm gaudenter interficerẽt milites Romani.

Huic ergo direptioni, dum vestimenta Domini diuiduntur, tunicam tamen nõ scindunt, Hæreticorum temeritatem compara re licet, qui quamuis & Scripturam sacram in prauos sensus suos distraxerint, tamen Fidem Christi vel Catholicam eius Ecclesiã scindere non potuerunt. Plura namque Domini vestimenta, multa Scripturarum, quibus vnum Dei verbum indutum est, significãt volumina: tunica verò inconsutilis, & desuper contexta per totum, videlicet qualem dilecta eius Maria, sorte diligenter contexuerat, vnam integram atque inuiolabilem Catholicæ Ecclesiæ Fidem congruè designat.

[Et milites quidem hæc fecerunt.] Pulchrè satis Euangelista facta impiorum terminat. Hæc quidem (inquit) milites fecerunt, subauditur, & quid post hæc facerent, non habuerunt. Corpus crucifixerunt, & prędam tulerunt: sed fortitudinem Dei, verbum Dei, verbum Deum, cum anima sua occidere non potuerunt. Deinceps quæ manibus militũ cessantib. facta sint exequitur.

[Stabant autem iuxta crucem Iesu, Mater eius, & soror matris eiꝰ Maria Cleophę, & Maria Magdalenè.] Stabat (inquit) Mater iuxta Filij crucem, sinè dubio dolens, & dolores tanquam parturientis habens. Crucem namq; eius nimium ipsa cruciabatur, sicut ei prædicens Simeon: & tuam ipsius (inquit) animam pertransibit gladius.

Luc. 2.

[Cùm vidisset ergo Iesus Matrem & Discipulum stantem quem diligebat, dicit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Ad Discipulum autem: Ecce mater tua.] Quo iure Discipulus, quem diligebat Iesus, Matris Domini Filius, vel ipsa mater eius est? Eo videlicet, quia salutis omnium causam, & tunc sinè dolore peperit, quando Deum hominem factum de carne sua genuit: & nũc magno dolore parturiebat, quando (vt prædictum est) iuxta crucem eius stabat. Si enim Apostolos suos in illa hora suæ Passionis Dominus mulieri parturienti rectè cõparauit, dicens: Mulier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam nõ meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mũdum, & vos igitur nunc tristitiam habebitis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Quantò magis mulierem hanc, stantem iuxta crucem suam, mulieri parturienti, talem matrem, talis filius rectè similem duxit. Quid autem dico similem, cùm verè sit mulier, & verè mater, & veros habeat in illa hora partus sui dolores? Non enim habuit hæc mulier hanc pœnam, vt in dolore pareret, sicut cæteræ matres, quando infans sibi natus est: sed nunc dolet, cruciatur, & tristitiam habet, quia venit hora eius, illa videlicet hora propter quam de Spiritu sancto concepit, propter quam grauida facta, propter quam completi sunt dies vt pareret, propter quam omninò de vtero eius Deus homo factus est. Cùm autem hæc hora prætierierit, cùm totus iste gladius parturientem eius animam pertransierit, iam nõ erit memor pressuræ propter gaudiũ, quia natus erit homo in mundum, quia declaratus erit nouus homo qui totum renouet genus humanum, totiusque mundi sempiternum obtineat imperium: natus inquam, id est, immortalis atq; impassibilis factus, & angustias vitæ huius in æternæ patriæ amplitudine supergressus, mortuorum primogenitus. Proinde quia verè ibi dolores vt parturientis, in passione vnigeniti omnium nostrum salutem beata virgo peperit, planè omniũ nostrum mater est. Igitur quod de hoc Discipulo dictum est ab eo, iustissimè curam suæ matris habebat, mulier, ecce filius tuus. Itemque ad eundem Discipulum, ecce mater tua, rectè & de alio quolibet Discipulorum, si præsens adesset, dici potuisset: nisi quia licet omnium (vt dictum est) mater sit: pulchriùs tamẽ huic, vt virgo virgini commẽdari debuit, præsertim cùm huic Discipulo talis gratia repositа esset, vt verbum ipsum, quod illa mater carnem factum pepererat, ipse quantum mortali homini possibile fuit, imò plus quã alius quis mortalium omnium potuit Euangelico stilo describeret. [Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.] In sua, videlicet, nõ prædia, quæ nulla habebat, vel habiturus erat (quippe qui de illis vnus est, qui Dominum secuti reliquerãt omnia) sed sic, in sua, dictũ est, vt in illa quoque communione rerum qua diuidebatur singulis, prout cuiq; opus erat, ad huius curam, quicquid illi esset necessa-

Quo Maria è mater Ioannis.

Psalm. 47. Maria omniũ discipulorũ Christi mater.

Matth. 19.

Act. 2. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessarium pertinebat.

[Postea sciens Iesus, quia consummata sunt omnia, vt impleretur Scriptura dicit: sitio.] Sciens, inquit, quia iam consummata sunt omnia, subauditur quæ illum pati oportebat. Nec enim eo nescié̃te, sed bene sciente & omnia disponente fiebant ista, qui & per Prophetas omnia prædixerat, vt impleretur Scriptura, dicit: sitio. Quomodo propter hoc dictum est, impleta est Scriptura? Audi quid sequitur.

[Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius.] Alius Euangelista refert, quia dederunt ei vinũ
Matth.27. quoque bibere cum felle mixtum. Vt ergo impleretur Scriptura, dixit, sitio, qui dum eo modo illi ministratur, impleta est non solum spiritualiter, sed etiam literaliter Scriptura, quæ dicit: Dederunt in escam meam
Psalm. 68. fel, & in siti mea potauerũt me aceto. Item: Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus, fel draconum vinum eorum. Illud mirandum est, in illis dominicæ mortis ministris, imò in illo, quo cuncta hæc disposita fuerant consilio Diuinitatis, quod tam ordi-
Deut.2. natè, tamque integrè cuncta egerunt, ac si se cunctas in illo iurauissent implere voces Prophetarum. Quomodo autem ori eius à terra in crucem exaltati, spongiam apponere potuerint, alius Euangelista manifestius
Matth.27. edicit, videlicet, quia spongiam circumposuerunt arundini. Hæc ita facientes, satis aperuerunt, quãto felle amaritudinis ipsorũ præcordia redundarent, & quod verè non iam vinea Domini sabaoth illa domus Is-
Esaiæ 5. rael, & illa domus Iuda, germen eius delectabile esset, sed de vinea Sodomorum vinea eorum, & quàm veraciter per Prophetam Dominus idem prædixisset, quòd expectãte se vt faceret vuas, fecerit labruscas. Sanè per hoc, quòd oblatum sibi acetum fel le mixtum, cùm gustasset, noluit bibere, reprobationem significat eiusdem vineæ suæ Sodomiticæ, quæ mortis illi miscuit amaritudinem, cùm debuisset afferre dilectionis dulcedinem, qua gustata modicè, id est, per
Luc.22. triduum, iam de genimine huiusmodi vitis
Rom.6. bibere non vult. Resurgens enim ex mortuis, iam non moritur, & mors illi vltrà nõ dominabitur.

[Cùm ergo accepisset acetum, dixit: Cõsummatũ est. Et inclinato capite, emisit spiritum.] Quid consummatum esse dixit, nisi quicquid propositum, vel dispositum fuerat secũdum Scripturas eum pati? Ergo (inquit) consummatum est, certamen obedientiæ peractum est, ad summam cursus peruẽtum est, nunc demum gloriæ & honoris corona supereſt. Hoc dixit, & tunc demum inclinato capite emisit spiritum. Spiritum (inquam) emisit vel tradidit, potestate quã habebat animam suam ponendi, quia passus non nisi quantum voluit, hora qua voluit mortem admittens, spiritum emisit.

[Iudæi ergo, quia parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus ille dies Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.] Iudæi labijs religiosi, corde autem cruenti, & à Deo longinqui, legitimam habuere curam de magno die Sabbati Paschalis. Magnifici honoratores Dei, cùm in cõscientia mala reposuissent sanguinem iusti, in ore & in labijs suis firmiter tenuerunt mandatũ Legis. Quid enim Lex dicit? Quãdo (inquit) peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appẽ- *Maledictꝰ omnis, qui*
sus fuerit in patibulo, non permanebit ca- *pendet in*
dauer eius in ligno, sed in eadem die sepelie- *ligno.*
tur, quia maledictus à Deo est, qui pendet in *Deut. 21.*
ligno, & nequaquam contaminabitis terrã tuam, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi in possessionem. Hoc planè Lex dicit, & hoc Legem dixisse scientes isti amici Legis, imò legis corruptores & inimici Dei, callidè Dominum appenderunt in patibulo, vt consequenter constaret eum maledictum esse à Deo, & proinde certum esset, hunc hominem iuxta sententiam vel accusationem ipsorum non fuisse à Deo. Sed ô Iudæi, malitia cęci, fuerit quidem, quoniam *Gala.3.*
hoc & Apostolus ait, fuerit (inquam) Dominus noster maledictum Legis, vt nos à maledicto redimeret. Veruntamen nunquid secundum verba Legis, penderet in ligno præcedens est causa maledicti? Vt taceam, quod non dixit solum, quando homo adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, sed ita præmisit, quando peccauerit homo, quod morte plectendum sit, & tunc demũ subintulit, & adiudicatus morti, suspensus fuerit patibulo vt (inquam) hoc taceã quod manifestè expurgat à maledicto Dominum nostrum, quia appẽsus quidem est in ligno, sed non peccauit quod morte plectendum esset: nunquid ait, maledictus est à Deo qui pendet in ligno? Nunquid ait imprecando, maledictus sit, vel absolutè maledictus, vt subaudiri posit imprecantis verbum, sit, & non potiùs enuntiando, dixit, maledictus à Deo est, non quia pendet, sed qui pendet in ligno. Non enim sic se habet litera Hebraicæ veritatis, quomodo septuaginta transtulerunt, quippe qui non sensum Dei perfectè habuerunt. Nec enim vates, sed interpretes erant, vnde & hæc sicut cætera multa non satis integrè transtulerunt, maledictus omnis qui pendet in ligno, cùm sic habeatur in Hebraico: Maledictus à Deo est, qui pendet in ligno. Nempè tribus modis discordat à vero hæc translatio. Cùm enim in Hebraico habeatur: Maledictus est: transtulerunt *Verba septuaginta interpretis.*
absolutè, maledictus, & sit, subaudiri potest. Item in Hebraico additum est, à Deo, qđ in septuaginta deest, & ecõtrà, in septuaginta,

Galat.3. ginta, omnis, additũ est, quod in Hebraico non habetur. Quare ergo (inquit) Apostolus translatione illorum septuaginta in hac sententia vsus est? Sic enim ait: Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Quare hoc exemplo sic vsus est? Videlicet, quia apud Græcos, quibus scribebat, vulgata fuerat à tempore Ptolomæi Philadelphi septuaginta interpretum editio, & nimis importunũ erat, vt cum Christo Scripturas testimoniũ perhibere assereret, & vix audiretur, si ipsas quoque Scripturas malas interpretatas esse ostendere conaretur, cũ apud illos septuaginta interpretum authoritas haberetur celeberrima. Maluit ergo sententiam cum sensu, qui ædificaret commemorare, quam corrigendo Scripturam veteranos lectores offendere. Præterea videte meliùs, cuius intẽtionis sit hęc eadẽ annũciatio maledicti, præsertim quia pro eo qꝺ maledictus à Deo est, iubet illum sepeliri. Nónne mortuis pars benedictionis est, sepeliri, & econtrà maledictionis, sepultura carere, more asini, sicut de quodam Rege terribiliter dictum est (qꝺ ut erat meritus) sepultura asini, id est, nulla
Hier. 22. sepultura sepelietur? Nónne sancti & magni Patres siue Patriarchæ, de sepeliendis vel etiam tranferendis corporibus suis diligenter mandauerũt, & pro magno illis fuit
Ge. 35. 50. sepeliri, & non tantum vbicunque, sed in sepulchris patrum suorum? O igitur mirabile & antiquum crucifixi huius consilium, qui tanto antequam veniret, ita de sepeliendo corpore suo dedit præcẽptum, vt profuerit omnibus crucifixis, scriptum pro se vno Legis mandatum. Cùm enim decollatos siue lapidatos, aut alia vi peremptos licuerit impunè sepultos canibus proijci, solis crucifixis propter iustum crucifigendum Lex prophetica, vtpotè digito Dei conscripta, sepulturam negare prohibuit. Nóne ergo ꝓpheticus crucifigendi spiritus, gemitibus in
Deut. 21. enarrabilibus rugiebat in corde Moysi, talem Legem scribentis, vt dum crucifixi omnes ex Lege sepeliuntur, sepultura non careat hic vnus pro salute mundi crucifixus, à Deo maledictus. Addés etiam à Deo, quod nusquam fecit in cunctis maledictionibus Legis? Verbi gratia. Cũ dicit, maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictus ingrediens, & maledictus egrediens, &
Deut. 29. similiter in cæteris, nusquam dixit, à Deo,
Esa.53. nisi tantum in hoc loco. Cur hoc, nisi quia verè solus est hic à Deo maledictus, in eo videlicet, quòd (sicut ait propheta) iniquitates omnium nostrũm in illo posuit Deus? Idcirco sepeliatur (inquit) qui pendet in ligno, quia futurus est talis pendens in ligno, qui erit maledictus à Deo: à Deo (inquam) transponente maledictiones humani generis in illo. Quòd si quis obijciat, sæpe maledictiões prolatas fuisse à Deo, verbi gratia, cùm dicit ad Cain: Nunc ergo maledictus *Gen.4.*
es super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua: nos econtrà dicimus, non esse maledicti effusionem, sed maledicti iam existentis enũciationem: præsertim cũ non dicat, maledictus sis, sed maledictus es, & non à me, sed à peccatis tuis. Nec enim maledictꝰ est Cain à Deo, sed à voce sanguinis fratris sui clamantis de terra, & impietatis eius annunciantis ipsi Deo. Igitur hic solus maledictus fuit à Deo, & non à suo peccato: à Deo (inquam) qui omnium nostrum maledictum, quod erat super nos, id est, omnem iniquitatem nostram posuit in eo. Quod verò addidit Lex. Et nequaquam contaminabis terram, *Deut.21.*
quã Dominus Deus tuus daturus est tibi in possessionem: Mira Spiritus sanctus arte dixit & scripsit, cũ potiùs ex eo contaminata terra posset videri, si in se reciperet corpus maledicti. Quid enim? Quid etiam hoc loco scriptor Legis intendit? Hoc vtique, quia terra quam dedit Deus vero Israeli in possessionem, corpus est huius singulariter & pro nobis maledicti, quam sibi datam tunc Israel contaminauit, id est, contaminari nõ permisit, quando illud Ioseph & Nicodemus eodem die sepelierunt, pro communi *Matth. 27.*
Lege omnium in ligno pendentium, vide- *Luce 23.*
licet ne indigne insepultum abijceretur, & à *Psal. 2.*
canibus illis, qui viuum circundederant, ad huc exanime conspueretur. Porrò, illi putabant in eo non contaminari terram suam, si cuiusquam taliter occisi corpus nequaquam viuentium oculis ingereretur. Quòd si aliquis quærat adhuc, cur pro hoc tantopere legislator fuerit solicitus, cũ posset etiã insepultum cælitus custodiri corpus sacrosanctum, sicut custodita sunt, ne à canibus vel auibus læderentur, etiam multa corpora Martyrum. Interrogemus eum, cur moriente eodem Domino, & terrà tremente monumenta Sanctorum aperta sunt. Videlicet aut nihil idoneum, aut hoc respondebi *Matth.27.*
tur solùm, quia corporibus mortuorũ hoc expediebat, vt coniungeretur eis in sepulchris corpus huius mortui, quod afferebat resurrectionem mortuorum, & idcirco ad susciendum illud certatim & auidè sese dilatauerunt. Nam sicut animam Domini Iesu ad animas apud Inferos descendere expediebat, vt illas inde educeret: sic & ad corpora corpus eius peruenire oportebat, vt illa resuscitaret. Sed iam de hoc satis dictum, ad Euangelij verba reuertamur. Iudæi (inquit) rogauerunt Pilatum, vt fractis cruribus corpora eorum tollerentur. Quare? Quia Parasceue erat, quia magnus ille Sabbati dies erat. Magnus (inquit) dies Sabbati ille erat, videlicet, quia Paschale Sabbatum erat. Etenim cũ octo diebus Pascha celebretur, omnium dierum maximus, & maxi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mè festiuus, Sabbati dies habebatur, Siue ille primus, siue secundus aut certè tertius occurrisset, vel quartus, & Sabbatum Paschale vocabatur. Idcirco Iudæi petierunt, vt corpora tollerentur, ne tantus dies talis horrore spectaculi fœdaretur. Quippe cũ etiã qualibet die corpora eiusmodi sepeliri in eadem die ex Lege præciperentur. Sed propter Sabbatum, illa Iudæi sepeliri voluerũt properantiùs. [Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo] Primi, inquit, id est, exterioris, & alterius itidem exterioris (Nam Dominus Iesus medius crucifixus erat) fregerunt crura, quia necdum obierãt, vt depositi non viuerent, sed & maturiùs expirarent. [Ad Iesum autem venientes, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.] Benè: Nec enim opus erat vt super dolorem vulnerum eius quicquã apponerent, in quo iam sensuum nihil restabat. [Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua.] Deo gratias. Sanguine redimimur, aqua abluimur. Tantam salutẽ Deus noster, per quam voluit nos saluari, lanceatus in medio terræ operatus est. Sed huius rei magnitudo vel dignitas, valdè attentum & benè credulum auditorem efflagitat. Sequitur ergo: [Et qui vidit testimonium perhibuit, & verum est eius testimoniũ, & ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis.] Ecce vnus testis hic est, qui vidit & qui scripsit hæc, quãuis & multos vidisse, qui affuerunt, & videre voluerunt, dubium nõ est. Sed ne videar solus esse testis (inquit) adhibebo mecum alios duos testes, Legalem scilicet sermonem testem vnum, & Propheticum testem aliũ. [Facta sunt enim hæc, vt Scriptura implere tur: Os non comminuetis ex eo.] Hoc de Agno Paschali præcipit Lex. Breui ergo, sed claro iudicio perdocet, illum Legalem Paschæ agnum significatiuum fuisse huius veri Agni, qui nunc tandem pro nobis immolatus est, sicut iam dudum benè exercitata certum habet sanctæ Ecclesiæ Fides. [Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quẽ transfixerunt.] Hoc Zachariæ Prophetæ testimonium est. Igitur in ore trium testiũ, scilicet, Legis & Prophetarum atque huius Euangelistæ, stabit hoc verbum: quia milites (vt iam dictum est) Domini Iesu non fregerunt crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Nunc demum rem tantã latiùs contemplemur. Nec em̃ præter eundũ est, tantæ rei huius sacramentum, cui sanctus Euãgelista suum tam diligenter testimonium interposuit, & congrua de Scripturis exempla subiecit. Cur ergo Agnus qui immolatus est, noluit vt os comminueretur ex eo? Non enim casu, sed eo volente & disponente actũ est, videlicet idcirco crura sibi frangi noluit, quia ossium fractura nullum vsquam bonum sui similitudine commendat. Ossa nanque, quæ vbique in Scripturis mysticè pro virtutibus accipiuntur, nihil nobis mysterij prædicarent in eo quòd frangerentur. Sed econtrà crura in eo, quòd integra conseruata sunt, illud nobis mysticant, quod vniuersæ viæ eius rectè inuiolabiles sunt. Siquidem crura eus vias eius significant. Vnde in Canticis dicitur: Crura eius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas, id est, itinera eius pulchra super Diuinitatis sapientiam in rectitudine sunt firmata. Quid igitur vitata crurum fractura fieri maluit? Sed vnus militũ (inquit Euangelista) lancea latus eius aperuit, & cõtinuò exiuit sanguis & aqua. Cur igitur hoc maluit? Videlicet vt illam super nos effunderet aquam cum sanguine suo, quam cùm commendaret dixerat: Nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu S. non potest videre Regnum Dei. Siquidem huius aquæ sacramentum ab hoc miraculo sumpsit exordiũ. Baptizatus ergo Dominus in passione sua, talem ad nos suæ salutiferæ mortis participationem iam mortuus emisit. Non est nouum hoc aut mirum, quod illum in passione sua dicimus baptizatum. Matre filiorũ Zebedæi postulante ac dicente: Magister, dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram in Regno tuo, respondens, dixit: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, aut Baptismo quo ego baptizor, baptizari? Qui cũ respõdissent, possumus: Calicẽ (inquit) meũ bibetis, & Baptismo quo ego baptizor baptizabimini, &c. Nomine calicis siue baptismi Passionem voluit designare martyrij, q̃ & ipsum & illos decebat consummari. Vnde & alibi de passione sua loquitur: Baptismo autem habeo baptizari, & quo coartor vsque dum perficiatur. Græcè autem Baptismus, Latinè ablutio dicitur. Quas ergò sordes habebat Dominus, vt Baptismo passionis ablueretur? Nempe mortalitatem nostrã & passibilitatem, propter q̃ sordidus & contemptibilis apparebat hominibus, sicut & in Zacharia legimus: Iesus autem indutus erat sordidis vestibus. Dixit autẽ Angelus his, qui stabant coram se. Auferte ab eo vestimenta sordida. Iesus erat indutus sordidis, vestibus, qui cùm nõ fecisset peccatum, pro nobis peccatum factus est. Et ipse infirmitates nostras portat. Et in Apostolo legimus: Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictio. Hic in xxi. Psal. loquitur. Longè à salute mea verba delictorum meorum. Et in lxviij. Psal. Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Quæ vniuersa (inquit) appellantur sordida vestimenta, & auferuntur ab eo cũ in morte sua, nostra delet peccata. Cùm igitur videmus Dominum

Psal. 73. *Exod. 12.* *Zach. 12.* *Cant. 5.* *Ioan. 3.* *Matt. 20.* *Luc. 12.* *Zach. 3.* *2. Cor. 5.* *Esa. 58.* *Gala. 3.* *Hebr. 2.*

num Iesum propter Passionem mortis gloria & honore coronatum, & à nostris quæ ipse portauerat peccatis ablutum, rectè illũ accipimus suo Baptismo in morte sua baptizatum, atq; vt eundẽ suum ad nos transfunderet Baptismum, sanguinem & aquam de latere suo profudisse iam mortuum. Baptismum quo à Ioanne baptizatus est, non ad eandem pertinuisse virtutem, iam aliàs dictũ est. Idcirco nec solus sanguis, nec sola de latere Saluatoris aqua manauit: quia Diuinus ordo nostræ salutis vtrunque depoposcit. Nec enim ad hoc redempti sumus, vt tales nos ille possideret, quales eramus priùs. Vnde & Apost. Non enim (inquit) vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem in Christo Iesu. Et in alio loco, cũ priora commemorasset peccata. Et hæc (inquit) fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, &c. Vt ergo esset, vnde à peccatis lauaremur, aqua quæ corporales tantum lauare poterat sordes sanguini, qui est pretium nostræ redemptionis, sociata est, & ex eius societate virtutem atque authoritatem sumpsit, vt ad abluendas inuisibiles peccatorum sordes digna fit sancto cooperari Spiritui. Societate (inquã) viuifici ac pretiosi sanguinis hoc accepit, vt comparetur vera similitudine rubro mari, per quod saluatus populus transiuit, Pharaone submerso cum curribus & equitibus suis. Nam fugientes Aegyptum huius seculi, mundatos in veram promissionis terram trasmittit, Diabolumque persequentem penitus absorbet cum præteritis actibus & pompis suis. Igitur (vt suprà dictũ est) longè rationabilius fuit, vt lancea militis latus eius aperiretur, quàm vt crura frangerentur: rationabilius (inquam) ac decentius tanto salutis fuit artifici, valde que accessit ad pulchritudinem operis, vt illud sibi mortuo de latere subduceret, vnde nasceretur Ecclesia: qui dormienti Adæ costam eduxit, vnde formaretur Eua. Hac em̃ similitudine quid pulchrius, quid elegantius, quid dulcius? Siquidem ille primus Adam obdormiuit, iste secundus (vt dictum est) surrecturus obijt. Illi Dñs soporẽ immisit, huic Pater calicẽ passionis dedit. Egredimini ergo & videte filiæ Sió Regẽ Salomonem in diademate suo, quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis illius. Egredimini (inquã) de tenebris illis, quæ super terrã factæ sunt ab hora sexta vsque in horam nonam: Imò de illis, quæ per istas significatæ sunt, & nũc operiunt faciem cordis Iudæorum. De his ergo tenebris exite, & videte intenta contemplatione illum, qui vos vocauit in admirabile lumen suum Regem magnum, Regem pacificum, in diademate spineo, quod est charitas & magnæ miserationis ornamẽtum, quo coronauit eum mater sua Synagoga, in hac die desponsationis eius, qua (vt dictum est) nascituræ sibi sponsæ Ecclesiæ in lætitia cordis sui, prima elementa produxit, sequitur. [Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eò quòd esset Discipulus Iesu (occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu.] Occult⁹ iste erat Discipulus Iesu, sed nõ occultè rogauit Pilatum, neq; occultè tulit ad sepeliendum corpus Iesu. Nec enim erat opus Legis, nanq;, vt suprà dictum est, hoc erat præceptum, vt in patibulo appensus eodem die sepeliretur, prouidente iam corpori suo sepulturæ libertatem ipso Dei verbo, quod per Moysen loquebatur.

Cùm ergo beatus iste Discipulus tollit magistri sui corpus, rectè Iudæorum calumniã non veretur, nam ille contra Legem faceret, qui pro causa eiusmodi bonum eius officium calumniaretur. Nec erat suspicioni locus de eius discipulatu, cũ præcepto Legis non etiam amori Domini Iesu obsequi videretur. [Venit autẽ & Nicodemus, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras cẽtum. Acceperunt ergo Iesum & ligauerunt linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudęis sepelire.] Ne miraremur, quòd ausi sint, Domini corpus aromatibus condire, qui non ausi fuerant, nisi in occulto Discipuli viuẽtis esse, addidit Euangelista, sicut mos est Iudæis sepeliri. [Erant in loco vbi crucifixus est hortus, & in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam positus fuerat.] Et hoc sibi prouiderat ipse qui sepeliebatur, vt sicut nasciturus, verum sibi virginalem præparauit, ad quem vir non accesserat: ita resurrecturus nouo & lapideo momẽto reconderetur, in quo nondũ quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum posuerunt eum. Ergo nunc liberati estis Iudæi, qui occidistis iustum contrarium operibus vestris. Ite nunc mandicate Pascha, & magnum celebrate Sabbatum, vt deinceps proijciat Dominus super vultus vestros stercus solennitatum vestrarum.

1. Thes. 4. *1. Cor. 6.* *Gen. 2* *Cant. 3.* *Matth. 27.* *1. Pet. 2.* *Exod. 14.* *Deut. 21.* *Non potuit Ioseph à Iudæis prehendi.* *Mala. 2.*

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOANNEM COMMENTARIORVM LIBER DECIMVSQVARTVS.

Gen. 49. Psal. 103. Gen. 46.

ABhinc, ô Iuda, te laudabunt fratres tui. Iuda (inquam) magne & fortis, qui resurgés ex mortuis, confessionem & decorem immortalitatis atq; incorruptionis induisti. Laudabunt te fratres & amici tui, cohæredes & cóparticipes Regni tui. Vnde laudabunt, vel quid laudantes clamabunt? Manus tua (inquiunt) in ceruicibus inimicorũ tuorum. O fortissime fratrum & princeps confessionis eorum, cornua in manibus tuis sunt, & ecce nunc egreditur q̃ ibi abscondita fuerat fortitudo tua. Quomodo sustinerent luteæ ceruices inimicorum tuorum, vt non ponerentur scabellum pedum tuorũ? Vlulabunt ergo sub pedibus tuis inimici, laudabunt verò te fratres tui. Parum est laudabunt. Adorabunt te filij patris tui. Adorationis autem hæc erit ratio, quia tu catulus leonis es, ô Iuda, catulus leonis, inquam, id est, Filius fortissimi Dei, totius fortitudinis, & omnium virtutum principis. A quo tu ne quaquam in aliquo degeneras. Nam ad prędam fili mi ascendisti, & ad nullius pauens occursum, fortiter infernum debellasti. Igitur te laudabunt, te adorabunt fratres tui, si lij patris tui: qui & perinde quod te laudãt & adorant, fratres tui sunt, & filij patris tui, per ipsam Fidem, in qua te adorant, gratiam adoptionis filiorum consecuti. Nunc pulcherrime virorum decursis laboribus tuis, quia lauisti in vino stolam tuam, & in sanguine vuæ pallium tuum, id est, Spiritu sancto in sanguine tuo regenerasti Ecclesiam tuam, qualiter eisdem fratribus tuis bonum fortitudinis & victoriæ tuæ nuncium attuleris stilo prosequente, tuaque gratia iuuante conabimur eloqui. [Vna Sabbati, Maria

CAP. XX Magdalene venit mane, cùm adhuc tenebræ essent ad monumentum, & vidit lapidem sublatum à monumento.] Vna Sabbati, id est, prima Sabbati. S die quæ prior Sabbato succedit. Sciendum verò, quod hæc & cæteræ deuotæ Domino fœminæ, quæ illum & viuum dilexerant, & mortuũ desiderabãt, per noctem ambulantes, iuuãte luna venerunt ad monumentum, per noctem enim ambulauerun, tquæ diluculo ad monumentum fuerunt. Alioquin nisi per noctem venissent, quomodo ad sepulchrũ tam manè affuissent? Verbi gratia: Maria Magdalene, cuius domus erat Bethaniæ, q̃ vicus quindecim stadijs distat ab Hierosolymis, quomodo prima ante alias, vna Sabbati iuxta Ioan. valdè diluculo venit cũ adhuc tenebræ essent ad monumentũ. Sepulto quippe Dño, mulieres quæ illũ secutæ fuerant, Hierosolymis non remanserant. Sed cũ aspexissent, vbi poneretur, reuertẽtes (inquit Lucas) parauerunt aromata. Qũ autem parauerunt vel emerunt, manifestius Marcus indicat. Et cũ transissent (inqt) Sabbatũ. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerẽt Iesum. Siquidẽ Sabbato (vt ait Lucas) quieuerunt, ppter mandatũ, subauditur Legis, quia Lex vetat operari. Constat itaq;, quia in lachrymis peruigiles amores nimium q̃; longa retardãtis Sabbati mora fatigatæ, quo nec operari nec plus mille passibus ambulare licitum erat Iudæis, mox vt onerosum illud Sabbatum abijt, recessit, transiuit, non quieuerũt, non dederunt oculis suis somnum, nõ luciferum ad proficiscendũ prẽstolatæ sunt. Noctẽ pro die, desiderium pro duce, lunam rapuère pro sole. Luna quippe noctẽ non defuit, quia xvij extitit. Septima decima verò luna clauso vespere paulò pòst. i. ferè post horam & dimidiam exurgit, totideinceps lumen suum ministratura nocti. Falsò igitur quidã Euangelistas calumniati sunt, quod contraria dixissent in eo quòd Matth. vespere Sabbati: cæteri primu Sabbati diluculo mulieres venisse dixerunt ad monumentum. Matthæus enim vt earum cõmendaret desiderium, qñ venire cœperunt, cæteri dixerunt quando peruenerint.

Luce 23. Mar. 16. Exod. 20.

Calumnia de contrarietate Euãgelistarũ.

Quare aũt hic Euang. cũ posset prima Sabbati dicere, maluit vna Sabbati dicere, nisi propter singularem & vnicam gloriam eius dei? Est enim verè festa dies, verè beata dies, nobilitas anni, mensis decus, arma dierum. Pulchritudine huius diei Paradisus refloruit, cælum purpuratum est, Angeli candidati, homines exhilarati sunt. Huius diei gratia singularis, verbis explicari negt. Igitur vna Sabbati rectè & ꝓpriè dixit. Venit, inquit, ad monumentũ. Quã manè venerit, ipse Euangelista aperit, dicens: Cũ adhuc tenebræ essent. Sed iam Dominus resurrexerat. Vidit enim, inqt, lapidẽ sublatũ à monumento. Quid ergo est Patri dicẽti in Psal. Exurge gloria mea, exurge psalteriũ & cithara. Cõfestim gloriosũ illud organũ Patris. s. os Dominici hominis, respõdẽs, exurgã diluculo, inqt. Nõ enim diluculũ ad resurgendũ expectauit. Quippe cũ valdè diluculo mulieres venerint, & tñ charitate resurrectiõis ꝓuentæ fuerunt. Quid ergo (inquã) est q̃ ait, exurgam

Laus Dñi resurrectionis.

Psal. 56. 107.

Esa. 49. 2. Cor. 6.

exurgam diluculo, nisi quia diluculum est quod ad nostros non pertinet corporeos oculos? Si enim totum hoc tempus à resurrectióe Dñi vnus dies salutis est, Propheta dicente: Tẽpore accepto audiui te, & in die salutis adiuui te, cur non initiũ temporis eiusdem diluculi nomine valeat intelligi? Ergo tenebræ quidem corporales erant ad monumentum, sed sanctis & electis omnib. diluculi. i. lucis æternæ iam erat initium, à media

Iud. 16. Marc. 16.

nocte quando surrexit, & portas inferni tulit fortissimus Sampson, quod interpretatur sol eorum. Quod Mar. Euangelistã constat intelligi voluisse, q̃ cũ dixisset: Et valdè manè vna Sabbatorũ veniunt ad monumentũ, statim addidit, quod secundum literã repugnans est, orto iã sole. Orto quippe iam sole non valdè manè est. Igitur, & si media nocte Dominus noster resurrexit, verum est

Lapis per angelũ sub laxus à sepulchro.

tamen, q̃ Patri respondens (vt iam dictum est) diluculo surgam, inquit. Veniens itaq; inuenit lapidem sublatum à monumento, videlicet quẽ Angelus Domini reuoluerat, vt vacuum mulierib. venientibus ostenderet. Proinde cũ dicit Matth. Vespere aũt Sabbati, quę lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrũ, & ecce terræ motus factus est magnus, Angelus autẽ Domini descẽdit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum, sic intelligendũ est, quod illis venientibus. i. in via positis, quæ vespere (vt iã dictum est) venire cœperãt, interim facto terræmotu surrexit Dominus, & deinde Angelus Dñi reuoluerat lapidem, & deinceps postquã iam vacuũ visum fuit mulieribus, super lapidem sederit, vt paulatim, & nõ repente timidis hominũ mentib. res tanta ingereretur, primum sepulchro, deinde Angelo, deinde viso Domino. [Cucurrit ergo ad

Luc. 23.

Simonem Petrum, & ad alium Discipulum quẽ amabat Iesus, & dicit eis: Tulerunt Dominũ de monumẽto, & nescimus vbi posuerunt eum.] Ergo diluculum quidẽ sanctis iam erat animab. in alio seculo, & illi quoque latroni, cui dictũ est, hodie mecum eris in Paradiso, iamq; (vt ait Marc.) ortus erat sol, veruntamen veniẽtib. ad monumentũ, non tñ pro tempore noctis, verũ etiam pro sensu mentis tenebræ erant. Quid enim est obliuio vel ignorantia veritatis, nisi cæcitas vel tenebrę mẽtis? Intantum autẽ erant obliuiosi, & immemores verborum quæ dixerat, quia oporteret Filium hominis crucifigi, & die tertia resurgere à mortuis, vt nõ inuento corpore eius nihil superesse putarẽt, nisi quod sublatum fuerat. Quid tamen sequitur. [Exiuit ergo Petrus & ille alius Discipulus, & venerunt ad monumẽtum. Curebant ergo simul] Alius Discipulus ipse est Ioan. Quid cursus huiusmodi pulchrius spectaculo, si ritè perpendas Euang. narrantis qui sit sensus vel intẽtio? Nunquid enim putandum est, quod hic talis, qui tam excellenter cælestibus intendit, ocium habere potuerit talia iam diligenter scribendi sinè spe fructus, id est, intelligentiæ spiritualis? Igitur spectaculo admissi, iam nunc subleuatis oculis latissimum videamus campũ huius seculi, & in eo currentes duos populos, qui sunt Iudæi & Gentes, brauium ipsam esse palmam crucis, quã Christus ascendit: ipsũ verò principem spectaculi, quo & iudice de xteram palmam victoris ornabit. Nimirum vbi auditum est, & in omnẽ terrã hic sonus exiuit, quia Christus resurrexerit à mortuis exiuit populus Gentium & venit ad monumentum, exiuit (inquam) de tenebris & caligine peccatorum, & venit adorare mortuũ ac sepultum, mortisque victorẽ Dei Filium & hominem Iesum Christum. Exiuit & ille alius, scilicet Iudaicus populus, sed de vicino exiuit, quia iam ante cucurrerat, iam appropinquauerat, quippe qui moriturũ acresurrecturũ expectauerat, imò & prophetauerat. Currebant ergo simul. [Et ille alius Discipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit prior ad monumentum. Et cũ se inclinasset, vidit linteamina posita, nec tamen introiuit] Quãtum ad eandem Fidem, eadem quippe veterum extitit Fides, quæ & nouorum, planè nos Gentes cum illo anteriori populo simul cucurrimus, verũ quantum ad temporum distinctionem non curreremus simul, nisi quia in initio Euangelij Iudæorum simul & Gentilium multitudo Fidẽ Christi suscepit. Ergo ille populus prior venit ad monumentum, sed videns linteamina, non introiuit, quia videlicet tribulationes passionis Dominicæ, quibus quasi linteaminibus cinctus, & ligatus fuit. intãtum erubuit, vt resilirent etiam eorum qui iam crediderant ex eodem populo plurimi: Fieretque illis Christus crucifixus, lapis offensionis, & petra scandali, partim propter carnales Legis cæremonias, quas videbat destitui, partim propter odium Gentium, quibus inuiderunt gratiam Dei. [Venit ergo

1. Pet. 2.

Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.] Fidelis sermo. Qui primus venit, & non introiuit, so-

Petrus gentilis populi typum gerebat.

la linteamina vidit, qui autẽ posterior venit & introiuit, non tantum linteamina, sed & sudarium, quod fuerat super caput Domini vidit. Quid sibi vult hoc, nisi quia mini. Quid sibi vult hoc, nisi quia nos Gentes, qui Iudæis foris remanentibus credendo introiuimus, non solùm illud attendimus, quod pro hominibus pertulit Dei Filius, quod natus ex fœmina laborauit in carne & crucifixus est ex nostra infirmitate, sed illud etiã, quod est & erat Deus antequam fieret vel assumeret de nostro in quo pateretur? Sudarium nanque quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerat super caput eius, rectè illud significat, quod erat in principio verbum, q̃ erat apud Deum, quod erat Deus. Hoc vtrũq; videt & adorat, qui posterior venit & introiuit Gentium populus, adorat, inq̃, & confitetur quia Christus Dominus & verbũ Patris est per quod factus est mundus, & caro vel Filius hominis est, per cuius passionẽ salua tus est mundus. At ille qui intrcire nõ vult, sola vidit linteamina, quia solã attendit tribulationem, qua cingi vel cõstringi potuit vera eius humanitas, & hoc habet scutũ cordis, vt verè insipiens, dum dicit, quia nõ est Deus qui mori potuit. Sudariũ ergo iste nõ vidit. Sed quid est, quod sequitur, non cum linteaminibus positũ, sed separatim inuolutum in vnum locum? Hoc planè illud est, quod Catholica Fides confitetur, quia passibilis quidem homo, sed impassibilis erat (vt semper est) Deus vnus idemq; Christus. Nõ positum erat sudariũ cũ linteaminibus, quia videlicet nostris doloribus, quos secundum hominẽ tulit, secundũ seipsum non ingemuit Deus. Separatim ac seorsum stetit à cunctis angoribꝰ. non substantiæ disiunctione vel duplicitate personę, sed dispari sensu, & magna diuersitate vtriusq; naturæ. Quin & inuolutum erat sudarium, profectò signi ficãs Christi Diuinitatẽ, nec initiũ, nec terminũ habere, quia videlicet sic nec cœpit, nec desinit esse Deꝰ, quomodo rei quę inuoluta est, nec initium, nec finis cernitur. Sed in vno loco quid est, nisi quia in scissura mentiũ Deus non est? Vna columba, vnum est corpus Christi in Ecclesia. Et in hunc solum & vnum locũ sacramentũ veritas est, quæ scindi vel diuidi non potest. Igitur solũ quod infirmum est Dei populus ille vidit, qui sic offensus, quasso pede substitit, & foris remansit. Sed quia sequitur. [Tunc ergo introiuit & ille Discipulus, q venerat primus ad monumẽtum, & vidit & credidit.] Sic nimirum post plenitudinẽ Gentium, & ille populus introibit. Nolo enim (inquit Apost.) vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo Gentium introeat, & sic omnis Israel saluus fiet. Igitur tenebræ quidẽ adhuc erant ad monumentum, & quid ageretur, nesciebant, dormitantes adhuc prę tristitia mentes Discipulorum, sed aspirabat dies, & propè erat vt inclinarentur vmbræ vel figuræ radijs expulsæ rerum subsequentiũ. Et vidit, inquit, & credidit. Futurum quidẽ est vt ille posterior populus introiens videat & credat, sed nondum hoc, vel sic Discipulus ille vidit & credidit. Nã sequitur [Nõdũ em̃ scribebãt Scripturas, quia oporteret eum à mortuis resurgere.] Ergo illud potiùs credidit, id est, existimauit factum fuisse, quod mulier dixerat, videlicet, quia tulerunt Dominũ de monumẽto, & nescimus vbi posuerunt eũ.

Gen. 6.

Rom. 11.

Maluit tamen Euangelista dicere, quia credidit, quo verbo propiùs perstitit, in re propter quã cursum huiusce modi tã diligenter enarrauit. Et continuò subiungit. [Abierũt ergo Discipuli ad semetipsos.] Ergo, inquit, quia nõdum sciebant Scripturas, idcirco abierunt ad semetipsos. Nã ecõtrà vbi Scripturas intellexerũt, abierunt suprà semetipsos, loquentes Christi sensu non suo & probantes, quia non Dominũ tulerunt de monumẽto, sed Dominus surrexit de sepulchro solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, testãte Dauid, qui dicit in eum: Prouidebã Dominum in conspectu meo semper, quia à dextris est mihi, ne cõmouear, propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescit in spe. Quomodo nõ derelinques animã meã in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ, & ijs similia. [Maria aũt stabat ad monumentũ foris plorans.] More suo S. Euãgelista in hoc etiam loco mysterijs cælestibus intendit, & dum per terram pedibus ambulare, id est, puram videtur historiam texere, sursum volat. Nã sic matutinam resurrectionis reuelationem euangelizat, vt intentio quoque resurgentis per eius narrationem facilè legentibus lucescat. Abeuntibus Discipulis ad semetipsos, Mariã refert solã stetisse ad monumentũ foris plorãtem, & inter fletus inclinatam vidisse duos Angelos, vnum ad caput, & vnum ad pedes, & deinde conuersam retrorsum, vidisse Dominũ, & hæc ab illo audisse: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autẽ ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrẽ meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.

Pulchrè siquidem hanc præ omnibus mulierem manus resurgentis pio desiderio ligatam ad sepulchrum suum retinuit, vt secundę resurrectionis ipsa nuncia fieret, in qua primæ resurrectionis opus notissimũ atq; celeberrimũ factum est. Prima nanque resurrectio, de qua hic idem Ioan. ait, Beatus qui habet partem in resurrectione prima, illa est quã Dominus enuncians Iudæis: Amen amen, inquit, dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui, qui in monumentis sunt, audient vocẽ Filij Dei, & qui audierint, viuent. Hac resurrectione mulier hæc prima omnium vel notissima respirauit, quia cùm esset in ciuitate peccatrix fœtentior malæ famæ putoribus, qui fuerat frater suus Lazarus corpore quatriduanus, audiuit in monumento malæ consuetudinis vocẽ Filij dei, & quia audiuit, protinus exiuit. Pœnitendo quippe lauit lachrymis maculas criminis, & dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secunda resurrectio corporum est in qua primogenitus mortuorũ est Christꝰ Filius dei, cuius

Luca 7.
Ioan. 11.

cuius vita nunc lugentibus & flentibus erat nuncianda Discipulis. Stabat igitur Maria, principis vitæ & vtriusque resurrectionis nutu detenta, congruè videlicet secundã resurrectionem nunciatura, quam primæ resurrectionis gratia tali nuncio dignam effecerat. Stabat, inquã, & in eo, quod foris stabat, plorabat totius Ecclesiæ de Gentibus typum præferebat. Primitiua namque Ecclesia, scilicet à iusto Abel, vsque ad illum, qui in cruce confessus est, latronem iam intra sacramentum Dominicæ passionis recepta, peccatrix Gentilitas foris remanserat, quia videlicet, non illam sanguis Christi à peccatis lauerat, quæ fidem eius non habuerat. Verbi gratia: Eunuchus ille, qui venerat adorare in Hierusalem, & reuertebatur legens Esaiam Prophetam, ad monumentũ foris stabat. Locus enim Scripturæ quem legebat, hic erat: Sicut ouis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum, &c. Profectò plorans ad monumentum foris stabat, quia passioni eius quem nesciebat legendo condolebat. Itemque & Cornelius Centurio deprecãs Deum, & faciens eleemosynas semper foris ad monumentum stabat. Tota omninò Gentilitas foris stabat, & si nondum plorans, sed plorare habebat confitendo peccata sua, & per Fidem eius, qui mortuus est & resurrexit, exemplum Mariæ prima resurrectione resurrectura, relicta multorum Deorum, imò Dæmonum turba, sicut de hac muliere septem Dæmonia, id est, vniuersa vitia Dominus eiecerat. [Cùm ergo fleret, inclinauit se & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu.] Cùm Ioannes & Lucas duos Angelos fuisse visos referant, quomodo ab istis Matthæus & Marcus non dissonant in eo, quod vnum tantũmodo visum fuisse commemorant? videlicet, quia cùm duo fuerint, vnus locutus est, qui & in dextris secundum Marcum, & super lapidem secundum Matthæum, & ad caput secundum Ioannem sedens, nulli quasi ex diuersa sessione scrupulum mouere debet. Nam sicut testãtur periti locorum eorundem, monumentum Domini in aquilonari parte cryptę situm est in petra excisum longitudinis septem pedum, trium mensura palmarum pauimento altiùs eminens, introitumq; habens à latere meridiano. Quod cùm ita sit, profectò qui in dextris sedet, ad caput sedet, quia super lapidem reuolutum exteriùs sedit. [Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Quem quæris? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.] Plorando inclinata mulier hæc, Angelos vidit, & percontantes audire meruit, quia videlicet futurum erat, vt Gentilitas peccata sua deflendo, se humilians sanctis Apostolis vel prædicatoribus, qui vtique Angeli Domini exercituum sunt, inno testeretur, & ab illis dulcedinem æternæ consolationis acciperet. Et rectè omnes Angeli Domini exercituum, omnes Sacerdotes vel prædicatores veritatis, quorum labia custodiunt scientiã, & quorum ex ore Legem requirunt, per duos Angelos ita sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes signati sunt, quia videlicet vnum eundemq; Christum, & Deum esse ante secula, & hominẽ factum prædicant in fine seculorum, & vtri usque testamenti vocibus incarnatum, passum, mortuum, sepultum, ac resuscitatum à mortuis comprobant verum Dei filium. Vnde & duo Cherubin, quæ propiciatorium tegunt, sese inuicem aspiciunt, versis vultibus in propiciatorium. Cherubin quippe plenitudo scientiæ dicitur. Et quid per duo Cherubin, nisi vtrumque testamentum? Quid verò per propiciatorium, nisi ipse qui est propiciatio, pro peccatis nostris figuratur. Et dum testamentũ vetus hoc faciendum denunciat, quod nouum de Domino factum clamat, quasi vtraque Cherubin inuicem aspiciunt, dum vultus in propiciatorium vertunt. Nec enim à suo aspectu discrepant, quæ dispensationis eius mysterium cõcorditer narrant. Quod autem interrogata mulier, quid ploraret, quem quæreret, respondit. Quia tulerunt Dominum meum de monumento, hodieq; magnæ huic mulieri, scilicet Ecclesiæ non vanè dicere licet, quia videlicet Iudæi, quãtum in ipsis est, tulerunt Dominum de monumento, dum non resurrexisse, sed furto sublatum esse, dato custodibus precio, mentiti sunt, & testes mendaces conduxerunt. Sed eorum mendacia nihil veritati nocuerunt, vnde & à Propheta grauiter deridentur, dicente: Quia sagittę paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Dicunt enim custodes illi precio ad mentiendum conducti: Discipuli eius furati sunt eum nobis dormientibus. Respondemus ad hæc: O paruuli sagittarij, si dormiebatis, vnde sciebatis, quia furati sunt eum discipuli? Si autem vigilastis, quare non seruastis? Præterea, quia non ait tantum, tulerunt Dominum, à toto partem significans, cùm non nisi corpus quæreret: nõ (inquam) ait, tantummodo Dominum vel Dominum nostrum, sed dominum meum, hoc rectè peccatrix illa dixit, rectè nihilominus peccatrix Ecclesia de Gentibus dicit: Peccatorum quippe Dominus, peccatorum (inquam) pœnitentiũ proprius Dominus est Christus. Non enim veni (inquit) vocare iustos, sed peccatores. [Hæc cùm dixisset, cõuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantẽ, & nõ sciebat qa Iesus est. Dicit ei: Mulier qd ploras? Quẽ quęris?] Mirũ q̃ mulieri visione Angelica præoccupata vacarit cõ

Act. 8.
Esai. 53.

Act. 10.

Luca 7.

Marc. 16.
Matth. 28.
Ioan. 20.

Matth. 28.

Exod. 32.

1. Ioan. 2.

Psal. 63.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerti retrorsum, nisi quia & in hoc mysterium est, dum non conuersa est retrorsum, ita vt vnde & quâ venerat rediret, sed ita vt Iesum stantem videret & paulatim agnosceret. Sic denique Gentilitas saluatore cognito retrorsum conuersa, id est, præteritas iniquitates confessa est, & sic eas pœnitẽdo respiciens in eum, cui dorsum verterat, suam conuertit faciem. Verum quia non satis est, sordes idololatriæ relinquere quærẽtibus cultum vel notitiam vnius veri Dei, nisi summum Fidei teneant, id est certitudinem resurrectionis, & necdum Iesum benè nouit, quisquis de resurrectione mortuorũ dubitauerit, rectè Maria, quæ Dominum resurrexisse non credebat, rectè inquam, & videbat & non agnoscebat eum, quem & amor sibi ostendebat, & dubietas abscondebat. Nam sequitur. [Illa existimãs, quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicitò mihi, vbi posuisti, & ego eũ tollam.] Ita planè, quia non eum resurrexisse credebat, rectè hortulanum & non ipsum cœlestis horti vel Paradisi creatorem se videre putabat. Sed quid mirum, quod hanc illh existimationem inesse voluit Dominus, quod esset ipse hortulanus? Etenim Ecclesia prioris populi hortus eius extitit, de quo in Canticis dicit: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus cõclusus, fons signatus. In illo videlicet horto saluatorem suum inuenit Ecclesiã Gentium, & sic eum cognouit per Scripturas Legis & Prophetarũ, quæ illic pullulauerunt, sicut in isto nunc horto per familiarem allocutionem Maria recognouit inuentum. Nam sequitur. [Dicit ei Iesus Maria, Conuersa illa dicit: Rabboni, quod dicitur magister.] Appellatio namq; qua dicit: Maria, & responsio dicentis Rabboni, quod (sicut Euangelista exponit) magister interpretatur, illud pulcherrimè præsignauit, quod vocationem suam gentilitas de Scripturis aditura, & magistrum suæ fidei Dominum Christum esset inuocatura. Igitur hortus ille, in quo Dominus noster crucifixus, mortuus, sepultus est, & resurrexit, illam rectè significat Ecclesiam primitiuam, in qua per Scripturas planè inuenitur oportuisse Christum pati, mori, sepeliri, ac resurgere à mortuis. Ingressa est, quæ ante peccatrix fuerat, proselyta Ecclesia Gentium, & nondum agnoscens Dominum, audiuit ex ore eius nomen suum, statimque agnouit, & confessa est magistrum, quia legentes Scripturas, inuenit ibi scriptum nomen suum. Verbi gratia. cùm dicit spiritus Christi de ipso per os Patriarchæ Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium. Itemq; in Dauid: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. Et his similia. Et hæc dixit Rabboni: quia profectò Discipulam se intelligit, & sibi Scripturarũ arcana deberi. Sed hæc vocatio Gentiũ non ante debuit fieri, quàm resurgeret ipse à mortuis: Vnde & subditur. [Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad Patrẽ meum.] Tria quippe repugnant, ne hoc putemus dictum propter suam ipsius personam. Primum est, quia iam transierat ex hoc mundo ad Patrem, videlicet quia resurgẽdo nostram omnem excesserat mortalitatem. Aliud, quia multominùs residentem ad dexteram Patris mortales tangere possent. Tertium, quia priusquam in cœlum ascenderet, imò & ipsa, qua resurrexit die, tetigerunt eum mulieres, quia tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Ergo propter Ecclesiam Gentium, cuius illa personam gestabat, est dictum: noli me tangere. Nondũ enim ascẽdi ad Patrem meum, quia videlicet, antequam glorificaretur, Ecclesiæ de gentibus non erat ipse cõiungendus. Vnde & alij mulieri, in eiusdem Gentilitatis persona, dixit antequam pateretur: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus ad manducandum. Et Discipulis suis præcepit: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Et instãte iam Passione sua, cùm quærerent eum videre Gentiles, dixit: Venit hora vt clarificetur Filius hominis. Quod certè idem est, ac si diceretur: Venit hora, vt ad Patrẽ suum ascendat Filius hominis, vt subaudias, & tũc me videbitis, tunc Fidei tactu me contingetis. Igitur talis Ecclesiæ nunc gestat Maria figuram, qualis Gentilitas ante passionem Domini parata iam erat eius susciperẽ Fidẽ. Et proinde rectè dicitur illi, noli me tangere, nondum enim ascẽdi ad Patrem meum. Sed quomodo te ô Christe, Fili Dei, postquam ad Patrem ascenderis, hæc peccatrix tangere poterit? ait. [Vade autem ad fratres meos & dic eis, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.] Ac si dicat, me quidem, postquã ascendero ad Patrem meum, corporaliter tangere vel videre ô Gentilitas non poteris, sed vade ad fratres meos, scilicet, Apostolos, & hanc illis audientibus confitere Fidẽ, quod ego pro salute generis humani passus & mortuus resurrexerim, & in cœlum ascenderim, & ipsi tibi conferent de me quicquid expedit. Fratres enim mei sunt, & non quidem per naturam, sed per adoptionis gratiam, filij Patris mei sunt, totam pariter mecum habentes hæreditatem sacramẽtorum, nihilque deesse illis, vnde fiat vt me perfectè tangere possis. Attende ô mulier, quæ tangere me vis, attende, inquam, vt verè tangere possis, quia non dixi. Ascendo ad Patrem nostrum & ad Dominum nostrũ: sed, ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Aliter nãque

Christus cur hortulanus.

Ioan. 13.

Matth. 15. Mat. 10. Ioan. 12.

Luc. 24.

Gen. 49.

Psal. 2

que mihi & aliter fratribus meis pater est, aliter mihi, atque aliter illis Deus est. Meus quippe Pater est, quia me genuit, & illorũ pater, quia tibi in filios adoptauit. Itẽ, Deus meus est quia creaturam eius, i. hominem assumsit: Deus autem illorum est, quia non aliud quàm homines sunt, & sunt tantummodo creaturæ Dei. Hæc me fides corde conspicit ad iustitiam, & oris confessio tangit ad salutem. [Venit Maria Magdalene ãnuntians discipulis, quia vidi Dominum. & hæc dixit mihi.] Et vsque hodie, imò vsq; in finem seculi venire non definit Ecclesia secundum similitudinẽ, quæ in Maria præcessit, prima nunc animarum resurrectione resurgendo, & secundam corporũ, quæ in nouissimo futura est, nescientibus annũtiando, quamuis plerig; non credant, imò & irrideant, sicut & tunc verba Mariæ nunciantis, quia vidi Dominum, vt alius Euangelista testatur, quasi deliramenta, coram Discipulis videbantur. Interea paulatim diescit & nox tristitiæ apostolorum crebris nuncijs clarescit, atq; præualescente virtute testimoniorum, rarescunt tenebræ, quæ (vt suprà dictum est) adhuc erant ad monumẽtum. Venerunt enim & aliæ mulieres, quæ viderant Dominum, tenuerant pedes eius, & adorauerãt eum. Venerunt & duo Discipuli, quibus euntibus in castellum, nomine Emaus, visus in alia effigie & cognitus fuerat in fractione panis. Sed & hoc auditum & percrebuit inter eos, quia surrexit Dominus verè, & apparuit Petro. Ita præparatis, & expectantibus vigilantium oculis, qui præ tristitia dormitauerant toto spacio tridui, tandem ipse sol mundi, ab oriente roseo vultu conspicuus emersit, cunctisq; abactis tenebrarum reliquijs, plenum lætitiæ diem mirantibus ingessit. Nam sequitur. (Cum ergo esset sero die illo, vna Sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant Discipuli congregati, propter metum Iudæorũ, stetit in medio & dixit eis: Pax vobis.) Primum illud, quod maximè delectat, libet intueri. s. vocem nouæ salutationis, quam hactenus hominum nemo ex ore Dei audiuit, quam, vbi stetit in medio Discipulorũ, protinus edidit, dicens: Pax vobis. Quidnã est hoc, quod Dominus virtutum & Rex gloriæ, cùm primum ingreditur conuentũ Apostolorũ, & eorum qui cum ipsis erant congregati (vt Lucas ait) tali primùm voce in gaudium illorum, tanquam suauissima consolatione intonuit? Nunquid casu talẽ salutationem attulit victor mortis, regressus ab Inferis? Non vtique, sed pro certæ rei significatione vocem hanc edidit. Quid enim? Nonne inimicitias, quę hactenus inter Deum & homines fuerant, tunc primùm in carne sua soluerat, & idcirco pertulerat mortem, vt genus humanum, Deo reconciliaret? Ipse enim (inquit Apostolus) est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & reconciliauit nos Deo in vno corpore per mortem crucis interficiens inimicitias in semetipso, &c. Igitur quia peccata nostra pertulerat in corpore suo super lignum, & quia chirographum peccati de medio tulerat, affigens cruci & expolians Principatus & Potestates traduxerat confidenter, palàm triumphans in semetipso. rectè hic Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, vitam cum victoria referens, vbi stetit in medio Discipulorum, pax vobis, inquit. Quare verò Discipuli clausis foribus intus erant? Propter metum (inquit) Iudæorum. Quid metuebant Iudæos sanguine Domini saturatos? Nunquid si adhuc arderent, & sitirent sanguinem illorum Iudæi, clausis ipsi possent se foribus tueri, quas perfacile erat effringi? Vt quid ergo fores clauserant? Videlicet, quia sermonem inter se habebãt, cui neminem, nisi amicum vel participem sui luctus interesse tutum putabant. Iam quippe non solùm mulieres audierant dicentes, quòd vidissent Dominũ, sed & duo ex Discipulis reuersi fuerant à castello Emaus, referentes, quòd in fractione panis cognouissent eum. Quinetiam iam congregati fuerant propter hoc ipsum dicentes: quia surrexit Dominus verè, & apparuit Petro. De his inter se colloquentibus, meritò tutum non videbatur, vt auscultaret eos Iudæus, & idcirco clausis se continebant foribus.

Rom. 10.

Luc. 24.

Psal. 23.

Luc. 24.

Matt. 28.

Psal. 23.

Luc. 24.

Colo. 1.

Colos. 2.

Quomodo verò (inquit aliquis) corpus verum fuit, quod clausis foribus introiuit? Quod qui infideliter quærit, & verum corpus sic potuisse inferri non concedit, superest, vt multò minùs illud concedat, quòd corruptibiles, atque mortales adhuc Apostoli sic educti sunt, quomodo in Actibus Apostolorum scriptum est: Carcerem quidem clausum inuenimus cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas. Aperientes autem carcerem, neminem intus inuenimus. Supereſt vt istos quoque, qui necdum resurrexerant, in ventos & aërem subtilem, quo per patentes rimas efflari possent, euanuisse asserant, siquidem sacram recepturi non sunt Scripturam. Quam qui non recipiunt, nec audiendi, sed vt infideles omninò vitandi sunt. Nobis credentibus illud pro argumento sufficit, quia de nihilo Deus cuncta creauit, & cuncta quasi nihilum & inane reputata sunt ei, ad agendum quicquid voluerit, ad traducendum quippiam quocunque voluerit. Mirumque hoc potiùs esset, si ita non posset: cùm nemo fere tam imperitus artifex sit, vt quod compoſuit, penetrare ipse vel aperire nõ possit.

Actor. 5.

At ille cùm voluit, aperta est terra, & deglutiuit Dathan, statimque operuit super congregationem Abiron, qui Principes seditionis extiterunt, promissionibus DEI detrahen-

Num. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

detrahentes, & cum subsannatione dicentes: Reuera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis & mellis. Sed verba in ventum iactare videbor, si contra tales Fidei Christianæ inimicos multa respondere tentauero. Illæ namque vulpeculæ iamdudum tonitrū cæli, id est, clamore fulminantis Ecclesiæ conterrite, vbicunq; sint, latitant in cauernis subterraneis, nec prodire audēt, vt vineas florentes, fructusque parturientes, suo more putido dente demoliantur. Sed iam sequentia præsentis gaudij contemplemur.

Psal. 105.

[Et cùm hæc dixisset, ostendit eis manus & latus.] Quare ostendit manus & latus, insuper & pedes, vt Lucas testatur, nisi vt existimantibus se spiritum videre, verum corpus assignaret Discipulis, & in vero corpore, veriſq; membris, verū præsentaret liuorem effectiuum nostræ pacis? Nam Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Hæc disciplina in manib. pedibusq; & latere non solùm conspicua, sed & contrectabilis apparebat, per clauorum & lancearum vestigia.

Luca 24.

Et hæc liuoris signa sempiterna, margaritæ victoris, & splendida nostræ, quam attulit, pacis ornamenta vel testimonia sunt. Nam poterat quidem virtute, qua resurrexit, & de verè mortuo corpore, viuum in veritate reddidit, clauorum & lanceæ penitus extirpare vel explanare vestigia: sed seruanda erant oculis paternis decentia Filiū Dei charitatis & obedientiæ signa, veneranda nostræ causæ patrocinia, nostriq́ue amoris æterna incitamenta, & horroris impiorum perpetua incendia. [Gauisi sunt ergo Discipuli viso Domino.] Quomodo gauisi sunt, quomodo qui præ tristitiæ magnitudine lasi fuerant, tunc in gaudio respirauerunt? Magnificè sicut cōsolati sunt, & tunc repletum est gaudio os eorum, & lingua eorum exultatione, & lætantes facti sunt. Mulier dum pareret, tristitiam quidem habuerat: iam autem obliuiscebatur pressuræ propter gaudium, quia natus erat homo in mūdum. Mulier inquam, id est, anima eorum, quasi parturiens habuerat per triduū multitudinem dolorum atque continuum ploratum & fletum, sed nūc implebatur, quod promiserat: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Gauisi sunt igitur Discipuli viso Domino, sed in eiusdem gaudij sui vehementi abundantia fluctuantes, necdum credebant. Ait enim Lucas: Adhuc autem illis non credentib. sed mirantibus præ gaudio, &c. [Dicit ergo eis iterum: Pax vobis.] Hæsitantibus & difficulter accipientibus, pacem ingerit: pacem, inquam, quā non nisi credendo susципere quis possit. Nō enim nisi credendo reconciliamur Deo per mortem filij sui. Amplius autem, cur iterū dicat eis, pax vobis, manifestat cum subiungit. [Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

Esaiæ. 53.

Psal. 125.
Ioan. 16.

Luc. 24.

Ephes 2.

Quomodo enim, vel ad quid misit Filium Pater, nisi vt inter Deum & homines pacē faceret. Quomodo itidem, vel ad quid suos in vniuersum mundum mittit Filius prædicatores, nisi ad hoc, vt inimicos Deo reconciliet homines? Hoc nempè sciens Apostolus, ait Corinthijs: Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniamquidē Deus erat in Christo, mundum reconciliās sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbū reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus, pro Christo, reconciliamini Deo, &cę. Itaque si quæras, quomodo vel ad quid Filium miserit Pater, quod ad præsentē locum pertinet: Deus (inquit) erat in Christo mundū reconcilians sibi, non reputas illis delicta ipsorum. Si quæras, quid est, ita & ego mitto vos, & posuit (inquit) in nobis verbum reconciliationis, pro Christo, legatione fungimur & obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Igitur cùm semel & iterum dixisset, pax vobis, vt insinuaret, & pacem se fecisse illis, & pacem per illos mitteret nobis: sicut (inquit) misit me Pater, & ego mitto vos. Et si quæras euidentius, quæ nam illa sit pax, audi quod sequitur.

2. Cor. 5.

[Et cùm hoc dixisset, insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum.] Et continuò, [Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.] Manifestè hic illa de pace agitur, quæ est remissio peccatorum, quod primum & maximum est Spiritus sancti donum. Propter quod cùm dixisset, accipite Spiritum Sanctum, quasi quærerent, in quo accipiemus illum, statimque subiungens, quorum (inquit) remiseritis peccata, remittūtur eis, &cæt. Ergo pax ista (vt iam dictum est) peccatorum remissio est, & ista remissio, Sancti spiritus acceptio est. Proinde susципiant mōtes pacem sub isto Rege, isto Filio Regis, cui resurgenti à mortuis, Deus iudicium suum & iustitiam suam dedit, semel dicente, pax vobis: susципiant identidem pacem populo, subauditur Euangelizandam, iterum dicente illo pax vobis. Non enim iste Filius Regis iudicare habet solummodo populum suum cum iustitia, sed etiam pauperes suos in iudicio. Idcirco semel & iterum dixit, pax vobis, quia & per semetipsū prioris populi sui Ecclesiam, scilicet Patriarchas Prophetas & electos omnes, à primo Abel vsque ad Iatronem in cruce pendentem, pacificauit & Deo reconciliauit: pauperes aūt suos. i. nos Gentiles, nos aduenas & hospites testamentorū, qui eramus sine Deo in hoc mūdo, per Apostolos, in quib. (vt prædictū est) posuit ipse verbū recōciliatiōis, ad eādē pacē inuitauit dicēs eis, sicut misit me pater, & ego mitto vos. ita iudicādo humiliauit calumnia-

Cur bis ait pax vobis.

Ephe. 2.
2. Cor. 5.
Psal. 71.
Ioan. 1.

tores, nisi ad hoc, vt inimicos Deo reconciliet homines? Hoc nempè sciens Apostolus, ait Corinthijs: Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniamquidē Deus erat in Christo, mundum reconciliās sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbū reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus, pro Christo, reconciliamini Deo, &cę. Itaque si quæras, quomodo vel ad quid Filium miserit Pater, quod ad præsentē locum pertinet: Deus (inquit) erat in Christo mundū reconcilians sibi, non reputas illis delicta ipsorum. Si quæras, quid est, ita & ego mitto vos, & posuit (inquit) in nobis verbum reconciliationis, pro Christo, legatione fungimur & obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Igitur cùm semel & iterum dixisset, pax vobis, vt insinuaret, & pacem se fecisse illis, & pacem per illos mitteret nobis: sicut (inquit) misit me Pater, & ego mitto vos. Et si quæras euidentius, quæ nam illa sit pax, audi quod sequitur.

[Et cùm hoc dixisset, insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum.] Et continuò, [Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.] Manifestè hic illa de pace agitur, quæ est remissio peccatorum, quod primum & maximum est Spiritus sancti donum. Propter quod cùm dixisset, accipite Spiritum Sanctum, quasi quærerent, in quo accipiemus illum, statimque subiungens, quorum (inquit) remiseritis peccata, remittūtur eis, &cæt. Ergo pax ista (vt iam dictum est) peccatorum remissio est, & ista remissio, Sancti spiritus acceptio est. Proinde susципiant mōtes pacem sub isto Rege, isto Filio Regis, cui resurgenti à mortuis, Deus iudicium suum & iustitiam suam dedit, semel dicente, pax vobis: susципiant identidem pacem populo, subauditur Euangelizandam, iterum dicente illo pax vobis. Non enim iste Filius Regis iudicare habet solummodo populum suum cum iustitia, sed etiam pauperes suos in iudicio. Idcirco semel & iterum dixit, pax vobis, quia & per semetipsū prioris populi sui Ecclesiam, scilicet Patriarchas Prophetas & electos omnes, à primo Abel vsque ad Iatronem in cruce pendentem, pacificauit & Deo reconciliauit: pauperes aūt suos. i. nos Gentiles, nos aduenas & hospites testamentorū, qui eramus sine Deo in hoc mūdo, per Apostolos, in quib. (vt prædictū est) posuit ipse verbū recōciliatiōis, ad eādē pacē inuitauit dicēs eis, sicut misit me pater, & ego mitto vos. ita iudicādo humiliauit calumniatores & Filij & Spiritus sancti peccata remittit. Et non vana Fides est, quia non minùs peccata remittuntur eis, quos Baptismo abluens nunc per ministros suos incorporat sibi, quā remissa sunt eis qui iam in Ecclesia, siue viuentes siue defuncti erant, qua Christus hora sanguinem & aquam de suo corpore fundens, omnium in se credentium peccata lauit. Sicut enim (inquit) misit me Pater, & ego mitto vos, id est, quam ego de remittendis peccatis potestatem à Patre secundum hominem accepi, eandem per omnia do vobis. Data nanque est mihi omnis potestas in cælo & in terra, & vos quæcunque peccata remiseritis, remissa sunt in cælo & in terra. Hoc primum & magis necessarium est Spiritus sancti datum, scilicet, in remissionem peccatorum. Nam aliud datum est, quo die Pentecostes idem Spiritus S. est in diuersarum ornamenta gratiarum. Hoc omnib æqualiter datur, vt baptizati à peccatis oēs iustificemur: Illud dispari gratia distributum est, operante in singulis eodē Spiritu & diuidente prout vult. Sicut enim nō solū à Patre, sed etiam à Filio Spiritus sanctus procedit: sic nō semel, sed bis, p diuersis effectibus dari illū oportuit. A Filio nanq; in remissionem peccatorū procedit, sicut Euangelista manifestè hoc verbo expressit, dicēdo, insufflauit & dixit eis: Accipite Spiritum S. Nam insufflauit. i. de seipso procedente dedit. A Patre aūt quod, pcedat, astruere opus non est, vnde nec Græcorum aliquis dubitare solet, licet de Filio nō illum procedere quidam illorum dixerint. Et antequam Filius in hunc mundum venisset diuersarum distributione animarum antiquis Sanctis datus est, sed nondum vlli in remissionem peccatorum, quod nunquam fieret, nisi priùs idem Pontifex noster sacrificium se pro nobis obtulisset. Sed de hoc iam alio loco, vbi de Baptismo tractari oportuit, vberiùs dictum est.

Ephe. 2.

Luca 24.

Matth. 28.

Marc. 16.
Matth. 18.

Marc. 16.

2. Cor. 12.

Ephe. 5.

Interea dum in magna domo sanctæ Ecclesiæ, in qua soli sunt Christi Discipuli, pax id est, remissio peccatorum per Spiritum sanctum tribuitur, Iudaicus populus abest, neque cum Discipulis de resurrectione Domini gaudentibus, felicis gaudij vult esse particeps. Vnde ab Euangelista, quem de suo pectore mysteriorum multitudine imbuit, ipse qui diligebat eum, sapientia Dei, Christus Dominus, protinus subiungit.

[Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus.] Sic profectò Diuinitus dispositum est, vt hic vnus Discipulus tantæ lætitiæ deesset, quia videlicet futurum erat, vt vniuersitati Gentium, in vnitate Fidei gratiam Spiritus Sancti accipientium in remissionem peccatorum, Iudaicus populus sese subtraheret. [Dixerunt ergo ei alij: Vidimus Dūm. Ille aūt dixit eis: Nisi videro in mani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in manibus eius fixuram clauorum,& mittam digitum meum in locum clauorum & mittam manum meam in latus eius,non credam.] Si ad ſolam literam ſpectes,quid eſt, cur hic Apoſt. Tho.amplius vel iuſtius cæteris redarguendus fuerit, tanquàm incredulus aut infidelis? An quia dixit, non credam,niſi videro in manibus eius fixuram clauorum,& niſi mittam digitum meum in locum clauorum? Nempe & cæteri niſi vidiſſent,imò & niſi palpaſſent, non credidiſſent. Nã & ſecundum hunc Euangeliſtã cũ dixiſſet:pax vobis, oſtendit eius manus & latus,& ſecundum Lucã,non ſolũ dixit:videte manus meas & pedes meos,quia ego ipſe ſum, ſed palpate, inquit, & videte quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Sed nec iſta ſuffecerunt eis ad credendum. Nã ſequitur Lucas & dicit: Adhuc autẽ illis non credentibus & mirantibus præ gaudio,dixit: Habetis hic aliquid q̃ manducetur? In quo autẽ Thomas magis incredulus,ſi puram hic hiſtoriam tenere velis,niſi fortẽ,quia his, qui viderant eũ reſurrexiſſe,non credidit? Nimirum nec illi ſuis facile crediderunt oculis. Igitur(vt prędictũ eſt)in manu ſapientiæ Dei ſua facta benè diſponentis Tho. Iudaici populi figuram prætulit,quia dieb. Apoſtolorum, qui reſurrectionis Dominicæ primi teſtes fuerunt,dicẽtes: vidimus Dñm (q̃ & nunc per os vniuerſalis Eccleſię dicere non deſinunt) pertinaci duricia reſiſtunt,& niſi viderint,non credunt. Itaq; non tam Thomas ex cæterorum comparatione Apoſtolorum, q̃ Iudaicus populus incredulitatis arguitur,ex comparatione Gentiũ.nos.n. nõ vidimus & credimus illi.Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annunciauerunt nobis. Iudæi non credunt,nili & Enoch & Helia præcurrentibus terribilia viderint venturi Iudicis. Vnde ſequitur.[Et poſt dies octo iterũ erant Diſcipuli eius intus & Thomas cũ eis.] Poſt dies octo intus erant Diſcipuli, intus, ſed non in eiſdem foribus. Intus erant, ſed non Hieroſolymis. Non enim arbitrandũ eſt,quòd toties in Galilæam ire iuſſi ,per octo dies diſtulerint. Vbi ergo erant intus,niſi in monte Galilææ quo abierunt(ſicut refert Matth.) ſicut conſtituit illis Ieſus? Vnde & iamdudum à magnis Doctoribus dictum eſt: Poſt reſurrectionem Ieſus in Galilæa ante conſpicitur & adoratur,licet quidam dubitent. Tunc manifeſtiùs oſtenditur Tho. & latus lancea vulneratum,& manus fixas clauis demõſtrat. Qũo verò intus, ſi in mõte erant? Videlicet quia ciuitas eius Nazareth in monte Galilææ ſita erat, ſicut habemus in Luca: Et venit(inquit) Nazareth vbi nutritus fuerat. Et cũ dixiſſent ei, quanta audiuimus à te facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua. Poſtmodum repleti ira,duxerunt(inquit) illum ad ſupercilium montis,ſuper quem ciuitas illorum erat põ ſita, vt eum præcipitarent. Ergo & in montem abierant,& intus erant: quia in Nazareth ciuitate Galilææ fortaſsis in domum Mariæ matris eius conuenerant. Porrò myſticè poſt dies octo Tho. erat cum eis,quia poſt hanc plenitudinem temporis cum Gentibus & reliquiæ credent Iſraelitici populi. [Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc,& vide manus meas,& affer manum tuam, & mitte in latus meum,& noli eſſe incredulus,ſed fidelis.]Quoniam dixiſti, inquit, niſi videro,& niſi manus meas in latus eius miſero, non credam:& hoc te dicentẽ, cùm abſens putarer,& non viderer,præſens audiui,ecce infer digitum tuum & vide,id eſt,experire meas manus non ſpiritum eſſe, ſed carnem & oſſa,quæ ſpiritus non habet,& tangendo ſubſtantiam veræ carnis: noli eſſe incredulus,ſed fidelis,in ſubſtantiam veræ Diuinitatis plenariè vel corporaliter inhabitantis, quæ carnem ſuam reſuſcitare potuit. [Reſpondit Tho.& dixit ei: Dñs meus,& Deus meus. Dicit ei Ieſus:Quia vidiſti me, credidiſti. Beati qui non viderunt,& crediderũt] Quod vni Thomæ dicitur, quia vidiſti me, credidiſti:planè ſi ſolũ literalem ſenſum reſpicias,& cæteris Apoſtolis omnibus dici potuit,videlicet niſi vidiſſent,nõ credidiſſent. Nam antequam vidiſſent, mulieribus referentibus ſe vidiſſe eum, non crediderunt, ſed videbantur coram eis tanquã deliramẽta, verba eorum. Quare ergo vni dicit,quia vidiſti me, credidiſti: addens etiam, beati,q̃ non viderunt & crediderunt? Et quidẽ nos non vidimus & credimus. Sed nunquid cõſequenter, Apoſtolo Thoma, qui credidit, qui vidit,& cæteris Apoſtolis qui viderunt, beatiores ſumus. Igitur (vt iam dictum eſt) in huius literæ exteriùs lucẽte argentea pulchritudine,myſteriorum q̃uoq; fulgor aureus reconditus eſt,& eſt quædam propoſitio eius,qui ſinè parabolis non loquebatur, aut agebat,vt Matth ait, teſtimonium Prophetæ ſubiungens in eius perſona dicentis: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Itaque in perſona Iudaici populi Thomæ dicitur, q̃ vidiſti me, credidiſti: beati qui non viderunt & crediderũt,quia videlicet & illi beati quidẽ erunt, qui credent, quia videbunt ſplendorẽ præeuntem ſecundũ eius aduentum verũ nobis Gentibus minùs laudabiles erũt,quia poſtremi credẽt,qui primi credere debuerunt, & de capite conuertentur ad caudã.[Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in cõſpectu Diſcipulorũ ſuorũ,q̃ nõ ſunt ſcripta in lib. hoc. Hæc aũt ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus Filius dei, & vt credẽtes vitã habeatis in nomine eius] Ac ſi diceret: De multis ſignis,q̃ fecit Ieſ in conſpe-

Ioan. 20. Lucæ 24.

Psal.73. Mala.4. Apoc. 11.

Matth.28.

Lucæ 4.

Rom. 11.

Matth.13.

Psal.77.

Lucæ 24.

conſpectu Diſcipulorum ſuorum, poſtquã reſurrexit à mortuis, hæc duo ſcripta ſunt in libro hoc, quoniam quidem in Lege ſcriptum eſt:quia duorum hominum teſtimonium verum eſt, vt per hæc duo teſtimonia credatis,quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, quippe qui cùm vt homo mortuus fuiſſet, vt Deus reſurrexit. Facta quippe pro Teſtibus rectè ſuſcipi, Apoſtolus quoque docet, qui cùm dixiſſet Corinthijs: Ecce hoc tertiò paratus ſum venire ad vos, ſtatim ſubiunxit: In ore duorum vel trium Teſtium, ſtabit omne verbum. Sed forte contentioſus auditor duobus teſtibus contentus non eſt, tertium requirit. Sequitur ergo:

Deu.17.19

2. Cor. 13.

CA. XXI. [Poſt hæc manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Tyberiadis , manifeſtauit autem ſic:Erant ſimul Simon Petrus,& Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex Diſcipulis eius duo.]Ecce & hoc tertium diligens ac dilectus Euangeliſta conſcribit teſtimonium, vt nihil deſit: quia (ſicut iam dictum eſt)in ore duorum vel trium Teſtium,ſtabit omne verbum. Nam vt ſcias,quia legitimo teſtium numero confirmare intendit auditorem euangelij, in fide reſurrectionis Ieſu Chriſti domini noſtri,ſtatim in fine huius lectionis ita concludit: Hoc iam tertiò manifeſtauit ſe Ieſus Diſcipulis ſuis, poſtquam reſurrexit à mortuis. Præclarus & auditu dignus eſt huius miraculi ſermo fidelis, quo cum teſtimonio capitis reſurrectio declaratur, corporis quoque,id eſt,totius Eccleſiæ reſurrectio præfiguratur. Venerabilis nihilominùs & vera diuini huius Euangeliſtæ diſpoſitio, qui talia de multis quæ fecit Ieſus in conſpectu Diſcipulorum ſuorum (vt ſuprà dictum eſt) tria ſigna elegit,quæ in ſuperficie hiſtorica reſurrectionem Domini conteſtando, ſimul etiam mox ſubſecuturam vocatiõem plenitudinis Gentium , & futuram in fine ſeculi ſaluationem reliquiarum Iſrael, & vniuerſalem omnium reſurrectionem , myſticè prædicaret. Erant, inquit, Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael,qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi,& alij ex Diſcipulis eius duo. Numerum Diſcipulorum non ſolùm idcirco Euangeliſta poſuit,quia tantus eſt, vt rectè manifeſtatio dici poſsit,quòd eis Dñs apparuit:verum etiã idcirco,quia ſeptenario numero rectè ſanctaEcclesia figuratur,vtpotè cõgregata vel ordinatà ſãcto ſeptiformi Spiritu.[Dicit ei Simõ Petrus: Vado piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum.] Electis Apoſtolis & Chriſti veſtigia ſequutis, ad piſcationem redire ità culpa non fuit, ſicut hodieq̃ ſeculo renuntiantibus, & Chriſtum ſequentibus, culpa non eſt licitas artes exercere, & de labore manuum victum quærere. Alioquin videbitur Paulus Apoſtolus, qui manum ſuam in aratrum miſerat, retrò aſpexiſſe, qui labore manuum ſuarũ victitans,cùm conceſſa poſſet vti poteſtate. Etenim Euangelium prędicans,ne gloriam ſuam quis euacuaret(maximè apud Corinthios) de Euangelio nolebat viuere. Itaque negotium piſcationis, quod ante conuerſionem ſinè peccato extitit , poſt conuerſionem repentè Apoſtolis culpa non fuit. Sequitur:

Act.20. 1.Th.3. 1.Cor.9.

[Exierunt,& aſcenderunt nauim, & illà nocte nihil prendiderunt. Manè autem facto,ſtetit Ieſus in littore,non tamen cognouerunt Diſcipuli,quia Ieſus eſt.] Antequã manè veniret, & Dominus in littore ſtetiſſet,laborauerunt quidem,& retia miſerunt, ſed nihil prendiderunt ſeptem Diſcipuli, quia videlicet ante hoc tempus acceptabile, diemque ſalutis, qui ſole iuſtitiæ Chriſto reſurgente à mortuis ortus eſt nobis, prædicauerunt quidem Lex & Prophetæ, ſed non effecerunt ſalutem totius mundi. Retia quidem miſerunt, ſed non etiam captos piſces ad littus adduxerunt, quia ſacram quidem Scripturam contexuerunt, ſed per eas homines ad ſalutis æternæ portum non eduxerunt. Sed venit manè, & Dominus Ieſus ſtetit in littore, quia poſt literam Legis, quæ nihil ad perfectum adduxit, venit tempus adiuuantis gratiæ, & poſt reſurrectionem ſuam iam immortalis & impaſsibilis Dominus noſter firmiter ſtare cœpit extra fluctus mortalitatis noſtræ.

Hebr.7.

[Dicit ergo eis Ieſus: Pueri,nunquid pulmentarium habetis?]Ergo, inquit,quia nõdum cognouerunt ipſum eſſe, qui de mari vocauerat eos, vt faceret piſcatores hominum, benignè ad ignorantes deſcendit, & locutus eſt primò captoribus piſcium,quomodo loqueretur quilibet emptor piſcium. Et benè ſecundum intentionem eius, quod facturus erat, miraculi,pulmentarium quæſiuit. Meus enim eſt cibus, inquit, vt faciam voluntatem Patris mei, quæ videlicet voluntas non eſt alia, quàm homines de ſalſis & amaris fluctibus ſeculi extrahere ad portum ſalutis.[Reſponderunt ei: Non] Pueri Domini tunc pulmentarium non habent,& iuxta Pſalm. Famem patiuntur vt canes , quando retia prædicationis mittentes neminem vel paucos capiunt, & tunc murmurant, quia ſaturati non ſunt.

Matth. 4. Ioan.4. Psalm.58.

[Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo,& iam non valebant trahere illud, præ multitudine piſcium.] Non vtique dixit: mittite in dexteram nauigij rete , cùm adhuc eſſet in medijs fluctibus paſsionis & mortis, non dixit (inquam) Mittite in dexteram, ſed tantummodo (inquit) laxate retia veſtra in capturam. Itaque tantam piſcium tunc concluſerunt multitudinem, vt rete eorum rumperetur,& nauicula eorum pe-

Luc. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne mergeretur. At nunc in littore ſtans, & vndoſam turbidi ſeculi omninò ſupergreſ-
Matth.25. ſus iacturam, mittite, inquit, & non vbicunque, ſed mittite in dexteram. Et iam non valebant (ait Euangeliſta) trahere illud præ multitudine piſcium, non tamen dixit, quia rumpebatur rete, aut mergebatur nauicula eorum. Quid ergo hic niſi illam piſcatiõem hominum præſignare voluit, qua ad dexteram conſtituentur omnes electi, ſecluſis ad
Rom.6. ſiniſtram omnibus reprobis, qui tanquam piſces mali, rete præſentis eccleliæ rumpunt ſeditionibus, quod maximè fecerunt hæretici atque ſchiſmatici. Reſurrexerat enim, & in littore tutiſsimo ſtabat, quippe qui re-
Luc.24. ſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Et idcirco rectè ſolos præfigurabat illos, quos ſecum ſuſcitat, ſecumque ad dexteram Patris conſidere vellet in cæleſtibus.

[Dicit ergo Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro, Domin⁹ eſt.] Ergo, inquit, quia magnus ille puerorum ſuorum appellator, qui in littore ſtabat, tã veraciter prophetauerat. Dicendo, mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis, venit in mentem priori Diſcipulo illi, quem diligebat Ieſus, quia Dominus eſt. Et hoc Petro dixit, præ omnibus quem gauiſurum eſſe ſciebat plus omnibus. Et benè, quia citò acquieuerãt, dicenti: Mittite in dexteram, ſicut manſueti, qui ſecuti fuerant magiſtrum manſuetudinis, ſtatim cognouerunt eum, quemadmodum & illi duo dignè cognouerunt eum in fractione panis, pro eo, quia coegerant eum, dicentes, mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit. Nec verò dixit Diſcipulus ille, Ieſus eſt, ſed Dominus eſt, & non noſter, vel quorumcunq; definitè, ſed indefinitè, Dominus, inquit, eſt. Cur enim ſuum particulariter Dominum diceret, qui ſic in præſentiarum palam fecerat, quod etiam maris Dominus eſſet. Imò & ſtando in immortalitatis littore probauerat, quod mortis victor, & vitæ dominator exiſteret? [Simõ Petrus, cùm audiſſet, quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, erat enim nudus, & miſit ſe in mare.] Non ipſe dilectus Diſcipulus, qui dixerat, Dominus eſt, ſed Petrus qui habebat cingi & duci, quò nollet, tunica ſuccinxit ſe, & miſit ſe in mare. Olim miſerat ſe in mare, & ambulauerat ſuper aquas, vt aduenire ad Ieſum ſuper aquas ambulantem ſolùm, ſed videns ventum validum venientem, timuit, & in ipſo timore ſuo penè ſubmerſus eſt. Nunc autem ſtante Domino in littore, ſpõtè ſe idem mittit in mare, & non timet, nihilque periculi paſſus eſt. Quid eſt hoc, niſi quia tempeſtate Iudaica, quam Dominus ſuperambulans vicit, Petrus negaturus erat, timore mortis, & nunc fortiter agere habebat in fluctibus Romani imperij, in magna tẽpeſtate ſæui Neronis? Benè ergo, qui ante paſsionem Domini timuit, & penè merſus, nunc poſt eius reſurrectionem mittens ſe in mare, peruenit ad portum feliciter. [Alij autem Diſcipuli nauigio venerunt. Non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis, trahentes rete piſcium.] Ordo literæ eſt: Alij Diſcipuli nauigio venerunt, trahentes rete piſcium, non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis. Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, & alij qui nauigio venerunt, illos ſignificant rectores ſanctæ Eccleſiæ, qui in pace vitam finiunt. Petrus verò qui mittit ſe in mare, illos omnes qui ſicut & ipſe per medios fluctus tribulationum feſtinant, & currunt ad Dominum, trahentes rete piſcium, id eſt, ſcriptis ſuis ſiue laboribus omnimodis continentes vel propugnantes Fidem Gentium. Non enim longè *Non longè erãt à terra.* ſunt ab illa viuentium terra, in qua Dominus immortaliter ſtat, ſicut longè erant antiquitus ſub lege laborantes, antequam veniret gratia, ſed prope ſunt quaſi cubitis ducentis, liberi videlicet à cunctis Legalibus Cerimonijs, ſolaque ad perueniendum opus habentes dilectione Dei & proximi.

[Vt autem deſcenderunt in terram, vident prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitũ & panem.] Regnum beatitudinis, quod vnum & æternum prandium, vna & perpetua cœna eſt, in illo littore, id eſt, ſeculi fine inueniendum eſt. Illic inuenient omnes electi prunas, id eſt, plenarium ignẽ vel amorem Spiritus ſancti, qui in hac vita ſanctis aliquantulus eſt, in illo autem regno permaximus, ſicut pulchrè Propheta prædicat, dicens: Dicit Dominus, cuius ignis eſt in Siõ, & caminus eius in Hieruſalem. Inuenient & piſcem ſuperpoſitum, & panem, id eſt, vnũ eundemq; Chriſtum Deum & hominẽ, ſecundum humanitatem quidem, ſicut piſcem aſſum, ſecundum Diuinitatis autẽ naturam, panem Angelorum impaſsibilem.

[Dicit ei Ieſus: Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc.] Benè afferte inquit, de piſcibus quos prendidiſtis nunc. Aduocabit enim cælum de ſurſum, & terrã diſcernere populum ſuum, congregare illi Sanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Quinam ſunt hi, quibus hoc iuxta Pſalm. præcipitur, niſi Apoſtoli vel prædicatores ſancti, quorum vnuſquiſque æterno iudici præſentabit, quantoſcunque de labore ſuo bonos piſces acquiſiuit? *Pſalm.94.*

[Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus.] Cùm ſuprà dictũ ſit de ſeptem Diſcipulis. Miſerunt ergo, & iam non valuerunt trahere illud præ multitudine piſcium, quomodo nunc dicitur: Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terrã, cũ multò magis non valeret ſolus, niſi quia per *Matth. 16.*

per Petrum, cui præ cæteris ſpecialiter dictũ eſt: Et tibi dabo claues Regni cælorũ, vniuerſitas eorũ deſignatur, quorũ eſt ius vel officium tractare hoc rete piſcium, quod eſt Dei verbum. Itaque vna Fides, quam vniuerſi piſcatores hominum prædicant, rectè per vnum figuratur Petrum, cui præcipuũ datum eſt ius ſuper omnes piſces pertinentes ad Regnum cælorum, ad ſanctæ Trinitatis conuiuium. Ipſi verò piſces omnes magni, & numerati ſunt, quia videlicet omnes electi, quamuis impares meritis, omnes tamen magni ſunt, & certus eorum numerus apud Deum, quippe qui ab origine mundi ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.

Myſterium numeri 153 Quo enim certus apud ipſum non eſſet numerus eorũ, quos præſciuit, quos prædeſtinauit, quos vocauit, quos iuſtificauit, quos magnificauit? Porrò, ipſe piſcium numerus talis diuinitus prouiſus eſt, qui non vno in limite contentus, ſed tribus continuis limitibus, ſcilicet centenis, deceno, & ſingulari diſpoſitus ſit. Quæ videlicet diſpoſitio Arithmeticis nota eſt. Cur hoc, niſi quia homines, quos iſti piſces ſignificant, non omnes in eodem ordine vel propoſito, ſed diuerſis ordinibus, licet in eadẽ Fide, diſtincti ſunt? Alij nanque coniugati, alij vidui, vel continentes ſunt, alij vitã virgineam ducunt. Et in laxiori qualẽ ordine vel ꝓpoſito plures, ſed minùs valẽtes, in arctiori pauciores, ſed pretioſiores ſunt. Nam & iuxta parabolam ſeminantis centeſimus fructus pauciorum, id eſt, virginum eſt, tricenarius plurium, id eſt, cõiugatorum, ſexageſimus mediorum, id eſt, continentium ſiue viduarum. Igitur, ſi quod melius (vt iam dictum eſt) arithmetici nouerunt, vnitas, quæ in centeno, & qui narius qui in deceno, ternarius quoque qui in ſingulari conſtitutus eſt, ſimul in centeno collati fuiſſent, eſſet quidem maior numerus piſcium, quia nongenti fierent, ſed nunc magis myſterium eſt, quia in centum piſcibus laxiùs viuentes, in tribus ſublimiùs contemplantes, in quinquaginta mediocriter agentes fideles rectè intelliguntur. Eſt enim ſancta Eccleſia ſimilis arcę, quã Noe fabricauit, quia inferiùs latior, ſuperiùs fuit anguſtior. Quippe quæ inferiùs trecentis cubitis in longitudinem, & quinquaginta in latitudinem ampliata, ſuperiùs in cubito conſummata eſt. Sunt multa quæ in hoc numero centum quinquaginta trium piſcium iã à Doctoribus vtiliter diſſerta ſunt, quæ diligens lector promptè ſuis in lotis reperire poteſt. Sequitur.

Eccleſia ſimilis arcæ Noe. Gen.6.

Pſal.39. [Et cũ tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.] Hoc planè ad Euangeliſtam pertinuit dicere, cũ tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete, quia videlicet in ſtatu quidem præſentis Eccleſiæ, rete ſcindunt piſces illi qui numerum excedunt, Pſalmiſta teſtante, cũ dicit: Annunciaui & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum, ſed in illo reſurrectionis littore pax erit, & rete ſolidum, quia ſoli piſces, qui numerati ſunt, magni omnes, id eſt, boni illic erunt. [Dicit eis Ieſus: Venite, prandere.] Benè tam multis piſcibus magnis, qui omnes in dextera nauigij capti ſunt, ad terram protractis dicit Ieſus: Venite, prandere, quia cùm ſederit idem Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, & omnes electos ad dexteram ſuam conſtituerit, & tunc altiſsimè & ſuauiſsimè hoc modo intonabit: Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Quid enim eſt hoc, prandere, niſi Regnum æternum percipere? Quid verò eſt regnando prandere vel prandẽdo regnare, niſi ipſum, qui Angelorum cibus eſt, in quem deſiderant Angeli proſpicere Regem gloriæ, facie ad faciem, ſicut eſt videre. Vnde Propheta, cũ dixiſſet de homine, in iuſtitijs ambulãte, & veritatem loquente: panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt, quaſi quærere, qualis panis ei datus eſt, vt quales aquæ ſunt, ſtatim ſubſecutus, Regem (inquit) in decore ſuo videbunt oculi eius. Proinde continuò ſubiungitur: *Matth.25.* *1.Pet.1.* *1.Ioan.3.* *1.Cor.1.* *Eſa.33.*

[Et nemo audebat* diſcumbentium interrogare eum: tu quis es, ſcientes quia Ieſus eſt.] Tunc quidem non audebant, & intenti ſolummodo ad intuendum vel audiẽdum, reuerentiam præſtabant, quando autem ad illud æternum ſuos omnes inuitaturit cõuiuiũ, iam opus nõ habebunt interrogare eũ, ſcientes qa Ieſus eſt, ſciẽtes (in q̃) & perfectè cognoſcentes, q̃modo ex parte cognoſcunt, Scripturas legentes, & ſanctum ſcientiæ Spiritum conſulentes, donec veniat quod perfectũ eſt, & euacuetur quod ex parte eſt. [Et venit Ieſus, & accepit panẽ, & dat eis: Et piſcem ſimiliter.] Vnde venit vel quò venit, vt panem & piſcem miniſtraret illis? Hoc planè ſecundum literam ſuperfluum iudicaretur, ſed in ſenſũ myſtico nõ nihil operatur. Sic em̃ hic dictum eſt, venit & accepit panẽ, & dedit eis: ſicut alio loco de ſeruis expectantibus Dominum ſuum, cùm præmiſſum eſſet, faciet illos diſcumbere, ſtatim ſubiunctum eſt, & tranſiens miniſtrabit illis. Etenim quãdo dicit, ſtans in littore, venite prandere, imò quando dicet, ſedens in ſede maieſtatis ſuæ, venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, tunc videbunt eum etiam ſiniſtri piſces mali, qui in anteriori piſcatione, multiplicati ſunt ſuper numerum, & retia ruperũt, tunc (inquam) videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, ſed tranſibit, ſed veniet intus, ſed clauſis ianuis, & iſtis foras expulſis, ſuos diſcumbere faciet, & miniſtrabit illis. De quo eius miniſterio nunc myſticè dictum eſt: Et accepit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter. Quis eſt iſte panis niſi dulcedo Diuinæ viſionis? Et quis aſſus ** al. diſce tium.* *1.Cor.13.* *Matth.24* *Luca 12.* *Matth.25.* *Apoca.1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

piſcis, niſi natura filij hominis excocta igne
Deut. 19. paſsionis? Vtrumque accipit, & dat illis, quia vtriuſque naturæ viſione reficiet conſortes Regni ſui, ſicut promittens alio loco, & ego, inqt, diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnũ, vt edatis & cõedatis ſuper menſam meã in regno meo. [Hoc iam tertiò manifeſtauit ſe Ieſus Diſcipulis, cũ reſurrexiſſet à mortuis.] Superiùs iã dictũ eſt, quia duorũ hominũ teſtimoniũ verum eſt, & plus q̃ tertium requirere, legitimum, nõ eſt, nam in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum, prudens Euãgeliſta, & ſuperiùs duo teſtimonia conſcripſit ſic terminando: multa quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu Diſcipulorum ſuorum, &c. & ne quid contentioſo deeſſet inquiſitori, tertiam hanc manifeſtationem addidit. Et quoniam quicunque tribus iſtis non credit, nec multis alijs, ſi conſcriberentur, præberet auditum Fidei, nunc demum contentus, eò quòd fidelibus ſatis ſit, ita cõcluſit. Hoc iam tertiò manifeſtauit ſe Ieſus Diſcipulis ſuis, cũ reſurrexiſſet à mortuis. Sequitur. [Cùm ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.] Simoni Petro neſcienti, quid per eum Dñs Ieſus feciſſet, in eo quòd tunica ſuã cinxit ſe, & miſit in mare, itemq; ad iuſſum ipſius aſcendit, & traxit rete in terram, plenum tantis piſcibus neſcienti, inquam, actus ſui myſterium, vel quid ſibi vellet talis tripliciter diſtinctus numerus piſcium, ipſe Dominus & magiſter, qui hæc diſpoſuerat, deinceps aperire incipit. Et primò quidem, quòd tertiò paſtoris illi officium iniungit, dicendo bis. Paſce agnos meos, tertiò paſce oues meas, arcanam piſcium cautam reſpicit. Et deinde dicendo: Cùm eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas, &c. prænunciat, quid cingendo ſe, licet neſciens, præfigurauerit. Simon Ioannis, inquit, diligis me plus his? Opportunè ſatis aſcito nomine paterno, Simonẽ Ioannis, id eſt, obedientem Dei gratiæ, nunc illum appellauit. Nam ille celeriter ſuccingendo, & in mare mittendo ſe, itemque rete
Ioan. 16. in terram trahendo, totius obedientiæ, qua
2. Pet. 5. ſiue viuẽdo ſiue moriendo ſubiturus erat, typum fortiter expreſsit. Quare verè dicturus: Paſce agnos meos, præmiſit interrogando, diligis me plus his? videlicet quia ex dilectione opus eſt ei, qui paſcendos rationales agnos ſuſcipit, illa vtique dilectione, qua
Matth. 26. ipſe Princeps paſtorum primus animam ſuã poſuit, p ouibus ſuis. Et pulchrè agnos vocat, quorum ſalutẽ nunc recens immolatus vt aries in ſanguine ſuo genuerat. Quare verò cũ dicit, diligis me, adiungit, plus his? Scilicet ita dicendo, ſuauiſsimè in mentem reducit huic illud ſuperiùs, tanquam diligendo plus cæteris dixit: Et ſi oẽs ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Et nunc quidem importunam dilectionis eius fiduciam repreſsit, dicens, antequam gallus cantet, ter me negabis: nunc autem interrogãdo, diligis me plus his, conſciẽtiã gratanter apprehendit, benè ſciens, quia deinceps timore ſuperato, quantum diligit palàm facturus ſit. [Dicit ei iterum: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.] Maiuſculos hic agnos intelligi conuenit, tanto maiuſculos agnos ſuperantes, quantum mediocritas quinquaginta piſcium abundantiore centum piſcium multitudine, iuxta ſuperiùs dictum ſpiritualem ſenſum, dignior eſt. Nam ſicut tracto reti in terram centum quinquaginta & tres piſces diſtinctè numerati ſunt, ita & nunc in paſtoralis curæ diſtinctione, primo centum agnos, deinde quinquaginta agnos, tandemque, cùm dicit: Paſce oues meas, tres ſubaudire operæpretium eſt, vt ita ſint in paſcuis Simonis Petri, agni pariter & oues centũ quinquaginta tres, ſicut in rete, quod ille traxit in terram, totidem fuere piſces. Nam ſequitur: [Dicit ei tertiò: Simon Ioannis amas me? Contriſtatus Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me. Dicit ei: domine tu omnia ſcis, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce oues meas.] Poſt agnos & agnos ponuntur oues, illæ, ſcilicet quibus in Canticis dictum
Cant. 4. eſt, omnes gemellis fœtibus & ſterilis nõ eſt inter eas, quia videlicet vtrunque agnorum ordinem, id eſt, & eorum qui adhuc lacte indigent, & eorum qui iam grandiuſculi ſiue anniculi, Scripturarum pabula carpere norunt, vtrumque, inquam, agnorum gregem regere poſſunt. Et ita quidem eis quibus, p deſſe queant, procaciores, ſed valentiores, ſunt, ſicut in ſuprà dicto reti, & centum piſcibus, & alij quinquaginta in ſummo numerati, vtique pauciores, ſed digniores ſunt. Igitur quid ſignificatum fuerit in eo, quod Petrus eiuſmodi rete in terram traxit, iubẽte Domino, claret in hoc paſcendorum agnorum vel ouium imperio. Sequitur idem
Luca 22. Dominus, prænuncians qualiter Petrus ſua tunc tunica ſuccinctus, poſtea ſit cingendus
Matth. 24. [Amen amen dico tibi, cùm eſſes iunior,
Sap. 4. cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Cũ autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis.] Hoc ad quid dixerit illi, confeſtim Euangeliſta ſubſecutus aperuit. Ait enim:

[Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deũ.] Senſus iſte eſt: Cùm iunior, & tanquam ſub tyrocinio militans, pericula belli nondum expertus fuiſſes, cingebas te, hoc eſt tua fortitudine plurimum confidebas, & ſine duce ambulabas vbi volebas. Dixiſti enim: Tecum paratus ſum in carcerem & in mortem ire. Item: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non

non te negabo. Illic tanquam iunior & improuidus, teipſum accinxiſti, non putans quòd indigeres accingi auxilio Dei. Cùm autem ſenueris, cùm interioris hominis tui ſenſus incanuerit, tunc vadens mecum & in carcerem, & in mortem, extendes manus tuas in cruce, ita tamen vt alius te cinget, ſcientem quòd teipſum cingere non poſsis, & ducat quò tu non vis, id eſt, regat in paſſione mortis quam naturali timore paueſcis. In illa ætate ſenectutis cùm virtus tua defecerit, id eſt, de tua virtute nihil præſumpſeris, dices tu non immemor, quòd mortem timendo vitam negaueris, dicent & omnes quicunque ſuam infirmitatem benè cognouerint. Sed ipſi in nobis ipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus in nobis fidentes, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos, qui eruit nos de tantis periculis, & eruet, in quo ſperamus, quoniam & adhuc eruet, adiuuantibus vobis in orationibus pro nobis.

Pſal. 70. [Et cùm hæc dixiſſet, dicit ei: Sequere me]
2. Cor. 1. Mira cũ ſua uitate verax, & manſuetus Dominus præteritæ concertationis meminit, in qua cùm dixiſſet ipſe, quo ego vado, non potes me modò ſequi, ſequeris autẽ poſtea. Reſpondens Petrus: Quare, inquit, non poſſum te modò ſequi? Animam meam pro te
Ioan. 13. ponam. Ad hoc dicente Domino: In hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait ille (vt ſuprà dictum eſt) adhuc iunior: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Huius, inquam, concertationis Dominus benigne meminit, dicens: Sequere me. Ac ſi diceret: Iam de eo quod dixi tibi, quo ego vado, non potes me modò ſequi, tu negando ter veracem me eſſe comprobaſti: ſupereſt, vt nihilominùs de eo quod
Sequere me adieci: ſequeris autem poſtea, meus ſermo verus appareat. Sequere ergo, id eſt, imitare me. Deinceps enim paratus eris pro me, & in carcerem & in mortem ire, Paratus, inquam, & fortis eris, & ſicut paulò antè tunica ſuccingens, & mittens te in mare, fiduciaLiter ad littus perueniſti: ſic in ſtudio prædicationis accinctus ſpiritu fortitudinis, per medium tribulationis currens in littore quietis, æternè mecum ſtabilieris.

[Conuerſus Petrus vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus ſequentem, qui recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te?] Neſciens adhuc Petrus, quid diceretur, pedum inceſſu Dominum ſequebatur, ſimulque iniuſſus ille alius Diſcipulus. Quare autem vltra ſolitam ſuæ perſonæ deſcriptionem nunc addidit, Diſcipulus iſte, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te? Cũ enim multis iam locis ſuimet mentionem fecerit, dicendo, quem diligebat Ieſus, hic tantum in ſui deſignatione addidit, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te? Cur ergo, niſi vt intelligas Dominum dicentem Petro, ſequere me, illud reſpicere, quod eidem dixerat in cœna, non potes me modò ſequi, ſequeris autem poſtea? Hoc nempe tunc dictum eſt, quando ſuper pectus eius recumbens Diſcipulus iſte, dixit ei, Dñe quis eſt qui tradet te? [Hũc ergo cũ vidiſſet Petrus ſequentem, dicit Ieſu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me ſequere.] Ab hoc dicto tandẽ animaduerſum eſt, ad quid dixerit Dominus Petro, ſequere me, & q̃ pro ſignificatione paſsionis dixiſſet ei: cũ eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, &c. Nam protinus ſequitur. [Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres, q̃ Diſcipulus ille nõ moritur.] Qũo enim ſermo iſte exiret inter fratres, niſi ille quoque pariter exiret, quod Petrus moriendo ſequeretur, vel ſequendo moreretur. Et quidem ille ſermo inter fratres vero exiuit intellectu, ſed in iſto, q̃ Diſcipulus ille non moritur, error fuit meliori ſenſu corrigendus. Proinde prudens Euangeliſta ſubſequitur. [Et non dixit Ieſus, non moritur: ſed ſic eũ volo manere donec veniã, quid ad te?] Aliud nẽpe eſt, q̃ cũ determinatione dixit: ſic eum volo manere donec veniam, quid ad te? q̃ ſi hoc ſolummodo dixiſſet: ſic eum volo manere. Nam eo modo ipſe feciſſet intelligi, hunc Diſcipulũ non eſſe moriturũ. Nunc verò cũ determinat, ſic dicendo: donec veniam, manifeſtè aſſerit, in pace illum eſſe moriturum. Dicet aliquis. Si volebat Dominus hunc dilectum
Matth. 20. Diſcipulũ, donec ipſe veniret manere ſic, id
Ioan. 10. eſt, nõ coacta, ſed naturali morte finire, cur
Luca 2. duobus filijs Zebedæi, quorum vnus hic erat, pluraliter loquens, calicem (inquit) meũ bibetis? Ad hæc, inquam: An non calicem Domini bibit, qui in hora, qua Dominus ipſe bibebat, iuxta crucem cum matre eius ſtetit? Si non matris Domini animam (iuxta Prophetiam Simeonis) gladius pertranſiuit, nec iſte dilectus eius Diſcipulus amarũ eius calicem bibit. Igitur & ſi non materiali cruce vel gladio Diſcipulus iſte martyrium duxit, dominici calicis expers non fuit. Cæterùm non ſinè magno Diuinitatis conſilio factum eſt, vt hic dilectus notæ virginitatis candore inſignis, triumphalem proprij martyrij purpuram non percipere. Hoc enim animaduerſo, quis in Eccleſia ſolos honore dignos arbitretur martyrũ triumphos? Ecce iſti duo Petrus & Ioannes præcipuę Sanctorum columnæ ſunt, & in altero quidem vitæ actiuæ fortitudo, in altero contemplatiuæ prænitet pulchritudo. Etenim quod in Martha ſatagente
Luca 10. circa frequens miniſteriũ, & in Maria ſedente ſecus pedes Dñi & audiente verbũ illius, præfiguratum eſt: hoc iam tunc ijs duob. a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gi cœptum est, dũ alteri cura mandatur, de pascendis dominicis ouib. alter supra pect⁹ Domini recumbens, verbi incarnati notitia plenius imbuitur. Sic ergo rectè sancta Ecclesia rubentes amplectitur martyrij rosas, vt nihilominùs concelebret amica Christo candidæ confessionis lilia. Sequitur.

[Hic est Discipulus qui testimonium perhibet de eis, & scripsit hæc. Et scimus quia verum est testimonium eius.] Hic (inquit) Discipulus, de quo Iesus dixit, sic eum volo manere donec veniam, qui recubuit in cœna suprà pectus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te, ipse est qui testimonium perhibet de ijs, & qui scripsit hæc. Et si rectè iudicatis filij hominum, talis Discipulus testis idoneus est. Et quoniam in concione legitima tam qui scribit, quàm qui subscribit, pares habentur, ò vos quicunque hoc testimonium accipitis, vestra hæc subscriptio sit, quam subscribo ego pro vobis omnibus, & scimus quia verum est testimonium eius, vt omnes pariter, egõ & vos, in concione cæli audiamur.

[Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si describãtur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.] Hoc irrefragabiliter verum est. Ecce enim hunc solum librum, qui ab hoc Discipulo scriptus est, mundus capere non potest, & cum vno homuncio pugillo eum continere queat, vniuersitas hominum totam mysteriorum eius profunditatem capere non valet. Quantò magis si vniuersa conscriberentur, non caperet mundus, & ad quærendum fastidiosus, & ad intelligendum obtusus. Igitur quia quibus hæc pauca pro testimonio non sufficiunt, nec multa proderunt, sedeat nunc emeritus testis, quia beneuolis auditoribus satisfactum est, Iesum esse Christum Filium Dei.

FINIS COMMENTARIORVM RVPERTI IN EVANGELIVM IOANNIS.



Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS MONASTERII TVITIENSIS, E REGIONE AGRIPPINAE COLONIAE IN RHENI RIPA SITI, ORDINIS SANCTI BENEdicti, viri, & vitæ sanctimonia, & sacrarum literarum peritia præclari, Commentariorum, in Apocalypsim Ioannis, libri duodecim.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.



COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD HAEREDES ARNOLDI BIRCKMANNI.
ANNO SALVTIS M. D. LXXV.
Cum Gratia & Priuilegio Cæsa. Maiestatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM AC VERBORVM MEMORABILIVM IN SEQVENTES DVODECIM RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, ANTIQVI THEOLOGI COMMENTARIORVM LIBROS: IN quo meminerit beneuolus lector characterum istorum duorum, A. & B. numero, seu numeris in hoc Indice passim adiectorum, hunc esse vsum, vt (cùm singulæ paginæ in duas diuisæ sint columnas) character A: priorem, B: posteriorem paginæ partem indicet.

A.

Absynthij natura ac virtus, & quid per ipsum intelligatur. 84.b
Abyssus & terra, homines reprobi. 192.b
acceptio personarum in vocatione ad fidē non est. 188.b
acclamatio populi ad Herodem. 134.a
accusator fratrum. 125.b
actio quales contra ecclesiasticos peccantes. 22.a
adiutorium angelorum 123.a.
adoratores bestiæ 134.b
ætates hominum quatuor. 202.a
Aegyptij de stirpe Cham. 83.a
idem quoque impœnitentes. 84.a
afflictio quorundam spontanea. 145.
afflictiones filiorum Israel tempore iudicum 86.b
Africani regnum nonnulli pro tertio ponunt. 91.b
agnus typicus in figuram Christi occisus. 58.a
agnus stans super montem Sion. 143.b
agnus verus in lege præfiguratus. ibid.
alæ sex, opera misericordiæ sunt. 30.a
alleluia quid. 181.a
allegoria de septem mulieribus. 3.b.
alligati in flumine, qui sint. 92.a
Alpha & Omega quis sit. 11.b
altitudo Sathanæ est apparens. 33.a
Ales ecclesiæ, Christus est. 98.
anathema a nemine contemnendum. 134.
Angelus iuxta aram templi, fuit Michael. 80.
Angelus apparuit Ioanni in figura Christi 2.b
angeli portarum Hierusalem, doctores ecclesiæ. 202.a
angelus magni consilij, est Christus. 72.b
angelorum congratulatio. 76.b
angeli septem prædicatores. 155.b
angeli quomodo pugnent 124.
Angelus primus in facie leonis. 141.b
Angelus secundus in facie vituli. ibid.
Angeli quatuor, regna quatuor. & 91.b
Angelus quare noluit adorari a Ioanne. 182.b
Angelus quomodo dicitur mediator. 81.b
angelorum quidsit erga nos affectus. 79.a
angeli collaudant agnum propter tres causas. 59.
Angelus magnus & mediator Christus. 82.a
angelus abyssi, Christo contrarius. 90.b
angelus tertius, in facie hominis. 147.b
angelus quartus, in facie aquilæ ibid.
anguli terræ quatuor, sunt quatuor regna. 72.b
Anima viuens quomodo moritur 158. b
animæ interfectorum martyrum vindictā clamāt. 66.b
animalia quatuor, sunt quatuor euangelistæ. 46.b
animalium quatuor non est ordo vnus: 47.b
anima introducta in cellā vinariam. 20.b
Antiochus Ephiphanes 131.b
Antichristus cur bestia dicitur. 130.
antichristi conceptio. 130.b
antichristus faciet bellum. 110.b.
antichristus inducet magnam tribulationem: 130. b
antichristus per omnia cōtrarius in operib. christo. 135.b
antichristus quid: 133.a
antichristi regnum simile Antiochi regno. ibid.
Antiochus maximè impius. 120.b.
antichristi signum. 137.a
antichristus coget ad fidem. 139.b
antiquorū expectatio super aduentū Christi. 54.b
aperire librū, est adimplere septem mysteria. 55.a
Apostoli rectè dicuntur seniores. 52.b
Apocalypsis, quare titulus Græcus. 1.a
Apostoli dicuntur venti & nubes. 72.a
Apostoli etiā prophetæ dicuntur. 102.b
Apostoli quando acceperunt librum apertum. 103.a
Apostoli summā habuerint scribēdi autoritatem. 104.a
Apostoli & sanctæ prophetæ sunt velut chordæ in citharis extensæ per afflictiones. 145.a
Apostoli nouerunt scripturarum mysteria. 100.a
Apostoli quare scripturas non explanauerunt. ibid.
Apostoli posuerunt nobis fidei fundamentum. 100.b
Apostoli duodecim fundamenta. 202.a
Ara templi Christus est, templum ecclesia. 80.a
Arca testamenti incarnati Christi. 116.b
arma draconis. 322.b
arma Michael & sociorum eius. ibid.
Arioli sunt equorum caudæ 96.a
Arius pernicax diaboli sarcelles. 104.a
Arius maledictus refutatur. 65.a
Arij blasphemia ex odio. 161.a
Arij hæresis. 121.b
Aqua scripturæ Iudeis sit sanguis. 159.b
Aquila volans, scriptura sacra. 86.a

Athalia.169.a
Auaritia Balaam.37.b
Idem gessit typum venalium sacerdotum. ibidem.
Auaritia ecclesiasticorum.108.b
Aurum ignitum & probatum. 40.b
authoritas libri Apocalypsis.208.a
Augustus Octauianus.132.a

B.

Babyloniæ regnum cui assimiletur. 95.a
Babylon ciuitas diaboli, per mortem Christi cecidit.148.b
Babylon quare bonum faciat.180.b
Babylon ironicè virgo dicitur.178.a
Babylon cecidit per passionem Christi.176.b
Balaam in libro Iob dicitur Eliu 27.b
Baptismus est mare vitreum 153.a
Barabbas bestia character.190.a
Beatis omnia gratis donata.199.b
Beati ter dicunt alleluia, aut sapius.181.a
Beati cantant iudicium & misericordiam. ibidem.
Beatorum carmen.181.b
Bellum draconis 129.b
Bestiæ adulatores. 134.b
Bestia aliud significat, aliud nomen eius.141.a
Bestiæ duæ de mari simul ascendunt.137.b
Bestia Antichristus. 110.b
Bestia cur decem habeat diademata.131.b
Boni prius accipiunt mercedem, deinde impij exterminantur.115.b
Bestia, multitudo populorum.165.b
Blasphemia in Deum, est rebellio contra prælatos. 160.b
Blasphemia grauis defendere peccatum. ibidem.

C.

Calamus similis virgæ.104.a
Calculus candidus in resurrectione iustorū. 29.b
Calix duplex.165.a
Candelabra duo.108.b
Candelabra septem, sunt vnum candelabrum.15.b
Cantare nouum canticum 57.b
cantus meretricis damnatur.180.a
cantus sanctorum non damnatur. ibidem.
Capilli mulierum, &c. quid designent.90.a
capilli filij hominis candidi, &c.16.a
capilli eiusdem verba diuina sunt. ibidem.
carmen beatorum. 181.b
carmen cælestis exultationis.181.a
Caro Christi aspersa sanguine 185.a
centū quatuor millia, quale mysterium significēt.73.a
Chananæi tertia pars hominum dicuntur.84.b
Chananæi facti sunt absynthium.84.b
Charitas prima est principale bonum 22.b
Chyrographum in cruce deletum.125.b
Christianos oportet esse oculis plenos 50.a
Christus quare cum nubibus veniet 89.a
Christus est testis fidelis.5.b
Christus liber à iudicio mundi.7.a
Christus lauit nos à peccatis nostris ibidem.
Christus dilexit nos prior. ibidem.
Christus lauit eos qui non erant. ibidem.
Christiani nihil proprium possidentes 122.a
Christiani omnes quomodo sunt sacerdotes.8.a
Christus Deus omnipotens.11.b
Christus lucerna & lumen.15.b
Christus qualis fuerit in medio septem candelabrorum. ibidem.
Christus post ascensionem suam visus.19.a
Christus quomodo angelus dicatur. ibidem.
Christus quomodo sit primus & nouissimus. 19.b
Christus est lignum vitæ.24.a
Christi passio nostra est consolatio.24.b
Christus quomodo dicitur sciens nostras miserias.25.a
Christus est stella matutina.34.a
Christi generatio spiritualis.39.a
Christi pater Dauid spiritualis. ibidem.
Christus lanceatus factus est ostium.42.b
Christi ecclesia est sedes in cælo.43.b
Christus patri regnum acquisiuit. ibidem.
Christus oculis plenus ante & retro.ibidem.
Christi facies quatuor 51.b
Christi mysteria sunt septem signacula.54.a
Christus radix Dauid secundum diuinitatem.55.b
Christus agnus & leo est.56.a
Christus diuitiarum contemptor nobis in exemplū.56.a
Christi testes contra Iudæos sunt triplices 56.b
Christus à paucis adoratus ante passionem.57.a
Christus est dignus aperire librum. 57.a
Christo attribuuntur multa insignia non ina. 59.b
Christum quomodo Deus exaltauit.65.a
Christus Barachias benedictus Domini dicitur 68.a
Christus est magni consilij angelus.72.b
Christus est vera in templo ara.80.a
Christus est magnus angelus & mediator.81.a
Christi corpus figuratur per aureum thuribulum.81.a
Christi sicut rugitus leonis. 99.a
Christus est angelus Lapidem in mare mittens.180.a
Christus fidelis & verax.184.a
Christus rex regum.187.a
Christus gladio oris separabit in iudicio agnos ab hœdis. 186.a
Christi vestimentum variè accipitur in scripturis.187.a
Christus Dominus dominantium ibidem.
Christus post ascensionē quomodo de cælo descēdit.191.b
Christus mons magnus & altus.300.b
Christus est ecclesiæ altare.104.b
Christus dat os & sapientiam suis testibus.107.a
Christi bonitas nos præmonentis.112.b
Christus signa vanitatis non fecit.139.b
Christus qualia signa fecit.140.a
Christus neminem cogit ad fidem.140.a
Christi character sine personarum acceptione est.140.a
Christus sicut sol super nubem candidam.149.b
Christus duplicem in capite coronam aureā.150.a
Christus angelus dicitur.151.a
Christus lapis mundus & candidus.156.a
Christus antequam nasceretur ex virgine, reges vicit. 172.b

Christus angelus de cælo descendens.176.a
Christus lux mundi. ibidem.
Cyathi, prophetæ sunt & legis doctores.153.b
Ciuitas magna diaboli & imperatorum.111.a
Ciuitas diaboli non vnum habet caput.166.a
Ciuitas Dei vnum habet caput. ibidem.
Ciuitas Christi, ecclesia super Christū fundata. 202.b
Claues mortis & inferni quis habeat.19.b
Clauis Dauid quare dicatur. 37.a
clauis Dauid gratia spiritus sancti. ibidem
Cælum recedens, scientiam legis designat.71.a
cæli, Apostoli dicuntur.72.a
cælum apertum, prospectus Dei ad nos.184.a
Collyrium humilitas est.41.a
Concupiscentia mundi peribit.179.a
conditio regnorum temporalium miserabilis. 174.a
confessio fidei Ioannis.3.a
confessio dæmonum qualis.61.b
confessores lucidi, aqua & spiritu renati.46.a
concilium Nicænum.127.b
consilium vnum prodendi populum Dei 172.a
consilium serpentis antiquum. ibidem.
Constantius Augustus sæuit in ecclesiam.127.a
consideratio antiqua patrum.140.b
consideratio patrum insufficiens.141.a
consolatio iustorum.170.a
consolatio iustorum in tribulatione. 180.a
corpus diaboli generatio Cain.118.a
capita draconis quid.118.a.b
Cornua duo Lamnes & Mambres.138.a
cornua similia agni. ibidem.
cornua decem bestiæ.119.b.a
correptio fratris euangelica, qualis.25.a
Coronam quomodo aliquis perdit. 38.b
coronas cur mittebat ante thronum. 52.b
Corpus Christi designatur per thuribulū aureum.82.a
Creaturæ aliquæ, quomodo laudāt Deum & agnū.61.a
creatio hominis duplex.52.b
creaturæ aliquot quare tacent de morte agni.61.a
cruciari mensibus quinque, quid sit, & alia quæ ad idē consequuntur. 188.b
crucis signaculum præfiguratum.143.a
Crystallum quid designat. 301.b
cultus dæmoniorum per Christum cessauit. 192.b
cupiditas meretrix. 167.a
cupiditas regum. ibidem.
Cyathi sub lege, phyalæ sub euangelio. 156.a
Cytharæ sanctorum, quæ sint. 57.a

D.

Danielis visio quatuor bestiarum, duplicem habet ordinem.133.a
Dauid est spiritualis pater Christi.39.a
Deus & irasci nouit, & misereri.193.a
damnationis duæ causæ.180.b
Deus an velit bonum.193.a
desertum, locus contemplationis.166.b
Deus omnia præsciuit gesta regnorum.175.a
Deus quomodo Christum exaltauit, & dedit ei nomen. 65.a
dexteram tenentes, Deum videbunt. 18.b
Deus sustinet malos, & punit eos in exemplum electis.193.a
Deo resistere nemo potest. 155.a
Dæmonum qualis confessio.61.b
Deus pro qua causa rectissimè adoratur.52.b
Diaboli præuaricatio triplex. 142.b
diaboli nomina varia.192.a
Diabolus & hæretici, mors sunt & infernus. 65.b
Diabolus ligatus 192.a
Diabolus benè sciunt Iesum esse Messiam.190.b
Diabolus gentilium legislator.126.a
Diabolus Deo mortuus, viuit peccato.134.a
Diabolus in aduentu Antichristi soluetur.192.b
Diabolus quomodo mortuus est.158.b
Diabolus quos in carcerem missurus. 26.a
dies decem quid designent. ibidem.
dies pro annis ponitur.112.b
dignitas Dei ad sanctos, sicut sol ad stellas. 52.b
diuitias Christus contempsit.54.a
Dominus exercituum.185.b
Draco magnus & rufus.118.a
Draco quomodo in cælo.122.b
Draco habet diademata. 131.b
Draconis arma 122.b

E.

Ecclesia habet multa scandala.114.b
Ecclesiæ cantus, vox magna de cælo.125.a
ecclesiæ sponsus dicitur dilectus.7.a
ecclesiæ triplex status.3.a
ecclesia super montem magnū, qui est Christus, ædificata.300.b
ecclesia prior ascendit de Aegypto. 160.a
ecclesia posterior de baptismo. ibidem.
electi vincent, non per se, sed per Christum. 173.a
Episcopi & sacerdotes quales esse debent. 35.b
Equus pallidus, hæreticorum inuidia.65.b
equus rufus, diaboli.63.b
equus niger, falsi fratres. ibidem.
Euangelistæ angeli dicuntur. 147.b
Euangeliū omnibus gentibus & linguis cōmune. ibi.
Euangelium in publicō non erubescet. ibid.
Euangelij volatus.148.a
Euangelistarum variæ species.149.a
Euangelistæ sunt quatuor animalia in medio sedis.46.b
Euangelia quatuor in circuitu sedis. 47.a
euangelica correptio fratris.25.a
Eucharistiæ sacramentum est manna absconditū.29.b
Eufrates.162.a
excusationes terrenorum.188.b
Exempla veterum quomodo sequamur.146.b
exemplum perseuerātiæ de Christo.26.a
exemplum fortitudinis à Christo.30.a
excommunicatio per prælatos.160.b
exitus & pœna Iezabel reginæ.32.a
expectatio antiquorum de Christo.54.a
exprobratio contra Iudæos.187.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

F.

Facies hominis, incarnationem designat. 62.a
Facies vituli est passio Christi. 63.a
facies Christi quatuor. 51.b
facies Christi vt sol lucens. 18.a
Fides sine charitate nihil prodest. 22.a
Filij Israel, tres à mulieribus, &c. decepti. ibidem.
filius cum patre venturus. 5.a
filij Abrahæ, non carne, sed fide. 73.b
filij Sem & Abrahæ, quibus comparentur. 85.a
filij hæreticorum sunt illorum imitatores. 32.b
Flagellum de funiculis quid sit. 67.a
flumina gentes designant. 84.b
fornicationes Israel in Aegypto. 193.b
Fortitudo Dei. 155.a
Fumus quo excæcati sunt Iudæi, gloria trinitatis. 156.b
fumus in Apocalypsi, est incensorum effectus. 80.b
fumus putei, sapientia huius seculi. 87.b

G.

Gabriel & Michael præcipuè nobis benè volunt. 79.b
Gabriel præpositus est præliorum. ibidem.
gaudium æternæ vitæ ineffabile. ibidem.
Genealogia Christi per adoptiuos. 48.a
generatio Christi spiritualis. 39.a
gentes in reprobum sensum datæ propter contemptum. 157.a
gentes equi dicuntur à diabolo agitati. 94.b
gentiles mare. 126.a
gentes iratæ contra Christum. 115.a
gentes designantur per mare & flumina. 84.
Gladium qui sumit, gladio peribit. 157.a
Gladius magnus, longa persecutio. 63.b
gloria verbi incarnati. 42.b
gratia spiritus sancti, non est extra ecclesiam. 207.b
gratia prima virginitas, & secunda pœnitere. 37.b
gratia & pax quare coniunguntur. 4.b

H.

Heliam sequentur prælati contra hæreticos. 31.b
Helias oliua & candelabrum olim. 109.a
Helias emisit ignem ex ore. ibidem.
Heliæ potestas. 110.
Heliæ amictus. 108.a
Hæretici sunt congregatio taurorum in vaccis populorum. 104.a
hæretici sunt mors & infernus. 65.b
hæretici peccant in spiritum sanctum. 161.b
hæretici designantur per Iezabel. 31.a
hæretici negantes diuinitatem. 10.b
hæretici huic libro infesti. 12.a
hæretici pœnam Iezabel patientur. 33.a
hæretici suos filios relinquunt hæreticos. ibidem
Herodis vanitas per Iosephum. 135.a
Hieroboam aureos fecit vitulos. 168.a
Hierusalem meretrix. 168.b
Hierusalem quomodo noua descendit de cælo. 39.a
Hierusalem sicut sol & luna perfecta. 70.a
Hierusalem dicitur Sodoma & Aegyptus. 111.a
Hierusalem quare ciuitas sancta. 300.b
hominis duplex est creatio. 52.b
homines angelis erunt æquales. 204.
homines habentes oculos ante & retro, qui sint. 49.b
Hora, dies, mensis, annus, quid significent. 93.a
Hostes Israel, scorpiones terræ. 88.a
humilitas Ioannis de seipso loquentis. 147.a
humilis cruciatur laudibus. 41.b
humanitas Christi, quæ dono acceperit. 1.a

I.

Iacobus frater Domini potest dici Zacharias. 67.b
Iacobus dicitur Zacharias, sicut Ioan. Baptista Helias. 68.a
Iaspis quid designat. 301.a
Iezabel typum gerit hæreticorum, & prima fudit sanguinem prophetarum. 31.a
Eadem mulier hæretica dicitur. ibidem.
Iezabel. 169.a
Iezabel quomodo dicitur missa in lectum. 32.a
& quomodo omnes propter ipsam plagati. ibidem.
Ignis, fumus, & sulphur, quid sint. 95.b
Ignis purgatorius. 204.a
Illusio Iudæorum in Christum pendentẽ in cruce. 111.a
Impij nomen nouum non habent. 29.b
Impij exterminantur. 115.b
Impij dicuntur terra & mare. 126.a
Incarnatio facies est hominis. 62.a
Incendium mundi vltimum, miserum exhibebit spectaculum. 178.b. 179.a
Incensa, sunt preces sanctorum. 80.a
Inebriari per cupiditatem amissa discretione. 166.b
Inexcusabiles qui Antichristo propter signa credunt. 138.b
Impœnitentes sunt tertia pars hominum. 83.a
Insignia septem angelicæ laudis. 59.b
Insignia septem in priore visione. 53.a
Inuidia regum contra se inuicem vnde secuta. 174.b
Ioannes fidei nostræ præceptor. 8.b
Ioannes imitator Zachariæ. 9.b
Ioannes Baptista angelus dicitur. 150.b
Ioannes quare nomen suum triplicat. 11.b
Ioannes in tribulatione particeps. 12.b
Ioannes vbi calicem amarum bibit. 13.a
Ioannes particeps in regno & patientia Iesu. 13.a
Ioannes quomodo fuit in spiritu. ibidem.
Ioannes vsque ad tertium cælum raptus. 13.b
Ioannis euangelium contra Cherintum. 14.a
Ioannes in arduis ad ieiunium se conuertit & orationes. 15.a
Ioannis prærogatiua supra omnes Apostolos. 19.b
Ioannes aquilam repræsentat. 44.
Ioanni quæ communio cum cæteris Apostolis. 103.b
Iosephus de morte Iacobi. 68.a

Ira diaboli in quo nunc maior in fideles, quam prius fuit. 127.a
Ira Dei post iram peccatoris. 115.b
Iris cælestis quid designet. 97.b
Iris signum propitiationis est. 44.a
Israel est sol obscuratus, &c. 87.b
Israel traditus propter sua peccata. 91.a
Iudæi bene scierunt Iesum esse Messiam. 1.a
Iudæorum dispersio fuit gentium vocatio. 66.a
Iudæi sanguinem bibere digni sunt. 159.b
Iudæi irati contra Christum. 115.b
Iudæi mare. 116.a
Iudæi terra. 116.a
Iudæorum duplex tribulatio. 152.a
Iudæorum vita execrabilis. 190.b
Iudæi sunt terra diaboli. 125.a
Iudæi quomodo dicantur de genere Cham. 93.a
Iudæi vnigenitum occiderunt. 10.a
Iudæi sub Græcis idololatræ. 94.a
Iudæi gens terrena. 67.a
Iudæi vagi sicut olim Cain. ibidem.
Iudicia Dei quatuor & pessima. 65.b
Iudicium per ignem quomodo veniet. 79.a
Iudicium Dei duplex de mundo. 43.a
Iudicium orationum Dauid. 80.b
Iusti quoq; in iudicio timebunt, tantus erit terror. 113.a
Iustitia Dei occulta. 155.a
Iustitiam esurientes saturabuntur. 77.a
Iusti in tribulatione consolantur. 72.b
Iusti fulgebunt sicut sol. 208.a
Iustus de vindicta quomodo lætatur. 191.a
Iustorum consolatio. 170.a
Iustorum gloria. 113.a
Iustorum tribulatio à septem capitibus bestiæ. 170.a

L.

Lætitiæ abundantia flumen est. 207.a
Lamentationes typicæ super Ioannem. 91. b. 10.a
Lex ignea quomodo ab angelo missa. 81.a
Liber Apocalypsis sacra scriptura est. 53.b
liber in dextera, diuitiæ & gloria in sinistra. 54.a
liber melior quàm diuitiæ. ibidem.
liber agni. 136.a
liber vitæ. ibidem.
liber in quo carmen, væ, & lamentationes. 178.b
liber iste est cibus solidus perfectorum. 21.a
Lignum vitæ Christus est. 24.a
Linguæ tres sunt sacræ. 75.b
Locustæ de fumo hostes sunt filiorum Israel. 87.b
Loricæ triplices quid designent. 94.b
lumbare apud Hieremiam quid sit. 92.a
Linguæ per superbiam confusæ & diuisæ sunt. 173.b
lumen in terra, scriptura. 215.a
Luna huius mũdi bona mutabilia significat. 117.a
lux duplex. 17.a

M.

Magica de ore bestiæ exijt. 162.a
Magica ars, bestia est. 138.a
Magi ranis similes. 162.b
Magorum præstigia tempore Antichristi. 128.a
malum facere Deo non placet. 174.a
malum culpæ, non veniæ Deus creat. ibidem.
Manna absconditum, Eucharistiæ sacramẽtum. 29.b
Mammonæ qui seruiunt. 134.b
mare vitreum quare dicitur. 54.a
mare baptismus Christi est. 153.a
mare vitreum, est contra fictos & hypocritas. ibid.
mare gentes significat. 83.a
Martyres ab Imperatoribus venerantur. 194.b
martyres habent assistentes angelos in suis supplicijs. 123.b
martyrum fiducia contra persecutores. 51.a
martyres quomodo pugnent. 124.a
Matthæus est leo secundum Augustinum. 48.b
mendacium est sedes bestiæ. 151.a
mensura arundinea aurea. 203.a
metire templum Dei & altare. 105.a
Mercatores terræ diuites facti sunt. 177.a
meretrix cupiditas. 124.a
meretrices duæ vnius matris filiæ. 169.a
Messis duplex. 150.a
Michael angelus est propitiationis. 79.b
Idem princeps populi Dei olim. ibidem.
Michael angelus iuxta aram templi. ibidem.
Idem vbique in officijs angelorum præsens fuit. 80.a
miracula ex fide patrum olim facta. 80.b.81.a
miser, qui se aliquid esse putat. 39.b
modus optimus corripiendi peccantes. 23.b
mũdꝰ vniuersus vna ciuitas ante aduentũ Christi. 164.b
Moyses etiam angelus est. 151.b
Moyses de altare quomodo exit. 151.b
Moyses quare contra Iudæos clamauit. 151.b
Mons magnus missus in mare. 83.b
Mors secunda, mors animæ. 26.a
Mors per vnum hominem intrauit. 76.a
Mortis Christi quanta bona. 125.a
Mulier amicta sole & luna, ecclesia est. 117.a
multa nomina præclara Christo attributa. 59.b
mundana omnia peribunt. 178.b.179.a
mundi vltimum incendium miserrimum. 179.a
murmuratores quomodo fuerunt de tertia parte hominum. 85.a
murmuratoribus neque sol luxit, neque nox. ibid.
murmuratorum vltio non fuit prænunciata. 86.a
murmuratio plebis, sicut locutio asinæ. 28.b
Murus ciuitatis Hierusalem. 301.b
mysterium numerorum notabile. 93.b
mysteria spiritus sancti in septem. 5.a.b
mysterium numeri septenarij. 17.b
mysterium numeri in α & ω. 11.a
mysterium trinitatis in quo numero. 73.b
mysteria vestitus podere &c. 15.b

N.

Nabuchodonosor. 234.b
Neronis odium in regnum Romanum. 173.b
Nomen nouum, filios Dei designat. 29.b
& est filius Dei. 38.a
nomen ciuitatis Dei. ibidem.
Nomina scripta in libro vitæ, soli Deo cognita. 185.a
nomina scribũtur q̃dã in lib. vitæ quædã in terra. 136.a
nocere terræ & mari quid sit. 73.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nubes iudicij erunt tempestuosæ.9.a
nubes caro immaculata est.149.a
Numerus sanctorum in scripturis bifariã intelligitur. 75.b
numerus nominis Christi.140.a
numerus bestiæ. ibidem.
numerus 144000.ex duodenario multiplicabitur.144.a
numeri istius mysterium. ibidem.
numerus creatoris est septenarius.141.b
numerus septenarius Dei & agni.142.a
numerus hominis,non Dei in Antichristum.142.a
numerus 666.quid significabat.142.a
numerus filiorum repromissionis.144.a
numerorum mysteria.105.b
numerus par,triplex est.105.b
numerus perfectus. ibidem.
numerus superfluus quid significet.105.b.106.a
numero septenario designatur vniuersitas.76.b

O.

Oculi filij hominis, flamma ignis. 17.a
Oculi Christi, vt flamma ignis.30.a.
odium Neronis in regnum Rom.173.b
odium Amalech & Edon contra filios Israel.15.b
offerre nosipsos, est sacerdotio fungi.8.b
Oliuæ duæ.108.b
opera Dei magna & mirabilia.154.b
opera misericordiæ,per sex alas in Apocalypsi.50.a
orationes Dauid quales fuerint. 8.b
orationes quæ incensa dignè vocentur. ibidem.
ordo duplex septem spirituum. 42.a
ordo 7. spirituum Domini duplex. 200.a
ostium Christus est factus,quãdo lanceatus.42.b

P.

Passio Christi,fortis clamor,per quem cecidit Babylon.176.b
Passio Christi nostra consolatio in aduersis. 24.b
passio Christi fundamentum omnium.202.b
Pastores aliter & ruricolæ,aliter nautæ lugebunt.179.b
patientia sanctorum in securitate iudicij.149.a.b
Patres sub lege quomodo baptizati.153.b
peccatum est causa libri mortis. 123.b
peccata sacerdotum.108.b
peccatum occultum quale fuerit.34.b
peccatum grauissimum,lætari in rebus pessimis.111.b
peccatum defendere blasphemia.160.b
Pedes Christi quomodo similes aurichalco. 30.b
pedes bestiæ qui sint. 132.b
persecutores sanctorum flumina.158.b
personarũ distinctio in vocatione ad fidẽ non est.189.a
Pes dexter super mare, &c.99.a
Pharao quomodo induratus.174.a
Phyalæ Apostoli sunt,& viri Apostolici.152.b
Phyalæ datæ sunt in die Penth.156.a
Phyala à tuba differt.157.b
Phyalæ plenæ odoramentorum quæ sunt.57.a
Philosophorum gentilium vanitas.162.a
Plagæ septem.175.b.& 158.b
Pœna Iezabel omnes mouet hæreticos.31.a
pœnitentiæ tempus, quomodo à Deo conceditur. ibid.
pœnitentia diuersimodè agitur ab hominibus.33.a
Pontificum authoritas in ecclesia.194.a
Persarum regnum Vrso simile.91.b
Portæ ciuitatis Hierusalem.301.b
potentes seculi mare.158.a
potestas omnis à Domino Deo est.92.b
preces sanctorum sunt incensa. 81.a
prædicatores euãgelij sunt septẽ angeli cũ phyalis.152.a
Prælati contra hæreticos Heliam sequi debent. 29.a
prælati indocti reprehenduntur. ibidem.
prælati ecclesiarum,quatuor animalibus comparantur. 49.a
prælium quo draco à templis & aris pulsus est.122.a
prælium in cælo.122.b
Præsulum authoritas.194.a
præsules ecclesiarum quales sint.35.b
præuaricatio diaboli triplex.142.b
primitiæ messis, Apostoli.151.a
primogenitus mortuorum quis sit.6.b
Prophetæ visiones suas intelligebant.43.a
Prophetiæ quomodo intelligendi. 201.b
Prophetæ fundamenta dicuntur. 202.a
Prophetia tria sunt tempora. 3.a
Prophetia propriè de futuro. ibidem.
Psalterium decem chordarum.154.a
Pseudopropheta quis.189.b
Pseudopropheta apprehensus cum bestia,quis. ibid.
pulchritudo falsa in auro & in gemmis. 179.a
Purgatorium.204.a
Puteus abyssi, mendacium est.87.a
putei fumus,sapientia huius seculi. ibidem.

Q.

Quæstio de alia bestia.137.b
Quæstio prolixa de Ioannis angelo. 18.b
Quæstio an Deus velit bonum. 193.a

R.

Radix Dauid est Christus.55.b
Rebellio cõtra prælatos,in Deum blasphemia est. 160.b
Redemptio per agnum verum 58.a
Reges decem in regnis septem. 167.a
Reges & principes,sunt capita in caudis.96.a
Reges seculi,serui sunt terræ. 6.b
Reges & principes Iudæorum qui sint.71.b
Regna septem contra fidem ecclesiæ.118.a
Regna septem quare montes dicantur.170.
Regnorum temporalium conditio miserabilis. 176.b
Regnum Alexandri pardo simile.132.b
Regnum Macedonicum post mortem Alexandri.120.a
Regna septem contra populum Dei.167.a
Regnum cupiditatis.167.a
Reprehensio negligentiæ. 27.a
Reprehensio terrenorum, qui Antichristum recipiunt. 134.a

Resurrectiones duæ.194.b
Rex filiorum superbiæ.135.b
Romanum imperium bestia & diabolus est. 189.b
Romphæa ex vtraque parte acuta, sermo Dei est.27.a

S.

Sacerdos conductitius nominatur. 29.a
sacerdotes mali, Balaam comparantur. 28.a
sacerdotum authoritas in ecclesia 194.a
sacerdotes & episcopi quales esse debent. 35.b
Samaria meretrix.169.a
Sancti quomodo sunt serui & amici.55.a
sancti consolati.183.a
Sanguis sanctorum & martyrum. 168.b
sapientes mundi stulti effecti.162.a
Sathanæ altitudinem qui non cognouerunt. 33.b
Sathanæ altitudo est apparens. ibid.
scientes cũ peccant, viui ad infernũ descendunt. 190.a
scorpiones terræ,hostes Israel.88.a
Scriptura cur aquis & tonitruis comparatur. 144.b
Scriptura sacra, vox est de cælo. ibid.
scriptura sacra per tres alas exprimitur.50.a
scriptura sacra,aquila.86.a
scripti in libro vitæ.170.b
scriptura est hic lumen in terra.205.a
sedere in throno quis dicatur.41.b
sedes in cælo, ecclesia Christi est.44.a
sedilia senatorum viginti quatuor. 44.b
Seniores viginti quatuor,omnes ecclesiæ patres. 115.a
seniores cur sic dicantur.45.a
seniores rectè dicuntur Apostoli. ibid.
sensus multi in syllabis paucis. ibid.
sententia non est præcipitanda in episcopos. 22.b
Sepultura Christi. 112.a
Serpens antiquus. 124.b
seruitus in cælo dulcis.208.a
sigilla septem, sunt septem mysteria Christi.54.a
significare & palam facere differunt. ibidem.
signo crucis signantur serui Dei.71.b
signum Dei in frontibus quid sit.88.b
silentium in cælo factum quietem significat.78.a
similitudo hostium Israel, cum scorpijs.89.a
similitudo inter equos & locustas. ibidem.
Simoniaci condemnantur, & clerici fornicatores.28.b
Smaragdus nimiæ viriditatis.44.a
Sodomitæ cur dicuntur tertia pars terræ.83.a
Sol & aer obscurati, Israel est.87.b
Sol niger & saccus silicinus.70.a
Spectaculum miserum in vltimo mundi incendio.178.b
Spiritus vnus & idem per omnem scripturam sacram. 166.a
Spiritus sanctus vox de cælo in varijs linguis. 177.b
Spiritus immundi præsunt magis,poetis,philosophis.162.a
Spiritalia nequitiæ in cælestibus.123.a
Spiritus consilij in septem tubis.82.b
Spiritus cõsilij boni ex Deo est. 36.b
Spiritus prophetiæ.182.b
Spiritus cõsilij aperiet septẽ tubarũ mysteria. 79.a
Spiritus Ioannis liber in exilio. ibidem.
Spiritus sapientiæ septimus. 39.b
Spiritus septem,loquuntur septem ecclesiis. 21.b
Spiritus fortitudinis post spiritum scientiæ. 30.a
spirituũ septem duplex ordo. 42.a
spiritus septem sunt vnus spiritus 5.b
Spiritus sapientiæ.182.b
spiritus intellectus.183.a
spiritus consilij.183.b
spiritus fortitudinis 184.a
spiritus pietatis. ibid.
spiritus scientiæ. ibid.
spiritus timoris Domini. ibid.
Stagnum ignis ardentis & sulphuris. 190.b
stantes ante thronum qui sunt. 76.a
statera in manu diaboli 64.a
statio insidæ super arenam maris. 130.a
status ecclesiæ triplex. 3.a
Stella quæ de cælo cecidit,diabolus est.87.a
stellæ ceciderunt super terram. 70.b
stellæ duodecim, sunt duodecim tribus Israel. 117.b
stellæ quomodo teneantur ne cadant. ibid.
stellæ septem qui sunt. 17.b
Stephanus de templo exiuit. 156.b
Stola est cultus seu verbum Dei. 68.a
Stolæ dealbantur in sanguine agni.68.b
Stolæ albæ quibus sunt datæ.68.b
Stolæ geminæ erunt sanctis post resurrectionem. 69.a
superbia diaboli.124.b
superbus cadit. 201.a
Synagoga Sathanæ quos habeat.38.a

T.

Templum tabernaculi,ecclesia est.155.b
Templum Domini quare apertũ est. 117.b.
Templum Dei quare in cælo 77.a
tempora persecutionis ecclesiæ 126.b
tempus pœnitentiæ non erit vltra.115.b
terræmotus in cordibus hominum. 164.a
testes Christi contra Iudæos sunt triplices.56.b
testes duo contra hæreticorum multitudinem sufficiũt. 107.a
testimonium Iesu. 182.b
testimonium Ioannis certum.2.b
Testamentũ vetus vni tantùm genti datum.46.b
testamentum nouum datũ cunctis gentibus. 47.a.b
testimoniũ martyrũ imperfectius quam Christi.7.a
Testis fidelis & verus. 40.a
testis fidelis est Christus.5.b
timor duplex.183.a
timor iudicij pœnalis. 148.a
timor est quoddam pondus.33.b
Tonitrua & terræmotus in datione, tum legis, tum euangelij.117.a
tonitrua septẽ septẽ sunt oracula prophetarum.99.b
tribulatio iustorum à septem capitib. bestiæ.170.a
tribulationes exigunt spiritum pietatis. 24.b
tribulationes quomodo timeri possint.25.b
tribunal summum in ecclesia,sedes Romana.194.a
tribus Dan quare omittitur. 74.a
tribus Iuda,cur primo loco ponitur. ibid.
tribus multæ in vnagente.75.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tubæ septem contra peccata gentium. 82.b
Tuba prima contra Sodomã & Gomorrhã: & quid reliquæ designent, in subsequentib. folijs inuenias. 382.b
Tuba differt à phyala. 157.a
Tuba septima nouissimi iudicij. 97. a
Tunicæ pelliceæ, signum miseriæ. 69.a
Thurybulum aureum est fides. 80.a
Idem est corpus Christi. 82.a

V.

Vae tria vltima prædicta sunt in scripturis. 86.a
Vasa misericordiæ ab ira Dei præseruata. 152.b
Veni & nubes dicuntur Apostoli. 72.a
verbum Dei adulterantes, quomodo conuincendi. 29.a
verbi incarnati gloria. 42.b
veritas Domini. 155.a
veritas scripturæ per sex alas designatur. 50.a
vestimentum Christi variè accipitur in scripturis. 187.a
victor passionum humanarum quis sit. 34.a
viæ Domini duæ. 154.b
vigilandum est omnibus. 35.a
vinea Domini filij Israel. 186.b
vinea Domini domus Israel. ibid.
Vinea à vite dicitur, quæ Christus est. 55. b
virginitas carnis. 144.b
Virga ferrea est inflexibilis iustitia. 186.a
virga ferrea, est animi rectitudo. 34.a
virginitate non est superbiendum. 40.b
virtutem habere modicam, quid sit. 37.b
Virtus modica quæ sit. 21.a
Virtus Dei 114.b. 115.a
visionum modi sunt tres. 14.a
Vita actiua in circuitu, intus contemplatiua. 50.b
vitæ æternæ gaudium ineffabile. 77.b
vniuersis dicuntur quæ vni dicuntur. 24.a
vniuersitas malignorum, vna bestia. 193.b
Vnitas Hebræos, binarius gentiles designat. 94.a
vocatio auium, id est, Apostolorum. 188.a
Vox aquarum sacræ scripturæ. 17.b
Vox aquarum multarum. ibid.
Vox admirationis Dei. 51.a
Vox alarum, exaltatio superbiæ. 90.a

Z.

Zachariæ duo fuisse videntur. 66.b
Zelus Phinees sacerdotis. 30.a

FINIS INDICIS.

PROLOGVS RVPERTI
ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI, AD FRIDERICVM ARCHIEPISCOPVM COLONIENSEM.

VT TV QVOQVE ô venerabilis Coloniensium Archipræsul Fridericе, præsentis & expressum in scripturis veritatis exemplũ perducet, cunctis ad veram repromissionis terram tendentibus, quo sint mites, spiritu pietatis opus est. Beati namque mites (ait ipse Dominus) quoniã ipsi possidebunt terram: immites à beatitudine excludens, quoniam ipsi non possidebunt terram. Verorumque, scilicet & eorum qui sunt mites, & idcirco possidebũt terram, & eorum qui sunt immites, & idcirco non possidebunt terram, notum celebre exemplum in illis exploratoribus expressum est, quos iubente Domino misit Moyses ad considerandã terrã Chanaan. Nam qui ex illis mites fuerunt, id est, qui veritatem scientes, ei non repugnauerunt, videlicet Iosue filius Nun, & Caleph filius Iephonæ, dicentes: Terra quam circumiuimus valdè bona est, si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem: nolite rebelles esse contra Dominum, ipsi possiderũt terram: cæteri autem, qui immites & rebelles fuerunt aduersus veritatem, & contra conscientiam propriam loquentes & dicentes: Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos: ipsi nõ possederunt eandem terram. Quid autem sacra nobis scriptura, nisi vera repromissionis est terra? Denique quod fuit illis corporaliter de Ægypto exire, & in illam repromissionis terrã introire, hoc nobis est de tenebris ignorantiæ exisse, & ad notitiam Dei per scripturarum veritatem introire. Imò abundantius nobis hoc est, videlicet quantum vmbram aut figuram præcellit corpus aut res. Nondum quidem dum scripturas legimus aut intelligimus, facie ad faciem Dominum videmus: veruntamen ipsa Dei visio, quæ quandoque perficienda est, hic iam per scripturas inchoatur. Et quæ nam terræ huius, id est, sanctæ scripturæ pars vberior est, quàm hic liber Apocalypsis Ioannis Apostoli? Ad quam videlicet partem studiosa meditatione explorandam, me tuarum maximè collocutionum iucunditas excitauit. Instabat enim vir religiõe illustris, & in sacris studiosus literis, dominus Cuno abbas cœnobij Sigebergensis, quædam libri huius capitula prius seorsum, deinde te quoque audiente proponens: ea videlicet intentione, vt & tibi compertum esset, quod ego (vt putabat ipse) vltraid, quod antiquiores patres librum hunc exponendo senserunt vel dixerunt, aliquid vtiliter super erogare possem. Agebat hic per nimiam suæ mentis beneuolentiam, qua iam dudum de paruitate mea sentire cœperat altius, quàm se habet ingenij mei posibilitas. Nimirum & ante & post easdem collationes, vt hoc opus aggrederer, institit: nec persuadendo destitit, donec tandem, vt volebat, euicit. Quæ (inquam) sacræ scripturæ series, hac Apocalypsi, aut in superficie pulchrior, aut in sensu est locupletior? Etenim (sicut ante nos dictum est) tot habet sacramenta, quot verba, parum dictum est, & pro merito voluminis omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Vt igitur terram istam possideamus, fidelium exploratorum, qui mites fuerunt, exemplum sequamur. Dicendo contra immites hæreticos, huic terræ detrahentes, quoniam terra quam circumiuimus valdè bona est. Ipsi dicunt, terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos, sed mentiuntur. Non enim terra ista, terra Dei, deuorat habitatores suos: sed suæ ipsorum adinuentiones deuorãt superbos, sicut murmuratorum illorum quosdam, non illa repromissionis terra quam non attigerunt, sed ipsa quã calcabant terra deuorauit & deglutiuit, disrupta sub pedibus eorum. Proinde expedit, vt (sicut dictum est) mites animo simus, quicunque hanc terram, id est, hanc scripturam ingredimur, & ibi altiorem diuinorum sensuum maiestatem latere arbitramur, vbi adhuc minus intelligimus. Si enim propitius fuerit Dominus, introducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem, vt inueniamus latentes in ea diuitias salutis, thesauros

Mat. 5. Mites possidebunt terram.

Num. 13.

Quæ fuerit authori occasio scribendi.

Cuno abbas Sigebergensis.

Laus li. Apocalypsi.

Hieron. in argumento lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sauros sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & timoris Domini.

Obiectio de superfluo scribendi labore.

Sed dicet aliquis: Iam satis est, quod alij meliores & sanctiores, nihilominus & doctiores inuenerunt atque scripserunt. Illicitum est, temerarium est, adijcere quippiam ad ea, quæ à nominatis catholicisque patribus dicta sunt, atque ita fastidium legentibus facere, augendo multitudines commentariorum. Ad hæc inquam: Nimirum sanctarum spaciosus ager scripturarum, omnibus Christi confessoribus communis est, & tractandi illas nulli iure negari potest licentia, dummodo salua fide, quod sentit, dicat, aut scribat. Quis nanque rectè indignetur, eò quòd in eadem possessione post vnum aut duos puteos, quos foderunt patres præcedentes, plures proprio fodiant labore filij succedentes? Denique Isaac & alios puteos fodit, præter illos quos foderant

Responsio elegans.

serui patris sui Abraham, quos illo mortuo olim obstruxerant Philistijm. Nam postquam & illos rursum fodit, appellauitq; eos eisdem nominibus, quibus ante pater vocauerat. sequitur scriptura, & dicit: Foderunt in torrente, & repererunt aquam viuam. Item foderunt & alium.

Gen. 26.

Ac deinceps: Profectus inde fodit alium puteum. Itaque iuxta hanc regulam, nobis quoque concedant, post illos puteos quos foderunt, id est, post illos tractatus quos tractauerunt patres & priores nostri, & alios fodere puteos proprij vomere ingenij, dummodo viuam, & nos aquam reperire possimus, quæ nulli noceat bibenti, nulli scandalum vel errorem faciat legenti. Sed iam gratiæ Dei, tuæque auctoritatis patrocinio fretus, propositum ingrediar opus, solummodo in Domino Deo spem meam ponere bonum iudicans, vt videlicet non hic, sed in futuro recipiam mercedem.

Psal. 72.

RVPER-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

Ἀποκάλυψις. Græcus titulus libri, propter dignitatem mysteriorum ac sensuum,

APOCALYPSIS IESV CHRISTI. Cùm tota libri series Græcè cóscripta fuerit, & de Græco fonte in Latinæ linguæ amnem cucurrerit, sola eiusdem appellatio intacta permãsit, vt apud Latinos diceretur Apocalypsis: quod nomen poterat in reuelationem trãsferri, videlicet ob excellentiam rerum, siue mysteriorum, quæ hæc scriptura comprehendit. Sic Alleluia, sic Amen, Hebræa vocabula, ob dignitatem sensuum in Græcis & Latinis literis permanserunt. Sic Euangelium in Latinis codicibus de Græco reseruatum est: quo sermone omnes, præter Matthæum, Euangelistæ conscripserunt.

Itaq; Apocalypsis, id est, reuelatio præcellens, & in sensibus adorandę plena maiestatis, Iesu Christi, inquit, id est, saluatoris vncti. Quemadmodum in Psalmo scriptum est: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et quidem multi nomine Iesu æquiuocati sunt, sed hic propriã nominis huius habet rationem. Quam subiungens angelus, cùm dixisset: Paries autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Item multi Christi, id est, vncti fuerũt, sed hic præ omnibus illis vnctus est, vtpote in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: illi autem huius fuerunt vel sunt consortes, siue participes. De hoc itaque sentiendum est, quia sicut omnium, ita & reuelandæ huius Apocalypseos potestatem, quam natura nõ habebat, eiusdẽ Iesu Christi humanitas dono accepit. Vnde sequitur & dicit: *Quam dedit illi Deus palam facere seruis suis quæ oportet fieri citò.)* Quid enim habet, quod non accepe rit in vnigenito etiam filio nostra natura? Quid porrò non accepit, aut quid non datum est ei pro eo, quod obediuit vsque ad mortem, mortem autem crucis? Nihil illi non subiectum reliquit Deus, cũ Psalmista dicat: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Sed & ipse de seipso dicit, obedientia iam cõsummata: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. In isto quoque libro dicit: Et fui mortuus, & ecce sum * viuus in sęcula seculorum: & habeo claues mortis & inferni. Verum hæc de rerum omnium potestate dicta sint. Illam, de qua nunc sermo est, scilicet reuelandi cælestia sacramenta seruis suis, potestatem, humanitas dono accepit: quemadmodum & in hoc libro significatum est, vbi agnus signatum de dextera sedentis in throno librũ accepit & aperuit. De qua potestate itidem spiritus dicit Ecclesijs: Hęc dicit sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Itaque humanitati quidem Iesu Christi nihil est, quod datum non sit, aut quod non acceperit: diuinitati verò nihil datum est in potestatem, quod ante nõ habuerit. Dicat ergo: Quam dedit illi Deus palam facere seruis suis. Apertiùs quidem esset, si dixisset, qua. Sed hic modus locutionis sæpè fit in scripturis. Vnde est: *quam pro Bonum certamen certaui, pro eo quod est, bono certamine certaui.* Quibus palã facere seruis suis? Illis vtiq; quos pro ipsa manifestatione iam amicos dicit, ita loquens sub ipsa apertione libri signati, id est, sub articulo suæ passionis, qua scripturas implendo intelligibiles fecit. Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos: quia omnia, quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.

Infra. 5.
Infra 3.
Tropus scripturæ,
quam pro
2. Tim. 4.
Ioan. 15.

Quod autem ait, *Quæ oportet fieri citò*;) non ita intelligendum est, tanquam ea sola contineantur in hac Apocalypsi, quæ futura erant: & non ea, quæ iam tunc erant; vel ea, quæ ante facta fuerant. Nam postmodum Ioanni dicitur: Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Verùm quia circa illa, quæ citò futura erant, summa intentionis est, & propter illa maximè texũtur preterita siue prẽsentia, idcir cò rectè in exordio contẽtus fuerit dicere: quæ oportet fieri citò. Sic & Iacob patriarcha in benedictionibus suis non omninò taciturus erat de præsentibus siue * futuris, & tamen in exordio solummodò futurorũ mentionem fecit, ita dicens: Congregamini filij Iacob, vt annunciem, quæ futura sunt diebus nouissimis. Sequitur:

* Præteritis.
Gen. 94.

Et significauit mittens per angelum suum seruo suo Ioanni.) Significauit, hoc loco idem est, ac si diceret, signauit, id est, quibusdam imaginum sigillis clausit atque obfirmauit, vt non cunctis, sed tantum diligentibus paterent atque studiosis. Nec verò illud præcedenti repugnat dictioni, qua dixit: Palam facere seruis suis. Nam alij sunt, quibus palam fecit quęlibet, & dixit, Vobis datum est

Matth. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nósse mysteria regni Dei: alij verò, quib. si-
gnificauit, de quibus ité cótinuò subiungit:
Actor. 2. cæteris aút in parabolis. Deniq; sancti Apo-
stoli, quibus datú est in tempore suo nósse
mysteriú regni Dei, tunc scilicet, quãdo spi
ritus sanctus super eos venit, eosq; inuisibi
liter docuit, ipsi sunt illi eatenus quidé ser-
ui, sed ex tunc amici, quib. ista palam fecit.
Hi autem, qui pro qualitate sensus nesciunt
reuereri aut amare cælestia, nisi sub nomini
bus aut imaginibus rerú, quæ formidabiles
aut venerabiles esse solent sensibus carnis,
ipsi sunt, quibus eadé significauit. Mittens,
inquit, per angelú suúm seruo suo Ioan. Iste
angelus in figura Christi apparuit B. Ioan.
Quia enim cú patre & spiritu sancto filius
vnus est Deus, omnia reuelans, vtiq; illum
angelum repleuit, atq; in illius corde habi-
tans, per eum locutus est Ioanni. *Qui testimo-*
niú perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi
quæcunq; vidit.) Hæc pars exordij huius, ma-
gnã totius libri autoritaté perficit, vt nõ de
beat cõtemni vel minoris haberi celsitudi-
nis, q̃ cæterę scripturæ, quas in canonico api
ce recipit ac veneratur Ecclesia Christi. Si
enim hanc Apocalypsim non recipit quis,
consequés est, vt nec illud recipiat testimo
nium verbi Dei, testimonium Iesu Christi,
id est, Euãgelium eiusdem Ioannis, in cuius
initio dicit: In principio erat verbú, &c. De
illo nanq; testimonio dicit adiungens, quę-
cunq; vidit, videlicet ad cõfirmationẽ eius-
dem testimonij: quia nimirum cùm in testi-
moniorú constantia diuersitas sit, ille con-
stantissimus iudicatur testis, qui quæ testi-
ficatur ipse vidit. Eãdé ob causam cũ dixis-
set, quia vnus militú lancea latus Domini,
Ioan. 10. cùm iam obijsset, aperuit, & continuò exi-
uit sanguis & aqua: statim subiunxit: Et qui
vidit, testimoniú perhibuit, & verú est testi-
Ioan. vlt. monium eius, & ille scit, quia verè dicit, vt
& vos credatis. Et alibi: Hic est discipulus,
qui testimonium perhibet de his, & scripsit
hæc: & scimus quia verum est testimonium
eius. Nec verò singula scribendo testimo-
Ioan. 10. niú perhibuit de omnib. quæcunq; vidit. Ip-
se enim dicit: Multa quidé & alia signa fe-
cit Iesus in conspectu discipulorú suorum,
quæ non sunt scripta in libro hoc. Verú et-
iam hæc dicens, testimonium perhibuit de
omnibus quæcunq; vidit, non quidé omnia
scribendo, sed multa fuisse dicendo: ita vt
Ioan. vlt. quemadmodú in fine dicit: si omnia scribã-
tur, nec ipsum arbitretur mundum capere
posse eos, qui scribendi essent, libros. Hoc
autem cũ dicit, non ad multitudinem codi-
cum, sed ad magnitudinẽ spectat sensuum,
quos etiã nunc, cũ pauci sint libri, vniuersos
capere non possunt, qui in mundo sunt: Et
illa quidé, quæ fuerant Iesu Christi, id est, se
cundú formam serui, siue habitú hominis,
visibiliter effecta, iste videre potuit: sed ver
bum ipsum, cui nihilominus testimonium
perhibuit, videre oculis nõ potuit. Idcircò
ita nõ dixit, Qui testimoniú perhibuit ver-
bo Dei, quæcunq; vidit: sed clausulã prote-
lans præmisit, & testimonium Iesu Christi:
& tunc demú clausit dicens, quæcunq; vi-
dit. *Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ*
huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus e-
nim propè est.) Conscius sibimet quæ vel qua
lia viderit, quas pœnas malorum, quæ præ-
mia bonorú hęc Apocalypsis Iesu Christi
palã sibi fecerit, cõpetenter exclamat, ore
grandi, atq; intentione vehementi, beatum
illum esse veraciter dicens, qui ea, quæ hic
scripta sunt, verbi gratia, septem tubas ad-
mirabiles in hac prophetia cõtonantes au-
diens, aut si literas nouit * ille legens obser- * Illa.
uauerit, fecq; vigilanter ad illam, quæ canit
in die iudicij archangeli, tubam Dei, tubam
nouissimã prępararuerit. Sic legislator Moy
ses, cũ de longinquo, videlicet, multò anti-
quior, quàm iste, beatitudinem sanctorum
prospiceret, partimq; per ænigma prædice-
ret, repentè exclamauit: Beatus es tu Israel, *Deut. 33.*
quis similis tui populę qui saluaris? Tanta
quippè, tamq; horrenda prauorú damna-
tio, tãta tamq; horrẽda iustorú glorificatio
est, vt meritò spectator exclamet, & excla-
mando spiritus significet, quod loquendo
explicare lingua non potest: tunc maximè,
quia tẽpus propè est, & * quando aſsit, quan- * quia.
do nouissima tuba canat, incertú est, præui-
deri non potest.

Sanè verba prophetiæ huius, cũ dicit, om-
nimodã prophetiam hic intelligere vel ex-
pectare debemus, id est, triú temporú, prę-
teriti, præsentis, & futuri. Sic enim & ante
nos dictú, & verum est, quia prophetiæ tem
pora tria sunt, scilicet præteritú, præsens, & *Esaiæ 9.*
futurú. Prophetia de futuro est: Ecce virgo
concipiet, & pariet filiú. Prophetia de præte
rito est: In principio creauit Deus cælum *Gen. 1.*
& terram. De illo enim tempore dixit ho-
mo, quando non erat homo. Prophetia de *1. Cor. 14.*
præsenti est, quam Apostolus Paulus dicit:
Si aũt omnes prophetent, intret autem quis
infidelis vel idiota, cõuincitur ab omnibus,
dijudicatur ab omnibus, occulta cordis ei⁹
manifesta sunt, & ita cadens in faciem ado-
rabit Dominum, pronuncians, quòd verè
in nobis sit Deus. Cũ ergo dicitur, occulta
cordis eius manifesta fiunt: profectò mon-
stratur, quia per hunc modú prophetiæ spi-
ritus nõ prędicit q̃ futurú est, sed ostẽdit q̃
est. Sed sciendú est, q̃ in duobus temporib.
prophetia etymologiã perdit, quia cũ ideo
prophetia dicta sit, quod futura prædicat,
quando de præterito vel præsenti loquitur,
rationem sui nominis amittit, quoniam
non prophetatur quod futurum est, sed
vel

vel ea memorat, quæ transacta sunt, vel ea
quæ sunt. Horú omnium temporum, siue
de omnibus his temporibus, scilicet, de præ-
terito, de præsenti, & de futuro, hæc prophe
tia cõtexitur: quia videlicet qualis fuisset,
qualis tunc esset, qualis futurus esset Eccle
siæ status, hac Apocalypsi reuelauit huic di
lecto suo Iesus Christus, sicut ex ipsa serie
mirabili, eodem Iesu Christo dãte, cogno-
scere potest lector, siue auditor beatus. Pro
missę ergo beatitudinis spe, ad legendam
hanc prophetiam duce Iesu Christo ingre-
diamur: & legentes pariter audiamus, foris
legendo literam, intus audiendo mysteria,
quæ sapientibus & prudentibus abscondi-
ta, pater reuelat paruulis, illam apponenti-
Matth. 11. bus aurem, quam hæc ipsa prophetia sæpius
requirit, cũ dicit: Qui habet aurẽ audiendi,
Infra. 2. audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs. Quæ e-
nim hactenus dicta sunt, idcircò dicta sunt,
vt eiusmodi aurem nos habere vel quærere
persuadeant, scilicet attentam, docilem ac
beneuolam, quod doctorú ingenia secula-
riú in exordijs suis competenter facere nõ
parua intentione laborant. Nam dicendo,
Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi
Deus palam facere seruis suis, quæ oportet
fieri citò, attentionem audientis exigit, vt-
potè qui de rebus magnis & citò futuris se
se locuturum promittit. Docilem verò red
dere intendit dicendo, & significauit. Per
hoc enim innuit, sub nominum siue imagi-
num figuris cælestia debere mysteria requi
ri. Beneuolum esse cupit, cùm dicit de sua
persona, qui testimonium perhibuit verbo
Dei, & testimonium Iesu Christi quæcunq;
vidit. Multã quippè ex nobis meretur be-
neuolentiam persona talis, quæ testimoniú
perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu
Christi quæcunq; vidit. Multam res ipsa,
cuius fructus legentibus, audientibus, atq;
obseruantibus beatitudo est. *Ioannes septem*
Ecclesiis, quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax.) Hãc
salutationem gratiæ & pacis, libenter om-
nes vbiq; gentium fideles, tanquam verè
ad nos missam de ore Ioannis accipimus, li
berè & veraciter profitentes, quia de septẽ
Ecclesijs sumus, & in Asia sumus. Asia quip
pè elatio interpretatur, & seculum istud si-
Psal. 92. gnificat elatum, seseq; efferens, tanquã ma
rinis fluctibus, sicut in Psalmo canitur: Mi-
rabiles elatiões maris, mirabilis in altis Do
minus. Quod est dicere: Mirabiles persecu
tiones seculi, sed multò magis mirabilis Do
minus in eisdem persecutionibus compe-
scendis. In huiusmodi Asia septem Eccle-
siæ sunt, id est, vna & vnica Ecclesia catho-
lica, sancto septiformi spiritu ordinata & or
nata. Quicquid ergo gratiæ & pacis septem
ecclesijs, quæ sunt in Asia, hîc præoptatur,
nobis omnibus gentibus Christum colenti-
bus iure vendicamus, etiã si hic humilis spi-
ritu Apostolus & Euãgelista suam orbi ter
rarum autoritaté ingerere dissimulans, eã
tantummodò orbis particulam, id est, mino
rem Asiã nominet, in qua laborauerat. Istæ
sunt septem mulieres, quæ in Asia, iam de-
caluato vertice filiarú Sion, vnum virũ ap- *Esa. 4.*
prehendentes, dicunt: Panem nostrú com-
edemus, & vestimẽtis nostris cooperiemur,
tantummodò inuocetur nomen tuum su- *Psalm. 21.*
per nos, aufer opprobrium nostrum. Ac si
dicant adorantes eum vniuersæ familiæ gẽ-
tium: Ecce gens illa, quam, cũ nullam habe
ret terrã, eduxisti de Aegypto, & destruẽs
gentes septem in terra Chanaan, sorte di-
stribuisti ei terram eorum: ecce qualem re-
tribuit tibi retributionẽ, eijciens te extra
portam ciuitatis & crucifigens. Saltem nũc *Iesue. 14.*
diuerte ad nos. Non quærimus, vt des nobis
regiones alienas pro mercede Euãgelij tui,
sicut illis pro mercede acceptæ legis, regio *Deut. 7.*
nes septem gentium dedisti, scilicet Chana-
næorum, Amorræorum, Gergezæorum, Ie-
busæorum, Ethæorú, Pherezæorú & Euæo-
rum. Sicut tunc propter eam septem gentes
illas destruxisti, ita nimirum hactenus eius
dem quasi mulieris vnius amore conten-
tus, nos septẽ mulieres, id est, vniuersitatẽ
gentium contempsisti. Meritò quondam
in Propheta super illa fornicatrice conque-
rebaris, dicens: Et hęc nescIuit, quia ego de-
di ei frumentum, & vinum, & oleum, & ar- *Osee.*
gentum multiplicaui & aurum, quæ fecerũt
Baal. Plus est quod nunc fecit, quia videli-
cet fauens adulteris, te crucifixit. Nos nihil
terrenum à te quærimus, præter quod ante
Euangelium tuum habuimus, tantummo-
dò inuocetur nomen tuũ super nos, aufer
opprobrium nostrum, vt vltra nõ vocetur
super nos nomen dæmoniorum.

Igitur Ioannes septẽ ecclesijs, quæ sunt
in Asia, idem nobis sit, acsi dixisset: Ioannes
omnibus ecclesijs, quæ sunt in mundo. Sic
inchoans, patenter scripturam illã Sapien-
tis veridicã sibi efficit, quę de homine timẽ
te Dominum præclara promissione sic lo-
quitur: In medio Ecclesiæ aperiet os eius, *Eccl. 15.*
& implebit eum Dominus spiritu sapientię
& intellectus. Nam ecce in medio septẽ Ec-
clesiarum, quæ omnes, vt iam dictum est, vna
Ecclesia sunt, aperuit os eius Dominus,
& sic loquitur, vt sermo eius omnium Ec-
clesiarum dignus sit auditu. Habet enim ca
put narratio eius, Fidem quippè catholicã,
quæ vel cuius confessio omnis sanæ doctri-
næ caput est.

Hic in capite confitetur ab hoc loco, vsq;
ad id, quod postmodum dicit: Ego sum *Infra. 1.*
& ω, id est, principiú & finis, dicit Dominus
Deus, q erat, & qui est, & qui vẽturus est om-
nipotẽs. Primò cõfitetur eum, q erat, & qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,& qui venturus est; deinde septē spiritus eius; deinde testem fidelem Christum Iesum, offerens illi aurum, thus, & myrrham. Offert myrrham, vt homini quondā mortali, dicendo, qui est primogenitus mortuorum. Offert aurum, vt regi dicendo, qui est princeps regum, & ipsi gloria & imperium. Offert & thus, dicendo tandem in persona vel de persona eius: Ego sum α & ω, id est, principium & finis, dicit Dominus Deus, & cætera. Quanti aūt sit pretij confessio taliter effusa, nullus apprehendere sufficit. Nō enim sic dixit, vt vulgo, siue in publica Ecclesia dici cōsueuit, credo in eum, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & in septem spiritus eius, & in Iesum Christum testē fidelem, quomodo in symbolo quotidiano cōfitemur nō quidem verbis eisdē, siue syllabis, sed eodem sensu, & modo enunciationis. Simul vna eademq; ratione & fidē confitetur, & fidē fidei eiq; fructū suis auditoribus imprecatur. Cumq; vtrumque agat, vnum tamen, scilicet solam gratiæ & pacis imprecationem agere videtur, nisi vigilanter attendas. Quomodo aurum in igne liquefactum, quomodo thus vel myrrha carbonibus iniecta, formā priorem deserit: sic ista confessio fidei, magno fraternæ charitatis incendio conflagrata, vix potest agnosci q̄ fidei confessio sit, eò quòd illā penè totam orationis imprecatoriæ vis in se conuerterit. Sed iam verba ipsa seriatim perscrutemur. *Gratia*, inquit, *vobis & pax ab eo, qui erat, & qui est, & qui venturus est.*) Vsitata valdè, more Apostolorū, Christi salutatio est, gratia & pax, & præcipuè more Pauli, quē vas electionis suæ ipsa gratia diffusa in labijs eiusdē Christi nominauit, in nulla quippè epistolarū suarū salutationē huiusmodi omittit. Digna ergo dictio est, vt quasi statera ponderetur, & pondus eius quantū sit, & si omninò definiri nō potest, saltem vtcunq; æstimetur. Quid rogo Apostoli, quorū hic vnus dilectus Iesu Christi est, per eundem Iesum Christū, nisi gratiam & pacē acceperunt? Gratia nāq;, & non ex operibus, vocati sunt, vt essent id, quod sunt, scilicet Apostoli, & ista tantū gratia honorati fuerunt, quā diu ipse, qui vocauit eos, Dominus Iesus cū illis ambulauit. At vbi moriens ille pro nobis æterno patri Adæ debitū soluit, & veteris piaculi cautionem, pio cruore detersit, die tertia resurgens, pacē illis attulit stans in medio eorum, & dicens eis, Pax vobis. Reconciliauerat enim eos Deo, soluto pariete inimicitiarum per mortem crucis. Quod ergo acceperant, id est, prius vocationem gratiæ, & deinde pacem reconciliationis necessariæ, vtrunque nobis optare debebant & offerre, nō à semetipsis, sed ab illo, à quo acceperāt, & ipsi scilicet ab eo, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hoc, inq̄, illis instanter cōmemorare debebant, vt scirēt, se à Deo vocatos esse per gratiā, pacemq̄ seruarent & recōciliationē, qua erant Deo reconciliati per Christum.

1.Cor. 15.

Colo. 2.

Luc. vlt.

Ephe. 2.

Hoc interim silentio nō prēterire libet, quod cū iam dictus Paulus Apostolus in omnib. epistolis suis salutando ecclesias hæc duo, scilicet gratiā & pacem coniungat, dicendo gratia vobis & pax, in his duntaxat, quas ad discipulū Timotheū scribit, misericordiam interponit: Timotheo inquiens, dilecto filio in fide, gratia, misericordia & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Nam quia in illo episcopos omnes informabat, cuius officij summū & necessarium decus est, misericordia, & ille, vt fertur, zeli feruentioris erat, idcirco rectè & opportunè viscera misericordiæ illi habere præoptabat, & hęc inter cætera dicēs: Seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrē. Etenim nos omnes memores esse debemus, quia gratia Dei est, & nō ex nobis, quicquid boni sumus aut habemus, & hoc respectu cōpati his, qui necdū esse videntur quod sumus, vel habere q̄ habemus, iuxta mysticū sanctæ legis exemplum, quo ait Dominus: Peregrino nō molestus eris. Scitis enim aduenarū animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Sed hoc vt episcopi obseruent, qui cōstituti sunt animarum prēsides: multo maximè tam illis, q̄ subditis necessarium est. Quapropter satis vtiliter nobis actum est, vt is * cui specialiter dictura erat misericordia, pasce agnos meos, in suo lapsu prius disceret quātum deberet esse misericors. Sed iam ad cœptā literæ semitā redeamus: Ab eo, inquit, qui erat, & qui est, & q̄ venturus est. Nonnullis visum est dicta hęc de persona filij debere intelligi, pro eo maximè, quia dixit postremò, & qui venturus est. Quoniā venturus est iudicare viuos & mortuos ipse filius, & nullam hic personæ patris mentionē fieri, sed tantūmodo filij & spiritus sancti, bis filij, scilicet & in eo, q̄ prius ait, ab eo qui erat, & qui est, & qui vēturus est, atque in eo quod posterius, & Iesu Christo qui est testis fidelis, &c. Semel verò spiritus sancti, in eo quod ait, & septē spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. Sed occurrit iam dictus Apostolus Paulus, toties dicens, & toties distinguens, à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo, gratia vobis & pax. Vtiq; pater Christi pater noster est, quemadmodum dicit: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, isq̄ & erat, & est, & venturus est. Hoc solùm, q̄ postremo dicitur, & qui venturus est, compellere videtur, vt hęc de persona filij dicta intelligātur, quia de hac persona angeli dixerunt: Sic veniet quemadmodum vidistis

1.Tim.1.

1.Tim.5.

1.Cor.4.

2.Cor.3.

Exod. 23.

Qui specialiter dictum erat.

Ioan. vlt.

Ioan. 20.

Act.1. vidistis eum euntem in cælum. At verò & pater sine dubio venturus, id est, seipsum fidelibus manifestaturus est, qui nunc vi-
1.Cor. 13. dent eum per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Hoc tantum differt, quia filius in forma serui sic veniet, vt tandem formam non tantùm boni videant, verùm etiam mali, sicut infra scriptum est: Et
Infra eode. videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Pater autem sic veniet, id est, apparebit, vt gloriam Dei patris & filij & spiritus sancti non nisi videant boni. Quod si testimonio scripturarum indiget, vt rectè illo modo venire venturus esse credatur
Dan.7. pater, ecce in Daniele ita scriptum est: Et aspiciebam donec throni positi sunt: & an-
Ibidem. tiquus dierum sedit. Item: Et ecce cornu illud faciebat bellum aduersum sanctos, & præualebat eis, donec veniret antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsi: & tēpus aduenit, & regnum obtinuerūt sancti. Cui dubium est in antiquo dierum veniente, personam patris exprimi? Nam de filij
Ibidem. persona ibidem scriptum est: Aspiciebam ergo in visu noctis, & ecce filius hominis in nubibus cæli veniebat, & vsque ad antiquū dierum peruenit. Igitur eū, qui erat, & qui est, & qui venturus est, Deum patrem intelligi nihil prohibet, immò & perpluchrum dignumque ac venerabile est, vt dum sequitur, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fidelis, totius trinitatis gloriosa confessio prædicari credatur. Erat, inquam, pater, id est, immutabilis in se manebat, antequam hęc mutabilia conderet. Et est quoq;, id est, immutabilis permanet, dum hæc eadem regit currentia mutabiliter. Venturus est nihilominus, id est, immutabilis apparebit, cū prætererierit hæc mutabilium rerum corruptibilis species. Porrò de bestia maligna, quæ proposito huius aduersari molitur, longè inferius scriptum est: Et bestia quam
* *Vidisti.* * vidi fuit, & non est. Consolationem ergo
2.Tim.3. recipiant in gratia ista tam ipse Ioannes exilio relegatus, quā & omnes qui piè volētes viuere in Christo, persecutionē patiuntur, quia futurum est, vt de omni persecutione, siue persequente dicatur, fuit & non est. De isto autē, propter quem patiuntur, semper dicatur: Qui erat, & qui est, & nunquam esse desinet. *Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt*) A septem spiritibus, id est, à septiformi spiritu. Ita verò dicens, prioris scripturæ vultū respicit, vbi sic scriptū est: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapiētię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spirit' sciētię & pietatis & replebit eum spiritus timoris domini. Et hic nimirū oportunè ad illius scripturæ faciem respexit, præsertim quia is, de quo prophetaloquebatur, flos qui ascendit de radice Iesse, agnus Dei, idemq; leo fortis, eorūdem septem spirituū super se requiescētiū, fortitudinem simul & claritatem significabat. Illi in septē suis cornibus, septemq; oculis, & in septem lampadib. ante thronū Dei ardentibus, & in tot mysteriorū signis septē plicibus, septem libri signati sigillis, septem angelorū tubis, septemq; phyalis, & ante omnia in septem stellis, septemq; cādelabris, id est, septē ecclesijs. Igitur à septē spiritib. id est, ab vno sancto septiformi spiritu, subauditur, eadē gratia vobis & pax. Hi videlicet septem spiritus, in cōspectu eiusdē throni patris sunt, id est, in cōspectu sanctorum angelorum, qui adeò thronus Dei sunt, & adeò in ipsis sedet Deus, vt quidā ex eis etiam propriè throni vocentur. Hoc nimirum exinde habent, quia spiritus isti in conspectu illorū sunt, id est, quia spiritus istos conspiciunt. Nam nisi isto septiformi spiritu confirmati essent, nullatenus sedentis pō dus Dei ferre præualerent. Ipse enim spiritus amor est, quo solo idonea fit creatura rationalis, vt in ea maiestas Dei sedeat, quā ferre non potest quisquis illam non amat. Nam ècōtrario de illis, quorum in conspectu siue diligenti memoria non sunt spiritus isti, Psalmista dicit: Sicut cera fluit à facie ignis, sic peccatores pereant à facie Dei, vt videlicet intelligas, nullum posse subsistere à facie Dei, nedum sedem esse Dei, qui non habet hunc spiritum amoris. Ab isto ergo spiritu septiformi, gratia, inquit, & pax septem ecclesijs: cuius videlicet gratiæ & pacis hic fructus est, vt & ipsi cū sanctis spiritibus angelicis, thronus Dei sint. *Et ab Iesu Christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.*) Et ab Iesu Christo, *Ioan.1.* inquit, subauditur, gratia & pax, vtpotè per quem facta est ipsa gratia, & qui est nostra pax. Nam gratia & pax per Iesum Christum *Ephe.2.* facta est, & ipse est, inquit Apostolus, pax *Rom.8.* nostra, qui fecit vtraque vnum. Hæc nanq; persona, in acquirēda nobis hac pace & gratia, plus egit, & semetipsum impendit, nostram assumendo naturam, & obediendo vsque ad mortem, mortem autem crucis, e- *Ephe.2.* andemque nostram in se resuscitādo à mortuis, & consedere faciendo ad dexteram patris, vbi nunc est, autoritatem nobis firmam retinens huius gratiæ & pacis.

Psal. 67.

Rectè verò hanc personam nunc nouissimo, id est, tertio loco posuit, quia & hic de ea plura dicturus est, & in sequentibus ipsa in diuersis figuris conspicitur, ipsa plus & penè totum loquitur. Nam & septem quidem spiritus, singuli per ordinē singulis ecclesijs loquuntur, sicut loco suo diligentius considerabimus, diciturque per singulos siue de singulis, qui habet aurem au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diat quid ſpiritus dicat eccleſijs: ſed hoc ipſum, quod ſpiritus loquitur, in hac perſona loquitur, dicente hoc illi & illi eccleſiæ, ſiue angelo eccleſiæ ſcribe. Ergo & pro *re competẽtibus eadem perſona laudibus exornatur atq; commendatur, vt in omnibus quæ loquitur in hac quoq; ſcriptura, ſicut & in cæteris, fides illi ſine dubitatione adhibeatur. *Qui eſt*, inquit, *teſtis fidelis*. Et continuò adiunxit, primogenitus mortuorum. Addit adhuc, & princeps regum terræ. Et locupletiùs adhuc: *Qui dilexit nos, inquit, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo & patri ſuo. Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. Ecce venit cũ nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ, etiam amen. Ego ſum α. & ω. principium & finis, dicit dominus Deus, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt omnipotẽs.*) Hoc modo, & ſupra iam dictum eſt, vt fidem catholicam Chriſti Ieſu dilectus Apoſtolus ore gratioſo cõfitetur, & eiuſdẽ fidei gratiam ſimul eccleſijs imprecatur, & cum vtrũque pulcherrimè faciat, miro modo vnum, id eſt, ſolam gratiæ & pacis imprecationem facere videtur. Singulæ dictiones ſumma cum dignitate proceduntſingulæ paucis in ſyllabis maieſtatem continẽt ſenſuum latiſsimorum. *Qui eſt*, inquit, *teſtis fidelis*.) Verè teſtis, quod Græcè dicitur μάρτυς, quia & natus ob teſtificandam veritatem, & mortuus eſt pro teſtimonio veritatis, quemadmodum ipſe Pilato dicit: Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mũdum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Nam & pater quidem teſtis, de quo ipſe Ieſus Chriſtus: Et teſtimonium, inquit, perhibet de me, qui miſit me, pater. Et ſpiritus ſanctus teſtis, de quo idem: Cùm, inquit, venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre ſpiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Sed hæc ſola eſt perſona, quæ pro teſtimonio veritatis mortem ſuſtinuit, vnde & dignè ſolus hic idem filius dicitur teſtis.

*rebus.

Ioan. 18.

Ioan. 8.

Ioan. 13.

Et multi quidem teſtes veritatis mortem perpeſsi ſunt, propter verbũ teſtimonij ſui, vnde & Græco nomine μάρτυρες eos ſancta Eccleſia nominare cõſueuit. Sed nó parua diſtantia eſt, ob quam & iſte etiam cum additamento ſplendidè dicitur teſtis fidelis. Nam quod teſtis iſte teſtificatus eſt, prius vidit & audiuit, quàm in hunc mundum veniret, prius, inquam, vidit & audiuit, & poſt in hoc natus eſt, & ad hoc venit in mũdum, vt teſtimonium perhiberet veritati, quemadmodum & coram præſide iam dicto ipſe dixit. Hinc & baptiſta Ioannes: Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt, & quod vidit & audiuit, hoc teſtatur. Omnes alij de terra venerunt & prius nati ſunt, quàm aliquid ſcirent, & poſt acceperunt aliunde, ab alio indice, quod teſtificando dicerent, & hoc ipſum non perfectè, ſed ex parte, vno ex ipſis Paulo Apoſtolo dicente: Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Solus ergo teſtis ille fidelis, id eſt, talis qui antequam huc veniret ad teſtificandum, réviderit & audierit, tam certus, vt nó ex parte, ſed totũ perfectè cognouerit & prophetauerit. Adde quod mortuus pro eodem teſtimonio veritatis, mortem ipſam vicit, & reſurrexit à mortuis, quod ante eum teſtes alij non fecerunt. Nam hoc eſt quod mox dicitur: *Primogenitus mortuorum.*) id eſt, primus ex mortuis reſurgentium. Reſurrectio náq; nobis regeneratio erit, quia videlicet nunc naſcendo generati ad corruptionem, tunc reſurgendo regenerabimur ad incorruptionem. Vnde Dominus, in regeneratione, inquit, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ. In regeneratione, inquit, pro eo vt diceret, in vniuerſali reſurrectione. In illa regeneratione mortuorum, teſtis iſte procul dubio primogenitus eſt, quia prior illis omnibus reſurrexit, videlicet, non iam moriturus. Nemo quippè ante illum ita reſurrexit, vt vltra non moreretur. Sed & teſtibus alijs, quorũ primus fuit Abel iuſtus, hoc dedit, hoc effecit vt reſurgant & vltra non moriantur. Pulchra valdè & ſplendida dictio, vt pro primo reſurgente diceretur primogenitus mortuorum. Hoc nimirum ſplendore delectati dicimus, quia in illa tali genitura, beatę Apoſtolorum animę, quaſi matres extiterunt, quippè quæ morienti Domino Ieſu Chriſto, donec reſurgeret, materno affectu condoluerunt. Idcircò nanque tali ad eos vel pro illis ſimilitudine vſus eſt: Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius, cùm autem pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ, propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Tandem teſtis iſte, ſic ad immortalitatem atq; incorruptionẽ regeneratus, quid fecit? Aſcendit in cælum, & ſedet à dextris Dei. Hunc Deus, ait Petrus, ſuſcitauit, ac principem & ſaluatorem exaltauit. Addit itaque: *Et princeps regum terræ.*) Quorum vel qualium regum terræ? Nunquid illorũ vel talium, quales aſtiterunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius? Non vtiq; talium hic eſt princeps, imò iudex. Tales enim ſe dicunt reges terræ eſſe & non ſunt, ſed ſunt ſerui terræ, cùm ſint ſerui peccati, ſubditi cupiditatib. terræ. Illorum eſt princeps iſte, qui & ſi nó vulgo dicantur reges, ſunt tamen reges terræ, quia terrenitatem ſuam nôrunt regere, liberi à peccato, ſerui autem iuſtitiæ. Ergo non niſi regũ iſte princeps eſt. Omnes enim, qui eius eſſe volunt, oportet tales eſſe. O verè pulchrum & glorioſum

Ioan. 3.

Ioan. 16.

Actor. 2.

1. Pet. 1.

Rom. 6.

rioſum principis huius principatum, qui omnes ſubditos ſibi, reges ſiue regnum, & regale facit ſacerdotium. Nam hoc eſt quod poſtmodum dicitur: Et fecit nos regnum & ſacerdotes. Multum iſte principatus à tyrãnide differt ſeculi huius. Reges, inquit, gẽtium dominantur eorum, & qui poteſtatẽ habent ſuper eos, benefici vocantur. Hæc & cætera miniſtris ſuis dicens iſte princeps regum, etiam lauit pedes eorum. Hoc iam facto quaſi ſeruili, confirmans quod dicebat: Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtret. Nam quo vlterius ad miniſtrandum regibus gentium ſeſe deponeret ſedulus miniſter? Sic tamen miniſtrans, adhuc erat dominus & magiſter. Magiſterio nanq; illi indigebant. At verò illic, quò poſt reſurrectionem ſuam aſcendit, ſicut ipſe ſeruitio, ſic illi non indigebant magiſterio. Ergo multò magis illic non erit ipſe rex militantium, aut dominus ſeruientium, ſed ſicut ſcriptum eſt, rex regum & dominus dominantium. Sequitur: *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.*) Quod maximum erat in opere, teſtis fidelis paululum diſtulerat, ita dicendo, qui eſt teſtis fidelis, ſtatimq́ue ſubiungẽdo, primogenitus mortuorum: quia nimirum anticipando reſurrectionis gloriam tranſilierat ſalutiferum paſsionis eius ſacramentum: ſed nunc pulchrius atq; ſplendidius, ſermone gratifico repetit dicẽdo, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Commoremur aliquantiſper in iſto gratiarum actionis ſauo dulciſsimo, ſugamuſq́ue eloquiũ dulce faucibus noſtris, ſuper mel & fauum ori noſtro. Qui dilexit nos, inquit, vtique ante tẽpora ſecularia, & iſte filius in patre, & pater in iſto filio dilexit nos. Hinc etenim ad Epheſios Paulus apoſtolus ait: Sicut elegit nos in ipſo ante mũdi conſtitutionẽ, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtũ in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudẽ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Huiꝰ dilectiõis actũ Eccleſia ſuſpirans, prima voce in Cantico canticorum dicit: Oſculetur me oſculo oris ſui. Factum eſt quod optauit. Venit diligens atque dilectus, & totus deſiderabilis, atq; omnibus omnium gratiarũ delibutus vnguentis, in ſecreto virginalis vteri cubiculo, diu deſideratum oſculum dilectæ porrexit, quippè vbi natura Dei naturæ hominis, verus Deus veræ carni & veræ rationali animæ ſeſe coniunxit. Inde tanquã ſponſus ſuo procedens de thalamo, totum diligentiſsimus ad conſcribendam in teſtamento ſponſæ ſuæ, & vniuerſo generi eius dotẽ cæleſtem animum intendit. Generi, inquam eius, id eſt, vniuerſis animabus quæ cum illa carne ſua per vnicam fidem vnũ ſunt genus, vna eccleſia, vnum corpus. Ventum eſt ad iudicium, de quo & dicebat: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Oſtendit in æquitate iudicij liberam ſe habere à culpa præuaricationis Adæ naturam hominis. Venit enim, inquit, princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Oſtendit, inquam, etiam in hoc obediens quod Hieroſolymam, vbi quærebatur, occidendus aduenit. Manda- Exod. 34.
uerat enim Deus in lege ſic: Tribus vicibus Deut. 16.
per ſingulos annos feſta mihi celebrabitis. Solennitatem azymorum cuſtodies, & ſolennitatem meſsis primitiuorum, ſolennitatem quoq; in exitu anni, quando congregaueris vniuerſas fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo tuo. Cùm itaque ſecundum legis mandatum veniſſet Hieroſolymam, irruit in eum temerarius iam dictus princeps mundi huius, & in eum qui mortis cauſam, id eſt, peccatum non habebat, pœnam mortis exegit, oblitus præfatuitate iuris illius tenorem, quo ſibi arrogabat propter peccatum vnius hominis, omnes homines poſsidere. Si enim propter vnius delictum peccatores conſtituti ſunt multi, cur non propter vnius iuſtitiam iuſti conſtituentur multi?

Infra 1.

Luc. 22.

Ioan. 13.

Luc. 22.

Infra 1.

Pſalm. 18. 118.

Ephe. 1.

Cant. 1.

Diligens itaq; nos, mortuus eſt propter nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Quomodo? Vnus ex militibus láceá latus eius aperuit, & cõtinuò exiuit ſanguis & aqua. Illo ſanguine nos redemit, illa aqua nos à peccatis noſtris lauit. Nos, inquit, Ioan. 19.
ſemetipſum eis qui peccauerũt cõnumerãs dilectus Apoſtolus Ieſu Chriſti. Ne putes eum facere diſtinctionẽ vllã Iudæi & Græci. Sed & alius quidam ex illis hominibus Iſraelitici generis ait: Eramus enim & nos Ephe. 2.
aliquando natura filij iræ, ſicut & cæteri. Itemque alius notæ ſanctitatis ex illo gene Eſa. 54.
re: Sicut pannus, inquit, menſtruatæ, omnes iuſtitiæ noſtræ. Lauit ergo nos, id eſt, omnem Eccleſiam, à peccatis noſtris. Eo vſque dilexit nos. Non quales eramus, dilexit Ephe. 5.
nos, ſed diligendo vt alij eſſemus, illo ſanguine, & illa aqua lauãdo, regenerauit nos. Ita concorporalem carnis ſuę, quam aſſumpſerat, diligendo effecit Eccleſiam, ita tradidit ſemetipſum pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro, atque in verbo vitæ, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiã, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Non ſolùm lauit eos, qui iam erant credentes, vel fuerant, ſed omnes qui futuri erant. Non quidem actu iam tunc, ſed poteſtate lauit eos, qui futuri erant. Neque enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

nim iam lauari poterant, qui nondum nati erant, vel qui nondum crediderant. Potestatem dedit eis lauari, potestatē dedit eis filios Dei fieri per lauacrū regenerationis. Dixit enim discipulis suis, postquam resurrexit à mortuis: Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Illa via, illa baptizandi regula, aqua illa quæ de templo illo à latere dextro, de templo corporis eius lanciato exierat, & primitiuam, quæ à seculo collecta fuerat, lauerat Ecclesiam, in mare gentium descenderunt, iuxta illud Ezechielis vaticinium: Aquæ istæ, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ, & omnis anima viuens quæ serpit, quocunque venerit torrens, viuet. Hic tātus fructus est dilectionis illius qua nos dilexit, & in vtero virginali naturā nostram verbum Deus sibi copulauit. Illa dilectionis copula tali exitu omnes filios Dei, qui dispersi erant, in vnum congregauit. *Et fecit nos* inquit, *regnū & sacerdotes, Deo & patri suo.*) O mira bonitatis dignatio, maior corde & ore nostro, non ad seruitutem nos emit tam caro pretio, tam pretioso sanguine suo, sed vt faceret nos regnum & sacerdotes, Deo & patri suo, regnum vtiq; patri suo, sacerdotes Deo suo. Rex & sacerdos solus erat, reges & sacerdotes facere de seruis peccati, de filijs mortis proposuerat, & idcircò sanguinem fundebat. Quantorū hic testis fidelis meritorum, quantarum caput est coronarum? Sumes, ait Dominus in propheta, argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni. Super hoc vir illustris Hieronymus, ait: Imponuntur autem coronę Iesu filio Iosedec sacerdoti magno, quia per singulas virtutes nostras Dominus coronatur, imò nobis per virtutem pœnitentiæ coronatis, saluator in singulis coronam accipit. Verè ergo Domine Dominus noster, admirabile est nomen tuum, quia gloria & honore admirabili coronasti hūc principem regum, tot coronis, quot vel quantis ex regibus constat hoc regnum, in quo omnes, qui sanguine eius sacrati sunt, splendidi reges sunt. Et sacerdotes, inquit, nos fecit, eius videlicet sacrificij quo spiritualē Pharaonem scilicet diabolum, vicit, regnumq; peccati destruxit. Nam sicut filij Aaron idcircò typici illius sacrificij sacerdotes fuerunt, quia pater eorum cum Moyse minister fuit, liberationis illius, quæ per illud commemorabatur paschale agni anniculi conuiuium, ita filij sacerdotis huius, quos spiritualiter genuit per lauacrum regenerationis, iure sacerdotes sunt sacrificij illius, quo commemoratur non temporalis, vt illa, sed æterna salus omnium. Rectè ergo nō est distinctio, qua ex gēte, vel tribu sit quis, dummodo scientia & moribus sit idoneus, quia videlicet omnes cælestis sacerdotis, qui neminem secundum carnem genuit, secundum spiritum filij sumus. Et si non omnes hic ordine illo sacerdotij fungimur, vt corpus & sanguinem eiusdem Domini nostri ore sacro conficiamus, attamen in eo sacerdotes nos omnes esse oportet, vt nosmetipsos Deo offeramus, quemadmodum dicit Apostolus: Obsecro vos, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placētem, rationabile obsequiū vestrum. Aliter enim non conceditur nobis introire in illa cælestia sancta sanctorū, in ipsum cęlum, vbi species istæ nostri sacrificij, species panis & vini non erunt.

Matth. vl. *Ezech. 74* *Zach. 6.* *Psal. 8.* *Rom. 12.*

Sacrificium autem quod semper offerat, nulli deerit in æternum, scilicet hostia gratiarum, & vox laudis, vox exultationis & confessionis. Eiusmodi est idipsum quod hic continuò subiungit: *Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, amen.*) Hoc nimirum ratio iustitię postulat, vt accepto beneficio, creatura laudem & gratiarum actionē creatori retribuat. Exempli gratia: Sic Moyses & filij Israel ab Aegyptia seruitute liberati per sanguinem agni, merso Pharaone & exercitu eius in mari rubro, canticum gloriæ Domino decantauerūt. Ingratitudinis quip pè initium est, beneficium non agnoscere, & à referendis gratijs os mutū & linguam continere. Hoc ergo laudis & gratiarum actionis breue canticum, eo dicente, ipsi gloria & imperium, in secula seculorum, dicamus omnes, amen: & omnis, vt ait Apostolus, lingua cōfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Exod. 15. *Phil. 2.*

Hactenus hic fidei nostræ præcentor de clarissimis præcentoribus vnus, quę ad confessionis perfectionem necessaria sunt, ipse confessus est, & confitendi nobis exemplū dedit. Et si verbis alijs, eodem tamen sensu, quo in symbolo communi omnes confitentur Apostoli, quod ipsi tradiderunt nobis. Vnum super est, quod & maximum est, quia inde videlicet, vbi nūc sedet, princeps regum terræ, vbi est illi gloria & imperium in secula seculorum. Inde, inquam, de illa gloria sua, de illa dextera patris, cum imperio & maiestate sua magna venturus est iudicare viuos & mortuos. Sequitur ergo: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt,*) Ecce, inquit, videlicet quia propè est. Inde & alius Apostolus, Dominus, inquit, prope est, nihil soliciti sitis. Familiare est more prophetarum & omniū sanctorum vigilum, qui aduentum illum vigilanter præuiderūt, dicere: Ecce veniet, ecce apparebit, velociter veniet, citò apparebit

Phil. 4. *Esa. 66.* *Ezech. 7.* *Iobel. 1.*

bit vobis. At verò seruus malus putat in tēpora longa fieri istud, dicēsq; in corde suo: Morā facit Dominus meus venire, incipit percutere conseruos suos, ac manducare, ac bibere cum ebrijs. Sed quid? Veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, ibi erit fletus & stridor dentium. Eis igitur, qui dormiunt, & præ ebrietate sensum non habent coangustatum, tempora longa videntur. Nam his, qui vigilat, quorum prudentes animas fides enutriuit, spes prouexit, charitas dilatauit, & magnas fecit, breue existimatur omne tempus præsentis seculi, pro consideratione æternitatis & seculi venturi. Itaq; ecce venit, citò venit, citò apparebit. Quomodo? Qualibus vehiculis? Quali sedens tribunali? Cum nubibus, inquit. Hoc ipsum & ipse prædixit: Ex tunc, inquiens, videbūt filium hominis venientem in nube, siue in nubibus cæli, vt in alio Euangelio scriptum est, cū potestate magna & maiestate. Sed & angeli, ascendente illo, dixerunt: Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Susceperat autem eum nubes ab oculis eorum. Igitur sic veniet, id est, quē nubes suscepit, veniet iterum cum nube, sicue cum nubibus cæli. De quibus & Apostolus: Simul, inquit, rapiemur in nubib. obuiam Domino in aera, & sic semper cū Domino erimus.

Luc. 12. *Luc. 21.* *Matth. 34* *Actor. 1.* *1. Thes. 4.*

Hic iam quæritur, quare sic veniet, quāobrem cum nubibus veniet? Nunquid vt nubibus occultetur siue abscondatur? Non vtiq;. Tunc enim manifestus veniet, quia dudum venit occultus, & sicut hic scriptum est, videbit eum omnis oculus. Quare ergo veniet cum nubibus? Aliam scripturā interrogemus: Propheta Esaias cùm præmisisset de impio sub interrogatione dicens: Et non videbit gloriam Domini, continuò per quādam concessionem coniunxit: Domine, exaltetur manus tua, & non videant. Et protinus adiecit: Videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Acsi inutiliter concessisset, exaltetur manus tua, & non videant, correxit, dicens: videāt & confundantur. Ergo quodammodo non videbunt, & quodam alio modo impij quoque venientem videbunt. Vt non impij videant gloriam Domini, veniet cum nubibus, vt confundantur videntes, impij, videbit eum omnis oculus. Nubes quippè cum quib. veniet, gloriā eius, ne impij videant, abscondent: sed potentiam maiestatis eius, quin omnis oculus videat, non abscondent. Quales enim illæ tunc erūt nubes? Non vtique quales nunc sæpè videmus, pluuijs rorantes, terramque refrigerantes, sed nubes tempestuosæ, ignem spirantes, fulmina iacientes. Nam ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Nubium eiusmodi, nubium ardentium vehementiam Paulus exprimere laborās, Thes. salonicensibus scribens ait: Si tamen iustum est apud Deum, retribuere tribulationem his, qui nos tribulant, & vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum, in reuelationem Domini Iesu de cælo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis, dantis vindictam his qui non nouerunt Deum, &c. Hoc omnis videbit oculus, videbunt impij, vt confundantur, sed gloriam Domini non videbūt, quā vt nō videant, exaltabitur manus eius. Claritatem corporis eius, siue corpus claritatis eius, cui nostræ, vt Apostolus ait, humilitatis corpus reformatum configurabit, ille nubes obductæ impijs abscondent, sed ipsum filium hominis non abscondent. Ipsum videbit omnis oculus & videntes impij confundentur, gloriam autem eius videbunt pij, qui vt semper cum Domino sint, vt Apostolus ait, obuiam Dominino in nubibus rapiētur. Igneas nubes, nubilos ignes, raptim sursum incolumes transibunt, & sic semper cum Domino erunt. Deorsum impij stupebunt & videbunt, vt videntes confundātur, hi maximè, qui eum pupugerūt, hi scilicet qui manus eius & pedes foderūt clauis, & latus eius lancea perforauerunt. Illi nimirum videntes confundētur, & confusionis eorum participes erunt, quicunq; non obediunt Euangelio eius. *Et plangent se super eum omnes tribus terræ.*) Hoc cum antiquioris prophetæ testimonio dixit hic Apostolus & Euangelista, qui de pectore Domini hausit sapientiā. Hebræus ex Hebræis, quem saluator amabat plurimum. Nam in Zacharia sic persona huius principis regum loquitur: Et aspiciet ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, sicut doleri solet in morte primogeniti. Huius testimonij prophetici solam partem hanc, & aspicient ad me quem confixerunt, hic idem Ioannes in Euangelio suo recitauit, præmisso, quia non fregerūt crura eius, sed vnus militum, lācea latus Domini aperuit, ita subiungendo: Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: Os nō comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt: Hic autem quē illic omisit, scilicet hanc sequentem partē, & plangent eum planctu quasi super vnigenitū, hoc modo addidit, & plangent se super eum omnes tribus terræ. Quod hic ait, omnes tribus terræ, nihilominus apud eundem prophetā habes, vbi protinus ita scriptum est: Et planget terra, familiæ & familiæ seorsum. Familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres siue vxores eorum seorsum.

Psal. 49. *2. Thes. 1.* *Philip. 3.* *1. Thes. 4.* *Ioan. vlt.* *Zach. 12.* *Ioan. 19.* *Exod. 12.* *Zach. 12.* *Ibidem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum. Familiæ domus Nathã seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorũ seorsum. Pro familijs LXX. interpretes tribus posuerunt, quos iste in cæteris secutus est, vtpotè Græco sermone conscribens, quo videlicet sermone, ab ijsdem LXX. interpretib. scripturæ tanslatæ fuerũt. Igitur & quod nunc ait, omnes tribus terræ, cum testimonio loquitur eiusdem prophetæ: Tunc etenim & tribus domus Dauid, & tribus domus Nathan, & tribus domus Leui, & tribus dom' Semei à suis vxoribus separabuntur, id est, cunctis voluptatibus suis fraudabuntur, vt plãgant vnigenitum & primogenitum Dominũ Iesum Christũ, de quo dixerant, sanguis ei' super nos, & super filios nostros. In Dauid, regia tribus accipitur, hoc est, Iuda: in Nathan, prophetalis ordo describitur: Leui refertur ad sacerdotes, ex quo ortum est sacerdotium: in Semei doctores accipiũtur, ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt. Reliquas tribus tacuit, quæ non habent aliquod priuilegium dignitatis. In eo autem quod ait, omnis tribus reliqua, tribus & tribus seorsum, & vxores eorum seorsum, vniuersas absque nomine cõprehendit.

Matth. 17.

Typicus.

Sanè planctus huiusmodi tunc* typus extitit, quando Iosias rex iustus à Pharaone cognomento Nechao vulneratus est, super quo lamentationes scripsit Hieremias, quæ leguntur in Ecclesia, & scripsisse eum

2. Par. 35

Paralipomenon liber testatur. Nam quod illic, scilicet in lamentationibus scriptũ est: Spiritus oris nostri Christus Dominus, captus est in peccatis nostris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus, longè personam Iosiæ superexcellit: nisi quod iam dictum est, ille vulneratus crucifigandi saluatoris typus fuit. Nam sicut eo tempore

Thre. 4.

post reges peccatores spes omnis populi erat in Iosia, & occiso illo magnus planctus in vrbe commotus est, ita propter crucifixum saluatorem, tũc renouabitur planctus vniuersis tribubus terræ, id est, amatoribus terræ, qui illum occiderunt, loquentes &

Psal. 34.

dolos cogitantes, vt ait Psalmista, in iracundia terræ, id est, irati propter terram, quam simulabant sibi propter eum tollendam esse. Si, inquiunt, dimittimus eum sic, omnes

Ioan. 11.

credent in eum, & venient Romani, & tollẽt nostrum locum & gentem. Et notãdum, imò mirabile, quod ita dixit, & plangent eũ quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri soleat in morte primogeniti. De hoc in quodam opere ita me dixisse memini: O Iudæi, Christus Dei filius vobis non complacuit, quia talis erat. quia taliter venit, quia sic & sic operatus est, quia sic & sic locutus est, nullo modo vobis complacuit, animo vestro non conuenit, alium vultis, alium expectatis. At ille, scilicet Deus pater, qui istum misit filium, alterum nõ habet. Iste filius primogenitus atq; vnigenitus est illi. Alterum, inquam, non habet. Primus illi & nouissimus est iste, alium nõ mittet. Quid ergo facietis desolati? Nimirum, vt ait nunc ille, aspicietis ad eum quem confixistis, vt ait, inquam nunc spiritus eius, graui veritate, vera grauitate, plãgetis super eum quasi super vnigenitum, & dolebitis super eũ sicut doleri solet in morte primogeniti, quia vobis mortuus est hic primogenitus, quia vobis vos occidistis vnigenitum, post hac saluatorem neq; hunc habituri, neq; alium, quia hic solus est, hic primogenitus, hic vnigenitus est. Hæc omnia vehementi affirmatione roborare intẽdens, quia sine dubio ventura sunt, dicit: *etiam, amen*) quod idẽ est, ac si diceret, quod in Euangelio suo scribere solet, Domino dicente, amen amen. Cùm enim apud cæteros Euangelistas semel tantum in singulis locis scriptum sit amen, exempli gratia, vt illic secũdum Lucam: Amen amen dico vobis, cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, apud istum Euangelistam semper duplicatur hoc ipsum amen, videlicet, quia Euãgelistę huic os diuinius est, & maiora loquitur apud eum Dominus Iesus, & idcircò, vt rerum pondera sentiãtur, dictionis quoq; modus vel pondus geminatur, pro vehementia confirmationis. Amen amẽ dico tibi: amen amẽ dico vobis. Quid aũt mai' aut terribilius potest dici, q̃ nunc in præsenti loco dixit. Rectè igitur in præsenti loco affirmationem duplicauit, dicendo, etiam amen, vt ad credendum euigilet omnis qui audit. Sequitur: *Ego sum α & ω, id est, principiũ & finis, dicit Dominus De', qui est, & qui erat, & qui vẽturus est omnipotẽs.*) Totũ q̃ hactẽ' dixit de psona filij, parũ erat, nec sufficiẽs ad saluté credẽti vel confitenti. Quid enim illic offenderet Cherintum, Hebionẽ siue Arrium, aut alium quemlibet diuinitatis Christi inimicum hæreticum: testem fidelem, primogenitum mortuorum, id est, primum resurrexisse à mortuis Dominum Iesum, & principem esse regum terræ, eumque nos dilexisse, & lauisse nos à peccatis nostris in sanguine suo, & venturum esse cum nubibus, scilicet ad iudicandum viuos & mortuos? Hæreticus quoque quilibet eiusmodi concederet, & confiteretur, sed eundem esse Deum, Deo patri coæqualem, sine initio cum patre, vel in patre manentẽ, non confiteretur. Rectè igitur illa dixisse non contentus, addit istud, quod summum

Luc. 21.

est, in quo fides Christiana consistat, velut supremo gradu, de Christi diuinitate sublimiter æquè vt de patre sentiens, sicut dignũ est, & dicens in persona eius, vt videlicet maiori tonitru, quæ contradicunt illi ranæ loquaces, conterãtur. Ego sum α & ω, id est, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens. Hæc enim dicens, siue dicentem illum inferens, patri coæquat, de quo idem supra dixerat, qui est, & qui erat, & qui vẽturus est. Quid dixerit, quid intelligi velit per α & ω, confestim exponit dicendo: principium & finis. Duæ nanque literæ Græcorum, quibus & cuius linguæ ecclesijs hunc librum scripsit, duæ, inquam, literæ illius linguæ summa & vltima istæ sunt, α & ω. Vt ergo dubium non sit, quale, vel cuius rei principiũ sit vel finis, per α commoniti, quę litera, vt iam dictum est, Græci alphabeti prima est, ad sacræ scripturæ exordium respiciamus, vbi scriptũ est: In principio creauit Deus cælum & terram: & per ω, quæ vltima est, item commoniti, ad finem eiusdẽ scripturæ in Euangelico volumine respicia-

Gen. 28.

Matth. 28

mus, vbi scriptum est: Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi, vt veraciter credamus, & confiteamur, hunc esse principium, in quo omnia facta sunt, & finem siue consummationem, qua omnia restaurata & perfecta sunt.

Præterea & illud sciendum, quia α vnum, ω autem apud Græcos octingentos significant. Omnes enim literæ apud Græcos verba componunt, & numeros faciunt, & sicut quæq; sunt ordine posteriores, ita suis characteribus numeros titulant ampliores. Prima, vt iam dictum est, litera α vnum, ω significat octingentos. Et in hoc nimirum pulchritudo mysterij magna & delectabilis est, quia videlicet qui in principio vnus erat filius vnicus siue vnigenitus, in fine seculorum filios Dei secum, non quidem genitos, sed adoptatos habebit, quasi octingẽtos, id est, innumerabiles, octo beatitudinibus, per diuersas mansiones dispertiendo remuneratos, remunerando dispertitos. Vbi præter hunc locum hoc dicit Dominus

Ioan. 8.

Deus: Non solum in Euangelio suo vbi dicit Iudæis: Ego principiũ qui & loquor vobis: verum & in Esaia ipsa loquitur persona

Esa. 43.

Saluatoris: ante me non est formatus Deus, & post me non erit: Ego sum Dominus, & non est absq; me saluator. Amplius autem, quando, vt præmissum est, veniet cum nubibus, quando videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerũt, qui mala dixerunt ei: quando morietur, & peribit nomẽ eius, qui pungentes, siue transfigentes, hoc efficere

Psal. 40.

voluerunt, vt omninò non esset, vt omninò auferretur de terra memoria illius: tunc opportunè dicet hic Dominus Deus: tunc, inquam, vociferabitur & clamabit: & super illos inimicos suos confortabitur, & istud dicet eis: Ego sum α & ω, id est principiũ & finis. Acsi dicat: Nõ sicut vos mihi improperastis, ego sum filius fabri, aut ex illo fabro Ioseph esse cœpi, non sicut vos voluistis vt perirem, ego perij, aut esse desij, sed sum & ante Ioseph, & ante omnes, & post me nullus erit. Nam & in propheta dicebã

Matth. 13.

Luc. 4.

Esa. 43.

vobis, quia ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Quod sequitur dicens: *Qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotẽs.*) Dictionem confirmat eandem dicentis: Ego sum α & ω, id est, ego sum principiũ & finis. Credentium quippè vox est Ioannis, & omnium nostrum credentium, atq; confitentium, quod veritatem de seipso testetur hic Dominus Deus, quod non sit recens Deus aut Dominus, sed sit ille, à quo, vel cum quo venientes & missi prophetæ dicebant olim: Hæc dicit Dominus Deus. Ille

Gen. 17.

idem omnipotens qui erat ante Abraham, quique loquebatur ad eũ, dicens: Ego sum Dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus, quodque ipse venturus, & in gloriosa essentia sua sit permansurus, cùm ad nihilũ redacti fuerint inimici eius,

Psal. 107.

qui pungentes eum, dicebant: quando morietur. siue: ecce morietur, & peribit nomen eius.

Psal. 40.

PRæmisso iam hoc tam splendido tantæ tamq; catholicę & Apostolicę confessionis apparatu, tandem narrationem suam ingreditur sanctæ fidei doctor, & confessor reuerendus, ac cælestis reuerentiæ orator magnus: in medio septem Ecclesiarum, siue in medio vnius vniuersalis ecclesiæ, ore aperto dignè audiendus. *Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione & regno & patientia Iesu: fui in insula quæ appellatur Pathmos, propter verbum Dei, & testimonium Iesu Christi, fui in spiritu in dominica die, & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis: Quod vides scribe in libro, & mitte septem ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardiũ, & Philadelphiæ, & Laodiciæ.*) Ecce iam tertio nominis sui titulum operi huic diligens ac solicitus autor præfixit. Primò, cùm dixit: significauit mittens per angelum suũ seruo suo Ioanni. Secundo, cùm dixit: Ioannes septẽ ecclesijs quæ sunt in Asia. Et núc tertio, Ego, inquiens, Ioannes frater vester. Quam ob causam iste dicturus siue narraturus hoc modo sui nominis positionem triplicat. Nunquid casu, aut nomen suum dilatare studens, inculcat & replicat? Non vtiq; sed vtilitati nostræ intendens, reuelationes difficillimas, quas conscribere ingreditur, præmunit ac defendit, ne contemnantur: ne quod futurum erat, ob sui difficultatem, li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ber viruperetur, & sensibus dignis carere iudicetur: aut eius, cuius est, scilicet Ioannis Apostoli & Euāgelistæ dilecti Iesu Christi, esse denegetur. Hoc etenim longè accidit post illud tēpus. Nonnulli etiā Iudaico intellectu de futuris promissionibus sentiētes, easque corporaliter exhibendas docentes, & mille annis in delicijs corporalibus in hac terra sanctos cum Christo esse regnaturos: huius sui dogmatis probamēta, sumptis ex hac reuelatione testimonijs, conabātur asserere. E contra & alij librū hunc (vt ecclesiastica testatur historia) penitus refutandū à Canone scripturarū, atque abijcien dum putārunt, singula quæq; eius capitula arguentes. & dixerunt, prætitulationem libri non esse verā, sed alienæ scripturę Ioannis tantum nomen impositum: vnde neq; Ioannis hūc esse librum, nec reuelationem videri posse, quæ crasso quodam velamine ignorantiæ contegatur. Inter hos Dionysius episcopus ecclesiæ Corinthiorum, vir magnæ in verbo Dei eruditionis & gratiæ: Ego, inquit, scripturam libri huius spernere atque abijcere nullatenus audeo. Hoc magis de eo iudico, quòd excedant atque emineant quæ in eo scripta sunt, humanæ auditionis modum, & sit in eo arcanus quidam & reconditus, atque admirandus omnibus sensus, quem & ego admiror ac veneror, etiamsi nō intelligo, & ita sentio, quod diuina aliqua sacramenta sermonibus contegantur humanis, non tā iudicio meo discernens, q̄ fide credens. Et ideo non reprobo quæ non intelligo, sed tantò magis admiror, quantò minus assequor. Post hæc verò totius libelli disserens corpus, & singula quæque discutiens atque euidenter ostendens, nullo modo fieri posse, vt secundum literā dignus in eo intellect⁹ appareat, Addit etiam hæc dicens: Consummata igitur omni prophetia, beatos dicit eos, qui hæc custodiunt. Sed & semetipsum beatum dicit. Ait enim: Beatus qui seruat verbū prophetiæ libri hui⁹. His & huiuscemodi obiectis & responsis, liber iste reuelationum cęlestium, disiectus atque contrectatus fuit: & nisi spiritus sanctus, qui hæc omnia reuelauit, rationabilis reuerentiæ viros præparasset ad defendendum, tantas tamq; pretiosas margaritas porci conculcassent, hæretici contaminassent. Quid futurum erat, si nō stetisset in ingressu orationis tanta tantiq; nominis autoritas? Rectè igitur, quia secundum legem, in ore duorum aut trium testiū
Deut. 17. stat omne verbum, tertiò repetitum sui nominis titulum posuit Ioannes, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium
Ioan. 8. Iesu Christi quæcunque vidit.

Et nota, quanta hæc ipsa nominis autoritas sanctæ humilitatis gratia resplēdeat: frater, inquit, vester, & particeps in tribulatione, & regno & patientia Iesu. Poterat enim dicere: Ego Ioannes doctor & Apostolus, vester prædicator, & Euangelista vester, discipulus ille, quem diligebat Iesus, cuius participes, cuius vos meruistis esse fratres. Et rectè quidem dixisset: sed hic locutionis modus non adeò paruuli esset, paruuli talis, qualem vnumquemque Apostolorum fieri vel esse voluit bonus magister, cùm
diceret: Amen dico vobis, nisi conuersi fue *Mat. 18.*
ritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Quæna est moderatio siue modestia paruuli? Quan
to tempore, inquit Apostolus, heres paruu *Gal. 4.*
lus est, nihil differt à seruo, cū sit Dominus omnium. Et nos quidem omnes nostro iudicio serui sumus: hic autem Ioannes dilectus Domini Iesu de filijs est, quibus bona sermonis Dei hæreditas testamento legata
est. At ipse ab illo bono magistro didicerat *Mat. 13.*
se hic humiliare per virtutem, quomodo inter seruulos, siue inter seruulorum filios humiliat se paruulus, qui paruulus est per ætatem, sedens in puluere cum illis, non amans primos recubitus in cœnis, non salutationes in foro, nō primas cathedras in synagogis. Rectè igitur, & vt talis magistri discipulum decet, nostro videlicet humiliū seruulorum consortio contentus est, dicēs: Ego Ioannes frater vester, ego Ioannes particeps vester. Quod si causa poposcisset, ni
mirum non dubitamus eum dicere potuis- *2. Cor. 4.*
se, quod maius, imò quod humilius est: ego Ioannes, seruus vester. Nam & hoc dicere non dubitauit alius, videlicet vas electionis Paulus, eiusdē Iesu Christi Apostolus:
Non, inquit, prędicamus nosmetipsos, sed Dominum Iesum Christum, nos autem seruos vestros per Iesum.

Vester, inquit, particeps in tribulatione. Magna cordis mansueti & humilis congratulatio. Exortem tribulationis, siue tribulationum iustorum, quoniam multę sunt, ali quis illum existimaret, pro eo quod de illo in Euangelio sic scriptum est: Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, & dicit de eo: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Ac si diceret: Non eum per passionem martyrij volo cōsummari, sed absque violentia persecutionis diem expectare nouissimi, quando ipse veniens, eum in æternæ beatitudinis māsione recipiam. Et quid hoc ad te? Tu tantum crucis patibulū subeundo, mea vestigia te sequi debere memento. Pro hoc, vt iam dictum est, exortē illum putaret aliquis sanctorum martyrū tri-

tribulatione. At ille calicem Domini bibit, calicem tribulationis, iuxta veritatem eius-
Mat. 20. dem Domini dicentis duob. filijs Zebedei, quorum hic vnus fuit: Potestis bibere cali-
Luc. 2. cem quem ego bibiturus sum? Quibus respondentibus, Possumus: calicem, inquit,
Ioan. 19. meum bibitis, &c. Vbinam bibit iste illum calicem Domini? Nimirum ille, vbi iuxta propheticum dictum Simeonis iusti, beatæ genitricis eius animam gladius pertransiuit. Nam cùm omnes discipuli, relicto eo, fugissēt, iste dilectus discipulus, cum Maria matre eius, iuxta crucē stetit & clauos manuum ac pedum eius, lanceam quoque perforantem latus eius ipse inspexit. Illic enim gladius idem, qui Mariæ matris animā pertransiuit, nunquid dilecti ac diligentis discipuli animam non tetigit? Tetigit planè, & illic calicem Domini bibēs, sicut Marię, sic & omnium martyrum Christi particeps factus est in tribulatione. Particeps autem quicunque est in tribulatione, ipse quoque in regno particeps iure est. Illud quod sequitur, & hoc apud cælestem regem ius legale est, ait enim: Vos estis qui permansistis
Luc. 22. mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Quod si omnibus communiter dixit, quamuis tunc in illo articulo fugituri essent, & Petrus quoque negaturus esset, quanto magis huic dictum conuenit, qui & tunc iuxta crucem stetit, & deinceps semper præsto fuit. Cùm autem dixisset in tribulatione & regno, addidit & patientia Iesu. Nam & postquam particeps fuit in illa tribulatione morientis, & regno resurgentis, Iesu patientiam habuit, imitando passum opprobria, irrisiones, colaphos,
Actor. 5. & verbera: vt verbi gratia, quādo & ipse cū alijs flagellatus est, sicut in Actis Apostolorum legitur, & à Domitiano in feruentis olei dolium missus, ad vltimum, ab hominibus separatus est. In eo quoque particeps
Luc. 13. sanctorum fuit in patientia Iesu, quia sicut Christus Iesus patiēter sustinuit, & orabat, dicens: pater ignosce illis: ita & iste diligebat illos, qui illi mala inferebant, & pro eis orabat. Ego ille talis fui in insula, inquit, propter verbum Dei, & testimonium Iesu Christi. Historia nota est, scilicet, hunc B. Ioannem in Pathmos insula relegatum, propter verbum Dei, cui testimoniū perhibebat, vel quod prædicabat ante omnia secula de corde patris natum, & propter testimonium Iesu Christi, quo testificabatur eum esse verbum incarnatum. Interpretatur autem Pathmos fretum: feruet enim illic mare amplius, eò quòd sit angustū. Illic exulanti, cui negabatur terra, cælum apertum est. Exemplum ergo est omnibus sanctis, quòd quantò magis in freto præsentis seculi affliguntur, tantò amplius illis secreta cælestia manifestantur.

Designata iam persona sua, loco quoq; exilij simul & causa, tempus quoque curauit indicare: fui, inquiens, in spiritu dominica die. Solet enim qualitas rerum ostendi, pro qualitate temporum. Hinc est, quod Abraham in feruore fidei suæ, angelos meridie vidit. Et Loth in perditione Sodomo *Gen. 18. 19*
rum vesperi: Adam post meridiē: Solomon *Gen. 3.*
quoque sapientiam non seruaturus, in no- *2. Reg. 3.*
cte percepit. Ita ergo in hoc loco per diem dominicam apertè fides intelligitur, quæ tā manifesta erat in toto mundo, quando ista videbat. Quomodo autem, vel quo in spiritu arbitramur eū fuisse? Si enim in suo tantùm fuit spiritu, indignitas visionis consequitur, multumq; videnti derogatur: vt neque ipse propheta, neq; verba eius prophetia, neq; visiones eius reuelationes rectè dicantur: quippè quas non intelligebat, si eas tantū in suo spiritu videbat. Exempli gratia Pharao qui vidēs septem spicas, & septē *Gen. 41.*
boues, non vtique corpore, sed spiritu, dormiebat enim clausis corporis luminibus, quia videns, inquam, non intelligebat, propheta non erat. Ioseph autem quia non in suo, sed in Dei spiritu vidit, id est, intellexit, propheta fuit. Pharaonis namq; tantùm spiritus informatus est, vt videret: Ioseph autem mēs, Dei spiritu illuminata est, vt intelligeret. Hos visionum modos Apostolus *1. Cor. 14.*
breuiter distinguit, cū præmisso, si orē lingua, & spiritus meus non orat, mens mea sine fructu est, continuò subiungit: Quid ergo? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Quod ait ille de oratione, siue psallendo, hoc idem de visione sentiendum est. Conspectis quippè per visum imaginibus: non, nisi intellectus accesserit, qui mentis est proprius, reuelatio fit, vel agnitio, vel prophetia, vel doctrina. Sed nunquid apud hunc Ioannem in visione talis erat cæcitas, vt signa quædam rerum formarentur in spiritu, & in mente eius earundem rerum non refulgeret intellectus? Absit hoc ab illo discipulo quem diligebat Iesus. Alioqui, quomodo hic liber Apocalypsis, id est, reuelatio diceretur? Vn de prophetia vocari mereretur, ipso dicente: Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ libri huius? Igitur cùm dicit, fui in spiritu sancto subintelligamus spiritu, quemadmodum & illic: Ductus est Iesus in desertū à spiritu: sanctum vtique spiritū rectè subintelligimus.

Nec dubitamus dicere, id quod ait, fui in spiritu, idem esse ac si dixisset, fui vsque ad tertium cælum raptus. Non enim, quia sol⁹ *Matth. 4.*
Apostolus Paul⁹ hoc de semetipso scripsit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

idcircò putandum est, quòd nullus sanctorum præter eum illuc raptus fuerit.
Galat. 1. Quemadmodum & illud quod alibi dicit: Euangelium quod euãgelizatum est à me, non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud aut didici, sed per reuelationem Iesu Christi, non ita sentiendum est, quòd præter eum nullus sanctorum per reuelationem Dei veritatem Christi didicerit, vel quod omnes præter eum ab homine acceperint. Nullatenus existimandum est, quòd hæc vel illa dicendo, huic beato Ioanni, vel cæteris sese præferat Apostolis, immò & prophetis: qui vtique omnes, non ab homine vel per hominem, sed p reuelationẽ Dei, siue Iesu Christi didicerunt, quod erat omnibus illis rapi vsque ad tertium cælum, id est, cælestia
Tres modi visionum. per intellectualem videre oculum. Tres nanque cæli, tres modi visionum sunt. Est enim visio corporalis, qua corpora siue corporalia, cum vi mentis luminibus corporis conspicimus. Est spiritualis visio, qua imagines aliquas dormiendo, aut etiam cogi-
Gen. 41. tando videmus quidem, sed nondum intelligimus, quomodo vidit Pharao septem spicas, septemque boues, vt supra iam diximus. Est & intellectualis, qua mens à spiritu sancto illuminatur, vt intelligat, quomodo intellexit Ioseph, quid per easdem imagines significaretur. An non & ista,
2. Cor. 12. quę hoc libro continentur, verba sunt eiusmodi, verba arcana, quæ non liceat homini loqui, id est, humano sensui committi? Si enim homo ista loquatur, id est, si humano velit quisquam exponere vel suscipere sensu, pernicioſa inde hæresis generatur, vt fe-
Vide hist. eccl. lib. 7. cap. 21. cit quidam Nepos nomine, in partibus Aegypti episcopus, qui ex hac reuelatiõe sumptis testimonijs Iudaico intellectu, conabatur asserere repromissiones Dei corporaliter exhibendas, & mille annis in delicijs corporalibus, sanctos cum Christo regnaturos esse in hac terra.

Sed dicet aliquis: Si omnium Apostolorum ista erat gratia, quòd per reuelationẽ didicerũt cælestia sacramenta Christi, quippè qui fuerunt homines idiotæ, & sine literis, quid opus erat vt tã vehementer Apostolus de semetipso assereret, quod vsque ad tertium cælum raptus fuisset, quod non ab homine, sed per reuelationẽ Iesu Christi didicisset? Ad hæc, Inquam. Nimirum
1. Cor. 12. Galat. 3. opus erat pro eo, quòd periclitabatur apud Corinthios & apud Galatas, fides Euangelica, qui pro Pauli Apostoli persona, pseudoapostolis prædicantibus, vt in circuncisionem ritumque Iudaicum fideles inducerentur, & pro hoc Paulo Apostolo derogantibus quasi in tanto negocio non esset audiendus, quippè qui nesciret veritatẽ euangelij, quique non esset de magnis Apostolis. Idcircò talia quæ prędicta sunt, de semetipso asseruit, cæteris se non præferens, sed coæquans Apostolis, videlicet vt permaneret veritas Euangelij. Sed iam reuelationis eiusdem semitas ingrediamur. Ait,
Et audiui post me vocem magnã tanquã tubæ dicentu: Quod vides scribe.) Quid erat post Ioannẽ, cũ esset in spiritu? Nimirum totus mundus, quicquid corporeis oculis cernitur, imò & totus præsentis ecclesiæ status. Retro hæc erant, quia videlicet ipse in anteriora extẽdebatur, cũ ad illa videnda sursum raperetur: futurum autem erat quod nunc dicimus. Dũ ipse post occisionẽ Domitiani, per
Nerua. mittente pio principe Nerua, rediret Ephesum, compulsus est ab omnibus penè tunc Asiæ episcopis, & multarum ecclesiarum legationibus, de coæterna patri diuinitate Christi, altius facere sermonem, eò quòd in trium Euangelistarum scriptis, Matthæi videlicet, Marci, & Lucæ, de humanitate eius, ac de his quæ per hominem gesit, sufficiens tibi videretur habere testimonium. Cur hoc? Videlicet dum esset in exilio, irrumpentes in ecclesiã hæretici, quasi in destituta pastore ouilia, lupi, Marchion, Cherintus, & Hebion, cæteriq; Antechristi, qui Christum fuisse ante Mariam negabant, simplicitatem fidei euangelicæ, peruersa maculauerant doctrina. Igitur post se vocem magnam tanquam tubæ audiuit, quia futurum erat, vt magnoperè compelleretur à iã dictis Asiæ pene omnibus episcopis: quatenus velut in bellum cõsurgens, perfidis obuiaret hæreticis, & gladio correpto verbi Dei, defenderet terminos ecclesiæ fidei. Vehementẽ illam, qua cõpellendus erat, omnium intentionẽ, per magnã vocem intelligimus. Simul quia veritas fidei nõ angulos amat, nõ in occulto, sed palã omni mundo loqui desiderat, rectè nõ per qualemcunq; vocẽ sed per vocẽ tubæ magnã, id q̃ iam dictũ est, significari decebat. Quod vides, inquit, scribe. Hoc est dicere, omnes episcopos Asię. O Ioan. dilecte Iesu Christi, q̃ supra pectus eius recũbens, euangelicę veritatis fluenta de ipso sacro dominici pectoris
Ioan. 13. fonte potasti, quoniã Marciõ, Cherintus, & Hebion, cęteriq; Antechristi, te absente, te exulãte, irruperunt in ecclesiã, & simplicitatem fidei euãgelicę puĕrsa maculauerũt doctrina, Christũ fuisse negãtes ante Mariam: cæteri aũt Euangelistę, videlicet Mattheus, Marc. & Luc. de humanitate eius, sufficiẽs scriptis firmauerũt testimonium, tu de antiquitate diuinitatis eius, q̃ vides, quod nosti, q̃ tenes, euangelico stilo scribe, & scripto tuo cunctas hæreticorũ tenebras, patefacta veritatis luce dispelle. Et mitte septẽ ecclesijs, q̃ sunt in Asia, Epheso, & Smirnæ, &

& Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. Mitte septem ecclesijs, id est, trade vniuersæ ecclesiæ, quæ p totum mundũ diffusa est, ordinata & confirmata sancto spiritu septiformi. Nã Asiæ quidem minoris septem sunt ciuitates metropolitanæ, quarũ caput Ephesus est. Veruntamen quod loquitur septem ecclesijs Asiæ, vtiq; omni ecclesiæ dicit, quæ cũ vna sit, septenario numero compræhenditur, quo sępè solet vniuersitas designari. Specialiter quidem septem illis Asiæ ecclesijs suã prophetiam dirigit, quibus eum prædicatorem diuina gratia præposuit, sed nihilominus vniuersali ecclesiæ tradere ista cupit, quæ sibi reuelata nouit esse, pro communi omnium profectu, cũ sine exceptiõe dicat: Beatus qui legit & audit verba prophetiæ
Et conuersus sum, scilicet ad preces & ieiunia. huius. Sequitur. *Et cõuersus sum vt viderem vocem quæ loquebatur mecum*) Rogantibus Ioannem, vt supra dictũ, episcopis Asiæ, de coæterna patri diuinitate Christi, altius sermonem facere, ipse quid fecit? Nimirum ad orationem ieiuniumque conuersus est, non aliter se facturum respondens, nisi in dicto ieiunio omnes in commune Dominũ precarentur, vt ipse digna scribere posset. Hoc fecit, imò cùm hæc videret ipse facturus erat. Rectè igitur, & conuersus sum, inquit, vt viderem vocem quæ loquebatur mecũ. Qui enim quodammodo in cælum ascendere, & latentem illic diuinitatem hominibus demõstrare rogatus, ad orationem & ieiunia confugit, solicitus, suamq; fragilitatem suspectus, rectè conuerti vel conuersus esse dicitur, vt videat vocem quæ secum loquitur, id est, vt dono gratiæ supernæ obtineat quod effari postulatur, & quod ostendere siue conscribere ipse prior videre vel scire mereatur. *Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorũ, similem filio hominis, vestitum podêre, & præcinctum ad mamillas zona aurea.*) Et hoc ita deinceps factum est. Conuersus enim, vt iam dictũ est, ad orationes & ieiunia, simulq; indictum Ieiunium celebrante Ecclesia, vidit reuelante sancto spiritu, qualia de Christi diuinitate scribere dignũ erat, quæ & præsens pulcherrimè designat litera, sensu aureo, superficie tota argentea. Et vidi, inquit, septem candelabra aurea. Septem cãdelabra, septem ecclesiæ sunt. Ergo sicut septem ecclesiæ sunt, & tamẽ vna est ecclesia, sic septẽ candelabra vnum candelabrum sunt. De
Matth. 6. quo videlicet candelabro, ipse Dominus loquitur in Euangelio: Nemo accendit lucernam, & in abscõdito ponit, neq; sub modio,
Luc. 11. sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Hoc nimirum contra inuidiam loquebatur Iudaicam, quibus ante hæc dicta significauerat per similitudinẽ Niniuitarum, suam gentibus gloriam fore declarandam, ipsisq; videlicet Iudæis, oculum nequã habentibus, id est, inuidentibus, & inuidendo pereuntibus, gentes acturos *Mat. 12.* esse pœnitentiam. Dixerat enim: Viri Nini uitæ surgent in iudicio cum generatione i- *Luc. 11.* sta, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad prędicationem Ionæ: Et ecce plus quàm Ionas hic. Et est subintelligẽdum, sicut viri Niniuitæ pœnitentiam egerunt ad prędicationem siue signum Ionæ, qui fuit in ventre ceti tribus diebus & trib. noctibus, sic gentes pœnitentiam agent ad prędicationem meam, siue signum meum, postquam fuero in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, & perinde surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabũt eam. Quæritis cur ita fiat? Videlicet quia ego lucerna sum: Et sicut lucerna idcircò accenditur, non vt in absondito, sed super candelabrum ponatur, sic ego idcircò veni in hunc mundum, vt lumine meo gentes illuminentur. Igitur quod est secundum *Ioan. 13.* Euangelicæ veritatis rationem, lucernã poni debere, vel positam esse super candelabrum vnum, hoc est, secundum hanc reuelationem, filium hominis conspici in medio septem candelabrorum aureorum, scilicet Christum, de quo dixit Simeon: Lumen ad *Luca. 2.* reuelationem gentium: iam tunc, cùm hoc mysterium videret Ioannes, prolatum fuisse ad gloriam omnium ecclesiarum. Septem nanq; candelabra, vt iam dictum est, septẽ, id est, omnes ecclesiæ sunt. Quæ videlicet candelabra rectè aurea videntur, quia sacra fides, ob quam vel ex qua hoc habemus gẽtes, vt candelabra, id est, ecclesiæ simus, auro, quod per ignẽ transit, assimilatur, quẽadmodum & Petrus Apostolus loquitur: *1. Pet. 2.* Vt probatio vestræ fidei multò preciosior sit auro, quod per ignem probatur.

Qualem illum vidit in medio candelabrorum talium, candelabrorũ aureorum? Vt audirẽt Marcion, Cherintus, & Hebion, cæteriq; Antichristi, qui antiquæ Christi gloriæ derogabant, imò sciret ipse certius Ioannes, quale de diuinitate Christi testimonium postmodum rogandus perhiberet, similem vidit filio hominis, vestitum podêre, & præcinctum ad mamillas zona aurea. In similitudine filij hominis, veritatem accipimus hominis, quemadmodum *Philip. 2.* & illic: In similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo. In vesti. tu podêris, quæ vestis est sacerdotalis, dignitatem vel officium sacerdotij, quia sacerdos vel pontifex noster ipse est, de quo Apostolus: Habentes ergo, inquit, pontifi- *Hebr. 4.* cem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum filium Dei, teneamus confessionem. Et Petrus Apostolus: Eratis enim, inquit, sicut *1. Pet. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

oues errantes, sed conuersi estis nũc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarũ. In eo quòd præcinctus erat ad mamillas zona aurea, intelligimus autoritatem regiam,
Psalm. 92 de qua Psalmista: Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. Decorẽ & fortitudinem quam indutus est, vel qua præcinxit se Dominus regnans, regno peccati destructo, & superata morte, per zonã auream intelligimus, qua nunc videbatur ad mamillas præcinctus. Cur enim ad mamillas, quarum in medio locus est cordis, nisi vt talis præcinctura significet, mamilla
Rom. 6. rum scilicet & cordis, statũ naturæ vitalis, vel vitam continẽtis, quia Christus iam rex est immortalis. Resurgens quippè à mortuis iã nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. Ecce iam hæc tria demõstrata sunt, scilicet, eum esse filium hominis, id est, hominem, esse sacerdotem, esse & regem: verum hæc cæteri Euãgelistę, Matthęus, Marcus, & Lucas, iam sufficientibus scriptis testificati fuerant, & horum testimonia supra dicti hæretici audire non repugnabãt. Quãlibet enim Antechristi essent, Christum hominem, sacerdotem quoq; esse fatebantur & regem. Vnum est vnde controuersia suborta fuerat, scilicet eiusdem hominis, sacerdotis & regis Iesu Christi altissima & antiquissima diuinitas. Sequitur ergo. *Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix.*) Quidnã est filij hominis caput, nisi diuinitas eius? Hoc sciens & sponsa in Canticis canticorum, Caput, inquit, ei⁹
Cant. 5. aurum optimum. Caput illud & capilli capitis illius candidi, tãquam lana alba, & tanquam nix. Dictum hoc de filio hominis, filio Dei. Porrò de antiquo dierũ patre eius,
Dan. 7. Daniel dicit: Vestimentum eius quasi nix candidum,, & capilli capitis eius quasi lana munda. Ergo & ille antiquus dierum, & hic filius eius filius hominis, qui apud eundem Danielem, cum nubibus cæli veniebat, & vsque ad illum antiquum dierum peruenit: secundum caput, id est, secundum diuinitatem vnius eiusdemq; antiquitatis sunt. Nam huius atque illius capilli capitis æquè candidi sunt. Vterque per candorem capitis senex ostenditur, nulla distantia, quia vidélicet nec anno, nec mense, nec die, nec hora, nec puncto, nec momento, sed neque atomo filius iste iunior est, illo tam sene patre suo. Talem vidit in spiritu, qui in corpore quoque siue corporaliter pulsatus, causa iam dicta talem erat scripturus. Quomodo vel quali scripto? In principio erat
Ioan. 1. verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Igitur filius hominis, vestitus podẽre, præcinctus ad mamillas zona aurea, caput habens candidum, Christus Dei filius est, homo verus, pontifex summus, rex magnus, Deus antiquus & verus. Conflabant suas interim blasphemias sæpè dicti Antechristi, vt negarent illum extitisse ante Mariam. At ille sibi prouidẽs, imò ecclesiæ suę, in fide periclitanti cõsulens, iã Ioanni huic suum demonstrabat caput præ antiquitate candidum, q̃ non solùm ante Mariam, siue ante Abrahã, sed & ante Luciferũ erat sine tempore genitũ, ante tẽpora de patre natũ. *Qualis est Christus.*

Quid porrò sunt capilli præ antiquitate sic candidi, tanquam lana alba & tanquam nix? Capilli, quia de capite procedunt, & multi sunt, multa sunt verba Dei, quæ de vno vel per vnum verbum, quod erat in principio, processerunt. Nam verbum, Deus, in sua substantia, verbum vnum & vnum caput est, verba autem multa, quæ ad sanctos homines siue prophetas Deus locutus est, quasi multi capilli vni⁹ capitis sunt. Quare autem lanæ isti capilli assimilantur? Videlicet, quomodo ex lana in fusum trãsmissa, texendo fit vestis aliqua, sic capillis istis, id est, multiplicibus Dei verbis, in linguã vocemq; prophetarum trãsfusis, scribendo cõtexta est sancta scriptura. Et quare non tanquam qualiscunq; lana, sed tanquam (inquit) alba, siue (vt in Daniele scriptum est) lana munda? Videlicet, quia verba illa sancta sunt & munda, recta sunt & ir
Psalm. 11. repræhensibilia. Vnde & illud: Eloquia Do
Psalm. 8. mini, eloquia casta. Item: Lex Domini immaculata, siue irrepræhensibilis, cõuertens animas. Conuertens, inquam, animas, & lauans illas ab omnibus peccatis. Idcircò addidit, & tãquam nix. Nix nanque aliquando emundationem significat. Vnde prophe
Psalm. 50. ta in Psalmo: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Item in propheta: Et si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix deal-
Esaia. 1. babuntur.

Illud tandem sciendum, quia quisquis coram isto cano capite assurgit, & candidis eius capillis reuerentiam facit, id est, verba eius dignè susçipit, propter hoc ipsum, q̃ verba eius susçipit & meditatur, ipse quoq; canescit, & senex meretur appellari, monstrante sapientia cùm dicit: Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum
Sap. 4. numero computata. Cani aũt sunt sensus hominis, & ætas senectutis, vita immaculata. Sequitur. *Et oculi eius velut flãma ignis, & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardẽti.*) Nimirum quod scripturus erat dicens: In
Ioan. 1. principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ, hoc erat in principio apud Deũ: & subiũgens, q̃ factum est in ipso, vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eũ non cõpræhẽderunt: erat lux vera, quæ illuminat omnem

omnem hominem venientem in hunc mũdum. Quod, inquã, scripturus erat taliter, hoc illi in ista imagine præfulgida demonstratum est. Nam sicut illud principium, siue quod erat in principio verbũ, per istud significatur caput candidum: sic per istos oculos significatur illa vita lux hominum, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. Ergo oculi eius velut flãma ignis, id est, aspiratio eius, illuminãs omnem hominẽ, & lucens in tenebris. Pro-
Deut. 4. inde rectè dictum est, vt flamma ignis, quia videlicet Deus noster ignis est, & respectus eius nobis flamma est, flamma illuminans,
1. Thes. 5. vt non simus in tenebris, vt non simus nocti⁹ & tenebrarum, sed simus filij lucis, &
Matth. 5. filij Dei. Propter huiusmodi oculos, & in euangelio lucernam (vt supra meminimus) insinuat esse ponendam super candelabrũ, & hic in medio conspicitur candelabrorum aureorũ. Profectò quia luce ista siue oculis istis si qui fuerint illuminati, vt alijs quoq; verbo & exemplo ipsi lucere possint, quo-
Luc. 11. dammodo dicuntur lux & oculi, iuxta il-
Matth. 5. lud: Vos estis lux mundi. Et sponsæ dicitur
Cant. 1. in Canticis canticorum: Oculi tui colũbarum, id est, prouisores tui simplices sunt. Differt tamen, quia videlicet oculi illi, non vt isti, illuminantes sunt, sed illuminati, nõ lux illuminans, sed illuminata lux. Proinde de vno ex clarissimis illorum dictum est
Ioan. 1. loco memorato: Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Itẽ quod scripturus erat, dicens: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Hoc ipsum ista significari videt imagine, cũ dicit: Et pedes ei⁹ similes aurichalco, sicut in camino ardenti. Sicut enim per caput candidũ vel canum, rectè intelligimus antiquum, quod in principio erat verbum, sic per pedes quæ pars finis est corporis, rectè intelligimus nihilominus illud, quod idem verbum caro factum, quod Deus homo factus, in fine seculorum, & homo permanet vltra omnes fines seculorum. Isti pedes, ista eius humanitas similis aurichalco rectè dicitur, quia videlicet, sicut aurichalcum multis ignium impendijs ex ære perducitur ad colorem auri, ita & illa humanitas, per multas tribulationes passionis & mortis, perducta est ad gloriam diuinitatis, quę per aurum solet intelligi, vt sit iã & ipsa immortalis, incorruptibilis, impassibilis. Vnde & signãter dictũ est, sicut in camino ardenti, per quod rectè intelligitur molestia passionis, qua oportuerat eandem humanitatem conflagrari, quemadmodum dicit:
Luca vlt. Nónne sic oportuit pati Christum, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam? *Et vox eius tanquã vox aquarum multarũ*) Aquarum nomine, diuinæ scripturæ solent intelligi: quod nimirum scripturis approbare ex abundanti est. Constat autem, quia ille filius hominis caput tam candidum, pedes habens huiusmodi similes aurichalco, quicquid in passionibus siue tentationib. suis loquebatur, vel nunc vsque loquitur, sanctarum consonat scripturarum, & consentit vocibus ac sensibus, immò & vita & mors eius, resurrectio quoq; & ascensio eius, sic & sic idcircò processit, vt scripturæ implerentur. Igitur vox eius tanquam vox aquarum multarum, id est, doctrina vel omne opus eius, veritas & adimpletio est *Luc. 24.* scripturarum, quæ multæ sunt, scilicet, le- *Item vox* gis, prophetarum, atque Psalmorum. Quo *aquarum* niam necesse est, inquit, impleri omnia, quę *multarum* scripta sunt in lege & prophetis & Psalmis *id est, pro-* de me. Aliter, Vox eius tanquam vox aqua *phetarum* rum multarum, id est, tanquam vox popu- *multorum* lorum multorum, iuxta illud quod in persona eius dicit Psalmista: Confitebor tibi in *Psal. 107.* populis, & psalmũ dicam tibi in gentibus. Denique vocem eius verba scripturarum, quæ proferuntur in persona eius, hodie multi populi cõcinunt, qui videlicet populi, significari solent nomine aquarum. *Et habebat in dextera sua stellas septem.*) Septem stellæ, vt infra scriptum est, angeli sunt septem ecclesiarum, id est, omnes præsules omnium ecclesiarum. Angeli autem, id est, nuncij, nimirum idcircò dicũtur, quia subditis annunciant ea quæ loquitur Deus, iuxta illud. Labia sacerdotis custodiunt sciẽ *Mal. 2.* tiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Quia taliter angeli sunt, id est, quia legem Domini annunciant, idcircò & veraciter stellæ dicũ- *Dan. 12.* tur & sunt iuxta illud in Daniele: Qui aũtẽ docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Omnes ergo qui eiusmodi sunt, hoc numẽro, scilicet septenario, rectè consignari il- *Mysteriũ* lud quoque pulcherrimè astruit, quod cũ *numeri* esset in dextera sua, id est, in magna felicita- *septenarij* te sua, quippè qui resurrexerit à mortuis, non plures neque pauciores ex discipulis *Ioan. 21.* quã septẽ sui participes habuit & cuiuis sicut scriptum est: Erant simul Petrus & Thomas qui dicitur didymus, & Nathanael qui erat à Chana Galileæ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Isti septẽ missum in dexteram nauigij rete, plenum magnis piscibus ad terram perduxerunt, & cũ Domino epulati sunt: & taliter omnes eos designãt, qui in vniuersali resurrectione præsentabunt electos vniuersos, quos suis adquisierunt studijs siue laboribus, & cum Christo sedebunt ad dexteram eius in cælestibus. Tunc fiet id q̃ continuò in præsenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco significatur, dicendo. *Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.*) Gladius quippè hoc loco vltimum significat iudicium,
Deut. 32. quemadmodum & in cantico Deuteronomij Deus dicit: Si acuero vt fulgur gladiũ meũ. Nam exponens quod diceret gladiũ meum, continuò subiũxit, & arripuerit iudicium manus mea. Iste iudicij gladius vtraque parte acutus tunc de ore eius exibit, & vtranq; partẽ, dexteram scilicet & sinistrã, pro meritis efficaciter discernet & dijudica
Mat. 25. bit. Exitus gladij ad dexteram hic erit: Venite benedicti patris mei. Hoc nanq; dicto,
1. Cor. 15. gladius eius ita carnes deuorabit, vt iã non sit caro & sanguis, sed sint omnes omnimoda carnis & sanguinis corruptione expoliati, miroq; modo permanente natura, in alteram gloriã permutati. Exitus eiusdem gladij ad sinistram hic erit: Discedite à me male-
Mat. 25. dicti in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Vtrinq; sic erit efficax ille gladius iudicij, vt eant hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternã: & sic diuisi ab alterutris, non possunt vltra coniungi aut permisceri, sicut in præsenti ecclesia permixti nũc sunt boni & mali. Extunc in claritate sua videbitur ab illis beatis quos in dextera sua deinceps habebit, vt debitur facie ad faciem Deus deorũ illa visione, q̃ pollicebatur diligentibus se dilectionis suæ fore præmium. Qui autẽ, inquit,
Ioan. 14. diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum. Sequitur ergo. *Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua.*) Facies eius, præsentia eius, lucebit sicut sol, quia verè est sol, & lucebit in virtute sua, id est, in maiestate & diuinitate sua, cõ-
Esa. 30. plebiturq; illud Esaiæ vaticinium: Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierũ, in die qua allegauerit Dominus vulnus populi sui, & percussurã plagæ eius sanauerit. Quænam est luna quæ tũc lucebit sicut sol absq;
* *decremẽti* varietatibus crementi & * detrimẽti, quibus nunc variatur in isto seculo, nisi ecclesia tũc erit similis soli suo, Deo suo? Scimus, in-
1. Ioan. 3. quit idem Ioannes, quia cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est. Ipsa autẽ lux solis quanta erit? Sicut lux septem dierum, inquit. Quod est dicere: Quãtæ claritatis erat Deus verbũ, cũ sex diebus fierent omnia, & septimo die cõplerentur omnia per ipsum, tantæ claritatis in carne sua tunc erit apud Deũ patrem suum. Hoc etenim & ipse orans dicebat: Et nunc
Ioan. 17. clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate, quã habui priusquam mundus esset apud te. Quid enim est dies illa de qua dice
Esa. 30. bat ille propheta: In die qua allegauerit Dominus vulnus populi sui, & percussurã plagæ eius sanauerit, nisi illa visio faciei solis huius, quæ sanitas erit generis humani, & perfecta sanitas plagæ eius, qua omnes in Adam fuimus plagati, & vulneris quo in illo fuimus vulnerati, videlicet mortis dupli cis animæ & corporis? Sequitur. *Et cũ vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus, & posuit super me dexteram suam dicẽs: Noli timere.*) Quia ille quẽ videbat, sicut sol lucet in virtute sua, idcircò mortalis homo stare vel subsistere non potuit in infirmitate sua. Sic
Mat. 17. & quondam cùm in monte transfiguratus fuisset ante eos, videlicet Petrum & Iacobũ, & huncipsum fratrem eius Ioannẽ, ceciderunt in faciem suam & timuerunt valdè. Et quemadmodum * istic dictum est, & posuit
* *hic.* dexteram suam super me dicens, noli timere, ita & illic: Et accesit Iesus & tetigit eos, dixitq; illis. Surgite & nolite timere. Nisi dextera sua hic & illic tetigisset hunc vel illos, sustinere non poterant lucẽ vel virtutẽ, in qua lucebat ille talis sol. Ergo & vniuersos, qui illum visuri sunt in illo cælesti regno suo, vt videre & videndo subsistere valeant, constitui oportebit ad dexteram, iuxta veritatem euangelicam qua dicit. Et statuet oues à dexteris suis, hœdos autẽ à sinistris. Quod enim est ad dexteram super istũ
Mat. 25. timentem & præ timore cadentem poni, vt surgere & non timere possit, hoc erit tunc omnes oues à dexteris constitui, vt claritatem illam videre, & nõ cum sinistris hœdis
Psal. 67. defluere possit, sicut fluit cæra à facie ignis. *Ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuus in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni.*) Priorum sequentes autoritatẽ diximus supra, quia angelus visus est huic Ioanni in figura Christi, propter
Prolixa quæstio de angelo Ioannis. illud quod in exordio dictum est, & significauit mittens per angelũ suum seruo suo Ioanni. Sed quæri nunc potest, cur is, qui apparuit, Christum se tanta tamque manifesta professus est descriptione: Ego sum, inquit, primus & nouissimus, & viuus, &c. Huc accedit, quod ante pedes huius cadẽs, tanquam mortuus, non est prohibitus cadere, vel correptus quod ceciderit ante pedes eius. Circa finem verò libri hic ipse dicit:
Infra. 22. Ego Ioannes qui audiui & vidi hæc, postquam audissem & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli, qui hæc mihi ostendebat, & dicit mihi: Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorũ qui seruant verba libri huius, Deum adora. Palàm ergo datur intelligi, quia alius fuit qui Ioannis ductor extitit, & hæc illi ostendit, atque alius qui ostensus siue visus est ei tanta claritate, vt subsistere non posset ad videndam claritatem eius qui apparuit. Et ille quidem qui ostendebat manifestè angelus, hic aũt qui ostensus est, filius hominis dicitur. Proinde

illum

illum quidem, cuius audiuit vocem, in hoc loco tanquam tubæ dicentis, quod vides scribe, concedere oportet fuisse angelum qui hæc ostendebat, de quo & illud dictum fit, & significauit mittens per angelũ suum, eum autem, qui visus est, intelligi licet illum fuisse, quem se esse professus est, scilicet primum & nouissimum, id est, Christũ Dei filium.

Nec verò nouum, vel credi indignum est, quod Iesum Christum post ascensionẽ suam homo viderit, cùm Paulus Apostolus
1. Cor. 9. dicat: qui illum antequam ascenderet in cælum non cognorat. Non sum liber? Nõ sum Apostolus? Nónne Dominum Iesum Chri-
Actor. 4. stum vidi? Viderat enim illum in via cùm iret Damascum, & quia tunc visione illa indignus, vtpotè inimic⁹ & p̃secutor erat, non solùm cecidit in terrã, sed & cũ surrexisset, apertis oculis nihil videbat, Iesum nanque illum vidisse confirmat is, quiad eũ missus est, Ananias. Saule frater, inquit, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas. Alias autem & iste filius hominis angelus dicitur, & est angelus
Exod. 13. magni consilij, angelus in quo est nomen Dei. Nam in Exodo ad Moysen siue ad populum suum Deus dicit: Ecce ego mittã angelum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem paraui. Obserua eum & audi vocem eius, nec contemnendum putes, qui non dimittet cùm peccaueris, & est nomen meum in illo. Angeli huius hæc propria est differentia, quæ illic posita est, dicente Deo, & est nomen meum in illo. Non dixit, & est nomen meum super illum, quod rectè dici queat de quoli-
Hier. 14. bet infimo electorum, quorum omnium illa est prophetica vox: Tu autem in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, sed est, inquit, nomen meum in illo, id est, pro naturali diuinitate eodem, quo ego censetur nomine. Dicitur enim, & est, æquè vt ego, Deus Dominus omnipotens, inuisibilis, increatus, immensus, æternus, & quicquid de Deo substantialiter prædicatur, vt hoc solum de nomine interhit, quod ego ad illum relatiuè
Mala. 3. pater, ille ad me relatiuè dicitur filius, cum eiusdem dignitatis significatione. Et propheta Malachias dicit: Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis, & angelus testamẽti, quem vos vultis.
Actor. 7. Stephanus quoque protomartyr in Actib. Apostolorum dicit: Hic est qui fuit in ecclesia, in solitudine, cum angelo qui loquebatur ei. Amplius autem: Et expletis, inquit, annis quadraginta, apparuit ei in deserto montis Sina angelus in igne flammæ rubi. Igitur si hunc filium hominis, qui Ioãni visus est, placet angelum dici vel esse, dictum supra vbi scriptum est, & significauit mittens per angelum suum, profectò sicut illic, vbi loquitur Stephanus, oportet non quemlibet angelum intelligi, sed eum qui veraciter dicere potuerit: Ego sum qui
Exod. 3. sum: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac & Iacob. Hoc nomen mihi est in æternum. Sed & in isto loco non quemlibet angelũ, sed eum intelligi necesse est, qui veraciter dicat: Ego sum primus & nouissimus, & viuus & fui mortuus, & ecce sum viuus, in secula seculorum. Primus videlicet, quia eram in principio verbum, Deus apud Deũ, per quem omnia facta sunt, quod indicat hoc meum caput præ antiquitate tam candidũ: & nouissimus, per quẽ omnia restaurata sunt, sicut indicant vel significant isti pedes mei aurichalco similes, vtpotè nuper educti de camino ardẽti, de camino tribulationis vel passiõis, in qua ita nouissimus, & hominibus visus fui contemptibilis, quo modo contemnitur vermis & non homo,
Psal. 21. dicente quoque propheta alio: Et nos deputauimus eum despectum & nouissimũ
Isa. 53. virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatẽ. Et fui mortuus, videlicet etiam in sepulchro repositus, tribus diebus & tribus noctibus, & ecce sum viuus in secula seculorum. Resurrexi enim & adhuc cum Deo patre meo sum, verumq; est quod de
Rom. 6. me dicit Apostolus, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. *Et habeo claues mortis & inferni.*) Id est, potẽstatem dimittendi peccata. Peccata nãque dimittẽdo, mortem in me credentibus claudo, infernũ obstruo. Siue mortis & inferni, id est, duplicis mortis, videlicet animæ & corporis. Mortis nanque nomine, quod vsitatum est, dissolutio corporis: inferni autem, mors animæ, quæ æterna est, rectè significatur. Vtriusq; mortis claues, id est, potestatem ipse habet, quemadmodum & Anna prophetis-
1. Reg. 2. sa in cantico suo dicit: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. *Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.*) Dictio vel verbum modi imperatiui, quo dicit, scribe, largitio est muneris & gratiæ, tanquam si diceret: Scribendi facultatem atque autoritatem accipe. Vnde verè beatus & honorandus iste beatus Ioannes, qui sic inter duodecim Apostolos creuit & auctus est, quomodo inter duodecim patriarchas, ille verè secundum nomen suũ filius accrescens beatus Ioseph. quomodo enim ille duplicia accepit, dicente patre dabo tibi partem vnam extra fratres tuos, Sichimam significans, siue Sichem, quæ in Euangelio dicitur Sichar: sic iste dilectus discipulus extra fratres suos Apostolos cæteros, dono diligentis Domini Iesu partem vnam

Prærogatiua Ioannis supra alios Apostolorum dona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

egregiam accepit, non solùm vt qui erat Apostolus, Euangelista quoq; fuerit, tamq; diuinum Euangelium scriberet, verumetiam tantam tamque mirabilem reuelationē scripturæ traderet. Scribe ergo, inquit, quę vidisti, cum cæteris videlicet Apostolis me secutus, vel etiam quę nunc vidisti solus, vt tale sit euangelium tuum, quale scribi oportere significat istud meum quod nunc vidisti schema vel habitus, & quæ sunt nunc in septē ecclesijs Asiæ corrigenda siue laudāda, & q̄ oportet fieri post hæc, scilicet varios ecclesiæ labores. *Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea, septem stellæ, angeli sunt septem ecclesiarum.*) Cùm trinam scribendorum distinctionem fecerit dicendo, quæ vidisti, & quę sunt, & quæ oportet fieri post hæc, mediam tantùm nunc aperit, id est, ea quæ sunt, & quasi ingressuro intelligentiæ ianuam pādit, vt tangendi conscientias eorum, qui tunc erāt vel prędrāt ecclesijs, autoritas homini non desit. Nam poterat quidem eodē modo dicere filius hominis, siue sacramentum filij hominis sic vestiti, sic præcincti, tale caput talesque oculos habentis, hoc vel tale est, sed non adeo res exigebat, non tantum negotij necessitas vrgebat. Qui enim tantummodo docet quid teneat, vel quid tenere debeat catholica fides, non tanto præsidio diuinæ autoritatis seu voluntatis opus habet, quanto is qui corripit & percutit mores, qui de occultis hominum conscientijs, seu vita maximè priuata tractat vel disputat, & legendas conscribit rationes. Illic nanque suffragantibus scripturarum testimonijs etiam ignauus vitæ suæ moderator ad fidem spontè consentit, hic deficientib. occultæ cōscientiæ arbitris, etiam strenuus fidei decertator indignatur de propriæ vitæ statu repræhēdi, cū de foris facere videatur totum quod facere debet ecclesiasticus vir, vt exempli gratia, videbatur ille angelus, ecclesiæ Sardis, cui scribere iubētur sic: Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es. Oportunè ergo eorum quæ tunc erāt vel fiebant in ecclesijs intellectum signanter aperit, & per singula vidē tem deducēs, hæc (inquit) angelo illi, & hęc scribe angelo illi. Et vide quàm sapienter iuxta morem prudentis, & benè compositi oratoris, beneuolentiam eorum captet, quibus loquitur vel scribit, vt patientes sint ad audienda scripta, quamuis possint molesta videri. Sacramentum (inquit) subauditur scribe, septem stellarum, id est, quid significent septem stellæ, quas vidisti in dextera mea. Ac deinceps. *Septem stellæ angeli sunt septē ecclesiarum, & candelabra septem, septem ecclesiæ sunt.*) Ecclesiarum præsules quamuis aliqui pro vita propria repræhensibiles sint, & angelos & stellas appellare maluit, & ecclesias omnes, quamuis in aliquibus multa sint obscura, candelabrorum aureorum pulchris nominibus, siue significatiuis imaginibus honestauit. Et rectè, quia videlicet sacerdotes siue præsules, quamuis interdum prosuis actibus sint obscuri, pro officio tamen lucent, recitando verbum Dei, & celebrando cælestia sacramenta Christi, atque ita quāsi quædam stellæ in signa sunt & tempora. Verbi gratia, cùm dicunt illud Apostoli: Nox præcesserit, dies autem appropinquabit. Idcircò de huiusmodi stellis mystica scriptura dicit: Quis fecit Arcturum & Hyadas & Oriona? Item: Nunquid contingere valebis micantes stellas Pleiades, aut gyrū Arcturi dissipare poteris? Et his simili a. Itidem ecclesias ipsas cādelabra esse aurea rectè dixit, videlicet pro parte illorum qui Christum lumen suum glorificant, tam confessione vocis, quàm obsequio boni operis, secundùm præceptum ipsius dicentis: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

Autoritas præsulum.

Infra 2.

Gen. 1. g.

Ibi. 38.

Mat. 5.

PRIMI LIBRI FINIS.

PROLOGVS IN LIBRVM SECVNDVM.

Anima introducta in cellam vinariam.

ANIMA, cui desiderāti latentem in scripturis dulcedinem hauire concessum est, gratulatur in Canticis canticorum, cū dicit, introduxit me rex in cellaria sua. Itē: Introduxit me rex in cellam vinariā. Nostra aūt adolescētula fides, ecce foris stans, & intus quasi per exiguas clausi cellarij rimulas prospiciens, suam crescente desiderio anhelat inopiam, auscultando quid vel quomodo illi, quæ eiusmodi est, quæ iā introducta est, gratuletur, & dicat, sicut in præsenti scriptura habemus, ille idē rex sanct⁹ & verus, qui habet clauē Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Ecce (inquit) dedi coram te ostium apertum q̄ nemo potest claudere. Quod est dicere: Ecce in cellaria mea, siue in cellam meam vinariam introduxi te in aperto ostio intelligentiæ, & diuitias deint⁹ haurias sapiētiæ & sciētiæ, quas me tibi tribuente nullus possit auferre. Qam ob causam? Quale propter meritum? Quia modicam (inquit) habes virtutem,

Infra 3.

tutem, id est, egregiam tenes humilitatem, non in tua, sed in mea virtute habēs fiduciā. Is autem cui hæc loquitur angelus est Philadelphiæ, quod interpretatur dilectionis fraternæ. Igitur donec foris stantibus rex ille aperiat sua claui, modica virtus habenda, id est, humilitas tenenda est, vt per fraternā dilectionem illud parum, quod iam de illa dulcedine gustauimus, si quid est quod gustare vel inuenire meruimus, libenter expendamus, spem habentes in ipso qui & alibi loquitur: Qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Hanc animæ meæ spem tu archipresul Frederice vir illustrissime, maximè roboras, qui opusculis meis non vtcunque beneuolus esse, verumetiam præ magnitudine beneuolentiæ arridere potuisti, velut qui interesses, meque tecum interesse putaris illo magno atque festiuo conuiuio, quod Abrahā pater sui risus, pater (inquā) pueri sui Isaac, quod interpretatur risus, fecit in die ablactationis eius. Illud nanque conuiuium eorum est, qui scripturas legētes non efficiuntur pueri sensibus, sed malitia quidem paruuli, sensibus autem perfecti sunt, vt non opus eis sit lacte, sed solido cibo, qui perfectorum est. Ibi iam initium est risus & iucunditatis, risus æterni, quem in mysterio præsagiēs mater Sara, risum (inquit) mihi fecit Deus, quicunque audierit corridebit mihi. Talibus nimirum maximè hic liber Apocalypsis apponendus est, quia videlicet non lac paruulorum, sed solidus perfectorum cibus est. Omnia quæ continētur in eo mysteria, sunt fortia vt vinum, & vinum vtique (vt ait sponsa in Canticis, de huiusmodi) suauissimum & optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsque ac dentibus eius ad ruminandum. Quæramus ergo, sicut cœpimus, vt inueniamus, pulsemus perseueranter vt aperiatur nobis.

Matth. 7. Luc. 11.

Gen. 21.

1. Cor. 14. Hebr. 5.

Gen. 21.

Cant. 7.

Luc. 11.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

Euangeliū Ioannis cōtra Cherintū & alios antechristos.

PRæcedenti clarissimę visionis capitulo, Io. euangelij sui q̄ scriptu rus erat, mirabile vidit præsagium, videlicet filij hominis podēre vestiti, & zona aurea præcincti, caput candidum, quo significabatur verbum antiquū quod erat in principio apud Deū, videlicet contra Cherintum aliosque antechristos, qui negare incipiebant ante Mariam fuisse Christum, dictumque est illi postquam hęc & cætera vidit: Scribe ergo quæ vidisti. Deinde expressum est illi sacramentum septē stellarum, septemque candelabrorū, quod videlicet septem stellæ, angeli septem ecclesiarum, & candelabra septem, septem ecclesiæ sint. Et continuò sequitur: *Et angelo Ephesi ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.*) Hic iam septem spiritus Dei loqui incipiunt, qui in conspectu throni Dei sunt. Nam qui dicit, ipse quidem est filius hominis, qui ambulat in medio septem candelabrorū aureorū, qui fuit mortuus & viuit, qui habet rompheā ex vtraq; parte acutam, qui hab et oculos tanquam flammam ignis, qui habet septem spiritus Dei, qui habet clauem Dauid, qui est principium creaturæ Dei. Sed perpende quia per singula septem locutionum suarum capitula clamat sic: Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesijs. Septem ergo loquuntur spiritus Dei, loquente hic vno filio hominis, siue filio Dei, loquuntur (inquam) de illo habitaculo suo, in quo tota plenitudine corporaliter habitantes, sunt in conspectu throni Dei, id est, in exemplū ecclesiæ Dei, quia videlicet iste filius hominis præpositus est ad imitandum, ecclesiæ Dei, habens in se septem spiritus Dei. Loquitur hic ecclesijs primo loco spiritus timoris, secundo spiritus pietatis, tertio spiritus scientiæ, quarto spiritus fortitudinis, quinto spiritus consilij, sexto spiritus intellectus, septimo spiritus sapientiæ. Ecclesia nanque dum Christum imitatur, à timore incipit, & ascendendo ad sapientiam pertinet, sicut scriptum est: Initium sapientiæ timor Domini. Porrò, vbi ad eandem ecclesiam instruendam filius Dei descendit, primus est spiritus sapientiæ, vltimus est spiritus timoris, cùm propheta dicit: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eū spiritus timoris Domini. Igitur eodē spiritu præeunte, qui habet aurem audiēdi audiat, quid istorū spirituū quisq; dicat ecclesijs, iuxta ꝓprietatē suæ dignitatis, & primo quid dicat spirit⁹ timoris domini.

Cap. 2.

Coloss. 2.

Psal. 110.

Prou. 1.

Isa. 11.

An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelo(inquit) Ephesi ecclesiæ scribe, &c. Quod qui hæc dicit ecclesijs, spiritus sit timoris, ex eo manifestus claret, quod ait: Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Eorũ statum, quibus hæc dici conueniat, innuit nomen Ephesi, siue interpretatio nominis. Ephesus nanque, lapsus magnus, siue voluntas mea in ea, interpretatur. Magnus quippè lapsus est, charitatem primam reliquisse, & ab ea excidisse: voluntas autem Dei est, vt qui sic excidit vel lapsus est, pœnitentiam agat. Eiusmodi & angelus, id est, sacerdos ecclesiæ Ephesi tunc erat, & multi hodieque sunt sacerdotes, siue sub sacerdotibus viuentes in ecclesia, quos omnes in hoc vno angelo spiritus timoris partim exterrendo increpat, partim refouendo laudat. Incipit autem sic: *Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua.*) Septem stellæ angeli sunt septem ecclesiarum, vt prædictum est. Iam isto dicto stellas eiusmodi salubris timor constringit, quia videlicet sic stellæ istæ in cælo sunt, vt eas teneri oporteat ne cadant in terram. Nam de cælo stellæ plurimæ ceciderunt, & de stellis facti sunt principes tenebrarum. Dicendo itaque, qui tenet septem stellas in dextera sua, simul terribiliter innuit, vt qui se existimat stare, videat ne cadat. Nõ enim stat sua virtute, sed dextera Domini continente. Hoc idcircò maximè cauendum est, quia is ipse, qui tenet stellas easdem, vigilanter attendit, ne fortè pro ipsa claritate veniat alicui pes superbiæ. Vnde & subditur: *Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.*) Nam idem est ac si dicat: Qui in medio vestri digrediens, corda singulorum, & renes inuestigat. Etenim (vt prædictum est) candelabra septem, septem ecclesiæ sunt. Cùm ergo in medio cãdelabrorum huiusmodi ambulat, lumen singulorum intuetur quantum luceat, ne fortè sine oleo charitatis, sine operibus dilectionis, fumiget fides mortuorũ. Nam vbi tale quid inuenerit, dicit: *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potest sustinere malos, tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces, & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meũ, & non defecisti.*) Planè hæc opera quidẽ sunt, laborare in regula fidei catholicæ, & laboris huius patientiam habere, etiam disputando contra dogmata peruersa, quorum fabricatores mali, tam multi, tamque loquaces sunt, vt non possis eos sustinere: qualis tunc erat Marcion & Cherintus, multique alij hæretici. Bona, inquam, opera sunt quidem, tentare illos doctores mendaces, falsosque Apostolos cõuincere, sed non in hoc est perfectio, quantumcunque patientiam habeas sustinendo istos & non deficiendo, absque primo charitatis ornamento. Nam & Apostolus dicit: Et si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et Apostolus Iacobus ait: Vis autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus otiosa est? Otiosa nanque est fides, quãtumcunque operari videatur, nisi per dilectionem operetur. Ait ergo: *Sed habeo aduersus te, quod charitatem tuam primam reliquisti.*) Ac si dicat: Illud quidem pro te est, & pro te agit, quod sic operaris, sed hoc aduersum te est, quod in hoc opere tuo charitatem primam reliquisti. Prima nanque, id est, principale bonum, charitas est, quæ & excellentior via est iuxta Apostolum: Hoc solum penè & vnicum signum est perfectionis, & testimonium veræ virtutis, quemadmodũ alibi dixit: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Hoc signo cognitus est Stephanus prothomartyr, quando in labore & patientia sua, cùm non posset sustinere malos, quos inuenerat & conuincerat mendaces, ita patientiã habuit, ita sustinuit propter nomen Domini, vt moriens etiam pro ipsis oraret, & diceret: Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. *Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: Sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.*) Sicut multa sacræ scripturæ testimonia, sic & locus iste docet nos nõ debere præcipitare sententiam super ecclesiarum angelos, id est, episcopos, & super quoscunq; gradus ecclesiasticos. Nõ enim dixit, quia charitatem tuam primã reliquisti, idcircò venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, sed grande interuallum vocis suæ, magnumque frenum posuit curanti sententiæ, dicendo, Memor esto igitur vnde excideris, & age pœnitentiam, prima opera fac. Tunc demum ita subiungit: Sin autem, id est, si super illud quod habeo iam aduersus te, super illud quod charitatem tuam primam reliquisti, contemptum quoque apposueris, venio tibi, & cætera. Ordo iste iudicij Dei latè splẽdet in scripturis, sed exempli gratia, duo tantum præponantur homines Saul videlicet & Dauid. Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel. Quod est dicere: Humilis sicut puer vnius anni, & paruulus in oculis suis erat: quando rex factus est, & duobus annis eadem humilitate regnauit super illud. Vnde loquente Domino in se, ait Samuel: Nónne cum paruulus

Infra 6. *Esa. 14.* *Rom. 11.* *Psalm. 35.* *Hier. 17.* *Fides sine charitate nihil prodest.* *2. Cor. 3.* *Iacob. 2.* *2. Cor. 12.* *Ioan. 3.* *Actor. 7.* *1. Reg. 15.*

lus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Ab hac humilitate excidit, quando cõtra legem holocaustum obtulit, cũ non esset sacerdos de stirpe Aaron, sed homo de tribu Beniamin. Iteꝝ, quia ab humilitate exciderat, pepercit Agag regi, Amalech, & optimis gregibus ouium contra præceptum Domini. Iterumq; inquit scriptura: Offerebat holocaustum Domino de initijs prædarũ quæ attulerat ex Amalech. Redargutus super eo, quòd humilitatẽ primam reliquisset, non fuit memor vnde excidisset, neq; pœnitentiam egit, quippè qui holocaustum rursus offerendo peccatũ auxit, præsumptionem iterauit. Dixit quidẽ, peccaui, tanquam memor esset vnde excideret, sed non humiliter dixit aut sensit. Addidit enim: Sed nunc honora me corã senibus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum. Honoré ergo vel gloriam non Dei, sed suã, ista confessiõe mercari voluit, dicendo peccaui. Iustè ergo solium eius de loco suo moueri debuit, quia pœnitentiam non egit. Dauid aũt & ipse paruulus erat, de quo & pater Isai dixit ad Samuel: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Cũq; iam regnaret, nihilominus & humilis erat. Nam de humilitate eius scriptũ est: Cũq; intrasset arca Domini in ciuitatẽ Dauid, Michol filia Saul prospicens per fenestrã vidit regẽ Dauid subsilientẽ atq; saltãtẽ corã Domino, & despexit eum in corde suo. At ille: Viuit Dominus, inquit, quia ludã & vilior fiam plus q̃ factus sum, & ero humilis in oculis meis. Ab hac humilitate tunc excidit, quando verbũ Domini contempsit, peccando in vxorẽ Vriæ quam tulit. Vnde & per prophetam dixit ei: Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu meo? Et subinde: Quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eò quòd despexeris me. At ille statim memor fuit vnde excidisset, & quod charitatem primã reliquisset, & dixt, Peccaui Domino. Item in Psalmo. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui & malum coram te feci. Ergo non huic venit Dominus sicut venerat Sauli, vt moueret solium siue candelabrum eius de loco suo. Nam & regnum eius stetit, & prophetica gratia cũ docendi authoritate permansit. Ea nanq; recuperata, docebo (inquit) iniquos vias tuas. Igitur vbi cuiuslibet ecclesiæ angelus, id est, sacerdos, charitatem suam primã relinquit, rectè non statim iuris est ecclesiastici, mouere candelabrum eius de loco suo, id est, auferre sacerdotium vel ecclesiam eius. Sed dicitur ei: Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Si audierit corripientẽ, ille qui corripuit lucratus est suũ fratrẽ. Quod si neque adhibito alio, neque publico conuentus ecclesiæ testimonio correxerit, imò audire contempserit, tunc demũ rectè mouetur candelabrum eius, & alteri datur. Sequitur: *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.*) Illud, inquit, habeo aduersus te, quod iam dixi, hoc autem habes mecum, & in hoc mihi cõsentis, quod facta Nicolaitarum odisti. Nã illa & ego odi. Nicolaitæ dicti sunt à Nicolao diacono Ecclesiæ Hierosolymorũ, qui cum Stephano & cæteris constitutus est à Petro, qui propter pulchritudinem relinquens vxorem, dixit, vt qui vellet ea vteretur, & versa est in stuprum talis cõsuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur. Istos hoc loco improbat. Et notanda dispositio sermonis, quàm artificiosa sit. Et priusquã emitteret austeritatem reprehẽsionis, quæ laudanda erant collaudauit, scio (inquiẽs) opera tua, & laborem, & patientiã tuam, &c. Et post vbi corripuit atque minas intẽtauit, rursus quod laudandum erat, laudauit: quia (inquit) facta Nicolaitarum odisti, quæ & ego odi. Ita reprehensionis amaritudinem, ne nimis offenderet atq; exterreret, collaudationis dulcedine circũliniuit. Hoc modo & cum muliere Samaritana loquens, & antequam diceret, quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est vir tuus, præmisit collaudans, Benè dixisti, non habeo virum, & postquam illi quod tot viros habuisset, expressit, iterum collaudans, hoc, inquit, verum dixisti. Magnum hoc, & dignè imitandum est magisterium spiritus Dei, corripere quidem ea, quæ emendatione indigent, sed inter corripiendum, & prius & posterius collaudare, si qua benè dicta sunt vel acta ab eodem, qui in alijs corripitur, quatenus, quoad fieri potest, teneatur benevolus, & non refugiat confusus aut exterritus, audire non sustinens peccatoris animus. Item notandum est, vlla corripientis inuectione nihil minus apud intelligibilem animum valere, quod sequitur. *Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs.*) Hæc enim talis dictio quasi clamor est vehementissimus, pertingens vsque ad aurem cordis intrinsecus. Hinc Euangelista: Iesus (inquit) hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Tali nanque enunciatione negligentem animam vehementer confutat, surdum nimis hominem esse designans, etiam si patentes corporis aures habeat, qui tantæ comminationis vim intus non audiat, q̃ tanti iudicij necessitatẽ intrinsecus non sentiat. Sanè cùm non dicit, quid spiritus dicat Ecclesiæ Ephesi, sed quid spiritus dicat ecclesijs, sciendũ est, quia quę singulis

2. Reg. 6. *2. Reg. 12.* *Psal. 15.* *Matth. 13.* *Optimus modus corripiendi peccantes.* *Ioan. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis scribit, vniuersis dicit ecclesijs. In omnibus quippè ecclesijs sunt, & qui dignè audiant, vel quibus dici debeant ea quæ sunt timoris, & quibus ea quæ sunt pietatis, & quibus ea quæ sunt sciétiæ, & quibus ea quę sunt fortitudinis, & quibus ea quæ sunt cõsilij, & quibus ea quæ sunt intellectus, & quibus ea quæ sunt sapientiæ. Nam & idcircò septem ecclesiæ scribuntur, vel septiformis ecclesia dicitur, quia quicunq; in ecclesia sunt, in quolibet gratiarum istarum cõsistunt gradu. Proinde versus ille quasi intercalaris ad singulas ecclesias, de singulis pronunciatur spiritibus Dei, qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs. Additur huic alius, qui & in singulis istorum spirituum elocutionibus, pro qualitate cõdignarum retributionum variatur. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradyso Dei mei.)* In isto gradu, id est, in spiritu timoris, vincere, est corripienti acquiescere, pœnitentiã agere, & prima opera facere. Porrò, primis hominibus, quia corripienti Deo nõ acquieuerunt, imò peccatum suum superba defensione tuentes auxerunt, lignum vitæ quod plantauerat Deus in medio paradysi, intercluſum est: ait enim Dominus Deus: Ecce, Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat etiã de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum, emisit eum Dominus Deus de paradyso voluptatis, & collocauit ante paradysum Cherubin, & flammeum gladium atq; versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Quod ergo primo homini intercluſum est pœnitentiam non agenti, puchrè huic repromittitur, qui pœnitentiam egerit: quatenus edat de ligno vitæ, quod est (inquit) in paradyso Dei mei, & viuat in æternum, cùm ex illo comederit. Dei mei dixit, pro natura carnis nostræ, quam assumpsit. Nam pro natura suę diuinitatis dici potuit, quod est in paradyso patris mei. Vtrunque in Euangelio * diffinit, dicendo iam fratribus suis, Apostolis suis: Ascẽdo ad patrem meũ, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrũ. Sed nunquid vt resurgamus & viuamus in æternum, de illo materiali ligno est edendum? Non vtiq;, sed qui manducat, inquit, carnem meã, & bibit meum sanguinẽ, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Christus nanque lignum vitæ est, cuius & in cælesti paradyso visione, & in præsenti ecclesia corpore, sanctæ reficiuntur animæ. Illud materiale lignũ vitæ, hominẽ morte animæ, scilicet peccato iam mortuum, nõ viuificasset, sed carnẽ viuere faceret in æternum, quod infelicissimũ esset. Mortuus quippè in anima, si corpore viueret homo in æternum, nõ recuperaret in æternũ, & esset æternaliter miser, vt dæmones sunt. Hoc autem lignum vitæ, quod est Christus, dum nos corpore & sanguine suo reficit, iam nunc resuscitat animã à morte peccati, & carnem nostram in nouissimo die resuscitabit. Sæpè autem is, qui necdum vincit, id est, qui pœnitentiam non egit, edit de hoc ligno vitæ, quod est in paradyso Dei, manducat corpus, & bibit sanguinem Domini. Non illi dat Christus, sed ipse rapit, & ideò iudicium sibi mãducat, & bibit. *Et angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & viuit: Scio tribulationem, & paupertatẽ tuam, sed dives es, & blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Sathanæ.)* Post spiritum timoris sursum est spiritus pietatis, & ille spiritus sine dubio loquitur hic, de toleranda persecutione suggerens, cui causæ vel intentioni nimirum & ecclesiæ nomen congruit. Smyrna enim, myrra dicitur, quæ mortificationẽ carnis designat. Verissimè his qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, maximè opus est spiritu pietatis, vt sint in passionibus pij, in opprobrijs vel exprobrationibus mansueti, nõ reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, sed contrario benedicentes, imò & interea suis reficiantur lachrymis. vitam suspirantes æternam, cuius spe patiuntur, ob cuius dilationem lachrymantur, iuxta quod quisq; illorum in Psalmo loquitur: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Et à quo magis principio sua dicta debuit exordiri, tribulatos consolari intendens, spiritus pietatis? Ait enim: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & viuit. Ei qui tribulatur ante oculos ponit primum & nouissimum, qui fuit mortuus, & viuit, vt nõ miretur in feruore, qui ad tentationem sit, quasi noui aliquid contingat. Ac si dicat hic spiritus eidem quem consolari vult: Tu à quolibet culmine temporali deiectus, propter iustitiam quasi homo ignobilis opprobrijs, & insuper plagis vreris seruilibus. Sed quantum hoc est, si ad illum respicias, qui pro te passus est, tibi relinquẽs exemplum, vt sequaris vestigia eius? Ille nanque cum apud Deum esset primus & pretiosissimus, secundum alteram naturam filius Dei, secundum alteram naturam filius intemeratæ virginis, cúm (inquam) sic esset primus & optimus, & prę filijs hominum speciosissimus, apud homines nouissimus fuit, id est, vilissimus, quemadmodũ & propheta dicit gemebundus: Nos vidimus eum, & nõ erat aspectus, & desideravimus eum despectum, & nouissimum virorum, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ita ille primus Deus

Gen. 3.

Præsiniuit Ioan. 20.

Lignum vitæ Christus est. Ioan. 6.

Spiritus pietatis opus est in tribulatione.

Smyrna.

Rom. 12.

Psalm. 31.

1. Pet. 2. Consolatio in tribulationibus passio Christi. Esa. 35.

Psal. 81. stans in synagoga Deorum, & nouissimus, id est, vilissimus verè sub iudicio hominũ. Quid ergo magnũ, si tu homo, & non Deus, de tuo quantulocunq; honore propter illũ es deiectus, si quod pateris, homo non sine peccato, passione eius comparetur, quam pro te passus est, qui peccatum nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius? Itaque benè ac decenter sic exorsus est: Hæc dicit primus & nouissimus. Quo autem pertinuit & hoc addere: qui fuit mortuus, & viuit? Nimirũ ad magnum cumulũ consolationis, vt sciat, quia qui mortificatur, sequendo vestigia Christi, viuet quẽadmodum ille, cũ fuerit mortuus, nunc viuit. Et quid dicit: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam. Quod nunc dicit, scio, vehementer, & eodẽ pondere dictum debet intelligi, quo iam dictus propheta dixerat de illo: Et vidimus eum virum dolorum, & scientem infirmitatem. Scientem dixit infirmitatem, pro eo vt diceret, experimentum infirmitatis habentem. Itaq; & hic scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, id est, tribulationis quam pateris experimẽtum habeo, & paupertatem quam sustines in memetipso expertus sum. Quis enim maiorem quàm ego tribulationem sustinuit? Et cùm dives essem, quis ad tantam vt ego paupertatẽ descendit? Etenim de me Psalmista dicit: Et persecutus est hominẽ inopem & mendicũ, & compunctum corde mortificare. Huius experimenti memor Apostolus dicit: Nõ enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Tentatus nanque est, fame, siti, persecutione, & morte, & inde scio (inquit) tribulationem tuam, & paupertatem tuam. Id circò nõ minus doleas, quia scis vel expertus es: nam ego talis idem scio, idem expertus sum. Sequitur, & dicit: *Sed dives es, & blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Sathanæ.)* Quod dixi paupertatem tuam, dixi secundum falsam æstimationem hominum: nam secundum rei veritatem, dives es. Illi te pauperem putant, sed tu dives es. Ego enim ascendens in altum, ego in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, sedens ad dexteram patris, dedi dona hominibus, & inde tu dives factus es, habens sermonem sapientiæ, siue sermonem scientiæ, siue aliud quodlibet talentum ex multarum diuisionibus gratiarum. Et cùm ita dives sis, blasphemaris tanquam pauper, tanquam nihil sis, tanquam nihil acceperis, nihil noueris, nulla ex parte Deum cognoscas, aut à Deo cognitus sis. A quibus ita blasphemaris? Ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Sathanæ. Magn⁹ labor, magna tibi est afflictio cordis, taliter & à talibus blasphemari. Sed & ego istud scio, istud expertus sum. Dives eram, totos habens thesauros diuinitatis in me corporaliter habitãtis, habens requiescentem super me spiritum Domini, spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum cõsilij & fortitudinis, spiritũ scientię & pietatis, & spiritum timoris Domini. Inde est quod opera feci, quæ nemo alius facit & sic locutus sum, vt dicerent aduersarij, nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Et cùm tam dives essem, blasphemabar tanquam pauper qui nihil boni haberem, aut qui à Deo non essem. Dicebant enim: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Item: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Amplius autem: Dæmonium habet (aiebant) & insanit. Quid eum auditis? Et multa his similia. Ita blasphemabar ab his qui se Iudæos esse dicebant, dicentes: Semen Abrahæ sumus, Pater noster Abraham est, vnum patrem habemus Deum, & non erant Iudæi siue filij Abraham, sed erant synagoga Sathanæ. Vnde & dicebam illis: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. A talibus quidẽ & tu blasphemaris, videlicet à falsis fratribus, quicunq; confitentur se nosse Deum, factis autem negant. *Nihil horum timeas quæ passurus es.)* Nõ (inquit) timeas, vt loco cedas, & malorum timore fidẽ perdas. Cæterùm timere vel pauere conceditur infirmitati naturæ, vt non tamen cedat spiritus timori, recedendo à Dei voluntate. Nam & de ipso qui hæc loquitur, & in quo spiritus pietatis hæc loquitur, scriptũ est: Et assumit Petrum & Iacobum, & Ioannem secum, & cœpit pauere & tædere. Item ipse de semetipso: Spiritus, inquit, prompt⁹ est, caro autem infirma. Quæ sunt illa quæ passurus es? *Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem.)* Ecce, inquit, neque enim istud in tẽpora longa fiet, præsens quippè tempus vestræ tribulationi, futurum aũt vestræ iunditati deputatum est. Econtra, præsens tempus impiorum risui, futurum autem illorum luctui & angustiæ statutum est.

Esa. 53.

Psal. 108.

Heb. 5.

Coloss. 2.

Esa. 53.

1. Cor. 11.

Coloss. 2.

Ioan. 15.

Ioan. 7.

Ioan. 9.

Mat. 12.

Luc. 18.

Ioan. 8.

Tit. 1.

Mat. 14.

Mat. 16.

Cur autem non dixit, missuri sunt homines mali, sed ait, missurus est diabolus ex vobis in carcerem? Videlicet, quia sic dicere, & sic docere debuit spiritus pietatis, ad hoc instruens pium martyrem, vt intrinsecus agitatori diabolo totũ imputet, quod extrinsecus facit homo persequens, & condoleat homini persequenti, quod eum diabolus obsedit, optetque illum à diabolo liberari, memor eius qui dixit: Orate pro persequentibus & calumniãtibus vos. Etenim ipse, qui hoc dixit, pro persequẽtib. & crucifigentibus se exorauit, dicens: Pater, igno

Mat. 3.

Luc. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sce illis, non enim sciunt quid faciunt. Aliquibus indultũ est, sicut petiuit, qui & sanguinem eius, quem persequendo fuderũt, postea credendo biberunt. Itaque & pius martyr dum in carcerem mittitur, sciat & dicat, quia hoc facit diabolus, à quo captiuus homo persecutor tenetur, & sic inter vincula & carceres responsa sua contemperet, supplicemque animum pro persequentib. ad Deum subleuet, quatenus aliquos ex his liberet, quod sæpè factum est. Missurus est (inquit) in carcerem. Quare? Qua intentione? Vt tentemini. Ille enim tentator est, & eò totus intendit, vt aliquos ex vobis decipere possit. Tali intentione Iob sanctum expetiuit, idcircò illum extrinsecus vlcere pessimo percussit, ita vt à planta pedis vsque ad verticem non esset in eo sanitas, qua tenus simplicitatem & rectitudinem eius intrinsecus euerteret, vt peccaret Iob in labijs suis, & stultum quid contra Deum loqueretur, latque ita Deo, qui proposuerat, dicens: nunquid considerasti seruum meũ Iob, quòd non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo: quasi victor diabolus insultaret. Hoc intendẽs, missurus est, ait, diabolus ex vobis in carcerem, vt non omnes citò moriamini repentino ictu gladij, sed prote latione pœnarum, & mora mortis pertæsi, conturbemini in cordibus vestris, & inter procellas iniuriarũ fluctuantes concidatis, & perdita (si fieri potest) fide, absorbiami ni. Ecce hoc futurum est, hoc diabolus per suos ministros facit. Et habebitis tribulationem diebus decem, id est, vsque ad mor tem, videlicet quã diu militatis in lege Dei, sicut oportet, vt adimpleatis præcepta decẽ. Sequitur enim: *Esto fidelis vsque ad mortem.*) Nimirum tamdiu fidelitatis constantia bono hortatu indiget roborari, quandiu tribulationum vis eandem fidelitatem extor quere contendit. Dum ergo dicit, esto fidelis vsque ad mortem, satis ostendit decem tribulationis dies pertingere vsque ad mortem. Esto fidelis (inquit) vsque ad mor tem, & dabo tibi coronam vitæ. Hæc cùm dicit, manifestat ipse, cur præmiserit de semetipso, dicens: Qui fuit mortuus & viuit. Eiusdem namque perseuerantię quam persuadet, dicens: esto fidelis vsque ad mortẽ, in semetipso exemplũ præbuit, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Item, remunerationis quam promittit, dicens: Et dabo tibi coronam vitæ, certitudinem atque fiduciam in suo præsentat capite, Apostolo ibidem prosequente: Propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Et alibi: Videmus Dominum Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatũ. Igitur vsque ad mortẽ esto fidelis, inquit, quia iam post mortẽ nõ seruanda exigitur, sed seruata fidelitas coronatur. *Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.*) Dictũ spiritus huius, spiritus pietatis, auribus cordis audire vel audisse, est, coronam vitæ quam hic promittit concupiscere, & eius spe tribulationem siue persecutionem pro Christo non solùm non refugere, verùm etiam libenter amplecti, eiusq; exemplo dare percutienti maxillam, saturari opprobrijs, & si extrinsecus persecutor desit, semetipsum intrinsecus persequi, carnem suam crucifigere cum vitijs & concupiscentijs, & indesinenter flere, quod differatur à regno Dei, à visione eius, qui pro nobis fuit mortuus, & viuit. Porrò auditum siue auditorem huiusmodi non ab vna tantum ecclesia ciuitatis illius Smyrnæ, sed ab omnibus idem spiritus exigit Ecclesijs, & idcircò non singulariter ait, audiat quid spiritus dicat ecclesiæ, pluraliter, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Tandemq; cõpetenter pro causa siue intentione conclusionẽ ita subiungit: *Qui vicerit, non lædetur à morte secũda.*) Et est sensus: Qui fidelis permanserit vsque ad mortem carnis, mortem animæ nõ timebit æternam. Mortem secundam, mortem animæ dixit. At verò mors animæ quæ mors peccati est, vel quæ peccando accidit, adeò prior est morte carnis, vt etiam resurrectio animæ, qua per fidem Christi in baptismo resurgit, morte carnis prior sit, priusque oporteat illam consequi, quàm per mortẽ carnis transeat ex hoc mundo, quicunque cupit videre regnum Dei. Quomodo ergo vel cur nunc secũda mors dicitur, nisi quia posterius experimento sentitur? Nam mortuus quidem est Adam morte animæ, priusquam morte carnis, videlicet eadem die, qua vetitum lignum temerauit, iuxta veritatem dicentis: In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Sed eandem animæ mortem tunc demum experimento sentit, quãdo puluis in puluerem reuersus est, quæ carnis mors est, & anima ad inferos descendit. Itaque mors animæ, quæ per peccatum animam à Deo separat, causa quidẽ vel origine prima est, sensu autem vel experimento mors secunda. *Et angelo Pergami ecclesiæ scribe.*) Post spiritum pietatis rursum spiritus scientiæ sequitur, qui & in hac ecclesia Pergami doctrinam malam tenentes, doctrinam Balaam, doctrinã Nicolaitarum, redarguit dicens: proinde angelo huius ecclesiæ similiter, pœnitentiã age: Nimirũ ad destructionẽ omnis doctrinæ nequã, virtute vel gratia spiritus scientiæ opus est, & sermone veritatis, de quo & hic in exordio dicit.

Mat. 4. *Iob. 2.* *Philip. 2.* *Hebr. 2.* *Galat. 5.* *Obiectio.* *Solutio.* *Gen. 2.*

cit. *Hæc dicit qui habet rhomphaã ex vtraque parte acutam.*) Et postmodum si quo minus, inquit, id est, nisi pœnitentiã egeris, veniã tibi citò, & pugnabo cũ illis in gladio oris mei. Ergo romphæa ex vtraque parte acuta, vel gladius iste oris Domini, sermo Dei est, de quo & Apostolus dicit: Viuus enim sermo Dei est & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionẽ animę ac spiritus, cõpagum quoq; & medullarum, discretor cogitationũ & intentionũ cordis. Discernit enim inter animam & spiritũ, quia videlicet ipse nouit quid homo animalis cogitet, aut faciat propter terrena cõmoda, & quid spiritualis propter cælestia. Et vt secundũ præsentem locũ vel causam loquamur, ipse discernit inter benedictiones Balaã, & inter benedictiones Moysi, quorũ vterq; quidem filijs Israel benedixit, sed in cæteris doctrina longè discrepauit. Balaã quippè eodẽ ore quo benedixit, docebat Balach mittere scandalum corã filijs Israel, edere & fornicari: Hoc Moyses non fecit. Causæ huic vel intentioni ipsum Pergami nomen congruit. Pergamus enim interpretatur, diuidens cornua eorũ. Monetur q; angelus iste, vt secundum nomen ecclesiæ suæ, quod est Pergamus, diuidat atq; discernat à sana doctrina doctrinã Balaam, siue doctrinam Nicolaitarũ, per sanctũ scientiæ spiritum. Ait ergo: Hæc dicit qui habet romphæam ex vtraq; parte acutã. Ad quid habet illam romphæã? Ad faciendam vindictam in omnes tenẽtes doctrinam Balaã, & in ipsum quicunque ille est, qui docet doctrinam Balaam. Meminisse nanque debemus historicæ veritatis, in qua Dominus dicit Moysi: Vlciscere filios Israel de Madianitis. Et subinde: Cumq; pugnassent contra Madianitas atq; vicissent, omnes marès occiderũt, & reges eorũ, Eui & Recen, & Sur, & Vr, & Rebe, quinq; principes gentis, Balaam quoq; filium Beor, interfecerunt gladio. Et post pauca: Iratus Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionib. qui venerant de bello, ait: Quare reseruastis mulieres? Nónne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & preuaricari fecerunt vos in Domino, super peccato Phogor? Vnde & percussus est populus. Ergo cunctos interficite, quicquid est generis masculini, etiam paruulos, & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, jugulate. Huius, inq;, historiæ veridicæ hic meminisse debemus, quia quod illic realiter factum est, hic spiritualiter se facturũ protestatur, qui romphæam ex vtraq; parte acutam se habere profitetur. Ait. *Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ.*) Magna & vehemens reprehensio est, angeli illius ecclesiæ, quod illic habitet, vbi sedes est Sathanæ, vel q illic, vbi ille angelus, sit sedes Sathanæ. Qualis eius negligentia sit, vel quomodo illic Sathanæ sedẽ habere licuerit, sequens sermo declarabit. Interim dicit. *Et tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.*) Magnũ hoc videri posset, si non confessionem nominis sequens negligentia vel opus obscuraret. *Et in diebus illis, Antiphas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos vbi habitat Sathanas.*) Iuxta nomẽ Pergami, quod interpretatur diuidens cornua eorum: huc vsque quæ laudanda erant laudauit, martyrem (vt quidam perhibent) huius nominis q̃ est Antiphas, Pergami passum cõmemorans, cũ testimonio laudãdæ fidei, & deinceps quæ reprehendenda sunt reprehendit, atque ita cornu iustitiæ, à cornibus iniustitiæ diuidit, secundum illũ Psalmi versiculum: Et omnia cornua peccatorum confringã, & exaltabuntur cornua iusti. Sequitur enim. *Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scãdalũ coram filijs Israel, edere & fornicari. Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.*) Qualis secundum historiam doctrina Balaam fuerit, & qualiter hodieque teneant vel imitentur illam multi, qui ex ecclesia esse videntur, diligentius cõsiderare præsens locus admonet. Fuit ille Balaam idem, qui in libro Iob dicitur Eliu, primũ prophetes & vir sanctus, postea propter auaritiam diuini vel arioli vocabulo nuncupatus. Hic benedicendi & maledicendi potestatem habens, siue efficaciam sacerdotum, qui cũ sint mali, pro officio tamen communicandi vel excõmunicandi potestatem habent, gessit figuram. Vnde & Balach loquitur ad eum: Veni & maledic populo huic, noui enim quod benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris, habens quoque scientiam Dei, & sciens quod frustra sacerdos in eum maledicta congerit, quẽ causa vel culpa propria maledictionibus non subijcit. Et tamen propter auariam vadẽs, & toties perquirens, si fortè Deo placeret vt malediceret populo huic, manifestè formam illorũ exprimit, qui benedictiões & maledictiones in ecclesia vẽdunt, & omnia quęst⁹ causa faciũt. Summũ doctrinę eius nequã illud extitit, q̃ ait: Veruntamẽ pergens ad populum meũ dabo consiliũ, q̃ populus tuus populo isti faciat. Deditq; consiliũ quod & factum est, vt fornicaretur populus cũ filiabus Moab, quæ vocauerũt eos ad sacrificia sua, cõederunt & biberũt, & initiat⁹ est Beelphegor, & iratus est Dominus. Deniq; hoc est q̃ ille dedit cõsiliũ. Nónne, inquit, Moyses, istæ sunt quę deceperunt filios Israel ad suggestionẽ Balaã? In huiusmodi doctrinã ille cecidit per auaritiã, non per ignorantiã. Ait enim ipse suã scientiam confitens: Dixit

Pergamus *Reprehensio negligẽtiæ.* *Balaam in lib. Iob. dicitur Eliu* *Num. 12.* *Auaritia Balaam.* *Num. 31.* *Num. 21.* *Num. 22.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Num. 22. Balaã filius Boer, dixit homo cuius obscuratus est oculus, dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. Nimirum hæc dicens, in profundam auaritiæ foueam cadebat, & suum ipse casum videbat. Sic diuisus, sic duplex ille Balaam, in publico benedictiones Dei, tinnulis vocibus concinens, in secreto do-

Balaam typum gessit venalium sacerdotũ

lum concinnans, & consiliũ impio regi præbens, ad populi Dei perniciem. Nónne sacerdotum venalium hypocrisim in semetipso præpingit intollerabilem? An non hodieq; talium sacrilegorum intestina peste omnia plena sunt? Mittit violenta manus secularium, & hoc seculum diligentium, & in hoc seculo potentium, secundum nomen Balach, interpretatur enim lingens siue elidens, lingens scilicet, seculi delicias, & elidens pudicas, quo ad potest, non sibi consentientes animas. Mittit, inquã, trans Iordanem, & euocat quempiam sacri baptismi transgressorẽ, & statuit sibi pontificem pro num in auaritiam, vanitates obseruantem secundum nomen Balaam. Balaam quippè populus vanus interpretatur. Reges quoq; & imperatores, qui se Christianos dicunt, vanitatem huiusmodi sectati sunt, & cõtra Aaron pontificem, Balaam ariolum: contra Petrum, Simonem magum: contra quempiam legitimum Romanæ sedis antistitem, adulterum quemlibet nonnũquam intruserunt ad maledicendum. Veruntamen de vniuerso loquamur Balaam, id est, de omnibus qui vbiuis terrarum sub nomine vel officio sacerdotij sectantur auaritiam, & mercedes iniquitatis amant. Quisquis ergo ille est, qui taliter accedit ad sacerdotium, adductus quidem est ad maledicendum, & animo detestatur Israel, quia diligit vitia, & odit virtutes, sed in publico detestari non audet, palam voce maledicere non audet, ita vt aliter doceat in ecclesia, quàm regula fidei sese habeat. Sic nimirum ille Balaam cùm propter promissa sibi munera maledicere cuperet Israel, Domino prohibente nõ audebat, sed econtrario benedicebat, eadẽ ad felicitatem populi illius de Christo veraciter pronuncians, quæ & Moyses & alij prophetæ sancti, piè fideliterq; annunciant: Orietur, inquit, stella ex Iacob, & cõsurget virga ex Israel, & percutiet duces Moab, &c. De quorum mysticis sensibus non vacat dicere nunc per singula. Ita isti non audent, cùm velint, transire regulam fidei, & cũ ex animo cupiant populis eximere futuri metum iudicij, vt multos suæ fautores iniquitatis, multosq; suæ socios habeãt perditionis, lectiones tamen recitant, & testimonia cantitant dominicæ passionis, resurrectionis, & ascensionis, & nouissimi diei iudicij. In hac fide benedicunt, baptizant, consecrant. Porrò cũ hæc publicè fecerint, in occulto vertuntur ad consilium, ad colloquia mala, quæ bonos mores corrumpũt. Procedunt subornatæ filiæ Madian, ludentes & composito gradu incedentes ad deciendum Israel. Hoc nimirũ toties fit, quoties teneri & molles vitijs profluentes, nullumq; ad vitæ constantiam virile robur habentes, acceptis honoribus, cũ sint moribus obscuri, fiunt in ecclesia sub nomine Christiano spectabiles. Hoc est consiliũ vel suggestio Balaam, id est, omnium qui sequentes viam eius, mercedes iniquitatis amant. Neque enim filios ecclesiæ pro virtutibus eorum, sed filias, id est, molles & vitiosas animas, pro muneribus ad ecclesiasticos honores prouehunt. An non isti sic prouecti, doctrinam tenent Nicolaitarum? Nicolaũ quippè refert Clemens, de zelo pulcherrimę coniugis increpatum respondisse, vt qui cunq; eam vellet, acciperet vxorem, & hoc infideles docuisse, quod Apostoli cunctis promiscua, cõmuniaq; fœminarum cõsortia permitterent. An non illi doctrinæ vicinum hoc est, quod isti legitimum non volentes habere coniugium, vtpotè legibus ecclesiasticis interdictum, vt sint sancti, & mundentur, quia portant vasa Domini, nihilominus incontinentes sunt, imò deterius eò proruunt, imitantes connubia quoties volunt, & qui nullum habent thorum licitum, dum sic euagantur, nullum confidũt rupisse coniugij viuculũ? Fornicantur aũt cum illis, & initiantur Beelphegor, quicunque exemplo talium, ad incesta vel adulteria audaciores fiunt. Et tunc quidem miraculum fuit, q̃ aperuit Dominus os subiugalis muti, & animal hominis voce loquens, redarguit prophetæ insipientiã, qui huiusmodi consilium dedit: sed & nunc penè illi simile fit, quando turba plebeia rectores ecclesiæ clamoribus suis coarguit atq; obiurgat, eò quòd talis pestilentia, tanta in sacros ordines macula, ex ipsorum acciderit auaritia. Ait ergo: Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum coram filijs Israel, edere & fornicari. Et exponens quæ sit illa doctrina Balaam, continuò subiungit: Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Ergo fornicationes, quas Nicolaus induxisse fertur, vt iam dictũ est, contra puritatẽ ecclesiasticã, appellat doctrinã Balaã, & hoc esse cõfirmat scandalum ecclesiæ Dei, edere & fornicari. Et rectè. Nã vbicunq; sacerdos siue põtifex ex cõductitius exẽplo Balaã mercedes amat iniquitatis, cõtinuò tanq̃ de mala radice vitio rũ omniũ pullulãt fructus mali primũq; ecclesię castitas & omne dec⁹ religionis perit, scien-

Romana sedes.

Num. 24.

1. Cor. 15.

Contra Nicolaitas.

Leuit. 20.

1. Par. 15.

Ezc. 44.

Num. 21.

scientiæ nulla cura, nullus honor, nullus ferè sacri feruor studij, sed auaritiæ, quæ idolorum seruitus, voragobona cũcta submergit. Sequitur: *Similiter & tu pœnitentiã age. Sin aũt, venio tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.*) Congrua satis & oportuna pro recõminatio eius, qui se rhomphæam ex vtraq; parte acutam habere dixit. Nam & vbi Balaam ille mercede conductus ibat, stetit angelus Domini in via, euaginatum in manu gladium tenẽs, dixitq; ad Balaam: Ego veni

Num. 22. vt aduersarer tibi. Etnisi asina declinasset à via, dans locũ resistenti, te occidissem, & illa viueret. Et quia pœnitentiam ille non egit, docens Balach scandalũ mittere corã filijs Israel, edere & fornicari, completa est in eum vltio: propter quam significandam, angelus Domini tali schemate, videlicet, euaginatum in manu gladium tenens, apparuit. In illa quippè vltione quæ facta est de Madianitis, Balaam quoq; filium Beor, ait scriptura, interfecerunt gladio. Benè ergo veniam, inquit, & pugnabo cum illis in

Num. 31. gladio oris mei, videlicet, iuxta similitudinẽ illius angelicæ visionis, illius in Madianitas & in ipsum Balaam vltionis. Nam ille gladius in manu angeli, illa vltio in Madianitas, iudicium illud significat, de quo Apostolus: Fornicatores autem, inquit, & adulteros iudicabit Deus. Iudicabit enim nõ solùm fornicatores, quales Madianitę, cum

Hebr. 13. quibus Israel fornicatus est, fuerunt: verũ etiam & adulteros illos, qui adulterant verbum Dei, qualis fuit ille Balaam, qui verba benedictionis adulterauit, malum submittendo consilium, & docendo Balach mittere scandalum illud coram filijs Israel. *Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat ecclesijs.*) Hoc loco audire quid spiritus dicat, est non cessare à sana doctrina, ad destruendam illam doctrinam Balaam, sanctamq; exercere scientiam, illamq; semper euangelicam Domini memoriter tenere sententiam: Væ vobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ. Ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Qui enim sub nomine Christiano peccata nutriunt vel nutriri permittunt, sufficere ad salutem arbitrantes solum nomen diuinum, quemadmodum illi qui confidentes in verbis mendacij dicebant: Templum Domini, templum Domini, templũ Domini est: & fecerant illud speluncã latronum, profectò ad veram scientiam nequaquã introierunt. Si enim in illã introissent, si sanctarum scripturarum voces vigiläter aduertissent vel aduertere voluissent,

Mat. 22. scirent quia nihil valet professio diuini nominis, quam vt in illo Balaam supplantat doctrina nequàm, edendi & fornicãdi. Hoc autem scientes atque obseruantes, nó fuissent eiecti de tẽplo flagello iracundiæ Dei

Contra ad ulterantes verbũ Dei

Luc. 11.

Hier. 1.

Contra indoctos prælatos.

prosequente prophetico atq; dicente spiritu de illis: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiã. Hoc ergo audiat qui habet aures, quia tanq̃ bruta victima gladio cæditur pectus illud, in quo propter voluntariam cæcitatem scientia non est. *Qui vicerit, dabo ei manna absconditum.*) In isto gradu vincere, est doctrinã Balaam, id est, fornicationes, primũ in semetipso per virtutem continentiæ, deinde in alijs per virtutẽ sciẽtiæ destruere. Porrò qui hoc modo vincit, ille sacramentum corporis & sanguinis Domini dignè percipit: sicut econtrario ille qui vincere negligit, accedens ad hoc sacramentum, iudicium sibi manducat & bibit. Rectè ergo, inquit, vincenti dabo manna absconditum, id est, mũditiam cordis & corporis custodienti, dabo panẽ verum panem viuum, cuius signũ vel

1. Cor. 11. figura fuit manna quod filij Israel manducauerunt. Dicitur aũt hoc manna absconditum, quia videlicet in hoc sacramẽto aliud oculis cernitur, aliud fide intelligitur. Et q̃ vtilitas consequitur accipiẽtem hoc manna absconditũ? Ait: *Et dabo illi calculũ candidũ, & in calculo nomen nouũ scriptum, q̃ nemo scit nisi qui accipit.*) Qui enim dignè percipit hoc sacramentũ, sic resurget in nouissimo die, vt corpore nouo candorem habeat solidum, candorem sempiternum, sitque corpus eius quasi calculus, id est, splendida immutatione solidatum. De qua Apostolus: Mortui,

1. Cor. 15. inquit, resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Immutari nanque sanctorum est tantùm, idemque est ac si diceret, vltra non moriemur, impassibiles erimus. In eiusmodi calculo nomen nouum scriptum habere, est filius Dei nominari & esse. Hoc vtique nomen nouum, id est, ex nouo homine Christo, per sanguinem eius redemptis datum est. Nam nomen vetus ex ve-

Ephe. 2. teri homine nobis hæreditarium erat, scilicet, vt diceremur & essemus natura filij iræ. Quare autem hoc nomen nemo scit, nisi qui accipit? Videlicet quia nominis huius scientiam, non alienum extrinsecus documentum, sed proprium intrinsecus efficit experimentũ. Inflati & tumidi sciant vt sibi scire videntur, quantum volunt, siue quantum possunt, huius tamen nominis scientiam consequi non possunt. Scri-

Sap. 2. ptum est enim: Hæc cogitarunt & errauerunt, excæcauit enim illos malitia illorum, & nescierunt sacramenta Dei. Nemo ergo scit dignitatem siue ingenuitatem nominis huius, quo nominamur vel sumus filij Dei, quantũcũque sciat, siue buccis crepantibus perstrepat, vt ille Aristoteles siue omnes Aristotelici, relationem patris ad filium, siue filij ad patrem, nisi quem spiritus adoptionis regenerando

Universidad de Deusto
Biblioteca

filium Dei patris effecerit, & ipsa regeneratiõe scientem huius rei, doctumque suo tactu perfecerit. *Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco.*) Hic in filio Dei spiritus fortitudinis, qui post spiritum scientiæ sursum sequitur, loquitur quod suũ est. Ait enim: Habeo aduersus te, quia permittis mulierẽ Iezabel quæ se dicit propheten, docere & seducere seruos meos. Hæc etenim cùm dicit, illum Thyatiræ angelũ, & omnem hominem sanctum, qui secundum nomen Thyatiræ, q̃ transfertur in hostiam, exhibuit Deo corpus suum hostiã viuentem, mittit ad veridi

Rom.12. cam historiam. Vbi Helias Thesbytes contra Iezabel & prophetas eius ita fortis fuit, & ita fortiter egit, vt vsq; hodie dicat in medio ecclesiæ, cũ illius zeli fortitudinis suæ memoria laudabili, memorabili laude: Zelo zelatus sum ꝓ Domino Deo exercituũ, quia prophetas tuos occiderunt, & altaria

1.Reg. 10. tua subfoderunt. Ita quippè fortiter zelat' fuerat, vt prophetas Baal viros quadringentos occiderit gladio. Eadem zeli fortitudi-

Ibid. 18. ne Phinees quoque (quem ipsum Heliam fuisse Hebræi autumant) in supradicto scandalo quod Balaam docuit, Balach mittere coram filijs Israel, arrepto pugione ingressus est post virum Israeliten in lupanar, qui

Num. 25. ingressus fuerat ad scortũ, & confodit ambos, virũ scilicet & mulierem in locis genitalibus: atque ita auersus est furor Domini ab Israel.

Magna res & sancto viro necessaria zelus iste vel ista fortitudo, quia nimirum si careat ea, periclitatur in iudicio Domini, quãcunque sit in ipso propriæ vitæ sanctitas.

1.Reg.2. Exemplum nobis huius rei est periculum sacerdotis Heli de Sylo. Nam quia nouerat indignè agere filios suos, & non dignè zelãdo secundum legem corripuit eos, sed cum

Exemplũ fortitudinis à Christo. blanditijs nimium paternis, imò penè fœmineis, nolite, inquit, filij mei, nõ est enim bona fama quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini: idcircò venit super eum iudicium, Domino ita concludente sententiam: Idcircò iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas eius victimis & muneribus, vsq; in æternum. Nuncipsa verba per ordinẽ disseramus. *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis.*) Hoc ad intentionem pertinuit, quia videlicet qui angelo vel sacerdoti suo persuadet habere fortitudinem, zeli fortitudinis eiusdem exemplum in semetipso præostendẽs, maiori cum autoritate Dominus & magister discipulum instruit. Nam vt oculis flã. meis hic interim disseram, quid est, *& pedes eius similes aurichalco,*) nisi ac si diceret, & in itineribus siue actibus eius probata est fortitudo? Aurichalcum quippè in camino ignis longa decoctione, & diuturna tũsione hoc habet, vt auri similitudiné teneat. Sic denique ipse qui hęc dicit filius Dei, quasi pedes

Iac.5. suos, id est, finem suũ. De quo Iacobus Apostolus dicit: Patientiam Iob audistis, & finem domini vidistis, fortiter in camino suę passionis ardenti consummauit, & resurgẽs carnem suã in immortalitatis aureæ gloriã transmutauit: ac deinde gentem suam, terram, & ciuitatem suam Hierusalem, in magno zelo non parcens igni hostili conflagrauit. Ergo pedes eius similes aurichalco, & hoc exemplo ab eo, cui hæc dicit, iure exigit, vt post omne opus bonum, sit ei etiam erga delinquentes alios districta iusti zeli fortitudo. Ad hoc intendens de seipso premittit, qui habet oculos tanquam flammã ignis. Oculi nanq; eius qui numero septem

Zach.4. sunt, iuxta prophetam Zachariam, & iuxta posteriorem scripturæ huius locum, septẽ spiritus sunt. Et quidem ante illum passio-

Infra.3. nis eius caminum, spiritus sanctus non tanquam flamma ignis, sed tanquã columba su-

Ioan.1. per eum descendisse, & in eo manere visus est. Verùm vbi in cælũ ascendit, quasi flammeis oculis in terrã aspexit, mittens eundẽ

Actor.2. septiformẽ spiritum, qui super Apostolos in linguis igneis apparuit, eosq; qui erãt infirmi, fortes & bono zelo feruentes effecit. Quid dicit iste filius Dei? *Noui opera tua, & fidem, & charitatem, & opera tua nouissima plura prioribus.*) More suo prius q̃ laude dignum est collaudat, & posterius quod vituperabile est, cum paterna correptione cõmemorat. Noui, inquit, opera tua, & hoc noui & approbo, quia de bonis profecisti ad meliora. Hoc est enim quod repetens ait, & opera tua nouissima plura prioribus. Verbi gratia: Opera illius nouissima, plura vel meliora sunt prioribus: qui cũ à timore opus bonum inchoauerit, peruenit ad charitatẽ, quæ perfecta, foris mittit timorem. Hoc nãque innuere videtur, vbi cùm præmisisset, noui opera tua, statim addit, & fidẽ & charitatem. Inchoatio nanque operum bonorũ, timor est, qui concipitur p fidẽ: perfectio verò, charitas quæ seruilem excludit timorem. Et quantacunque sint opera timoris, quæ tempore vel ordine priora sunt, sine dubio charitatis opera tempore nouissima, dignitate plura & meriti maioris sunt. Ergo in persona propria iste angelus Thyatiræ magno testimonio superni iudicis honoratur, quia secundum ipsum nomen Thyatiræ, q̃ transfertur in hostiam, semetipsum exhibuit Deo hostiã viuentẽ, per fidem & charitatẽ. *Sed habeo, inquit, aduersus te, quia permittis mulierẽ Iezabel, quæ se dicit propheten, docere & seducere seruos meos, fornicari & manducare de idolothytis.*) Ac si dicat: In tuo quippè opere

1.Ioan. 4.

& fide es laudabilis, sed in hoc vituperabilis, q̃ propria salute contentus, hæreticam perfidiam, quæ alios perdit, nõ digna inuectione redarguis. Nomen quippè Iezabel, quod fluxum sanguinis sonat, cõuenit hæreticis. Et specialiter conijcitur fuisse mulier in supradicta ecclesia, docens memorata facinora, quæ figura esset totius Iezabel per orbem. Vna quippè Iezabel vxor Achab regis Israel, vniuersam hæreticã perfidiam, & nomine & opere præsignauit: quia & nomẽ eius interpretatur, vt iam dictũ est, fluxus sanguinis, & ipsa prior prophetas Domini persecuta est, & occidit. Ante illam quippè nullus prophetas occidisse legitur. Ipsa iu-

Iezabel typum gerit hæreticorũ stum Naboth lapidauit, ipsa Heliam, nisi fugæ cõsuluisset, gladio interfecisset. Posteri quoque eius exemplum impiæ parentis imitati, scilicet Ochozias rex Iuda, filius Ioram ex Athalia filia eiusdem Iezabel, & Ioas, & Amasias, prophetas Domini persecuti sunt & occiderunt, & verbum Dei loqui prohibuerunt, & idcircò de sancta & mystica generatione Iesu Christi, Matthæo scribente, sublati sunt, & locum in ea vel memoriam non meruerunt. Iamdudum quidem fabricati fuerant vituli aurei, & scissæ fuerãt decem tribus de domo Dauid, & à templo Domini, quod signum & initiũ fuit omnis hæreticæ & schismaticæ iniquitatis, sed ista videlicet Iezabel cultũ Baal superaddidit, & perfidiæ gladiũ, vt iam dictum est, adiecit, & iustum sanguinem fudit, & verbi Dei ministrũ in fugam compulit. Rectè ergo & mulier ista, quæ supra sexus sui dignitatem in ecclesia loquens & docens seducebat, & omnis hæretica perfidia, Iezabel vocatur, & est: atque nomen illius Iezabel, cuius poste

1.Cor.14. ritas, vt iam dictũ est, de generatione sancta perijt, in opprobrium reseruatur. Quia

1.Tim.2. permittis, inquit, mulierem Iezabel quæ se propheten dicit, &c. Quid illũ volebat agere, cui dicebat, quia permittis? Nimirum induere spiritus fortitudinis, & zelo Domini illud spiritualiter facere, quod corporaliter Helias fecit. Ille cùm redarguisset populum dicens: Vsquequo claudicatis in duas partes? atque signis euidentibus effecisset, vt adorantes dicerent, Dominus ipse est Deus, Dominus ipse Deus, appræhendite,

3.Reg.18. inquit, prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendissent, duxit eos Helias ad torrẽtem Cyson, & interfecit eos ibi. Hoc vir sanctus, qualis erat ille angelus Thyatiræ, sic debet imitari & facere, vt non sola sui salute contentus sit, quoniam angelus est, & secundum hoc nomen alijs qualiter saluẽtur nunciare debet. Sed gladium verbi Dei arripiens redarguat populũ, eò quòd claudicet in duas partes. Hinc communicans corpori Christi, & in-

de iuxta doctrinã huius mulieris fornicãs, vel manducans idolothytis, cũ dicat Apo-

1. Cor. 10. stolus: Non potestis participari mensæ Domini & mensæ dæmoniorum. Non potestis bibere calicẽ Domini & calicem dæmoniorum. Qui ergo illud docent, & cũ docere videantur, seducunt populũ, teneat eos is, cui hęc scribuntur, tanq̃ prophetas Baal & prophetas Iezabel, & gladio vindice, gladio verbi Dei, q̃ est in ore eius, separet ab eccle

Ephe. 6. sia, dãnatos proprio iudicio, ne quis eis cõmunicet, aut cibũ sumat, pariter ne quis di-

Tit.3. cat cuipiã illorum, aue, aut in domum illũ recipiat. Sic enim spiritualiter agit, q̃ Helias gladio materiali egit, dum prophetas Baal occidit. De ipsa Iezabel, id est, de vni-

1.Cor.5. uersa, quę se magistrã facit, hæretica synago-

2.Ioan.1. ga nunc dicit. *Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. Et ecce mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis, & filios eius interficiã in mortem, & scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutans renes & corda, & dabo vnicuique vestrum secundũ opera sua.*) Omnis hæc pœnæ comminatio ad similitudinem respicit illius Iezabel, cuius

Quomodo dat Deus tempus agendi pœnitentiam

hæc mulier vel omnis hæretica lues, ꝓ suis meritis nomen sortita est. Sic enim illa Iezabel regina, siue filia regis punita est, vt historica narratio docet. Primùm dedit illi Deus tempus vt pœnitentiam ageret, & Achab quidẽ vtcunq; pœnitentiam egit, ipsa autem pœnitere noluit. Dare nanq; tempus pœnitentiæ, hoc est, ante pœnas cõminationes præmittere. Hoc autem fecit Dominus loquẽs in Helia ad Achab: Ecce ego inducã super te malum, & demittã posteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & dabo domum tuam sicut domũ Hieroboam filij Nabath. Sed & de Iezabel locutus est Dominus dicẽs: Canes cõedent Iezabel in agro Israel. Rursumq; de Achab: Si, inquit, mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli. Vtrique ergo dedit Deus tempus pœnitentiæ, vt pœnitentiam agerent, quia pœnam vtrique comminatus est antequam inferret. Et Achab quidem, vt iam dictũ est, qualemcunque pœnitentiã egit, & idcircò Dominus sententiam pœnæ, quam comminatus fuerat, iuxta modum pœnitentiæ temperauit. Sequitur enim: Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestem suam, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Idcircò pœnam, vt iam dictum est, Dominus temperauit, & de sententia nonnihil decidit. Nam quod in initio sermonis vel sententiæ dixerat, in loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth,

3.Reg.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lambent tuum quoque sanguinem illud quidem impletum est, veruntamen neque in ciuitate canes, neque in agro volucres cæli illum comederunt. Sic enim
3. Reg. 22. postmodum scriptum est: Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariam, sepelierũtq; regem in Samaria, & lauerunt currum in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lambuerunt, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat.
Item quod dixit, demetam posteriora tua,
3. Reg. 21. & dabo domum tuam sicut domum Hieroboam, ita moderatus est, vt diceret: Quia ergo humiliatus est mei causa, non inducã malum in diebus eius, sed in diebus filij sui
Exitus & pœna Iezabel regina. inferam malum domui eius. Porrò de sententia quæ in Iezabel deprompta est, nihil decidit, videlicet quia nullo modo pœnitẽtiam egit. Et ecce ego mitto eam, inquit, in
Ibidem. lectum. Hoc dictum pulcherrimè spectat ad culpæ eius modum, scilicet quia de lecto surgere fecit virum suum scelere suo confortatum. Cùm enim ille indignans & frendens super verbo, quod locutus fuerat Naboth dicens: non dabo tibi hæreditatem patrum meorum, proiecisset se in lectum suũ, & non comederet panem: illa ingressa, vbi causam didicit, irrisit velut inertem dicens: Grandis autoritatis es, & benè regis regnũ Israel. Surge & comede panem, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Is-
4. Reg. 9. raelitæ. Rectè ergo mitti debuit in lectum. Quomodo tandem missa est in lectum? Iezabel (inquit scriptura) introitu Iehu audito, depinxit oculos suos stybio, & ornauit caput suum, & prospexit per fenestram ingrediẽte Iehu per portam. At ille dixit eunuchis: Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam. Illo itaque locutionis modo, qui Sarcasmos, id est, hostilis irrisio dicitur, rectè dicatur missa esse in lectum, vbi præcipitata est deorsum. Nam præcipitata est in infernum, vbi sic habet lectum, vt quiescat, non ipsa, sed eius illa, qua terram
Psal. 75. turbauit, insania. Iuxta quẽ sensum in Psalmo canitur. Terra tremuit & quieuit: dum resurgeret in iudicio Deus. Cũ enim apparuerit in iudicio is qui resurrexit Deꝰ, tremet terra, id est, omnis qui amat terrã. Tremet, inquam, & quiescet, id est cessabit, vt vltra turbam aut inquietudinem nõ faciat. Singulariter nunc quisque peccator quiescit & cessat, vt cessauit illa dum præcipitata est: tunc autem in iudicio simul omnes cessabunt. Sequitur, *Et qui mœchantur cum illa, in tribulatione maxima erunt.*) Et hoc vtique in illam Iezabel abunde factum est. Primũ ipse vir eius, qui cum illa fornicabatur fornicatione, qua Deus relinquitur & idola colunt: & deinde omnis domus eius, sed & omnis populus in tribulatiõe maxima fuit, in tribulatione belli & famis: Primus quippè ipse Achab in bello contra regem Syriæ 3. Reg. 22. vulneratus, & in tribulatione mortuus est, & canes linxerunt sanguinem eius. Post 4. Reg. 6. hũc & filius eius Ioram, & omnis populus qui çum illa fornicabatur, in tribulatione maxima fuit, pugnante Benadab rege Syriæ & obsidente Samariam. Facta est enim fames magna in Samaria, & tamdiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis: & quarta pars* cadister co- * Cabi.
ris columbarum, quinque argenteis. Cumque transiret rex Israel per murum, mulier quædam exclamauit ad eum dicens: Salua me domine mi rex. Ac deinceps, Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum cõedemus cras. 4. Reg. 9.
Coximus ergo filium meũ & comedimus, &c. In illa tribulatione maxima idcirco fuerunt, quia pœnitentiã non egerant: imò & Iezabel viuebat adhuc, & adhuc cum illa fornicabantur. Vnde & posterius filio eius Ioram interroganti: pax est Iehu? ille respõdit: Quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuę & veneficia eius multa vigẽt. Ait ergo: Et qui mœchantur cum illa, in tribulatione magna erunt, nisi pœnitentiam egerint, & subaudiendum est, sicut illis qui cum Iezabel fornicati sunt, accidit. Et continuò subiungit. *Et filios eius interficiam in mortem.*) Filij huius hæreticæ mulieris, imitatores eius sunt. Horum interfectionis æternę damnationis similitudo, nihilominus in interfectione filiorum illius Iezabel notissima est. Prius Ochozias filius eius qui regnauit pro patre suo, cecidit per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit ac mortuus est. Ioram fratrem eius, cũ regnaret pro eo, interfecit Iehu. Tetendit arcum manu & percussit eum inter scapu- 4. Reg. 11.
las, & egressa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru suo. Sed & septuaginta viros omnes filios regis, siue ex ipsa Iezabel, siue ex alijs coniugibus, mandante Iehu occiderunt optimates ciuitatis, apud quos nutriebantur. Ochoziam quoque filium filiæ Iezabel regem Iuda qui venerat 4. Reg. 10.
ad visitandum Iorã, occidit Iehu & fratres eius quadragintaduos viros. Interroganti namq; Iehu cũ inuenissent eos & dicenti, Ibidem.
qui nam estis vos? responderũt: Fratres Ochoziæ sumus, & descendimus ad salutandos filios regis & filios reginæ. Qui ait: Cõprehendite eos viuos. Quos cũ compræhendissent viuos, iugulauerunt eos, & nõ reliquit ex eis quenquam. Sed & Athalia mater 4. Reg. 11.
Ochoziæ videns mortuum filium suũ, surrexit & interfecit omne semen regium, qui vtiq; filij, id est, abnepotes Iezabel erant. Vnũ Ioas filium Ochoziæ furata est soror eius dẽ Ochoziæ de medio filiorũ regis, cũ inter-

interficiebantur. Perspicuum est ergo pœnam vniuersalẽ, quę in hanc mulierem, imò in omnẽ hæreticam doctrinam decernitur, in illius Iezabel exemplũ decerni, vt iusta sit illi pœna similis, cui sese in culpa similem fecit. Longũ nimis est, in singulis, iuxta similitudinẽ præscriptã, partibus immorari, qualiter omnis anima hæreticæ doctrinæ magistra mittatur in lectũ ad virum suum, imò adulterũ diabolũ, & qualiter in tribulatione sint futuri, qui cũ illa mœchantur, id est, illam imitari delectantur, qualiter filij eius interficiantur in mortẽ, id est, ita interficiantur, vt semper in morte versentur, simulq; corpore & anima crucientur. Cætera prosequamur. *Et scient, inquit, omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutans corda & renes, & dabo vnicuique vestrũ secundum opera sua.*) Ne longius abeamus quærendo cur hic dicat, quia ego sum scrutans renes & corda, memoriter teneamus conditionem q̃ comminationibus
Diuersimodè agunt homines pœnitentiã hic interposuit, dicendo, pœnitentiam egerint ab operibus suis. Nã quia sunt alij qui propter consequendã æternam Dei gratiã, alij qui propter tenendã felicitatem, terrenam pœnitentiam agunt, atq; alij qui omninò impœnitentes sunt, pertinuit ad iudicem, qui se redditurũ professurus est vnicuiq; secundum opera eius, ostendere vnde scire possit quale vel cuius meriti sit cuiuslibet pœnitentis vel impœnitentis opus. Et hoc, inquit, scient omnes ecclesiæ, scilicet in futuro, quando reddetur vnicuiq; secundũ opera sua. Nam nunc pauci sciunt & discernunt quomodo singulis condigna reddan-
3. Reg. 18. tur, in his quæ nonnunquã in præsenti, Deo iudice, patiuntur. Verbi gratia: Achab quippè sæpè dictus pœnitentiã egit, sed tota pœnitentia eius non in corde, sed circa renes fuit. Neq; enim pœnitendo curauit, aut ti-
2. Reg. 11. muit, ne à regno Dei foret alienus, sed hoc solum, ne regno suo priuaretur. Econtra Dauid, qui Vriam interfecit, pœnitens nõ hoc timebat, ne regno priuaretur, sed ne à gratia Dei relinqueretur. Vnde & dicebat:
Psalm. 50. Ne proijcias me à facie tua, & spiritũ sanctũ tuum ne auferas à me. Porrò, Ioram æquè vt mater eius, habens cor impœnitens, in i-
4. Reg. 6. psis malis suis, in obsidione Samariæ, cũ diceret, quare tantum malum est à Domino, q̃ in ipsum Dominum facere non poterat, in prophetam Domini vindicare voluit, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si steterit caput Helisæi filij Saphan super eũ hodie. Præmisitq; virum, qui præcederet caput eius. Hic ergo scrutans corda & renes, id est, veraciter discernens, quis carnali, & quis spirituali intentione pœnitentiã agat. Achab quidem pœnam distulit. Dauid autẽ in gratiam restituit. Ioram verò & cæteros filiolos Iezabel absq; dilatione interfecit.

Ita reddidit vnicuiq; secũdum opera eius, contestans vt omnes circa nos ita futurum sciamus, dum concludit sic: Et dabo vnicui que vestrum secũdum opera sua. Sequitur:
*Vobis autem dico, cæteris qui Thyatiræ estis * qui non Quicũque cognouerunt altitudinem Sathanæ, quemadmodum non habẽt dicunt: Non mittam super vos aliud pondus, tamen doctrinam quod habetis, tenete, donec veniam.*) Qui Thyati- hanc, &c.
ræ estis (inquit) quos reliqui mihi, sicut illos de quibus dixi in Helia, vbi sæpè dictã 3. Reg. 19.
Iezabel timens fugerat. Reliqui mihi septẽ millia virorum, qui non curuauerũt genua ante Baal. Hoc ipsum nanque nunc de istis cæteris, qui Thyatiræ sunt, de secũda ad tertiam transiens personam, dicit verbis alijs: Qui non cognouerunt altitudinem Sathanæ. Denique fornicari & idolothyta manducare, sicut genua curuare, altitudinẽ Sathanæ cognoscere est. Cognoscere verò approbare est. Altitudo autem Sathanæ quã nunc percutit, illa est superbia eius, qua similes esse altissimo contendit, exigendo sibi in idolis sacrificari, cũ soli altissimo debeatur vt sacrificetur illi. Hanc eius altitudinem cognouerunt, id est, approbauerunt & illi, qui tunc sub illa Iezabel curuauerũt genua ante Baal, & isti qui nunc Thyatiræ, docente ista muliere, fornicati sunt, & manducauerunt idolothyta, non cognouerunt, qui manducare noluerunt, quemadmodũ illa septem millia virorũ, qui genua nõ curuauerunt. Non vera est altitudo illa, sed esse eis videtur, qui amant & mirantur aurũ & argentum in simulachris gentium, & idcircò mirãtur simulachra gentiũ, quia sunt aurũ & argentũ, quia exquisita & artificiosa opera manuũ hominũ, & ipsi curiosi sunt, inde accipientes responsa dæmonum. Idcircò cùm dixisset altitudinem Sathanæ, rectè addidit, quemadmodum dicunt. Ac si diceret: Non dico altitudinẽ Sathanæ, quemadmodum est, sed quemadmodum stulti admiratores dicunt: Vobis dico (inquit) vobis cæteris, qui Thyatiræ estis, quos mulier illa nõ docuit aut seduxit. Non mittã super vos aliud pondus, tantum quod habetis, tenete, donec veniã. Iam quide (inquit) põdus habetis, iam pœnam vestram sustinetis, dum Iezabel docet & seducit, dũ serui mei seducti fornicantur, & manducant de idolothytis, & vos prohibere non audetis, timore presi, imbelles & infirmi. Ipse timor quem sapientes quoque huius seculi passionem reputant, pondus vobis est, pondus seruitutis, põdus infirmitatis. Nõ estis fortes, non estis liberi, vt ille Helias fuit, qui nihil in seculo habuit, neque habere cupiuit, nihil põdere timuit. Pro nullo gauisus est cõmodo seculari, pro nullo doluit incõmodo temporali, & idcircò fortis, & expedi- 3. Reg. 18.
tus regem redarguit, prophetas Baal occidit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit. Semel tantum timuit minas Iezabel, & fugit, sed non sic timuit, aut fugit, quin rediret, & palam nunciaret in verbo Domini, q̃ canes comederẽt Iezabel. Vos põdus quod habetis, sub quo laboratis, & onerati estis, tenete donec veniam, aut cum euangelica perfectione venire vos faciam, vt sequamini me, & omnibus relictis verbum Dei annuncietis, vendita tunica, gladium ematis, vt neminem præter Dominũ timeatis. Interim pondus istud teneatis vobis portantibus, & sub pondere gementibus, vestrum quę dolorem, quem habetis pro his qui seducuntur, silentio cõsumentibus, aliud põdus non imponã vobis, nõ aggrauabo sentẽtiam, quia tacetis per metum, nõ per cõsensum, per infirmitatem, nõ per malitiã. *Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget illas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur.*) In isto gradu vincere, est omnes quæ infirmum faciunt hominem, passiones superare, gaudium, timorem, spem, atq; dolorem, de animo propellere atq; fugare, id est, seculo nõ gaudere, seculum nõ timere, secularia non sperare, pro secularibus non dolere. Nimirum qui talis est, qui omnes carnis affectus, & istas vincet passiones, & ita custodit opera Domini vsq; in finem, id est, vsque in perfectionẽ, iste dignus & idoneus est, qui præsit, qui aliorum ductor & rector sit, & imperet, atq; cogat tyrones ad militiam Domini. Ait ergo: Dabo illi potestatem super gẽtes, id est, mea ordinatione fiet magister eorum, qui si absque magisterio sint, gentes sunt, id est, gentiliter viuunt, quia quamuis conuersi ad fidem, pro mala tamen consuetudine ad iterandam gentilium vitã proni sunt. Et reget illas in virga ferrea, id est, recta & sæuera iustitiæ disciplina, quæ non citò flectatur in gratiam vel odium, quia vicit hæc, quia prædictarũ est victor passionum, bonumq; habet zelum, nunq̃ odiendo hominem, & amando vitium, sed semper amando hominem, & odiendo vitium. Hæc enim in rectore ecclesiæ animi rectitudo, virga ferrea, id est, fortis & recta disciplina est. Proinde sequitur: Et tanquam vas figuli confringentur. Rectè nanq; qui eiusmodi est, corripientẽ subditi pro culpis suis verẽtur, & cadunt in facies suas, atq; sedenti subijciuntur, non habentes quid contra loquantur, autoritate constricti boni spiritus qui illo loquitur, & sicut vas figuli confractum nõ potest cõtinere aquam, sic illi cõterriti, & excusare nõ valentes, vel abscondere, culpã propriã confitentur. Alioquin maioré vim experirẽtur, sicq; iudiciali anathematis lapide omninò confringuntur, vt nõ remaneat ex eis saltẽ testa, in qua portetur igniculus. * *Hanc potestatem illi dabo sicut accepi à patre meo.*) Nã propter passionẽ mortis gloriã & honore coronatus sum, & secundũ hominẽ assumptum, data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, potestas iudicium facere, vt qui crediderit & baptizatꝰ fuerit, saluus sit, qui verò nõ crediderit, condẽnetur. Sicut accepi (inquit) dabo illi, vt quorũ remiserit peccata, remittantur eis: & quorũ retinuerit, retenta sint. *Et dabo illi stellam matutinam*) id est, post laborem quo in præsenti vita quasi in nocte laborat, solicitus ac prẽuigil in animarum sibi cõmissarũ custodia, manifestabo ei meipsum, qui sum stella splẽdida ac matutina. *Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis.*) Audiat, id est, intelligat, potestatis ac dignitatis spe, quam promittit Deus, delectetur, zelo iustitiæ cõtra omnes hæreses accẽdatur. In isto & in sequentibus capitib. præmia vincentibus promittuntur, sic in ordine literaturæ pronuntiãtur, vt ipsa persona filij Dei loqui intelligatur, scilicet dũ dicit, sicut accepi à patre meo, & cõfitebor nomen eius corã patre meo, & scribam super eũ nomẽ meum nouũ, & dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cũ patre meo in throno eius. Nõ ergo ãbs re ordoin istis cõmutatur, vt prius dicat, vincenti aut qui vicerit, dabo illi hoc vel illud, vt personæ eius qui loqui cœperat dictis alia persona nõ interseratur, & tũc demum ita cõcludat. Qui habet aurem audiat. Nam q̃ superioribus capitulis pro victoria promittitur sic, vincenti dabo manna absconditũ, qui vicerit nõ lædetur à morte secunda, vincenti dabo edere de ligno vitæ, nihil interest vtrum filij an spiritus sancti persona loquatur. *Et angelo ecclesiæ Sardis, scribe: Hæc dicit qui habet septẽ spiritus Dei & septẽ stellas. Noui opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es.*) Qui post spiritum fortitudinis sursum sequitur spiritus consilij, secundum ordinẽ suum loquitur hic in filio Dei. Et ad quem magis loqui huic spiritui congruit, quàm ad illum qui nomen habet, quod viuat & mortuus est? In secretis nanque causis consilio solemus vti. Secretum autem & occultum est opus eius, qui nomen habet quod viuat & mortuus est. Nam cuius peccatum publicum vel notum est, non hic habet nomen quod viuat, imò si vitæ vel sanctitatis opinionem prius habuit, clarescentibus operibus mortuis, opinionem illam vel nomẽ iam perdidit & diffamatur quod mortuus sit. Ergo ad istum qui cùm mortuus esset nomen habebat quod viueret, id est, cuius peccatũ vel opus non sic erat, vt malo exemplo publicum faceret ecclesiæ scandalum, sed intus malè agens, foris vbi illum pro officio prædicare oportebat, bonam retinebat opinionem, rectè vti debuit filius Dei spiritu con-

3. Reg. 19.
3. Reg. 21.
Mat. 19.
Luc. 22.
Victor passionum humanarum
Sicut & ego accepi à patre meo.
Mat. vlt.
Mar. vlt.
Ioan. 20.
Ioan. 16.
Cap. 3.

cõsilij, id est, non publica descriptione qualitatem vel nomen declamare operis eius mortiferi, secundum regulã euangelicam q̃ ipse præscripsit. Si (inquit) peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, &c. Datur tamen conijci q̃ mortui huius quem dicit, mors fuerit peccatum carnis. Nam postmodum dicit: Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, ambulabunt mecum in albis. Et reuera nonnunquã cõtingit, vt angelus, id est, sacerdos siue episcopus, bonæ opinionis vir, secreto admittit peccatum carnis, & hoc faciendo mortuus sit sub nomine viuentis. Nunc ordinẽ prosequamur: Angelo (inquit) ecclesiæ Sardis, scribe. Nomen Sardis lapidis vtiq; pretiosi angelo illi congruit, res autem quę intelligitur sub nomine lapidum in ornamentis ecclesiæ pro causa iam dicta, non illi cõgruit. Hæc dicet, qui habet septem spiritus Dei. In cæteris sic initiũ facit, vt iuxta proprietatem causæ quã dicturus est, incipiat, fiatque auditor attentus siue docilis aut benevolus ex his quæ primitus audit. In isto sic incipit, vt nihil contingat de propria causa huius angeli. Causa enim eius obscura est, quam oportet cum consilio tegi. Noui (inquit) opera tua, quia nomen habes q̃ viuas, & mortuus es. Ac si dicat: Homines qui in facie vidẽt, putãt quod viuas, ego autem qui in corde video, & occultorum cognitor sum, scio quia mortuus es. Sic scribendo & taliter loquendo, vtique sicuti ipse alijs præceperat vt facerent, facit decenter. Corripit enim illum inter se & ipsum solum. Nemo enim præter se & conscientiam illius nouit, quid dicat, vel in quo ille mortuus sit, nisi fortè conijciat, aut suspicetur quisquis hæc legit. Verùm suspicio in legibus locum non habet accusandi, nec debet quisquam propter alterius suspicionem de statu suo periclitari. Non ergo diutius immorari vult in commemoratione mortiferi operis eius, sed protinus consilium dat quo saluetur. *Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant.*) Quoniam peccatum eius non exprimitur, non quidem suspicionem nostram firmare debemus, veruntamen eius qui carnis continentiam nõ habuit aut perdidit, quicunque ille est aut erit, consilium istud oportunum esse non dubitamus, vt vigilet, & cætera quæ supersunt, ne irrecuperabiliter moriantur. Lumbos suos præcingendo confirmet, iuxta q̃ hic ipse Dominus in euãgelio suo dicit: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. Beati serui illi, quos cùm venerit, inuenerit vigilantes. Denique cura hæc, cura recuperandæ salutis, vel cõseruandæ continentiæ, vigilijs & solicitudine magna indiget. Cõfirma (inquit) cætera, quæ moritura erant. Aliqua ergo viuunt adhuc, & necdũ omninò mortua sunt, etiã in eo qui sic mortuus est. Viuit enim officiũ, viuit ipsum, q̃ baptizando, cõsecrando celebrat sacrũ. Verùm hæc etiam sine dubio moritura sunt, id est, illi deperire & auferri debent, si eo tam secretam spiritus Dei nõ recipiente correptionẽ publicauerit eũ Deus, & dixerit ecclesiæ peccatũ eius. Tunc enim legali sæueritate ab officio deponetur, eritq; sicut Ethnicus & publicanus. *Non enim inuenio opera tua plena corã Deo meo.*) Id circò moritura erãt, & idcircò cõfirmari oportet cætera opera tua, quia nõ inuenio ea plena coram Deo meo. Ibi nanque plena sunt opera ministerij sancti, vbi salutarem habent effectum, vbi non fiunt ad iudicium, sed prosunt ad remissionem peccatorum. Cùm hac itaque plenitudine non fiunt ei, siue ab eo, qui malè operando mortuus est. *In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris, & serua, & pœnitentiam age.*) Qualiter, inquit, acceperis & audieris. Acceperis exemplo audieris præcepto. Accepisti enim pudicorũ exemplum Apostolorum audisti tale præceptum eorum: Oportet Episcopum esse irrepræhensibilem, sobrium, prudentẽ, ornatum, pudicũ, hospitalẽ, doctorem: nõ vinolentũ, non percussorẽ, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, suæ domui benè præpositum: Oportet illũ & testimoniũ bonum habere ab his qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Sed & in lege hoc accepisti. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedat hostias offerre Deo. Si cæcus fuerit, si claudus, si paruo vel grandi & torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore vel herniosus. Item: Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad sancta, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Hæc vt accepisti & audisti, in mente habe, memoria tene, & deinceps serua, & de eo quod non seruasti, pœnitentiam age. *Si ergo non vigilaueris, veniam ad te, tanquam fur, & nescies qua hora veniã ad te.*) Quod debui facere, feci tibi, corripui te, monui te vt vigiles: euangelica quoque tuba personante ad omnes: Vigilate itaque, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te sicut fur. Non veniam ad te sicut ad homines illos qui vigilant, & expectant: venit ipsorum Dominus cùm reuertitur à nuptijs, gratias agens illis, & beatificans eos quod in occursu suo vigilauerint.

Mat. 18.
1. Reg. 15.
Luc. 12.
1. Tim. 3.
Leui. 21.
Leuit. 22.
Mat. 24.
Luc. 13.
1. Thes. 5.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non veniam adte sicut spõsus iucundus atque festiuus, sed tanquam fur, qui nescientе patrefamilias, domum perfodit, & domi num domus necat, quem dormientem inuenerit. Consequitur enim, vt qui non vigilat, eum mors superueniens, tanquam fur compræhendat. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua.*) In tua quidem persona es repræhensibilis, sed hoc pro te facit, quod non etiam alios exemplo tuo perdidisti, quia, sicut dixi supra, quamuis mortuus sis, nomen habes quod viuas. Nomina (inquit) pauca, id est, nominatos paucos penes te habes ex nomine mihi cognitos, & pro meritis suis in libro vitæ descriptos, quia non inquinauerunt vestimẽta sua, id est, incorrupta seruauerũt corpora sua. *Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt.*) Mecum (inquit) scilicet cum filio virginis, mecum, cuius caro virginea, continẽtiæ dedicauit exemplũ, qui sum virgineus flos, virginitatis lilium, & corona virginũ. Mecum ambulabunt in albis, id est, in corpоribus immaculatis, cum quibus resurgẽt nitidi velut agni nouelli, & quocunq; iero, me sequentur agnum Dei, quia comitatu meo digni sunt. *Qui vicerit, sic vestietur vestimẽtis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & cõfitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius.*) In isto gradu vincere, est incentiua carnis igni spiritus sancti superare, & ope eius tunicam corporis immaculatam custodire. Quisquis in hoc vicerit, ille sic vestietur (inquit) vestimentis albis, quemadmodum dixi, vt ambulet mecum in albis. Et non delebo nomen eius de libro vitæ. Minus dixisse videtur quàm sese habet dignitas meriti, eo videlicet locutionis modo, qui Græcè dicitur Tapinosis, id est, humilitas magnæ rei. Hoc etenim de illo veraciter potest dici, qui post fornicationes & adulteria conuersus, pœnitentiam egit. Verùm quod hic minus dixerat: suppleuit magnificentius, addendo: & confitebor nomẽ eius corã patre meo, & coram angelis eius. Ibi ergo per negationem, cùm dicit, non delebo nomen eius qui vicerit, simul illũ percutit qui non vicerit, consequitur enim, q̃ deleat nomen eius. Hic autem per affirmationem, & confitebor nomen eius, gloriam & honorem repositum illi, qui vicerit, designat abundantius. Hoc enim ita magnificum est, quemadmodum & illud quod Apostolus de patribus, cùm fidem & obedientiam atque expectationem illorum peregrinantium latius commemorasset, propter quam causam (inquit) non confunditur Deus vocari eorum Deus. Denique & hic cũ dicit, confitebor nomen eius, eodem sensu accipiendum est, ac si dixisset, non cõfundar confiteri nomen eius, quod hic talis meus sit discipulus, cumque in vestimentis albis incedat, non confundar coram patre meo, & angelis eius, quod in ambulatione mea sit mihi conscius. *Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis.*) Quid iste spiritus dicat audire, est cuncta cum consilio facere. Omnia fac cum consilio (inquit scriptura) & post factum non pœnitebis. Non enim de qualicunque consilio dixit, sed isto consilio, quod sancta scriptura nobis prædicat, spiritum sanctum nominando spiritum cõsilij, quem & hic intelligimus loqui. Nam Pharao stultum habuit consiliũ, sicut scriptum est: Sapientes cõsiliarij Pharaonis, deserunt consilium insipiens. Hoc ergo consilium est, quod verum, quod sanum, quod ex Deo & ex spiritu sancto est, & qui omnia cũ isto fecerit, sine dubio post factũ non pœnitebit. Prima gratia est, sic omnia cum isto spiritu consilij facere, vt non inquinet vestimenta sua, id est, vt virginitatem carnis custodiat. Hoc enim non præceptũ, sed cõsiliũ est. Vnde Apostolus: de virginibus, inquit, præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Deo, vt sim fidelis. Qui hoc consilium audit, vel cum isto consilio facit, vtique post factum non pœnitebit, quia tribulationem carnis nõ habebit, solicitus nõ erit quæ sunt mũdi, quomodo placeat vxori, & diuisus non erit. Secunda gratia est, post lapsum ita cum consilio facere omnia, vt fratrem corripientẽ audiat. Si enim hoc fecerit, post factum non pœnitebit, quia nõ dicetur ecclesiæ peccatum eius, nec reputabitur sicut Ethnicus & publicanus. Qui ergo habet aures audiat, quia iste spiritus cõsilij & ad secundam sui gratiam angelũ ecclesię Sardis inuitat, & de prima, paucos qui non inquinauerunt vestimenta sua collaudat. *Et angelo ecclesiæ Philadelphiæ, scribe: Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit: Scio opera tua. Ecce dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere.*) Huic angelo filius Dei, suos effectus largius effundit, & spiritus qui hoc loco audiendus est ecclesijs, spiritus intellectus est. qui sursum in ordine scribitur post spiritum consilij. Huius spiritus proprium opus est, sanctarum scripturarũ mysteria, prout vult, aperire: & ea quæ sapientibus & prudentibus abscondita sunt, paruulis reuelare, plerunque sine hominis magisterio, quomodo prophetas omnes & sanctos Apostolos, qui homines fuerant sine literis, & idiotæ, priusquam datus hic spiritus, glorificato Iesu, illustrasset eos. Hoc vsque hodie prout vult, agere non desinit, reuelans abscondita paruulis, vt iam dictũ est, id est, humilibus & beneuolis pro merito eius, quam habent fraternæ dilectionis: quia

Infra. 14.

Non delebo nomen eius.

Hebr. 4.

Exod. 12.

Esa. 19.

1.Cor.7.

Ioan.13.

Mat.18.

Actor.2.

quia minores fratres diligunt, & quantulũ sapientiæ vel scientiæ perceperint, libenter student illis impertiri. Talem hunc angelũ nomen ipsum ecclesiæ eius, scilicet Philadelphiæ fuisse ostendit. Philadelphia nanq; fraterna dilectio interpretatur. Huic ergo scribens dicit: *Hæc dicit sanctus & verus.*) Sanctus & verus, filius Dei est, qui semetipsum sanctificauit, diligens nos quemadmodum dicit: Et pro eis ego sanctifico meipsum. Iã quidem spiritus sanctorum erat, sed in passione pro nobis erat, quod seipsum sanctificabat, id est, sanctum sacrificium se offerebat. Hoc fecit Deus in dilectione fraterna, quemadmodũ & supra, vt nos angelos Philadelphiæ, id est, nuncios siue imitatores dilectionis fraternæ faceret. ipse dixerat: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ait ergo: Hæc dicit sanctus. Quod autem ait, & verus, nihilominus ad præsentem causam attinet, vbi dilectio fraterna, dono amplioris intelligentiæ remuneratur. In hoc enim verum, & vera se locutum fuisse comprobat, exempli gratia, dicendo in illa euangelica parabola de seruis, quibus homo paterfamilias pecuniam suam ad lucrandum commiserat: Dico autem vobis, quia omni habẽti dabitur, ab eo qui non habet, & quod habet auferetur. Igitur & sanctus & verus est, & de semetipso protinus dicit: *Qui habet clauem Dauid.*) Poterat sic dicere: Qui habet clauem omnium prophetarum, & ad eorum intelligentiam, quos vult intromittit: sed voluit vnum pro omnibus ponere, qui primo in ordine prophetarum filij sui, filij Dei mysteria gestis præsignauit, calamo scripsit, psalterio cecinit. Tanta quippè sunt in factis & dictis eius sacramenta prophetica, vt cuicunque hæc referata fuerint, à cæterorum sensibus prophetarum excluſus esse non possit. Sufficiens ergo ad causam siue intentionem dictio hæc est, qui habet clauem Dauid, in qua & splendida nominis authoritas est, secundum generationem Iesu Christi filij Dauid, quia post legem primus propheticam scripturam edidit, omnis propheticus sermo potest & debet subintelligi. Quæ autem est illa clauis, nisi gratia spiritus sancti? Ipse nanque illuminatio cordis, ipse est declaratio sermonum Dei, quæ illuminat & intellectum dat paruulis. Vnde Apostolus: Nobis autem, inquit, reuelauit Deus per spiritum suum, quia spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Potentiam siue efficaciam clauis huius commendans, cõtinuò subiungit. *Qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.*) Hoc & indubitanter scire oportet, & hoc sciendo humiliter timendum est. Nam verè cui clauiger iste per spiritum intelligentiæ veritatem Dei, quæ sacris scripturis continetur, aperit: nemo illum claudit, siue concludit mendacijs, & falsarum argumentationum artificijs. Semper enim habens ostium apertum intus recurrit, & parata scripturæ testimonia corripiens, velut sagittarius bonus, certa in hostem tela dirigit. Econtra cuicunque clauserit, vt verba veritatis intelligere non possit, quod cùm facit, vtique iusto iudicio facit. Verbi gratia, ne margaritas proiectas ante se conculcent porci, nemo est qui intelligere possit, quantumlibet clamando & docendo strepitum facit de foris. Quid iste sanctus, iste verus dicit angelo huic Philadelphiæ, id est, dilectionem fraternam habenti: *Scio opera tua.*) Quæ vel qualia eius opera sciat mox dicturus est, & nondum dicit, properanti alacritate prius ostendens de præmio aliquid. Ait enim: *Ecce dedi ostium apertum coram te.*) Hoc enim est præmium dilectionis fraternæ, ostium corã se apertum habere, claui Dauid referante, spiritu sancto reuelante. Mox opera illa subiungit cùm dicit: *Quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum.*) Modicam, inquit, habes virtutem, & ipsam libenter expendis ad aliorũ vtilitatem. Nam hoc est veraciter habere, sicut econtrario non expendere, est non habere. Iuxta quam proprietatem Dominus, id quod iam supra posuimus, in Euangelio dicit: Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur. Habes ergo, id est, habitam virtutem non abscondis, immò erogas, & talentum à me tibi creditum ad vsuram effundis, sed & adhuc modica virtus est, debet augeri vt sim verus, quia dixi omni habenti dabitur. Verè enim habes & seruasti verbũ meum, id est, præceptum meum. Nam hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Et hoc faciens nõ negasti verbum meum, quod negasses vtique, si dilectioni contraria fecisses, quemadmodum & illi de quibus scriptum est: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Idcircò dedi ostium apertum coram te, & secretis meis velut amicum admisi te, vt scias & intelligas mysteria, quæ hi non merentur scire, qui non præparati sunt vt tu in ista dilectione. *Ecce dabo de synagoga Sathanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & scient quia ego dilexi te, quia seruasti verbum patientiæ meæ.*) Ne, inquit contristeris, aut perturberis pro multitudine aduersantiũ tibi. Gloriam tuam quam habes in apertione ostij

Philadelphia.

Ioan.17.

Ioan.15.

Luc.19.

Matth.1.

Psal.118.

1.Cor.2.

Mat.13.

Luc.19.

Ioan.15.

Tit.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod aperui tibi, sequitur inuidia, sed ne timeas. Et mihi maximè ita contigit. Cùm
Esa. 58. intelligerem iuxta quod per prophetã dictum est: Ecce intelliget puer meus, & exal
Mat. 13. tabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè, dicebant inter se: Vnde iste literas scit,
Ioan. 7. cùm non didicerit? Nónne hic est filius fabri? Vnde huic hæc omnia? De synagoga
Ioan. 8. Sathanæ hi erant, qui dicebant se Iudæos esse, & non erant: qui dicebant se esse semen
Abrahæ, vel vnum patrem Deũ habere, &
Hier. 1. ex patre diabolo erant. Qui illos imitantur, qui se dicunt Iudæos, id est, cõfessores Dei esse, & non sunt, sed mentiuntur, suntq; potius de Sathanæ synagoga, re intelligentem per ostium apertum audientes, aut scripta tua legentes dicent, quis est hic, & inuidentes detrahent tibi. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum. Conuertentur aliqui ex eis cũ fatigati fuerint, cessabunt detrahere, & fauebunt tibi, ita vt venient & adorẽt ante pedes tuos: si non interim dum viuis, attamen certè cùm mortuus fueris, & placebunt tua cùm tu disputaueris. Saltẽ tunc non considerabit qui lecturus est, cuius vel quale sit quod lecturus est. Tũc scient quia ego te dilexi, & quia per multam dilectionem dedi hoc ostium apertum coram te. Et hoc idcircò, quoniã seruasti verbũ patiẽtiæ meæ, id est, verbum propter quod passus sum. Quod est illud nisi dilectio? Quoniam ergo seruasti dilectionem, scient quia ego dilexi te. *Et ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra.*) Tentatio hæc hæresium est,
1. Cor. 11. quas oportet esse (inquit Apostolus) vt qui probati sunt, manifesti fiant. Ab illa tentatione quis illæsus seruatur, nisi cui scripturarum veritas nota suffragatur? Hoc autem angelo nunc Philadelphiæ, pro merito dilectionis promitti, vel dari intelligimus in ostio aperto siue claui Dauid, quam habet sanctus & verus. Ergo quia dilectionem seruasti, ego seruabo te, inquit, ab hora tentationis, vt non incidas in tentationem, vt nõ seducaris, vt non decipiaris, imò paratus sis omni poscenti rationem reddere de ea quæ in te est fide nominis mei. *Ecce venio citò.*) Nõ longum abest tempus tentationis, à quo te oporteat seruari, imò quasi hora est, quia citò transit. Ecce enim venio citò, venio disrumpens vincula tua, vt solutus & peregrinus à corpore, præsens Deo sis, & illa re perfruaris, cuius hic pro consolatione intelligẽtiam habere meruisti. Hactenus dulcedo gratiæ de labijs sancti & veri profluẽs, dilectum & dilectionis angelum beatificauit, iucunditatem & exultationem magnificando, quam super illum thesaurizauit, superest vt eundem vigilantiæ ac solicitudinis admoneat, ne iam se compræhendisse arbitretur, néue ante finem cursusq; sui eo-
1. Pet. 3. summationem nimium confidat incautus. Ait ergo: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronã tuam.*) Ac si dicat: In humilitate certo pede consiste, ne moto pede corruas, & corruendo coronam tibi præparatam amittas, & alius in locum tuum succedens illam accipiat. Et quidem hoc fieri non potest, vt eorum quisquam perdat coronam suã, quos Deus præsciuit & ad coronam prædestinauit, veruntamen & fieri potest, & factum est, vt ille coronam perderet, quem Deus ad coronam vocauit, vocatione visibili, siue quæ ab hominibus potuit audiri. Nam exempli gratia: Iudam Dominus ad coronam vocauit Apostolicam, quem tamen ad coronam non prædestinauit, quia corona indignum fore præsciuit, vnde & coronam eius, scilicet Apostolatus honorem alius accepit, sicut scriptum est: Fiant dies eius pau- *Psal. 108.*
ci, & episcopatum eius accipiat alter. Nemo ergo quamdiu certat, multum de corona *Actor. 1.*
confidat, quia videlicet si omnium præscius Deus, caput tuum in fine dignum corona fore scit, tu tamen nescis. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum.*) In isto gradu vincere, est præeunte fraternæ dilectionis inextinguibili lampade, ostium apertum semper habere, nũquam concludi, aut hæreticorum casibus irretiri posse, & quicquid per istud ostium inuenerit, ad aliorum ædificationem proferre, atque ab hoc dilectionis studio pro nullis aduersitatibus aut obtrectationibus inuidentium desistere. Qui sic vicerit, faciam (inquit) illum columnam in templo Dei mei. Digna & congrua remuneratio victoris huiusmodi, vt qui gratiam hanc habens, scripsit aut docuit, vnde fides ecclesiæ roboraretur, columna sit in templo Dei. Et foras, inquit, non egredietur amplius. Ac si dicat: Quamdiu quidem in ostio est quod dedi apertum coram eo, solicitus sit ne labatur: at vbi per remunerationem intus tanquam columna fuerit stabilitus, non erit cur timeat, quia foras non egredietur amplius, nec tentatione titubabit pes eius. Quale autem est nomen Dei & nomen ciuitatis eius, quod super eum se scripturum fore pollicetur? Profectò quia filius loquitur dicens, Scribam nomen Dei mei, videlicet secundum habitum hominis, iuxta quem Deus noster, Deus illius est: nomen hoc Dei rectè pater intelligitur, quod fideliter in cõfessione diuinitatis, illa persona à nobis
Galat. 4. inuocatur. Porrò, nomẽ ciuitatis eius Hierusalem, est mater, Apostolo quoque attestan-

testãte, cùm dicit: illa autẽ quæ sursum est, Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum. Vnde probare possumus, q̃p super istum scribat hoc nomen, quod est pater, & illud, quod est mater? In Euangelio
Mat. 12. cùm dixisset ei quidam loquenti ad turbas, ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te: quæ est, inquit, mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus & frater & soror, & mater est. Quod si & hoc illi dictum fuisset, aut veraciter dici potuisset, præsente Ioseph, qui pater eius dictus est, Ecce pater tuus & mater tua foris stant: eodem veritatis sensu respondere potuisset, ille meus & pater & mater est, qui facit volũtatem patris mei qui in cælis est. In interiori nanq; homine, vbi generatio Christi spi
Coloss. 2. ritualiter cõputatur, neque masculus, neque fœmina est. Deniq; euangelica Christi generatio tota spiritualis est, & secundũ spiritum, Dauid quoque pater Christi est, videlicet, quia verbum Dei, quod est Christus, corde credens & ore deprompsit, & scriptis edidit, primus prophetarum, clarissimus patriarcharum. Alioquin nisi per fidem Christi pater fuisset, frustra secundũ carnem antecessor eiusdem extitisset. Vnde Ochozias, Ioas, atq; Amasias, qui eiusdẽ Christi, eiusdẽ verbi Dei prẽcones, pphetas persecuti sunt, & occiderunt in illa generatione computati non sunt. Igitur cùm de isto qui in hoc vincit, vt intellectum habens, adiuuet atq; cooperetur, quatenus crescat & proficiat verbum Dei, ita dicitur: Et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, idem est ac si diceret: Ille pater meus ac mater mea dicetur & erit, & hoc nomen æternum
Ephe. 4. hæreditabit. Nouę Hierusalem, propter nouam vitam dixit, quia veterem hominem exuit, & nouum induit. Descendisse quoq; illam de cælo laudabiliter asserit, quia videlicet conuersatio eius in cælis est propter fraternam dilectionem, ex qua iste angelus Philadelphiæ collaudatur, descẽdit, id est,
Philip. 3. paruulis cõdescendit. Exempli gratia: Paulus vsque ad tertium cælum raptus est, &
1. Cor. 12. ibi audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui, sed propter infirmos descẽdit,
1. Cor. 7. cùm idem dicit: Vir vxori debitum reddat, & vxor viro. Sunt huiusmodi descensus innumeri, sed hoc vnum satis pro exemplo est, ad rem attinens vel causam huius angeli, cuius laus vel meritum est opus dilectionis. Postremo addit, & nomen meum nouũ. Nomen personæ quæ hæc dicit, filius Dei est. Hoc nomen sine dubio super istum, qui vincit, ipse scribit. omnes enim dilecti dicũtur & sunt filij Dei. Porrò, quod ait, scribã, id est, aperire faciam. Nam nunc quidẽ filij
1. Ioan. 3. Dei sumus (ait is ipse, qui hæc iubente filio Dei scribit Ioannes Apostolus) sed nondũ apparuit quid erimus. Scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ergo scribere quo possit legi nomen cuiusque filiorum Dei, manifestare est, vt merita singulorũ sciantur & videantur ab vniuersis. Et hoc nomen, scilicet filij Dei, cunctis superscribetur electis, quamuis vbi vel in quo plus nunc est fraternæ dilectionis, maior etiam in eo debeat apparere splendor huius nominis. Illud autem nomen Dei, quod est pater, siue illud nomen ciuitatis eius nouæ Hierusalẽ, quod est mater, super illos scribendum est, qui quasi in plenam profecti ætatem fidei, valuerunt & studuerunt per dilectionem propagare verbum Dei. *Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis.*) Hoc loco au- *Luc. 10.*
dire, excitari est ad studium verbi Dei, appropinquare pedibus eius, vt bibat de do- *Mat. 13.*
ctrina illius, sedere cũ Maria ad pedes Domini, subiectamq; animã applicare ad audiẽda verba oris eius, & oĩa sua dare, vt possit cõparare vnã pretiosam margaritam gratiæ illius, quatenus intellectuali oculo veritatem perspiciens, & benè instructus, ad alios quoq; instruendos efficiatur idoneus, scripturam tanti nominis, quam hic sanctus & verus pollicetur, æterna hæreditate habiturus. *Et angelo Laodiciæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit, Amen testis fidelis & verus: qui est principiũ creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neq; frigidus es neque calidus.*) Hic iã vltimo, id est, septimo loco, loquitur in teste fideli & vero, is qui sursũ vltimus, id est, septimus est sapiẽtię spiritus, operarium suũ ad verum vocans sabbathismum: vt scilicet in humilitate requiescat, nec saltẽ vno verbo aut cogitatione superflua fatigetur, magnificando vel sibi tribuẽdo opera sua. Quid enim à seipso habet, nisi mala omnia: & à quo nisi à Deo habet omnia, quæcunque habet bona? Ad hoc peruidendum hortatur angelum istum dicendo: Et nescis quia tu es miser & misera bilis & pauper, & cæcus, & nudus: & deinde subijciẽdo: & collyrio inunge oculos tuos vt videas. Nonnulla quippè bona in illo vel per illum Deus operatus fuerat, vnde diceret: quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo. Huic tale nomen Laodiciæ congruit. interpretatur enim, tribus amabilis Domino: videlicet, propter opera bona quæ fecerat Deus cum illo. Interpretatur etiam, qui fuerunt in vomitu. Hæc quoque interpretatio congruit illi pro eo, quod gloriabatur sibi in eorundem operum bonorum diuitijs: vt merito diceretur illi, Incipiam te euome-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re ex ore meo. Itaque & nos quid hic spiritus septimus loquatur, audiamus: & audiẽtes ad humilitatis & sapiẽtiæ requiem proficiamus. Ait enim: Hæc dicit, amen testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei. Amen, id est, verax, siue ipsa veritas. Hoc ipsum sequentibus verbis exponitur. Sequitur enim: Testis fidelis & verus. Quò pertinuit talis descriptio, hæc & sequẽtia, dicentis? Eò videlicet, vt quisquis bonorum sibi est conscius operum, velut iste Laodicię angelus, sciat & recogitet quod non sibi opus sit testificari ante tempus de semetipso, quod dives sit, & locupletatus: imò nec ad se pertineat huiusmodi testimonium, sed ad illum, qui & testis & iudex omnium est cõstitutus, & in tempore suo est reuelandus. Illi relinquendum esse sciat bonorum actuum omne testimonium & iudicium, & de malis tantum testificetur contra se, & accuset seipsum. Ideo dicit: Hæc dicit, amen testis fidelis & verus. Amen, id est, veritas, quia falli vel quippiam ignorare non potest. Testis fidelis, quia mentiri non nouit, vt dicat bonum malum, & malum bonum. Verus, quia reddet vnicuique secundum opera sua. Quo* inde pertinuit vt adderet qui est principiũ creaturæ Dei? Quid enim hoc loco est creatura Dei? Vtique nouus homo, siue regeneratio & recreatio hominis, benè operando in nouitate vitæ ambulantis. Nam hinc est quod Apostolus dicit: Donum enim Dei est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Quod hic ait in Christo Iesu, id est, renouati per fidem Iesu Christi, ipsa est creatura de qua & alibi dicit: Nam expectatio creaturæ, reuelationem Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum, qui subiecit in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Quò ergo pertinuit vt diceretur angelo huic, de isto teste fideli & vero, quod ipse sit principium creaturæ Dei, nisi vt sciret totam recreationẽ sui, & quicquid sanctæ nouitatis habebat, vel habere sibi videbatur, nõ sibi attribuere, sed illi? Ille nanq; homo nouus, & sanctæ nouitatis est princeps, & ab ipso principium & finis, siue consummatio huius creationis est, qua nunc viuimus, qua de morte ad vitam transiuimus, qua de filijs iræ in filios gratiæ translati sumus, & ab operibus mortis emundati, Deo viuenti seruiuimus. Quid ergo dicit? *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Vtinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quod dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis.*) Talia ego opera tua scio, taliter ego de illis iudico. Neque frigidus es, in eo quòd à bono opere torpeas, neque calidus, in eo quòd gratiarũ actionem Deo referas: quod facere debueras, veruntamen non vt ille pharisæus, qui se iustificans publicano derogabat, sed vt Psalmista, qui operantem in se Dominum humiliter laudans, Non nobis, inquit, Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Vtinam frigidus esses aut calidus. Hoc exempli gratia, superbæ virgini congruè dici potest. Vtinam frigida aut calida esses, id est, vtinam corrupta esses corpore, aut cum virginitate corporis oleum quoque haberes charitatis. Leuioris nanque culpæ est et corruptam esse corpore, & perinde humiliari, quàm integram esse corpore, & pro cõscientia integritatis inflari. Incipiam te ergo euomere ex ore meo propter teporem elationis, videlicet ad modum aquæ tepidę, quæ propter saporem incommodum, nauseante bibentis stomacho, non valet contineri. Hoc idcircò faciam, quia talis es: quia considerans opera tua, existimas te esse aliquid, arbitraris quòd dives sis, & locupletatus, & nullius egeas, quemadmodum illi de quibus Apostolus dicebat: Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis, & vtinam regnetis. Hoc dicens nescis id quod verum est, quia tu es miser, & miserabilis, in multis egens misericordia Dei: & pauper, quia & nihil habes quod non acceperis, & adhuc plurima desunt tibi, quia cæcus es, quia, vt cætera taceam, necdum facie ad faciem Deum vides: nudus, quia fragili & lubrico corpore circundatus es. *Suadeo tibi à me emere aurum probatum, ignitum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris & non appareat nuditas confusionis tuæ.*) Hoc tibi scire expedit, quia dives ego sum, in quo sunt omnes thesauri sapientię & scięti ę abscõditi, tu aũt pauper es. Si istud scis, eme à me aurũ sapientiæ, aurum ignitum, aurum probatum: ignitum ex charitate, probatum ex fide per charitatem operante. Istud eme pretio piæ confessionis, & iugi memoria propriæ fragilitatis, semper memorando quid ex te sis, quid ex Deo acceperis. Vt locuples fias, id est, ad datur tibi gratia, & vestimentis albis induaris, non ex operibus tuis, sed ex eadem gratia largitionis, quemadmodum Psalmista dicit: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Ita fiet vt non appareat confusio nuditatis tuæ, quod nonnullis euenit, dum propter elationẽ mentis incidèrunt in tentationem, & confusibilem corruptionem carnis.

Et

* Itidem.

Ephe. 2.

Luc. 18.

Psal. 113.

1. Cor. 4.

Coloss. 2.

Galat. 5.

Psal. 31.

Et collyrio inunge oculos tuos, vt videas.) Collyriũ quo oculorum vitia purgantur, humilitatis suauitatem significat, quæ paruulos adiuuat, vt ea quæ sapientibus & prudentibus abscondita sunt, illis reuelentur mysteria. Collyrio ergo inũge oculos tuos vt videas, id est, cor tuum vera humilitate purifica, vt paupertatem tuam videas, & veras diuitias bonitatis Dei cognoscas. *Ego quos amo arguo & castigo.*) Ac si dicat: Ea quæ tibi loquor arguens & corripiens te, velut amantis gratiã atque beneuolentiam suscipe. Non enim est hic mos sapientiæ, vt eum quem diligit filium, permittat iuueniliter extolli & euanescere, sed & amat & castigat, & lasciuientem reuerberat, & quem infantem lactauit, eundem nimis verbosum & inconsultum verberat, virga percutit. Itaque dum castigo, dum quasi clauis in altum defixis compungo, profectò verius amo. *Aemulare ergo & pœnitentiam age.*) Aemulare, id est, amantẽ amando castigantem, tu amando bono seruore animi imitare, & qui tepidus eras, per hanc æmulationem incalesce, & de eo quod amanti hactenus ingratus fuisti, non reddita amoris vicissitudine, pœnitentiam age. Hactenus supercilium decussit quasi diuitis & locupletis, qui sibi vanè videtur abundare operibus bonis, nunc ab eodem vel à quocũque diuite eiusmodi satis amicabiliter expescit, vt operum suorum gloriam sibi Deo vel Dei filio communicet omnia tribuẽti, vt scilicet glorietur in Deo, vel Deũ in se faciat gloriari, & sanctum glorificet in omnibus operibus suis. *Ecce sto, inquit, ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cũ illo.*) Et est sensus: Illud quod hactenus corripiens te dixi, simile est stanti ad ostiũ cuiuspiam diuitis & pulsanti, quatenus admissus hospicio cœnet cum illo de opibus intus repositis. Si admissus fuerit, celebratur cõuiuium charitatis, quia minus quàm inter duos charitas haberi non potest. Ita enim tu qui dicis quòd dives es, in conscientia bona gloriaris: sed ecce sto & pulso ad ostium pectoris tui, admitte me, & habeto participem siue socium gloriæ tuæ: vt non solus, sed mecum glorieris: omninò non in te, sed in me diuitẽ te factum glorieris. Si hoc modo vel tu vel quispiam, audiens vocem, aperuerit mihi ianuam, cuncta quæ gesit bona referendo ad Dei gloriam, introibo ad illum, & in pectore eius tanquam in domo amici habebo fiduciam: & nunc quidẽ cœnabo, id est, delectabor cum illo de bonis conscientiæ eius: ipse autem in futuro mecum bonis meis perfruetur. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedeo cum patre meo in throno eius.*) In isto gradu vincere, est per maturitatem sapientiæ, cũctam iactantiæ & inanis gloriæ leuitatem procul abigere, & cũ ipse magnus alijs videatur, paruulus in oculis suis esse. Iuxta quod eadem sapientia dicit: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Humilitas enim, à cuius societate sapientia nunquam defuit, in cælũ volare consueuit. Ait ergo: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, non vt exæquetur diuinitati, sed vt consocietur æternitati: Sicut & ego vici, inquit. Quomodo is, qui hæc loquitur Christus, vicit, nisi per inæstimabilem magnitudinem suæ humilitatis & charitatis? Cùm enim in forma Dei esset, noluit solus in illa forma gloriari, sed voluit homines, qui peccante primo homine, facti fuerant inglorij, gloriæ suæ cõparticipes fieri. Idcirco semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, idcirco humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Summa hæc humilitatis & sapiẽtiæ victoria est, quæ primi hominis superbiam atque stultitiam destruxit. Vici ego, inquit, & propter hoc sedi cum patre meo in throno eius. Nam propter hoc Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomẽ, dixitque illi, sede à dextris meis. Hoc eius exemplũ velle, imitari, audire est quid hic spiritus sapientiæ dicat ecclesijs. Reuera qui hæc audiuit auribus illis, quæ iã septies hic requisitæ sunt de homini interiori, non solùm non gloriatur in factis suis, quantum libet bonis & multis, verum etiã cruciatur laudibus suis, delectatur contumelijs. Sapit enim illi quod de iam dicto victore & omnium vincentium principe propheta dixit: Dabit percutienti maxillam, saturabitur opprobrijs.

Luc. 10.

Ephe. 2.

1 Cor. 1.

Eccl. 3.

Psal. 109.

Thre. 3.

SECVNDI LIBRI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROLOGVS IN SVBSEQVENTES LIBROS.

QVI habet aures audiuit à septé spiritibus Dei, quid ipsorum quisque dicat vel dixerit ecclesijs. Deinceps audiendum est, quid & qualiter eorundem quisque in Christo vel per Christú operatus, & adhuc operaturus sit. Cuius enim dicta secundum septem spiritus, à spiritu timoris ad spiritum sapientiæ proficiscendo, per ordinem scrutati sumus, eiusdé filij Dei facta mirabilia figuris vel imaginibus mysticis signata, septemq; periochis distincta secundum eosdem spiritus, sed ordine conuerso nunc aperire, ipso adiuuante conabimur. Nam à spiritu sapientiæ incipiétes per ordinem ad spiritum timoris peruenimus, qui videlicet ordo super eũ Christum in propheta est præscriptus, vbi super florem requiescet spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Denique vbi ecclesijs proponitur ascensus, vt superius diximus, ordo iste conuertitur, qui descendenti ad nos Domino est dispositus, quemadmodum Psalmista dicit: Initiũ sapientiæ timor Domini. Nec verò coacta est expositio, vt secundum hunc ordinem spirituũ, ista sacramentorum scriptura digesta dicatur: vltro enim in plerisque per facta imaginaria ostendit sese proprietas cuiusque spiritus. Quod vt breui indicio pateat, post ordinatissimam Dei sedem positam in cælo, cuius in dispositióe, rectè spiritus sapientiæ prædicabitur, librum septé sigillis signatum aperit agnus, soluẽs signacula eius, & illud manifestè opus laudabile est spiritus intellectus, qui est in ordine secundus. Deinde magni cõsilij angelus, stãs iuxta aram templi, conspicitur, & mysticis septem tubarum cantibus, mysterium Dei consumatur, quod ad spiritum consilij pertinere non dubitamus. Quarto loco draco magnus & rufus habens capita septem, mulierem impugnat. Michaele præliante & angelis eius, draco cum angelis suis in terram proijcitur, & illic sine dubio spiritus fortitudinis, qui quartus est, cõmendatur. Quinto loco spiritus scientiæ in septem angelorũ phyalis. Sexto loco in sanguine martyrum Iesu, quo mulier ebria ostenditur, laus est pietatis. Septimo autẽ in adueniente hora iudicij Dei, quando à terra, à mari, & ab inferno omnes redduntur mortui, sine dubio totũ spectat ad timoris spiritũ. Deinde finis vbi ornata osténditur Hierusalẽ, vxor agni, ciuitas Dei. Quid pulchrius hoc spectaculo, mirabilium Dei, ô vos quicunque spectatores Dei adestis? Aperiat iam nobis ipse qui habet clauẽ Dauid sanctus & verus, vt sanctitatem & veritatem istam claris oculis absque caligine intueamur.

Esa. 2.

Psal. 110.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER TERTIVS.

CAP. IIII

POST *hæc vidi, & ecce ostiũ apertum in cælo.)* Vidi cùm dicit, & hoc in loco & in cæteris, rectè beatitudinis eius commemoramur, qua verè beatissimꝰ est inter eos quibus veritas ait: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Gloria nanque quam viderat cum cæteris, gloria verbi incarnati, de qua dicit: Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre: cuius rem viderat cum cæteris, gloriosa videlicet signa, & præ cæteris eo tempore quo clausa erat terra, & exulabat propter verbum Dei, apertum est ei cælum, & per latitudinem eius ad videnda hæc libero spiritu incessit. Et ecce, inquit, ostium apertũ in cælo. Cælum hic cælestem vitam significat, ad quam nuper resurgendo Christus à mortuis, vniuersam ecclesiam suscitauerat consurgentem secum, resurrectione prima. Quid est autem hoc ostium, nisi ipse qui dicit: ego sum ostium? Denique tunc, vt cælũ terrigenis introeuntibus pateret, hoc ostiũ apertũ est, quando Christus passus, & latus eius lãcea militũ patefactũ est. Ex túc enim regnum Dei intra nos est, destructo videlicet regno peccati, quod eatenus regnabat in mundo. Illa tali apertione huius ostij, scripturarum quoq; arcana patuerũt, quas nimirum spiritualiter intelligere, & secundum eas viuere, regnare iã est in regno Dei, & conuersationem habere in cælis. Igitur vidi, inquit, ostium apertum in cælo, id est, quod sciebam in re, vidi in imagine, scilicet regni cælorum ianuã Christum esse: ianuã patefactam hominibus, ab ipsius passione.

Luc. 20.

Ioan. 1.

Ioan. 10.

Luc. 17.

Rom. 6.

Et

Et vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecũ, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oporteat fieri citò post hæc.) Vox hæc prima ipsi⁹ est, cuius & illa fuit quam superius audiuit dicentis, quod vides scribe. Idcircò non absolutè dixit, & vox quam audiui, sed vox prima quam audiui. Cæterùm verbis aut sensu non eadẽ quæ prima fuit. Tunc enim dictum est, quod vides scribe, nunc autem dicitur ei, ascende huc. Et hic & illic tanq̃ vox tubæ fuit, quia videlicet nihil in occulto, sed palã loqui mundo intendit, hæc vel illa dicit aut ostendit Græcis & Barbaris, sapientibus atque insipientibus, palã est euangelizandum. Non enim est cur quisquam erubescat euãgelium. Virtus enim Dei est, & quicquid loquitur, forte, pulchrum, atq; honestum, rationabile & verum, atque ad salutem hominis omninò necessarium est. Quod dixit, ascende huc, ad quid dixerit, vel illuc ascendere quid sit, ex eo intelligitur, quod ipse Ioãnes ait: *Statim fui in spiritu.)* Ergo ascendere illuc, est in spiritu excedere omnes sensus carnis, atque spiritualia videre oculis spiritualibus. Et ipse qui ascendo dixit, eundem ascensum dicẽdo effecit, quia statim fui in spiritu, inquit. At idem superius, Fui, inquit, in spiritu dominica die. Quomodo ergo nunc iterum dicit, statim fui in spiritu. quasi non & ante istam vocem, vel antequam videret ostium apertum in cælo, non fuisset in spiritu, nisi quia non vna visione cuncta hæc vidit, quæ in hoc libro continentur? Sed rursum quæri potest, quomodo, postquam vidit ostium apertũ in cælo, tunc demũ audita voce statim fuit in spiritu, cùm ipsum quod vidit ostium videri non potuerit nisi in spiritu. Neq; enim ita cælum vt structura manifesta ostijs compactum est, & seris ac vectibus. Itaque sic dictum rectè statim intelligitur, fui in spiritu, ac si diceret, statim intellexi spirituali sensu ea, quæ mihi per imagines ostendebãtur, vt ad intellectum pertinere non dubitemus quod ait illa vox, & ostendam tibi quæ oportet fieri citò post hæc. Neq; enim, vt quidã hæretici dixerunt, sic fiebãt huiusmodi propheticæ visiones, vt non intelligerent ipsi prophetę quid rerum aut sensuum continerent illæ ipsorum visiones. Proinde non opus erat, vt quemadmodum superius dixerat, scribe ergo quę vidisti, & quę sunt, & quæ oportet fieri post hæc, ita & hic diceret ei, & ostendam tibi quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Nam ea quæ viderat, & quæ tunc erant, sciebat: quia & præterita cum Domino vsque ad finem eius ambulans, viderat: & præsentem ecclesiæ statum tunc videbat, futura autem necdum sciebat. Rectè ergo de futuris tantum instruens, Ostendam, inquit, tibi, quæ oportet fieri citò post hæc. Attamen eorum quæ viderat, vel quæ præterierant, non tam sibi, quàm nobis instruendis, multas & valdè mysticas vidit imagines. *Et ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens.)* Aperto ostio sedes posita conspicitur in cælo, quia passo Christo, regnum Dei positum siue dispositũ est, vt sedeat Deus in illo, principe huius mundi foras misso. Hæc nanque sedes est ecclesia, sedes extunc parata, in qua Deus sedet & regnat. Vnde Psalmista cùm dixisset: Dominus regnauit decorẽ indutus est, indutus est Dominus fortitudinẽ, & præcinxit se. continuò subiunxit: Parata sedes tua extunc, à seculo tu es. Vbi enim indutus Dominus decorem & fortitudinem, regnauit, id est, virgineam assumens carnem, & mortem resurgendo vincens vt regnaret super nos, ipse iustitia & vita nostra, regnum destruxit peccati & mortis, extunc sedes eius parata, extunc sedes, id est, ecclesia, in cælo posita est. Quomodo posita in cælo? Translata videlicet de inferno patriarcharum & prophetarum ecclesia, electorumq; omnium quicunque fuerunt à iusto Abel, vsque ad vltimum qui tunc migrauit à seculo, collocata erat in cælo, fruebatur paradyso, faciemq; Dei videbat pariete inimicitiarũ dissoluto. Sed & ipsa, quæ adhuc exulabat, siue nũc exulat per corpus in mũdo, ecclesia, siue illius ecclesiæ pars, iam per conuersationem & per cælestium amorem posita erat in cælo. Supra sedẽ sedens, Deus & pater est: nam persona filij agnus est, qui, vt in sequentibus narratur, librum accepit de dextera sedentis. Nec verò in habitu sedentis, id est, regnantis Dei patris, deest honor & gloria filij, quippè qui sedem illam sessuro per humanitatem suam parauit vni Deo, patri & filio & spiritui sancto. Parauit enim, & vsque in finem parare siue acquirere non desinit regnum Deo & patri: cuius videlicet acquisitionis summum atque extremum erit dies iudicij, in quo filius in forma hominis omnibus apparebit sedens in sede maiestatis. Vnde Apostolus dicit: Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & patri. Cùm, inquit, regnũ Deo & patri tradiderit, id est, cũ credentes ad contẽplationẽ Dei & patris perduxerit. *Et qui sedebat similis erat aspectu lapidis Iaspidis, & Sardij.)* Iaspidis aquatici, Sardius ignei coloris est. Qui ergo sedebat similis erat aspectu Iaspidis & Sardij, quia videlicet Deus iudicij Dominus, & olim mundum per aquam iudicauit, idemq; tandem per ignem iudicabit. Proinde coloribus illis, videlicet aquatico & igneo dicitur esse similis, quia nimirum & ex iudicio quod factũ est per aquã, & ex iudicio quod faciendum est per ignẽ, Deus qui nobis in sua substãtia est inuisibi-

Supra. 1.

Supra. 1.

Rom. 1.

Ioan. 12.

Psal. 92.

2. Tim. 1.

Hebr. 2.

Ephe. 2.

1. Cor. 15.

Exod. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis, cognoscitur quã fortis atque zelotes sit. Inter vtrunq; iudicium misericordia processit, dum is diluuium mundo induxit, & mundum per ignem iudicabit, pœnitentiã interim & remissionem peccatorum euangelizare non desinit, & accedentes per fidẽ à sua gratia non repellit. Vnde continuò subiungit: *Et iris erat in circuitu sedis, similis visioni Smaragdinæ.*) Iris quippè propitiatiõis est signum, dicente Domino ad Noe: Ponã arcum meum in nubibus cæli, & recordabor fœderis mei quod pepigi tecum. Iris ergo in circuitu sedis, misericordia est cunctis eã quærentibus præparata in aduentu redemptoris, quæ vsque per circuitum mundi cũ magno euangelicæ prædicationis præconio iudicium præcurrit. Veruntamen sicut nec illud iudicium per aquam sine misericordia fuit, quæ octo animas in arca saluauit, nec illud iudiciũ per ignem sine misericordia erit illis, qui propter sex misericordiæ opera quæ fecerunt, statuerunt à dextris, dicente rege: Esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c. ita nec iste de quo nunc loquimur aduentus misericordię sine iudicio processit. Cũ enim maximè ędificaretur misericordia p passionẽ Christi, nunc, inquit, iudicium est mundi. Sed & ante eiusdem passionis articulum quodam loco dicit: In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiãt. Cùm ergo & illic misericordia cum iudicio concurrens, octo animas saluauerit, vnde reformaretur orbis, & in futuro iudicio misericordia necessaria sit, vt quid nunc, quando in iudicium se venisse dicit, misericordia sic describitur vt dicatur, & iris erat in circuitu sedis, quod, vt iam dictum est, signum est propitiationis? Videlicet propter magnitudinem siue multitudinem misericordiæ, in qua nunc aduenit, quia sic iudicauit, sic fecit iudicium mundi, vt in ipsa iudicatione tota intentione pœnitentiam & remissionem peccatorum per suum sanguinem conderet, misericors ipse & fidelis põtifex, nostramq; naturam propter peccatũ marcentem & arefactam sicut fœnũ, ad immarcesibilem gloriæ statum resurgendo reduceret. Vnde & cùm dixisset, & iris erat in circuitu sedis, addidit, similis visioni Smaragdinæ. Smaragdus quippè nimiæ viriditatis est, adeo vt herbas virentes, frondesque ac gemmas, & omnem circa se inficiat aerem sua viriditate repercussum. Iris ergo similis est visioni Smaragdinæ, quia misericordia hæc senium nostrum in solidam reformabit pulchritudinẽ viriditatis æternæ. *Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes circũamicti vestimẽtis albis, & in capitibus eorũ coronæ aureæ.*) Sicut in sede regnum Dei, sic in sedilibus iudiciariam sanctorum intelligimus potestatem, quia scriptum est: Iudicabunt sancti nationes. Quare autem numero vigintiquatuor ostenduntur seniores in sedibus sedentes? Super hoc diuersa patrum expositio est. Nam alij (quorũ Beatus Hieronymus vnus & notissimus) libros priscæ legis viginti quatuor hic per totidem senio res figuratos intelligi volunt. Alij nõnulli ecclesiam per geminum testamentum de patriarchis & Apostolis generatam, in eisdẽ senioribus intelligunt, aut certè illos qui perfectionem operis, quæ senario numero cõmendatur, clara euangelij prædicatione consummant. Nam quater seni vigintiquatuor faciunt. Nos autem & hunc & illum sensum non inutilem approbantes, nihilominus tamẽ de maiestate scripturarum certum aliquid proferre conemur. Sedes illa in cælo posita, quam vt iam dictum est, intelligimus regnũ Dei, cuius in circuitu erãt hæc sedilia, extunc poni cœpta est, ex quo regnum Israelitici populi Dauid, Christi secundum carnem pater obtinuit. Ille enim in typum eiusdem Christi futuri filij sui regnauit in populo Dei. Et sicut futurum erat, vt destructo peccati regno, regnaret ille iustitiæ rex, manu fortis & desiderabilis, sic factum est, vt abiecto regno Saul, quẽ propter superbiam Deus proiecit, regnaret Dauid quasi tenerrimus ligni vermiculus, humilis in oculis suis, quatenus recto ordine supernæ dignitatis prior filio suo sederet rex pater in populo Dei. Nam vt non dubitemus ita esse, quod scilicet illius patris & huius filij vna sedes sit, occurrit autoritas euangelica, cũad Mariam Gabriel archangelus dicit: Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domõ Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Si ergo sedem illam in cælo positam dilatato sensu intueamur, in qua sedit Dauid, & post eum hic filius eius, statim apparet quæ sint sedilia vigintiquatuor in circuitu eius, vel qui seniores vigintiquatuor, & quomodo in circuitu eius. Nam post filiũ, cui Dominus Deus dedit sedem Dauid patris sui, successerunt duodecim iudices, & ante patrem illum, qui primus in illa sede sedit, electione Dei, præfuerunt populo Dei duodecim iudices. Primus Othoniel, filius Cenez, frater Caleb: secundus Aioth, filius Gera filij Iemini: tertius Sangar, filius Anath: quartus Barac, filius Abinoẽ de Cedes Neptalim: quintus Gedeon, filius Ioas: sextus Iair Galaadites: septimus Iephte Galaadites: octauus Abessan de Bethleẽ, nonus Ahialon Zabulonites: decimus Abdõ filius Hellel Pharaotonites: vndecimus Samson: duodecimus Samuel. Isti sedem illam, sedem vel regnũ Dauid tempore præcedentes, quasi ab anteriori parte sedem in cælo positam circunsedent. Alij verò iudices, duodecim videlicet Apostoli, quibus dictum est, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, filio Dauid tẽporaliter succedentes, circũ sedem illam quasi à parte posteriori sedẽt. Sunt ergo in circuitu sedes sedilia XXIIII. & super thronos XXIIII. seniores. Et rectè seniores dicti sunt, quia videlicet per maturitatem fidei suæ populum Dei iuueniliter lasciuientem coercuerunt. Nã de illis anterioribus scriptum est: Suscitauitq; Dominus iudices qui liberarent eos de vastantiũ manibus: sed nec illos audire voluerũt, fornicantes cum dijs alienis, & adorantes eos. Et subinde: Cumq; Dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia. & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. Postquã autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multa maiora faciebant, quã fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, & seruientes eis, & adorantes eos. Verè ergo seniores fuerunt & sunt, quorum venerabilis senectus non diuturna, neq; numero annorũ, sed canis sensibus interioris hominis computata, iuuenilis populi fornicationes corrigebat, deumq; vt audiret afflictorum gemitus, sapienti interpellatione ad misericordiam flectebat. Idcircò vestimentis albis, id est, iucunditate æterna circumamicti sunt. Et coronæ aureæ in capitibus eorum, quia videlicet coronæ eius participes sunt, cuius & nomen hæreditauerunt, & officio functi sunt. Dicti sunt enim saluatores: quia populum Dei ne periret saluauerunt. Exempli gratia: Et clamauerunt filij Israel ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem, Othoniel videlicet filiũ Cenez. Aureæ coronæ pretiosam significant retributionem gloriæ sempiternæ. Porrò de iudicibus posterioribus, id est, de Apostolis Christi, notum est, quã verè seniores, id est, sapientes fuerint & sint: & quàm verè vestimentis albis circumamicti sunt, & coronas aureas in capitibus acceperunt: quia vicerunt mũdum, superauerunt diabolum, liberauerũt captiuum mortis populum, & sempiternã vitam per Christi gratiam acquisierunt. Sequitur: *Et de throno procedebãt fulgura, & voces, & tonitrua.*) Postquam seniores nostri vel sedilia eorum disposita sunt circa thronum, fulgura, & voces, & tonitrua procedunt, quia postquam Apostoli iudices orbis constituti, officium prædicandi acceperunt, fulgura miraculorum, voces prædicationum, & tonitrua comminationum de futuro iudicio atque gehennalibus malorum pœnis dare non desierunt. Hoc est quod Marcus ait: Illi autem profecti prædicauerunt vbiq;

Domino cooperante & sermonem confirmante, sequentibus signis. Hæc omnia, fulgura scilicet, voces ac tonitrua, de throno procedũt ab eo, qui sedet super thronũ. Neque enim fulgurare, voces dare, & tonitrua facere à semetipsis habuerũt, sed de sursum acceperunt. Etenim omne datum optimũ, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. *Et septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei.*) Ante thronum septem spiritus Dei sunt. Ipsi enim illuminant sæpè dictũ regnũ Dei ecclesiã Dei. Illic quidẽ, id est, in illa gloria cælesti sic illuminant, vt faciem ad faciẽ videant claritatẽ Dei, hic autem vbi ex parte peregrinatur adhuc in ecclesia, sic eã illuminant, vt nondum quidem perfectè, sed quasi per speculum & in ænigmate videat, & quod satis sit ad declarandos errores, cognoscat veritatem Dei iuxta promissum dicentis: Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ex quo enim is, qui hæc in passione sua loquebatur, resurrexit, & in cælũ ascendit, ex eo lampadum istarum splendor mũdo latius emicuit. Lucent autem septem lampades istæ ex vno candelabro. septem spiritus isti ex vno eodemq; Christo, & lumen eorum quinquagesimo die post resurrectionem eius super discipulos eius in linguis igneis apparuit. Prima lampas spiritus sapientiæ est. Secunda spiritus intellectus, & deinde per ordinem cæteri spiritus, sicut in propheta dispositi leguntur, super vnum florem requiescentes, hoc loco lampades dicuntur, iuxta prophetam alium, super vnum candelabrum lucentes. *Et in cõspectu sedis tanquam mare vitrium, simile crystallo.*) Ad quid mare in conspectu sedis? Ad hoc videlicet, vt qui vult ascendere in illã sedem Dei, introire in illud regnum Dei, ingrediatur licet, transeat hic mare, & illuminetur splendido prædictarum lampadarũ lumine. Christi nanque baptismus mare dicitur, videlicet pro similitudine notissima maris rubri, per quod populus Dei ab Aegyptiaca seruitute liberatus, immolato agno transiuit, submerso Pharaone cum currib. & equis vel equitibus suis. Mare ergo in cõspectu erat sedis, quia baptismi sacramentum in ipsa conditum est positione sedis, dum per mortem Christi pararetur regnum Dei, quãdo lanceato latere eius, exiuit sanguis & aqua. Ex eo nanque origo baptismi, mox ab eodem resurgente, data est regula baptizandi: Ait enim: Euntes docete omnes gentes, baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ibi, scilicet in conspectu sedis, mare, & ibi lampades, quia nimirum vbi Christus passus est, vt foras misso mundi principe, Deus regnaret, ibi & extunc baptisma-

Gen. 9.
Mat. 25.
Ioan. 12.
Ioan. 9.
Sap. 3.
1. Cor. 6.
2. Reg. 23.
Luc. 1.
Iud. 2.
Mat. 19.
Sap. 4.
Iudic. 3.
Marc. vlt.
Iudic. 2.
1. Reg. 15.
1. Cor. 13.
Ioan. 16.
Exod. 12
1. Cor. 10.
Ioan. 19.
Matth. vl.
Iacob. 1.
Actor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptiſma, & ibi peccatorum remiſsio atque gratiarũ ſpiritus ſancti diuiſiones. Erat aũt mare hoc vitreum, quia videlicet baptiſma purum eſt ac lucidum, puram ac ſimplicem exigens confeſsionem peccatorũ, & vt qui accedit, non aliud corde credat, & aliud cõfiteatur, ſicut vitrum nõ aliud continet intus, quàm quod foris perſpicitur, non aliud foris ſimulat, quàm quod continet intus.

Actor. 8. Et ſi homines latet, quemadmodum latuit Simon ille Magus, ſpiritum ſanctum, cuius lumine mare hoc vitreum tranſlucet, latere non poteſt. Vnde ſcriptum eſt: Sanctus enim ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum, & non liberabit maledictum à labijs ſuis, quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis eius ſcrutator eſt verus, & linguæ illius auditor. Et o*n*endens quod nullus eum confeſsione duplici fallere poſsit, cùm præmiſiſſet, quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum, ita breuiter enunciauit, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Quomodo enim vocem profitentis neſciat, vel vocem dijudicare nõ poſsit, qui etiam cordis verus eſt teſtis? Igitur qui accedit, fictus accedere caueat, quia mare vitreum eſt, & totum quod illic agitur vel dicitur, ſpiritui ſancto perſpicuum eſt. Porrò vitrum ſicut lucidum, ita & fragile eſt. Nũquid hoc mare vt vitreũ, ita & fragile ſemper erit? Non vtique. Sequitur enim: ſimile cryſtallo. Ergo mare hic prius quidem vt lucidũ, ita eſt & fragile, ſed poſt vt lucidũ, ita & ſolidum. Deniq; confeſſores lucidi aqua & ſpiritu renati, nunc quidem fragiles ſunt corpore mortali, ſed poſt in illa reſurrectionis gloria ſolidi erunt, anima beata & corpore incorruptibili. Nam hoc eſt q*ꝙ*

Rom. 8. Apoſtolus ait: Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus autem viuit propter iuſtificationem. Mortuum eſt dixit, pro eo vt diceret, certiſsimè moriturũ eſt propter peccatum, licet in baptiſmo ſit deletum.

Gen. 2. Nam in anima quidem per baptiſmum reuiuiſcimus à morte qua mortuus eſt Adã, eodem die quo vetitum comedit, vnde & dicit: Spiritus verò viuit propter iuſtificationẽ, ſed corpore nihilominus morimur, morte quam Deus poſuit, dicendo homini, quia puluis es, & in puluerem reuerteris: & emittendo illum ne ſumeret etiam de ligno vitæ, & ſic in anima mortuus, corpore viueret in æternum, quod eſſet infeliciſsimum. Cùm ergo ſpiritus viuat propter iuſtificationem, corpus tamen adhuc mortuum, id eſt, certiſsimè moriturum eſt, propter peccatum. Ecce tanquam mare vitreũ, quia baptizati & viuificatæ fidei lucidi ſumus vt vitrum, & mortalitate corporũ fragiles ſumus vt vitrum. Sequitur autem Apoſtolus: Quod ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in nobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, conuiuificabit & mortalia corpora noſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis. Ecce quod dixit, ſimile cryſtallo. Cryſtallus nanque lapis eſt, ex aqua per glaciem in ſoliditatem lapideam tranſmutata, & corpus Chriſti pro conditione fragili atq; mortali erat aqua, nunc autem per gloriam reſurrectionis ſolidatũ eſt ſoliditate æterna. Lucet nunc diuinitas in corpore illo, ſicut ſol in vitro, perijt mortalitas in corpore illo, ſicut aquæ mobilitas vel fluxus à cryſtallo. Porrò ad eiuſdem Chriſti ſimilitudinẽ, reſurrecturos atq; immolandos, id eſt, impaſsibiles nos fore ſperamus. Erit ergo mare vitreum quidẽ, ſed ſimile cryſtallo.

Rom. 8.

Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primũ, ſimile leoni: & ſecundum animal, ſimile vitulo: & tertium animal, habẽs faciẽ quaſi hominis: & quartum animal ſimile aquilæ volanti.) Hæc animalia facie & nomine iam dudum ſanctæ eccleſiæ prænota ſunt, quod ſint figuræ quatuor euangeliſtarum. Verùm ſecundum ordinẽ literæ, prius quærendum eſt, qualiter hæc animalia & in medio ſedis & in circuitu ſedis eſſe dicantur, cũ vigintiquatuor ſeniores qui vtique numero plures ſunt, in circuitu & non etiam in medio ſedis eſſe ſupra dicti ſint. Quod vt certius inueniri poſsit, illud quoque primum ſcire oportet, quia iuxta Ezechielem hæc animalia & quatuor

Ezech. 1. ſunt, & vnum. Sic enim ille cũ in prima viſione dixiſſet, ex medio eorum ſimilitudo quatuor animalia, & cætera. Dicit in viſione altera: Ipſum eſt animal quod videram

Ezec. 3. iuxta fluuium Chobar. Cumque ambularent Cherubin, ibant pariter & rotæ iuxta ea. Ac deinceps: Ipſum eſt animal quod vidi ſubter Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar. Et intellexi quia Cherubin eſſent quatuor per quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni, & ſimilitudo manus hominis ſub alis eorum, & ſimilitudo vultuum eorum ipſi vultus quos videram iuxta fluuiũ Chobar. Ipſe quoque paululum aperit quomodo quatuor animalia & vnum animal ſit, cũ dicit: Quatuor facies vni erant, & quatuor pennæ vni. Primò itaque dicimus, quia animal vnũ, vnus eſt Chriſtus. quatuor aũt animalia, vel quatuor vnius facies, quatuor ſunt principalia Chriſti ſacramenta, quæ Chriſtiano ignorare non liceat, quorũ primum eſt incarnatio: ſecundum, paſsio: tertium, reſurrectio: quartum, aſcenſio. Has quippè facies non agnoſcere, hæc ſacramenta neſcire Chriſtiano non licet, imò & quotidiana confeſsione ad illa reſpicere oportet, ſicut in ſymbolo nobis Apoſtolica tradi-

tio propoſuit. Præmiſſo nanque, Credo in Deum patrem omnipotentem creatorẽ cæli & terræ, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominũ noſtrum, ſequuntur quatuor hæc diſtincta, ſic: Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Hoc eſt primum ſacramentum vel facies prima. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus, deſcendit ad inferna: hæc eſt facies ſecunda. Tertia die reſurrexit à mortuis: hęc eſt facies tertia. Aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, inde venturus iudicare viuos & mortuos: hæc eſt facies quarta. Eſt autem incarnationis myſteriũ facies hominis, quia nimirum verus Deus verè eſt incarnatus, & veram ex vtero virginis ſine peccato naturã hominis aſſumpſit. Paſsionis verò ſacramentum, facies eſt vituli: quia videlicet vitulus qui pro peccato immolabatur ex præcepto legis, paſsionem ſignificabat redemptoris, qui immolandus erat pro peccatis

Leui. 4. noſtris. Et alia quidem animalia offerebantur, agnus, vel ouis, & hircus, columba & turtur: ſed eorum præcipuum animal erat vitulus: is maximè, cuius, quia pro peccato

Hebr. 13. erat ſacerdotis ſiue multitudinis, corpus extra caſtra cremabatur. De cuius rei myſterio ait Apoſtolus: Propter quod & Ieſus vt ſanctificaret per ſemetipſum populum, extra portam paſſus eſt. Exeamus ergo ad eũ extra caſtra, improperium portantes. Porrò victorioſa reſurrectio eius, facies leonis

Gen. 49. eſt. Hinc enim præſcius patriarcha Iacob dixerat: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt

Iob. 28. leo, & quaſi læna: quis ſuſcitabit eum? Tãdem aſcenſionis ſublimitas, facies eſt aquilæ, quã proſpiciens beatus Iob, dicit de perfidia Iudaici populi: Semitam ignorauit auis. Nunc iam dicendũ eſt, quomodo hæc animalia ſiue vni animalis quatuor facies, & in medio ſedis, & in circuitu ſedis ſint.

Luc. 1. Medium ſedis, quã ſupra iam diximus eſſe regnum Dei, cœptum in Dauid, completũ autem in Chriſto, cui Dominus Deus ſedẽ dedit eiuſdem Dauid patris ſui, plenitudinem tẽporis intelligimus, in qua Chriſtus iam dicta incarnationis, paſsionis, reſurrectionis & aſcenſionis ſuæ myſteria celebrauit. Porrò circuitum eiuſdem ſedis hinc quatuor volumina euangelij, inde quinq; accepimus libros Moyſi. Namq; & in illo medio, & in iſto circuitu ſedis, mirabiliter cernimus apparere facies iſtas, faciẽ leonis, faciem vituli, faciem hominis, & faciem aquilæ volantis. Denique in Pentateucho Moyſi hoc ordine facies iſtæ diſpoſitæ ſunt. Cæterùm in quatuor euangeliorum libris non idem obſeruandus eſt, præſertim cùm in proceſſu eiuſdem Domini prima ſit facies hominis, id eſt, myſterium incarnationis. Notandum verò quod non ſolùm quatuor, verumetiam quinque facies in hac Apocalypſi cõſpiciũtur, cũ poſt iſtas, leonis, hominis, vituli, atq; aquilæ volantis facies, agnus quoque ſtat in medio, librum aperiens, & ſoluens ſignacula eius. Singulæ de ſingulis libris Moyſi hoc ordine ſuſceptæ cõprobantur. Primũ in Geneſi faciem leo-

Gen. 49. nis habemus, cùm Iacob patriarcha benedicens loquitur: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti, &c. vt ſupra. Deinde in Exodo, agnus quartadecima die pri-

Exod. 12. mi menſis ad veſperam in cunctis domibus filiorum Iſrael, in typum eiuſdem redemptoris noſtri, immolatus comeditur. Dein-

Leu. 4. de in Leuitico vitulus pro peccato ſacerdotis ſiue multitudinis immolari, & corpus eius extra caſtra cremari iubetur. Verùm quia vnius eiuſdemq; dominicæ paſsionis ſacramentum per agnum & per vitulum figuratur, rectè pro duabus vna facies vituli, quæ maior eſt tam apud iſtum, quàm apud prophetam Ezechielem, in Numero habetur. Tertia ergo facies hominis de libro

Deut. 18. Deuteronomij ſuſcipitur, cũ Moyſes ex ore Domini loquatur ad populum: Prophetam de gente tua, & ex fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, vt petiſti in monte Oreb, quando concio congregata eſt, atque dixiſti: Vltra non audiã vocem Domini Dei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi: Benè omnia ſunt locuti: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilẽ tui, &c. His nanque verbis cùm dicit, de gente tua, & de fratribus tuis, & addit ſicut me, verus homo promittitur Chriſtus, in veritate naturæ humanæ. Quar

Deut. 13. tam deinde faciem aquilæ volantis, in cantico Deuteronomij præſcriptã inuenimus, vbi Moyſes, ita loquitur: Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expãdit alas ſuas & aſſumpſit eos, atque portauit in humeris ſuis. Et hic quidem Ioannes ſecundum ordinem illius ſcripturæ veteris primam ponit faciem leonis, propheta verò Ezechiel ſecũdum ordinem rei gerendæ quã præuidebat, primam poſuit faciem hominis. Nam in Euangelio Chriſtus prius homo eſt, per naturã: deinde vitulus, per paſsionẽ: deinde leo, per reſurrectionem: deinde aquila volans, per aſcenſionem. Euangeliſtarum verò, prout modus ſermonis, quia ab vnoquoque conſcriptus eſt, conducere videtur, alius hominis, alius leonis, alius vituli, alius aquilæ volãtis habere faciem dicitur, & tam in iſta, quã in illa prophetica iſtorum animalium viſione prædicari meretur. Et de Luca quidem & Ioanne, omnium vna eſt ſententia, quòd

illc

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille scilicet Lucas, vituli: hic autem scilicet Ioannes, aquilæ volantis facie merito figuretur. De Matthæo autem & Marco diuersa sententia est: Alijs, quorum beatus Hieronymus vnus & præcipuus est, Matthæum in homine, & Marcum in leone: Alijs, quorum beatus Augustinus maximus vel notissimus est, Matth. in leone, & Marcũ suscipietibus in homine. Lucas nanq; tã in principio, q̃ in fine sermonis, circa templum vel sacerdotium versatur. Apud illum sanctus sanctorum qualiter vnctus, id est, de spiritu sancto fuerit conceptus, fideli narratione refertur. itemque ad Iordanum, vbi spiritus sanctus super eundem verum sacerdotem in columbæ specie descendit. Hic Euãgelista tanquam sacerdotem in expiandis peccatis assignans, non descendendo, sed ascendendo generationes eius enarrat, ascendensque transit ad Abraham, & peruenit ad Deum, cui mundati atque expiati reconciliamur per eiusdem Christi sacerdotium. Vnde & principium & finem eiusdem quã digessit genealogia adoptionis patribus, siue filijs præscribit, dicendo in initio: Iesus, vt putabatur erat filius Ioseph, qui fuit Heli, in fine autem de Adam, qui fuit Dei. Nã neque Ioseph Iesum, neque Heli Ioseph genuit, sed * optiuum habuit, neque Deus Adam genuit, sed plasmauit. Nimirum quia sacerdotalem Domini personam susceperat texendã, rectè sic processit, quia sacerdotis genitura, qua nos Christus regenerat tota adoptiua est, & non ex carne, sed ex spiritu ac pietate descendit. Apud hunc & pro reuertendo filio prodigo vitulus saginatus occiditur, & ferè omnes parabolæ clementiã resonant: & pius sacerdos factus in agona, prolixius cum sudore sanguineo orat, & in fine suo latronem pœnitentẽ suscipit, hodie, inquiens, mecum eris in paradyso. Itaque tota serie faciem vituli possidet, sacerdotẽ & sacrificiũ nostrum attẽtis intuẽs, & post resurrectionem eius scribẽs, ex ore ipsius oportet in nomine eius prædicari in omnes gentes remissionem peccatorum. Ioannes sublimi intellectu vltra omnem creaturam euolans, & apertos mentis oculos æterni solis insigens radio, dicere vel scribere meruit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ: hoc erat in principio apud Deũ, & ita per omnem sermonis sui textũ altissimè procedens, diuinitatis Christi tota intẽtione firmauit testimoniũ. Apud istum sicut aquila prouocans ad volãdum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis: quando, sicut hic ait, verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & colloquens paruulis ad intelligendam suæ vel paternæ maiestatis gloriam, sublimiter excitauit: q̃nimirum est aquilæ pullos ad volandum prouocari, monstrauitq́ue illis opus esse in humeris portari: exempli gratia, dicendo sic: Si ergo videritis filium hominis ascendentem supra, vbi erat prius. Et alibi: Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Ergo si nemo ascendit, nisi qui descendit, verũ est, quia omnes qui illic sunt vel erunt, ipse tanquam aquila portauit in humeris suis. Itaq; in facie aquilæ Ioannis eminet, & de isto quoq; concorditer apud omnes vna sententia est. Porrò de Matthæo & Marco diuersa, vt iam dictum est, patrum est sententia. Nam B. Augustinus iuxta ordinem libri istius, Matthæum dicit in leone intelligi, qui regiæ dignitatis in Christo prosapiam narrat: quia vicit leo de tribu Iuda. Catulus enim leonis Iuda, & in quo vt rex à rege timetur, à Magis adoratur, vbi etiam rex seruis rationem ponit, rex nuptias filio facit, & ad vltimum rex segregat oues ab hœdis. Veruntamen plures in ea sententia concordant: qua huic ascribitur facies hominis. Nec frustra. Nam & si pro quadam similitudine regiæ maiestatis, de qua sæpius scribit, leonis regis bestiarum faciem rectè imitari videtur: considerandum tamen est, quia sæpius hominem quàm regem scribit, & ferè nusquã regem sine homine ponit. Ait enim: Simile est regnum cælorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Nõ ait tantũ regi sed homini regi. Sed & vbi segregat oues ab hœdis rex, & dicit stãtibus à dextris: Venite benedicti patris mei, signãter exprimitur facies filij hominis. Ait enim: Cũ venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cũ eo, tunc sedebit super sedẽ maiestatis suæ. Alias autem & in parabolis, vbi de nomine regis tacetur, homo scribitur. Exempli gratia. Simile est regnum cælorum homini patrisfamilias, qui exijt primo mane conducere operarios. Et: Homo quidã peregrè proficiscens vocauit seruos suos. Præter hæc & in visione prophetica, vbi rex iste regnaturus Danieli præmonstratur, vniuersabiliter facies hominis præscribitur, hoc modo: Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquũ dierum peruenit, & vsq; in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnis populus, tribus ac linguæ ipsi seruient. Itaque in Matthæo quanquam per similitudinem regiæ potestatis, facies leonis regis bestiarũ rectè possit intelligi, nihilominus pro ipso nomine hominis, quẽ & regi coniungit, & sine regis nomine frequẽtius ponit, cõgruè satis intelligitur facies hominis, maximè quia sic incipit:

Luc. 1.
Luc. 3.
* Adoptiuum.
Deus. 30.
Luc. 15.
Luc. 22.
Luc. 23.
Luc. 24.
Ioan. 1.
Ioan. 16.
Ioan. 3.
Matth. 2.
Matth. 8.
Mat. 22.
Mat. 25.
Sup. 1.
Gen. 49.
Matth. 1.
Mat. 20.
Dan 7.

cipit: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, quia illorum Christus Iesus secundum carnem filius vel semen est. Marcus idcircò videtur habere faciem leonis, quia quasi cum rugitu terribili, id est, prædicatione pœnitentiæ, suum euangelium incipit, & in iudicij siue condemnationis comminatione finit. Incipit enim à prædicatione Ioannis, dicẽdo sic: Initium euangelij Iesu Christi, filij Dei, sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioannes in deserto baptizans & prædicans baptismum pœnitentiæ, &c. In fine quoque dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Ergo quia tam in principio quàm in fine terrorem pectoribus incutit, rectè pro intentione sua terrificam habere faciem leonis intelligitur, cuius rugitum, id est, supremũ iudicium nullus impœnitens effugere poterit. Sed & erga discipulos suos ipse Dominus plus aliquid de seueritate magistri apud hunc euangelistam ostendit. Exempli gratia: Quid, inquit, cogitatis, quia panes non habetis? Nondum cognoscitis neque intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor vestrum? Oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis? Item cùm dixisset eis, quomodo filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget: at illi, inquit, ignorabant verbum, & timebunt eum interrogare. Qui cùm domi essent, interrogabat eos: Quid in via tractabitis? At illi tacebant. Et isti quidem quia quatuor prædictas vnius animalis facies, id est, quatuor vnius Christi sacramenta scribendo quoq; intuiti sunt, quandam exinde singuli similitudinem insignius ducere meruerunt.

Alij verò quicunque in ecclesia Christi benè præsunt, cuilibet earundem facierum, quantulumcunque similes sunt. Nam ille prudenter in exterioribus administrando, homo est, alius cælestia sublimiter contemplando, aquila est: alius seueritatem magistri dignè exercendo, & virga disciplinæ bẽ nè vtendo, leo est: alius per spiritum mansuetudinis inferioribus compatiendo, vitulus est. Qui autem omnium istarum virtutum particeps est, & secundum omnia hæc pro tempore & re semetipsum conformare & aptare potest, ille verò vtilis est in domo Dei, & illi cum Apostolo dicere licet: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Hæc animalia plena, inquit, oculis ante & retro. In Euangelio Christus lux mundi, quem qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, loquitur Iudæis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verũ est testimonium meum, quia scio vnde venio, & quò vado. Vos autẽ nescitis, vnde venio, aut quo vado. Nimirum istud quoque rectè poterat dicere illis, & quibusq; similibus illorum rectè potest dici, vos aũt nescitis vnde venitis, aut quò itis. Hoc deniq; homines fideles animalia cæca atque immunda, differũt ab hominibus pijs animalibus luminosis atq; mundis, quòd illi nec attendere volunt, isti autem sciunt & diligenter attendũt, vnde veniant, aut quo vadant, ac perinde animalia ante & retro oculis plena sunt. Primũ de Christo, quod animal & vnũ est, & quatuor, vt supra iã dictum est, habet facies. id est, quatuor sacramenta principalia, scilicet incarnationem, passionẽ, resurrectionem, & ascensionẽ: de quibus vel per quæ nobis agnoscendus est. De Christo, inquam, certũ tenet catholica fides, quia per singula horum ante & retro oculis plenus est, quia per singula horũ scit vnde venit, & quo vadit. Dum de spiritu sancto cõcipitur ex vtero virginis, scit quia à Deo patre exit, & in mundum venit. Nobis nanque retro erat vel est, quod à patre exiuit, immò quod in principio erat verbũ Deus apud Deum, & inde huc venit, ante autem, quòd in hunc mundum veniens visibilis apparuit, quod verbum caro factum habitauit in nobis. Item dum sicut ouis ad occisionem ducitur, nihilominus ante & retro oculis plenus est, sciens vnde venit, & quo vadit. Scit enim quia natus de vtero virginis, peccatum neque originale contraxit, neque actuale admisit, sicque de spiritu sancto conceptus nouus homo venit & vadit, ad portandas iniquitates omnium nostrũm; præuidens, quia iuxta prophetam, si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Item dum resurgit à mortuis, similiter ante & retro oculis plenus est: sciens quia de extrema vilitate venit, vbi minoratus est ab angelis, imò tanquam vermis & homo conculcari potuit, & quia vadit & ascendit, vt gloria & honore coronatus constituatur super opera manuum patris, & omnia pedibus eius subiecta sint. Item dum ascendit in cælum feliciter oculis ante & retro plenus est: sciẽs quia de iudicio iudicatus ab hominibus venit, & quia ad iudicium omnes homines iudicaturus vadit. In Christo igitur, quatuor animalia ante & retro oculis plena sunt, quia in singulis eorum dicere potest, scio vnde veni, & quo vado, ac perinde testimonium meum verum est. Porrò tam Euangelistis iam dictis, quàm cunctis imitatoribus eiusdem Christi ma-

Mar. 1.
Malac. 3.
Esa. 40.
Mar. vlt.
Marc. 8.
Marc. 6.
1. Cor. 4.
Ioan. 8.
Ioan. 16.
Esa. 53.
ibidem.
Psal. 22.
Psal. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gno ſtudio ſemper cautum eſt, vt & ipſi pro modulo ſuo ſimiliter animalia ſint ante & retro plena oculis, id eſt, ſciant vnde veniant & quo vadant. Scire nanque vnde veniant, multum valet illis ad profundæ humilitatis cuſtodiam, ſcire aũt quo vadãt, *Pſal.58.* proficit illis ad fortitudinem ſuam legitimè cuſtodiendã, iuxta illud Pſalmiſtæ: Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Vnde enim veniunt, & quo vadunt? De nihilo veniunt, quia de nihilo creati ſunt, & hoc ocu- *Rom. 8.* lis retro aſpiciunt, vadunt autem ad reuelationẽ gloriæ filiorũ Dei, & iſtud oculis ante ſe proſpiciunt. Itẽ de peccatis & vitijs ve- *1.Petri. 5.* niunt, & ad virtutum victorias vadunt. Exempli gratia: Matthæus de teloneo venit, *Mat. 9.* vbi illum Ieſus ſedentem vidit, & ſcribendo Euangeliũ ſiue librũ generationis Chriſti, vadit ad thronum iſtum dare gloriam & honorẽ, & benedictionem cum animalib. cæteris ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum. Retro plenus eſt oculis, humili conſcientia recogitans, quis vel qualis fuerit: ante plenus eſt oculis, cũ ſimplici gratiarum actione recognoſcens quid acceperit, & qualis factus ſit. Sic & cæteri ſancti animalia Dei ſunt, ante & retro plena oculis ſunt, ſciendo vnde venerint, vel vnde facti ſint, & quo vadãt, vel ad quid facti ſint: ſciẽdo etiam quales per meritũ fuerint, & quales per gratiam facti ſint: itemq; pœnitudinem gerendo de malis præteritis, cauendo de futuris. *Et quatuor animalia ſingula eorum habẽt alas ſenas.*) In vno Chriſto primũ hoc ita conſiderandum eſt, quia ſingula horum quæ prædicta ſunt, ſcilicet, ſiue incarnatio, ſiue paſsio, ſiue reſurrectio, ſiue aſcenſio, ſingula, inquam, horum ſenas habent alas, quia ſingula hæc in nouo homine plena & vera operata eſt antiqua diuinitas, verbi æterni ſempiterna deitas, quæ ſex diebus con- *2. Cor. 10.* didit omnia. In eo nanque & dum incarnatur ſiue naſcitur, & dum patitur, æquè & dũ reſurgit, in cælum aſcendit, vera & perfecta diuinitas inhabitat, & æquè hæc omnia ſiue ſingula ita ſenas habent alas, vt omnem ſenſum extollentem ſe aduerſus ſciẽtiam Dei, perfectio ſcripturæ illorum ſublimiter euadat, nec teneri aut illaqueari captioſis vanæ philoſophiæ ſermunculis formidat. Neque enim per terram repit, ſed perfecta veritate cælum tenens, terram deſpicit. Perfectionẽ eius veritatis ſenarius alarum numerus ſua nobis perfectione innuit. Hic nanque numerus perfectorum numerorũ primus eſt, quia videlicet primus conſtat ex ſuis partibus. Habet enim mediã partem, id eſt, tria: ſecũdam, id eſt, duo: tertiam, id eſt, vnum. Hæc aũt, ſcilicet tria, duo & vnum ſex perficiunt. Sex ergo alas habent ſingula, id eſt, perfecta eſt in ſingulis ſalutaris doctrinę ve- ritas. Sed & cæteros quoque, etiam qui ſtudium ſiue miniſteriũ doctrinę aut ſcripturę non habent, vt auolare de anguſtia, & fugere poſsint à ventura ira, ſenas oportet habere alas, id eſt, ſex miſericordię opera, quę is, qui ſedet ſuper thronum, ſtantibus à dextris ita enumerat: Eſuriui, & dediſtis mihi *Mat. 25.* manducare: Sitiui, & dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus, & cooperuiſtis me: Infirmus fui, & viſitaſtis me: In carcere eram, & veniſtis ad me. Sequitur. *Et in circuitu & intus plena ſunt oculi.*) Per circuitum actiua, per intus contemplatiua vita rectè intelligitur. Qui enim actiuæ vitæ operibus deſeruit, per multa circuit, teſtante Domino cùm dicit: Martha, Martha *Luc. 10.* ſolicita es, & turbaris erga plurima. Qui autem contemplatiuam tenet, meditando in lege Dòmini, intus eſt, intus quieſcit, intus cũ Maria ſedet ad pedes Domini. Igitur animalia hæc, & in circuitu, & intus plena ſunt oculis, quia prædicatores euãgelij ſiue quique prelati, ſi legitimè præſunt, tam in exteriori actione, quàm in interna contemplatione cauti ſunt & prouidi. *Et requiem non habebant die ac nocte, dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt.*) Ex quo ſedes in cælo poſita eſt, & Dominus ſuper illã ſedet, id eſt, ex quo deſtructo peccati regno, regnũ iuſtitiæ ſtatutum eſt per paſsionẽ Chriſti, & in eccleſia ſua Dominus regnauit, requiẽ, id eſt, otium non habent hæc animalia, ter ſanctum Dominum conclamantia, qui ſanctam trinitatem toto mundo prædicat Euangelica doctrina. Huius ſanctæ trinitatis gloriam vel notitiam principaliter in Chriſto, prædicant illa ſæpè dicta quatuor ſacramenta principalia, ſcilicet incarnatio, paſsio, reſurrectio & aſcenſio. Hocante nõ fiebat. Nullus enim nomẽ hoc prædicatione publica reuelabat. Primũ animal, ſiue prima *Luc.1.* facies, ſcilicet incarnatio Chriſti, hanc beatam trinitatem hoc modo perſonat: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Altiſsimus ſiue Deus, pater eſt: qui autem concipitur, filius Dei eſt: & qui ad operandum vel creandum de virgine filio, ſiue verbo Dei, corpus humanum ſuperuenit atque obumbrat concipienti, ſpiritus ſanctus eſt. Hæc ergo prima facies, id eſt, incarnatio ter ſanctum perſonat, ſanctam trinitatem prædicat. Secunda facies, id eſt, *Ioan. 14.* paſsio, nihilominus eandem trinitatem cõmendat, ſic: Ego, inquit filius, rogabo patrem, & aliũ paracletum dabit vobis. Item: Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Tertia deinde facies nihilominus

nus hoc ipſum trinitatis nomen aſtruit, dicente filio, qua die reſurgens apparuit diſcipulis: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos *Ioann. 20.* in mũdum. Et cùm hoc dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis: Accipite ſpiritum ſanctum. Et a- *Matth. vl.* libi: Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Quarta demũ facies, ſcilicet aſcenſio, ſonorius prædicat gloriam huius beatæ trinitatis, cum iuxta prophetiam di- *Pſal. 109.* centis: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, filius aſcendit in cælum, & ſedet ad dexteram Dei patris: hoc præmiſſo *Luc. vlt. Actor. 2.* cùm aſcenderet, ego mittam promiſſum patris mei in vos, & exinde decimo die promiſſum illud, videlicet ſpiritus ſanctus aduenit, & Apoſtolorũ corda repleuit, ſimulque ora eorum ad prædicandum latius aperuit. Ab iſtis quaſi quatuor principalibus formis, quatuor Euãgeliſtæ informati, & illo ſancti ſpiritus igne afflati, qui prædicto die ſuper Apoſtolos venit, ſic prædicauerunt, & ſic ſcripſerunt, vt, ſicut iam dictum eſt, alius hominis, alius vituli, alius leonis, alius imitaretur faciem aquilæ volantis. Atque ex tunc tam iſti, quàm cæteri prædicatores Euangelij requiẽ non habuerunt die ac nocte, id eſt, non ceſſauerunt in proſperitate, non ſiluerunt in aduerſitate, prædicando ſanctæ & indiuiduæ trinitatis fidẽ, quod eſt tertiò dicere: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens. Quod autem addunt, in laudis tam ſpecioſæ conſummationem dicentia hæc animalia, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt, victorioſa aduerſus omnes perſequentes gratulatio eſt. Non enim deerant, aut defuturi erant aduerſarij, qui minis & terroribus, cunctisq; mortium ſiue pœnarum generibus compeſcere niterentur conclamationẽ huius prædicationis. Sed confidant hi ſancti prædicatores, quia is, quẽ prædicant, & erat, & eſt, & venturus eſt. Nolite, inquit, timere eos, qui *Matth. 10. Luc. 12.* occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſiue, & poſt hæc non habent amplius quid faciant. Oſtendam autem vobis quem timeatis: Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Non ergo vel hi, qui occiduntur timeant, vel hi qui occidunt morientibus inſultent, *Pſal. 89. Matth. 10.* quia is, quem prædicamus in trinitate Deus verus & vnus, & erat priuſquã corpus iſtud fieret, imò & priuſquam mõtes fierent, aut formaretur terra, & nunc eſt, dando confeſſoribus ſuis ſtantibus ante reges & præſides os & ſapientiam, cui non poſſunt reſiſtere & cõtradicere omnes ipſorum aduerſarij, & cùm fatigati occidendo deſierint occidere, vẽturus eſt vt iudicet cauſam occiſionis, & tunc capillus de capite ipſorum non peribit. *Et cùm darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionẽ ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum, procidebãt viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.*) Diuinæ maieſtatis omnipotentiæ atque bonitatis Dei admirationem magnificè hęc animalia auxerunt, dando gloriam, & honorem, & benedictionem eidem ſedẽti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum. Ecce hæc eſt admiratio illa qua longè ante attonitus in ſpiritu pſalmiſta dicebat: Domine Dominus noſter, quã admirabile eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra. Et continuò quid admiraretur aperiens, *Pſalm. 8.* quoniam, inquit, eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. Quartã iſtorum animalium faciem, ſcilicet aſcenſionẽ Domni hoc verſiculo per anticipationẽ declamauit. Nam poſtmodum quatuor facies per ordinem breuiter annotauit, dicendo: Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum? Hæc enim eſt facies prima, facies hominis, ſcilicet incarnatio verbi Dei, qua caro factum eſt, & filius hominis. Minuiſti eum paulo minus ab angelis. Hæc eſt ſecunda facies, facies vituli, ſci- *Luc. 22.* licet paſsio eiuſdem Domini, in qua ſic minoratus eſt ab angelis, vt pateretur & moreretur, cùm ſancti angeli neq; mortales, neque paſsibiles ſint. Vnde cùm anxium duceret agonem, apparuit illi angelus de cælo confortans eum, quaſi maior minorem, id eſt, impaſsibilis patientem, non mortalis morientẽ. Gloria & honore coronaſti eum. Hæc eſt facies tertia, facies leonis, ſcilicet reſurrectio eiuſdẽ Domini, in qua propter paſsionem mortis ſpoliato inferno victor coronatus eſt gloria immortalitatis, & honore incorruptionis. Et conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ. Hæc eſt facies quarta, facies æquilæ volantis, ſcilicet aſcenſio eiuſdẽ Domini, qua illuc caro aſcendit, vnde carnẽ ſuſceptura diuinitas deſcendit, & ſedet à dextris Dei. His dictis iterũ pro magnitudine rerum repetit in fine admirans & exclamans idipſum quod in exordio dixerat: Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Quomodo hæc ſuper omnia opera Domini admirationẽ fecerũt, huic priuſquam fierent in ſpiritu præuidenti, ſic vniuerſæ terræ hæc præcęteris operibus Domini Dei cùm fierent, & ex quo facta ſunt, maximè admiranda ſunt, prædicantibus Apoſtolis, prædicantibus & ſcribentibus quatuor eãrundẽ facierum animalib. id eſt, Euangeliſtis. Cùm, inquit, daret illa animalia gloriã,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& honorẽ, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum. Ei qui ſedet ſuper thronum, & gloriam dictis gratioſis, honorem verò damus factis officioſis. Glorificamus eum, dum bonitatem eius dignè & laudabiliter prædicamus: honorificamus eum, dũ corda & corpora noſtra ſanctè viuendo vaſa honoris & habitacula múda ſancto eius ſpiritui præparamus. Verùm & ſic glorificare, & ſic honorificare
2.Cor. 4. Deum, non ex nobis habemus, ſed ex dono ipſius, quemadmodum dicit & Apoſtolus:
2.Cor.3. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei in nobis, & nó ex nobis. Iteé: Nõ quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Addi mus ergo tertium, dare, ſcilicet benedictionem, id eſt, gratiarum actionem ei qui nos idoneos fecit, vt ipſum glorificare poſſimus factis noſtris, dicimuſque cum eodẽ
2.Cor.1. Apoſtolo in eadem epiſtola ſic: Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Sic fecerũt animalia hæc,
Galat.5. primitias gloriæ & honoris habentia. Glorificauerunt Deum prædicando ſapientiæ & ſcientiæ ſermone, & ore facundo: honori ficauerunt Deũ, non ſuam, ſed Dei voluntatem faciendo, carnemque ſuam pro honore Dei cum vitijs & concupiſcentijs crucifigendo: Benedixerunt Deum, totum q ad gloriam eius dicere, totum quod ad honorem eius facere poterant, non ſibi, ſed illi attribuendo, qui ſancto ſpiritu miſſo de cælo ſic docuit eos ſimplices & idiotas, vt ſcirent & poſſent ad gloriam eius loqui, ſic animauit eatenus infirmos, vt poſſent ad honorem eius non ſolùm viuere, ſed etiam mori. Hæc tria illi dederunt ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum, magnam ſuæ inopiæ refocillationem, magnã exinde haurientes ſanctæ ſpei recreationé, quod dum glorificantes, honorificantes atque benedicentes Deum, perſecutionem patiuntur & occiduntur, ſuperſtitem relinquunt illum ſedentem ſuper thronum, qui viuit in ſecula ſeculorum, quique eo ipſo quod ſuperſtes eſt, & viuit in ſecula ſeculorum, curare poteſt poſt ipſos de mortibus eorum, & requirere ſanguinem eorum. Hæc illis dantibus, procidebant, ait, viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum. Summa cauſa totius, pro qua ſedens ille & viuens à nobis adorari dignatur, gratia & miſericordia eſt, quã in Chriſto, vel per Chriſtum nobis eſt operatus. Nam adorari pro bonis temporalibus non adeò gratum habet, quomodo adorabat illum carnalis ille Iſrael, qui in eo quod dicebatur illi: & dabo tibi terram fluentẽ lac & mel, & in cæteris huiuſmodi dictis non niſi terrenas intelligebant vel attendebant promiſsiones. Cæterũ ſancti & perfecti patres, & Moyſes, & quotquot erant tales ſpiritum Dei habentes, propter futuram iſtam Chriſti gratiam, Deum adorabant, & idcircò adorando, ſiue ſacrificãdo animalia hęc, ſiue facies iſtas, de quibus loquimur, ſicut iam ſupra dictum eſt, figurabant. Cùm ergo darent illa animalia gloriam & honorẽ, & benedictionem, procidebãt viginti quatuor ſeniores & adorabant, quia videlicet vbi ſacramenta illa ſæpè dicta in Chriſto celebrata, & per Euangelicos præcones mundo prædicata ſunt, ex eo in nomine eius flectitur omne genu, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & inter hæc omnia illi maximè qui pro regno eius laborauerũt, quorum, vt ſupra iam dictum eſt, & in veteri teſtamento ante regnũ Dauid præcipui ſunt duodecim iudices Iſrael, & in nouo teſtamento, iam regnante Chriſto, ſuper ſedem Dauid duodecim Apoſtoli iudicaturi duodecim tribus Iſrael. Adorantes autem mittebant, inquit, coronas ſuas ante thronum. Qui in regno, vel pro regno Dei laborauerunt, dignè in conſpectu regnantis, & ſedentis coronati ſunt. Verùm iſti conſiderantes, quia non ſuis meritis, ſed gratia prævenientis & ſubſequẽtis miſericordiæ, coronas aſſecuti ſunt: & perpendentes quia is propter quẽ & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autor ſalutis eorũ per paſsionem conſummatus eſt: nónne ipſi ſuã dignitatem paruifaciunt, & totũ quod meruerunt cũ humili reuerẽtia illi attribuũt? Mittunt ergo ante thronũ coronas ſuas, id eſt, quicquid virtutis, quicquid habẽt dignitatis, Deo cũ gratiarũ actione offerũt dicentes: Dignꝰ es Domine Deus noſter accipere gloriã & honorem & virtutẽ, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuã erãt & creata ſunt. Cõparetur dignitas quorũlibet ſanctorum vel iuſtorũ, cõparentur dignitates vel merita ſeniorũ dignitati vel operi ſiue merito huius antiquí dierum, dignitates vel merita illorum, quid ſunt? ille enim creauit omnia, & propter voluntatẽ eiꝰ erant & creata ſunt, id eſt, nullius conſilio vel merito, ſed ſola voluntate eius erant & creata ſunt. Creaſti omnia, dixit: & iterum, erant & creata ſunt. Non ſuperfluè creationis verbum repetiuit, ſed duas creaturæ rationalis creationes intelligi voluit, quarum poſterior quidem, ſed vtilior illa eſt, qua ſumus in Chriſto per ſpiritũ ſanctum recreati, de qua Pſalmiſta: Emittes, inquit, ſpiritũ tuum, & creabuntur. Prior autem eſt illa in Geneſi: Et creauit Deus hominẽ ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. De iſta creatione qua per ſpiritum ſanctum recreati ſumus, de qua dicit & Apoſtolus: Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ pparauit Deus, vt in illis ambulemus: De iſta, inquam, creatione primum dixit: quia tu creaſti omnia, id eſt, omnes homines, ſiue omnium creaturarum genera, quemadmodum & in Apoſtolo habemus, quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliari omnia. Porrò de priore creatione addidit, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt. Parum erat dixiſſe, erant, niſi addidiſſet, & creata ſunt, id eſt, initium exiſtendi acceperunt propter voluntatẽ tuam. Quis ergo ſeniorum iſtorum ſapientum tantam dignitatem conſideras iudicet ſeſe eſſe dignum? Sic ab oculis eorũ reſpectu dignitatis illius, omnes ſuæ dignitates diſparent, quomodo in præſentia ſolis ſuper terram omnes ſtellæ teguntur & non parent. Tu ergo, inquit, Domine Deus noſter, tu ſolus dignus es accipere gloriã, honorem, & virtutem. Gloriam videlicet, quia de nihilo à te creata ſunt: honorem, quia propter voluntatem tuam per generationum ſucceſsiones erant: virtutem, quia per ſpiritum tuum ſecunda creatione creata ſunt. Ergo non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

Lum. 12. Deut. 6. Ephes.2. Coloſ.1. Phili. 2. Iudic.3. Mat.15. Duplex creatio hominis. Liber iſte, ſacra ſcriptura eſt. Pſal. 103. Gene. 1. Pſal.113.

TERTII LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER QVARTVS.

CAP. IIII. *ET vidi in dextra ſedentis ſuper thronum librũ ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem.*) Præcedenti viſione laudẽ vel opus ſpiritus ſapiẽtiæ ſpectauimus in diſpoſitione throni eius, nunc in iſta, quæ ſequitur, ſpiritum intellectus prædicamus, ſiue prædicari intelligimus in apertione libri & ſolutione ſemptem ſignaculorum eius. Et in illa quidem viſione vnus eſt thronus ſiue ſedes, & circa illa ſeptem inſignia, ſcilicet oſtiũ apertum in cælo, vox audita tanquam vox tubæ loquentis, iris in circuitu ſedis, & ſeniores ſedẽtes ſuper ſedilia viginti quatuor, lampades ardentes ante thronum, quæ & ipſæ in numero ſeptem ſunt, & in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum, & in medio ſedis, & in circuitu eius quatuor animalia plena oculis ante & retro. In iſta viſione præter id quod agnus videtur habens cornua ſeptem & oculos ſeptem, vnus eſt liber & ſignacula eius ſeptẽ. Hoc dicimus, vt in iſtis ſancti ſeptiformis ſpiritus reuelationibus, & in cæteris quæ ſequuntur ſeptenarij numeri ſacramẽtum valdè commendari non ignoremus. Et vidi, inquit, in dextra ſedentis ſuper thronum librũ. Vnus iſte liber, ſancta ſcriptura eſt: ſcriptura, inquam, omnis diuinitus inſpirata, quæ idcirco dicitur & eſt vnus liber, quia vno ſpiritu eſt cõſcripta, & vnius verbi Dei theſaurus ſiue ſacrariũ eſt. Liber iſte in Eſaia quoque & ſcienti literas & neſcienti irreſerabilis. Cuius tamen etiam illic ita prædicatur apertio: In die illa audient ſurdi verba libri. De quo & Ezechiel: Et vidi, inquit, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat liber inuolutus, & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus & foris. Vbi & hoc quod Ioannes tacuit, quid videlicet in libro ſcriptum eſſet, adiunxit dicens: Et ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. Cuncta enim ſeries & veteris & noui teſtamenti, pœnitentiam pro peccatis agendam, regnum cæleſte quærendum, & fletus infernales præmonet eſſe fugiẽdos. Librum ergo, id eſt, omnem ſcripturam, librum magnum, & ſacrum vidi, inquit, in dextra ſedentis ſupra thronum. Veraciter in dextera, iuxta illud in Deuteronomio: In dextera eius ignea lex. Sapientia verò dicit: In ſiniſtra eius diuitię & gloriæ. Ignea lex id ipſum quod hic liber ſcilicet, & omnis ſcriptura ſancta eſt, vt iam dictum eſt. Verbum quippe ſiue eloquium Domini eſt, de quo & Pſalmiſta: Ignitum, ait, eloquium tuum vehementer. Attendamus ergo quia ſedens iſte ſuper thronum, multum potens & valdè diues eſt, & diſtantes atque diuerſas à dextris atque à ſiniſtris facultates poſsidet, à dextris hunc librum, legem igneam: à ſiniſtris diuitias & gloriam. Quanto melior eſt dextera, quàm ſiniſtra, tanto felicius bonum eſt liber iſte ſiue ignea

Eſai. 2. Ezech. 2. Deute. 33. Prouer. 3. Pſal. 118.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lex, quâ diuitiæ & gloria. Quænã sunt diuitię hoc loco, & quæ gloria, nisi diuitię terrenæ & mundana gloria? Benè ergo in siniſtra eius diuitiæ & gloria, quia bonum, quod habet huiusmodi bonum diuitiarum & gloriæ temporalis, tale est, vt non solis detur electis, immò sæpius desit & tardius detur electis, quàm reprobis. Ignea verò lex, scilicet iste liber, tantummodo electorum bonum & consolatio est: & ista est pars quæ semper permanet, testante Domino cùm dicit in euangelio: Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Et nonnulli quidem, vt Dauid & Salomon, multum de vtraque parte acceperunt, de dextera scilicet librum, de siniſtra diuitias & gloriam, quippè qui cum scientia legis Dei, diuitias quoque habuerunt & gloriam temporalis regni, & vtraque dona fuerunt huius sedentis in throno, sed expedit omni animæ, cui hæc data sunt, vt quod à dextra datũ est, habeat in iucunditate: quod autem à siniſtra, teneat sub se, & moderetur liberali dispensatione, dicatq;: Læuâ eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quod est dicere: Temporalia bona sub mea sunt dispositione, pars autem illa, quæ illis trãseuntibus permanet, pars optima, quæ est verbum Dei, legere vel audire, & intellecta commendare memoriæ, in summa mihi est delectatione. Scriptum, ait, intus & foris, signatum sigillis septẽ. Intus & foris scriptus est liber, quia nimirum sancta scriptura & historiali siue literali tenore legenda, & spirituali sensu intelligenda est. Signatus est quoque sigillis septem, ita videlicet, vt omnem in se contineat mysteriorum Christi plenitudinem, quæ nisi ille veniens adimpleſſet, nemo intelligeret, & tanquam signacula firmiſsima soluere cupiens, fruſtra laboraret, quia cõuenientia non essent, quæcunq; quasi exponendo dicere contenderet. Denique hi, quibus Christus nõ venit, vel qui Christum non receperunt, nunc vsque clausum & signatum versant librum, imò nec signatũ esse vident, quia velamen positũ est supra cor eorũ, & quęcunq; quasi exponendo fari gestiunt, conuenientia non sunt. Benè autem dictum est, signatum sigillis septem, quia videlicet septem sunt Christi mysteria, circa quæ versatur sancta legalis & prophetica scriptura, scilicet incarnatio, paſsio, resurrectio, ascensio, datum spiritus sancti paracleti, vocatio gentium, secũdus aduentus Christi ad iudicandũ: de quibus suis in locis ipso donante dicemus per singula. Ita quippè istis mysterijs sancta scriptura est signata, vt quicunque ista non recipit, nullatenus veritatem eius intelligere prævaleat. Et * *audiui angelũ fortem prædicantẽ voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula eius.*) Angelus iste fortis ita prædicans voce magna sanctorum antiquorũ anhelans expectationem, magnumq́ desiderium significat, de quibus in euangelio Dominus: Multi, inquit, prophetæ & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Et Apostolus ad Hebræos enumeratis patribus: Iuxta fidem, inquit, defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromiſsionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes, & cõfitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Et infra: Et hi omnes, inquit, testimonio fidei ꝓbati inuenti nõ acceperunt repromiſsionẽ, Deo ꝓ nobis aliquid melius prouidẽte, vt ne sine nobis consummarentur. Nimirum expectatio & illa à longè illorum salutatio atque confeſsio, magn⁹ erat magni desiderij clamor, qualẽ hic in ista visione significari decuit, magna voce angeli fortis fortiter prædicãtis. Exempli gratia: Illi de quibus nouiſsimè dixit, omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromiſsiones. Legebant quod in vno eorum scriptum est de filij Dei incarnatione: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Ac deinceps: Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis: Et factꝰ est principatus super humerum eius, & vocabitur nomẽ eius admirabilis, consiliarius, fortis Deus, pater futuri seculi, princeps pacis. Et in alio de diuina eiusdem natiuitate: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Item de eiusdem paſsione: Verè lãguores nostros & peccata nostra ipse portauit: Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tõdente se obmutescit, & nõ aperiet os suum. Et in alio: Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos.

Item de eiusdem resurrectione: Venite & reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos & viuemus in cõspectu eius. Et in Psalmo: Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi. Et itẽ: Exurrexi & adhuc sum tecum. Itẽ de eiusdem ascensione: Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Et iterum: Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. Et alibi: Dixit Dominꝰ Domino meo, sede à dextris meis. Item de aduentu vel dato spiritus sancti: Et erit in nouiſsimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, dicit Dominus, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ. Et in alio: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri,

Cant. 2. *Luc. 10.* *2. Cor. 3.* * *vidi.*

De incarnatione.

Hebr. 11 *Esa. 7. 9.* *Psal. 2.* *Ioan. 58.* *Psal. 21.* *Osee. 2.* *psal. 3.* *psal. 138.* *psal. 8.* *psal. 46.* *psal. 104* *Iohel. 2.* *Actor. 2.*

vestri, siue (vt subinde ait) & spiritum meũ ponam in medio vestri. Item de vocatione gentium & abiectione Iudæorum: Vocabo non plebẽ meam, plebem meã: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et in alio: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obedi uit mihi: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt. Item de iudicio eiusdẽ: Dominus ad iudiciũ veniet cũ senioribus populi sui. Et alibi: Domine exaltetur manꝰ tua, & nõ videant: videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Hæc, inquam, legebant & multa his similia: quia omnis ferè scripturarum plenitudo circa septem hæc versatur mysteria, & desiderantes atque suspirantes videre illorum ad impletionem, dicebant: Quis est dignus aperire librum & soluere signacula eius? Circumspiciebant animo omne semen Israel, videbant quotidie nascentes & morientes, perpẽdebant viuos & cõmemorabant mortuos, & nullus omninò tantus erat vel talis apparebat, qui solueret hæc septem signacula, id est, in quo vel per quem implerentur tot & tanta hæc mysteria. Hoc est quod sequitur.) *Et nemo poterat in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum.*) Erant in cælo angeli, erant in terra viuentes homines iusti, non nulli erant subtus terram, scilicet apud inferos in quadam tamen requie, patriarchæ & propehtæ, reges quoque & iusti plurimi mortui, & nemo illorum poterat aut potuerat aperire librum, id est, iam dicta adimplere mysteria scripturarum: neque respicere illum, id est, nec saltẽ sperare de semetipso, quod tantum tamque diuinum posset exequi salutis mundi negotium. Sequitur. *Et ego flebam multum, quia nemo inuentus est dignus aperire librũ, neque videre eum.*) Parum erat huic beato Ioanni audisse vocẽ magnam fortis angeli fortiter prædicantis, quis est dignus aperire librum & soluere signacula eius: qua voce vel qua prædicatione, magnũ sanctorum antiquorum desiderium significabatur, nisi & vnctio (de qua ipse Ioannes alibi loquitur, & vnctio eius docet vos de omnibus) mentem eius inungeret, vt in ipso excesſu præ dulcedine rerum quas viderat fieret, suoque fletu sanctorum illorum desiderium experiretur quàm flebile fuisset. *Flebam ergo*, inquit, *multum. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & soluere septem signacula eius.*) Hæc talis dictio vnius de senioribus, non solùm flentem consolatur, verum etiam videntem atque visurum docilẽ reddit, vt rerum siue imaginum quas videt cognitor fieri melius possit, prẽmonitus atque ad memoriam rerum gestarum addu-

Ezech. 36. *Osee. 1.* *Osee. 2.* *Rom. 9.* *Psal. 17.* *Esa. 3.* *Esa. 56.* *1. Ioan. 2.*

ctus, in ipso excesſu verbis huiusce modi: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, Leonem nominatei qui protinus agnum visurus erat. Sequitur enim: Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum. Cur hoc? Videlicet quia is qui per mansuetudinem & patientiam in sua paſsione dignus erat, & sicut agnus erat coram tõdente se obmutescens, nõ aperuit os suum. Ipse consummata eadem paſsione, mox tãquam catulus leonis ad prædam ascendens, infernum spoliauerat, atque in sepulchro requiescens, & accũbens vt leo & quasi leæna, ipsam quoq; mortem corporis, & in semetipso & in nobis tertio die magno rugitu, magno cum terræ motu contriuerat. Sanè multò amplius iste leo tunc rugiet, quãdo ad iudicandum veniens, tempestate valida circumtonante, mortuos omnes ac si dormientes, euigilare faciet. Ait ergo: Ecce leo de tribu Iuda, id est, homo talis, qualis iuxta propheticam veritatem, quam Iacob patriarcha prædixit, nasci de tribu Iuda, vicit fortitudine sua principem aduersæ fortitudinis, tantus ac talis, vt dignus fuerit ac sit, aperire librum, & soluere septem signacula eius. Quare autem dixit de tribu Iuda radix Dauid, cùm sic dicere potuisset, de tribu Iuda, de stirpe Dauid? Christus enim, vt de tribu Iuda, ita & de semine Dauid est. Cur ergo vt de tribu Iuda, non ita dixit, de stirpe vel de semine Dauid? Videlicet quia tali dictione rem vel causam non tetigisset vnde leo sit, & vnde vincere potuerit. Christus nanque vnde de tribu Iuda est & ex semine Dauid, non inde Deus est, neque inde morte vicit aut resurgere potuit, sed inde homo est, & inde tanquam agnus mori vel occidi potuit. Magnificentius ergo dictum est, vt dici debuit, radix Dauid. Magnificum quippè & mirabile est eius esse radicẽ, de cuius stirpe descendit. Nam si ad carnem respicias Christi, sic non est ille radix Dauid * quomodò non radicem vitis portat, sed vitem radix. Itaque secundum diuinitatẽ dictum est radix Dauid: quia videlicet sicut radix vitem aut palmitem, ita patrem suæ carnis Dauid, portat Christus secundum suam diuinitatem. Vnde enim Dauid & tota gens illa in scripturis prophe ticis vinea Domini dici consueuit, nisi quia per fidem venturo inhærebat Christo, qui dicit, ego sum vitis? Denique sicut Apostoli palmites, sic Dauid vitis huius est palmes, nec aliquis veterum aut nouorum ad vineã Domini pertinere potest aut potuit, nisi qui per fidem viti huic inhæret aut inhæsit. Sequitur. *Et vidi & ecce in medio throni & quatuor animalium & seniorum agnum stantem tanquã occisum, habentem cornua septem & oculos septẽ.*)

Esa. 53. *Gen. 45.* * *Quoniã* *Esa. 5.* *Hier. 2.* *Ioan. 15.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnus idemq̃ Christus qui agnus est innocenter moriendo, leo quoq; factus est mortem fortiter euincendo. Vtrumque autem veteris scripturæ autoritate fundatum est. *Gen. 49.* *Exod. 12.* Nam quem leonem siue catulum leonis Iacob Patriarcha prædixit, eundem per agnũ Moyses in Aegypto figurauit. Quomodo autẽ in medio throni stat agnus iste, & quatuor animalium & seniorum, nisi quia sicut alibi dicitur, rex regum est, & Dominus dominãtium? Nam potestatem eius & sapientiam qua dominatur & imperat, exprimit *Infra. 19.* dicendo, habentem cornua septem, & oculos septem. Septiformis nanque spiritus in Christo vel super Christũ requiescens, qui supra septem lampadibus, hic propter eminentiam potestatis & fortitudinis septem cornibus, & propter illuminationem gratiæ vel sapientię septem oculis comparatur. Vnde loquitur Iob: Apud ipsum est fortitudo & sapientia. *Iob. 12.* Item: Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Igitur agnum vidi, inquit, stantẽ in medio throni, & quatuor animalium & seniorum: id est, Christum sanctum sanctorum regnantem & dominantẽ in medio omnium sanctorum, cornibus septem & oculis septem, id est, spiritibus septem, quorum omnem in se habet plenitudinem corroborantem & illuminantem omnes, qui per fidem in circuitu eius sunt. Additur quoque, tanquam occisum. Quid est tanquam occisum, nisi aliquando occisum, nunc autem viuum? Nam ille quidem *Rom. 6.* resurgẽs ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur, veruntamen signa mortis eius, loca clauorum in manibus eius & pedibus, locus lanceæ in latere eius, quæ suis discipulis post resurrectionẽ suã ostendit & palpanda præbuit, in memoriã sempiternam reseruantur, sibi ad gloriam, nobis ad gratiam, inimicis eius ad crudelẽ conscientiam: vt videant & confundãtur, *Zach. 12.* *Deut. 13.* iuxta illud propheticum, Videbunt in quẽ pupugerunt. *Et venit & accepit de dextera sedẽtis in throno librum.*) Cùm vt supra iam dictum est, in dextera sedentis, ignea sit lex, quæ est iste liber, in sinistra verò illius diuitiæ & gloria, valdè notãdũ, quia veniens Christus in hunc mundũ per incarnationis mysterium, nihil diuitiarum aut gloriæ de sinistra, sed tantummodo librum siue igneã legem accepit de dextera. Bonum exemplũ *Ioan. 6.* cunctis præbens discipulis & credentibus in se: nihil diuitiarum aut gloriæ voluit aut quæsiuit in hoc mundo, pauper & egenus iste, imò & cùm offerretur ei, sicut legimus in euangelio, quia venturi eranthi quos saturauerat de quinque panibus & duobus piscibus, vt raperent eũ & facerẽt regẽ super se, sciens hoc ipse fugit. Tantummodo meditari in lege Domini die ac nocte, tantummodo librum de dextera dignatus est accipere, intendens aperire illum, & soluere septem signacula eius. Consequuntur quidẽ *Thr. 3.* illum, qui exemplo eius pro posse suo librũ hunc accipiunt, labores & aduersitates secuti, sed de isto etiam scriptum est: Saturabitur opprobrijs, id est, opprobria sustinere, p iustitia dulce illi erit. *Et cùm aperuisset librum, quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habẽtes singuli citharas & phyalas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum nouũ, dicentes: Dignus es Domine accipere librũ & aperire signacula eius.*) Magna res, vehementer summumque agebatur negotium cùm veniret agnus ille, & accipiens aperiet librum, bonisque ac legitimis opus erat testibus ad defendendum atque testificandum, quod ipse dignus esset accipere & aperire librum, id est, in quo de *Triplices testes Christi contra Iudæos.* berent impleri scripturæ vel cuncta oraculo la prophetarum. Quis enim illi credidit cũ *Ioan. 8.* diceret se à Deo patre esse missum ad tale ministerium? Nam econtra perfidi Iudæi dixerunt: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuũ non est verũ. Et multa in hunc modum. Hinc Ioannes Baptistã *Ioan. 3.* gemebundus clamat: Qui de cælo venit super omnes est, & quæ vidit & audiuit hoc testatur, & testimonium eius non accepit. *Mat. 26.* Nemo, inquit, accepit, immò omnes contra steterunt, omnes falsum testẽ clamauerũt, & tanquã magum & seductorem interfecerunt. Exempli gratia: Quia dicenti pũtifici, Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei benedicti, veritatem respondit: Et ille videns quia testimonium eius nemo accepit, tacuit: & sicut agnus *Esa. 53.* coram tondente se obmutuit, & nõ aperuit os suum. Quid multa? Tanquam falsum testem occiderunt illum, sicut iam dictũ est, & sic maximè aperuit librum, impleuit oracula scripturarum. Ergo vt vel occiso nõ *Deut. 18.* deesset testimonium, ecce triplex dignitatis eius testificatio sufficiens & abundans secundum sacræ legis edictũ, quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Primus hoc loco testis, est vniuersa sanctorum veterum ac nouorum ecclesia, quæ hic intelligitur per quatuordecim seniores & quatuor animalia. Ecclesia nanque vna omnium electorum, prædicat scriptis prædicat miraculis, in illo homine Iesu Christo qui crucifixus est, completa esse omnia, & dicit. *Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniã occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natiõe: & fecisti nos Deo nostro regnũ & sacerdotes, & regnabunt super terrã.*) Secũdus testis, omnis sanctorũ angelorum chorus vel *Mat. 11.* exercitus est, qui incarnandum annũciauẽ *Luc. 1.* runt, natum cum gloria in altissimis decantauerunt,

runt, tentato in deserto ministrauerunt, a- *Luc. 2.* gonizantem in passione, vt Lucas testatur, *Mat. 4.* confortauerunt, resurgentis gloriam beatis *Luc. 22.* mulieribus apparentes prolocuti sunt, ascẽ *Matth vl.* dentis triumphum, & iudicaturi reditum *Actor. 1.* sanctis Apostolis intimauerũt. Ait ergo: *Et* *Ioan. 1.* *vidi & audiui vocẽ angelorũ multorum in circuitu throni & animaliũ & seniorũ, & erat numerus eorũ millia millium voce magna dicentium: Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatẽ, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*) Tertius testis, omnis creaturæ vniuersitas est, quia omnia per ipsum facta sunt, & hoc est maximum atque constantissimum dignitatis eius testimonium, quia sine dubio nemo dignior illo p quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Pulchritudo cæli & omnium quæ in eo sunt, pulchritudo terræ & omniũ quæ *Psal. 32.* *148.* in ea sunt, pulchritudo aquarum & omniũ quæ in eis sunt, naturali quodam concentu dignitati eius perhibent testimonium, quia, sicut iam dictum est, omnia per ipsum facta sunt, quia videlicet Deus pater ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Hic autem est illius dicentis verbum, illius mãdantis mandatum. Ait ergo: *Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in ea sunt, omnes audiui dicentes: Sedenti in throno & agno benedictio & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum.*) Nũc iam diligentius & testium dignitatem atq; reuerentiam, & testimoniorũ attendamus fidẽ atque constantiã. *Cùm*, inquit, *aperuisset librũ, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderũt corã agno habẽtes singuli citharas & phyalas plenas odoramentorũ, quæ sunt orationes sanctorum.*) Antequam aperuisset agnus librum, *Mat. 2.* antequam per passionẽ suam adimplẽsset *Ioan. 9.* veritatem scripturarũ, præter pauciss imos præter tres Magos ab Oriente venientes, & præter illum illuminatum à natiuitate cæcum, ferè nullus inuenitur prociden- *Phili. 2.* do adorasse agnum, Christum Dei filium, sed postquam aperuit, postquam obedientiam consummauit, omne genu curuatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Nec verò solummodò genu flectitur, sed ado- *Psal. 71.* ratio plena procidendo perficitur, sicut & in Psalmo scriptum est: Coram illo procident Aethiopes, & adorabunt eum omnes reges. Apostoli quoq; neque illum adorare, neque in nomine eius adhuc petere no- *Ioan. 16.* uerant. Vnde & dicebat illis iam instante hora suæ passionis: Vsque modo non petistis quicquã in nomine meo. Ac deinceps: Illo die in nomine meo petetis. Ex quo pro *Phil. 2.* pter quod humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autẽ crucis, Deus illum exaltauit, ex eo iam exigitur vt adoremus & procidamus ante eũ, & nomine eius petamus, dicẽtes Deo patri: da vel præsta hoc vel illud, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Cũ ergo aperuisset librum, cùm adimplẽsset omnia quæ de ipso scripta sunt, quatuor animalia & viginti quatuor seniores corã agno adorantes ceciderũt, quia sancti omnes noui pariter & veteres in cælo & in terra, *Quæ sunt* quicunque adorant patrem, adorant & fi- *citharæ* lium, adorant Deum & hominem Iesum *sanctorum* Christum habentes singuli citharas, instrumenta videlicet laudum incessabilium, instrumenta non manufacta, sed pectora fidelia, & corpora cum plectro linguæ Dei personantia laudem. Citharis nanq; vbi ligno chordæ tendũtur, corpora propter Christũ mortificata rectè comparantur. Habent etiam phyalas, vascula videlicet ore lato patẽtia, id est, corda non angusta, sed per charitatem dilatata. Huiusmodi phyalæ plenæ sunt odoramentorum, quæ sunt, inquit, orationes sanctorum. Nimirum & hoc ipsum latitudo oris phyalarum, id est, ampla charitas efficit cordium vt odoramẽtorum no mine honorentur orationes sanctorum. Vn *Psal. 140.* de est illud in Psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et in consummatione virtutis & orationis suæ pius magister dicit: Ego me obtuli sacrificium *Eph. 5.* Deo in odorem suauitatis. *Et cantabant canti* *Hebr. 9.* *cum nouum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabunt super terram.*) Adorabant & citharizabant, spirabant odoramenta orationum, & cantabant canticum nouum, atque hoc erat & est magnum & ineffabile tripudium. Nouum, inquit, cantabant canticum, nam & cantores omnes ipsi *Ephe. 4.* noui sunt, omnes veterem hominem deposuerunt, & noua in Christo creatura sunt. Tota nimirum cantici materia noua erat, quia nouiter agn⁹ occisus aperuerat librũ, & redemerat eos in sanguine suo, quemadmodum & ipsi cantantes dicunt: Rectè ergo nouum dicuntur cantare canticum. Quod est illud canticum? Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius. Dominum dicunt agnum, rex enim est regum, & Dominus dominantium.

Cùm autem iam dictũ sit quod aperuisset librũ, quomodo nunc dicunt, dignus es accipere & aperire librum? Semel enim passus & mortuus est, & hoc modo librum semel aperuit, id est, scripturas impleuit. Ergo q̃ dicunt ei qui iam aperuerat, id est, adimplẽuerat, dignus es accipere, idem est, ac si dicant, dignus es & potens sensum legentibus aperire & intelligẽtiam scripturarum dare. Nam & hoc & illud vnus idemque pro sua di-

Universidad de Deusto Biblioteca

dignitate effecit. Moriens scripturas adimpleuit, resurgens spiritum sanctum dedit Apostolis, qui ad intelligendas scripturas sensum illis aperuit, & signacula libri soluit, id est, soluta & intelligibilia facta esse mysteria scripturarum ostendit. Vnde hæc Domine dignitas tibi? Quoniam occisus es, inquiunt, & redemisti nos Deo in sanguine tuo. Nisi occisus fuisses, nequaquã liber aperiri potuisset. Propterea Petro euaginãt igladiũcũm allet homines occide re, quàm ab hominibus occidi, te verum agnũ Dei, dixisti: Conuerte gladium tuũ in locum suũ. Nõ possum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Quia sic oportet fieri. Quoniam ergo occisus es, in eo ipso aperuisti librum, & implesti veritatem scripturarum. Occisus es & redemisti nos Deo in sanguine tuo. Notandum tale canti cum in duobus quæ sequuntur multitudinis angelorũ & omnis creaturę testimonijs non esse, quia videlicet neq; angeli, quippè qui non perierant, neque creatura alia quæcunq; rationalis non est, sed sola hominum ecclesia, quę hic intelligitur per vigin ti quatuor seniores & quatuor animalia, in sanguine Christi redempta est. Propterea isti quidem dicunt, quoniam occisus es, & redemisti nos, angeli aũt hoc tantũ, dignus est agnus qui occisus est, & nõ addunt, & redemisti nos. Porrò cæteræ omnes creaturæ quæ in cælo, & quæ super terrã, & quæ sub terra, & quę in mari sunt, nihil horũ dicunt, sed tantummodo sedenti super thronum à quo factæ sunt, & agno per quẽ factæ sunt, suo modo benedicunt. Soli ergo homines sunt qui primi ante angelos & ante omnem creaturam primum in isto cantico perhibẽt testimonium, dicendo: quoniam occisus es, & redemisti nos. Cui redemisti nos? Deo, inquiunt. Vnde redemisti nos? Ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Ex magna vtique dispersione congregasti nos, ex magna dissensione adunasti nos. Ex hoc nãque homines multum à semetipsis dissentiunt, quod multarum tribuum, dissonantium linguarum, dissimilium populorum, & diuersarum sunt nationũ. Porrò ex hoc adeo dissentiunt, quod à diabolo capti diuersorum tenentur irretiti laqueis errorũ. Sed tu redemisti nos Deo vt faceres nos deo filios, vt sicut in Euangelio scriptum est, filios Dei, qui erant dispersi, congregares in vnum. Agnus qui in Aegypto in figurã tui occisus est, ex vna tantum gente populum illum in sanguine suo redemit, ita videlicet vt sanguis eius de limine sumptus, & in superliminari, & super vtrunque postẽ positus domorum in quibus comedebatur, percussorem non sineret ingredi & percutere, & occisis Aegyptiorum primogenitis, hi qui prius tenebantur ab eis non solùm dimitterentur, sed etiam compellerẽtur exire, & diuiso mari rubro, ipsi quidem salui pertransirent, persequentes autem eos Aegyptij cum curribus & equis suis in medijs fluctibus interirent. Taliter tunc agnus ille populum illum redemit, immò tunc Dominus dominator agne per illius agni immolationem figuratiua redemptione illos redemisti. Nunc autem tu per temetipsum ita redemisti nos Deo in sanguine tuo, vt sanguis tuus, qui pro nobis effusus est, de baptismi tui sacramento sumptus, signo crucis frontibus nostris imprimatur, itemque de sacro altari sumptus super vtrunq; postem domorum nostrarum ponitur, dum & cordis & corporis ore percipitur. Hoc facto percussor diabolus ingredi non permittitur, sed primogenitum, id est, originale peccatum in nobis deletur, & omnia quæ contra nos erant actualia peccata, nosq; persequebantur, in aquis baptismi absorbentur. Ita redemisti nos liberans à malignis spiritibus, & congregans de nationibus, & fecisti nos Deo nostro regnũ & sacerdotes. Illud quoque quod ad hoc redemisti nos, vt faceres Deo nostro regnũ & sacerdotes, qui eramus serui peccati, & dæmonũ sacrificatores, in illa vmbra præfiguratum est, Redactos in seruitutem Aegyptiorum, & seruitutes dijs eorum, filios Israel ad hoc redemisti, vt faceres Deo qualecunq; regnũ, & de tribu Leui sacerdotes qualiscunque sacrificij, sic incipiens & sic mandans Pharaoni: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. Factum est tandem in manu forti, & populus ille regnum erat Deo, donec malo consilio dicerent ad Samuel: Nequaquam, sed regẽ constitue super nos. Itẽ: constitue super nos regem vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. Dominus autem ad Samuelem: Non, inquit, te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Ergo & in illa figura sic illos de seruitute Aegyptiorum hominum pariter & deorũ redemisti, vt faceres regnũ Deo & de illis sacerdotes Dei. Nos secũdum illam figurã fecisti in veritate Deo nostro regnum & sacerdotes, vt iam nõ simus serui peccati, sed regnum iustitiæ, vt non regnet peccatum in nostro mortali corpore, imò nec ipsum corpus iam mortale sit, cũ mors per gloriã resurrectionis absorpta fuerit. Ecce iam & regnum hic incipit, & sacerdotes sumus Dei, nunc sacrificantes hostiam salutarem corporis & sanguinis tui, tunc autem & plene regnaturi, & incessabiles laudum hostias sacrificaturi: Verè magna largitas redimentis, qui ad hoc redemit seruos peccati, vt nõ ser-

Mat. 26.

Ioan. 11.

Exod. 12.

Agnus typicus.

Exod. 3.

1. Reg. 8.

Rom. 6.

1. Cor. 15.

seruos faciat vel habeat, sed regnũ & sacerdotes Dei. Confitentur quidem omnes redempti, & verũ dicunt, quia sunt serui eius qui eos redemit, sed ipse qui redemit, non seruos, sed amicos, non subseruientes, sed conregnantes facit, & dicit: Quid multa? Cõ ditione sui sunt serui emptitij, dignatione illius vocantur & sunt amici, & filij vocantur, & sunt regnum & sacerdotes Dei. Et regnabunt, inquit, super terram. Quomodo illi iam dicti de ergastulo Aegyptiorum liberati regnauerunt super illam repromissionis terram, vnde Chananæi & Amorrhęi propter sua peccata electi sunt: ita isti regnabunt super veram repromissionis terram, super terram viuentium, vnde propter superbiam illi apostatæ spiritus electi sunt. Notandum verò, quod de prima persona transierunt ad tertiam cum præmisso, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, adiungunt, & regnabunt super terram. Religiosa valde transitio est hæc, declinans etiam in sono vocis vanè gloriantium similitudinem. Etenim cùm veraciter dicere possent, & regnabimus super terram, magis humiliter dicere placuit, & regnabunt super terram. Itaque & fecisti nos Deo nostro regnum, sit laudatio omnium communiter confitentium, & regnabunt super terram, dictum sit singulorum humili se reuerentia deprimentium. Sed nec illud prætereũdum est, quod non dictum est, & regnabũt in terra, sed regnabunt super terram. Sancti quippè conditione in terra sunt, quia spiritus eorum in terreno corpore sunt, sed vita & conuersatione super terram sunt, & super terrena atque corruptibilia mẽbra sua tenent principatum. Et quidem nũc q̃diu corpora mortalia sunt, cũ labore & solicitudine regunt illa, in futuro autem in pace & securitate super illa regnabunt. *Et vidi & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum, & erat numerus eorum millia millium voce magna dicentium: Dignus est agnus qui occisus est, accipere diuinitatem, virtutem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*) Primus testis, ad quẽ magis pertinet hoc negotium, scilicet omnis cœtus electorum hominum, prædicto modo suum edixerat testimonium, & inde vidi (ait testis) alterius vocem, & hic erat omnis chorus angelorum stantium in circuitu throni, & animalium, & seniorum, videlicet ad magnum spectaculum redemptionis & saluationis hominum. Numerus eorũ infinitus est. Hoc enim satis admiratiuè prædicat dicendo, & erat numerus eorum millia millium. Denique numerus eorum millia millium, cùm non dicatur quot millia, manifestè numerum sonat infinitum. Ita in Daniele cùm dicitur, milla millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei, multus quidem numerus est decies millies centena millia, sed tamen finitus, numerus verò millia millium, finitus non est. Ad istorum scilicet angelorum omnem multitudinem pertinet huic agno perhibere testimonium, quia videlicet etsi non per ipsum redempti sunt, quia non perierant, attamen & per diuinitatem eius conditi sunt, & per sanguinem eius nobis conciliati sunt, iuxta illud Apostoli: Quia in ipso condita sunt vniuersa in cælo & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Et subinde: Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terra sunt. Et alibi: Vt notum nobis faceret sacramentum voluntatis suæ secundum bene placitum eius quod proposuit in eo, & in dispensatione plenitudinis temporum. Exponit statim quid sit illud beneplacitum Dei, ita subiungẽdo: Instaurare omnia quæ in Christo, quæ in cęlis, & quæ in terris sunt in ipso. Hoc enim erat beneplacitum Dei, videlicet impleto tẽpore ordinationis suæ instaurare in fide Christi, quæ in cælis sunt semiplena, id est, numerus angelorum qui diminutus erat, & quæ in terris sunt euacuata, scilicet homines qui perierant. Igitur quia angeli & in ipso conditi, & per sanguinem eius hominibus cõciliati sunt, & ex hominibus numerus eorũ suppletur p ipsum benè in circuitu throni, & animalium, & seniorum, ecce adsunt ad testificandum, & auditur testimonium illorum voce magna, id est, magno affectu dicentium: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutẽ, &c. Quia angeli sunt qui nõ perierunt, idcirco non dicunt, dignus est agnus qui occisus est, & redemit nos, quomodo paulò ante dixerunt homines, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo: sed hoc tantũ dicunt, dignus est agnus qui occisus est. Septẽ numero insignia testificãtes agno asscribunt, virtutem, diuinitatem, sapientiam, fortitudinem, honorem, gloriam, benedictionem. Et in isto numero laudum pariter intelligimus vniuersa, quæcunque sacris continentur scripturis eiusdem agni Christi præconia. Sunt enim & alia multa huiusmodi maiestatis & sublimitatis eius nomina, regnum, imperium, salus, vita, potestas, & his similia. Legebãtur hæc sparsim in scripturis. Exempli gratia, in Esaia sic: Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futu-

Quomodo serui sunt & amici.

Coloss. 1.

Ephe. 1.

Septẽ laudis angelicæ insignia

Millia millium idem numerus infinitus.

Dan. 7.

Esa. 9.

ri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & regni eius non erit finis. Legebant hæc Iudæi, sed indignum iudicabant eum, quem sicut agnum occiderant.
Ioann. 5. Indignum omninò & ineptum reputabant
Matth. 13. cunctis omnibus istis, quippe cum ista sint
Psalm. 21. præconia Christi, ipsi autem nolebant istum filium, vt putabãt Ioseph filium, vt improperabant, fabri, Christum vllatenus esse vel dici. Decertant econtra testificantes angeli: Agnus iste qui occisus est, hic vermis & non homo, qui cõculcatus, & crucifixus est, hic filius hominis, filius quidem Mariæ, sed nõ filius Ioseph, dignus est accipere omnia hęc, dignus est, de quo dicantur & prædicentur oĩa ista. Dignꝰ est accipere virtutẽ, dignus est es-
Psalm. 20. se vel dici rex ille, de quo Psalmista: Domine, (inquit) in virtute tua lætabitur rex. Dignus est accipere diuinitatẽ, dignus est hoc nomine, quod est sũper omne nomẽ, quod nomen Deus est: & hoc accipe de propheta
Philipp. 2. iam dicto, apud quem Deus est dictus hoc modo: Et vocabitur nomẽ eius admirabilis consiliarius, Deus. Dignus est accipere sapientiã, dignus est vt is ipse esse credatur, de
Hiere. 23. quo Hieremias: Ecce (inquit) dies venient, dicitit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Dignus est accipere fortitudinem, vt credatur esse is ipse, de quo ibidem Esaias vbi di-
Esaiæ. 9. xerat, & vocabitur nomẽ eius admirabilis, cõsiliarius, Deus: addidit fortis. Et de quo
Psalm. 23. Psalmista: Dominus (inquit) fortis & potẽs, Dñs potens in prælio. Dignus est accipere
Psal. 44. honorem, vt is ipse credatur esse, de quo idẽ
Psalm. 98. Psalmista, Ex quibus (inquit) delectauerũt te filiæ regũ in honore tuo. Et alibi: Honor
Psalm. 8. regis iudicium diligit. Dignus est accipere gloriam simul & honorem (vt iam dictum
Psal. 20. est) vt is esse non dubitetur, de quo itidem Psalmista: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum sũper opera manuũ tuarum. Item: Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriã & magnum decorem imponens sũper eum. Dignus est accipere benedictio-
Genes. 22. nem, vt is esse cognoscatur & credatur, de quo ibidem continuo Psalmista dicit: Quo-
Psalm. 71. niam dabis eum in benedictionem in seculum seculi. Item, vt credatur esse illud semen, de quo ad Abraham Deus locutus est: Et in se-
Psal. 44. mine tuo benedicentur omnes gentes. Et in Dauid: Sit nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Item ad ipsum: Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Accipiat ergo agnus qui occisus est, accipiat vt dignus est virtutem, ad eijciendos dæmones de templis vel delubris gentium, & de
Psalm. 88. latebris simulachrorum, vbi colebantur, & vbi dabant responsa fallaciæ suæ, mentiendo se deos esse, atq; inde proturbet eos Dominus virtutũ, iuxta illud in psalmo: Et in virtute brachij tui dispersisti inimicos tuos. *Psalm. 46.* Accipiat diuinitatem, vt dignus est, vt expulsis dijs falsis de cordibus gentium, ipse solus adoretur, qui verus Deus est, vt fiat item quod in psalmo scriptum est: Regna- *Psalm. 95.* bit Deus super gentes, & vt decantet iam totus orbis, quoniam omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. Accipiat sapientiam, vt dignus est, quatenus neminem suorum quis seducere possit per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum ipsum. Accipiat (inquam) sapientiam & fortitudinem, *Coloss. 2. 1. Cor. 1.* vt quæ sunt stulta mundi eligẽs, confundat *Esaiæ. 29.* sapientes: & infirma mundi eligens, confun- *1. Cor. 1.* dat fortia: iuxta illud quod scriptum est in Iob: Perdam sapientiam sapientum, & pru- *Iob. 5.* dentiam prudentium reprobabo, quod est accipere sapientiam. Fortitudinem autem, iuxta illud in psalmo: Accingere gladio tuo *Psal. 44.* super fœmur tuum tuum potẽtissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere procede & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Ita fiet, vt neque sapientia philosophorum oculis agni, neque fortitudo regum aut imperatorum, cornibus agni, qui occisus est, obuiare aut resistere possit, quin habeatur Deus sapiens & fortis, & audiant, & credant in eum omnes populi. Accipiat & honorem, vt dignus est, quatenus corda & corpora, quæ malignorum spirituum, & vitiorum omniũ fuerant receptacula, fiant ipsius habitacula munda, & templa venerabilia, sintq; vt continuo psalmus dicit, sedes *Ibidem.* tua Deus in seculum seculi. sintque filiæ regum delectantes te in honore tuo, id est, ciuitates quas reges seculi construxerũt, siue Ecclesiæ, quæ ab Apostolis propagatæ tanquam filiæ regum sint sanctè viuentes pro honore tuo. Accipiat cum honore gloriam, vt dignus sit, vt gentes, quæ benè viuendo honorant eum, etiam benè loquendo glorificent eum, prædicando sanctũ sanctorum meliorem angelis, excellìorem cælis, sedentem ad dexterã maiestatis, atque ita omnis lingua (vt Apostolus ait) confiteatur, quia *Philip. 2.* Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Accipiat & benedictionẽ, vt dignus est, benedicant eum omnes sancti eius, non sibi, sed illi attribuendo id quod sunt, gratias agentes Deo patri per ipsum. *Et omnem creaturam, quæ in cælo est, & quæ super terram, & quæ sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in ea sunt, omnes audiui, dicentes: Sedenti in throno & agno* *1. Cor. 15.* *benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum.*) Creaturæ illæ, quibus Christi passio pacis & gloriæ contulit commodum, scilicet cœtus vterque angelorum & hominum, eiusdem mortis Christi in sua testificatione titulum posuerunt, isti, scilicet homines dicentes agno, dignus es Domine, quoniã occisus es, & redemisti nos: illi videlicet angeli, qui redempti non sunt, quia non perierant, dicentes hoc tantum, dignus est agnus, qui occisus est. Porrò, creaturæ cæteræ, quæ in cælo, & quæ super terram, & quæ sub terra, & quæ sub cælo, & quæ in ea sunt, sol, luna, & stellæ, aquæ quæ super cælos sunt, & cæteræ omnes, quas in lau-
Psal. 148. dando Dominum Psalmista excitat, quarum omnium est tertium hoc loco testimonium, vt stet hoc propositum de dignitate agni verbum, neque de redemptione sui, vt animalia, & vigintiquatuor seniores, neque saltem de occisione agni, vt omnes angeli, vllam faciũt mentionem, sed tantummodo dicunt: Sedenti in throno & agno benedictio, &c. Neq; enim occisus est agnus ob talium creaturarũ redemptionem, aut ob vllam earũ instaurationem. Tantũmodo quia creata sunt, creatori concinunt non quidem rationali aut vocali cõfessione, sed naturali sui status præsentatione. Et quia hominum redemptio, atq; angelicorum ordinum instauratio, per solius agni occisionem facta est, sola enim filij persona passa est, natura verò vel substantia creaturarum omnium, dicente patre per verbum, id est, per eundem filium condita est, rectè & homines, & angeli sola in illa iam dicta confessione sua, occisionem agni prædicant, istæ autem creaturæ & sedentem in throno, scilicet patrem, & agnum, id est, filium patris laudant. Pri-
Cur primo dant benedictionem. ma in earum laude est benedictio. Cur hoc? Videlicet quia sunt etiam in his quædam creaturæ, quæ non solùm præceptò eius in natura sunt, sed etiam benedictione eius in suæ successionis posteritate subsistunt, scilicet omnis creatura viuens atque motabilis, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Scriptum est enim. Et vidit Deus, quòd esset bonum, benedixitque eis, dicens: Cre-
Genes. 1. scite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur sũper terram. Rectè ergo primã benedictionis vocẽ emittunt ei, per cuius substistunt benedictionẽ. Dant deinde & honorem, tanquam Domino domus magnæ, quam condidit ipse tanta & tam speciosa, tamque diffusa pulchritudine. Fabricatori quippe domus honor in eadem domo debetur, quemadmodum
Hebr. 1. dicit Apostolus: Ampliori enim gloria iste præ Moyse dignus habitus est, quanto ampliorem honorẽ habet domo, qui fabricauit illam. Omnis namq; domus fabricatur ab aliquo. Qui autem fabricauit omnia, Deus est. Et quidẽ domus Dei sumus nos, sicut subinde idem Apostolus: Christus verò, inquit, tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, veruntamen & hęc mundi fabrica nihilominus quędam domus Dei est, quam tanta creaturarum diuersitas tanquam familia eius inhabitat. Dant illi & gloriam, videlicet vt etiam pro tali factura glorietur, & dicat: Ego Dominus creans cælos, & formans terram. Et in Esaia: Quis *Esaiæ. 40.* mensus est pugillo aquas, & cælos palma ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? Et his similia. Dant ei & potestatem, cùm videlicet cunctis euanescentibus mundi huius potestatibus, solus qui sedet in throno, & agnus potestatem creaturæ suæ obtineat, quem-
admodũ Danieli ostensum est visione cla- *Daniel. 7.* rissima. Et vidi (inquit) quoniam interfecta est bestia, perisset corpus eius, & traditum esset igni ad comburendum, aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, & tempora vitæ constituta essent, eis vsque ad tempus & tempus. Aspiciebam ergo in visu noctis, & ecce cum nubibus cæli filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatẽ & honorem, & regnum: & omnes populi tribus & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quę nõ auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Hanc potestatẽ dat illi etiam *Qualis ca-* creatura, quæ est sub terra, scilicet infernali *pessio de-* carcere inclusa, veruntamen non voluntaria confessione, sed coacta cõfessione. Nam *monum.* & ipsi maligni spiritus, volentes nolentes, sedẽtis in throno & agni potestatẽ confitebũtur. *Et quatuor animalia dicebant: Amen.*) Amen verè, siue fideliter interpretatur. Amẽ ergo dicere, est verum testimonium confirmare. Dicunt hic, & faciunt quatuor animalia, id est, quatuor Euangelia, confirmant, quòd agno æquè vt sedenti in throno, quòd filio Iesu Christo æquè vt patri Deo, benedictionem, & honorem, & gloriam, & potestatem, suo modo asserat vel testetur omnis creatura. Quartum tamen animal simile aquilæ volãti, quod est hic ipse Ioannes, manifestius hic amen dicit, scribendo, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. *Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem in secula seculorum.*) Finis vel consummatio testimoniorum omnium, adoratio est perseuerans in æternum, cuius videlicet adorationis viginti quatuor seniores, id est, omnes Ecclesiæ, siue Ecclesiarum prælati, & iudices, sic dignè agunt principatum, sicut te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stificationes exercuerunt magisterium. *Et* CAP. VI. *vidi, cùm aperuisset agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquã vocem tonitrui: Veni & vide.*) Supra compendio dixerat, agnum aperuisse librum, nunc verò eiusdem libri apertionem ordine digerit per singulorum sigillorum solutionem. Iam autem & nos supra diximus, septem libri signacula, septem esse (quæ clausa in scripturis continebantur) eiusdem agni Iesu Christi mysteria, scilicet eius incarnationé, passionem, resurrectionem, ascensionem, spiritus sancti effusionem, gentium, derelicta Iudæa, vocationem, iudicium vltimũ, *Philip. 2.* & seculi consummatioé. Cùm ergo Christus Iesus q in forma Dei erat, semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, & in similitudine hominũ factus est: tunc vtiq; agnus vnum de septem sigillis aperuit. Quandam enim partem scripturarum, quarum omnis intentio circa iam dicta versatur mysteria, tunc adimpleuit. Exempli *Psal. 44.* gratia: In sole posuit tabernaculum suum, *Psal. 86.* & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Item: Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Ac deinceps: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præcõsortibus tuis. Et alibi: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Et in Esaia: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur *Esa. 7.* nomen eius Emanuel. Hæc & cætera huiusmodi tunc adimpleuit Iesus Christus, quãdo formam serui accepit, qui erat in for- *Philip. 2.* ma Dei. Oportet autem eum, qui talium dictorum sibi signaculum solui, id est, intelligentiam cupit aperiri, prius habere meritum fidei.

Sequitur ergo: Et audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vo- *Animal hoc facies hominis est id est, incarnatio.* cem tonitrui magni: Veni & vide. Nam veni & vide, hoc est, primum crede, & sic demum intellige. Porrò animal hoc vnum de quatuor, ipsa est facies hominis, id est, incarnatio eiusdem Christi filij Dei. Principaliter nanque, vt superius iam dictum est, quatuor animalia, quatuor maxima sunt Christi sacramenta, quæ nullo Christiano nescire liceat, scilicet incarnatio, passio, resurrectio, & ascensio: secundariè verò ipsi, qui quatuor scripserunt Euãgelia. Vnum itaque vel primum ex quatuor animalibus, incarnatio Christi est, cuius videlicet incarnationis voces toties audimus, quoties eadem incarnatio nobis in ecclesia prædicatur. Auditur autem vox tanquam tonitrui, quia videlicet non sicut prosa vanitas susurrat in angulis, sed palã omni mundo prædicari amat plenitudo partus virginalis, ita vt meritò comparetur tonantibus cælis, iuxta illud Dauidicum: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. *Et vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcũ. & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret.*) Et vidi, id est, intellexi. Et reuera omnis qui venit, id est, qui fideliter credit, ipse intelligit incarnationis Christi mysterium sic esse velut equum, & sedentem super illum, intelligit non hominem tantum, aut Deum tantum, sed hominem simul & habitantem in homine Deum, hominem Deo, vel Deũ homini in vnitate personæ coniunctum. Nam quomodo equum & super eum sedẽtem hominem, vnum equitem dicimus, sic hominem hunc & inhabitantem Deum, vnum confitemur Christum. Attamen Deus huic homini multo coniunctior est, quàm equo homo, qui illi insidet, quia homo ex equo descendit, ab homine isto Deus, qui illum assumpsit, nunquam discedit. Semel tantum caro mortua in sepulchro iacuit, sed ab anima diuinitas nunquam discesit. Resurrexit caro, anima resumpta cum virtute diuinitatis, & deinceps tam caro, quàm anima cum verbo permanet vnus Christus indiuisibilis.

Equus iste & sessor eius est ipse Christus Deus et homo.

Itaque equum album, & eum qui sedebat super eum, vnum intelligimus Christum, & hunc equum illud esse iumentum, de quo in illa parabola, de homine qui inciderat in latrones sic dictum est. Et ap- *Luc. 10.* propians, videlicet Samaritanus, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum, & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum. Samaritanum illum sedentem super iumentum suum, vnum intelligimus Deum, & hominem Christum. Qui profectò vulneratum hominem super iumentũ suum imposuit, qui peccata generis humani ipse in corpore suo pertulit. Et *Esa. 53.* rectè hic equus albus dicitur, quia quod certum tenet fides catholica, hic homo de spiritu sancto conceptus, sine peccato de virgine est natus. Solus iste est, qui non in iniquitatibus conceptus est, quem non in peccatis mater sua concepit, in peccatis *Psalm. 50* videlicet prævaricationis Adæ, in quo om- *Rom. 5.* nes peccauerunt (vt Apostolus ait) sed nõ iste, quem (vt iam dictum est) de spiritu sancto virgo concepit. *Et qui sedebat super illum, habebat arcum.*) Arcum habebat, ipse enim est vir sagittarius, de quo in Iob con- *Iob. 40.* tra Behemoth dicitur: Non fugabit eum vir sagittarius, scilicet de perfidorum cordibus, qui nullis futuri iudicij comminationibus acquiescunt, vt conuertantur. Ar- *Ioan. 5.* cus quippe de longinquo feriens, iudicium significat, quod nondum est sed in extremũ differtur diem. Hunc iudicij arcum ille habebat quia iudicium omne, siue potestatem

statem faciendi iudicium, pater illi dabat, & illud facturus, pœnitentiam prius prædicare, & peccatorum remissionem dare veniebat. *Et data est illi corona.*) id est, sancta in duodecim Apostolis Ecclesia primitiua.

Psalm. 20. Vnde est illud in Psalm. Posuisti in capite eius coronam. Nam in capite eius coronam de lapide pretioso posuisti, hoc est, in initio prædicationis eius chorum Apostolorum, qui vtique secundum fidem lapides viui, lapides sunt pretiosi, tu pater illi dedisti. Vnde dicit: Pater sancte, serua eos in no- *Ioann. 17.* mine tuo, quos dedisti mihi. Tui erant, & mihi eos dedisti. *Et exiuit vincens vt vinceret.*) Exiuit videlicet anno suo incipiente tricesimo baptizatus ad prædicandum, at- *Matth. 4.* que in ipso exitu suo vicit tentatorem diabolum. Statim quippe à spiritu sancto ductus in desertum, cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & postea esuriret, in tribus tentationibus (vt legimus) tentatorem vicit, à quo primus homo tentatus & victus fuit. Itaq; exiuit vincens, ob hoc vt vinceret, id est, ob hoc tentationes suas vicit, vt nostras, in quibus victi fueramus, tentationes superaret. Vnde & Apostolus. In eo enim in quo passus est ipse tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari. Itaque sic exiuit, sic nascendo & viuendo peccato caruit, & omnia tentamina vicit, vt ad mala nostra vincẽda tota properaret intentione charitatis. *Et cùm aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, di-* *Hebr. 2.* *cens: Veni & vidi.*) Quando Christus Iesus humiliauit semetipsum factus obediens vs- *Philip. 2.* que ad mortem, mortem autem crucis, magnum vtique sigillum libri agnus aperuit. Plurimam quippe partem scripturarum eadem sua passione adimpleuit, & intelligibilem fecit. Exempli gratia: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Item: Oblatus est, quia ipse voluit, *Esaiæ. 53.* & non aperuit os suum. Ac deinceps: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse multorum peccata tulit, & pro transgressoribus exorauit. *Psalm. 21.* Et in psalmo: Foderunt manus meas, & pedes meos. Item: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Hæc & alia quàm plurima de prophetis & de psalmis, plurima atque magnifica dicta vel decreta sanctæ ac mysticę legis sub hoc secundo sigillo clausa tenebãtur, quod tunc agnus iste soluit, quando Christus Iesus agonizans in patibulum crucis ascendit, & spiritu tradito, mortuus in sepulchro quieuit. Audiui, inquit, secundum animal, dicens: veni & vide. Secundum animal, id est, facies vituli, ipsa est passio Domini, cuius vocem toties audimus, quoties ipsa nobis annunciatur, maximè autem quando baptizamur, & quando sacramentum corporis & sanguinis eius celebramus aut percipimus. Quicunque enim baptizati su- *Rom. 6.* mus in Christo Iesu (ait Apostolus) in mor- *1. Cor. 11.* te ipsius baptizati sumus, & quotiescunque manducamus panem hunc, & calicem bibimus, mortem Domini annunciamus. Venimus & videmus, id est, credimus & intelligimus. *Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super eum, datum est ei, vt sumeret pacem de terra.*) Equus rufus ciuitatis diaboli, ciuitatis Babyloniæ est populus sanguinolentus, & sessor atque agitator eius diabo- *Zach. 1.* lus est. Apud Zachariam quidem legimus equum Domini roseum, sed equus ille non alius est, quàm is, qui supra visus est equus albus. Ille namque & propria munditia albus est, & proprio sanguine est roseus, propter quod in Canticis dicitur: Di- *Canti. 5.* lectus meus candidus & rubicundus, hic autem sanguine alieno, sanguine sanctorum, quem effudit, rufus est. Hic equus exiuit, in iam dicta passione Domini, iam dudum rufus omni sanguine iusto, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, & tunc exiuit, vt impleret mensuram homicidiorum suorum iunctis sibi gentilibus, & Pontio Pilato, ad occiden- *Matt. 23.* dum Dominum. Diabolus enim sedebat super eum. Et datum est ei, vt sumeret pacem de terra, vt auferret pacem de subdita sibi generatione terrena, ita vt inuicem interficiant. Hoc illi datum, id est, permissum est suadenti Iudæis, quorum vtique sessor erat, & quos agitabat, quatenus seditiosum Barrabam sibi dimitti, IESVM *Matt. 27.* verò postularent crucifigi. Hoc namque agendo, pacem de terra sumpsit, id est, absumpsit. Nunquam enim ex tunc pax fuit genti illi, iusto videlicet iudicio, vt qui peremerant principem pacis, seditiones hæreditarent Barrabæ, quem sibi petierant dimitti. Et ideò pacem sumere de terra, datum est ei, *vt inuicem interficiant,*) quod quàm verum sit, plenius videt atque miratur, quisquis illud tam mirabile, quàm miserabile Hierosolymorum excidium sub Tito & Vespasiano factum legit, cuius videlicet excidij nos adhuc in solutione sexti sigilli meminisse oportebit. *Et datus est ei gladius magnus.*) Gladius magnus, magna & longa persecutio intelligitur, quem videlicet persecutionis gladium eques ille ma- *Ioan. 20.* lignus à CHRISTO vsque ad nouissimos electos eius tanquam à capite magni corporis vsque ad eius pedes ducere permittitur. Verum de hoc plenius suo loco dicendum erit, vbi de sanguine sanctorum ebria demonstratur Babylon meretrix. Et *Gene. 49.* *cùm aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni & vide.*) Qua die resurre-

xit Christus Iesus à mortuis, & stans in medio discipulorum suorum, dixit eis, pax vobis, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: nimirú agnus tertium libri sigillum aperuit, quia magna scripturarum præconia, quæ de ipso erant, adimpleuit. Exempli gratia: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi, ascendisti: Requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Quis susciabit eum? Et illud in Osee: Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. Et in Psalmo: Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomẽ illi. Itẽ: Exurrexi, & adhuc sum tecum. Hæc & his similia dum adimpleuit, & intelligibilia fecit Christus resurgendo ex mortuis, tũc (vt iam dictum est) agnus tertium sigillum aperuit. Porrò, tertium animal, siue vnius animalis tertia facies, ipsa resurrectio est, cui' vocé toties audimus, dicentis: Veni, & vide quoties eiusdem resurrectionis gloria prędicatur nobis ore gratulantis ecclesiæ. *Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua.*) Equus niger, falsorum fratrum caterua est, quales prior Dominus contribules suos Iudæos perpessus est, vnũ se patrem habere Deum gloriantes. Equus iste niger cum sessore suo diabolo tunc apparuit, stateram habens in manu sua, quando primum hæc ipsa resurrectio Iesu Christi falsis fratribus illis est nũciata. Sic enim Matthæus narrat: Ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdotum, omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditũ fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsq; in hodiernum diem. Itaque qui supra nigrum sedebat equum, stateram habebat in manu sua, quia diabolus mendax, falsos & mendaces agitans, egit vti ad negandam, & dissimulãdam Christi resurrectionem, mendaciũ cõpararent appensa pecunia. Non tunc data est illi statera, sed habebat (inquit) stateram in manu sua, iã enim similiter fecerat, quando Iudas falsorum fratrum vnus vel notissimus, pecuniam ab eis ob traditionem sanguinis innocẽtis, scilicet triginta argenteos acceperat. Vnde & dicitur huic. *Bilibrũ tritici denario, & tres bilibres ordei denario, & vinũ & oleum ne læseris.*) Computemus libras, quantę contingant triginta argenteis siue denarijs, videlicet ita vt octo libræ binis semper supputentur denarijs iuxta præsentem traditionem, qua dicitur bilibris tritici denario, & tres bilibris hordei denario, & fiunt insimul libræ centum viginti. Totautem erant in initio credẽtes, quos ille venditione sua redemptos, Christus in hoc mundo superstites reliquit, sicut in Actibus Apostolorũ Lucas dicit: Erat autem turba hominum simul ferè cẽtum viginti. Dicatur ergo huic, stateram in manu sua habenti: Bilibris tritici denario, & tres bilibres ordei denario, & vinum & oleum ne læseris. Quòd est dicere: Et si multitudinem Iudæorum infidelium lædis, diuulgato mendacio, quod pecunia copiosa coemisti, ne tamen vsquequaque glorieris, quia nequaquam eos qui ad me pertinent lædere conceditur tibi, quos venditus ego redemi, quorũ licet nunc numerus paruus sit, omnes tamen idem numerus significat, qui per verbum eorum sunt crediturí, fidemq́ue habituri sanctæ trinitatis. Nam iuxta præfatum numerum triginta argenteorũ, cũ bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei væniunt denario, fiunt simul tritici libræ triginta, hordei verò libręter triginta, id est, nonaginta, & in omnibus his numerus ternarius hidem sanctæ trinitatis exprimens, latè coruscat. Simul verò triginta & nonaginta centum viginti faciunt, qui numerus (vt iam dictum est) initio credentium fuit. Et imparis quidẽ meriti fuerunt, quemadmodum triticũ & hordeum in cõmodis agricolæ non eiusdẽ momenti sunt, veruntamen omnes de vno grano frumenti, quod cecidit in terrã, & mortuum fuit fructificando succreuerũt, & eãdem (vt iam dictum est) trinitatis fidem tenuerunt, & prædicauerunt. Quicquid fiat, quicquid facias de fratribus illis pro sua falsitate nigris, istos lædere, istos in errorẽ vel mendacium adducere non conceditur tibi. Vinum quoque & oleum, vel lædere possis, non tibi conceditur: Quod vinũ & quod oleum? Profectò geminum sancti spiritus datum. Primum quippe sancti spiritus datum rectè dicitur oleum, quia sic primum datus est, vt esset remissio peccatorum, dicente ipso qui dedit ipsa die qua resurrexit à mortuis. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Secundúverò datũ rectè dicitur vinum, quia nimirum secundo sic datus est spiritus sanctus, vt esset fortitudo credentium, vt credentes faceret verbosos & constantes ad prædicandum, ita vt dicerent aliqui, quia musto pleni sunt isti. Igitur ô niger agitator equi nigri, qui stateram in manu baiulas, negotiare quantũ vis, & appensa pecunia copiosa effice, vt publicè dicatur, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus, dummodò efficere non possis, quin in veritate permaneant isti centum viginti, geminum

Osee. 3. *Psal. 67.* *Psal. 13.* *Mat. 22.* *Actor. 1.* *Ioan. 12.* *Vinum & oleum dona spiritus sancti.* *Ioan. 20.* *Actor. 2.* *Mat. 28.*

gẽminum accipientes donum spiritus sancti, vnde fiat vt non euacuetur propositum Dei, vt non obscuretur, vel abscõdatur gloria resurgentis Christi. *Et cùm aperuisset sigillũ quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni & vide.*) Quando Christus astantibus Apostolis ascẽdit in cęlum, & sedet à dextris Dei, vt Marcus ait, & sicut Lucas quoque testatur, videntibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum, tunc vtique quartum libri sigillum agnus aperuit, partem enim scripturarum, quibus istud sacramentũ quartum continebatur, adimpleuit. Exempli gratia: Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. In iubilatione videlicet eorundem Apostolorũ, quibus vidẽtibus eleuatus est, nam ipsi adorantes, inquit Lucas, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: in voce autem tubæ, id est, cum testificatione pronũciationis angelicæ, qua dictum est, sic veniet, subauditur ad iudicandum, quemadmodũ vidistis eũ euntem in cælũ. Item: Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Et alibi: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, siue vt alia editio habet, Ascẽdens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ. Hęc & his similia dum adimpleuit, dum idẽ qui descẽderat ipse super omnes cælos ascẽdit, tunc (vt iam dictum est) quartum libri sigillum agnus aperuit. Sed aduersus hunc sedentem ad illam dexteram maiestatis in excelsis, fœuit inuidia diaboli, per hæreticorum blasphemantium ora rabida, derogans in cælo regnanti, cui per linguas manusque Iudæorum atque Gentilium, contumelias irrogauerat in terra patienti. Auditur vox quarti animalis dicentis: Veni & vide. Illi autem nolunt venire & videre, sed econtra stare & inuidere. Toties nanq; hoc animal auditur, quoties eadem ascensio Christi, siue confessus eius ad dexteram patris ore cõfitentis Ecclesiæ prædicatur. Sed inuidet hęreticus Arrius, dicens quia minor est patre filius. Sequitur ergo. *Ecce equus pallidus, & qui sedebat desuper, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum.*) Denique pallidus equus hæreticorum est furor liuidus & inuidus, quorum insania tãta est, vt eos audiens rectè ꝓ Christo glorificato illud Sapientis dicas: Gloriam semper sequitur inuidia. Vident quidem, sed inuident, iuxta illud: Peccator videbit & irascetur. Vident, quia qui sedet ad dexteram patris, filius Dei dicitur, & est Deus, eidem patri coæqualis, & consempiternus. Legunt enim & audiunt scripturas, quibus hoc adstruitur, & dicere non audẽt, quia mentiuntur. Aequalitati tamen derogant, quamuis Deum fateãtur. Quare? Quia quod Deus est, inquiunt, hoc ei pater donauit, quemadmodum Apostolus dicit: Propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Non quærunt, cui donauit, vtrum homini, an Deo. Quãdo enim donauerit, euidenter apparet: Humiliauit semetipsum (inquit) vsque ad mortẽ, mortem autẽ crucis. Propter quod & Deus illũ exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ, quia factꝰ est obediẽs vsq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Nunquid antequã hoc fieret, nõ erat altus Dei filius, Dei verbũ, Deus apud Deũ, sed posteaq̃ propter hoc exaltatus est, quia factus est obediens vsque ad mortem crucis, tunc cœpit altus esse Dei filius vnicus Dei Deꝰ, tunc cœpit habere nomẽ quod est super omne nomen? Quis hoc insipientissimus diceret? Hoc ergo illi donatũ est, vt homini, secundum quem filius factus est obediens vsq; ad mortem crucis, quod iam habebat idem ipse Dei filius Deus, Deo natus æqualis. Verùm de his à catholicis patribus contra illum pallidum diaboli equum sufficienter disputatum est. Rectè ergo de equo illo dicitur: *Et qui sedebat desuper, nomẽ illi mors & infernus sequebatur eum.*) Quia videlicet inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Ipse quoque diabolus & ministri eius μετωνυμικῶς mors & infernus dicti sunt, eò quòd multis mortis causa & infernorum sint. Potest & simpliciter accipi, quod hic spiritualiter mortuos, ibi pœna sequatur æterna. *Et data est ei potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ.*) Ecce Arrij vesania de Alexandria nascens, ad Gallicum vsque peruenit Oceanum, non fame tantum verbi Dei, sed & gladio corporali bestialiter pios insequens. Amplius autem ad sensum & hoc proficit, vt quatuor partes terræ ipsas intelligamus, quas & hic præfens scriptura numerat, dicendo: Interficere gladio, fame, morte, & bestijs terræ: & in propheta Ezechiele sua quatuor iudicia pessima Dominus ipse nuncupat. Quòd & si quatuor, inquit iudicia mea pessima, gladium & famem, & bestias malas, & pestilentiam, misero in Hierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus, tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Istæ sunt nanque partes terræ, id est, portiones mentis terrenæ. Solet enim pars pro portione poni vsu sacræ scripturæ, alias singulariter, aliàs pluraliter. Singulariter, vt illic: Ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Plura liter verò, vt illic: Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Itaque super quatuor partes terræ, id est, super quatuor iudicia illa pessima, quę sunt portiõs

Philip. 2. *Mar. vlt.* *Actor. 1.* *Psal. 46.* *Actor. 1.* *Psal. 109.* *Psal. 67.* *Ioan. 3.* *Psal. 111.* *Sap. 2.* *Quatuor iudicia dei pessima.* *Ezechiel 14* *Pars alibi quando pro portione.* *Psal. 10.* *Psal. 62.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue retributiones mentis terrenæ, data est huic equo pallido, id est, furori hæretico potestas, vt gladio, fame, morte, & bestijs terræ interficiat.

Mors hic pro pestilentia ponitur

Notandum verò, quod de quatuor iudicijs istis pessimis, vnũ tantummodò hic nomine commutatum est, scilicet pestilentia, pro quo nomine speciali generale nomen quod est mors, positum est. Et rectè, quia videlicet furor humanus eò nunq̃ pertinget, *Esa. 45.* vt super pestilentiam, id est, creandi pestilentiam potestatem habeat, quomodo Dominus Deus, cuius in persona dicit propheta: Ego Dominus faciens pacem & creans malum, id est, afflictionem, cuius quatuor partes sunt ista quatuor iudicia pessima, gladius, fames, pestilentia, & malæ bestiæ. Sed nec famem creandi potestatem habet, nisi quòd panem auferendo fame quempiã necare potest. Quod cùm facit, nihilominꝰ *Prouer. 10.* tamen verum est quod scriptura dicit, Non interficiet Dominus fame animam iusti. Aliud nanque est, quod persecutor concluso iusto panem subtrahit, quod sæpè factũ est: aliud, q̃ iusto benè seruienti, verbi gratia, benè euangelizanti panis deest, eumque interficit fames, Deo nusquam porrigente vnde reficiatur, quod nũquam accidisse scriptura vlla refert. Nihilominꝰ malas bestias creare furor hæreticus non potest, sed tantũ bestijs obijcere, atq; ita interficere fidelis animæ corpus potest. Gladium materialem vel quodcunque instrumentum mortis ferreum formare, & in eo interficere potest, ipsam autem materiam creare nõ potest. Sola ex illis quatuor pestilentia est, quã solus Deus & creare, & in ea interficere potest: atque idcircò rectè p̃ pestilentia nomen, vt iã dictum est, generale, scilicet mors, hic positum est: multos continens vel significans mortium modos, quicunque esse vel excogitari possunt, præter gladij, famis, & malarum bestiarum mortes. *Et cùm aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimoniũ quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo Domine sanctus & verus, non iudicas & vindicas sanguinẽ nostrum de his, qui habitant in terra.*) Quando is, qui ascendens in altum, captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, mittendo Apostolis spiritum sanctum, spiritũ veritatis, qui illos induceret in omnem veritatem, tunc profectò agnus quintum libri sigillum aperuit. quædam enim non parua scripturarum p̃conia quæ de ipso erãt, *Zach. 12.* tunc adimpleuit. Exempli gratia: Et erit in die illa, dicit Dominus, effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem, spiritum gratiæ & precum. Item: Et erit post hæc, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabũt filij vestri & filiæ vestræ. Senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt, &c. horum nanq; & similium doctorũ eatenus clausum mysterium ita nunc apertũ est, vt Petrus diceret: Viri Iudæi & qui habitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Nõ enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia: Sed hoc est quod dictũ est per prophetam Iohel. Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundã de spiritu meo super omnem carnem: & cætera vsque ad id, quod ait: Et erit omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Aperto autem sigillo hoc, Vidi, inquit, subtus altare, animas interfectorum propter verbũ Dei, & propter testimoniũ quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo Domine sanctus & verus, non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Animæ istæ siue interfecti isti, iudicium & vindictam reposcentes sanguinis sui, omnes illi sunt, quos occiderunt homicidæ sectatores Cain, quos clamantes oportebat exaudiri, sicut prædixerat Domi- *Mat. 23.* nus pessimæ generatiõi illi: Ecce, inquit, ego mittã ad vos p̃phetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatẽ, vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidistis inter templum & altare. Omnes istas animas, omnes istos interfectos vidi, inquit, clamantes, scilicet vt venirent hęc omnia super generationem istam. Quare? Quia videlicet implebant mensuram patrũ suorum, prophetas illos, sapientes illos, & scribas, quos illo die spiritus sanctus impleuerat, occidendo, crucifigẽdo, flagellando in synagogis suis. & persequendo de ciuitate in ciuitatem. Quare autẽ *sub altare Dei clamare vel interfecti esse videntur? Videlicet quia primus eorum Abel propter sacrificium Deo placitum ab inuidente fratre occisus est, & omnes qui à sanguine illius iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occiderunt inter templum & altare, interfecti sunt, propter eandem fidẽ siue verbum atque testimonium passi sunt, & ita sub testamento Dei tanquam sub ara reconditi clamant voce magna, sicut de illo primò dictum est: Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Magna autẽ vox siue magnus clamor, magnum est desiderium eorum quæ Dominum facere velle norunt. Nec enim fas est credere, animas illas contra Dei nutum quicquam cupere, cùm eorum desideria ex ipsius pendeãt voluntate. Clamantes ergo & iudiciũ & vindictam

Animæ interfectorũ martyrum clamantes pro vindicta.

Actor. 2.

Iohel. 1.

**subtus.*

Gen. 4.

dictam requirentes, rectè, vt fieri solet, in cunctis solennibus orationibus siue postulationibus à laude incipiũt, appellando sanctum & verum. Et pulchrè nimis compellatur nominibus istis, vt per ipsa commoueatur, quia debitor est sanctus in suis factis, de factis aliorum facere veritatem iudicij. Dicendo autem de his, qui habitant in terra, grauiter Iudaici criminis exprimit summã.

Iudæi gẽs terrena.

Iudæi nanque quia toti habitabant in terra, quia terræ inhærebant, quia cælestia non quærentes, tantummodò terrena depressis animis intuebantur & cupiebant: idcircò sanctos interfecerũt propter verbum Dei, & propter testimonium quod cælesti regno Dei perhibebant, non probantes, immò redarguentes illorum cupiditatem terrenã. Ipsum quoque Dominum propter eiusdẽ terrenæ habitationis causam fictam interfecerunt. Dixerunt enim: Si dimittimus eum *Ioan. 11.* sic, venient Romani & tollent nostrum & locum & gentem. Vnde culpans eos spiritus sanctus per Psalmistam: Et in iracundia, *Psal. 34.* inquit, terræ loquentes, dolos cogitabant. *Gen. 4.* Talium pater atq; exemplũ fuit ille Cain, qui primus sanguinem iustum fudit, primusque ciuitatem ædificans atque dedicãs ex nomine filij sui, vagus à Deo & profugus habitabat in terra. Quod enim iudiciũ vel qualis est vindicta, q̃ istæ animæ magna voce clamantes exposcere visæ sunt, nisi vt secundum exemplum illius Cain, Iudæi à facie Dei electi atq; absconditi, vagi & profugi, sicut patet hodie, essent super terram? *Psal. 58.* Dixerat enim ipse Christus in Psalmo: Deostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Sed quid? Disperge illos in virtute tua, inquit. Valet enim populis ad retinendam *memoriam Christi: id quod Iudæi

Commemoratiõe

non omninò occisi, sed cum libris suis eũdem Christum testificantibus, per omnes gentes dispersi sunt. Hoc itaque voce magna clamabant ad illum iudicem siue vindicem sanctum & verum, vt eos de terra & ciuitate illa iam eijceret, & cadere in ore gladij atq; captiuos duci faceret in omnes gẽtes. Sicut tunc illis ipse terribili præfigurauit signo, quando fecit quasi flagellum de *Ioan. 2.* funiculis, & omnes eiecit de templo, dicẽs illis post hæc inter cætera: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Longum quippè de funiculis flagellum, longum significauit, quo cõstricti erant, funiculũ peccatorum, *Mat. 23.* à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, inquit, filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. De quo cùm fuerit filius Ioiadæ, quæritur, quare Barachiæ dicatur filius, & nõ Ioiadæ. Barachias, in lingua nostra benedictus Domini dicitur, & sacerdotis Ioiadæ iustitia Hebręo nomine demonstratur. Sed iterũ quæritur, cur vsque ad illum Zachariam vel illius Zachariæ sanguinẽ dixerit aut dicere debuerit. Sanguis nanq; illius Zachariæ nõ finis, sed ferè principium fuit sanguinis iusti, quem illa Hierusalem fudit, vel qui in ea vel in circuitu eius fusus est. Illum Zachariam lapidauerunt ad imperium regis Ioas, cæteros autem non paucos deinde reges & principes Iudæ interfecerunt, præcipuè Manasses, de quo scriptura refert, quia *4. Reg. 21.* suum quoque filium traduxit per ignem, & sanguinem innoxium fudit multum ni- *2. Par. 33.* mis, donec impleret Hierusalem vsque ad os. Verũ vt de illis & sequentibus taceam, & ad Euangelica tempora, quando hæc dicebantur, perueniam, sanguis sanctorum innocentum, sanguis sancti Ioannis Baptistæ, sanguis ipsius Domini, de quo dixerunt, sanguis eius super nos & super filios nostros: sanguis istorum prophetarum, & sapientum, & scribarum, de quibus dicebat: Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapien- *Mat. 23.* tes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & cætera: nónne maximè debuerat venire super eos? Consideremus ergo quod ait vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare, ne fortè Euãgelica p̃phetia sit de Iacobo iusto fratre ipsius Domini. Nã præter nomẽ Zacharię cætera cũcta cõueniũt huic. Potest autem propter similitudinem causæ vel mortis suæ rectissimè Zacharias dici, quomodo item propter similitudinẽ causæ idem Dominus noster Ioannem Baptistam Heliam nuncupauit. Hoc admisso nihil est *Mat. 11.* quod repugnet, nam & filius Barachiæ vicinius dicitur iste quàm ille, qui fuit filius Ioiadæ. Barachias nanque benedictus Domini interpretatur. Iste autem & huius Iacobi & cæterorum Apostolorum pater Christus Dominus, in hoc eodem euangelij loco benedictum Domini sese nuncupari voluit, dicens eis: Dico enim vobis, non me videbi- *Mat. 23.* tis amodo donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Hoc sine dubio non sine autoritate scripturæ vult aut voluit, de qua & paulò ante pueri assumperant vt dicerent: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Versus nanq; est Psalmi centesimi septimi decimi. Et vide quanta secundum locum quoque similitudo mortis, & illius quem primum ex prophetis illa ciuitas occidit, & huius post quẽ nullũ eidem ciuitati occidere licuit, vt merito vterque, vno Zachariæ nomine consignificati, debeant intelligi. De illo sic est scriptum: Spiritus itaque Domini induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & ste- *2. Par. 24.* tit in conspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus: Quare transgredimini præce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum Domini, quod vobis nō proderit, sed dereliquistis Dominū, vt derelinquat vos? Qui congregati aduersus eum miserunt lapides iuxta regis imperium in atrijs domus Domini. De isto autem ita refert Ioseph⁹: Ananus, inquit, pontifex adolescens Anani filius de genere sacerdotali, accepta occasione concilium cōgregauit, & compellens publicè Iacobum, vt Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit. Qui cùm præcipitatus de pinna templi confractis cruribus adhuc semianimis, tollens manus ad cælum diceret: Domine ignosce eis, quod enim faciunt nesciūt: fullonis fuste, quo vda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interijt. Tradit idem Ioseph⁹, tantæ eum sanctitatis fuisse & celebritatis in populo, vt propter eius necem creditum sit subuersam Hierosolymā. Sufficiens ergo similitudo est, vt rectè sic iste dicatur Zacharias, quomodo Ioannes dicitur Helias. Vterque etiam secundum nomen Zachariæ, quod interpretatur memor domini, in ipso mortis articulo memor fuit Domini, nisi quòd ille secundum austeritatem legis cùm moreretur ait, Videat Deus & requirat: iste autem secundum dulcedinem Euāgelij, Domine, inquit, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt. Iustus quidem vterq; etiam in his verbis extremis, sed differenter, videlicet pro ratione vel qualitate vtriusque temporis legalis & Euangelici. Quod si cui fortè hæc displicēt, dicat ipse si potest, cum in diuersis diuersa legātur, vt beatus Hieronymus ait, quis Zacharias ille sit, cuius & pater propriè Barachias dictus fuerit, & ipse inter templum & altare occisus sit, & in eo sanguis iustus, qui super Iudæos venit, terminari debuerit. Nos iam sequentia videamus. *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent, tempus adhuc modicum, donec impleantur conserui eorum, & fratres eorū qui interficiendi sunt sicut et illi.*) Stolę interfectis illis siue animabus interfectorū, quia indigebāt, datæ sunt: nudi quippe fuerant, nuditate quam omnibus posteris suis primi parentes nostri reliquerāt, de quibus scriptum est: Cumq́ cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerūt sibi perizomata. Sed nunquid verbum Dei & testimonium quod habebant, propter quod & interfecti fuerant, stola illis siue amictus non erat? Si verbum, aut nomen siue cultus Dei, vestis aut stola animæ non esset, nequaquam scriptura diceret: Videns ergo Moses populum quod nudatus esset, spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum cōstituerat. Cùm ergo cultus Dei, verbum Dei, stola sit animæ, istæ autem animæ propter verbum Dei & propter testimonium quod habebāt fuerint passæ, quid est, quòd quasi adhuc nudæ essent, datæ dicuntur eis singulæ stolæ albæ.

Iosephus de morte Iacobi lib. 20. Antiq. cap. 7.

Iacobus dicitur Zacharias, sicut Ioannes Helias.

Genes. 5.

Sed notandū, quòd non dictū sit tantummodo, datæ sunt illis stolæ, sed stolæ albæ: Nam stolas quidem habebant, id est, illam propter quam interfecti fuerant verbi Dei siue testimonij iustitiam, sed illę stolæ nondum albæ erant. Nisi lauarentur in sanguine Christi, candidæ esse non poterant. Testatur vnus ex illis Esaias, qui sine dubio verbum Dei, & testimoniū habuit propter quod & interfectus fuit: nam serratū quoq; illum à Manasse autumant Iudæi. Facti sumus vt immundi omnes nos, quasi pannus mēstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Et Dauid: Asperges me, inquit, hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Et Zacharias: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutione peccatoris & menstruatæ. Nihil immūdius mēstruata, quæ quicquid attigerit, secundum legem immundum facit. Et huic cōparandæ erant omnes, vt ipsi testantur, ipsorum iustitiæ videlicet, nisi eius, in quem credebant & quē expectabant, abluerentur Christi sanguine. Ergo stolas quidem iam habebant, sed stolæ ipsæ albæ nondum fuerant. Proinde quod dictum est, & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, sic intelligēdum est ac si diceretur, & datum est illis, vt stolæ eorum essent albæ, quanquam & ipsæ stolæ, id est, quales cunq; eorum iustitiæ non ab ipsis essent, sed à Deo fuissent datæ. Et idcirco cū legimus hic, & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, vt intelligamus id esse ac si diceretur, & stolæ illorum factæ sunt albæ, simul meminisse debemus, quod postmodum de his & cōseruis eorum scriptum est: Hi sunt qui venerunt ex tribulatione magna, & lauerūt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Inter hæc animaduertere perpulchrū est, quia illis quidem iam mortuis, stolæ illorum dealbatæ sunt in sanguine agni, qua hora idem agnus suum in cruce sanguinem fudit: istis autem conseruis & fratribus eorum, qui post illam passionem Christi, vel post aduentum spiritus sancti, ad eandem fidem ingrediuntur, adhuc viuentibus stolæ suæ candidātur, quando in eodem Christo Iesu, siue in morte Iesu Christi baptizantur. Si autem post hoc etiam proprium pro eodem Christo sanguinem fundunt: quod fecerunt, & adhuc plurimi sub nouissima persecutione Antichristi facturi sunt, multò amplius candēt dealbatæ stolæ ipsorum.

Esaiæ. 64.

Psalm. 50.

Zacha. 13.

Infra. 7.

Rom. 6.

Illud quoq; sciendum, quia non idcirco datę sunt illis stolę albę, quia clamabāt, sanguinis sui iudiciū reposcentes & vindictam, sed quia interfecti fuerunt propter verbum Dei, & propter testimoniū quod habebant. Nam vbi Christus passus est, tunc, vt iam dictum

ctum est, dealbatæ sunt stolæ eorum in sanguine eiusdem Christi. Clamor autem ille iamdudum audiri cœperat, ex quo occisus est primus ille Abel, dicente Deo: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Itē quod dictum est eis, vt requiescerent tempus adhuc modicum, nō idcircò dictum est, vt cessauit clamare, non enim clamare cessant aut cessabit vsque in finem seculi sanguis eorum, quippè cùm de iam dicto Abel dicat Apostolus, quia per fidem suam defunctus adhuc loquitur, quamdiu in ecclesia clamans dicet. Vindica Domine sanguinem seruorum tuorum qui effusus est, huc vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeans in conspectu tuo gemitus compeditorum, quamdiu, inquam, terra, quæ est Ecclesia clamabit, & hæc vel his similia dicet: non sic requiescent vt clamare cessent. Quod ergo dictum est illis, vt requiescerēt tempus adhuc modicū, intelligendum est vel subaudiendum, non ab illo clamore reposcente vindictam sanguinis sui, sed à laboribus suis, sicut in hoc eodem libro legimus: Amodò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Quod cùm ita sit, cur ita dictum est, vt requiescerent tempus adhuc modicum? Nunquid requies eorum durabit ad tempus modicum? Non vtique, sed idcirco sic dictum est, quia post tempus modicum, cū impleti fuerint conserui eorum, & fratres eorum, qui occidendi sunt quemadmodum & ipsi, tunc fiet aliud quid magnum, vt copiosum suæ requietionis capiant augmentum. Resurgent enim, & quibus nunc datæ sunt singulę stolæ albę, tunc dabuntur geminę, vt sint beati tam immortali beatitudine animæ, q̄ beata corporis immortalitate. Scimus enim quia peccante Adam, in quo omnes peccauerunt, omnes nihilominus in eo duplici stola, scilicet, corporis & animæ felicitate spoliati sunt. De prima quæ est animæ, sic scriptum est: Cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus & fecerunt sibi perizomata. Talis amictus nimirum animæ nuditas erat, quia videlicet tota confusio carnis, de intus vbi perierat animę pulchritudo, procedebat. Altera nuditas est corporis mortalitas, de qua cùm dixit Deus: quia puluis es & in puluerē reuerteris. Fecit quoq;, vt ait scriptura, Dominus deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas. Sic enim tunicati verè nudi erant, & naturali, quā prius sine amictu non erubescebant, corporum suorum, quæ plasmauerat Deus, spoliati pulchritudine, sinumq́; in ipsis tunicis gestantes nuditatis & miseriæ suæ, videlicet q̄ corpora eorum mortalia sic veterascere & deficere deberent, sicut veterascunt tunicæ pelliceæ. Igitur qui in primo parente dupli cem stolam, id est, & animæ & corporis felicitatem perdiderant, nunc interim singulas habeant stolas, id est, felices tantummodò sint in anima, & sic requiescant donec accipiant, quod futurum est post tempus modicum, stolam alteram, id est, immortalium quoque corporum gloriam. *Et vidi cùm aperuisset sigillum sextum, & ecce terræ motus factus est magnus, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus & luna tota facta est sicut sanguis, &c.*) Terræ motum istum, & solis nigredinem, atque lunę sanguinem ruborem, stellarum casum, & cætera malorum prodigia, quæ hic scripta sunt, plerique ad nouissimam persecutionē & ad Antichristi tempora referunt. Nos autem proposito tenemur, & scripturarum lucernam librique reserati claritatem, qua possumus, via sequi conamur. Cœptum ergo sequamur ordinem. Quando repellentibus Iudæis verbum Dei & indignos se vitæ æternæ iudicantibus, Apostoli ad gentes conuersi sunt, ac deinde circundata est ab exercitu Romano Hierusalem, & ceciderūt in ore gladij, & captiui ducti sunt in omnes gentes, tunc vtiq; sextum agnus libri sigillum aperuit, quia videlicet multa, quæ de hoc scripta erant, tunc adimpleta sunt. Vnde & in euangelio ipse dominus, quia dies, inquit, vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. Exempli gratia: Ecce, inquit Esaias, respice, populus tuus omnes nos, ciuitas sancti tui facta est deserta Sion. Deserta facta est Hierusalem, desolata domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustione ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te Domine, tacebis & affliges nos vehementer? Et respondit Dominus: Quæsierunt me qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me. Et dixi: Ecce ego ad gentem quæ non inuocabat nomen tuum. Exponens causam cur eisdem, scilicet Iudæis, derelicta domo sua deserta sese ad gentes cōuertat, expādi, inquit, manus meas tota die ad populū incredulum qui graditur in via nō bona post cogitationes suas. Multa sunt valdeq́ sonora & ad intelligendum aperta quæ sub isto sigillo continebantur, id est, quæ Iudæorum desertionem atque gentium vocationem claris vocibus legis & prophetarū atq; psalmorum futuram testificabantur. Nunc iam eiusdem sigilli sexti reseratum locum spaciosum perambulemus. Cùm, inquit, aperuisset sigillum sextum, ecce terræ motus factus est magnus. Et est sensus: Vt impleretur id, quod de Iudæorum dispersione atq; gentium conuocatione sacris literis continebatur, mota est terra, commotus est orbis Romanus, Vespasiano & Tito arma vn dique

Gen. 4.

Hebr. 11.

Psal. 78.

Gen. 3.

Ibidem.

Sextū sigillum vocatio gentiū.

Esa. 65.

Luc. 21.

Actor 4.

De dispersiōe Iudæorum & vocatione gētium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dique contrahentibus,& Hierusalem exercitu suo circúdantibus. *Tunc sol, inquit, factus est niger tanquam saccus cilicinus,& luna tota facta est sicut sanguis,& stellæ cæli ceciderunt super terram sicut ficus mittit grossos suos,cũ à vento magno mouetur.*) Hierusalem illa, terrena æstimatione sua, erat sicut sol & erat sicut luna, quippè cùm fuisset sedes Dauid, in qua ille homo regnando temporaliter sederat. Legebant enim id quod ipse Dauid in Psalmo canebat ex Dei persona: Semel iuraui in sancto meo,si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum,& testis in cælo fidelis. At ille non de sede manufacta, non de lapideo, aut, vt multum aureo throno,qualem sibi rex præpotens facere poterat,hoc dicebat,quod tãquam sol in cõspectu Dei manere deberet, aut sicut luna perfecta, sed de hominibus sanctis, qui reuera sedes Christi sunt & ciuitas,qui in futuro quantum ad animam erũt sicut sol, & quãtũ ad corpus sicut luna perfecta,quę vtique tunc plus emittit luminis quãdo perfecta est & plena. Ergo verũ quidẽ scriptura dicebat, q̃ sedes Dauid, id est, manu fortis Christi, sic foret sicut sol,& sicut luna perfecta. Sed illa ciuitas,illa Sathanæ synagoga fallebatur præsumptione sua, reputans quòd esset sol mundi, & orbis terrarum luna pro generis Dauidici & templi angustissimi Salomonis longè peruulgata gloria. Talis sol tunc factus est niger tanq̃ saccus cilicinus, & talis luna tota facta est sicut sanguis,quando ciuitatis illius intolerabilis superbia,duraq́ue rebellio gentium cunctarum victores Romanos aduersus seipsam concitauit. Legamus Iosephum miserabilem excidij illius tragœdiam referẽtem, quæ pro sua magnitudine legentibus semper noua est. Quo abijt illa quasi solaris pulcritudo. Niger factus est ille sol, & purpurea splendoris eius superbia versa est in cilicium. Imò, vt Hieremias quoque prædixerat, denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis, adhæsit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum. Et erit, inquit Esaias, pro suaui odore, fœtor: & pro zona, funiculus: & pro crispante crine, caluitium: & pro fascia pectorali, cilicium. Non partim, sed, vt ait, tota facta est luna illa sicut sanguis: foris obsidione, intus seditione, foris & intus ferro & igne, amplius autẽ intus ferro vel sanguine, pauore & fame. Nam foris vastabat eos gladius, & intus pauor: iuuenem simul ac virginem, lactãtem cum homine sene,& consumebantur fame. Manus mulierũ misericordium, inquit Hieremias, coxerunt filios suos: facti sunt cibus eorum in contritionem filiæ populi mei. Quare? Propter peccata, inquit, prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. Millia interfectorum vix quisquã denumerare potuit. Sol ergo factus est niger sicut saccus cilicinus,& luna tota facta est sicut sanguis: ita rectè talis denigratio siue decoloratio prę signari debuerat tenebris illis, quæ factæ sunt super vniuersam terram, quando sol verus Christus scelere ipsorum extingueba tur in patibulo crucis. Neque enim tantum modò foris ita denigrati, verũetiam, quod grauius est, intus in corde sunt excæcati. Persequebatur quippè lunam illã iusta sententia, vt fieret tota sicut sanguis, suomet iudicio, cùm dicerẽt illi, sanguis eius super nos & super filios nostros. Et stellæ cęli, inquit, ceciderunt super terram. Stellis quoque sua æstimatione Iudæi populares comparabiles erant, præsertim cùm audirent dicentem Moysem: Dixitq́ue vobis illo tempore, non possum solus sustinere vos, quia Dominus Deus noster multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cæli plurimi. Dominus Deus patrum vestrorũ addat ad hũc numerum multa millia. Ex hoc quoque Moyses non humana lenitate, sed pro diuina dixit autoritate, quippè qui Dominum nouerat & scripserat dixisse ad Abraham: Suscipe cælum & numera stellas si potes. Et rursum: Sic, inquit, erit semen tuum. Et qui dem secundum hanc autoritatem semen Abrahæ stellis cæli comparabile erat, veruntamen non omninò vel vtcunque, sed pro parte electorum, id est, eorum qui non tantùm carnis, sed promissionis sunt filij. Et enim nõ qui filij carnis, inquit Apostolus, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. At illi non promissionis, sed tantùm carnis filij erant. Quod etiã improperabat illis prophetica veritas, dicẽdo: qui existis de aquis Iuda. Ceciderunt ergo qui videbantur sibi esse stellæ cæli: ceciderunt, inquam, non vt veræ stellæ cęli, sed sicut grossi immaturi fructus fici, magno vento mouente agitati, id est, spiritu diabolico multum exagitati. Congrua sanè similitudo ab arbore fici & grossis eius caducis, quia videlicet illi quoque, qui tunc temporis in Christum crediderant ex Iudæis, & erãt quasi primi fructus crucis Christi, exciderunt magno vento mouente, vento inuidię, scilicet odientes gentiũ saluté, & contra fidẽ euangelij suã æmulantes plerique circuncisionem, sicut & Actus Apostolici testantur. Itaque spontè excidentes à gratia Christi, rectè ceciderunt etiam in ore gladij ferè omnes Iudęi: & qui superfuerũt, captiui in omnes gentes ducti sunt, non stellis, vt iam dictum est, sed pulueri quẽ projicit ventus à facie terræ comparabiles. Et

Thre. 4. *Esa. 3.* *Deut. 32.* *Thre. 4.* *Mat. 27.* *Deut. 1.* *Gen. 15.* *Rom. 9.* *Esa. 48.* *Act. 15. 21.*

Calum recesit, id est scientia legu.

cælum recesit sicut liber inuolutus.) Cælũ in quo sibi quasi stellæ lucere videbantur, scientia legis erat, in qua cum despectu gentium omnium quasi alti & nitiduli Iudæi gloriabãtur. Sed auferetur à vobis, inquit Deus, regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Cælum ergo recesit, quia videlicet sensus illorum coangustati sunt, & disparuit ab illis, imò non data est illis, propter inopiam cordis, spiritualis sacræ legis intelligentia. Quomodo recesit? Sicut liber inuolutus, inquit. Pulchrè satis innuit quid per cælum recedens intelligi voluerit, qui recessum illum libro inuoluto simulauit. Quid nanque est dicere, quia cælum sicut liber inuolutus recesit, nisi ac si diceretur, quia inuoluta & clausa illis est omnis scriptura diuina & cælestis? Et illis quidẽ à quibus recesit hoc cælum, hic cælestis liber inuolutus, imò & signatus est: nobis autem, ad quos venit recedendo ab illis, reseratus & apertus est. Nam hoc est quod núc in manibus habemus tractantes, quia librum de dextera sedentis in throno signatum accepit agnus, & soluit septem signacula eius, videlicet nobis aperiens qui fidem eius habemus, confitentes quia dignus est eundẽ accipere librũ, & soluere septẽ signacula eius *Et omnis mons & insulæ de locis suæ motæ sunt. Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber, abscondérunt se in speluncis & petris montium. Et dicunt mõtibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Quoniã venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?*)

Verba Christi huic textui conformia.

Quid aliud Dominus nostendicebat, conuersus ad mulieres quæ plangebant & lamẽtabantur eum, quod traditus esset à præsidẽ voluntati Iudæorum, & duceretur ad crucifigendum? Filiæ, inquit, Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ steriles & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Dies nanque venturæ à Romanis obsidionis & captiuitatis significat, de quib. superius inter alia discipulus ait: Tũc qui in Iudæa sunt fugient in montes, &c. Tunc, inquit, incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Denique & Iosephus refert, insistentibus sibi Romanis Iudæos certatim cauernas montium, & collium petisse speluncas, ita vt semetipsum testetur munitiore quodam destructæ vrbis Iotopatæ in spelæo cũ quadragita comitibus proditum inuentum, atque ab hostibus captum. Montes ergo qui sint, & insulæ quæ de locis suis motæ sunt, manifestioribus exprimit vocabulis dicendo, & reges terræ principibus, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis, & petris montium. Reges nanq; isti & principes ipsi sunt, de quibus & in Psalmo scriptum est: Astiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in vnum aduersus Dominũ & aduersus Christum eius: Hoc denique versiculo premisso in Actibus Apostolorum, Conuenerunt enim, inquiunt, verè in ciuitatem istam aduersus puerum sanctum tuum Iesum quẽ vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cũ gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consiliũ decreuerũt fieri. Montes isti propter superbiam, insulæ autem rectè dicuntur propter profundam auaritiam. Nõ quidẽ in propria persona illi Herodes & Põtius Pilatus ad illud obsidionis malum peruenerunt, sed prius suum singuli receperũt iudicium, verùm quotquot tunc temporis inuenti sunt potẽtes aut principes, pharisæi atque pontifices, eo modo quo iam dictum est, de locis suis moti sunt, eijciẽte illos Domino Iesu de templo suo & de loco suo flagello iracundiæ suæ, cadentes in ore gladij, ruente pariter illo suo templo & ciuitate super oculos ipsorum in combustione ignis, & ipsi qui supererant captiui in omnes gentes abducti. Interea frustra dicebant montibus & petris, cadite super nos, & absconditę nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Frustra, inquam, absondebantur in montibus & in cauernis petrarum, frustra nihilominus spem habebant in Abraham, Isaac & Iacob. Moyse quoque & cęteris patrib. atq; prophetis, montibus atq; magnis, & viuentibus petris. Nam illi non eos tunc protegebant imò magis accusabant. Manifestè quippe illis Dominus de Moyse dicit: Est qui vos accusęt Moyses, in quo speratis. Et hoc dixisse sine dubio illis competit, absconditę nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Nescire enim non poterant in consciẽtia cruci quin agnus quem occiderant iterum viueret, & potenter irasceretur eis. Quoniam, inquiunt, venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? Dies iræ ipsorum, scilicet sedẽtis super thronũ, & agni, patris & filij, & Domini & Christi eius, aduersus quem astiterunt & conuenerunt principes isti, iam venit, & adhuc veniet: quia videlicet initia dolorum sunt omnia hæc: finis autem eorundem dolorum, finis inconsummabilis & consummatio infinita erit in gehenna. Sic enim de his in cantico Deuteronomij Deus ipse proclamat: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Et quis poterit stare? Verè nullus poterit stare, nullus poterit resistere. Benè autem illi erit quicũque pro eo quod non stetit aut resistit, tunc

Luc. 23. *Luca 21.* *Luc. 23.* *Mat. 24.* *Deut. 32.* *Ioan. 5.* *Actor. 4.* *Psal. 2.*

poterit

Universidad de Deusto
Biblioteca

poterit iram fugere. Simile quid in eodem Hierosolymorum excidio iuxta literam factum est: Appropinquante namque bello Romano & exterminio Iudaicæ gentis, oraculo admoniti omnes, qui erant in prouincia, Christiani, longius discesserunt, vt ecclesiastica narrat historia, & trans Iordanē sedentes manebant ad tempus in ciuitate Pella, sub tutela Agrippæ regis Iudæorum, cuius in Actibus Apostolorum mentio est, qui cum ea, quæ sibi obtemperare volebat parte Iudæorum, semper Romanorum imperio subditus agebat. *Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neq; super mare, neque super vllam arborē.*) Quò ergo iret, quò recederet cælum, de quo supra dixit, & cælum recesit sicut liber inuolutus? Illud quippè cælū, id est, doctrina vel scientia cælestis, à Iudæis recesit, dicentibus Apostolis, qui & ipsi iuxta Psalmistam, sunt cæli qui enarrant gloriam Dei, siue firmamentū opera eius annuncians: Vobis quidē primum oportebat loqui verbum Dei, sed quoniā repulistis illud, & indignos vos iudicastis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes. Quò iret cælum illud, & quomodo conuerteretur ad gentes? Quatuor nanque angeli stantes super quatuor angulos terræ, tenebant (inquit) quatuor ventos, id est, omnia regna mundi prohibebant veritatis prædicatores. Venti quippe hoc loco in bonam partē accipiuntur, & Apostolos Christi siue vniuersos significant prædicatores euangelij. Vnde & Psalmista dicit in laudibus nominis Dei: Educens nubes ab extremis terræ, fulgura in pluuiam fecit, qui producit ventos de thesauris suis. Et est sensus: illos qui nunc sunt cælum, de quo dixi, omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, id est, in perfectioribus & in minoribus sanctis, illos (inquam) Apostolos siue Apostolicos viros educens & eleuans ab extremis terræ, id est, ab ea vilitate, in qua erant inter terrenos, & secūdum possessionem temporalium, & secundū sciētiam, tantùm secularia appetentes, fecit esse nubes, officium nubiū eis iniunxit, vt pluerent abundantia prædicationis, & fulgurarent clarissima atq; terribili comminatione iudicij Dei, atque eosdem sic sublimauit, sic extendit secundum agilitatem intellectus, quomodo sublimiter producti volant venti, & hoc totū de thesauris suis, de donis suis, de occultis iudicijs suis. Ergo venti isti idem sunt qui & nubes, scilicet agiles & expediti, scientes & facundi prædicatores euangelij. Porrò, quatuor angeli stātes super quatuor angulos terræ, vniuersa regna sunt, quorum quatuor ista principalia hæc fuēre, Babylonicum, Persicum, Macedonicum, atque Romanum. Quatuor ista, imò vniuersa terrarū regna, ventos prædictos tenebant, id est, tenere volebant, ne flarent super terram, neq; super mare, neque super vllam arborem, id est, ne prædicarent fidem Christi in vllis prouincijs, in aliquibus insulis, in vlla qualitate aut conditione hominum. Hoc prohibēdo tenebant ventos istos. Nec verò leuiter aut parua intentione tenebant, sed legibus ac proscriptionibus publicis, & cunctis pœnarum generibus aduersus veritatis præcones propositis. Sed attende quid sequitur:

Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datū est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.) Alter iste angelus, qui iam dictis Apostolis suis, dicit: Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Iste ascendit ab ortu solis, videlicet illuminare his, qui sedebant in tenebris, & in vmbra mortis, ascendens ab inferis, resurgens à mortuis, quæ resurrectio verè nobis ortus est solis, & ascēdendo dicens illis: Eūtes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritꝰ sancti. Hūc talem (inquam) vidi habētem signum Dei viui, id est, palam facientem ex verbis & operibus suis, quod sit Deus viuus, filius Dei viui, quod & Petrus videns & agnoscens, dixerat illi: Tu es Christus filius Dei viui. Verè Deus viuus & filius Dei viui, qui mortuus quoque secundum carnem detineri à morte non potuit, sed resurrexit solutis doloribus inferi, iuxta quod impossibile erat illum detineri ab eo. Ab hoc signo debere illum cognosci, Apostolus quoq; insinuat, cùm dicit: Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorū Iesu Christi Domini nostri. Nam quod verè filius sit Dei viui, ex eo maximè claruit, quod resurrexit à mortuis. Hoc signum habens voce magna clamauit quatuor angelis: Clamauit (inquam) & clamantibus Apostolis suis conclamauit, ita vt in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Clamorem quippè vel sermonem eorum cooperando firmauit, sequentibus signis. Audierunt illi angeli quibus datum est nocere terræ & mari, id est, senserunt virtutem insuperabilem euangelicæ prædicationis in vniuersa regna mundi, quæ potentatu suo præfocabant omnia, nec vllum sinebant respirare, p libitu sui iuris. Nolite (inquit) nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frōtibus eorum. Hoc dicere illis, est ma-

Cap. 7.

Cæli Apostoli dicuntur.

Psal. 82.

Actor. 13.

Venti & nubes hic Apostoli dicuntur.

Psal. 134.

Ibidem.

Alter iste angelus, Christus est.

Luc. 1.

Mar. vlt.

Mat. 16.

Actor. 2.

Rom. 1.

Psal. 18.

Mar. vlt.

est malam voluntatem eorum impedire, vt quantumcunq; insaniant vel noceant, atq; tyrannizent, persequendo, proscribendo; occidendo, Dei tamen propositum præpedire vel auertere nō valent, quo minus eos, quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis eiusdē filij, vocet, iustificet, & magnificet. Signum vocatiōis atq; iustificationis, meritumq; & spes futuræ magnificationis est, signari seruos eiusdem Dei in frontibus eorum signo crucis, quod olim fuit opprobriū & pœna damnatorum, nunc autem decus & salus iustorum. Nolite nocere, nolite impedire, ô angeli potentes, ô regna potentia, quatuor angulos siue partes terræ obtinentia, sed eousque inefficax potentatus vester, & vanus sit furor vester, eousque friuolæ vestræ leges & inanes sint sanctiones, vniuersa mortium genera dictitantes, vt nihilominus signemus seruos Dei nostri vexillo victoriosæ crucis, nō tantùm in absc̄dito cordium, sed etiam in aperto, in frontibus eorum. Seruos Dei nostri, dixit angelus iste, cùm sit Deus, & habeat signum, id est, proprietatem Dei viui, Deum omnium Deum suum esse profitens, quemadmodum dicit & in Euangelio Apostolis suis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Et hic Dei nostri, & illic Deum meum dicit, videlicet pro humilitate assumpti hominis. *Et audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorū Israel.*) Seruorum Dei quicunq; signantur in frontibus suis, reuelata iustitia Dei in Euangelio eius, per magnam vocem huius clamantis angeli, quamuis distinctio non sit, siue acceptio personarum, vtrum Iudæi sint an Græci, primum tamen locum obtinent Iudæi, dicēte Apostolo: Gloria autem, & honor, & pax omni operāti bonum. Iudæo primum, & Græco. Econtra illorum, qui istud signū Dei viui non recipiunt, primi in damnationem Iudei sunt, dicente ipso in eodem loco: Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci. Rectè ergo & hic primo loco numerātur, qui signati sunt Iudæi ex omni tribu filiorum Israel, & deinde, post hęc vidi (inquit) turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: quas omnes Apostolus sub vno Græci vocabulo vult intelligi. Porrò numeri huius centū quadraginta quatuor millium generationem siue compositionem, si ritè perspicis, pulchrum tibi atq; præclarum ex eo mysterium elucescit. Dicamus ergo aliquid quod fortè simplicioribus minus planum sit aut intelligibile, sed causa præsens ita postulat, Arithmeticis verò, qui maximè rationes nouerunt abaci, rationabile atq; iucundum continuò apparebit. Duodenarius qui numerus erat primorū filiorum Israel, ita disponitur, vt in deceno vnitas, in singulari verò limite binarius constituatur. Vt autem isti duodecim primogeniti in totidē, id est, duodecim millia succrescant, vnitas illa decena vnum & alterū limitem transit, & in tertio consistit, & decem millia sunt. Itē binarius singularis, qui coniunctus eidē decenæ vnitati duodecim perficiebat, vnum & alterum limitem trāsit, & in tertio consistit, & duo millia sunt. Quæ videlicet duo millia decem millibus iam dictis in secundo ab eius limite constitutis connumerantur, & duodecim fiunt. Ita qui duodecim tantum erant filij Israel, iam in duodecim millia multiplicati, rursus duodecies multiplicantur, & fiunt centum quadragintaquatuor millia. Qui videlicet numerus ita disponitur, vt tribus limitibus distinguatur. Nā in centeno milleno vnitas, in deceno milleno quaternarius: in milleno item quaternarius collocatur. Nota diligenter: Duodecim primi vel singulares, vt duodecim millia fiant, tres limites ascendunt, & eadem duodecim millia duodecies secundum eundem numerū filiorum Israel ducta, centum quadragintaquatuor millia faciunt, numerum videlicet tribus (vt iam dictum est) limitibus distributū. Quid ergo sanctam huius reuelationis gratiam intendere arbitramur, nisi id quod omnis legalis Prophetica, Euangelica, atq; Apostolica veritas testatur, nulli valere ad salutem, quòd sit Israel aut Abrahæ filius per carnem, nisi sit etiam filius eiusdē per eam, quæ non minus, quàm trium nominū confessione perficitur, fidem? Fidei namq; confessio nunc reuelatę gratiæ tempore manifestas necessariò exprimit personas patris, & filij, & spiritus sancti. Dudum aūt in illa vmbra Mosaicæ legis arcana professiōe significabatur, totidē nominum paternorū in illo populo Dei, Deum Abrahā, Deum Isaac, Deū Iacob palā confitentibus atq; inuocātibus vniuersis. Et nunc quidē in frontibus suis signātur serui Dei signaculo crucis & sāguinis Christi, in cōfessiōe nois vnius Dei patris, & filij, et spiritꝰ sancti: tunc aūt signabāt postes domorū suarū sub iam dictis nominib. Abrahā, Isaac, & Iacob: vnū Deum confitētes eiusdē Dei authoritate prædocti. Dixerat. n. Mosi: Hęc dices filijs Israel: Dñs Deus patrum vestrorū, Deus Abrahā, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meū in generatione & generationem. Quid ergo (inquā) in his taliter multiplicatis, taliterque dispositis intelligimus numeris, nisi ac si dicerētur serui Dei nostri signati nostri ex Iudęis sunt hi, qui

Rom. 8.

Nolite nocere terræ, & mari, &c.

Ioann. 20.

Ibidem.

Coloss. 3.

Rom. 2.

Ibidem.

Mysteriū trinitatis in hoc nusit Israel aut Abrahæ filius per carnem, nisi mero.

Exod. 3.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij Israel aut Abrahæ non carne, sed fide. *Rom. 6.*

hi, q non tantũ ſecundũ carnem, ſed & ſecundũ fidem filij ſunt Iſrael aut Abrahæ fidelis patris ſui? Nõ enim (inquit Apoſtolus) omnes, qui ex Iſrael hi Iſraelitæ, neque quia ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filij carnis, hi filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſsionis, æſtimantur in ſemine. Itaque hoc numero finito, innumerabilis ſignificatur eccleſiæ totius multitudo, quæ de patriarchis, vel profapia carnis, vel fidei imitatione progenita eſt.

Porrò, & in ordine iſto nominum duodecim filiorum Iſrael, ratio myſtica nõ deeſt, quia videlicet non ſecundum ordinem ſuæ generationis, quo ſecundum carnem geniti vel nati ſunt, hic diſpoſiti inueniuntur, quod vtique non per ignorantiam accidit, ſed certi cauſa myſterij. Hoc ergo eodem ſenſu & eiſdem, quibus ante nos verbis tractatũ eſt, hic perſcribere non pigeat. *Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati, &c.*) Conuenienter & à Iuda inchoat, ex qua tribu ortus eſt Dominus noſter, & Dan prætermiſit ex qua dicitur Antichriſtus eſſe naſcendus, *Gen. 49.* ſicut ſcriptũ eſt: Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro, quia nõ ordinem terrenæ generationis, ſed iuxta interpretationem nominum virtutes eccleſiæ decreuit exponere. Quæà confeſsione & laude præſenti ad dexteram vitæ feſtinat æternæ. Hoc enim nomen Iuda, qui primus, & Beniamin, qui vltimus ponitur, ſonant. Primus ergo Iudas, qui confeſsio ſiue laudatio interpretatur, ponitur: quia ante initia cõfeſſionis, culmen bonorum operum nullus appræhendit, & niſi per confeſsionem renunciemus actibus malis, non informamur rectis. Secundus Ruben, qui interpretatur videns filium. In filijs opera deſignari teſtatur Pſalmiſta, qui in beati viri benedi- *Pſal. 127.* ctionibus inter cætera dicit: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum. Et infra: Et videas filios filiorum tuorum. Non enim qui timet Dominum, niſi genuerit filios, nepoteſque ſuſceperit, non poteſt eſſe beatus, cùm virgines fideles potior merces expectet, ſed in filijs opera, in filijs verò filiorum fructus operũ, id eſt, mercedem deſignat æternam. Poſt Iudam verò Ruben, id eſt, poſt exordia diuinæ confeſsionis & laudis perfectio ſequi- *Actor. 14.* tur actionis. Sed quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, poſt Ruben ſequitur Gad, qui tentatio vel accinctus interpretatur. Poſt inchoationem enim boni operis, maioribus neceſſe eſt hominem tentationibus probari, atque ad bella grauiora ſuccingi, vt fidei illius fortitudo comprobetur, dicente Salomone: Fili, *Eccl. 2.* accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara animam tuã ad tentationem. Ité Pſalmiſta: Præcinxiſti me, inquit, virtute ad bellum. Et quoniam beatificamus eos, *Pſal. 17.* qui ſuſtinuerunt ſufferentiã, ideo poſt Gad Aſer, id eſt, beat⁹ ponitur, congruo ſatis ordine. Beatus enim vir qui ſuffert tentatio- *Iacob. 1.* nem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Quia verò huius beatitudinis fida promiſsione ſecuri non anguſtantur, ſed ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, cum Pſalmographo decantant: *Pſal. 4.* In tribulatione dilataſti me. Et iterum: Viã *Pſal. 118.* mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatares cor meum. & cum matre beati Samuelis exultantes dicunt: dilatatum eſt os meũ *1. Reg. 2.* ſuper inimicos meos, quia lætata ſum in ſalutari tuo, propterea Nepthalim ſuccedit, quod eſt latitudo. Sed & ipſum Manaſſes ſequitur, qui interpretatur oblitus ſiue neceſsitas. Cuius nominis myſterio monemur, vt tentationũ præſentium angoribus edocti, ea quæ retro ſunt obliuiſcẽtes, ſic in *Phil. 3.* ea, quæ ante ſunt, ſecundũ Apoſtolum extendamur, vt carnis curam non in deſideriis, ſed ſola neceſsitate humanæ conditio- *Rom. 13.* nis aſtricti faciamus. De qua Pſalmiſta me- *Pſal. 74.* liora ſuſpirans ait, orans: De neceſsitatibus meis eripe me. Huic ſupponitur Simeon, id eſt, audiuit triſtitiã, vel nomen habitaculi, vt etiã qualitate huius vocabuli euidẽtius indicaret, & quid hic habẽdũ, & quid ſit ſalubriter expectandũ. Illis enim habitaculi cęleſtis gaudium dabitur, quorũ hic animæ fructuoſa pœnitẽtia cõtriſtatur. Quibus & dicitur: Triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. *Ioan. 16.* Proinde Leui ſubnectitur, id eſt, additur. In quo intelligimus ſiue eos qui in tẽporalib. ęterna mercãtur, ſicut Salomõ dicit: Redẽ- *Prou. 13.* ptio animæ viri proprię diuitiæ: ſiue illos, q Dei ſequendo cõſilium percipiunt in hoc ſeculo centuplicia cũ tribulationibus, in futuro autẽ ſeculo vitam æternam. His & quod ſcriptum eſt, cõuenit: qui addit ſcientiã, addit & laborem. Nã ſancto Iob ad hoc tribu- *Mat. 19.* lationem acerbitas addebatur, vt probato præmiorum merces amplior redderetur. *Eccl. 1.* Vnde non immeritò Iſachar ei ordine rectè ſuccedit, qui interpretatur merces: quia (ſic *Rom. 8.* ut docet Apoſtolus) nõ ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis: fructuoſus quippe pugnator, vbi merces certa ſperatur. Hæc autem in habitaculo fortitudinis Deus operatur & perficit, quod dicitur Zabulon, quan- *1. Cor. 12.* do virtus in infirmitate perficitur, & corp⁹ quod ab inimicis putatur infirmum, & per cuius materiã animo quoq; inferre nitũtur interitũ (Deo confortante) experiãtur inuictum. Augmento ſuccedente felici, quod vocabulum Ioſeph indicat, gratiarum videlicet addenda dona deſignans, ſiue de talento-

Mat. 25. talentorum dupla redibitione vſuras commodi ſpiritualis intelligas, ſiue in his, quæ votiua fidelium religione redẽptori Deo redduntur, accipias. Atque vt hos omnes, quos & ordo, & interpretatio nominũ hic ſignificatiuè poſitos indicat, in futuro iudicio ad dexteram Chriſti regis æterni futuros intelligas. Beniamin (vt prædixi) poſtremo loco ſupponitur, id eſt, filius dexteræ, tanq̃ ipſe finis ſit ordinis. cũ nouiſsima inimica deſtructa morte, felicitas hæreditatis æternæ donabitur electis, ſiue vnuſquiſque fidelium filius dextræ iure dicatur, ſeu omnis eccleſiæ cœtus, de qua canimus: Aſtitit regina à dextris tuis in ve- *Pſal. 44.* ſtitu deaurato, circundata varietate. Sciendum quia de tribu Dan naſciturus eſt An- *Gen. 49.* techriſtus, iuxta illud Iacobi: Fiat Dan coluber in via, & cætera vſque, cadat aſcenſor eius retro. Eijcitur itaque ex hoc loco Dan, vt oſtendatur Antechriſtus ex omni numero eijciendus ſanctorum. immõ ſicut iſte de hoc catalogo ſpirituali electus, ſic omnes Iſraelitæ, qui non ex fide, ſed tantum ex carne ſunt Abrahæ, ab omni numero & cœtu filiorum, & hæreditate eiuſdem patris Abrahæ ſiue Iſrael, extorres iudicantur. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, & in conſpectu agni amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & agno.*) Omnes iſti conſerui *Sup. 6.* ſunt & fratres eorum, quibus ſupra datæ ſunt ſtolæ albæ, dictumq̃ eſt, vt requieſcerent tempus adhuc modicum, donec impleantur conſerui & fratres eorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & illi: Sunt iſti amicti ſtolis albis. Dicit autem poſtmodum vnus de ſenioribus: Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt, & vnde venerunt? Et ſubiungit. Hi ſunt qui venerunt ex tribulatione magna, & lauerũt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni Sunt ergo illi qui ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, filij Abrahæ, filij ſanctorum patriarcharum, cùm dicantur & ſint fratres illorum ſanctorum piorum. Et rectè. Nam & Apoſtolus dicit de illo patre *Rom. 4.* ſanctorum Abraham: Et ſignum accepit circũciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei quæ eſt in præputio, vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam, & ſit pater circunciſionis, non his tantum, qui ſunt ex circũciſione, ſed & his qui ſequuntur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. Sed iam dicta hic paulò diligentius percurramus. Vidi, inquit, turbam magnam quam dinumerare nemo potrat. Numerus ſanctorum in ſcripturis bifariam intelligitur, alias quidẽ pro multitudine ipſorum, alias autem pro multiplici profectu virtutum. Pro multi- *Pſal. 38.* tudine ipſorum, vt illic: Dinumerabo eos, & ſuper harenam multiplicabuntur. Non quod plures ſint quã harena, ſed idem eſt, ac ſi dicat: Non paucos, ſed multos aſſumã, & ad modum rei numeratæ, & benè cuſtoditæ eos cuſtodiam. Pro multiplici incremento virtutum ſiue beatitudine, vt illic: Notum fac mihi Domine finem meum, & *Pſal. 90.* numerum dierum meorum qui eſt, vt ſciã quid deſit mihi. Non quod ibi plures ſint dies, ſed vna tantum cõtinentior, quã ſimul omnes dies, vbi eſt ſpacioſitas interminabilis, numerus non tranſitorius, ſed ſtatus vitæ permanentis & æternus: Secundum vtrũque modum turbam illam dinumerare nemo poterat. Nã & pluralitate ſua hi, qui iã ſunt, cum eis, qui nouiſsima perſecutione Antichriſti martyres ſtolas atque victoriæ palmas accepturi ſũt, ſoli Deo numerati vel numerabiles ſunt, & quam multorum dierum ſint, de quibus & alibi in conſolatione iuſti dicitur: longitudine dierum implebo eum: eſtimari non poteſt, quippe vbi numerus infinitus eſt. Ex omnibus, inquit, gentibus, & tribubus, & populis, & linguis. Gens & tribus hoc differunt, quòd vna gens multas tribus habet. Gens enim eſt multitudo ab vno principio orta, ſiue ab alia natione, ſecundum propriam collectionem diſtincta, ſicut ab vno Iacob vel Iſrael vna gens Iſraelitica, quæ duodecim tribus habebat. Romana autem gens in triginta & quinque curias, quæ nomine alio, quamuis non priè, tribus appellantur, diſpertita erat. Porrò populus aliquando pro gente, aliquando pro vnius tantùm ciuitatis habitatoribus poni ſolet. De linguis hoc ſciendũ, quia quamuis prius gentes, & tribus, atque populos, ac deinde linguas poſuit, non ex gentibus linguæ, ſed ex linguis gentes exortæ ſunt. In initio quot gentes, tot linguæ fuerunt. Deinde plures gentes, quàm linguæ, quia ex vna lingua multæ gentes ſunt exortæ. Sunt autem tres linguæ ſacræ, He- *Tres linbræa, Græca, Latina, quæ in toto orbe ma- gua ſacra.* ximè excellunt. His enim tribus linguis ſuper crucẽ Domini à Pilato fuit cauſa eius *Ioan. 19.* ſcripta. Vnde & propter obſcuritatem ſanctarum ſcripturarum harum trium linguarum cognitio neceſſaria eſt: vt ad alteram recurratur, ſi quam dubitationem nominis vel interpretationem ſermo vnius linguæ attulerit. Igitur iam non gloriari licebit carnali Iudaiſmo, vel circuncijſione carnis, in eo quod ſcriptum eſt primitus: notus in Iu- *Pſal. 75.* dæa Deus, in Iſrael magnũ nomen eius, quia ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ecce ſunt, in quibus notus ſit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus in quibus magnum & victoriosum sit nomen eus. *Stantes ante thronum, & in cõspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ.*)
Dan.7. Nimirum hæc statio ante thronum vel ipse thronus ille est, de quo Daniel cùm præmisisset: Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierũ sedit; subinde dixit: Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accensus. Itẽ: Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Non quidem istis talibus, & taliter stantibus thronus ille flamma est ignis vrentis, nisi tantum ignis illuminantis, sed profectò illis qui occiderunt, flammam erit ignis vrentis siue liquefacientis, quemadmodum
Psal.67. Psalmista dicit: Sicut cera fluit à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Quid enim istis est ante thronum stare, nisi hoc ipsum, quod illis superiorib. sub altare Dei clamare? Nempe & isti stantes, & illi clamãtes idem prospiciunt, idem iudicium & vindictam sui sanguinis expoſcunt. Stantes autem ante thronum, stabant etiam in cõspectu agni. Nihil verius. Etenim cum Deo patre in eodem throno sedet hic agnus à dextris eius. Nam hoc ipsum est, quod ibidem
Dan.7. Daniel loquitur: Aspiciebam ergo in visu noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquũ dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, &c.

Benè quoque ita stantes amicti sunt stolis albis, subauditur sanguine agni dealbatis, vt videlicet illi cui astant, similes sint.
Ibidem. Nam vestimentum eius, ait idem qui supra, quasi nix, candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. *Et palmæ* (inquit) *in manibus eorum.*) Quia nimirum quatuor angelos supradictos, id est, quatuor principalia regna mundi, vicerunt: & ipsis volentibus nocere reluctãtibus, & omni conatu resistẽtibus, nihilominus signati sunt, & signũ Dei
Ibidem. viui in frontibus suis acceperunt. Vnde per pugnam quatuor vẽtorum post excursum quatuor bestiarum, ait idem qui supra, venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti: Palmæ ergo in manibus eorum, & ipsę palmę florentes, interim crescunt, donec penitus interficiatur bestia quarta, aliarum quoque bestiarum penitus omnis ablata sit potestas, tandemque vltimum sedeat iudicium, regnumq;, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum altissimi, singulis stolis quas nunc habent in illa corporum gloriosa resurrectione duplicatis. *Et clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agno.*) Perditio & mors quæ per hominem in hunc mundũ intrauerat, in omnes homines pertransierat, quia in eo omnes peccauerunt. Sed sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita (inquit Apostolus) per vnum Christũ damnatio & mors peccati, præstans vitam Rom.5. æternam.

Rectè ergo memores sancti, quòd in primo homine peccauerint, & per peccatum eius mortui fuerint, gratia autem Dei per Iesum Christum salui facti sunt, confiten- Salus Deo
tur & dicunt: Salus, subauditur, qua salua nostro, &
ti sumus, Deo nostro, nõ nobis attribuatur, agno.
& agno, id est, filio Dei, per cuius sanguinẽ in salutem recuperati sumus. *Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Amen.*) Sicut turbæ magnæ ex omnibus gentibus, tribubus, & populis, & linguis, numerus Sup.3.
nemini cõprehensibilis est, ita & hic, & superius, vbi primum agnus librum accepit, angelorum numerus definitus non est, de istis iam illic dictum est, quia & si non per ipsum redempti sunt, quia non perierant, attamen per diuinitatem eius conditi sunt, & per sanguinem eius (vt Apostolus quoque Coloſ.1.
testis est) nobis cõciliati, siue pacificati sunt, cætus.
& instauratus est hominibus *numerus ipsorũ, qui diminutus fuerat per ruinam angelorum apostatarum. Ergo qui ceciderũt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes, amen: congratulatio est beatorũ beatis & beatificatis, siue recuperatis illis, qui perierant congandentium. *Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiorum actio, & honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen.*) Septem Luc.19.
sunt voculæ, benedictio, sapientia, claritas, gratiarum actio, honor, virtus, fortitudo. Solet autem septenario numero designari vniuersitas, tam apud seculares philosophos, quàm apud ecclesiasticos, ergo & hic quicquid laudis, quicquid glorificationis aut iubilationis concipere potest mens aut proferre, quæcunque illa est lingua angelorum, sub istis voculis, non dubitamus abillis beatis spiritibus Deo nostro declamari, pro sanctis omnibus, quia morti fuerant, reuixerunt: perierant, & inuenti sunt. *Et respondens vnus de senioribus, dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Et dixi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius.*) Cùm hæc huiusmodi dictio, qui sunt, & vnde venerunt, non responsio sit, sed interrogatio siue percontatio, rectè tamen responsse dicitur, videlicet, eò quòd ad respondendum

dendum intendat, id est, vt idcirco interroget, vt cum attẽtum ipsa interrogatione fecerit, tunc demum respondeat. Hi sunt, inquit, qui venerunt de tribulatione magna. Verè ex magna tribulatione omnes sancti venerunt, cuius videlicet tribulationis causa vel initium fuit originale peccatũ. Omnes enim qui ex tunc piè viuere voluerunt,
2.Timo.5. tribulationẽ siue persecutionem passi sunt. Veruntamen in illa tribulatione insignius atque splendidius, veluti aurum in camino ignis, martyres fulserunt, de quibus continuò subiungit, dicens: & lauerũt stolas suas in sanguine agni. Nam & si vniuersa Ecclesia sanguine Christi mundata est ab omni delicto, multò magis isti mundati atq; candidati sunt, quia eò communicauerũt sanguini Christi, vt suum quoque sanguinem funderent pro Christo.

Ideò sunt ante thronum Dei, videlicet quia mundi sunt, quia candidi sunt, quia in stolis albis spectabiles & gratiosi incedunt, idcirco familiares assistunt, ideò læti aspicientem aspiciunt, & dulcedine pleni atque ineffabiliter occupati, eius, quem vident, mutuos ab intuitu eius aspectꝰ auertere nõ possunt. Nec verò dubium, quin præsentia sua clament idem ante thronum, quod subtus altare piorum animæ interfectorum: vsquequo Domine non iudicas & vindicas sanguinem nostrum. Et seruiunt ei die ac
Supr.6. nocte in templo eius. Die ac nocte, id est, in
Daniel.7. æternitate seruiunt, siue ministrant (vt Daniel ait) millia millium ministrabant ei, non vtiq; laborioso siue seruili ministerio, sed iucundo atque liberali amoris æterni tripudio. Hic enim dum viuitur, seruitus siue ministeriũ Dei labor & opus est, ibi autem seruitus Dei laboris præmium, & seruitutis merces est. In templo eius, inquit Christus omnis illa patria templum Dei est, sanctuarium Dei est, sanctum sanctorum est, quo nihil nisi mundum admitti potest. Hic quidem dum viuitur, in templum Dei, vbi nomen eius inuocatur, nihil immundum admitti debet, in illud autem templum Dei non manu factum, vbi facies cõspicitur, nihil immũdum admitti potest. *Et qui sedet super thronum, habitat super illos.*) Et in ipsis, & super ipsos habitat, qui sedet super thronum: nam ipsi & domus, & thronus eius sunt. In ipsis habitat, tanquam vita ipsorum: super ipsos habitat, tanquam ornamentũ & gloria ipsorum. *Non esurient, neque sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neque vllus æstus, quoniam agnus, qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.*) Pene eisdem verbis,
Esaiæ.49. & eodem sensu Esaias loquitur: Non esu-
Ibidem. rient, neque sitient amplius, & non percutiet eos æstus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Nam & quod ille dixit: Ecce isti de longè venient, & isti ab aquilone & mari, & isti de terra australi, hoc est, quod hic dicit: turbam quam vidit ex omnibus esse gentibus, tribubus, & populis, & linguis. Item, quod cum dixisset Dominus: noli- Luc.12.
te timere eos, qui corpus occidunt, statim adiunxit: & post hæc non habent quid faciant. hoc magnificè hic amplificat, cùm dicit: non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus, fuit enim quondam in potestate persecutorum, siue homicidarum illorum, vt sancti esurirent atque sitirent, vt æstũ afficerentur, & gelu, circumeuntes (vt Apostolus ait) in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & cauernis terræ. Verùm hoc iam in potestate illorum amplius non erit, vt faciant. Sed & illa esurie laudabili, & bona siti, quam hic sancti habebant, de qualibus & Dominus: Beati, inquit, qui esuriunt, & sitiunt iusti- Matth.5.
tiam, non esurient aut sitient amplius, nam ibi saturabuntur & inebriabuntur. Denique isti fontes aquarum, ad quos deducet eos agnus, qui regit eos, illi sunt fontes, siue ille fons atque torrens, quem prospiciebat Psalmista, cùm diceret: Inebriabuntur Psal.35.
ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ. Quis hæc explanare sufficiet? Esaiæ.64.
Quis dignè hæc tractabit, aut exponet? imò quis ista sensu percipiet? Qualem aut 1.Cor.2.
quantum scriptura laborat intimare nobis diuinæ charitatis affectum, dicendo: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum? Deficimus in hac admiratione, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. *Et cùm aperuisset* CAP.
sigillum septimum, factum est silentium in cælo quasi VIII.
media hora.) Quando is qui ascendit in cælum, & sedet à dextris Dei, veniet ad iudicandos viuos & mortuos, tunc sigillum septimum soluetur, quia scripturarum non paruum aut leue momentum adimplebitur. Exempli gratia: De illa die iudicij So- Sophon.1.
phonias propheta dicit: Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est, & velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ, & clangoris, super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt cæci, quia Domino peccauerunt. Et effundẽtur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum, & aurum eorum nó poterit liberare eos in die iræ Domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus in terra. Hæc & huiusmodi, quæ passim leguntur in scripturis, tunc adimplebuntur, & tunc finis erit, quia tunc consummabuntur omnia. Ait ergo: Factum est silentium in cælo quasi media hora. Silentium quippè hoc loco rectè quietem illam significare intelligitur, de qua Psalmista loquitur: Terra tremuit & quieuit, cùm exurgeret in iudicio Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Præmisit enim: de cælo auditum fecisti iudicium, more prophetico pro futuro tempore ponens præteritum. Et est sensus: Quando de cælo veniés, auditum facies iudiciũ, dicendo iustis: Venite benedicti patris mei, &c. Tunc terra tremuit, & quieuit, id est, impij timebunt, & desinent malè operari. Sed & sancti qui nunc sub altari Dei clamant (vt supra scriptum est) dicentes: Vsquequo Domine non iudicas & vindicas sanguinem nostrũ, tunc quiescent, finemq; ponét suo clamori, quia tunc factum erit, tũc iudicatum erit, interfectoribus eorum vndique eliminatis, vt vltra interficere non possint. Huiusmodi silentium, siue quietem in cælo, id est, in cælesti ecclesia sine fine futuram, silentiũ illud significabat. Quod autem ait, quasi media hora, & ad significationem satis est iam dictæ pacis & quietis, & ad diffunctionem valet eorum, quæ præmissa sunt, & eorum quę sequũtur: quia videlicet iam nunc ab alio exordio mysteriorũ siue reuelationis, ordo recapitulatur.

Psal. 75.

Mat. 25.

Sup. 6.

QVARTI LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER QVINTVS.

ET *vidi septem angelos stantes in conspectu Dei, & datæ sunt illis septem tubæ. Et ecce alius angelus venit, & stetit ante altare habẽs thuribulũ aureũ in manu sua.)* Sicut verè dixit Christus, quia persecutores corpus occidunt, sed animam occidere non possunt, sic verè dixit Christi Apostolus, quia laboro vsque ad vincula, sed verbum Dei non est alligatum. Ecce enim laborante isto Christi discipulo vsq; ad exilia, & in angusta secũdum corpus clauso insula, verbum Dei liberum atque expeditum, liberã eius animam per ampla ducit seculorum spatia, tota amplitudine dilatatam, vt per annorum millia, per omnium ferè scripturarũ quasi multa miliaria, digestas operum Dei rationes mysticas coram se conspiciat. Ducit ac reducit à primis vsque ad nouissima, à nouissimis vsque ad priora secula, videlicet ab vltimi sigilli apertione, quod in nouissimo die aperiendum erit, vsque ad primam tubam quæ post diluuium personuit ad destructionem peccati, ad astruendum quod cura esset Deo de peccatis hominum, & quod omnis in nouissimo die iudicaturus sit. Operosum atque perpulchrum est ostendere de scripturis, vbi, quando, vel quomodo quisque angelorum istorum tuba cecinerit, quæ tertia pars terræ ignea grãdine combusta sit, qui mons magnus in mare missus, & quæ tertia pars maris siue creaturæ mortua sit, quæ tertia pars fluminum amara facta, vel in absinthium versa sit, quę vel cuius solis aut stellarum tertia pars percussa & obscurata fuerit, quis puteus abyssi, & quomodo illum stella de cælo cadens aperuerit, vnde fumus ascendit, & locustæ exierunt, qui quatuor angeli alligati in flumine magno Eufrate, sed ad vocem iubentis Dei soluti, quod vltimum sit væ, & quæ voces dicentium: Factum est regnum huius mundi, Domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Operosum est, inquam, certis ex locis scripturarum ostendere hæc omnia, nouissimum magni iudicij diem, claris testimonijs præcurrentia.

Mat. 10.

2. Tim. 2.

Præterea iam hic sciendum, quia quando plagæ iam dictæ fieri cœperint, ad fidem siue confirmationẽ futuri iudicij Dei, simul quoque misericordiæ præparatio non defuit, quæ iudicium illud fugientibus semper presto est, & omnibus occurrit. Pulchrè ergo vbi dictum est, & vidi septem angelos, & datæ sunt illis septem tubæ, antequam aliquis illorum tuba caneret: ecce, inquit, alius angelus venit, & stetit ante altare habẽs thuribulum aureum, &c. Iste nanque angelus, siue

lus, siue angeli istius actus vel habitus, misericordis atque fidelis pontificis Christi sacerdotium designat, quod ibi iam figurari cœptum est, vbi angeli tuba, & plagæ fieri cœperunt, quod sermonis nostri sequentia pro posse declarabunt. Itaque sicut in præcedentibus septem libri sigillis absolutis, spiritum intellectus, sic in istis septem angelorum tubis, & in illo alio angelo thuribulum habente, spiritum consilij operatũ esse siue operari agnoscimus. Vnde post cantum tubæ sexti angeli, leuat manum suã in cælum fortis angelus, iurans per viuentẽ in secula seculorũ, quia in diebus vocis septimi angeli, cũ cœperit tuba canere, cõsummabitur mysterium Dei. Mysterium nanq; hoc loco idem est quod secretum consiliũ. Et hoc verè magnum fuit consilium magni Dei quod vltimum iudicium per ignem futurum non ita repentè aut ex improuiso voluit euenire, sicut illud anterius iudicium per aquam factum, sed multa præmisit ad idem iudicium pertinentia, per quæ non dubitaretur esse futurũ, socia vbiq; misericordia pro illis, quos pœnitentiam agere vel acturos esse prouidit ante ipsum iudicium. Habentes ergo in hac recapitulatione magnam misericordiæ atque iudicij materiam, vnde grandis sermo iure nobis sit, nisi quia imbecilles sumus ad dicendũ, primum de misericordiæ instrumento loquamur, secundum talem huiusce angeli actũ vel habitum. Res ipsa iam postulare videtur, vt primo inquiramus, quis esse secundũ suam personam æstimetur iste angelus: Deinde cuius figuram gestet, siue quem significet, dicemus, iuxta sensum, quem publicus sanctæ ecclesiæ iam dudum commendauit vsus. Omnium quidem angelorũ piũ atque benignum esse studium circa genus humanum, multa commendant sanctarum testimonia scripturarum, vt exempli gratia illud euangelicum: Dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Illi congaudentes redemptioni nostræ, nato Domino magna multitudine solennizantes atque persultantes gloriam in altissimis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis decantando annuciant & annunciando decantant: ipsi resurgente Domino, eodemque ascendente in cælo, in albis vestibus apparentes, salutis nostræ festiuitatem concelebrant, & celebrandam fidei nostrę intimare festinãt. Veruntamen præ omnibus Michael atq; Gabriel corã Domino pro nobis sunt, propter nos satagunt, & in nostrum eunt atque veniunt adiutorium, sicut testatur vtrunque, vetus scilicet, & nouum testamentum. Nam in veteri Daniel audiuit vocem dicentis sibi: Gabriel, fac intelligere istam visionem. Virum istum, qui Gabrieli loqui præcepit, vt Danielem faciat intelligere visionẽ, Iudæi Michael autumant. Consequenter autem, quia visio de prælijs erat regumq́ue certaminibus, imò regnorum successionibus, Gabriel, qui præpositus est prælijs huic officio mancipatur. Gabriel enim in nostra lingua vertitur fortitudo vel robust⁹ Dei. Vnde & eo tẽpore, quo erat Dominus nasciturus, & indicturus bellũ dæmonibus, & triumphaturus de mundo, Gabriel venit ad Zachariam, & ad Mariam, & postea in Psalmis de Domino legimus triumphante: Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus fortis ipse est rex gloriæ. De hoc in alia visione idem propheta: Adhuc, inquit, me loquente in oratione, ecce vir Gabriel quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini & docuit me. Porrò vbi populo prospera promittuntur, & propitiatio vel expiatio necessaria est, Michael dirigitur, qui interpretatur, quis sicut Deus. Hinc est illud: Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. Itemq́; post pauca: Veruntamen annunciabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis, & nemo est adiutor meus in omnib. his nisi Michael princeps vester est. Denique cùm dicit: Nisi Michael particeps vester est adiutor meus, subaudiendum est, ad rogãdum Deum pro vobis, ad offerẽdas Deo orationes vestras. In nouo autem testamento, & Gabriel annunciandæ dominicæ incarnationis fungitur officio, & Michael princeps in prælio contra diabolum secundum hanc ipsam Apocalypsin declaratur. Nam factum est, inquit, prælium magnum in cælo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, &c. Cùm igitur omnium, vt iam dictum est, angelorum circa nos homines pium sit beneuolentia peruigili studium, multò maximè de istis hoc sentiendum est, quos vtriusque, veteris scilicet, & noui testamenti tam celebre per nomina sua tantis negotijs designat præconium. Sed & istorum tam excellentium maximus nobis est Michael, quippe qui & illius alterius testimonio princeps noster & dicitur & est, princeps in prælio, princeps in orationis suffragio. Vsque ad finem seculi princeps iste principatur populi Dei, testante eodem angelo, qui & supra cùm diceret Danieli: In tempore illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui, & veniet tempus, quale non fuit ex eo, ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud. Pro filijs populi tui cùm dicitur Danieli, nos ipsos rectè intelligim⁹, quia nimirum & nos, quicunque ex fide Abrahæ

Luc. 1.

Infra. 12.

Dan. 9.

Dan. 10.

Ibidem.

Dan. 10.

Luc. 15.

Luc. 2.

Mat. vlt.

Actor. 1.

Dan. 8.

Dan. 12.

Rom. 4. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

brahæ fumus, cum Daniele & cũ omnibus non tantũ carnis, ſed & fide Abrahæ filijs vnus populus autoritate ſcripturarum & dicimur & ſumus. His itaque teſtimonijs aſtipulãtibus, veraciter agnoſcimus & dicimus, hunc angelum, qui tali ſcemate ſtetit iuxta aram templi, Michaelem eſſe archangelum principem noſtrum, & iſtum cunctis retro ſeculis antequam naſceretur nobis de virgine puer, qui dicitur & eſt magni conſilij angelus, ante, inquã, ſcilicet ex quo gentes cœperunt, ex quo credidit Abrahã Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, iſtum ſtetiſſe pro filijs populi illius, eorumq; fuiſſe adiutorem non dubitamus. Ex quo credidit Abraham Deo, vt iam dictum eſt, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, iſte angelus ſtetit iuxta aram templi habens thuribulũ aureum in manu ſua. Nondum ſignificationẽ ſtantis attigimus, de qua poſtmodũ dicturi ſumus, ſed adiutorij eius quo populũ priorem in propria perſona adiuuit princeps, actus commemorare intendimus. Quam ergo iuxta aram templi, vel cuius templi iuxta aram illum ſtetiſſe intelligimus? Nimirum templum Dei ſanctum, ſancta vniuerſalis eccleſia eſt, & huius templi ara ſiue altare Chriſtus eſt. Quomodo in templo manufacto viſibile altare omnimoda dignitate religionis præeminet, ſic in eccleſia ſua Deus & homo Chriſtus, diuina ſimul & regia maieſtate præpollet. Quomodo iuxta aram huiuſmodi iſte angelus ſtetit? Vbi primum ara ipſa in templo ſuo fundata eſt: vbi Chriſtus per fidem in cordibus patrum
Gen.22. poſitus eſt credentium huic verbo: Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, q̃ vtique ſemen Chriſtus eſt, extunc angelus iſte gentis illius princeps factus eſt, & idcircò rectè iuxta arã ſtetiſſe dicitur: quia propter huiuſmodi fidem tutor & adiutor illi populo datus eſt. *Stetit ergo,* inquit, *habens thuribulum aureum in manu ſua.*) Thuribulum aureum fides illorum erat ſancta, fides pura, fides aurea, videlicet multis tribulationibus eorundem ſuper terram peregrinantium, velut aurum in camino ignis probata. Hanc illorum fidem tanquam thuribulum habebat in manu ſua, ſcilicet ipſam habens pro illis iuſtitiæ cauſam, ad impetrãda Dei beneficia. Vnde & ſequitur: *Et data ſunt ei incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum.*) Quid per incenſa velit intelligi, ipſe expoſuit dicẽdo, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureũ. Ergo incenſa quæ illi data ſunt, ſanctorum orationes ſunt. Quid autẽ orabant ſancti illi, quorum iſte angelus in tali miniſterio princeps erat, ſicut prophetica veritas aſtruit? Quid orabant, vel pro qua re orationes maximè faciebant? Plenæ quidem ſunt diuinæ paginæ clamoribus magis, quàm orationibus illorum, qui non niſi in neceſsitate & tempo rali ſalute Deum inuocare nouerunt. Exempli gratia: Mortuus eſt rex Aegypti, & *Exod.2.* ingemiſcentes filij Iſrael propter opera vociferati ſunt ad Dominum. Aſcenditq; clamor eorum ad Dominum pro operibus, & audiuit gemitum eorũ. Item: Iratus eſt Dominus contra Iſrael, tradidit eos in manib. *Iudic.3.* illius, ſeruieruntq́ue ei, & clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis ſaluatores & liberauit eos. Plenæ, inquam, ſunt diuinæ paginæ huiuſmodi clamoribus illorum. Sed nunquid hi ſoli clamores, vniuerſæ illæ orationes ſanctorum, & vniuerſa incenſa fuerunt quę iſti angelo data ſunt? Si nihil aliud adorauerunt, ergo ne orationes illorum, incenſa vocari, & ante altare ſiue ante thronum in cõſpectu Dei adoleri dignè fuerũt? Igitur orationes ſanctorum patrum ſiue patriarcharum, quæ hic incenſa dignè vocari meruerunt, illæ fuerunt, quas effundebant propter Chriſtum, propter adipiſcendum *Gen.22.* eius aduentum magno patri Abrahæ repromiſſum, vt in ipſo benedicerentur cum omnibus gentibus ſiue cognationibus terræ, atque abſoluerentur ab illa primæ preuaricationis maledictione. Hoc maximè Dauid ſanctus in pſalmis patenter intendit, quos orando canit, quippe qui & pro ipſa intentione tantæ dignitatis iudicat eaſdem orationes ſuas, vt in perſona eius, cuius aduen- *Pſal. 108.* tum ſuſpirat, pleroſq; pſalmos proferat, q̃ ipſe ſenſus eorum indubitanter attendentibus indicat. Exempli gratia: Deus laudem meã ne tacueris, &c. Pro eo vt diceret: Deus laudem Chriſti filij tui ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſuper eum apertum eſt. Locuti ſunt aduerſus illum lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt eum, & expugnauerunt eum gratis. Proinde hæc & huiuſmodi incenſa vera eſſe non ignorans quodam loco cũ dixiſſet: Domine clamaui ad te exaudi me, intende voci meæ cùm clamauero ad te, ſubiunxit continuò: Dirigatur oratio mea, ſicut incẽſum, *Pſal. 104.* in conſpectu tuo. Et eſt ſenſus: Hoc fac, vt oratio mea ſit directa, non in conſpectu hominum, qui ſoſpitatem corporis & diuitias orare & ſimilia, directam putant eſſe orationem, ſed in conſpectu tuo, in beneplacito tuo, quod idem eſt ac ſi diceret: Hoc fac me orare, quod orandum eſt. Sequitur ergo: *Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli coram Deo.*) Fumus incenſorum ſuauiſsima eſt affectio ſanctarum precum, quæ ſic ex fide per dilectionem operante dulceſcit, & coram Deo conſurgit, quomodo ab igne cremante dum liquelcit incenſum, fumum creat odoriferũ, ſurſum

naribus patulis ſenſum inſpirans inſitæ ſuauitatis. Illuc vſq; pulchra gradatione huiuſcemodi fumus aſcendit. De orationibus ſanctorum ad manum angeli, de manu angeli coram Deo aſcendit. Quid deinde? *Et accepit angelus thuribulum & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram. Et facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus magnus.*) Hoc thuribulum aureum fumus incenſorum, hoc manus angeli mediantis impetrauit, vt de igne altaris pleno thuribulo mitteretur in terram, & fierent tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus magnus. Hoc, inquã, vt manifeſtius dictum ſit, ãurea ſanctorum patrum fides emeruit, vt tanta fierent in gẽte illa ſigna atque prodigia, quibus contri-
Exod.14. ta eſt Aegyptus, Pharao ſubmerſus cum curribus ſuis & equitibus ſuis, filijs Iſrael per
Exod.29. medium mare tranſeuntibus, ivtq́ue fieret in monte Synai quod ſcriptum eſt: Iam aduenerat dies tertius, & manè inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua ac micare
Deut. 33. fulgura, & nubes denſiſsima operire montem, clangorq́ue buccinæ vehementer perſtrepebat, timuitq́; populus qui erat in caſtris. Hoc reſpiciens Moyſes homo Dei, ſaluo ſacratiore intellectu, dum benediceret filijs Iſrael dixit: Dominus de Syna venit, & de Seyr ortus eſt nobis. Apparuit de mõte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea lex. Igneam legem dixit, ne dubites per ignem quem angelus iſte miſit in terram, rectè legem debere intelligi. Et quid eſt lex ignea, niſi lex ſpiritus Dei, qui per ignem ſolet ſignificari, conſcripta: & contra peccata perſeuerantia zelo fortiſsimo feruida? Quod autem iſte ignis manu angelica in terram miſſus ſit, quod iſta lex ignea per angelos adminiſtrata ſit, Ste-
Actor.7. phanus prothomartyr in Actibus Apoſtolorum patenter edicit: Et occiderũt inquit, eos, qui prænunciabant de aduentu iuſti, cuius vos nũc ꝓditores & homicidæ fuiſtis, qui accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum, & non cuſtodiſtis. Quid hoc teſtimonio manifeſtius? Legem, inquit, in diſpoſitione angelorum accepiſtis. Apoſtolus quo
Galat.3. que ad Galatas ſcribens dicit. Quid igitur lex? Propter tranſgreſsionem poſita eſt donec veniret ſemen, cui repromiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Qua in manu, vel cuius mediatoris? In manu nimirum mediatoris angeli magni, qui nunc mediator Dei & hominum eſt, homo Chri-
Actor.7. ſtus Ieſus: Hunc enim & iam dictus prothomartyr in Act. Apoſtolorum patenter in-
Exod.3. nuit dicendo. Hunc Moyſen Deus principem & redemptorem miſit cum manu an-
Malac. 3. geli qui apparuit illi in rubo. Et Malachias propheta manifeſtiꝰ exprimit, quis vel quãtus ſit angelus iſte, cùm dicit: Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator quẽ vos quæritis, & angelus teſtamenti quem vos vultis. Itaque quomodo angeli, quorum in diſpoſitione ſiue ordinatione, promiſsio ad Abrahã, & Iſaac, & Iacob facta eſt, & lex data eſt, plures fuerunt, iſte qui autoritate prophetica princeps illius populi dicitur fuiſſe, archangelus Michael in tanto negotio nullatenus defuiſſe credendus eſt. Nam etſi illic de ſuæ perſonæ manifeſtis indicijs tacet, alias non tacet. Deniq; cũ eſſet Ioſue *Ioſue.5.* in agro vrbis Hiericho, leuauit oculos & vidit virum ſtantem contra ſe, & euaginatum gladium tenentem, perrexitque ad eum, & ait: Noſter es, an aduerſariorũ? Qui reſpondit: Nequaquam, ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Sanè quod dixit, ſed ſum princeps exercitus Domini, nõ ſufficiens fuiſſet de ſcriptis perſonæ huius Michaelis archangeli, niſi ſuppleuiſſet ipſa, quam ſupra diximus autoritas prophetalis, qua dixit: ille alius angelus, & nemo eſt ad iutor meus in omnibꝰ ijs, niſi Michael prin- *Dan.10.* ceps veſter. Itemq́; alibi: In tempre, inquit, *Dan.12.* illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui. Multa ſunt nimis & plura, quã vt præſenti loco commemorare patiatur tenor propoſiti noſtri, quę per miniſterium principis huius facta ſunt, ſicut ſcripturis ſacris continentur, ex quibus omnibus magnus iſte princeps, quia per ipſum diſpoſita ſunt, ſortitus eſt nomen Michael, quod interpretatur, quis ſicut Deus. Quid enim aliud hoc nomine innuitur, niſi quia qualia per ipſum facta ſunt, nemo face repoſsit niſi Deus? Hoc denique & Pſalmi- *Pſal.76.* ſta perſpiciens: Quis Deus, inquit, magnus ſicut Deus noſter? Tu es Deus qui facis mirabilia, &c. Sciendum tandem quia angelus iſte non in re, ſed tantum in ſignificatione mediator fuit. Nam idem Apoſtolus, vt ſu- *Galat.3.* pra meminimus, dixit, quia lex ꝓpter trãſgreſſores poſita eſt, donec veniret ſemẽ cui repromiſerat ordinata per angelos in manu mediatoris. Et alibi dicit: Vnus Deus & vn' *1.Tim.2.* mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Significatiõe ergo qualiter mediator fuerit, id eſt, qualiter mediatorẽ Dei & hominum ſecundum hanc viſionem ſignificauerit, iam dicendum eſt. Venit, inquit, angelus & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum in manu ſua. Angelum eſſe Chri- *Eſa.9.* ſtum Dei filium, angelum, id eſt, nuncium magni conſilij. Hunc eſſe vel dici non ſolũ prophetica, verùm etiam legalis authoritas aſtruit, cùm ad Moyſen Deus dicit: Ecce e- *Exod.23.* go mittam angelum qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum quem paraui. Obſerua eum & audiui vocẽ eius, nec contemmendum putes, quia non dimittet cùm peccaueris, & eſt nomen meum in illo. Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo. Nam angelus, in quo debeat esse nomẽ Dei, id est, qui Deus aut Dominus iure debeat dici, vnus & solus est Deus, Christus Dei filius, Hic, inquit, venit, videlicet in hũc mundũ, per incarnationis mysteriũ. Nã & ex eo quod sic venit, & volũtatem patris nobis annunciauit, angelus dicitur & est. Veniens autem stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua. Quomodo stetit ante altare, nisi præstò se exhibens ad subeundum opus obedientiæ spontaneæ? Cùm enim tanquam Deus manu sua se tueri posset, tanquam homo infirmum se inueniri & teneri passus est, dixitq; orans ad patrem: Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Itaque non se defendens stetit ante altare, videlicet tanquam ouis ductus ad immolandum, & non aperuit os suum. Taliter astitit, aureum in manu sua habens thuribulum, scilicet, apparens in conspectu Ecclesię factus ipse thuribulum, vt super altare crucis thuribulum suum aureũ, id est corpus immaculatum, & de spiritu sancto cõceptum, offerret patri pro nobis. Et data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare, quod est ante thronũ. De orationibus sanctorum obtulit incensa. Ipsi enim libauit Ecclesia preces suas, dicens: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Accepisse autem de orationibus sanctorum idem dicitur & obtulisse, quia per ipsum omnium possunt preces ad Dominum suauiter peruenire. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo, Christo Domino se hostiam suauitatis offerente, compũctio cordis sanctorum acceptabilis facta est, quæ ab igne nascens intimo, sicut fumus solet excitare lachrymas, & accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, benè thuribulum igne plenũ inducit. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Quod propriè de Christi humanitate nouimus adimpletum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et misit in terram. Sic & Dominus in Euangelio: Ignem, inquit, veni mittere in terram. Et facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus. Tonitrua, comminatiões supernæ. Et voces, id est, exhortationes. Et fulgura, id est, splendores miraculorum. Terræmotus, vt quibusdam insequentibus, quibusdam verò sequentibus: ijs dicentibus bonus est, illis autem, non, sed seducit turbas. Nunc ad ordinem recurramus: Diximus supra, quia sicut in præceptis præcedentibus, septem libri sigillis absolutis, spiritum intellectus, sic in istis septem angelorum tubis, & in illo alio angelo thuribulum habente, spiritum consilij operatum esse siue operari agnoscimus, ipsum tamen Dei consilium in eo magnum & mirabile fuisse vel esse, quod vltimum iudicium per aquam factum: sed multa præmisit ad idem iudicium pertinentia, per quæ non dubitaretur futurum esse, socia vbique misericordia, pro illis quos pœnitentiam agere vel acturos esse præuidet ante ipsum iudicium. Cùm igitur angelus iste staret, vt supra iam dictum est, datus in principem Abrahæ & semini eius, sumpto thuribulo paratus ad susciplenda orationũ incensa, ad impetranda pro illis misericordiæ suffragia. *Tunc & septem angelis septem tubæ datæ sunt, & parauerũt se, vt tuba canerent.*) Videlicet ad intonandũ iudicium aduersus peccata gentium, quæ sub eodem tempore vias suas ingredi cœperunt. Tubæ, inquam, illis datæ sunt, videlicet ad excitandum orbem terrarum, vt pugnaret pro Deo aduersus insensatos, vt per quæ peccabant, per ipsa & punirentur. *Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis, mixta in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum combusta est, et omne fœnum viride combustum est.*) Primi angeli vel primę tubæ cãtus, clamor ille fuit, de quo Dominus ad prædictum patrem Abrahã taliter locutus est: Clamor Sodomorum & Gomorrhę multiplicatus est, & peccatũ eorum aggrauatum est nimis. Descendam, & videbo, vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. Denique ab angelis nobis deputatis, quotidiè die noctuq; Domino factori nostro opera nostra nunciantur. Si ergo magnum sit opus quod agimus, dum annunciatur, ipsa annunciatio quasi cantus tubæ est, quasi magnus clamor. Siue pergrande peccatum siue oratio sit vehemens, ante Deum clamor est. Nam qui dixit: clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, ipse alio loco dicit: Vidi afflictionem populi mei, & clamorem eius audiui. Canente ergo tuba primi angeli, facta est grando & cær. Quando vel quomodo hoc factum sit, cui incognitum est? Pluit enim Dominus super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbiũ, & cuncta terrę virentia. Denique terræ, arborum, atq; fœni nomine, homines subintelligendi sunt, cum benè nota scripturarum authoritate. Terræ, vt exempli gratia, cùm Deus dicit: Quia puluis es, & in puluerem reuerteris: siue, terra es, & in terram ibis. Et alibi: Quid superbis terra & cinis? Arborum, cùm idem Dominus dicit: Non est arbor bona, quæ facit fructos malos, neque arbor mala, faciens fructum bonũ. Fœni, cùm idem Dominus dicit per prophetã: Clama: Omnis caro fœnum, &

Matt. 26. Luc. 22. Esaia. 53. Psal. 140. Ioann. 3. Coloss 2. Luca 12. Ioann. 7. Sapien. 5. Genes. 18. Exod. 3. Genes. 19. Gene. 3. Eccle. 10. Matth. 7. Luc. 6. 6. Esaia. 40.

num, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini manet in æternum. Ergo terra, arbores, fœnũ viride, homines Sodomitæ cupidi, elati, luxurioſi, imò libidinoſi fuerunt. Sed cur tertia pars terræ siue arborum, id est, hominum dicti sunt? videlicet ob duplicem causam: quia & de stirpe Cham, & impœnitẽtes fuerũt: genus quippe Cham rectè tertia pars hominum dicitur, & est: quia nimirum tres erãt filij Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iaphet. Porrò Cham ipse est pater Chanaan, de cuius posteris Sodomitæ disseminati sunt, sicut scriptum est: Per hos disseminati sunt populi Chananæorum, facti sunt termini Chanaan venientibus à Sydone Gerarã vsque Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrhã, & ad Amã, & Seboym vsque Lesa. Ergo natura, id est, genere siue natione, tertia pars, id est, de tertia parte hominum erant, cùm essent de stirpe maledicti Chanaan vnius ex posteris Cham, dicente patre: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Hæc vna est causa, ob quam Sodomitæ tertia pars terræ, siue tertia pars arborum rectè dicantur. Alia est causa, quia sicut iam dictum est, impœnitentes fuerunt, peccatum suum prædicãtes nec abscondentes. Vnde hactenus ijs qui lętantur cũ malefecerint, & exultant in rebus pessimis, cur damnentur à Deo iudice, causa redditur huiusmodi: Quia peccatum suum, inquit, sicut Sodoma prædicauerũt, nec absconderunt. Impœnitentes namque ita pars tertia hominũ sunt, vt iusti qui dignè prædicare debeant, & peccatores qui audiunt, & ad prædicationem illorum conuertuntur, saluare non dubitentur animas suas, & sola quæ supereſt, impœnitentium pars, sine dubio mittenda sit in gehennam. *Et secundus angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare, & facta est tertia pars maris, sanguis: & mortua est tertia pars creaturæ, quæ habent animas, & tertia pars nauium interijt.*) Tunc secundus angelus tuba cecinit, quando mortuo rege Aegypti, ingemiscentes filij Israel propter opera, vociferati sunt ad Dominum, ascenditque clamor eorum ad Deum pro operibus, & audiuit gemitum eorum: Canente autem hac tuba, tanquam mons, inquit, magnus igne ardens missus est in mare. Recordatus est enim, inquit scriptura, fœderis, quod pepigit Deus cum Abraham, Isaac, & Iacob, & respexit super filios Israel, & liberauit eos. Quomodo liberauit eos? Extende, inquit, manum tuã super mare, & reuertantur aquæ ad Aegyptios, super currus & equites eorũ. Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant in mare, ne vnus quidem superfuit ex eis. Ergo tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare, scilicet Pharao cum curribus suis, exemplar superbiæ diabolicæ. Montis nanq; nomine superbia: ignis ardentis eorundem, scilicet Pharaonis & Aegyptiorũ, designatur inuidia. Nam de superbia illorum Iethro quoque cognatus Moysi cùm dixisset. Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti, continuò subiunxit: Nunc cognoui, quia magnus Dominus super omnes deos, eò quod superbè egerint contra illos. Porrò inuidię suæ ignem vrentem ipse satis indicat Pharao, cùm dicit in initio: Ecce populus filiorũ Israel multus, & fortior nobis est, venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur. Maris nomine gentes hic significantur, quemadmodum & in Psalmo cũ dicit: Et transferentur montes in cor maris. Idem est enim, ac si diceretur, dum à Iudæis in medium gentium transibunt Apostoli. Nauium quoq; nomine vita hominũ transitoria designatur, quemadmodũ & in Iob: Dies mei, inquit, transierunt, sicut naues poma portantes. Itaque & hic per tertiam partem maris siue nauium, sicut supra, per tertiam partem terræ atque arborum, tertia pars hominum intelligitur rectè, scilicet progenies Cham: Aegyptij nanque de Mesraim, vno ex posteris Cham, exorti sunt. scriptum quippe est: Filij autem Chã, Chus & Mesraim, & Phur, & Chanaã, ac deinceps. At verò Mesraim genuit Ludim, & Ananim & Laabim, & Neptuim, & Phetusim, & Chessuim, de quib. egressi sunt Philistijm, & Capturim. Quod ex isto, scilicet, Mesraim, Aegyptij quoque, vt iam dictum est, orti sunt, antiquiores tradunt. Psalmista quoque patrem eius Cham, patrem Aegyptiorum fuisse astruit, cùm dicit: Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham, id est, vbi filij Cham, filij Noe habitant. Aliam nihilominus ob causam Aegyptij tertia pars fuerunt, videlicet quia & ipsi impœnitentes fuerunt, adeo, vt cùm coram illis signa & prodigia multiplicarentur, ipsi amplius indurarentur. Oderant enim filios Israel, & inuidebant eis, & idcircò, vt proprium est odientium atque inuidentium, quanto plura videbant pro eis signa fieri, quæ gloria illorum erat, tanto duriores efficiebantur, augmentum per singula signa capiente magnitudine odij. Hoc prœuidens ipse Dominus dicebat ad Mosen: Ego indurabo cor eius, & nõ dimittet populum. Quod idem est ac si diceret: Ego quidem signa coram eo faciã, sed hæc illiad

Pro. 21. Esa. 3. Exod. 1. 3. Exod. 2. Exod. 4. Exod. 18. Exod. 11. Psal. 46. Iob. 9. Gen. 10. Psal. 77. & 104. Exod. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi ad nihil aliud valebunt, nisi vt odientis crescat inuidia, inuidētis augescat odiū. Impœnitentes ergo erant, & cùm, vt supra dictum est, tres sunt partes hominum, alij quippe iusti, alij pœnitentes, alij impœnitētes sint: Isti, quia de impœnitentibus erant, de tertia parte erant. Quod autem hic dicitur, quia tertia pars maris facta est sanguis, quonjam mare, vt supra iam dictum est, gētes significat: quod inquam tertia pars maris, & tertia pars quæ habebat animas mortua est, patenter ad illud spectat, quòd percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in sanguinem, & pisces qui erant in flumine, mortui sunt, & iumenta quoque igne & grandine combussit. Vnde & Psalmista: Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Ac deinceps: Et tradidit grandini iumenta eorum. Item: Viam fecit semitæ iræ suæ, & non pepercit à morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte concluſit. Et rursus: Qui percussit primogenita Aegypti, ab homine vsq; ad pecus. Iā ergo secundū literam tertia pars hominum, id est, genus Chā, vnius ex tribus filijs Noe, secundò percussa est: Historicas nanque percussiones ostendere magis intendimus. *Et tertius angelus tuba cecinit: Et cecidit de cælo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partē fluminum, & in fontes aquarum, & nomen stellæ dicitur absinthium. Et facta est tertia pars aquarum absinthium, & multi homines mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.*) Fluminum quoque nomine gentes significantur, vt illic: Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarū, quod est dicere: Inimicæ gentes eleuabunt tanquam fluctus quasdam commotiones suas, scilicet minas, verbera & cætera talia: & hoc facient à vocibus aquarum multarum, id est, propter voces prædicantium euangelium Christi, siue propter clamosas accusationes multorum, cum populari tumultu dicentium, nouę religionis cultores, suorumq; exterminatores aduenisse deorum. Porrò tertia pars gentium, sicut iam dictum est, genus erat Cham. Igitur tūc tertius angelus tuba cecinit, quando post quadraginta annos ab exitu filiorum Israel de Aegypto, completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, & cęterarum gentium siue regnorum Chanaan. Quod & patientia Dei expectans, cùm dixisset ad Abraham: Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, &c. ita subiūxit: Necdum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. Ita que canente tuba tertia, id est, istorum quoque clamore ascendēte ad Deum, eò quòd perseuerāter peccando iniquitates suas adimplēssent, tempusque esset vt iam terra illos euomere deberet. *Cecidit*, inquit, *de cælo stella magna ardēs tanquam facula.*) Stella ardēs tanquam facula, id est, ira Dei magna de cęlo cecidit super gentes illas: ira, inquā, Dei nobis stella, illis tāquam facula. Nobis enim lucet ira Dei, & ad cognitionem proficit eiusdem Dei, quę illos tanquam facula consumpsit, ita vt furore suo arderent & nullā misericordiam quærerent, neque se victoribus traderent. Nam sic scriptum est: Non fuit ciuitas, quin se traderet filijs Israel, prę ter Euæum, qui habitat in Gabaon. Omnes bellando cepit Iosue. Domini enim sentētia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & nō mererentur vllam clementiam, ac perirent, sicut prędixerat Dominus Moysi. *Et cecidit in tertiā partem fluminum, & in fontes aquarum.*) id est, in illas gentes, quæ sicut iam dictum est, de tertia erant parte hominum, scilicet, de genere Cham. Item ob aliam causam de tertia erant parte hominum, videlicet quia impœnitentes erāt: nam tres partes ibi maximè distinctæ apparuerunt, iustorum scilicet, quod erant filij Israel propter Dei cultum. Pœnitentium, vt erat domus Raab meretricis, quę nuncios filiorum Israel suscepit, de qua & scriptum est: Raab verò meretricem & domum patris eius atq; omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel, vsque in præsentem diem. Porrò impœnitentium pars ipsi erāt, quippe & magnalia Dei quæ in Aegypto & deinceps facta fuerant, æquè ipsi audierant, & inde, illa inquit, elanguerūt omnes habitatores terrę: sed nō, vt ipsa & domus eius, ad pœnitentiam conuersi sunt. *Et nomen*, inquit, *stellæ dicitur absinthium.*) Absinthiū Græcum nomen est herbæ, quæ gustu amarissima est, suauis odore, temperamentum corpori præstans, cuius contusa folia succo suo vomitum extorquent, & auferendis doloribus vel contusionibus corporum vtilissima comprobatur. Huic rectè comparatur, eiusque nomine nuncupatur ira illa vel sententia Dei, quæ super gentes illas venit, ita vt euomeret eos de terra, & quasi malis humoribus eiectis, reuelato pectore liberaretur. Sic enim de illis ipse loquitur: Omnes execrationes istas fecerūt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo & ne vos euomat cùm paria feceritis, sic euomuit gentem quæ fuit ante vos. Rectè ergo, vt dictum est, stella illa cadens, id est, sentētia Dei super gentes illas veniēs, dicitur absinthium, quæ talem talemq; necessarium terræ illi fecit vomitum. *Et facta est tertia pars aquarum absinthium, & multi homines mortui sunt, quia amaræ factæ sunt.*) Facta est absinthium, id est, demonstrata est esse amarissima, nimiumque perniciosa filijs Israel eorundem

eorundem cohabitatio gentium, & multi ex eis mortui sunt, de aquis, id est, de gentibus illis, quia amaræ factæ sunt: videlicet sicut prædixerat Deus ipse Israeli denūciās per Moysen: Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, qui tibi sint in ruinam. Non ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cùm fornicatæ fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulacra eorum, vocet te quispiam, vt cōedas de immolatis, &c. Non enim audierūt prohibentem Dominū, sed biberunt aquas amaras multi, & mortui sunt, id est, commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorū, & factum est illis in scandalum. *Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarū, vt obscuraretur tertia pars eorum, diei non luceret pars tertia & noctis similiter.*) Eleuata est manus percutientis à tertia parte terræ, maris, atque fluminum, ad solem, lunam, & stellas, & percussa est tertia pars eorum, id est, à genere Cham tertia, vt iam sæpè dictum est, parte hominum siue gentium, terram amantium, semetipsos amaricantium, & semper in vitijs & peccatis defluentium, ad ipsum genus Sem, ad ipsum semen Abrahæ, ad ipsam stirpem Iacob. Nam sicut illi qui Deum nō quærunt, qui cælum nō suspiciunt, propter hoc ipsum terra sunt, mare sunt, flumina sunt, sic econtra semen vel filij Abrahæ, sol sunt, luna sunt, stellæ sunt. Sol videlicet propter Christum verum solem, semen vnum eidem Abrahæ repromissum. Luna propterea, quia ecclesia sunt. Stellæ, propter diuisiuam, quam habuerunt singuli, super luminis gratiam. Quod prospiciens Moyses: Et estis, inquit, hodie sicut stellæ cæli plurimi. Nouerat quippe & scripserat Deum dixisse ad Abraham: Suspice cælum, & numera stellas si potes: moxque subiunxit, sic erit semen tuum. Amplius autem ad comprobandum quod sub nominibus solis, lunæ, ac stellarum, gens illa siue patres & matres, singulique filij gentis illius rectè debeant intelligi, illud testimonium vel solum sufficit: Vidi, inquit, Ioseph, quasi solem & lunā, & stellas vndecim adorare me. Quod cū patri suo retulisset: Quid, inquit ille, sibi vult hoc somnium quod vidisti? num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Igitur quartus angelus tuba cecinit, id est, murmuratio filiorū Israel in deserto præsente angelo qui præcedebat eos in columna nubis, nimium concitata, vsq; ad aures Domini peruenit. Vnde Moyses. Accedite, inquit, coram Domino: audiuit enim murmur vestrum. Diu tuba illa personuit, diu aures Dei cantus ille horrisonus molestè tetigit. Quapropter permotus ipse dicebat Moysi: Vade descēde, peccauit populus tuus quē eduxisti de terra Aegypti: Recesserunt citò de via q̄ ostendisti eis. Deinde tunc aures eiusdem Domini tuba illa molestissimè tetigit, quando reuersis exploratoribus & detrahentibus terræ quā inspexerant apud filios Israel, vociferans omnis turba fleuit, & murmurati sunt cōtra Moysen & Aaron cūcti filij Israel, dicentes: Vtinā mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinā pereamus, & non introducat nos Dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores & liberi nostri ducantur captiui, &c. Tūc profectò percussa est tertia pars solis illius, lunæ illius, stellarum illarū. Iurauit enim in ira sua, si introibunt in requiem meā. Viuo ego, inquit, omnes homines qui viderunt maiestatē meā, & signa quę feci, nō videbūt terram pro qua iuraui patribus eorum. Ac deinceps: Viuo ego, ait Dominus, sicut locuti estis audiente me, sic faciā vobis. In solitudine hac iacebunt corpora vestra, omnes qui murmurati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam leuaui manū meā vt inhabitare vos facerem, præter Caleph filium Iephone, & Iosue filiū Nun. Notum est ex sacris historijs, quomodo disperierint, quibus adhuc pro causis disperditi sint, ita vt alios terra viuos absorberet, alios ignis egressus à Domino interficeret, alios gladius concideret. Vita & fine suo palam fecerunt, quod & ipsi quoque de tertia parte essent. Non quidem secundum carnis progeniem de tertia parte generis humani erant, id est, de genere Cham, sicut supra memorati Sodomitæ, sicut Aegyptij, sicut Chananæi, sed secundum imitationem de eadē parte erant, testante Deo, cū tali Israeli per prophetā loquitur: Pater tuus Amorrhę⁹, & mater tua Cethea. Amorrheus quippe & Cethæus fuēre de genere Chā, & filij Chanaan. Ergo tertia pars isti fuerūt, vt putabatur, solis, lunæ, & stellarū, id est, populi sanctorum: reuera autem tertia pars, id est, ad tertiam partem pertinentes hominum siue gentium, partem Cham, partem Chanaan.

Ita factum est, vt diei non luceret hæc pars tertia, & noctis similiter. Semen illud Abrahæ siue gens Israelitica, quo respectu sol, & luna, eodem erat dies clara, & nox lucida. Dies clara, videlicet, pro cōsanguineo sibi Christo patribus repromisso, sole æterno. Nox lucida, pro eorum temporalium euentu bono, terræq; Chanaan possessione promissa, & regno terreno multis mirabilium Dei signis illustrato. At illi infideles murmuratores, quicunq; in superbia Deo detraxerunt, & ob hoc ore Dei dicti sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

multitudo peſsima. Exempli gratia, cùm
Num. 14. dixit: Vſquequo multitudo hæc peſsima murmurat contra me? Neque in futura vita Chriſtum ſolem, neque in præſenti vita temporalem videre meruerunt patrum hæreditatem. Itaque diei ſimiliter & noctis pars iſta, quæ putabatur diei eſſe & noctis lucidæ, cùm potius ad illam, vt iam dictum eſt, tertiam partem pertineret, in qua Chanaan reputatus eſt, non luxit, non clarificata eſt, ſed tenebroſam poſt memoriam reliquit. *Et vidi, & audiui vocem vnius volantis aquilæ per medium cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ, habitantibus in terra: de cæteris vocibus Angelorum*
**Canturi.* *trium, qui erant tuba* canituri.*) Aquila hæc volans & prænuncia, ſacra ſcriptura eſt. Notandum quòd præcedentes quatuor percuſsiones nulla aquila prænunciauit, quia videlicet Sodomitis, quòd cæleſti igne vel ſulphurea pluuia perdẽdi: Pharaoni & Aegyptijs, quod in mari rubro perituri: Amorrhæis, quod cõpletis iniquitatibus ſuis puniendi, & à terra ſua forent euomendi, nulla ſcriptura, nulla lex ſcripta comminata eſt aut prædixit. Tantummodò per legem naturalem iudcati & damnati ſunt. Similiter & murmuratores filij Iſrael, quorum corpora proſtrata ſunt in deſerto, eandem murmurationis & rebellionis ſuæ pœnam, quam paſſuri eſſent, ſcriptura prædicente, vel per indicium ſcripturæ non audierant: quippe qui & antè murmurare cœperunt, quàm ſcriptura condita vel ſcripta eſſet lex, antequam ſaltem priores tabulæ decem præceptorum digito Dei ſcriptę eſſent, quæ ipſæ factæ ſunt ante ſcriptam legem, væ illi populo incumbebat. Verbi gratia, cùm dixiſſet Dominus pro reatu vituli quem
Exod. 32. fecit Aaron: Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos. Cumque non dimitteretur ſtante Moſe in confractione, id eſt, in nimia mentis humilitate in conſpectu eius, ait tandem: Ego autem
Ibidem. in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Lex, inquam, nondum ſcripta, aut certè recitata fuerat, & idcirco nec iſtud væ prænunciaſſe ſcribitur hic volans aquila. Tria væ, quæ ſuperſunt, ſancta ſcriptura prænunciauit. Primum videlicet quo filij Iſrael in eo paſsi ſunt, quòd peccantes Domino traditi ſunt in manus gentium, & dominati ſunt eorum qui oderunt eos, & tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorum. Secundum quod pertulerunt in eo, q̃ in captiuitatem ducti ſunt, & quatuor regnorũ, ſcilicet Babylonij, Perſici, & Macedonici, atque Romani fortitudinẽ imperioſam propter peccata ſua miſerabiliter ſuſtinuerunt, quo-
Dani. 7. rum quartum, ſcilicet Romanum imperium beſtia terribilis atque mirabilis & fortis nimis, & dentes ferreos habens magnos, comedit eos atque comminuit, & reliqua pedibus ſuis conculcauit. Tertium erat væ, vltimum iudicium, quando tam ipſi, quibus ſcripta eſt lex, quàm & omnes gentes condigna recipient, quia videlicet quicunque ſine lege peccauerunt, ſine lege peri- *Rom. 2.*
bunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Hæc, inquam, tria priuſquam fierent, Deus per ſuam ſcripturam enunciare voluit, & idcirco rectè per volantem aquilam hic tertiò pronunciatur væ, de cæteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri. Et quibus vel qualibus væ? Habitantibus, inquit, in terra, id eſt, eis, quos omnino neſurſum aſpiciant, detrahit terra, detinet affectio terrena. Et rectè ſancta ſcriptura volanti aquilæ aſsimilatur, aquilæ, inquam, volanti per medium cælum, quia videlicet tota eius intentio ſurſum tendit, & terrena deſpicit, ſoli iuſtitiæ, qui eſt Chriſtus, claros & apertos oculos infigens, & per publicum, vtpote irreprehẽſibilis & honeſta tota cum libertate procedens. *Et quintus angelus tuba* Cap. 9.
cecinit, & vidi ſtellam de cælo cecidiſſe in terram, & data eſt illi clauis putei abyſsi, & aperuit puteum abyſsi.) & cætera vſque, væ vnum abijt. Hoc vnum væ magnum & prolixũ, magna & multa breuiter & mirabiliter replicat, mala variæ ſeruitutis filiorum Abrahæ ludibria, quod ſcilicet poſt mortem Ioſue peccauerunt Domino ſeruientes Balaim & Aſtaroth, & ob hoc tradidit eos in manus Chuſanrathaim regis Meſopotamiæ, ſeruieruntque ei octo annis: quòd iterum fecerunt malum in conſpectu Domini, & ob hoc confortauit aduerſus eos Eglon regem Moab, ſeruieruntque ei decem & octo annis: quòd rurſus addiderunt facere malum, & tradidit illos Dominus in manus *Iudic. 3.*
Iabin regis Chanaan, qui & vehementer oppreſsit eos per viginti annos: quòd dein- *Iudic. 4.*
de fecerunt malum, & idcirco tradidit eos
in manus Madian ſeptem annis: quòd ite- *Iudic. 6.*
rum dimiſerunt Dominum, & non colebant eum, & idcirco iratus tradidit eos in *Iudi. 10.*
manus Philiſtijm & filiorum Amon. Poſtquam ab illis longo duello contuſi tandem
per virtutem victorioſi regis Dauid ita *2. Reg. 12.*
ſunt liberati, vt humiliaret Philiſtæos, & cæteras gentes in circuitu, ſicut ſcriptum eſt: Et tulit Dauid frœnum tributi de manu Philiſtinorum, & percuſsit Moab, & cætera. eò proceſsit iniquitas ipſorum, vt
ſcinderentur decem tribus à domo Dauid, *3. Reg. 12.*
& templo Domini, vitulos aureos ſibi fabricantes, primi hæretici, & vniuerſæ exemplum hæreticæ peruerſitatis. Nunc
iam literæ ordinem proſequamur. *Et quin-*
tus, inquit, *angelus tuba cecinit, & vidi ſtellam de cælo cecidiſſe in terram.*) Tunc profectò ille quintus angelus tuba cecinit, quando impleta eſt veritas Dei, quæ dixerat Moyſi: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & popu
** Deut. 31.* lus iſte conſurgens fornicabitur poſt deos alienos in terra ad quam ingredietur, vt habiter in ea. Ibi derelinquet me, & irritũ faciet fœdus quod pepigit cum eo. Item: Ego enim, inquit Moyſes, ſcio contentionem tuam, & ceruicem tuam duriſsimam.
Ibidem. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiſcum ſemper contentioſè egiſtis contra Dominum, quanto magis cùm mortuus fuero. Ac deinceps: Noui enim quòd poſt mortẽ meam iniquè agetis, & declinabitis citò à via quam præcepi vobis. Tunc, inquam, quintus angelus tuba cecinit, quando nunciatum eſt omnia ſcienti Deo, quod poſt deos alienos fornicaretur Iſrael. *Et vidi*, in-
quit, *ſtellam de cælo cecidiſſe in terram.*) Stella iſta, quæ de cælo cecidit, diabolus eſt, cui
Eſa. 14. propheta dicit: Quomodo de cælo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris. Et notandum quod huiuſmodi ſtellam non dixit: vidi cadere, ſed vidi cecidiſſe. Iam dudũ quip-
Luc. 10. pe ceciderat, & per terram repebat, quando hæc fieri cœperunt, quæ præſenti loco iſta viſio myſtica replicat. Quando ille cecidit, nullus hominum erat qui videret, præter illum qui in Euangelio ſuo loquitur, dicens: Videbam Sathanam ſicut ful-
Ioan. 8. gur de cælo cadentem. Qui enim hæc dicit homo Chriſtus, prius erat Deus, quàm homo fieret, prius quàm angelus ille, ſtella illa, ſiue Lucifer ille caderet, imò priuſquã angelus aut creatuta aliqua fieret. Benè ergo non ait: vidi cadere, ſed vidi cecidiſſe. *Et data eſt ei clauis putei abyſsi, & aperuit puteum abyſsi. Et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ.*) Summam breuiter myſtica ſignificatione tangit cauſæ vel originis, quæ idolatriæ vel omnis hæreſeos initium fuerit. Nam data eſt illi clauis putei abyſsi, id eſt, permiſſa eſt poteſtas ſiue facultas angelo illi, qui in veritate non ſtetit, omnis mendacij fundamentum nullum habentis, nec enim alicui rei initiatur exiſtenti. Idcircò benè mendaciũ quod loquitur ex proprijs, & cuius pater eſt, puteus dicitur abyſsi, videlicet infinitæ profunditatis: quia, ſicut iam dictum eſt, rerum exiſtentium fundamentum non habet, nihilque ei ſubeſt, loquitur enim quod non eſt. Hunc talem puteũ abyſsi aperuit miſeris loquẽs hominibus, & dicens, ſe Deum eſſe, ſuadenſque ſeſe in ſimulachris pro Deo colendum. *Et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ.*) Aſcendit, inquam, videlicet etiam vſq; ad ſapientes ſeculi, quos obſcurauit. De
Rom. 1. quibus & Apoſtolus dicit: Sed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ. Dicentes enim ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt, &c. Et tunc fumus eiuſmodi ſicut fumus dicitur fornacis magnæ, quia videlicet ſicut fumus non niſi ex ſubiacente igne fit, ſic nõ niſi ex præcedẽte cauſa cupiditatis ſiue concupiſcentiæ naſcitur cæcitas mentis, ſiue obſcuratio cordis inſipientis. *Et obſcuratus eſt ſol & aer de fumo putei.*) Ad id peruentũ eſt, propter quod & caſum ſtellæ, & apertionem prẽmiſerat putei abyſsi fumantis. Sol nanq; & aer ille, vt ſupra iã dictũ eſt, erat Iſrael: ſol propter patres vel patrum fidem, ex quibus Chriſtus ſol iuſtitiæ ſecũdum carnẽ: aer verò propter ſuſceptam exinde eiuſdem fidei illuminationem. Hic poſt mortem Ioſue ita obſcuratus eſt, vt dimitteret Dominũ Deũ patrum ſuorum, & ſequeretur deos alienos, deosq; populorũ qui in circuitu habitabãt. Suſcitauit *Iudic. 2.*
illis iudices Dominus, qui liberarẽt eos de vaſtantiũ manibus. Sed nec illos audire voluerunt fornicantes cũ dijs alienis, & adorãtes eos. Sol ergo & aer de fumo putei obſcuratus eſt. Quid deinde? *Et de fumo exierunt locuſtæ in terrã.*) Locuſtæ de fumo exierũt, quia videlicet propter fumum erroris & ſtultitiæ qua obſcurati ſunt, hoſtes illis ſuſcitati iudicio diuino emerſerunt Meſopotamij, & Moabitæ, Chananæi, & Madianitę, ſi mulq; Amalechitæ, Philiſtijm, & filij Amõ. Dicit enim de illis quodam loco ſcriptu- *Iudic. 6.*
ra ſic: Ipſi enim & vniuerſi greges eorũ veniebant cum tabernaculis ſuis, & inſtar locuſtarum vniuerſa conplebant, innumera multitudo hominum & camelorum, quicquid tetigerãt deuaſtantes. Non vtiq; vanè aut ſine pondere inſtar locuſtarum dixit: ſed quia reuera multitudines eiuſmodi ad malum exultantes, leuitate animi & corporis, tanquam totidem locuſtas ſalientes intuetur & irridet is qui habitat in cęlis, prouidens illis citò futurum quod per quendam ſapientia eius dicit: Florebit amygdalus, & impinguabitur locuſta. Quod idem *Eccl. 12.*
eſt, ac ſi dicat: Qui nunc viridis & rectus incedit, & tanquam locuſta ſalit, caneſcet, & curuus vix incedere incipiet, habenſque crura tumentia, nequaquam vt nunc leuis & geſticuloſus in ſaltum ſeſe excutiet: locuſta nanque impinguatur, dum tranſacta leui iuuentute crura tumeſcunt, vt fieri ſolet ſenibus. Locuſtæ ergo exierunt, id eſt, hoſtes Iſraeli propter peccata multiplicati ſunt. *Et data eſt illis poteſtas ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ.*) Scorpio vermis potius quàm animal, aut ſerpens armatus aculeo, & ex eo Græcè vocatur, quod cauda figat, & arcuato vulnere venena diffundat. Idcircò dixit, ſcorpiones terræ, quia ſcorpio vermis terrenus eſt, ore vel capite inno-

Universidad de Deusto Biblioteca

xio præblandiens, & tunc demum cauda conuersa incautum feriens. Huiusmodi potestas locustis illis data est, vt videlicet cùm filios Israel ad illecebras lege Dei prohibitas per mulierum lenocinia prouocassent, & transgressores factos auxilio Dei nudassent, tunc demum aduersus eos armis consurgerent. Hoc primus Balach filius Sephor rex Moab facere didicit, per Balaam
Num. 24. ariolum dicentem sibi: Veruntamen pergens ad populum meum dabo consilium quid populus tuus populo huic faciat. Illo namque eius consilio factum est, vt fornicaretur populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. Vnde postmodum facta vltione, iratus Moyses
Num. 25. principibus ait: Cur fœminas reseruastis?
Num. 31. Nónne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionẽ Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Domino, super peccato Phegor, vnde & percussus est populus? Hoc ergo primum per Balaam facere didicerunt, scorpiones Madianitæ siue Moabitæ,
Iudic. 3. & post hæc etiam gentes aliæ. Sic enim scriptum est, post mortem Iosue. Itaq; filij Israel habitauerũt in medio Chananæi, & Ethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebusæi, & duxerunt vxores filias eorum, ipsiq; filias suas eorum filijs tradiderunt, & seruierunt dijs eorũ. In hoc facto, nimirum scorpiones quasi blandũ caput porrexerunt, sed continuò cauda percusserunt. Consequẽter enim victores illorũ, quibus Deus iratus erat, effecti, vehementer illos afflixerunt. *Et præceptũ est illis ne læderent fœnum terræ, neq; omne viride, neq; omnẽ arborem, nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis.)* Perspicuè ostendit, quia non per proprietatem, sed per similitudinem locustas de fumo illo exisse dicit, dum quod locustarum est facere, hoc illis interdictum esse scribit. Locustarum namque est lædere fœnum terræ, & omne viride, omnemque arborem, quemadmodum inter plagas Aegypti scriptum est. Deuorata est igitur herba terræ,
Exod. 10. & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat, nihilque omninò virens relictum est in lignis & herbis terræ in cuncta Aegypto. Istis autem, ne quid talium, sed tantùm homines læderent, quia videlicet & ipsi homines erant, qui hic locustæ dicti sunt. Attamen futurum erat, vt hostes eiusdem populi peccatis exigentibus, non solùm homines, sed & fœnum, & omne viride, & omnem arborem, immò vniuersam terram eorum læderent, & ciuitates igni succenderent, sed nondum erat tempus. Postmodum vbi tuba cecinit sextus angelus, hoc factum memorabimus. Nam vbi quintus iste angelus tuba cecinit, ita plaga temperata est, vt læderentur & in seruitutem redigerentur tantum homines. Et quidem tunc temporis cùm sæuisset Israel, ait scriptura, ascendebat Madian & Amalech, & cæteri Orientalium nationum, *Iud. 6.* instar locustarum vniuersa complentes, sicut erant in herbis cuncta vastabant, nihilque omninò ad vitam pertinens relinquebant in Israel, non oues, non boues, non asinos: sed illa læsio comparatione eius, de qua post hæc dicendum est, vbi Babylonio igne cuncta cremata sunt, nec læsio reputanda est. Quod tandem ait de hominibus, qui lædendi essent, distinctionem faciens, qui non habent signum Dei in frontibus suis, idem est ac si diceretur: qui dereliquerunt legem Dei sui, qui à fide patris sui Abrahæ sunt alienati. Nam quod modò signum Dei, signum crucis Iesu Christi pingimus Christiani in frontibus nostris, hoc suo more secundum tempus facere fuerant iussi, vt videlicet in carne sua circumcisi, postes & superliminaria domo- *Exodi 12.* rum suarum signarent sanguine agni. At illi hoc facere contemnebant, seruientes dijs alienis. Erant igitur homines non habentes signum Dei in frontibus suis, non habentes fidem in cordibus suis. *Et datum est illis, ne occiderent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque.)* Et hoc futurũ erat, vt occiderẽtur, siue caderent in ore gladij, sed nondũ tempus erat, nondum hoc datũ est illis locustis. Sed quid? Vt cruciarentur, inquit, mensibus quinque. Menses quinque, quibus cruciati sunt, mutationes seruitutis fuerunt quinque, quibus hostibus suis sunt traditi, & seruierunt illis, quas hoc ordine scriptura digessit. Primò tradidit eos Dominus in *Iudic. 3.* manus Chusanrathaim regis Mesopotamiæ seruieruntque octo annis. Secundò con- *Iudic. 4.* fortauit aduersum eos Eglon regem Moab, & copulauit ei filios Amon, & Amalech, seruieruntque decem & octo annis. Tertiò *Iudic. 6.* tradidit eos in manus Iabin regis Chanaan, qui & oppressit eos viginti annis. Quartò *Iudic. 10.* tradidit eos in manus Madian septem annis, & oppressi sunt valdè ab eis. Quintò *2. Reg. 8.* tradidit eos in manus Philistijm, à quibus & varijs sunt afflictionibus contusi, donec ventum est ad Dauid, qui & tulit, inquit scriptura, de manu Philistinorum frœnum tributi. Quæ deinde Israel mala propter peccata sua pertulit, à tempore Babyloniæ captiuitatis, ad cantum pertinet tubæ sexti angeli. Quinque ergo mensibus cruciati sunt, quia quinquies in seruitutem traditi sunt. Quare autem mensium potius, quàm annorum nomine vel numero illa seruitutis tempora designantur? videlicet quia in mensibus secundũ lunam, quos solos Hebræi, de quibus sermo est, nouerunt vel computant, mutabilitas crementi vel de-

vel decremẽti est, quę & stultorum mutabilitatem significat, dicente scriptura: Stultus
Eccl. 27. vt luna mutatur. An non illi vt luna mutabantur, vt meritò stultitiæ arguerentur. Sic enim de illis scriptum est: Cumque Domi-
Iudic. 2. nus iudices suscitaret, in diebus eorum reflectebatur misericordia, & audiuit afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium: postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multa maiora faciebant, quã patres eorum, sequentes deos alienos, & seruientes eis, & adorantes eos. Quod ergo dictum est, sed vt cruciarentur mensibus quinque, idem est ac si diceretur: sed vt quinquies in stultitiam mutati, in seruitutem redigerentur per vices quinque. *Et cruciatus eorum vt cruciatus scorpij, cùm percutit hominem.)* Hoc idem est quod supra dixit:
Sup. 8. & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terrę. Nam sicut scorpius prius capite blanditur, & post cauda feriẽs, mortifera venena diffundit, sic illi prius ad illecebras sacrificiorum, & ad cõnubia prouocabant eos filiarum suarum, vt Deus offenderetur, & tunc demum aduersus inermes, & quasi nudos armati consurgebant, cũ auxilio deesset Deus, quo veluti armis & scuto protegebantur. Sed idcircò de scorpionũ & locustarum similitudine nũc repetit, quia plura est inde dicturus. *Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam. Et cupient mori, & fugiet mors ab ipsis.)* Hæc dicta rectè accipias, tanquam supradictæ aquilæ volantis, & dicentis: Væ, væ, væ, de tribus angelis qui erant tuba canituri, quorum istud væ primum est. Tanquam dicat: Væ istud tantum erit, vt quærant homines mortem, & non inueniant eam: vt cupiant mori, & fugiat mors ab eis, id est, vt mors illis vita charior sit, vt miseriam longam compendio finire velint. Quare? videlicet iram talem iam tunc cœperunt thesaurizare sibi, quando frustra mortem optauerunt
Num. 14. sibi, nulla existente causa, cùm nihil noceret eis. Dixerunt enim: Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non introducat nos Dominus in terram istam, & non cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducãtur captiui. Tunc cupierunt mori, vt sonabat lingua præ nimio rancore & amaritudine impatientis animi, fiet illis succrescentibus peccatis, vt pro re optent mori, & fugiet mors ab eis, præceptum seruantibus locustis, vt non occidant, sed crucient eos mensibus quinque. *Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium.)* Quid magis dissimile secundum rem vel naturam, quàm equi & locustæ? Quid tam impar & inæquale? Ergo aut locustæ in equorum magnitudinem creuerunt, aut quod mirabilius est, isti homines ita minuti sunt, vt locustæ, comparatione ipsorum, magnitudinem habere viderentur equorum. Nimirũ hoc quod posterius dixi factum esse constat iudicio Dei, non decremento vel diminutione corporũ, sed defectu animarum. Qui enim pro vita contemptibili locustę erant in oculis Domini, locustæ vt erant permanserunt, scilicet, lasciuientes Chananæorum populi: qui autem homines esse debuerant, imminuti sunt meritò, & quodammodo locustæ locustarum effecti timentes eos, quibus debuerant esse timori. Reddebat enim illis vicẽ iustus iudex, quia videlicet filij erant patrũ detractorum & murmuratorum, eorum peccata sequentes, qui detraxerant eidem terræ dicentes: Populus quem aspeximus proceræ *Num. 13.* staturæ est. Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enach, de genere gygantum, quibus cõparati, quasi locustę videbamur. Er-
Num. 14. go quasi prosecutione, tũc illis dixit Deus: Sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis, in solitudine hac iacebunt cadauera vestra, tali nihilominus posteris eorum hæc aquila volans, & væ pronuncians pene loquitur & dicit: Sicut locuti estis, sic fiet vobis. Locustæ illæ comparatione vestri similes erunt equis, vos comparati illis locustæ videbimini. Item: Sicut locuti estis, vtinam mortui essemus, vtinam pereamus, sic fiet vobis. Quæretis mortem, & non inuenietis: cupietis mori, & mors fugiet à vobis. Sed nec illud vacat, quod cùm dixisset, similes equis: addidit, paratis in prælium. Videlicet magnam exprimit illarum confidentiam locustarum, magnam vim animorum hostiliũ, vt vltrò veniant ad prælium, & eos armis quærant, quos prius fugerunt. Quod euenisse patenter historiæ referunt. *Et super capita eorum tanquam coronæ similes auro.)* Reges vel principes gentium illarum qui per capita rectè intelliguntur, tanquã coronati, & non verè coronati victorijs fuerunt, quia videlicet non sua virtute illi vicerunt, sed pro peccatis suis isti homines victi sunt. Ipsæ quoque coronæ non veraciter aureæ, sed similes auro dicuntur, quia nimirum falsum erat quicquid de victoria tanquam sapientes & fortes gloriabantur. Non enim virtutis eorum aurum erat quòd præualebant, sed diuinæ dispensationis examen, quo Israel exercebatur ad suimet experientiam. Nam & hoc prænonstrat scriptura: Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israe-
Iudic. 3. lem, & omnes qui nouerãt bella Chananęorum, & postea discerent filij eorũ certare cũ hostibus, & habere cõsuetudinẽ pręliandi. *Et facies earũ sicut facies hominũ. Et habebant capillos sicut capillos mulierũ, & dentes eor sicut leonum erant, et habebãt loricas, sicut loricas ferreas.* (Cuncta hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

cta hęc in diminutionem filiorum Israel accipi possunt, quasdam quasi magnitudines illarum efferendo locustarum, vt, sicut iam dictum est, ipsi potius comparati illis, quasi locustæ viderẽtur. Distinctè tamen in facie humana simulatio rationis: in capillis mulierũ fluxi & effœminati mores: in dẽtibus leonum, qui & laniare, & naturalem solent afferre putorem, mentis ferocitas: in loricis ferreis, omnis armatura bellica rectè intelligitur: quæ tanta illis erat, vt falcatis quoq; curribus abundarent. Nam & hoc de rege Chanaan scriptũ est, quia nongentos habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppresit eos. *Et vox alarum earum, sicut vox equorum currentium in bellum.*) Vox alarum, exaltatio est superbiæ locustarum talium, quam & audiuimus vocem, exempli gratia, in primo lib. Regum sibimetipsis dicentium: Cõfortamini, & estote viri Philistijm, ne seruiatis Hebræis, sicut illi seruierunt vobis, confortamini, & bellate. Nempe hoc dicere, confortamini, & bellate, vox erat quasi currentium equorum multorum currentium in bellum. *Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum. Potestas eorum nocere hominibus mensibus quinque.*) Hoc iam tertiò locustæ illæ, scilicet hostis Israel scorpionibus similes demõstrati sunt, id est, facie velut innocui, sed in posterioribus venena seruantes. Cur hoc? Videlicet quia tertio legũtur filij Israel decepti fuisse per gentium illarũ mulieres, quatenus offenso Deo, in conspectu hostium caderent, velut arma sua non habẽtes. Primò vbi scriptum est, quod supra meminimus, quia vocauerunt eos filij Moab ad sacrificia sua. Et fornicatus est, inquit scriptura, populus cũ filiabus Moab, & adorauerunt deos earum, initiatusque est Israel Beelphegor. Secundò, vbi post mortem Iosue scriptum est: Itaque filij Israel habitauerũt in medio Chananæi, & Ethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Euęi, & Iebusęi, & duxerunt vxores filias eorum, &c. Tertiò vbi de Salomone scriptum est, quia amauit mulieres alienigenas multas, filiã quoq; Pharaonis, & Moabitidas, & Amonitidas, Idumæas, & Sydonias, & Cethæas, & deprauatum est per mulieres cor eius, & iratus est Dominus. Et primò quidẽ grauis fuit ira Domini dicentis: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, & occidat, inquit, vnusquisq; proximos suos qui initiati sunt Beelphegor. Secundò autem grauior, quia tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum, qui oderunt eos. Tertiò verò grauissima, quia scissa est gens vna, & vnum regnum in duo regna, & ipsa schismata irreperabilia sunt, hostibus postmodum data. Venit enim rex Assyriorum, & transtulit Israel in Assyrios, collocauitq; eos in Hala, & in Habor fluuios Gozam, in ciuitatibus Medorũ. Verùm illa translatio Israel in Assyrios, sicut & traductio Iudæ in Babylonẽ, ad cantũ pertinet tubæ sexti angeli, de quo postmodum dicendum est. Sequitur ergo repetens quod iam dixerat: *Potestas eorum nocere hominibus mensibus quinque.*) id est, seruituti eos subijcere per vices quinque. *Et habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollion, & Latinè habet nomen Exterminans.*) Angelus iste abyssi, manifestè cõtrarius est angelo magni consilij, rex contrarius regi, rex filiorum superbiæ aduersus vel oppositus regi filiorũ sapientiæ. Nam & scriptura nominis huius, & scriptura nominis illius Hebraicè, Græcè, & Latinè depositа, illum malum, istum bonum gentibus omnibus agnoscendum prædicat. Hebraicè namque, Græcè, & Latinè scimus scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Ille Hebraicè Iesus, Græcè Soter, Latinè Saluator. Hic autem vt nunc in præsenti habemus, Hebraicè Abaddon, Græcè Apollion, Latinè exterminator. Agnoscendus, inquã, erat iste Exterminator illis, quibus agnitus ille Saluator, vt dum scitur, quã nouus iste Exterminator, melius sciatur, quàm verè, quãrectè is, qui ab isto saluat, vocetur Saluator. Porrò nomen Exterminatoris prius authoritas diuina in veteri scriptura penè expresit, cùm dicit: Transibit enim Dominus percutiens Aegyptios: cumque viderit sanguinẽ in superliminari, & in vtroq; poste, transcendet ostium, & non sinet percussorem ingredi domos vestras, & lædere. Vnus idemque angelus rex abyssi, Exterminator siue percussor, & illic non nisi in domibus, quæ sanguinem non habebant in superliminari & vtroque poste, permissus est quenquam lædere, & hic præceptum habet cum suis locustis, non nisi tantum homines qui non habent signũ Dei in frontibus suis, cruciare. *Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ. Et sextus angelus tuba cecinit, & audiui vocem vnam ex cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto angelo qui habebat tubam: Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Eufrate.*) Sextus angelus tuba diu cecinerat, quando super Hierusalem & Iudã Dominus locutus est: Ecce ego adduco mala super locum istum, & super habitatores eius, cunctaque maledicta, quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda, qui dereliquerũt me, & sacrificauerunt dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. Quid enim iniquitatis, quid clamoris, de gente illa, de regibus, principibus, & sacerdotibus gentis illius, vn de iu-

Iudic. 4. *1. Reg. 4.* *Num. 23.* *Iudic. 3.* *3. Reg. 11.* *Num. 23.* *Psal. 105.* *3. Reg. 12.* *4. Reg. 7.* *Ioann. 9.* *Exodi. 12.* *2. Par. 34.*

de iudicium & iustitiam expectauerat Dominus, non audierat? Prophetas eius occiderant, altaria eius suffoderãt, & sanguine innocentium impleuerant Hierusalem, vsque ad os. Sculptile quoque & cõflatile signum posuerant in domo Domini. De qua loquutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonẽ filium eius, dicens: In domo hac & in Hierusalem, quam elegi de cũctis tribubus Israel, ponã nomẽ meum in sempiternũ. Nimirum propter peccata eiusmodi adduxit super eos Dominus regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij. Non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidẽ, sed omnes tradidit manibus eius, & incẽderunt hostes domum Domini, destruxerunt murum Hierusalem, vniuersas turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. Si quis euaserat gladium ductus in Babylonem seruiuit regi, & filijs eius. Post hoc secundum sustinuerunt, licet mitius sibi, regnum Persarum, deinde iugum tertij regni Græcorum, propter perseuerantium multitudinem peccatorum. Sub quarto tãdem regno Romanorum impleuerunt mẽsuram patrum suorum, occidendo Christum Dei filium, vt veniret super eos, vel super generationẽ illam omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram. Ait ergo: *Et audiui vocem vnã ex cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Domini, dicentem sexto angelo qui habebat tubam: Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Eufrate.*) Vox ista, quam audiuit, quatuor angelos soluere iubentis, permissio iudiciumque fuit malum, id est, afflictionem hominibus propter peccata ipsorum iustè creantis & adducentis, quemadmodum in Esaia dicit: Ego Dominus faciens pacem, & creans malum. Porrò altare hoc aureũ, ipsũ est, de quo supra habemus, quia venit angelus, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum in manu sua, &c. Et hoc altare iã superius fidẽ Christi fuisse diximus, fundatum in sanctorum patrum cordibus, ex quo primum ad Abrahã Deus locutus est, in semine tuo, inquiens, benedicentur omnes gentes. Quid igitur sunt cornua altaris, nisi patriarchæ & prophetæ, regesque & duces, siue iudices illius populi, principes eiusdem fidei, quam & cecinerũt scriptis, præsignauerunt factis mysticis? Et quidem vnum est cornu maximum huius altaris, de quo Psalmista: Constituite, inquit, diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris, id est, vacate à seruilibus operibus peccati, in multiplicitate virtutum intenti, vsque ad cognitionem diuinitatis Christi, sed nihilominus sic multa sunt cornua altaris, sicut multi participes eiusdem Christi, de quibus & alibi Psalmista dicit: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Quomodo ex huiusmodi cornibus altaris audita est vox dicentis, solue quatuor angelos? Prophetico modo, cõcessiuo modo: Nã & præsciẽtes prædixerũt, & consentientes diuinæ iustitiæ cõcesserũt, quatenus quatuor regna, quæ consurgere haberent, de terra soluerentur, id est, nullis obstaculis sanctorum angelorum, & præcipuè Michaelis principis cohiberentur, quin populum Iudæorum, cuius erat princeps, captiuarent, occiderent, in seruitutem redigerent, & in omnes gentes dispergerẽt. Exempli gratia: Hieremias in semetipso considerans peccata populi prophetas persequẽtis, & multos ex eis interficientis, ipsumque Christum interfecturi: Et tu, inquit, Domine exercituum probator iusti, qui vides renes eorum, videam quæso vltionem tuam, ex eis tibi enim reuelaui causam meã. Daniel eadem quatuor regna sub imaginibus quatuor bestiarum præuidẽs sic exprimit: Prima quasi leæna, hæc est regnum Babyloniorum. Sequens similis vrso, hæc est regnũ Persarum & Medorum. Tertia quasi pardus, hæc est regnum Græcorum. Quarta sine nomine, terribilis atque mirabilis, fortis nimis, hæc est regnum Romanorum. Pleriq; scriptores Persarum & Medorum regnum prætereuntes, siue cum regno Babyloniorum pro vno computãtes, Africanum, cuius caput Carthago extitit, tertio loco ponunt. Principio, inquiunt, fuit Babylonium, deinde Macedonicũ, post etiam Africanum, atque in fine Romanum, quod vsq; nunc manet. Ita fuerunt ineffabili ordinatione per quatuor mũdi cardines, quatuor regnorum principatus distinctis gradibus eminentes, vt Babylonium regnum ab oriente, Romanum ab occidente, à meridie Carthaginense, à septentrione Macedonicum. Verùm huiusmodi cõputatio ad sacram scripturam non pertinuit, in tali negotio, cùm de regnis ageret vel agere deberet, tantum his, quæ gentem Hebræorum propter peccata sibi permissam diuersis temporibus afflixerunt. Nam quod in Daniele de bestia, quæ similis erat vrso, & in parte stetit, & sic dicebant ei, surge comede carnes plurimas, notum est, quod regnum Persarũ & Medorum significauerit. Quodque dicitur in parte vna stetisse, idem est, ac si dicatur, regnũ illud aduersum Israel nihil crudele gessisse. Item quod dicebant ei, surge comede carnes plurimas, illud tempus significat, quando sub Assuero ad surgestionem Aman Agagitæ, vna die omnes Iudæi iussi sunt trucidari. Et pulchrè non ait deuorabit eos, sed sic dicebant ei, vt conatus tantum fuerit, & nequaquam rei sit exitus cõsecutus. Vt aũt pro regnis angeli scribe-

3. Reg. 19. *2. Par. 33.* *2. Par. 16.* *Mat. 23.* *Esa. 45.* *Sup. 8.* *Gen. 22.* *Psal. 117.* *Psal. 44.* *Hier. 11.* *Aliqui reguum Africanum pro tertio ponunt.* *Dan. 7.* *Dan. 7.* *Hester. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur, dicendo, solue quatuor angelos, illa causa est, quia angelis regna credita sunt, & in eodem propheta principes regnorum scribuntur. Ait enim Danieli angelus, qui venerat propter sermones eius. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus. Et ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Reistitit enim princeps, id est, angelus Persarum faciens pro credita sibi prouincia, ne captiuorum omnis populus dimitteretur. Resistente autem Persarũ angelo, venit mihi, inquit, in adiutorium is, qui præest populo Israel, videlicet princeps siue archangelus Michael. Postmodũ dicit: Et nunc reuertar, vt prælier aduersum principem Persarum. Cùm ergo egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Apparuit, id est, ingressus est in conspectu Dei, scilicet vt accusaret Persarum principem atq; Medorum, vt in locum eorum regnũ Macedonum succederet. Et reuera mira sacramenta Dei, laxato enim de captiuitate populo Iudæorum, Persarum regnum atq; Medorum, interfecto Dario, subuertit Alexander rex Macedonũ, & princeps Græcorum, vicit principem Persarum. Igitur quod ait angelo, qui habebat thuribulum, solue quatuor angelos qui alligati sunt, idẽ est ac si dicat, omnia cornua altaris, id est, sancti patres, sancti principes vel prophetę illius gentis, quondam Deum verum secundum fidem paternam colentes. Ne resistas quatuor regnis, ne offeras incensa orationũ contra illa pro Iudæis, ne impedias orando quin veniant & præualeant contra eos, & adducant captiuos. Alligati fuisse dicuntur in flumine magno Eufrate, id est, hactenus non permisi terminos Israel introire. Nam flumen Eufrates, rectè ponitur pro cunctis terminis Israel, idcircò videlicet, quia secũdum authoritatem scripturæ, hic fluuius vnus de terminis illius est. Sic enim ad eos à Domino dictum est: A deserto & Libano vsq; ad flumen magnum Eufraten, erit terminus vester. Quando ergo primũ transierunt Assyrij siue Chaldæi flumen magnum Eufraten, & ab ipsis transductus est in captiuitatem populus Israel siue Iuda, tunc angeli isti soluebantur. ne alligati tenerentur in illo magno flumine Eufrate. Loquente tunc temporis Domino ad Hieremiam: Vade & posside tibi lumbare siue cinctorium lineum, & pones illud super lumbos tuos. Ac deinceps: Tolle, inquit, lũbare siue cinctorium quod possedisti, quod est circa lũbos tuos, & surgens vade ad Eufraten, & absconde illud in foramine petræ. Et abijt Hieremias, & fecit sic. Et post dies plurimos dixit iterũ Dominus: Surge, vade ad Eufraten, & tolle inde lumbare q̃ præcepi tibi vt abscõderes ibi. Et abij, inquit, ad Eufraten & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi abscõderã illud, & ecce computruerat, ita vt nullo vsui aptum esset. Et factum est verbũ Domini ad me dicens: Sic computrescere faciã superbiam Iuda, & superbiam Hierusalem multam, & populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic adglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, &c. Denique lumbare siue cinctorium, quod Dei renibus iungebatur, populus Israel erat, qui in lini similitudinẽ assumptus de terra, & illotus, nec mollitudinem habuit, nec candorem, & tamen per illius misericordiam adhæsit Deo. Cumq; peccasset (ratiõale quippe est huiuscemodi linum atque lumbare) ductus est trans Eufraten, & in Assyrios, & ibi absconditus est, hoc est in multitudine magnarum & innumerabilium gentium quodammodo absorptus & nihil reputatus. Post longum autem tempus ipse propheta in typum Dei populum liberat de captiuitate, qui nihil ominus & post reditũ præcepta Dei non fecit, sed secutus deos alienos, ad extremum & manus in Dei filium misit, & sic æterna perditione contabuit, quomodo lumbare illud computruit & nulli erat aptum vsui. Hæc idcircò de propheta præsenti loco sumpta sunt, vt non dubium vel ignotum sit, quomodo vel in quo angeli illi in flumine magno Eufrate alligati fuerint. Videlicet quam diu lumbare illud Dei renibus adhæsit, eodem lumbari siue cinctorio tenebantur astricti: quando autem iubẽte Domino Hieremias illud in Eufrate abscondit, illi sunt soluti, quod est dicere: Quandiu populus Israel siue Iuda legem Dei sui custodiuit, regna illa non lacerauerunt eos, neque captiuauerunt eos Assyrij siue Chaldæi: quando autẽ deos alienos coluerunt & seruierunt Baal, imò & prophetas occiderunt, illi permittente Deo transierunt Eufraten, & traduxerũt eos in captiuitatem. Quis enim sapiens, absque Dei ordinatione putet illud accidisse, siue ab alio, quàm à Deo angelos eiusmodi solutos fuisse? Denique omnem potestatẽ à Deo esse, omnemq; ordinationem, & qui non legerunt sentiũt, & qui legerunt agnoscunt. Quod si potestates à Deo sunt, testante quoque Apostolo cùm dicit: Nõ est enim potestas nisi à Deo: quanto magis regna, à quibus reliquæ potestates progrediuntur? Si autem regna diuersa, quãto magis regnũ aliquod maximum, cui reliquorum regnorum potestas vniuersa subijcitur, qualia ni mirum ista fuêre, vnumquodque suo tempore. Sequitur ergo. *Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati sunt in horam, & diem, & mensem, & annum,*

Dan. 10.

Iosue. 1.

Hier. 13.

Lumbare illud, erãt filij Israel.

3. Reg. 13.

Rom. 13.

& annum, vt occiderent tertiam partem hominum.) Quis dinumerare posset occisiões siue stranges hominum, quas regna illa per totũ mundum surgendo & cadendo fecerunt? Quare autem hoc fieri est permissum, nisi propter peccata hominum? Peccatores enim & impij erant, omnesque in maligno positi, ad nil aliud nisi occidi vel occidere parati & intenti. Rectè ergo dicuntur tertia pars hominũ, id est, omnes reprobi, qualis fuit Cham tertius post diluuium pater hominũ. Sed ad ea magis respiciendum est, quæ ad præsens pertinent negotium, videlicet quæ in gentem Iudæorum mala fecerunt, Deo iudice, propter peccata ipsorum. Qui parati sunt, inquit, in horã, & diem, & mensem, & annũ. Cũ hac distinctione quadripartita rememorandum est id, quod supra dixit in cantu tubæ quinti angeli. Et dictum est illis, inquit, ne occiderent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque. Cruciatus illos mensium quinque, monstrauimus fuisse seruitutes quinque, quibus seruierunt. Primò videlicet regi Mesopotamiæ, secundò regi Moab, tertiò Chanaan, quartò Madian, quintò Philistijm. Hoc ergo rememorantes, sicut per menses seruitutes illas, sic per horam, & diem, & mensem, & annum, captiuitates siue seruitutes intelligimus quas perpessi sunt, sub istorum dominatione regnorum, ita distãtes diuturnitate, vel quantitate temporum, sicut palam est diuersarum esse quãtitatum horam, & diem, & mensem, & annum. Videlicet per horam illos intelligimus septuaginta annos, qui à transmigratione Babylonis vsque ad annũ primum Darij filij Assueri de semine Medorum computantur, qui subuertit regnũ Chaldæorum. Per diem ducentos & triginta annos regni Persarum, scilicet vsque ad initium regni Macedonum. Per mensem trecentos annos regni Macedonum, videlicet, vsque ad imperium Romanorum. Per annum Romani imperij diuturnitatẽ, sub quo Iudæi non vtcunq; captiui, sicut prius, sed miserabiliter comminuti atque concul cati, & qui mortibus superfuerunt, venditi in omnes gentes dispersi sunt, & quasi toto anno, id est, vsque ad finem seculi sic dispersi permanebũt. Quomodo vel ad quid tali hora, tali die, tali mense, & tali anno parati fuerunt? videlicet ad rapiendam permissionem siue oportunitatem malè agendi, sicut serui nequam parati steterunt, & sicut flagella Dei in malum suũ pro huiusmodi apparatu seruorum malorum Dominus Deus Assur virgam & furoris sui baculum, ipsumque Nabuchodonosor, qui ad captiuandum Iudæos primus affuit, primusque seruiuit, vocat seruum suum: Væ, inquit, Assur: Virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Item: Ecce ego mittam & assumam omnes cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabucho donosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam & super habitatores eius. Quid mercedis pro hoc seruitio acceperit, postmodum claret dicente ipso, cui seruierat, Deo: Cumque impleti fuerint anni septuaginta, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, &c. De cæteris quoque regnis idem sentiendum, quia singula post concessa mali seruitij tẽpora, mala sibi præmia receperunt. Notandum & hic, quia Iudæos reputat in genere Cham, qui vel cuius genus, vt sæpè dictum est, post diluuium legitur esse tertia pars hominum, quia non nisi tres filij Noe fuerunt, qui cum illo arcam egressi sunt. Quomodo Iudæos in illo reputat? videlicet dicendo, vt occiderent tertiam partem hominum. Et rectè: Nam sub eodem tempore, quo sic occidi & captiuari merebantur, propheta quasi rationem reddens, cur ita futurum esset, hoc genti illi improperabat: Pater tuus Amorrhæus & mater tua Cethęa. Et cui dubiũ, quia Cethæus & Amorrhæus nõ de Sem, sed de semine Cham pullulauerũt? Sequitur. *Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia audiui numerum eorũ.*) Non absre numerus equestris exercitus scribitur, quia videlicet in equis & equitibus superbia regnorum illorum plurimum gloriabatur. Vnde contra Ezechiam clamante Rabsace, rex magnus rex Assyriorum dicit nimium gloriabũdus: Sed nunc trade te Domino meo regi Assyriorũ, & dabo tibi duo millia equorũ, nec poteris ex te præber e ascensores eorum. Porrò q̃ dicit, vicies millies dena millia, idem est ac si diceret, ecuerso decies millies viginti millia, quæ sunt ducenties mille millia. Idem, inquam, est in quãtitate, sed non mysterij ratione. Omnino aliud intelligete licet, per hoc quod sic dixit, vicies millies dena millia, quã si dixisset, decies millies viginti millia.

Vt clarius atque intelligibilius fiat quod nunc dicere cupimus, prius de natura multiplicitatis numerorum pauca dicamus. Vnitas, id est, character, qui, sicut Abacistę melius norunt, in primo limite, qui & singularis dicitur, vnum significat, transpositus vltra in quintum limitem decem millia designat. Item binarius, id est, character, qui in iã dicto singulari limite duos significat, trãslatus ad eundẽ, id est, quintũ limitẽ, qui decenus millenus dicitur, viginti millia designat. Sunt itaque in vno eodemque deceno limite, & vnitas multiplicãda, & binarius multiplicator, vnitas videlicet decies millena, & binarius nihilominus vicies millenus.

Hier. 15.

Ibidem.

Esa. 37.

Esa. 10.

Lumbare illud, erãt filij Israel.

Per horã, diem, mẽsem, & annum, designantur quatuor captiuitates Iudæorum.

Ezec. 17.

Gen. 8.

Quomodo Iudæi dicantur de genere Cham.

Mysteriũ numerorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

millenus. Nonnihil mysterij in hoc subesse arbitramur, quod in ista quantitate equestris exercitus, in vno eodemque limite cubant vnitas & binarius, & quod non vnitas binarium multiplicat secundum hunc modum, vt diceretur, & decies millies viginti millia audiui numerum eorum, sed econtra binarius vnitatem, dicēdo: Et vicies millies dena millia audiui numerum eorum. Quid enim vnitas decena millena, nisi gentem Hebræam vnius Dei cultricem significat? Quid porrò binarius decenus millenus (qui interdū infamis est) in scriptura sacra, vt illic de immundis verò bina & bina ingredientur in arcam? Igitur vnitas in eodē limite cū binario cubat, quia videlicet gens Israelitica, quæ vnius Dei populus esse debuerat, in terra gentium immundarum & abominabilia facientium collocata est. Illic profectò non gens Israelitica gentes immundas & idololatras ad mundam vitam vniusq; Dei cultum conuertit, sed econtra gentes immundæ & idololatræ, gentem illam ad immunda & abominabilia peruerterunt. Nam hoc est, q̄ Esdras & Neemias, cæteriq; qui cū eis erant, timentes Dominū reuersi de Babylone deplorant, dicentes: Quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsq; ad cælum. Et post aliqua: Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro maximo, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutē sicut est hodie, vt nō conuerteremur, & irrita faceremus mādata tua. neq; matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum, &c. Amplius autē cùm sub regno Græcorum essent, non ipsi Græcos ad veri & vnius Dei cultum conuerterunt, sed ecō tra Græci illos in leges Deo vero aduersas peruerterunt. Nam hoc est quod in libro Machabæorum Mathathias cum filijs suis scissis vestibus plangit, dicens: Væ mihi, vel quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cùm datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorū facta sunt, templum eius sicut homo ignobilis, &c. Multi enim ex Israel consenserāt relinquere legem Dei, & sacrificabant idolis. Itaque rectè non vnitas binarium, sed binarius vnitatē multiplicat, & quod inde excrescit, ité binarius est, fiunt enim ducenties mille mil lia. Siquidem per binarium multiplicata vnitas binarius fit hoc modo, bis vnū, duo & quia vnitas decies millena, & binarius decies millenus est, ipse binarius, qui inde excrescit, in quinto ab eo, qui multiplicatur limite ponitur, & sicut iam dictum est, ducēties mille millia sunt, ibiq; binarius tā multiplex immundam Israelis & gentium permixtionem significat. Sequitur. *Et vidi equos in visione, & qui sedebant super eos habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore ipsorū procedit ignis, & fumus, et sulphur. Ab ijs tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & fumo, & sulphure, qui procedebat ex ore ipsorum.*) Numerum quidem non definiendo, sed mysterium eius significando præscripserat, dicēs: Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia audiui numerum eorum. Nunc demum & equorum & equitum subscribit dicendo, & ita vidi equos, & qui sedebant super eos, Assyrij siue Chaldæi, Persæ, & Macedones, atque Romani, cū fuerint vel sint natura homines, equos ascēdentes, & in equis gloriantes, nihilominus tamen pro quadam similitudine dicuntur & fuerunt equi, imò & asini, iuxta illud propheticum: Carnes asinorum carnes eorum, & fluxus equorum, fluxus eorum. Quorum vel qualium equitum fuerunt isti equi vel qui sedebant super eos, nisi agitatores superborum atque luxuriosorū spiritus maligni? Isti sedebant super eos, isti agitabāt eos, & cùm salirent in curribus & in equis, currus & equi erant diaboli. Habentes, inquit, loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas. Spiritus nanque maligni, quorum cordibus prēsident, eorū sunt pœnis amicti, imò & quales efficiant eos, quibus insident, tales in præsenti visione apparent. Quales autem efficiunt, nisi cupidos, superbos, libidinosos? Quid verò per ignem nisi cupiditas? Quid per hyacinthum, qui color cæli faciem imitari dicitur, nisi superbiā? Quid per sulphur fœtidum, nisi libidinem, maximeque eam, quæ est contra naturam intelligimus? Tales nimirum regnorum illorū gentes fuerunt, cupiditate ardentes, superbia tumentes, libidine fœtentes. Benè ergo postquam de equitibus dixit, eadem ferè de equis subiunxit: & de ore, inquiens, ipsorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Solummodò hyacinthinarum appositionem loricarum commutauit, pro illo colore superbiam significante ponens fumum, per q̄ nihilominus supebia significari solet, iuxta illud Psalmistæ: Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Igitur equitibus de quib dixerat, habētes loricas igneas & hyacinthinas & sulphureas, equos suppares fuisse testatur, cū dicit, & de ore ipsorū, procedit ignis, & fumus, & sulphur. Similes enim sunt homines eiusmodi malignis spiritib. incessoribus atq; habitatorib. suis, licet dæmones in hoc minus habeant, vt nō actu, sed tantum voluntate libidinosi sint, quippe qui sine carnibus sunt. Et quis hæc ignoret,

Ibidem.

Iudæi sub Græcis idololatræ.

1. Esdr. 9.

1. Mac. 2.

Esa. 7.

Ezec. 23.

Quid desit quatuor plicis loricæ.

Psal. 36.

Cupiditas quatuor regnorum

ignoret, quod illi inimici Domini, cupidi, superbi fuerint & libidinosi. Nam de igne cupiditatis eorum quippiam prædicare ex abundanti est. Palam quippe est, quia ignis eorum eiusmodi totum mundum conflagrauit, regnumque aduersus regnum concitando, nullam orbi terrarum requiē vel refrigerium concesit.

Iudith. 3.

Porrò de fumigante illorum superbia, illud pro argumento satis est, quod reges eorum homines mortales deos se haberi voluerunt, vt exempli gratia: Nabuchodonosor, qui præceperat Holoferni quatenus omnes deos terræ exterminaret, vt ipse solus diceretur Deus, ab ijs nationibus, quæ possent eius potentia subiugari. Item in regno Persarum Aman superbissimus indignans, quòd à Mardochæo nō adoraretur,

Hester. 3.

pro causa hac omnem Iudæorum nationem qui erant in regno Assueri perdere conatus est. In regno Græcorum Antiochus illustris

1. Mac. 1.

ascendens Hierosolymam in multitudine graui, intrauit in sanctificationem cum superbia, & locutus est superbia magna, exi-

2. Mac. 5.

stimans præsuperbia terram ad nauigandū, pelagus verò ad iter agendum deducturū, propter mentis elationē. In regno Romano

Horat. in epist. 1. lib.

rū elati imperatores, etiam dum ad viuerēt pro dijs honorari voluerunt. Vnde Octauiano Augusto Flaccus adulās, inter cætera dicit: Præsenti tibi maturos largimur honores, Iurandasque tuum per nomen ponimus aras. Itemque Virgilius de eodem: O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. Nanque erit ille mihi semper Deus, illius aram, Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Virgilius in Buco.

Quid tandem de libidinibus regnorum eorundem multis opus est? Nam vt de diuinarum testimonijs taceam scripturarum, quale illud est Apostoli: Tradidit illos Deus

Rom. 1.

in reprobum sensum. Quid turpe de illis non cantant satyræ Græcorum & Latinorū? Præter hæc vnum quid interposuit, quod maximè ferocitatem siue crudelitatem designat huiusmodi equorū. *Et capita, inquiēs, equorum erant tanquam capita leonum.*) Hoc ita

Dan. 7.

perspicuum est, vt in Daniele primum regnorum illorum, scilicet Babylonium, significatum sit per leænam. Prima, inquit, bestia quasi leæna, & alas habebat quasi aquilæ. Sic enim regnum illud propter sæuitiam & crudelitatē figuratum est, siue propter luxuriam, & vitam libidini seruientē, non leo, sed leæna appellatur. Aiunt enim hi, qui de bestiarum scripsēre naturis, leænas esse ferociores, maximè si catulos nutriant, & semper gestire ad coitum. Quod autem habeat alas aquilæ, superbiam regni significat potentissimi. Quæres, quare ab huiusmodi equis vel equitibus homines, id est, Israeliticum populum occidi permisit Deus? (Sequitur, & dicit. *Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, & fumo, & sulphure, qua procedebat ex ore ipsorum.*) Ab ijs tribus plagis, id est, propter istas tres plagas, quomodo & in Psalmo: A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ, id est, propter vocem diaboli dicentis: Comedite, & eritis sicut dij, quæ materia principium que fuit gemitus mei, contabui & factus sum mortalis. Et propter illam vocem creditā, quemadmodum in tabescente corpore adhæret os carni, ita in me rationalitas consentit sensualitati. Item: Quia cinerem tanquā panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam, à facie iræ & indignationis tuæ, id est, propter faciem siue præsentiam iræ indignationis tuę. Itaque ab ijs tribus plagis, id est, propter istas tres plagas occisa est tertia pars hominum de igne, & fumo, & sulphure, id est, prōpter ignem, & fumum, & sulphurem, quæ peccata fuisse iam diximus gentium siue regnorum illorum, videlicet, concupiscentiam, superbiam, libidinemque Sodomiticam. Eadem enim & ipsi fecerunt, & eorum similes in culpa fuerunt, quibus ad pœnam traditi sunt. Hoc nobis scripturarum testimonijs comprobare ex abundāti est, sicut fuit Apostolo, vbi commemoratis sceleribus gentilium, conuertitur ad Iudæum reprehendētem & iudicantem eos, qui ex gentibus crediderant, dicitque ad eum: Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: Eadem enim agis, quæ iudicas. Iustè igitur occisa est hæc pars hominum, scilicet gens Hebraica, quia tribus istis peccati plagis coram Deo consauciata fuerat. Inde & dicitur tertia pars hominū, id est, reputatur in parte Chā, qui vnus de tribus filijs Noe peccator fuit, & maledict⁹ esse meruit. Processisse autem dicuntur hæ plagæ ex ore equorum, quia videlicet vt talia facerent Iudæi, ex collocutione & consortio gentium contraxerunt. Exempli gratia, Iason frater Oniæ (vt in libro Machabæorum legitur) Antiochi fauens scelestis imperijs, legitima ciuium iura destituens, praua instituta sancibat. Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosq; Ephœborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam & profectus gentilis & alienigenæ conuersationis, propter impij & nō sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus, ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia diditi essent, sed contempto templo & sacrificijs neglectis, festinarent participes fieri palestrę & præbitionis eius iniustę, & in exercitijs disci, & patrij quidem honoris nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur.

Tres plagæ Psal. 101.

Gen. 3.

Psal. 101.

2. Mac. 4. Scelera Iasonis Iudæi

Universidad de Deusto
Biblioteca

trabantur. Quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia ijs consimiles esse cupiebãt, quos hostes & peremptores habuerant. Ita & igne perusti, & fumo elati siue obscurati, & sulphure corrupti sunt, quæ de ore procedebant ciusmodi equorum, & idcircò ab illis occisi atque captiuati sunt Deo iudice, Deo potestatem illis equis iustè tradente, vt quorum gloriolas & libidines sectabantur, eorum gladijs occiderentur. De qua potestate illis tradita protinus sequitur. *Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum.*) Et est sensus, Idcircò nanque potestatẽ in eos Deo dante acceperunt, quia illi ad ora illorum accesserunt suscipiẽdo errores eorum. Et caudis eorum adhæserunt, id est, prophetis siue ariolis & Magis eorum consenserunt. Nam propheta docens mendacium, ait Esaias, ipse cauda est, *Esa. 9.* videlicet, quia quodammodo protegit sterc ora, dum ipsum quod loquitur mendaciũ quanta potest veri similitudine perornat. Et eiusmodi caudas equorum, id est, prophetas tales siue ariolos gentilium Israelẽ habuisse, permulta sunt exempla siue testi- *3. Reg. 18.* monia scripturarum, quippe cùm vnus Helias de talibus quadringentos quinquaginta viros occiderit omnes prophetas Baal. Igitur potestas equorum in ore ipsorum, & in caudis eorum, id est, potestatem quã habuerunt in populum Dei, regna illa, malæ collocutiões & pseudoprophetatę, incantatores, Magi, & arioli siue aruspices eundem populũ seducendo illis adquisierunt, qualibus maximè Babylonij & Persæ abundauerunt. Et quasi quæreres vnde de caudis vt talem potestatem fecerint, cõtinuò subiungit. *Nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita, & in illis nocent.*) Similes sunt serpentibus, id est, imitantur malignos spiritus sunt que pleni spiritu mendacij, qui per serpentem primum hominem decepit, habent capita & in ijs nocent, id est, principibus & potentibus, regibus & imperatoribus adhærent, & eorum patrocinio fulti, quos seducere non valent, premere prævalent, vt ipsorum vel inuiti sequantur errorem. Nam exempli gratia, in ipso Israel prophetarum Baal Iezabel caput erat, & pro tali capite sic fortes erant, vt contradicere illis nemo ausus fuerit, nisi solus Helias, licet præter eũ *Ibidem.* reliqui essent septem millia virorum, qui non curuauerunt genu ante Baal. Eodem modo reges Babyloniorum & Persarum, *Ibidem. 19* cæterorumque regnorum, Magis & aruspicibus suis capita fuerunt, vt ipsorum vi siue gladio perficerent, quod ore suo loquendo siue suadendo de populo verum Deum colente facere non possent. *Et cæteri homines qui non sunt occisi plagis, neque pœnitentiam egerut de operibus manuum suarum, vt non adorarent dæmonia & simulacra aurea, & argentea, &ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt neque audire, neque ambulare, & nõ egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis, neque à veneficijs suis, neq, à fornicatione sua, neque à furtis suis.*) Certũ est quia non omnes homines illos, homines Israelitas siue Iudæos illorum regnorũ reges occiderunt. Nam & nouissimo illorum, scilicet Romano imperio, quod quasi bestia terribilis atque mirabilis cuncta comedit atq; comminuit, aliquĩ superfuerunt qui captiui ducerentur in omnes gentes. Itẽque certum est, quia sic captiui & dispersi pœnitẽtiam non egerunt ab homicidijs & cæteris peccatis suis, nam vsque hodie Christo rebelles existunt, & Christum blasphemant, quem patres eorum occiderunt. Quid igitur erit illis? Quid subaudiendum est in dictione huiusmodi? Fecit enim eclypsin, id est, defectum sermonis, dicendo, & cæteri homines qui non sunt occisi his plagis, &c. Quid ergo erit? Nunquid erunt impuniti? Non vtique, sed subaudiendum est, quia ipsi bibent de phyalis plenis iracundia Dei *Infr. 16.* viuentis. De quibus suo loco plenius dicendum erit, vt non prosit eis quod corporaliter non fuerunt occisi, cùm in ęterna morte animæ sint detinendi tanto profundius, quãto in peccatis suis permanẽt pertinacius, qui tot plagis vel mortib. attriti, non sunt ad percutientem se reuersi.

QVINTI LIBRI FINIS.

Ruper-

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER SEXTVS.

Septima tuba est nouissima iudicij.

DE septem tubis, vna supererit tuba nouissima, postquam tuba eiusmodi nulla canitura est. Sex enim tubæ cecinerunt, & cùm tantũ septem datæ fuerint, totidem angelis, singulæ singulis, profectò septima quæ superest, no- *1. Cor. 15.* uissima est, quam & Apostolus non ignorans Corinthijs dicit: Omnes quidem resurgemus, sed non immutabimur. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Item *1. Thes. 4.* ad Thessalonicenses: Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. Hoc idem, videlicet quod hæc tuba septima nouissima sit, iurans hic protinus fortis angelus astruit dicendo, quia tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos pphetas. Hic timor, & tremor & valdè terribilis expectatio est. Non enim hæc tuba cæteris consimilis existimanda est, alius fragor, alia tempestas, quàm in cæteris cantibus tubarum, in illius tubæ clangore comparebit. Nam & propheta circa eius descriptionẽ valdè laborat cùm dicit: Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubę & clangoris. Sed quid multis nitimur argumentis? Etenim pro argumento magnitudinis tubæ illius vel solum illud sufficit, quod filius Dei suo illam aduentu præuenire curauit, & declamare nobis sua voce quòd illa talis tuba canitura sit, vt non simus imparati. Nam & hoc quod sequitur. *Et vidi alium angelum fortem descendentem de cælo amictũ nubæ, & iris erat in capite eius.*) Et subinde: Et angelus quem vidi leuauit manũ suam in cælum, & iurauit per viuentem in secula seculorum: qui creauit cælum & ea quę in eo sunt, & terram & ea quę in ea sunt, & mare & ea quæ in illo sunt, quia tempus amplius nó erit, sed in diebus vocis septimi angeli, cũ cœperit tuba canere, cõsummabit mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Quis enim ille est angelus alius, nisi angelus magni consilij, angelus testamenti Dei sæpe dictus & sæpe dicendus, verè alius, & longè dissimilis angelis omnibus. Hunc angelum fortem dicit, nam verè est fortis. imò & princeps fortitudinis. Hinc & Psalmista: Dominus, inquit, fortis & potens, Dominus potens in prælio. Proinde & angelus ille qui hunc venientem prænunciauit, Gabriel dicitur, id est, fortitudo Dei. De cælo, inquit, vidi illum descendentem. De cælo, inquam, videlicet vbi erat prius. Nam quo descendit de cælo, nisi in vterum virginis? Non enim de illo virginis vtero initium habuit existendi, sicut quidam dixerunt blasphemantes hæretici, quorũ primus Cherintus fuit, sed in illum vterum de cælo descendit, de sinu patris aduenit. Et qui Deus erat homo factus est: quodque erat verbum in principio, caro factum est, non mutata in carnem diuinitate, sed assumpta carne. Hoc est quod dicit, amictum nubæ. Nubes enim & hic in plerisque scripturarum locis mysticis carnem illam significat, pulchra nimirum & congrua considerata similitudine: quia videlicet sicut sol, cum nubæ tegitur & latet, & tamen scitur quia præsens est dum suum orbem non ostendit, & tamen orbi vniuerso diẽ facit: sic in illa carne Deo & latuit, & præsens dinosci potuit, dum diuinitatem suam, vt semper erat, inuisibilem continuit, & tamen per opera visibilia mundum vniuersum illuminauit. Et iris, inquit, in capite eius. Iris, id est, arcus cælestis, misericordiam designat eiusdem fortissimi: est enim signum vel pro signo datus propitiationis, dicente Domino ad Noe: Nequaquam interficietur omnis caro vltra aquis diluuij. Ac deinceps: Hoc signũ fœderis inter me & vos: Arcum meũ ponã in nubibus, & erit signũ inter me & inter terrã. Igitur iris in capite eius, id est, misericordia in summa & principali intentione aduentus eius. Idcircò nanque sic nubæ carnis amictus aduenit, vt præpararet nos talesque efficeret, qui possimus stare in illa die iudicij, cũ tuba illa nouissima cecinerit, quę prępparatio est peccatorũ remissionem dare, q̃ fecit ille pœnitentiã prædicans, & lauans nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vnde misericors & fidelis dicitur põtifex, quia talis erat iris in capite eius. *Psal. 23.* *Gen. 9.* *Hebr. 2.*

Tuba nouissima maximè horribilis.

Sopho. 1.

Cap. X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam columna ignis.) Facies eius est notitia eius, quæ à tempore resurrectionis eius (qua clarificatus est claritate quâ habuit priusquâ mundus, fieret) orbi vniuerso sereno lumine infulsit, impleto quod Zacharias eodem mox nascituro præcinens: Visitauit nos, inquit, oriens ex alto, illuminare ijs qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Huius solis resurgentis ortum respiciens Paulus Apostolus dicit: Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Nox enim prius erat, extunc autem sole surgente, dies appropinquantibus sibi appropinquat. Marcus quoque Euangelista in mysterio loquens, cùm dixisset: Et valdè mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Nã mysticè dictum intelligatur, de isto sole iustitiæ, qui diem nouum mundo indidit sua resurrectione: repugnantia sunt, valdè mane, & orto iam sole. *Et pedes eius* (inquit) *tanquam columna ignis.*) Hæc descriptio nonnihil à priore differt, vbi primùm ipse, qui nunc describitur, huic Ioanni visus est. Illic nanque primum filius hominis manifestè scribitur, hoc autem in loco angelus fortis dicitur. Illic & caput eius & capilli tanquã lana alba & tanquam nix candidi scribuntur. Hic autem de huiusmodi canicie tacetur, & hoc solum dicitur, quia iris erat in capite eius. Illic scriptum est: Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. Hic autem nunc dicitur: Et pedes eius tanquam columna ignis. Has talium descriptionum diuersitates quærere, cur habitæ sint non otiosum est. Dicimus ergo, quia prioris illius habitudinis alia fuit causa vel intentio, quã illic non tacuimus, & alia huius præsentis, quam similiter præterire non conamur. Illic nanque contra Cherintum & Hebionem, cæteroſque antichristos, qui interim dum hic Ioannes in insula Pathmos exularet, Christum ante Mariam fuisse negare cœperant, ostendebatur eidem illo tali schemate vel figura, quale scripturus foret euangelium, vel quale oporteret eum de Christo perhibere testimonium: Hic autem omnibus fidelibus pariter & infidelib. significabatur, quale vel quantum orbi vniuerso impendeat negotiũ, propter quod venerit Christus in hunc mundum, vt prouidũ siue inexcusabilem faceret omnem hominem, nouissimæ tubæ terribilem sonum, id est, vltimum prænunciando iudicium. Idcircò & illic naturam vtranque vnius eiusdemque Christi rectè significatam accipimus: Hic autem officium eius. Inde est quod illic filius hominis, quod natura est: Hic autẽ dicitur angelus, quod officij est. Item, illic caput eius scribitur præ canicie candidum, significando diuinæ naturæ antiquitatem: Hic autem iris in capite eius, vi delicet designando susceptiõ officij misericordiam & pietatem. Illic pedes qui sunt in fimæ partes cuiusque corporis, dicti sunt similes aurichalco, quo significatur inferior, id est, humana Christi natura, permanente substantia, in aureã transmutata esse gloriam diuinitatis. Hic autem pedes eius dicuntur tanquam columna ignis, quo dicto significatur prædicatores eius, per quos venit ad nos, spiritu sancto firmati atq; illustrati sunt. Sunt enim pedes eius omnes euã gelij eius portitores atque ministri, de quibus & Propheta dicit: Quàm speciosi pedes euangelizantis & annunciantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion regnabit Deus tuus. Isti pedes ex eo facti sunt tanquam columna ignis, ex quo venit super eos spiritus sanctus tanquã ignis. Extunc enim qui prius fuerant imbecilles & pauidi, idiotæ & sine literis, facti sunt fortes & securi, facundi & omniũ scripturarum periti. Exempli gratia: Petrus ante frigidus, & ad prunas sedens & calefaciẽs se, timuit & negauit propter vocem vnius ancillæ ostiariæ: extunc autem columna ignis, siue columna ignea factus est, vt & firmiter stans ecclesiam Dei tanquam columna sustineret, & zelo bono feruens tanquã ignis, principes & reges, summosque imperatores in verbo virtutis iustitiæque responsis adureret, & eidem ecclesiæ quam velut columna sustinet, velut ignis lucem veritatis infunderet. *Et habebat in manu sua libellum apertum.*) Libellus iste idem liber, quem vidit idem Ioannes signatum sigillis septem in dextera sedentis super thronum. Apertus autẽ nunc dicitur, videlicet quemadmodum & illic scriptum est, quia agnus illum aperuit, & soluit signacula eius. Siquidem agnus qui illic librũ aperuisse scribitur, ipse est angelus iste, qui hic in manu sua libellum apertum habere cernitur. Habet enim in manu sua veraciter libellum hunc apertum, quia videlicet in potestate eius est nota facere credentibus in se secreta scripturarum. Hæc potestas iam tunc in manu eius erat quando resurgens, & apparens discipulis suis, sicut Euangelista refert, aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. *Et posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram.*) Omnes eiusmodi pedes huius angeli, ex quo facti sunt sicut columna ignis, id est, ex quo spiritu sancto sunt firmati & illustrati, eo ipso quod sic firmati, sic sunt illustrati, omnes dexteri, id est, boni sunt & electi. At verò priusquam sic firmarentur, sic illustrarentur, videlicet ante passionem dominicam, omnes sinistri, quia multi reprobi, omnes autem infirmi erant. Nam, exempli gratia, loquente illo, & dicente: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis, & ijs similia: multi discipulorum eius (inquit Euangelista) audientes, abierũt retro, & iam non cum illo ibant. De residuis quoq; duodecim vnus diabolus erat. Petrus quoque nunc pes fortis & dexter, pes bonus & electus, & iuxta prophetam valdè speciosus, tũc penè sinister fuit, quia lapsus est, & eum, quem portare, id est, prædicare debuerat, Christum negando cecidit. Itaque ante passionem dominicam omnes (vt iam dictum est) pedes huiusmodi fuerunt sinistri, quia multi reprobi, omnes autem erant infirmi. Scimus autem, quia pedes isti iam dictam passionem dominicam, tantummodo Iudæam perambulauerunt, id est, in sola Iudæa prædicauerunt, ipso sic præcipiente illis: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierũt domus Israel. Post passionem verò suam cùm resurrexisset à mortuis, dicit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ, euntes docere omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Igitur pedem suum dexterum posuit super mare, sinistrum autem super terram, id est, prædicatores suos iam confirmatos in vniuersitatem gẽtium misit, cùm autem adhuc essent infirmi, tantũ in Iudæa illos prædicari iussit. Nam plerunque nomine terræ, Iudææ maris autem vocabulo, gẽtes significantur, vt exempli gratia, in Psalmo cùm dicit: Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Est enim hic sensus: Non timebimus futuras tribulationes, quæ erunt dum turbabitur terra, id est, Iudæi, qui debuerant esse terra culta & fertilis, & modo sunt tantùm terra, id est, solis terrenis dediti, & in medium gentium transferentur Apostoli. Sequitur. *Et clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit.*) Ponendo pedes suos, angelus iste dexterum super mare, sinistrum autem super terram (sicut iam dictum est) voce magna clamauit, quia prædicatores suos constituẽdo, vocem euangelicam, quam totus orbis audiret, mirabiliter edidit. Quomodo vel quã magna voce clamauit? Ita (inquit) quẽadmodum cùm leo rugit. Verè quemadmodum cùm leo rugit. Nam & hoc patriarcha Iacob prædixerat ijs verbis: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti, vt leo, & quasi leæna. Et propheta Amos: Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suã. Et multis alijs prophetarũ dictis huiusmodi prædicatur hoc ipsum, quod nunc dicitur quemadmodum cùm leo rugit. Aiunt qui de naturis scripserunt, quia ad vocem siue rugitum leonis omnia contremiscunt, & cuncta animantiũ natura terretur. Hinc est illud prophetæ: Leo rugiet, quis non timebit? Et statim ostendens quid per hanc similitudinem velit intelligi: Dominus Deus (inquit) locutus est, & quis non prophetabit? Itaque & hic sciendum & subintelligendum est, clamorem huius angeli sic magna voce clamantis, quemadmodum cùm leo rugit illum fuisse clamorem passionis vel mortis eius, quo infernus contremuit, & cælum patefactum est, patuitq; ianua cæli, siue paradysi animabus prorum pentibus effractis claustris inferni tremuitque terra, & aperta sunt monumenta, multaque sanctorum qui dormierant surrexerunt corpora, cunctaque bestiarum natura, id est, malignorum spirituum territa est potentia, & sicut illic propheticè dictum est: Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? Omnis prophetia, cunctorũ prophetarum oracula consonuerunt, & quid vellent, aperuerunt, ad tantam tam magni clamorem angeli illius. Vnde & protinus sequitur: *Et cùm clamasset, locuta sunt septẽ tonitrua voces suas.*) Quid enim sunt septem tonitrua, quo numero plerunq;, & maximè in hoc libro significatur vniuersitas, nisi omnium qui à seculò sunt sanctorũ prophetarum oracula? Eorum profectò voces prius sic erant tanquam tonitrua, quia sicut tonitruum, & terribiliter sonat, & tamen articulatum siue intelligibilem sonum non dat: sic voces legis & prophetarũ prius & terribiliter sonabant, & tamen quid eis dem vocibus significaretur, populares nó intelligebant. Exempli gratia: In cantico Deuteronomij scriptum est: Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum: Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea. Reddam vltionem hostibus meis, & ijs qui oderunt me retribuam. Quisillic loquebatur, dicens: Leuabo ad cælum manum meam, & cætera. ipse est angelus iste, de quo hic postmodum dicitur: Et angelus quem vidi stantem, leuauit manum suam in cælum, & reliqua. Amplius autem hic pro exemplo resplendet illud dictũ in Osee: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Hoc etenim pulchrè in sensu contingit illud quod nunc dictum est, & clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit: Rugitus quippè leonis hanc vim naturalem emq; potentiam tradũt Physiologi. Cùm genuerit leæna catulum, tribus diebus & tribus noctibus catulus dormit, & tunc demum patris fremitu veluti tremefactus cubilis locus suscitare dicitur ca-

Ioan. 17. *Luc. 1.* *Rom. 13.* *Marc. vl.* *Supra. 1.* *Ratio diuersitatis.* *Esa. 52.* *Actor. 2.* *Luc. 22.* *Cur hic apertus, supra signatus liber ponitur.* *Sup. 5.* *Luc. vlt.* *Ioan. 9.* *Mat. 10.* *Marc. vl.* *Mat. vl.* *Psal. 45.* *Gen. 49.* *Amos 1.* *Amos. 3.* *Mat. 27.* *Amos. 3.* *Deut. 32.* *Osee. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

est nimirum magna humilitudinis causa est, cur merito nunc dici debuerit, quèadmodu cùm leo rugit, quia videlicet hic nostra in Christo natura tribus diebus & tribus noctibus somno mortis obdormierat, & tunc demum diuinitatis potentia veluti fremitu leonis tremefactus est sepulchri locus, & surrexit qui fuerat mortuus homo in Deo assumptus, in quo & nos omnes surreximus. Hæc & ijs similia profectò prius erant tonitrua, id est, soni siue voces quasi inarticulatæ, eò quod mysteria continerét nondum intelligibilia, sed postquam angelus iste tali modo clamauit, facta sunt intelligibilia, aperiente illo sensum discipulis suis vt intelligerét scripturas. Ait ergo: Luc. vlt. Et cùm clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. Sequitur: *Et cùm locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram. Et audiui vocem de cælo, dicentè: Signa quæ locuta sunt septè tonitrua, noli ea scribere.*) Ego (inquit) scripturus eram. Quid est ea scribere, quæ locuta sunt septem tonitrua, nisi per calamú & atramétum tractando, cuncta explanare mysteria scripturarum? Hoc iste non fecit, Ioan. 15. neque cæteri Apostoli. Quare? Nunquid nescierunt, neque intellexerunt? Abijt hoc. Immò ipli erant amici, qualibus nihil deberet abscondi, quemadmodum ipse dicit: Iam non dico vos seruos, sed amicos meos, quia omnia quæcunquè audiui à patre meo nota feci vobis. Nota feci vobis, dixit pro eo vt diceret, nota faciam, quia videlicet cú Luc. vlt. diceret, id quod mox facturus erat, tamen tú erat, actu iam fecisset. Mox enim resurgendo aperire habebat illis sensum, vt intelligerent scripturas, dando spiritum veritatis qui eos omnem veritatem docerer, cùm fuerint eatenus homines sine literis, & idiotæ. Quare ergo? Nunquid noluerunt, vel propter laboris impatientiam subterfugerunt? Non vtique. Nam ego, inquit iste, scripturus eram, id est, scribere volebam. Quid igitur obstitit, niti præceptum vel regula sanctæ discretionis? Non enim cuncta simul vel eodem tempore poterãt expleri, propter tarditatem hominú, qui tunc rudes erant & imbecilles ad audiẽdam sapien Hebr. 6. tiam eiusmodi. Vnde Paulus Apostolus cú dixisset: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo pontifex, iuxta ordinem Melchisedech: continuò subiunxit: De quo nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cùm debueritis magistri esse propter tempus, indigetis vt vos doceamini, quæ sunt elementa exordij sermonum Dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo, &c. Ergo vt non scriberent tam iste, quã cæteri Apostoli, ea quæ locuti sunt eiusmodi tonitrua, nõ illis facultas defuit aut voluntas, sed eorum qui audituri siue lecturi tunc essent, obtuit sensus imbecillitas. Alioquin niti pro causa huiusmodi tempus importunum tunc fuisset. Sicut idem Apostolus interdu pro tem- Galat. 4. pore & re pauca prælibauit. Exempli gratia: Cùm dixit, Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit, eorumq; mysterium allegoricum perstrinxit. Et sicut hic idem Ioannes testimonio legis & prophetarum competenter vti scivit vel potuit, exempli gratia, dicendo: Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: Os nõ cõminuetis ex eo. Ioan. 19. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quẽ transfixerunt. Sic & cæteras voces, quas co- Exod. 12. tinebant cuncta illa legis & prophetarum tonitrua explicare scirent & potuissent. Fuit ergo laudandæ discretionis illorum ne- Zach. 12. cessarium duntaxat fidei ponere fundamentum, cùm non defuturos in posterum scirent vel sperarent eos, qui vt cætera bona, sic & sacrarum expositiones scripturarum superædificarent. Vnde idem Apostolus: 1. Cor. 3. Dei enim, inquit, sumus adiutores, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis, secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat, quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum & argentu, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestũ erit, &c. Hæc ille de superædificantibus. Scimus autem, quia superędificantium principales duæ distinctiones sunt, quia videlicet alius in actiua, alius in contemplatiua superædificat vita. Quod si actiuæ vitæ opera, quæ sunt, esurientem cibare, sitienti potum dare, nudum vestire, hospitem colligere, infirmum & in carcere positum visitare, dignè quidquam existimat aurum, argentum, lapides pretiosos reputari debere. Quanto dignius contemplatiuæ vitæ insignia splendida, quæ sunt, verba Dei audire, eademque ruminare, sanctarumque scripturarum mysteria & voce proferre, & calamo scribere, talibus nominibus, scilicet auri, argenti, lapidum pretiosorum debet subintelligere. Hoc denique est aurum, hoc argentum, hoc lapides pretiosos superædificare, sanctam scripturam quæ extrinsecus in litera videtur subobscura, præclaris sensibus intrin secus ornatam ostendere. Et hoc nimirum spirituale opus apud illam Sapientis animæ amicam magnum habet meritum, sicut & ipsa testificans: Et Eccl. 14. qui (inquit) elucidant me, vitam æternam habebunt,

habebunt. Profectò & ipse Apostolus ibidẽ
1. Cor. 4. in supra dicto, hoc maximè studium sese intẽdere innuit, cùm postmodum dicit: Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, &c. Dicit ergo: *Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, noli ea scribere.*) Quod est dicere: Mysteria scripturarum quæ tibi datum nosse, promptumque est exponere, signa, claude, id est, signata vt sunt & clausa posteris quærenda relinque, vt non sint velut merces vltroneæ, de quibus vulgo dicitur, quod soleat putere. Pretiosa erunt, quãdo opus erit, vt quærantur, scilicet vrgentibus diuersis hæresibus, quas necesse erit esse, vt qui probati fuerint, manifesti fiant. Tunc & præclara ingenia multorum multipliciter exercebuntur, & quæ de scripturarum thesauris laborioso fuerint studio conquisita, non vilia videbuntur. Hoc dictum huic, nihilominus vniuerso dici arbitramur ordini illi primorum discipulorum Christi, quorum vnus, & præcæteris dilectus erat hic. Sequitur. *Et angelus quem vidi*
1. Cor. 11. *stantem supra mare, & supra terram, leuauit manum suam in cælum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cælum, & ea quæ in illo sunt, & terram, & ea quæ in ea sunt, & mare, & ea quæ in eo sunt, quia tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli, cùm cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas.*) Quod paulò ante dixerat, & clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit: Hoc ipsum nunc repetit, latius & vehementius exprimẽs, quid clamauerit, vel clamando quid fecerit. Leuauit, inquit, manum suam in cælum. Manus angeli huius illa est magnificẽtia, & eleuatio manus illa est eleuatio magnificentię, Psal. 8. quam admirans Psalmista, loquitur: Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quoniã eleuata est magnificentia tua super cælos. Quæ aũt illa est magnificentia, nisi resurrectio & ascẽsio dominica? Sequitur enim postmodũ, & dicit ad patrem eiusdem Domini nostri: Minuisti eũ paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuú tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Nimirum hæc ipsa manus eleuatio, id est, magnificen-
Ioan. 12. tiæ siue omnipotentiæ tanti angeli ab illa cœpit exaltatione, de qua ipse dixit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Eleuatus nanque siue exaltatus in altitudiné crucis, iam ipso cruciatu mortis in eo leuabat manum suam, quod consummabatur autor salutis omnium, primã faciens nobis resurrectionem, quæ est animarum, quia videlicet peccata delebat omnium per sanguinem suum. Eleuatus deinde & resurgẽs de sepulchro, eadem ipsa re- Rom. 8. surrectionis eleuatione fiebat primogenitus mortuorum, id est, princeps ex mortuis resurgentium, secũdam in semetipso dedicans resurrectionem, quæ corporum. Deinde cernentibus Apostolis suis, eleuatus, 1. Cor. 15. & ascendens in cælum, eadem ipsa ascensionis eleuatione constitutus est iudex viuorum omnium & mortuorum, sedens ad de- Actor. 2. xteram patris, hoc modo contestantibus angelis: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum. Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Hac omnimoda suæ manus eleuatione in cælum, iurauit angelus iste per viuentem in secula seculorum. Iurauit, inquit, id est, immutabili veritate firmauit. Neque enim verbis aut vulgari iuramentorum effusione iurauit, sicut testis est totus euãgelici textus sermonis, in quo nusquam inuenitur, quod verbo vel voce iurauerit, imò & constat, q; iurare omninò diffuaserit, ait enim: Audistis Mat. 5. quia dictum est antiquis: Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omninò. Et subinde: Sit autem sermo vester, est est, nó non. Quod autem his abundantius est, à malo est. Iurauit ergo, id est, immutabili (vt iã dictum est) veritate firmauit. Hoc solũ interponens dictis suis pro signo firmamenti: Amen amen dico vobis, id est, verè siue fideliter dico vobis, dum quippiã tale proloquitur, quod huiusce veritatis interpo- Ioan. 5. sitione dignum sit. Exempli gratia: Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Venit hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Ita iurauit per viuentem in secula seculorum, id est, per semetipsum qui fuit mortuus, & nunc viuit in secula seculorum. Resurgens enim ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non do- Supra. 1. minabitur. Ne longius quæramus, cùm Rom. 6. dicit (sicut iam diximus) amen amen, iurat, Supr. 3. id est, affirmat per semetipsum, quem constat esse veritatem, testem fidelem, sicut & longè supra testatur spiritus, dicens ecclesijs: Hæc dicit, amen, testis fidelis & Ioan. 1. verus. Ipse est per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Seipsum ergo describens, rectè dicit: Qui creauit cælum, & ea quæ in illo sunt, & terram, & ea quæ in ea sunt, & mare, & ea quæ in eo sunt. Quod ipse esset ille viuens, per quem iuraret, quod ita iurando per semetipsum iuraret, ipso eiusdem stantis habitu subintelligi promptum est. Sic namque

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtabat, vt contingeret tria hæc, ipſum ſe eſſe ſignificans, qui omnia contineret. Dextrum namq; pedem ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram poſuerat, & in cælum, quod horum tertium vel primum eſt, manum ſuam leuauerat. Qui ergo creauit hęc, qui manu ſua & pedibus ſuis, id eſt, omnipotentia ſua, cõtinet hæc, certum eſt, quia quod iurauit in hæc verba, quæ dixit, adimplere poteſt. Quid enim iurat? Quia tempus amplius non erit, ſed in diebus vocis ſeptimi angeli, cùm cęperit tuba canere, cõſummabitur myſterium Dei. Tempora quippe circa vel intra cælum, & terram, & mare, & ea, quæ in eis ſunt, variantur, ſibique decedendo ſuccedunt, ac perinde qui illa creauit, ſine dubio tempora quoque illorum præfixit, eademque finire potens eſt cùm voluerit. Quia tempus, inquit, amplius nõ erit, ſubauditur pœnitentiæ, quẽadmodum fuit hactenus, poſtquam anteriores tubis cecinerũt angeli. Nam & poſtquam primus angelus tuba cecinit, & deſcendente igne in pentapoli perieruntimpij, euadente iuſto Loth, tempus pœnitentiæ ſuperfuit, & poſtquam ſecundus angelus tuba cecinit, & tranſeunte populo Dei per mare rubrum, inimici illorum ſunt demerſi, tempus pœnitentiæ ſuperfuit reſiduis, & poſtquam tertius angelus tuba cecinit, & habitatores terræ per opera odibilia defluentes, in manu filiorum Iſrael perdere voluit, tempus pœnitentiæ reſeruatum fuit, & poſtquam quartus angelus tuba cecinit, & quaſi in ſolem, id eſt, in populum Dei ira facta eſt, vt corpora eorum in deſerto proſternerentur, tempus pœnitentiæ datum eſt cęteris, & poſtquam quintus angelus tuba cecinit, & illi qui introierant in terram repromiſſionis, traditi ſunt quinquies in manus gentium, pro eo quòd non diſperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis, tempus pœnitentiæ ſuperfuit, & poſtquam ſextus angelus tuba cecinit, & ſoluti ſunt quatuor angeli, id eſt, quatuor principalia regna mũdi, Babylonium, Perſicum, Macedonicum, atque Romanum, vt occiderent, & in captiuitatem Iudæorum ducerent genus propter peccata eiuſdem populi, adhuc pœnitentiæ locus eſt, vt reliquiæ ſaluæ ſint. Sed tandem quid cùm ſeptimus angelus tuba cecinerit, id eſt, cùm venerit extrema dies iudicij? Nihil omninò temporis amplius erit, nullus locus, nullum ſpatiũ pœnitendi vltra iam erit. Namque illa particularia ſiue localia iudicia fuerũt, illud iudicium vniuerſale erit, neque reſeruabitur huic ſeculo quiſquam, vt pœnitentiam agere poſsit. Cùm ille tuba canere cœperit, quæ tuba nouiſsima erit, cuius & Apoſtolus Paulus meminit, omnes (inquiens) reſurgemus in momento, in ictu oculi, in nouiſsima tuba: canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti: *tunc conſummabitur myſterium.*) id eſt, ſecretum cõſilium Dei, quo hactenus vſus eſt erga peccatores flagellando, & inter flagella longa illis ſpatia præſtando pœnitendi. In quo conſummabitur illud myſterium Dei? In eo nimirum quod ibunt impij in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. *ſicut euangeliz auit per ſeruos ſuos prophetas.*) id eſt, per Apoſtolos & Euangeliſtas. Nam iſtos quoque Dominus prophetas appellat. Ecce, inquit, ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcribas. Prophetæ namque veraciter ſunt dicti, qui de ſummis rebus, de iudicio, ſeculoque futuro prophetauerunt. Tanta erit illa nouiſsima tuba, vt qui illam proſpiciunt, qui de illa loquuntur, & magnitudinem eius prædicãt, rectè Dominus ipſe appellat prophetas. *Et* vox quam audiui de cælo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, accipe libellum apertum de manu angeli ſtantis ſupra mare, & ſuper terram.) Vox iſta vox fuit alterius, quàm illius angeli fortis, ſupra mare, & ſupra terram ſtantis, dixit enim: Vade, accipe libellum apertum de manu angeli ſtantis ſupra mare, & ſupra terram. Cuius ergo vox iſta erat, niſi eius angeli qui hæc & cætera illi oſtendebat, quiq; illi in primordio dixerat, quod vides, ſcribe in libro? Et fortè idcircò nunc dicit ſe iterum audiſſe vocem eiuſmodi, quia quod illic ſemel ſignificatum eſt dicẽdo, quod vides, ſcribe: idipſum nunc iterum ſignificatur, dicendo: Vade, & libellum accipe. Verum tamen quoniam poſtmodũ ſic dicitur: Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, dicẽs: Surge, & metire templum Dei, ſic diſtinguere licet, vt quod dictum eſt huic: Vade & accipe libellum apertum de manu angeli, commune ſit ei cum cæteris Apoſtolis, videlicet ſcripturas ſenſu aperto intelligere, & euangelicæ officium ſubiiſſe prædicationis. Quod autem poſtmodum dicit: Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, dicẽs: Surge & metire templum Dei, proprium ei datum ſignificauerit, ſcilicet ius & facultatem ſcribendi Euangeliũ, & ponẽdi terminos Euangelicę fidei, quos nulli tranſgredi licitum ſit, vnde poſtmodum dicendum erit. *Et abij ad angelum dicens ei, vt daret mihi librum. Et dicit mihi: Accipe librum & deuora illum, & faciet amaricare ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquã mel. Et accepi librum de manu angeli, & deuorauiillum, & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cùm deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus.*) Quid. n. fuit huic Ioanni, cæteriſq; Apoſtolis abire ad hũc angelum poſt clamorem eius tam magnum, & dicere illi, vt daret eis libellum, quem in manu tenebat apertum, niſi id q̃ omnes ex euangelica veritate notum habemus, quia poſt eius victoris aſcenſionem regreſsi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno, vt ſederent ibi quouſque induerentur virtute ex alto, fierentque fortes & idonei ad prædicandũ ea, quæ ſcripta erant in illo libello, imò in magno ſanctorum prophetarum, legis quoq;, & Pſalmorum libro? Nempè quod (ſicut Lucas teſtatur) omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius. Hoc erat dicere illi magno angelo, vt daret illis librum ad deuorandum, id eſt, appareret eis, & idoneos faceret ad prædicandum euangelium, dando ſpiritum ſanctum, quo agente poſſet homo illorum interior deuorare talem librum, id eſt, & legendo in imis viſceribus recondere, & prædicando ructuare ſanctarum ſacramenta ſcripturarum. Quod & factum eſt. Nam cùm complerentur dies pentecoſtes, factus eſt repentè de cęlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpartitæ linguæ tanquã ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloquì illis. Ait ergo. *Et accepi librum de manu angeli, & deuorauiillum.*) Ac ſi dicat: Et accepi dono filij Dei, & patris eius facultatem intelligendi ſcripturas, ac prædicandi virtutem & miniſterium, & legendo atque intelligendo, nec nõ & loquendo ſiue prædicando delectatus, refectus & confortatus ſum. *Et erat,* inquit, *in ore meo, tanquã mel dulce.*) Nihil veri⁹. Nã de huiuſmodi guſtu Pſalmiſta loquitur: Quã dulcia faucib. meis eloquia tua ſuper mel & fauũ ori meo. Et ipſa ſancta ſcriptura, verè Dei ſapientia de ſemetipſa dicit: Trãſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini. Spirit⁹ enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauum. Memoria mea in generatione ſeculorum. Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient. Hæc & his ſimilia quæ dicuntur in ſcripturis de dulcedine huiuſce libelli, ſola melius perſentit felix anima quæcunque meruit experiri quæ guſtauit, quæque guſtando dulcis ipſa effecta eſt tãquam fauis mellis, quo delectatus ipſe ſponſus, & dilectus eius dicit ei: Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua. Sed vide quid ſequitur: *Et cùm deuoraſſem* (inquit) *eum, amaricatus eſt venter meus.*) Magna verè dulcedo libelli huius quotieſcunque deuoratur, ſed ipſa dulcedo nunc interim, dum in hoc ſeculo viuitur, multis amaritudinib. reſpergitur. Non enim aduerſarij deſunt, qui tribulatio

Tẽpus amplius non erit. — *Gene. 19.* — *Exod. 14.* — *Ioſu. 1. 12.* — *Num. 16.* — *Iud. 2. 3.* — *Pſal. 105.* — *Sup. 9.* — *Rom. 1.* — *1. Cor. 15.* — *Mat. 25.* — *Apoſtoli & Euangeliſtæ dicuntur etiam prophetæ.* — *Matt. 23.* — **Et audiui vocem.* — *Omnes Apoſtoli accerũt libellum apertum.* — *Infra 11.*

tum in die pentecoſtes. — *Luc. vlt.* — *Actor. 1.* — *Mat. 20.* — *2. Tim. 3.* — *Cõio Ioãni cum cæteris Apoſtolis.* — *Pſal. 118.* — *Eccl. 24.* — *Can. 4.* — *Proprium mæ eorum amaricati ſunt.* — *Ioanni: o-portet te iterum prophetare, erga proprietatem dictum vel actum intelligendum eſt ipſius perſonæ, vt quod dictum eſt, oportet te iterum prophetare, hoc ſit, oportet te ab hoc exilio abſolui, & euangelicam veritatem calamo & atramento conſcribere.* — *portet te iterum prophetare.*

tum & mortis interdum inferant abſinthiũ. Nã hoc eſt, quod de illis, qui in illa ſua dulcedine ſimul amaritudine eiuſdem amaricati ſunt, ſcimus & didicimus, quia calicem Dominibiberunt, iuxta promiſſum ipſius dicentis: Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Et rurſum: Calicem quidem meum bibitis, &c. Is ipſe Ioannes quamuis materiali gladio, ſiue aliqua hominum vi non fuerit peremptus, non tamen omninò expers fuit amaritudinis illius. Nam & in feruentis olei dolium fuerat miſſus, & nũc cùm hæc videret, in Pathmos inſula exilio relegatus tenebatur. Igitur accipiat quidẽ librum, & deuoret illum cuicunque hoc datum eſt, ſed illud ſciat qui cũ deuorauerit illum, cũ viuere & docere cœperit ſecũdũ illum, vẽter, id eſt, anima eius amaricabitur à perſequentibus, iuxta q̃ & veridicus pronunciat Paulus: Omnes qui piè volunt viuere, perſecutionem patiuntur. Ad reliqua tendamus. *Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetare populis, & gentibus, & linguis & regibus multis.*) Quæ hactenus viderat vel audierat in deſcenſu vel habitu illius angeli, communia ſibi cũ cæteris fuere Apoſtolis, quia videlicet & ipſi libellum apertum de manu angeli acceperunt, & deuorauerunt, & fuit in ore eorum dulce tanquam mel: venter autem eorum amaricatus eſt, id eſt, acceperunt aperto ſibi ſenſu adintelligendas ſcripturas per ſpiritum ſanctum, prædicãdi officium, & pro bona voluntate fuit illis dulce hoc facere, pro infidelium autem & impiorum perſequutione ventres, id eſt, ani-mæ eorum amaricati ſunt. Hoc autẽ quod *Ioanni: o-portet te iterum prophetare,* erga proprietatem dictum vel actum intelligendum eſt ipſius perſonæ, vt quod dictum eſt, oportet te iterum prophetare, hoc ſit, oportet te ab hoc exilio abſolui, & euangelicam veritatem calamo & atramento conſcribere. Sequitur enim: Et datꝰ eſt mihi calamus ſimilis virgæ. Ergo oportet te, inquit, iterum prophetare, ac ſi dicat: Iam dudum quidem ſcio, quòd abſolui velis à corpore, ex toto corde deſiderans faciẽ meam videre, & odor meus concupiſcentias æternitatis excitauit in te, & pro hoc multoties rogaſti me, vt venires ad me. Dixi tibi quoties rogaſti me, & nunc dico tibi, expecta, vt populum liberes crediturum mihi. Ob hanc cauſam oportet te expectare, oportet te iterum prophetare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis, id eſt, quod ſumma cum reuerentia legant, & audiant populi, & linguæ, & reges multi. Nam ecce dum exulas tu, interim Cherintus inſanit, Marcion furit, Hebion blaſphemare incipit, cæteriq; bacchantur Antichriſti contra verbum fidei, contra maieſta

tem & antiquã diuinitatem filij Dei, dicentes, quod ante Mariam non fuerit, & quod tam recens Deus sit, vt ex illa initium existendi acceperit. Præterea futurum est, vt veniat Arrius peruicax satelles diaboli, dicturus & persuasurus populis & gentibus, & regibus multis, quòd idẽ filius Dei creatura sit, & in tempore esse cœperit, quodq; fuerit tempus, quando idem filius non fuerit. Propter istos oportet te iterum prophetare, & prouidere populis, & gentib. & linguis, & regibus multis, vt ab his pestibus populum Christianum liberes crediturũ mihi. Quomodo prophetare? Ait: *Et datus est mihi calamus similis virgæ, dicens: Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo: Atrium autem, quod est foris templum, ejice foras, & ne metiaris* eum, quoniam datum est gentibus.*) Calamus similis virgæ facultatẽ scribendi significat cum magisterij autoritate. Calamus nanque scriptorum, virga magistrorum est. Et sunt vel fuerunt aliqui, quibus calamus datus est, sed non similis virgæ, id est, similis facultas, sed non cum magisterij dignitate, vt de nulla illorum sententia siue dictione liceat cuiquam ecclesiastico dubitare. Hoc nanq; magisterium tantummodo prophetarum & Apostolorum est, & illis solis hæc virga data est. Vnde in psalmo sic determinatum est: Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.

CA. XI.

* illud.

Psal. 86.

Et principum horum, inquit, qui fuerunt in ea, id est, Apostolorum & prophetarum, siue etiam euangelistarum. Vide quid dicat: Qui fuerunt, non qui sunt, vt exceptis Apostolis, quodcunque aliud postea dicitur, abscindatur, nec habeat postea autoritatem, quoniam Dominus narrat in scripturis populorũ & principum horũ, qui fuerunt in ea. Igitur datus est mihi calamus similis virgæ, id est, data est mihi facultas scribendi cũ principatu, & omnimoda magisterij authoritate, vt principatum cathedramq; magisterialem haberem in medio ecclesiæ, cuius ad pedes sederent, cuius ab ore penderent omnes filij ecclesiæ, non dubium habituri, nõ negligere ausuri quippiam eorum, quæcunque meo calamo exaratum haberet volumen euangelicæ veritatis & gratiæ. Talis calamus mihi datus est, & is qui dedit, præcepit ita dicens: *Surge & metire templum Dei & altare, & adorantes in eo.*) Ac si dicat: Ecce congregatio taurorum in vaccis populorum, id est, ecce tumultus hæreticorum in ecclesijs populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento, vt eijciant à templo Dei, qui probitatem tenent, qui probi & probati sunt, sensumque probatum habent in omni verbo vel sermone diuino. Insurge, increpemus feras istas feras arundinis, tauros cornupetas & ceruicosos, vastatores scripturarum veritatis. Surge, inquam, & metire templum Dei & altare, id est, Christum Dei filium, qui & templũ Dei est, & altare sanctæ ecclesiæ, templum videlicet Dei, secundũ corpus quod assumpsit ex virgine: altare verò, secundum dignitatem vtriusque naturæ, diuinæ scilicet & humanæ. Corpus nanque quod assumpsit, templum Dei est, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, propterea dixit: Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis sui. Porrò altare sanctæ ecclesiæ est eadem substantia iam glorificati corporis, simul cum illa quæ habitat in eo plenitudine diuinitatis, iuxta veridicam authoritatem sanctæ ac mysticæ legis, in qua Deus dicit: Altare de terra facietis mihi, id est, Christum verum Deum verumq́ hominem, terreno corpore incarnatum siue incorporatum confitentes, veras hostias offeretis mihi. Istud templũ Dei, istud altare metire. Nam ecce mali mẽ sores malè & pessimè mensi sunt, & de terminis eius, quos hæretica infidelitate nimium mutilant, dicendo, Christum non fuisse ante Mariam, grandem tumultum facere incipiunt. Tu ergo metire, & mensuras eius extende, calamo isto perscribens quantæ longitudinis aut latitudinis sit aut debeat esse. Longitudinem eius supra extende: supra, inquam, ante Mariam & ante Abraham, imò & ante Adam, sed & ante cælum & terram vsque ad antiquum dierum, vsque ad antiquitatem antiqui dierum, & dic: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ: hoc erat in principio apud Deum. Ita metire tẽplum hoc, & altare, & tam longè mensuras eius extende. Metire etiam adorantes in eo, id est, ostende cuius vel quantæ magnitudinis sint, qui fideliter credẽtes benè sentiunt de eo. Verbi gratia, sic dicendo: Quot quot autem receperunt, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Sic metire, & talis vel tantæ mensuræ fore illos ostende, vt filij Dei nominentur & sint. *Atrium aũt quod est foris, ejice foras, & ne metiaris illud, quoniã datum est gentibus.* Quod est illud atrium q̃ iam foris est, nisi quodcunq; cõuenticulum hæreticorũ, qui & si sese intus esse contendunt, nihilominꝰ tamen foris sunt, & in illud Dei templum, id est, ad Christum nequaq̃ pertinent, aut perueniũt? Illos ergo foras eijce, id est, foris esse, foras exisse conuince. Exempli gratia, vt dicas: Ex nobis exierunt, sed nõ erant ex nobis. Illud atriũ, illos hæreticos, qui sicut atriũ templo quidẽ vicinum est, sed in templo vel

Coloſ. 2

Ioan. 2.

Exod. 20.

Ioan. 1.

Post Apostolos & Euangelistas nulli data est similis scribendi authoritas.

templum nõ est, ita sunt habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem abnegantes, ne metiaris, id est, nihil ad illos pertinere contesteris mensuram illam, quæ data est his qui receperunt eum, qui credũt in nomine eius, scilicet potestatẽ filios Dei fieri. Quare? Quoniam, inquit, datum est gentibus, id est, quoniam inter gentiles reputantur. Dicunt se Christianos esse & non sunt, sed mentiuntur, quia Christiani non sunt, sed cum gentibus eodem malignitatis spiritu debacchantes, Christianos persequũtur. Nam hoc est quod sequitur. *Et ciuitatẽ sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti* sacco.*) Notum est ex historijs ecclesiasticis, quia ciuitatem sanctam, id est, ecclesiam, hæretici cũ gentibus simili furore persequti sunt, non tantum mensibus quadraginta duobus, sed mensibus & annis multò plurimis. Cur ergo dixit mensibus quadraginta duobus, qui menses non sunt amplius quàm trium annorum & semisis? videlicet propter intimandam magnitudinẽ persecutionis Antichristi, quæ tanta erit, vt penè sola debeat cognosci vel prænosci, & pro cunctis persecutionibus sola computari, quasi cæteræ persecutiones illi cõparatæ persecutiones non sint aut fuerint. Illam nimirum persecutionem tanti futuram esse temporis, Daniel quoq; hoc modo dictum sibi audiuit. Et putabit quod posit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus & tẽpora, & dimidium temporis. Item: Quia in tempus & tempora, & dimidium trmporis, & cùm completa fuerit dispersio manus populi Dei, complebuntur vniuersa hæc. Tẽpus nanque & tempora, & dimidium temporis, tres & semes annos intelligimus. Nam & supra in eodem propheta legimus, quod septem tempora transierunt super Nabuchodonosor, id est, septem anni efferationis eius. Ipse quoq; quod per tempus, & tempora, & dimidium temporis, annum, & duos annos, & dimidium anni velit intelligi, manifestius exprimit per numerũ dierum postmodum dicendo sic: Et à tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationẽ, dies mille ducenti nonaginta. Etenim si iuxta rationem mensium lunarium, quos solos cum emboliſmis suis nouerunt Hebræi, dies istos diuidas, vix paucos supra inuenies q̃ attinet ad tempus & tempora, & dimidium temporis, id est, ad annum & duos annos, & dimidium anni. Nunc illud quærere dignũ est, cur hic Ioannes cùm dicere potuisset, & ciuitatem sanctam calcabunt tribus annis & dimidio, dicere maluit mensibus quadraginta duobus. Itemque & prophetabũt, inquit, diebus mille ducentis sexaginta, qui sunt dies eorundem temporum siue annorum trium ac semisis. triceni diebus per menses singulos distributis. Nunquid enim casu vel absque ratione numeros istos mensium atque dierum taxare maluit? Non vtique, sed sicut alias in scripturis per numeros multa significatur sensuum vtilium dignitas pulchra & delectabilis, ita & hic sub numeris istis pulchrum aliquid & delectabile vult intelligi. Quod vt manifestius fiat, de natura quorundam numerorum ratio postulat aliquid prælibare, quod ostiũ intelligentiæ citius aperiat. Numerorũ parium, alij sunt superflui, alij diminuti, alij perfecti. Perfecti dicuntur, qui suis partib. æqui sunt, nec crassantur abundantia, nec egent inopia: vt exempli gratia, senarius: Nãque senarius habet partem mediam, id est, tres: & tertiam, id est, duos, & sextã, id est, vnum: quæ in vnam summã si redactæ sint, per totum numeri corpus suis partibus inuenitur, id est, integer ex ipsis senarius restituitur. Diminutus verò ille numerus dicitur, cuius eodem modo compositæ partes pauciores sunt, & eiusdem numeri cuius erant partes multitudine superantur, vt exempli gratia, octonarius: Habet enim octonarius partem mediam, id est, quatuor: habet & quartam, id est, duos: habet & octauã, id est, vnam. Quæ cunctæ in vnum redactæ septem colligunt, minorem scilicet summã quã erat octonarius continentes. Porrò superflui nominantur illi, quorum partes vltra quàm satis est sese porrexerint, vt exempli gratia, duodenarius: Huius enim partes maiorem summam colligunt, quàm erat ipse duodenarius. Est enim duodenarij medietas sex, pars tertia quatuor, pars quarta tres, pars sexta duo, pars duodecima vnum. Omnisque hic cumulus redundat in sedecim maiorem vtique summam quàm erat duodecim. Est autem (inquiunt philosophi tam seculares quàm ecclesiastici) magna in his similitudo virtutis & vitij. Perfectus nãque virtutum, diminutus atque superfluus similitudinem habet vitiorum. Nimirũ de superfluis isti sunt numeri, quos hic scriptura ista nobis obtulit, videlicet quadraginta duo & mille ducenti sexaginta. Habet nanque hic numerus, scilicet quadraginta duo, partem mediam, id est, viginti vnum, tertiam, id est, quatuordecim, sextã, id est septem, septimam, id est sex, quartamdecimam, id est tria, vicesimamprimam, id est duo, quadragesimam secundam, id est vnũ. Quæ profecto partes in vnum redactæ, maiorem summam quàm erant quadraginta duo simul colligunt. Quinquaginta enim & quatuor faciunt. Ita numerus est mensium quadragintaduorum superfluit, & vltra men-

2. Tim. 3.

Ioan. 1.

Dan. 7.

Dan. 12.

Dan. 4.

Dan. 12.

Mysteriũ numerorũ

Numerus par, triplex est.

Diminutus vt octonarius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra mẽsuram suæ originis partes excrescunt, tanquam si quis multis super naturam manibus natus sit, vt Centimanus gigas, vel triplici coniunctus corpore vt Geryon tergeminus, vel quicquid vnquam monstrorum naturæ in partium multiplicatione surripuit. Amplius autem numerus dierum mille ducentorum sexaginta in partibus suis excrescit & superfluit, habet nanq; hic numerus mediam partem, id est, sexcentos triginta, tertiam partem, id est quadringentos viginti, quartam, id est trecẽtos quindecim, quintam, id est ducentos quadraginta duo, sextam, id est, ducentos decẽ, septimã, id est, centum octoginta, nonam, id est, centũ quadraginta, decimam, id est cẽtum viginti sex, duodecimam, id est centum quinq;, quartãdecimã, id est nonaginta, quintãdecimã, id est octogintaquatuor, octauãdecimam, id est septuaginta, vicesimam, id est sexaginta tres, vicesimamprimam, id est sexaginta, vicesimamoctauã, id est quadragintaquinque, tricesimam, id est quadragintaduo, tricesimamquintam, id est trigintasex, tricesimamsextam, id est trigintaquinq;, quadragesimamsecundã, id est triginta, quadragesimamquintam, id est viginti octo, sexagesimam, id est viginti vnum, sexagesimam tertiam, id est viginti, septuagesimã, id est octo decim, octogesimamquartam, id est quindecim, nonagesimã, id est quatuordecim, centesimamquintam, id est septem, ducentesimam decimam, id est duodecim, centesimam vicesimamsextam, id est decem, centesimam quadragesimam, id est nouem, centesimam octogesimam, id est sex, ducentesimam quinquagesimãsecundam, id est quinque, trecẽtesimam quintamdecimam, id est quatuor, quadringentesimam vicesimam, id est tres, sexcentesimam tricesimam, id est duo, millesimam ducentesimam sexagesimam, id est vnum. Omnes istæ partes numeri huius, id est, mille ducentorum sexaginta in vnum redactæ tria millia centum & octo faciunt. In tãtum numerus iste suis partibus excrescit & effluit. Cũ igitur, vt supra iam dictum est, philosophorum omniũ tam secularium, quàm ecclesiasticorum eadẽ sententia sit, similitudinem in huiusmodi numeris, qui ita sunt vel dicũtur superflui, nó virtutis esse, sed vitij: Quid scripturæ huius autorẽ intendere arbitramur, dum mauult dicere, menses quadraginta duos. Itemque dies mille ducentos sexaginta, quàm tempus & tempora, & dimidium temporis, siue annum & duos annos, & dimidiũ anni? Quid inquã, nisi vt significet ex numeris tam superfluis illam, quæ tunc temporis futura esse à domino prædicta abundantiam iniquitatis? Ipse enim dixit: Et quoniã abundauit iniquitas refrigescet charitas multorũ. Sed

Matt. 24.

& alibi scriptum est: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. *Psal. 39.*

Vtrunque scriptura veridica tradit, & quia annunciante Christo domino, hi qui credentes vel Christiani dicerentur multiplicandi essent super numerum, multis vacuam nominis huius professionem suscipiẽtibus, qui ad electorum non pertinerent numerum, & quia tempore persecutionis abundante iniquitate refrigescere haberet charitas multorum. Bene ergo & numerus mensium quadraginta duorũ satis superfluus, & numerus dierũ mille ducẽtorũ sexaginta, multo maximè superfluus, hic legẽtib. offertur, vt vtrũq; s. & multiplicitas credentiũ siue professionum, de qua dictum est, annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum, & abundantia iniquitatis, de qua item scriptum est: Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum, pulchra & venerabili significatione mysterium regni Dei nosse merentibus significetur. Qui *Qui sunt duo testes* porrò sunt, vel quid sibi volunt duo testes *prophetæ*. isti, de quibus dicit. *Et dabo duobus testibus meis bunt. & prophetabunt*? Nunquid non plures quàm duos homines testes ad prophetandum iste prophetarum dominus & autor habuit vel habiturus est? Nũquid nõ testes eius omnes (vt de cæteris nunc confessoribus taceam) apostoli sunt & martyres? Magna verè & grauissima, ponderisque imm nis est hæc in ore potẽtis dictio, vt cum testes habeat tam multos tamq; innumerabiles, duos tantum se habere pronunciet, & hoc legitimo satis testium numero contentus sit. Duorũ nanq; ad minus hominum testimonium lex sacra recipit, & si plures non sint, tamẽ paucis contenta est Sic enim dicit: Nõ stabit testis vnus contra aliquẽ, quicquid illud peccati & faci noris fuerit, sed in ore duorum aut triũ testium stabit omne verbum. Igitur & dabo, inquit, duobus testibus meis, & prophetabunt. Sic intelligi dignè potest, ac si diceret: Cum tu mensus fueris templum Dei & altare, id est, cũ tu terminos fidei dilataueris & prolõgaueris, vt expedit calamo tuo, id est, autoritate scripturæ euangelicæ, non patiar deesse aliquos qui te testificẽtur pro me ita scripsisse, ita sensisse. Quid enim, si ita dixi, & verum dixi, quia multi vocati, pauci verò electi? Nunquã tam pauci erunt electi, nunq; per abũdantiã iniquitatis ita refrigescet charitas, vt minus q̃ duos testes inueniri queat euangelij veritas. Quod verò inquis, si falsè duo testes cõtra tot aduersarios extiterint? Nimirum iustum ac legitimum damnationis iudicium ad eijciẽdum foras illud, quod supra dixi, atrium gentibus datum. Nonne & contra tantã multitudinem filiorũ Israel murmurãtium, & terræ repromissionis detrahẽtium, duo testes, videlicet, Iosue filius Nun,

Deut. 9.

Mat. 20.
Mat. 22.

Num. 13.

Nun, & Caleph filius Iephone, sufficerunt ad ipsorum iudicium, vt meritò prosterne rentur in deserto corpora eorum? Soli nanque duo hi ad omnem multitudinem locuti sunt dicentes: Terra quam lustrauimus valdè bona est, & omnis multitudo, quia testimonium illorum non recepit, in deserto prostrata est. Igitur & nũc etiam si nõ plures, quàm duo testes mihi fuerint, qui testimonium perhibeãt veritati, omnis multitudo contradicentium portabit iudicium quantacunq; sit. Si enim & in passione duo falsi testes aduersarijs meis contra me sufficere visi sunt, qui surgentes dixerunt, hic

Mat. 26.

dixit: possum destruere templum Dei, & in triduo reædificare illud, cur non & mihi versa vice contra aduersarios meos duo veri testes sufficere debeant? Verumtamen quoniam, vt supra dicere vel quærere cœperam, innumerabiles nobis sunt multitudines martyrum, id. est, testium, etiã si numerare velimus solos illos qui in testimonio sanguinẽ suũ fuderunt, rectè iam dicẽdum quia testes huius qui hæc loquitur, & verè quàm multi sunt, & nihilominus iuxta quandam rationem tantummodo duo, id est, duobus ordinibus distincti sunt. vide licet, quomodo Enoch & Helias ambo sancti & Deo dilecti à semetipsis differunt. E-

Gen. 5.

noch nanque nullas legitur persecutiones pertulisse, sed in pace cum Deo ambulauit, & non inueniebatur, quia tulit eum Deus. Helias verò notum est quantas persecutio-

3. Reg. 18.

nes impijssimę Iezabelis pertulit. Secundũ duos illos vsque hodie & vsque in finem seculi testes Christi distincti sunt, ita videlicet vt alij sint testes, qui in pace sanctæ ecclesiæ fideliter viuentes, loquendo pariter & scribendo testimonium veritati perhibuerunt & perhibere non desinunt: alij qui in persecutione pro statu fidei pugnando, supradictas templi Dei & altaris, & adorantium in eo mensuras defenderunt, & in defensione sanguinem suum fuderũt vel fusuri sunt. Hi duo sanctorum ordines rectè dicũtur duo testes. Ait ergo. *Et dabo duo-*

Christus dat os & sapiẽtiam testib. suis.

bus testibus meis.) Quid dabo eis? Nimirum os & sapientiam, sicut promisi dicens: Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis: Ego e-

Luc. 21.

nim dabo vobis os & sapientiam, cui nõ poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Quo dicto non vtique testibus suis solicitudinem adimit, sed hoc imperat, vt non prophetent de cordibus suis, illa tantummodo scire & dicere contenti, quæ sancta scriptura porrexerit, quæ sanctus sanctæ scripturæ conditor spiritus suggesserit. *Et prophetabunt*, inquit, *diebus mille ducentis sexaginta.*) Prophetabunt, id est, prædicabunt, non vtcunque, sed ita vt intelligãt & reuelent ea, quæ intus reposita sunt arcana scripturarum, & hoc diebus mille ducẽtis sexaginta, id est, etiam in illa non omnes refrigescentes iniquitatis abundantia, quã huius numeri supra scripta superfluitas signi ficat. Dixi quidẽ pro posse de huius numeri natura superflua. Sed adhuc restat q̃ fortè quis quærat, videlicet, quod cùm Daniel dies scripserit mille ducẽtos nonaginta, isti magis placuerit dicere mille ducentos sexaginta. Ad hoc respõdere licet, quia paulò quidem maior est numerus mille ducenti nonaginta, quàm mille ducenti sexaginta, veruntamẽ de partibus minoris huius quàm de partibus maioris illius, excrescit multò numerosior quantitas. Huius nanq; minoris numeri, id est, mille ducentorum sexaginta partes coaceruatæ, vltra tria millia, sicut iam prẽmõstratum est, excrescunt, illius autem maioris partes (quãuis & ipse superfluus sit) ad duo millia nõ peruenĩũt. Quod etiam hic demonstrare promptum est, habet nanque ille Danielis numerus, scilicet mille ducenti nonaginta partem media m, id est, sexcentos quadraginta quinq;: tertiã, id est, quadringentos triginta: quintã, id est, ducentos quinquaginta octo: sextam, id est, ducentos quindecim: decimam, id est, centum viginti octo: quintamdecimam, id est, octoginta sex: tricesimam, id est, quadraginta tres: quadragesimam tertiam, id est, triginta: octogesimam sextam, id est, quindecim: centesimam vicesimam nonam, id est, decem: ducentesimam quintamdecimam, id est, sex: ducentesimã quinquagesimam octauam, id est, quinque: quadringentesimam tricesimam, id est, tres: sexcentesimam quadragesimam quintam, id est, duo: millesimam ducentesimam nonagesimam, id est, vnum. Plures vel alias huius numeri partes non facile quis reperiet, quæ videlicet partes simul coaceruatæ superfluunt quidem vltra quantitatẽ, cuius partes sunt: veruntamen nec ad duo millia, sicut iam dictum est, excrescunt: faciunt enim mille octingentos septuaginta octo, cũ numeri minoris, id est, mille ducentorum sexaginta, qui præsenti loco datus est, in vno redactæ partes, vltra tria millia, sicut iã dictum est, protendantur. Igitur & ille Daniel & iste Ioannes, siue is qui Ioanni loquitur, vterque numerus superfluus vsus, illã de qua sæpè dictum est, iniquitatis abundantiam significat. Sed iste qui ex ipsius Domini ore audierat, quoniã abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum, vt eandẽ iniquitatis abundantiam acrius inueret, & multò magis superfluum numerum accepit vel dedit, & ab eadem temporis quantitate quam Daniel præuiderat, non valdè in longum recesit. Notandũ tamen valdè,

Cur Ioannes ait, dies 1260. Daniel verò dies 1290.

Mat. 24.

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod cũ dixisset, & prophetabunt diebus mille ducẽtis sexaginta, addit, *Amicti sacco.*) Quid est enim amicti sacco, nisi multum humilitati, omnimodo pœnitentiæ studio? Saccus nanq; duram pœnitentiæ austeritatem significat, quo lugentes operiri solent, maximeque pœnitentes. Sicut de rege Niniue scriptum est, quia ad prædicationem Ionæ surrexit de solio suo, & abiecit palliũ suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Sed quis non miretur testes istos tantæ dignitatis sacco debere amiciri? Attamẽ ita est. Eorum nanque est in sacco & cinere peccata hominum lugere, & tanto magis coram domino humiliari, quãto maior in suo tempore est abundãtia iniquitatis. Sic Helias cum Iezabel & Achab prophetas domini occiderent, & altaria eius suffoderent, non mollibus vestiebatur aut in domibus regum erat, sed in desertis, incultus & hispidus, asperam vitam ducebat. Nam de eiusmodi cultu vel habitu eius sic scriptum est: Cuius figuræ & habitus, inquit Ochozias, est vir qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt: Vir pilosus & zona pellicea* accinctis renibus. Qui ait: Helias Thesbytes est. Hoc respiciens & Apostolus cum dixisset: Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sũt tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, etiam hæc intulit: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti. Itaque testes isti fideles, eo ipso quod fideles sunt vel erunt illa tribulatione, peccata lugebunt populorum, quomodo tunc Helias & Heliseus in desertis, in solitudinib⁹, in montibus, & in speluncis peccata Israelis lugebunt, cæteriq; filij prophetarum. Nunquid enim absque causa peccati, dies illi tribulationis tales erunt? Non vtique, sed sicut alibi scriptum est: De humo nõ egredietur dolor, sic & tunc non pro nihilo, sed pro peccato consurget illa tribulatio. Cum autem multa sint peccata in populo Christianitatis, non absrę est scire vel quærere scripturarum exemplis, quo maximè vel quali pro peccato illa talis tribulatio cõtra ecclesiam consurgere permittenda sit. Illustris & notæ scientiæ vel fidei vir beatus Hieronymus locum illum in Michæa pertractans: Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabãt, & super dominum requiescebant, dicentes: Nunquid non dominus in medio nostrum? non venient super nos mala propter hæc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum. Hæc inter cætera dicit Petrus Apostolus: Argentum, inquit, & aurum non habeo. Poterat vtique Simoni mago vendere quod perebat, imò poterat simulare vendentem Spiritus enim sanctus nec venundari nec emi potest, seu oblatam pecuniam cum offerente damnauit. Nunc videas prophetas Hierusalẽ non habere in ore prophetiam, & in domino requiescere, & dicere: Non venient super nos mala. Quorũ causa speculatorium Dei hostili aratro diuiditur, & locus quõdam pacis ruinis plenus fit, & templum domini in vepres spinasq; conuertitur, & est habitaculũ bestiarũ. Et post aliqua: Propter quod causa nostri qui tales sumus, qui Sion ædificamus in sanguine, & Hierusalẽ in iniquitate, qui iudicam⁹ in munieribus, qui in mercedibus respondemus, q*sacerdotũ.* in pecunia diuinamus, & super hoc fictã nobis sanctimoniã vendicãtes dicimus: Non venient super nos mala. Audiamus sententiam domini quæ sequatur: Sion, & Hierusalem, & mons templi, speculatorium & visio pacis, & templum Christi, in consummatione & in fine, quando refrixerit charitas, & rara fides fuerit, quasi ager arabitur, & redigetur in tumulos, & erit in ecclesia syluarum, vt vbi amplæ quondam domus erant, & absq; numero acerui frugũ, ibi vix parua sit casula seruans speciem ciborum, refectionem animæ non habentium. Cum hęc dicit, profectò scire nobis & dicere licet, quia causa futuræ tribulationis tam magnæ peccatum est maximè graduũ ecclesiasticorum, peccatu venalitatis & auaritię, quod nunc aspicimus & vbiq; regnare videmus, ambitione nimia cuncta deuastãte, auaritia penè vniuersa reposita intus in ecclesijs deuorante, vbi quia licet viuere, libet etiam ambire. Vnde tunc meritò fiet, vt quia non licebit viuere, etiam nõ libeat ambire, multò amplius, multò miserabilius, quàm tempore persecutionis Neronianæ siue Diocletianæ, quibus vrgentib. nimirũ gradus ecclesiasticos nec emere delectabat, nec vẽdere vacabat. Igitur amicti sacco prophetabunt, id est, pœnitentiam agentes & alijs prædicãtes, & populo testimoniũ veritatis annunciabunt, & Deo quatenus plagam cessare faciat, siue vt se ne in errorẽ inducantur liberet, tota intentione supplicabunt. Sequitur. *Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra, in conspectu domini stãtes.*) Quasi quæreres, quis ex eo, quòd amicti sacco prophetabũt, fructus sperari deberet: Hi sunt, inquit, duæ oliuæ, & duo cãdelabra. Ac si dicat: Quia sic prophetabunt, idcirco erũt in suo tempore arbores bonæ, arbores oliuæ, pulchræ & fructiferæ, feraces misericordiæ de cælo impetratę, vt propter eos breuientur dies illi tamquam calamitosi. Ipsi nanq; sunt electi illi, de quibus ipse in euangelio futura hæc prænuncians dicit: Et nisi breuiasset Dominus dies, non* fuisset salua omnis caro. Sed *fieret.* propter electos quos elegit breuiauit dies.

Ionæ 3.

Amictus Heliæ. 3. Reg. 19.

4 Reg. 1. accinctus

Hebr. 2.

Contra ambitionẽ & auaritiam eccle siasticorũ.

Iob. 5.

Mich. 3.

Matt. 24.

Actor. 3.

Actor. 8.

Itaq;

Itaq; erũt Oliuæ, id est, causa misericordiæ tunc accelerandæ. Oliua nanq; misericordiam Domini solet in scripturis significare, nõ solũmodo pro similitudine fructus, cui⁹ suaui & leni vulnera curantur vnctione, verumetiã pro ipso suo nomine quod tractũ est à Græco ἔλεος, quod Latine dicitur misericordia. Candelabra verò in quo sunt? In eo videlicet quod in illis diebus tam nigris, tam tenebrosis, clara prophetia siue prædicatione lucebunt, ita vt fieri non possit vt in errorem inducatur quispiam electorum. Cuius videlicet erroris tantum erit periculum, vt dicere curauerit ipse Dominus custos electorum. Surgent enim pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducãtur (si fieri potest) etiam electi. Itaq; & duę oliuæ & duo candelabra hi sunt. Sic in illo tempore, cùm Iezabel, nox, & illius antiquæ ecclesiæ magna obscuritas, cælũ obtenebrasset, & per suos satellites prophetas Baal tenebras spargeret, stetit Helias, qui & tanquam candelabrũ lucem funderet opportunã, quatenus diceret populus: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus, & tanquam oliua de cælo impetraret populo misericordiam, vt cælum daret pluuiam, & terra daret fructum suũ. Vnde dicitur in laudibus patrũ: Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat. Et post pauca: Qui inscriptus es in iudicijs temporũ lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium & restituere* tribui Iacob: Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Heliseus tunc temporis oliua altera, & alterum fuit candelabrum, qui pro eiusdem vtilitatis intentione, vt misero populo posset prodesse, hoc, optione sibi data, elegit orare quatenus magistri spiritꝰ duplex fieret in se. De quo ibidem scriptũ est: Et in Heliseo cõpletus est spiritus eius. Et quidem in omnibus istis, inquit, illenõ pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis vsque dum abiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram. Attamen sequitur: Et relicta est gens perpauca, & princeps* in domũ Dauid. Et continuò subiungit: Quidam eorum fecerunt qꝰ placeret Deo, alij autem multa commiserunt peccata. Ac si dicat: Etsi non omnes correxerunt, attamen multis ad correctionem profuerunt. Nimirum ita erit & tecũ. Istis nanque oliuis & candelabris, de quib. nunc dicitur, in cõspectu Domini stantibus, etsi multi scandalizabuntur, fieri tamen nõ poterit, vt etiam electi in errorem inducantur. Sanè quod ait de istis in conspectu Domini stantibus, eiusdem Heliæ siue Helisæi quoque professioni cõsonat, quorum alter videlicet Helias dicit ad Achab: Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia: alter verò, scilicet Helisæus ad Iorã regẽ Israel: Viuit Dominus exercituũ, inquit, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, ne attendissem quidem te, nec respexissem. Et hic & illic verbũ stantis, habitum significat virtutis, quod videlicet testes fideles testes Domini, non cum errantibus & foris ejiciendis iacent in peccatis & vitijs, sed cũ veritate recti atque expediti stant in exercitio pietatis, in defensione iustitiæ, in obsequio Dei super thronũ sedentis, & orbem terræ in æquitate iudicãtis. Sequitur. *Et si quis voluerit nocere, ignis exiget de ore ipsorum, & deuorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum ne pluat diebus prophetiæ eorũ, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quoties cunque voluerint.*) Tota hæc testium dignitas cum scripturarum maiestate procedit, & pulchrius quàm verbis queat explicari, dum futuris * vel præsentibus intẽdit, præteritorũ quoque memores nos esse compellit, si verum volumus eorum quę dicuntur sensum consequi. Cùm enim dicere sic posset: Si quis voluerit in errorem inducere, & prædicationem siue regulã veritatis hæreticæ prauitatis turbinibus obruere, iudicium damnationis exiet de ore eorum, vt anathematizent eos & sathanæ in æternum tradant interitum. Cur sic maluit intelligere, & si quis eos voluerit nocere, ignis exiet de ore ipsorum, & deuorabit inimicos eorum? Cur, inquam, nisi potestatis eius in illo sæpedicto Helia mysticum præcesserit exemplum? Sic enim scriptum est: Misitque ad eum, videlicet Ochozias, quinquagenarium principem, & quinquaginata qui erant sub eo: Qui ascenditad eum, sedentique in vertice montis ait: Homo Dei, rex præcepit vt descendas. Respondensque Helias, dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Descenditque ignis de cælo & deuorauit eum, & quinquagin ta qui cum eo erant. Misit principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo, & similiter ignis exiuit de ore eius, id est, descendit ad imperium oris eius, & deuorauit eos. Vnde constat quod intentione nocẽdi dixerint: Homo Dei, rex precepit vt descendas: Homo Dei, hęc dicit rex: Festina, descẽde, & idcircò dixerit ille: Descendet ignis de cęlo & deuoret vos, dictumque effectus consecutus sit. Nimirum quomodo tunc ignis de ore illius visibilis exiuit, & inimicos eius regia cum tumore mandata perferentes deuorauit, sic de ore istorum ignis exiet inuisibilis, id est, iudi-

3. Reg. 17. 4. Reg. 3.

Mat. 24.

3. Reg. 18.

Eccl. 48.

**tribus.*

Heliseus altera oliua.

**domo.*

Cur dicit ignis exiet de ore ipsorum.

Exiuit ignis de ore Heliæ.

** &.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cium damnationis, deuorabit eos qui regibus impijs, regumque impiorum capiti Antichristo adulãtes nocere illi siue lædere illos voluerint. Item cùm dicere posset: Hi habẽt potestatẽ ligãdi in cælo & in terra, vt nõ veniat super inimicos eorũ propitiatio vel peccatorum remissio, cunctis diebus ministerij vel officij, id est, vsque in finem seculi, siue in sempiternum, cur sic dicere maluit: Hi habent potestatem claudẽdi cælum, ne pluat diebus prophetię eorum? Cur inquam, nisi quia talis quoque pluuiæ siue potestatis ad pluuiam huiusmodi cohibendam in eodem Helia claruit mysteriũ? Ille etenim oratione orauit vt non plueret sup terram, & non pluit annos tres & mẽses sex. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam & terra dedit fructum suum. Quod cum facere domino iubente intenderet, magna cũ potestate dixerat regi Achab: Viuit dominus Deus Israel in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Sic profectò testes isti aduersarijs suis inimicis Christi & hostibꝰ veritatis claudunt cælum, clausa continent ora sua qui ip si sunt cælum, ne pluant super eos verbum, nolentes effundere sermonem, vbi auditus non est, vtpote quos secũdum Apostolum post primam & secundam admonitionem deuitare debent, quia subuersi & proprio iudicio condemnati sunt. Talem ob causam primum Iudæis subuersis, & proprio iudicio cõdemnatis, clausum est huiusmodi cælum Deum sequẽtes authorem, qui de illis vel contra illos in propheta culpam ipsorũ præuidens, & nubibus meis, inquit, mandabo ne pluant super eos imbrem. Item cum dicere posset: Et potestatem habent super doctrinas nequam condemnandi eas, & anathematis dare sententiam, vt quicunque receperit eas, similem sortiatur damnationem, cur sic maluit dicere: Et potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, nisi vt ad mysticam nos mitteret historiam, vbi testes Moses & Aaron aquas Aegypti verterunt in sanguinem. Denique quomodo illis potestatem habentibus, materiales Aegyptiorum aquę versę sunt in sanguinem, sic istis iudicij diuini potestate vtẽtibus, hereticorum prauam doctrinam effundentium, & omnium illis consentientium conscientiæ, hic audiunt horridam & sanguineam, quam sunt bibituri mortis æternæ damnationẽ. Addidit hic, & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint habent potestatem, subaudiendum est, quomodo illi iam dicti Moses & Aaron terrã Aegypti visibiliter tot plagis percusserunt. Sic enim sententijs multiplicibus terram, id est, terrenos homines inuisibiliter percutiunt, donec deficiant rebelles, & vlti ma damnatiõe inuoluantur, quomodo illi terram Aegypti visibiliter tã diu contriuerunt, donec vltima plaga percussi Aegyptij cum rege suo deuoluerentur in maris profundum. Sequitur. *Et cum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendet de abyssο faciet aduersus illos bellũ, & vincet illos & occidet eos. Et iacebunt corpora eorum in plateis ciuitatis magnæ quæ vocatur spiritaliter Sodoma & Aegyptus, vbi & dominus eorum crucifixus est.* Cum, inquit, finierint testimonium suum. Nimirum cuique testium fidelium suum præfinitũ est tempus, suusque numerus, videlicet quousq; testificandi officio fungãtur, vel quam vsq; ad mensuram meritorum illorum cumulus sit perficiendus. Hoc ignorantes ipsi dum adhuc in corpore viuentes à Domino peregrinantur, festinanter nonnũquam cupiunt dissolui & esse cum Christo, non attendentes præ festinatione desiderij sursum ad deum anhelantes, vtrum præfecerit testimonium suũ an non. Ille autem sciens & præuidens quid vel quantum adhuc supersit, ad ipsorum profectum differt complere desiderium, quemadmodum & iste Ioannes, sicut in gestis eius legimus, cum multoties rogaret, quatenus hinc exire & ad Christum sibi venire consideretur, refert responsum fuisse sibi, expecta vt populum liberes crediturũ mihi. Item persecutores impij, verbi Dei profectum & gloriam testimonij eius odientes, testes sanctos auferre de terra festinant, DEVS autem seruant illos, & insidiantium conatus præuenit & cassat, donec illi testimonium suum finiant, sic & ipsum testem fidelem, testiumque fidelium, principem CHRISTVM festinabat Herodes occidere, & permissus non est, donec ille testimonium suum finiret, quod ita Lucas refert: Accesserunt quidam pharisæorum dicentes illi: Exi, vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite vulpi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consumor. Veruntamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. Igitur cum finierint testimonium suum, id est, non antequam finiant testimonium suum, bestia scilicet Antechristus, qui iamdudum, vt ait Apostolus, operatus est & operatur ministerium iniquitatis, faciet aduersus illos bellum. Quale bellum? Nimirum quale solet esse inter veritatem & mendacium. Isti nanque testes, contra quos ille facit vel faciet bellum, non ferro materiali, sed tantum verbo veritatis pugnare consueuerunt. Bellum ergo faciet aduersus illos, id est, veritatem fortiter erecto impugnabit mendacio. *Et vincet illos*, id est, pene vsq; ad victoriã deprimet illos, sicut illud quod alibi dictũ est: Et im-

Helia potestas 3.Re.17. Iaco.5. 3.Re.8.

Tãum 3.

Esaiæ 5.

*Exod.*7.

2.Co.5. Philip.1.

Lucæ 13.

Et impleuerũt ambas nauiculas ita vt mergerentur, id esse oportet, ad submersionem premerentur. Exurgent enim, inquit Chri-
*Luc.*5. *Mat.*24. stus, pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiã electos. Tũc itaq; pius martyr inter tormenta signa non faciet, bestia autem illa mẽdacia faciet signa per prophetas suos, & in hoc videbitur superior. Quid tandem? *Ecce occidet illos.*) inquit. Quis occidet nisi is qui occidere solet? Nam ipse quidem in persona sua nondum venit, qui pro-
2.*Thes.*2. priè Antichristus dicitur, & constat quia venturus est, sed in spiritu eius iã venit Nero, & post eum cæteri, in quibus ille filius perditionis, qui in suo tempore reuelandus est ministerium iniquitatis iam diu multũque operatus. *Et iacebunt corpora eorum in platea ciuitatis magnæ.*) Bestia quæ ascendet de abysso, id est, de occulto nobisque incognito malitiæ & tenebrarum profundo, vbi nunc
*Luc.*12. est diabolus Deo contrarius, anteq; perditũ illum hominẽ ingressus, propriè dicatur, & sit Antichristus, cùm occiderit corpus, post hæc amplius nõ habebit quid faciat, sed hoc tantũ faciet, vt corpora quæ occiderit insepulta iacere faciat in plateis. Hoc quàm sæpè iam factũ sit, non ignorat, qui martyrũ gesta vel passiones legit. Porrò, ciuitas magna cuius in plateis iacueruut vel iacebunt testium istorum corpora, ciuitas est sanctæ ciuitati cõtraria, ciuitas diaboli contraria ciuati vel ecclesiæ Dei, cuius primus ciuis & opifex fuit fratricida Cain, & exinde omnes filij superbiæ, cuius vel quorum rex ipse diabolus est. Ipse enim (inquit Dominus
*Gen.*4. ad beatum Iob) rex est super omnes filios superbiæ. Eiusmodi ciuitatis ædificia sunt
*Iob.*41. vitia omnia, maximeq; libido & superbia. Ideo nunc dicit: *Quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus.*) Sodoma videlicet propter
*Gen.*19. libidinem maximè illam quæ est contra naturã, cuius Sodoma illa localis in sua pœna horrendum fuit exemplum. Aegyptus propter superbiam, cuius quam damnabilis
*Exod.*14. sit præsumptio, Aegyptij cũ rege suo in mare mersi cũ curribus & equis magnum & famosum vniuerso mundo præbuere documentum. Rectè ergo talibus denotatur vocabulis illa ciuitas. *Vbi* (inquit) *& Dominus eorum crucifixus est.*) Dominus testium istorum Iesus Christus est testis fidelis, & hic Hierosolymis extra portã ciuitatis crucifixus est. Ergo ne Hierusalem ciuitas illa, in qua reges olim iusti regnauerunt, in qua singulare fuit vnius Dei templum, Sodoma vocatur & Aegyptus? Ita planè si ad
*Esa.*1. ppheticam respicias veritatem, qua suggerente Esaias ita locutus est: Audite verbũ Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei mei populus Gomorrhæ. Præmiserat aũt in titulo, dicens: Visio Esaiæ filij Amos quam vidit super Iudã & Hierusalem. Igitur qui carnaliter erant Iuda & Hierusalem, spiritualiter illic Sodoma & Gomorrha dicti sunt. Alius quoq; propheta cũ dicit eidẽ populo, pater tuus Amorrhæus, & *Ezec.* 16. mater tua Cethæa, nomini huic alteri locũ & causam dat, vt Aegyptus dicatur, eadem ciuitas, quia videlicet sicut Amorrhæi & Cethei, sic & Aegyptij de posteritate maledicti Cham fuêre exorti. Ferat proinde opprobriũ suum ciuitas illa, vbi Dominus istorũ crucifixus est, vt vocetur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, id est, pars cõputetur magnæ ciuitatis diaboli, quæ istis nominibus denotatur. Et sicut super Sodomam pluit Dominus ignem & sulphur, & sicut in Aegypto aquæ virga Moysi percussę in sanguinem versæ sunt, sic illi qui Dominũ crucifixerunt, dignũ cum cęteris, imò pro cæteris *Gen.*9. vbiq; gentiũ homicidis atq; immundis sub- *Exod.*7. eant æternũ ignis & sanguinis iudicium. *Et videbunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus corpora eorum tribus diebus & dimidio, & non sinẽt ea poni in monumẽtis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabuntur, & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos, qui inhabitant super terram.*) Peccatum peccatorum, omnium deterrimum est, im- *Prou.*2. pios lætari cùm malefecerint, & exultare in rebus pessimis, & meritò talibus multus & inexhaustus repositus est thesaurus iræ Dei viuentis. Hoc peccatum in illos occisores testium sanctorum grauissimè denotat enũciatio hæc, qua nunc dicitur: Et videbunt & gaudebunt, & iocundabuntur, & munera mittent inuicem. Quid enim videbunt? Vtique magnum scelus suum, scilicet corpora sanctorum quos occiderunt non posita in monumentis, & suæ potestatis esse, vt non ponantur in monumentis. Et quam ob rem super hoc tantopere gaudebunt, & iocundabuntur, & munera mittent inuicem? Quoniam (inquit) hi duo prophetæ cruciauerunt eos, & subaudiendum est, quia occidendo illos magno (vt ipsi putãt) cruciatu liberauerũt semetipsos. In promptu esset de gestis vel prælijs sanctorum proferre exempla, & demonstrare vbi vel quando truces homicidæ prostratis legionibus martyrum gauisi & iocunda ti fuerint, immò & in medio funerum discumbẽtes, profusis conuiuijs, epulati fuerint, tanquam de maximis hostibus ingentes triumphos consecuti. Sed vnum de Domino ipsorum qui crucifixus est exemplum sufficit. Cùm enim crucifixissent illum, ita gauisi sunt & iocundati, vt mouentes capita sua dicerent: Vah qui destruit templum Dei, & in triduo illud reædifi- *Mat.* 27. cat. Præterea, quasi munus sibi miserunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuicem, ducẽtes illum ad Annam primùm, deinde ad Caipham, deinde ad Pilatum, deinde ad Herodem, deinde rursus ad Pilatum. Ita quasi spectaculi munus miserũt inuicem, & huic muneri suo gratiam impiã habuerunt. Deniq; Annas honorem sibi fieri arbitratus est quod ad se duceretur primum, quia erat socer Caiphæ. Pilatus autem & Herodes amici facti sunt in ipsa die, nam antea inimici erant ad inuicem. Adeo gaudebant & iocundabantur, tanquam immenso liberati cruciatu, quia videlicet sicut nunc dictum est, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos, qui inhabitant super terram, sic & multo vehemẽtius ipse Dominus prophetarum cruciauerat eos, adeo vt grauis esset illis etiam ad videndũ. Pro eo quod ipsi erant inhabitantes terram, id est, non minus corde quàm corpore terræ siue terrenis cupiditatibus inhærebant, iste autem cælestia loquebatur, & terrenam illorum reprehendebat auaritiam. Veruntamen quod de testibus istis dicitur, & corpora eorum non sinent poni in monumentis, hoc in illum dominum ipsorum, qui crucifixus est illi facere nõ sunt permissi. Prouiderat enim illi spiritus sanctus sacræ ac mysticæ legis per præceptum huiusmodi. Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appẽsus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno. In qua sententia notandum, quod maledictum non pœna facit sed culpa, cum sic præmittit, & diligenter determinat, quando peccauerit homo quod morte plectẽdum est, demumq; subiungit, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo. At illi eum, qui non habebat culpam arbitratu quidem suo maledictum esse voluerunt propter pœnam. Veruntamen sicut iam dictum est, authoritate legis suffragãte, non licuit eis prohibere sepulturam, atque ita etiam in hoc nescientes saluti nostræ deseruierunt, vt cuius anima descenderat ad inferos, cunctas per potentiam insitæ sibi diuinitatis liberatura electorum animas, eius corpus nõ prohibita sibi sepultura poneretur in terra, daturũ corporibus mortuorũ vt de sepulchris suis exiliant in resurrectiõe futura. Notandũ tãdem, q̃ sic tempora circũscribit, vt dicat, tribus diebus & dimidio videbũt corpora eorum, rursumq;: *Et post tres dies & dimidium spiritus vitæ à Deo intrauit in eos & steterunt super pedes suos.* Quantum enim temporis suprà significauerat, dicendo: Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Itemque: Et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, tantumdem significat, dicendo, nunc tribus diebus & dimidio. Itemq;, & post dies tres & dimidium. Tempus ergo, & tẽpora, & dimidium temporis, id est, annos tres & semissem, tres dies ac dimidium hic appellat. Cur hoc? Cur dum prophetarẽt testes isti, tempus prophetiæ illorum diebus mille ducentis sexaginta, id est, tribus annis & dimidio præfinitum est, postquam autem prophetauerũt, postquam bestia occidit corpora, post hæc non habitura quid faciat, pro tribus annis & dimidio, tres dies & dimidium dicere vel scribere complacitum est? Nimirũ quia sanctis Dei testibus in agone permolesto pro veritate certantibus, dum instat, dum præsens est angustiæ tempus, dum quo nolunt, ducuntur sensui fragilissimæ carnis lõgum videtur, postquã autem abierit tempus illud, vt iam vltra non sit mors, neque luctus, neq; clamor, neque dolor, quæ prima abierunt, tunc demum positis in æternitate beata, respicientibus post tergum, breue videbitur fuisse quod pertulerunt, & tunc perpẽdent quàm verè Apostol. dixerit: Quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ait ergo: Et post dies tres, & dimidium spiritus vitæ à Deo intrauit in eos, id est, post breue tempus, quamuis multum videatur, futurum est, vt reduces spiritus in iussu omnipotentis reuertantur in artus proprios, & resurgant qui mortui in sepulchris iacuerant, vel etiam insepulti proiectiq; fuerant. Mutata sunt tempora verborum, cùm hactenus de futuro fieret enunciatio, & ciuitatem sanctam calcabũt, & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt, & iacebunt in plateis corpora eorum, & videbunt de populis, & gaudebunt, nunc autem præterito tempore sic dicitur, spiritus vitæ à Deo intrauit in eos, & steterunt. Nimirum hoc indicio mutata esse persona significatur, quia videlicet ab eo quod supra dictum est, atrium autem quod est foris templum eijce foras, & ne metiaris, quoniam datum est gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt: hæc & cætera vsque ad hunc locum, verba sunt eius personę quæ calamum dedit, hic autem persona Ioannis rursum loqui incipit eodem tempore verborum, scilicet præterito, quo loquebatur superius, quod non inuitatum constat esse sermonibus propheticis. Sæpius nanque dum futura prænunciant, verbis vtuntur præteriti temporis. Et steterunt (inquit) super pedes suos. Subauditur in magna constantia. Hoc enim innuit illud quod additum est, super pedes suos. Tunc etenim (vt Sapientia dicit) stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores illorum. Videntes turbabuntur timore horribili. De quo timore malorum, simulque de illo statu sanctorum hic protinus subditur: *Et timor*

Et timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo dicentem illis: Ascendite huc: Et ascenderunt in cælum in nube, & viderunt illos inimici illorum.) Hoc nimirũ videbunt, imò visuri sunt inimici eorum, quia vocem audient magnam, dicentis: Ascendite huc. dicẽtis: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. Tunc (inquit Apostolus) rapiemur in nubibus obuiam Domino in aera, & sic semper cũ Domino erimus. Hoc est quod videntes turbabũtur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementesq; præangustia spiritus, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præangustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finẽ illorum sine honore. Quomodo ergo cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? *Et in illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit & occisi sunt in terræ motu nomina hominum septem millia. Et reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli.*) Nihil verius quàm quod in illa hora quando resurgent mortui fiet terræ motus magnus, vt euigilent omnes, cũ tali tamque profundo somno sopiantur. Porrò, q̃ supra ciuitatem magnam dixit, quã & spiritualiter Sodomam & Aegyptum vocari asseruit, id nunc non ciuitatem, sed decimam appellat partem ciuitatis, quam & cecidisse, vel casuram esse dixit. Et reuera quæ dicitur ciuitas diaboli, non ciuitas est, sed ruinę sunt, magnæ & sanctæ ciuitatis Hierusalem cælestis, cuius nouem sunt angelorum, & idcircò qui inde ceciderunt, & homines qui de illorum sorte sunt, rectè dicuntur decima pars, ruinosa pars eiusdem ciuitatis. Vtriq; ceciderunt, id est, cadent, videlicet in infernũ, cum diabolo & angelis eius, & homines sequaces eius. Idcircò non fuit contentus dixisse: & decima pars ciuitatis cecidit, sed addidit *Et occisi sunt in terræ motu nomina hominũ septem millia.*) Nam septẽ millia hominũ idem est, ac si diceret: vniuersitas hominum impiorum. Maluit tamen dicere: nomina hominum, q̃ simpliciter homines, per quod intelligimus nominatos in hoc sæculo, & inclytos homines, videlicet de qualibus in Psalmo scriptum est: Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerũt nomina sua in terris suis: Et in Esaia: Propter hoc dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes eius, glorioq; eius ad eum. Quomodo cecidit vel casura est illa decima pars ciuitatis, & hominum nomina quomodo occidenda sunt in illa hora terræ motus tam magni? Nimirum eodem, qui dicet testibus suis: ascendite huc, id est, venite benedicti patris mei, possidete regnum, eodem (inquam) Domino dicente: cadite illuc, id est, discedite maledicti in ignem æternum, cadent & ibunt in supplicium æternum. *Et reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli.*) Qui sunt vel erunt reliqui, nisi omnes electi qui stabunt à dextris? Nunquid autem isti timebunt vel in timore mittentur, quando diabolus, videntibus cunctis, præcipitabitur? Timebunt planè, quia sic ad beatum Iob Domino loquente audiuimus vel legimus: Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. Tanto quippe pondere terroris excutietur, vt sanctorum etiam prædicatorum, quos angelos scriptura nominare cõsueuit, fortitudo turbetur. Erit autem in eis aliquo modo tremor lætus, & timor securus, quia & cælesti regno se remunerari certi erũt, & pro carnis infirmitate contremiscent per tanti turbinis metum. *Et dederunt* (inquit) *gloriam Deo cæli*) Videlicet admirantes virtutem fortissimi, qui tam fortem, tamque superbum tam fortiter præcipitabit. Tali modo decima pars supernæ ciuitatis, quæ dudum de cælo cecidit, remanentibus nouem (vt iam dictum est) angelorũ ordinibus, tunc de terra quoque & de aere isto (in quo hactenus nequiter vagãtur illi magni spiritus) cadet & præcipitabitur, quam videlicet partem Apostolus vocat spiritualia nequitiæ in cælestibus, & homines impij simul mittentur. *Væ secundum abijt, ecce væ tertium veniet citò.*) Hoc illi loco superiori iungitur, vbi præmisso, væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ, continuò sequitur, quia angelus sextus tuba cecinit. Et plaga magna subscribitur, solutis quator angelis, à quibus occisa est tertia pars hominum tribus plagis scilicet plaga ignis, plaga fumi, & plaga sulphuris. Siquidẽ ea, quæ hoc sequenti libello tractata sunt, ab eo loco quo sic cœpit: Et vidi alium angelum fortem descendentẽ de cælo, vsque ad præsentem locum quo nunc dicit, væ secundum abijt, & ecce væ tertium veniet citò, neque ad illud secundum, neque ad istud tertium væ, sed ad laudem pertinet Christi, & magnificentiam gloriæ eius & misericordiæ, qui illud vltimum vę, ne electis eius imparatis ex improuiso superueniret, per semetipsum venire, & illud prenũciare dignat' est. Hoc animaduertẽtes quæcunque credimus, quia Christus Iesus in hunc mundum peccatores saluos facere venit, & quæcunque legimus, quia per semetipsum ore proprio in Euangelio suo illud vltimum væ, id est, iudicium damnationis impiorum futurum esse prædixit, dicamus cum isto, qui hæc dicit vel scribit, quia secundum væ abijt, & ecce ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ce væ tertium veniet citò. *Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cælo, dicentes. Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerũt Deum, dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras* * *Et qui venturus es, quia. qui accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti, & iratæ sunt gentes. Et aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, et prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terram.*) Tuba hæc septima, illa (vt iam supra
1. Cor. 15. memorauimus) tuba nouissima est, cuius & Apostolus meminit, vbi ad Corinthios scribens, ita dicit: Omnes quidem resurgemus, sed nó omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: Canet enim tuba, & mortui resurgẽt incorrupti. Itemq;
1. Thes. 4. ad Thessalonicenses. Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. Quis autem dubitet ad cantum tubæ illius septimæ siue nouissimæ, resurrectionem mortuorum, pertinere vel futuram esse, de qua & illic Apostolus dicit: & mortui resurgent incorrupti, & hic iste iã præmisit: quia spiritus vitæ à Deo intrauit in eos, & steterũt super pedes suos? Quare ergo sic iste anticipauit, vt prius diceret, spiritus vitę à Deo intrauit in eos, quod est mortuos resurgere, & deinde scriberet, væ secundum abijt, & ecce væ tertium veniet citò, addens continuò, & septimus angelus tuba cecinit? Quare (inquã) nisi quia resurgere à mortuis, & stare super pedes, nó est væ, sed gaudium magnum testibus illis, de quibus vel pro quibus illam prophetiã cótexuit? Denique & quod dixit, quia facto terræ motu decima pars ciuitatis cecidit, quoniã pro gloria testium eorundẽ dixit, magis in gaudium sanctorum debuit enunciari, & idcircò tandem ad illud vę respiciẽs septimæ tubæ cantum intulit, cuius canentis hæc summa est vox, qua ipsum væ ita cócludit: Et aduenit ira tua, & tempꝰ mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & exterminandi eos qui corruperunt terram. Hoc nimirum est vltimum væ, & iSupra. 10. ste cantus tubæ septimæ, de quo veraciter iurauit iste angelus fortis, quia tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli, cùm cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei: Canẽte ergo septimo angelo, factæ sunt voces, inquit, magnæ in cælo, dicentes: Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Voces iste magnæ beatorum angelorum & sanctorum omnium non conticescent in æternum. Cùm autem dicunt, factum est regnũ huius mũdi Domini nostri, & Christi eius, subintelligendum est nobis, ita vt impletum sit iam ex illa nouissima tuba, id quod Domino filio dixit pater Dominus: Sede à dexteris Psal. 109. meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Nam nunc quidem regnat Psal. 2. Dominus, & iam Christus eius qui dicit in Psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, in gloria regni sui est, ex quo resurrexit à mortuis, & in cælum ascendit, iuxta propheti- Psal. 8. cum eiusdem Psalmistæ præconium: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Sed adhuc rebellis ex magna parte recalcitrat mũdus, & sanctos eius ministros persequitur. Proinde Apostolus cùm huius testimonij meminisset, dicens: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius: continuò subiunxit futurum de quo loquimur: Nunc autem nondum videmus omnia illi esse subiecta. Itaque sicut iã dictum est, iam quidem regnat Dominus, & Christus eius, & præsens quoque ecclesia regnũ eius dicitur & est, sed sunt adhuc multa in regno eius scandala, quæ canente nouissima tuba colligentur. Quod cùm factum fuerit, tunc demum pleno ore ritè cãtabitur: Factum est regnum huius mundi, Domini nostri & Christi eius, quia vinctis in carcere inferni cunctis hostibus, pacatum regnum, & in pace regnabunt in secula seculorũ. Et viginti quatuor seniores qui in cõspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderũt in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es & qui eras, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti, & iratæ sunt gentes: Et aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terrã. Multis & bonis Dei operibus, magnis & æ- Rom 5. ternis beneficijs eius, magnæ & sempiternæ gratiarum actiones debentur. Quid autem Ioan 12. isto eiusdem Domini Dei omnipotentis be- Mat. 12. neficio maius & pulchrius, quod cómemo- Luc. 11. rantes dicunt, quia accepisti virtutem tuã & regnasti? Quid enim magnificentius, quã quod virtutem suam Dominus accepit, & regnauit? Regnabat quippe peccatum, regnabat mors ab Adam regnabat diabolus mundi huius obtinens principatum, & hic erat fortis armatus, qui in pace sua possidebat, & custodiebat atrium suum. Super hoc generi humano condolens accepit virtutẽ suam, & regnauit, superuenit fortior, vicit illum, & vasa eius deripuit. Hæc est illa ac- Psal. 92. ceptio virtutis & regni, de qua & Psalmista prædixit:

In regno Christi. id est, ecclesia sũt adhuc multa scãdala. Hebr. 2.

prædixit: Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se. Quomodo vel quando illam virtutem suam accepit? Imò quæ est illa virtus Dei, nisi spiritus Dei digitus Dei, dicente ipso qui regnauit: Si in digito Dei
Mat. 12. eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei? Nam quod spiritus Dei virtus eius rectè dicatur, & sit. Gabriel quoq; archangelus ad Mariam testatur, cùm dicit:
Luc. 11. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Vnde notandũ quod non dixerint tantum, quia accepisti virtutem, sed accepisti, inquiunt, virtutem tuam. Etenim homo factus Dei filius, siue cùm fieret homo, in ipsa quidem cõceptione sui virtutem istam accepit, sed antequã fieret homo, virtus eadẽ sua erat, quia suus & patris vnus spiritus erat. Itaq; nó sine magno põdere dictum est, accepisti virtutem tuã, quia quod fideliter credimus virtutẽ siue spiritum quem in natura humanitatis dono accepit, eandem virtutem, eundem spiritum, priusquam mundus fieret, vnus idemque Dei filius in natura diuinitatis cũ substantialem sibi habuit. Rectè igitur vbi tale tantumque regnantis Domini beneficium consummabitur, cadẽtes in facies suas viginti quatuor seniores, id est, vniuersi ecclesiarum patres, magistri siue rectores, adorant, & dicunt: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, &c. Illa gratiarum actio cadentium in facies suas, id est, ordinata reuerentia subijcientium animas suas, finem nullum habitura est. Quod dicunt, qui es, & qui eras, malam damnatorum aduersariorum voluntatem percutit, & sine fine diuerberat, qui hoc agere nitebantur, vt nõ
Psal. 40. esset, vt non subsisteret, sicut Psalmista ex persona ipsius aduersum illos contestatur: Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur, & peribit nomen eius? Præmisso nanque, quia accepisti virtutem tuam, & regnasti, id est, incarnatus de tuo spiritu sancto, & principem mũdi foras eiecisti, cõtinuò subnectunt: *Et iratæ sunt gentes.*) Ad quid enim iratæ sunt gentes, vel quid irascendo efficere voluerunt gentes, nisi hoc vt non esset? Sanè hic à nomine gentium Iudæi non excipiũtur, quia primi irati sunt, & maximè inuiderunt, tradentes illum gẽtibus ad illudendum, & flagellandũ, & crucifigendum, dicẽtes (sicut iam meminimus)
Mat. 20. quando morietur, & peribit nomen eius?
Luc. 18. Vnde item in Psalmo vehementer insultabundus illis improperat spiritus sanctus:
Psal. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Verè inania meditati sunt, quia tu Domine, & antequam homo fieres, Deus eras, & nunc postquam gentes iratæ sunt, & fremuerunt te occidentes, resurrexisti, & es. Hinc est quod itidem in Dauid Psal. 138. dicis ad patrem: Exurrexi, & adhuc sum tecum. Iratæ sunt igitur gentes, id est, te occiderunt, & (sicut iam dictum est) te occidendo fremuerunt. Sed quid deinde? *Et aduenit* (inquiunt) *ira tua.*) Rectè & ordinatè, quia gentes prius iratæ sunt, post aduenit ira tua. Hic est ordo iustitię legitimus, vt nulli Deus irascatur, nisi illi qui prior fuerit iratus intumescendo, resistendo, fuumque reatum in similitudinem præuaricatoris Adæ defendendo. Vbi quis irascitur, & resistit, ibi demum Deus irascitur & resistit, & contra fortem vtitur sua vi, quæ non potest portari. Hinc Psalmista cùm dixisset: Tu Psal 75. terribilis es, & quis resistet tibi: cõtinuò subiunxit: ex tunc ira tua. Ac si dicat: Non ex quo quis peccat, sed ex quo peccatum suum defendendo, tuæq; iustitiæ resistendo multiplicat, ex tunc ira tua, cui non est qui resIob 9. stere valeat, sicut alibi scriptum est: Deus cuius iræ nemo resistere potest. Hic & particulariter in singulis hominibus, & vniuersaliter in omni genere humano iudicij ordo seruatur. Dicunt ergo: Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua. Ac si dicant: Quia gentes pœnitentiam, te prædicante, recipere noluerunt, sed econtra magis iratę sunt, & fremuerunt, & inania meditati sunt, & astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, iustè nunc demum aduenit ira tua, sicut ibidem de te subscriptum est: Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furo- Psal. 2. re suo conturbabit eos. Nam exponentes quid dixerint, & aduenit ira tua, subsequũtur, & dicunt: *Et tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos, qui corruperunt terram.*) Iræ eius quæ aduenit, effectus est, exterminare eos, qui corruperunt terram. Nam reddere mercedẽ sanctis, non ira, sed gratia pro gratia est, gratia beatitudinis pro gratia vocationis, vel fidei beatitudinem promerentis. Et rectè sic sermo contextus vel ordinatus Prius dãest (vt prius dictum sit) reddere mercedem tur mercẽ seruis suis, ac deinde: & exterminandi eos ces bonis qui corruperunt terrã. Nam & secundũ veri deinde exdicũ ordinẽ siue ordinatã veritatẽ Euange terminanlij, priꝰ merces reddetur dextris seruis Dei, tur impijdeinde exterminabũtur sinistri. Prius enim dicet rex ille his, qui à dextris erũt: Venite Mat. 25. benedicti patris mei, percipite regnum. Ac deinde his, qui à sinistris erunt: Ite maledicti in ignem æternum. Tali nanque modo & seruis Dei merces reddetur, & corruptores terræ exterminabũtur. Qui autem sunt corruptores terræ, nisi corruptores corporum & animarum, seruientes omnimodæ cupiditati suæ? Neque enim in iudicio Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa exigitur corruptionis, nisi eius qua corrumpitur creatura rationalis, quæ cum terra Dei esse deberet, & afferre fructum fidei, sanctimoniæ, & pacis, siue dilectionis, ita corrupta est in semetipsa, vt amaras incredulitatis omniumque libidinum spinas afferret, ac perinde maledictioni deputata sit. Ita in diebus vocis septimi angeli, cùm cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, & sicut iurauit angelus ille fortis, qui stetit supra mare, & supra terrã, manumque suam in cælum leuauit, tempus amplius non erit, tempus pœnitentiæ non dabitur vltra peccatoribus, per tantos tubarum præcedentium (quas enumerauimus) cantus terrificos sufficiẽter præmonitis. Nõ partim, sicut in cæterarum cantibus tubarum, sed simul omnes corruptores terræ perit. 1. Thess. 4. ribunt, & exterminabuntur in iussu regnãtis Domini, in voce archangeli, in tuba Dei, vt nullum vltra regno Dei faciant scandalum.

Sup. 10.

LIBRI SEXTI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER SEPTIMVS.

CAP. XII.



T apertum est templum Domini in cælo & visa est arca testamenti eius in templo eius. Et facta sunt fulgura, & voces, & terræ motus, & grando magna. Et signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.) Meminisse hic oportet loci superioris, vbi septem angelis stantibus in conspectu Dei, datæ sunt septem tubæ, qui & parauerunt se, vt tuba canerent, quorũ per cantus singulos quid acciderit, quid actum sit, scriptura hæc per ordinem hactenus digesit. Nam illic antequam dicatur, & septem angeli parauerunt se, vt tuba canerent, introductio sit alterius angeli, qui venit, & stetit ante altare, habens thuribulũ aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronũ. Ita dispositis hinc septem angelis quibus tubæ datæ sunt, inde alio angelo qui habebat thuribulũ aureum, prius digestum est quid actum sit per singulos cantus tubarum, & conscriptæ sunt septem vindictæ peccatorũ. Et nunc demum resumpto principio, scribitur quid actum sit cum officio angeli habẽtis thuribulum aureum, & narratur grande bellum certamenque prolixum angeli, qui & nunc Michael dicitur, præliantis cũ dracone magno & rufo septem capitum, & insignes declamãtur victoriæ martyrum, cantantium tandem post labores præliorum, quasi canticum nouum. Hic manifestè spiritus fortitudinis opera prædicantur, qui in ordine septem spirituum quartus inuenitur, spiritui consilij coniunctus, cuius in septem tubis canentibus prouidentiam supra memorauimus. Ait ergo: *Et apertum est templũ Domini in cælo.*) Coniunctione ista qua dicit, & apertum est, nos ad superiora reduxit, vbi dixerat: Et alius angelus venit, & stetit ante altare: &c. Simul nanque actum est, vt & templum Domini aperiretur, & iuxta altare staret angelus. Tunc etenim templum Domini apertum est, quando fidem Domini promissiones Christi in cordibus suis receperunt sancti homines, & tunc iuxta altare stetit angelus, quando propter eandem fidem genti iustorum Michael est princeps deputatus, sicut in suo loco plenius cũ scripturarum authoritate mõstrauimus. Apertum est ergo templum Domini in cælo, id est, crediderunt, & credendo in Christum venturum, templũ Domini facti sunt sancti patres, Abraham, Isaac, & Iacob. *Et visa est arca testamenti eius in templo eius.*) id est prospecta, & à longè salutata est incarnatio Christi filij Dei, quæ nunc in templo suo, id est, in ecclesia sua, auro mundissimo, id est, diuinitatis suæ magna claritate radians conspicitur. Idcircò autem per arcam testamenti rectè incarnatio intelligitur filij Dei, quia videlicet in typum eius, Domino iubente, fecit Moyses in eremo simul arcam fœderis simul & propitiatorium. Arca nanque eũdem Dei filium incarnandum propitiatorium verò eũdem significabat propecatis hominum passurum. *Et facta sunt fulgura & voces, & terræ motus, & grando magna.*) Subauditur vbi accepit angelus thuribulũ, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram. Sic etenim illic continuò subiũctum est:

Supr. 8.

Spiritus fortitudinis hic prædicatur.

Dan. 10.

Sup. lib. 3 in princip.

Exod. 3.

Sup. 8. ctum est: Et facta sunt tonitrua, & voces, & terræ motus. Quod licet rectè intelligatur de spiritu sancto, quem Dominus in Apostolos misit, qui & sedit super eos tanquã ignis, nihilominus tamen, & de eo rectè intelligi diximus, quòd genti illi lex data est in monte Synai in dispositione angelorum, vt ait Stephanus prothomartyr. Siquidem fulgura & voces quæ per Apostolos spiritualiter micuerunt, vel auditæ sunt, realiter in monte Synai, quando data est lex, nõ defuerunt, vt rectè de vtraque, scilicet legis & euãgelij cõmotione intelligere liceat illud Psalmistæ: Deus cũ egredereris in cõspectu populi tui, cùm pertransires in deserto, terra mota est, &c. Itaque ad illa reducta tempora, quibus beata sanctorum progenies Christi venturi fidem in promissione concepit, & cæteræ gentes vias suas permissæ sunt ingredi, sicut in septem tubis, totidem notas & insignes spectauimus vindictas peccatorum, sic nunciam in his quæ sequuntur, vsque ad agnũ stantem supra mõtem Sion bella spectemus victoriasque sanctorum. Hoc ita incipit: *Et signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, & clamabat parturiẽs, & cruciatur vt pariat.*) Verè magnum & magnæ rei fuit hoc signum. Significabat nanque mulierem illa sanctam Ecclesiam, quam & in multis prophetarum locis scripturarum inuenimus appellari mulierem viro suo, id est, Deo coniunctam & dilectam, imò & nonnũ quam pro parte præuaricatorum, vitijs, & peccatis idololatriæ seruientium redargui velut adulteram. Hæc mulier ex tunc rectè dicitur amicta sole, ex quo Christum verũ iustitiæ solem accepit in repromissione. Luna sub pedibus eius id est, temporaliũ bonorum claritas sub administratione eius. Luna nanq; pro sui mutabilitate rectè mundi huius bona mutabilia significat, quibus stultus seruit, sapiẽs imperat. Hoc ergo laudi est sanctis patribus quod diuites quidem fuerunt, sicut sacræ historiæ tradunt, sed ipsas diuitias non passi sunt suis affectib. dominari, sed ipsi dominati sunt diuitijs, dispensando vt poscebat vsus priuatus aut publicus, atque ita laudabiliter eiusmodi diuites excusantur, quia non est sensus in crimine, sed affectus. At contra quisquis credit quidem in Christum, sed affectu inhæret & seruit lucris rerum temporalium, seruus est, non dominus illarum, neque dici rectè potest de anima eius, quòd sit mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, sed nimis peruersè amiciri luna, solemque nititur habere sub pedibus. Sequitur. *Et in capite eius corona stellarum duodecim.*) In capite huius mulieris corona stellarum duodecim conspicitur, quia in initio nascentis ecclesiæ duodecim patriarchæ, itemque in initio renascentis eiusdem, duodecim Apostoli notissimi ac splendidi dinumerãtur. Nunc interim ordinem mirabilium cælestium secuturi, coronam duodecim stellarum, numerũ intelligimus duodecim filiorum siue tribuum Israel. Nam & Ioseph somnium narrans: Videbam, inquit, solem & lunam, & stellas vndecim adorare me. Etenim pater ipse propter Christum quem in promissione habebat, quasi sol erat: mater autem quæcunque illi optiua erat (quoniam naturalis mater obierat) luna erat, pro eiusdẽ Christi fide lucida: vndecim autem fratres quibus somnium narrabat, vndecim stellæ futuræ erant: Ioseph ipse stella erat duodecima. Igitur in capite mulieris corona stellarum duodecim, in initio ecclesiæ chorus filiorum vel tribuum Israel duodecim. *Et in vtero habẽs, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.*) Quid erat habere in vtero, nisi promissionis fidem seruare in cordis secreto? Etenim quando primum ad Abraham locutus est Deus, dicens: Et in semine tuo benedicẽtur omnes gentes (quod profectò semen Christus est) ille promittenti credidit, in eandem fidem sperantibus eius posteris, extunc mulier in vtero habere cœpit. Erat autem Deus qui promiserat eiusdem mulieris vir, paterq; & autor illius conceptionis, id est, fidei, per quam Christus qui vẽturus erat, iam in patrum credentium cordibus habitabat. Proficiente autem per tempora credentium multitudine, successerũt Moyses & prophetæ, qui fidem quam susceperat, loquendo pariter & scribendo non sine magna desiderij intentione significabant. Sequitur ergo: *Et clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.*) Quod dixit, & clamabat parturiens, hoc repetiuit imò compleuit addendo, & cruciatur vt pariat. Parum quippe fuisset dixisse hoc tantum, & clamabat parturiens. Videretur enim nihil amplius intelligi velle, quàm si dixisset, cùm pareret, cœpit clamare. At illa priusquam pareret, priusquam partũ effunderet, parturiit & clamauit. Parturire nanque est ante partum cruciari: quia videlicet parturire meditatiuum, parere autem perfectum verbum est. Igitur quomodo mulier carnaliter grauida, instante hora pariendi tota est in meditatione partus sui, tamdiu in illa expectatione occupata est, tandiu cruciatum sustinet donec pariat, ita & illa talis mulier spiritualiter prægnans. Clamabat, inquit, parturiens, & cruciatur vt pariat, Clamores eius multos ad medium proferre possemus, sed exempli gratia vnus hic in Esaia prophe- *Esa 53.* ta sufficit locus: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum

Exod. 19.

Actor. 7.

Psal. 67.

Gen. 37.

Gen. 22.

Galat. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

latũ est? Et ascẽdit sicut virgultum corã eo, sicut radix de terra sitienti. Non est species ei neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus: & desideravimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: Et quasi abscõditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Hæc & his similia dicentes sancti prophetæ cùm clamarent & dolerent, nunquid eiusdem clamoris vel doloris sui causam euenire, certámue esse nolebant? Imò maximè cupiebant, ipso attestante Domino cùm dicit: *Luc. 20.* Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & nõ viderunt: & audire quæ vos auditis, & non audierunt. Nónne in hoc quoque vera est similitudo mulieris parturientis, & parturiendo clamantis? Illa nanque parturiendo quidem clamat, quia dolet: sed nimirum sic mauult dolere, quã sano vtero sterilis permanere. Sequitur: *Et visum est aliud signum in cælo, & ecce draco magnus & rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cùm peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius.*) Verè aliud, id est, alterius rei fuit hoc signum. Fuit enim signum diaboli, qui semper aduersus mulierem illã inimicitias exercuit, & exercere non desinit, malas sibi, bonas autem mulieri. Deus nanque bonus, eadem pro bono mulieris inimicitias posuit, quemadmodum in initio loquens ad *Gen. 3.* serpentem dicit: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Denique serpentis illius, id est, diaboli qui in serpente locutus est, draco iste signum fuit: sicut econtra mulier illa sole amicta, signum erat ecclesiæ totius, cuius beata virgo Maria portio maxima, portio est optima pro felicitate vteri proprij. Visum est ergo, inquit, signum aliud: & ecce draco magnus & rufus. Vnde magn' & vnde rufus? Magnus, videlicet, quia habens capita septem, & cornua decem: rufus autem ex eo maximè, quia cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & rufum sanguinem sitiens, stetit ante mulierẽ quæ erat paritura, vt cùm peperisset, filium eius deuoraret. Inde magnus, inde rufus. Quid porrò significabant illa septem capita? Hoc nimirum vt compendiosius clarescat, primò sciendum est, draconem talem sic magnum, sic rufum, ita significasse diabolum, vt simul etiam significaret corpus eius vniuersum, scilicet omnem generationem nequam, generationem Cain, aduersantem ab initio generationi sanctæ, genera- *Psal. 23.* tioni Abel, generationi quærentium Dominum, quærentium facié Dei Iacob: cuius, vt iam dictum est, mulier talis signũ fuit. His ita perspectis, iam intelligi promptum est, capita draconis illos rectè dici qui principales extiterunt in opere siue intentione diaboli, videlicet in obsidione iã dictæ mulieris, in intentione occidendi puerperium ecclesiæ Dei, præfocandi verbum Dei, destruẽdi fidem seminis Abrahæ, id est, Christi. Huiusmodi capita veraciter septẽ sunt: quia nimirũ ex quo pater Abrahã & posteri eius fidem seminis (in quo benedicentur omnes gentes) susceperunt, septem sunt mũdi huius regna ex traditione sanctarũ scripturarum, quæ aduersus eandem fidem dimicauerunt, sed nondum venit regnum se- *Exod. 1.5.* ptimum. Primum nanque ex quo credidit Abraham, regnum fuit Pharaonis & Aegyptiorum filios Israel odientium: secundum *3. Reg. 19.* regnum fuit Iezabelis, & filiorum vel posterorum eius impiorum, regnum Israel & Iuda, qui prophetas occiderũt: tertium Babylonium: quartum Persicũ siue Medicũ: quintum Macedonicum: sextum Romanũ: septimum quod futurum est Antichristi regnum. Præter hæc regna septem nullum aliud memorat sancta scriptura stetisse vel stare ante illam mulierem ad deuorandum filium eius, contra sanctam ecclesiam, ex qua credidit Abraham, ad destruendam fidem seminis eius. Singulorum huiusmodi capitum sanguineos rictus paulisper exem- *Exo. 1.5.* pli gratia contingamus. Primus Aegyptiorum rex Pharao, populo suo dicit: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminei, reseruate. Item: Vacatis otio, & idcircò dicitis: Eamus & sacrificemus Domino. Et multa his similia. Post hunc Iezabel captiuato viro suo regi Achab, vt abiret & seruiret Baal, *3. Reg. 19.* & adoraret eum, prophetas Domini occi- *1. Par. 24.* dit, quemadmodum & Helias Thesbytes gemebundus dicit: Domine altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam. In Iuda quoque semen eiusdem Iezabelis, rex Ioas Zachariam prophetam occidit, atque extunc etiam in Hierusalem draco ille mulieris huius sanguinem bibere cœpit, prophetas occidendo ne prophetarẽt, vel quia prophetabant in nomine Domini: nec ante destitit, donec partu editum filiũ eius cru- *Dan. 3.* cifigẽdo deuorare se credit. Sed de hoc postmodum planius dicendum erit. Tertio loco Nabuchodonosor rex Babylonis, traductus in-

ctis in captiuitatem cum reliquis Iudæis prophetis Domini statuam erexit, & eo vsque abolere voluit nomen Domini, vt dicerẽt tribus pueris: *Dan. 3.* Si non adoraueritis, mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis est Deus qui eripiat vos de manu mea? &c. Quarto deinde loco regnum Persarum atque Medorum, genus vniuersum Iudæorũ, in quo tantum eatenus notus erat Deus, delere voluit agente Aman hoste Iudæorum, *Hest. 3.* qui erat de stirpe Agag, quem occidit, & in *1. Reg. 15.* frusta concidit Samuel coram Domino. Cùm enim illum exaltasset rex Assuerus, & posuisset solium eius super omnes principes quos habebat, cunctique serui regis qui in foribus palatij morabantur, flecterent genu & adorarent Aman, solus autem Mardochæus non flecteret genu, neque adoraret eum, iratus est valdè, & pro nihilo ducens in vnum Mardochæum mittere manus suas, magis voluit omnem Iudæorum *Hest. 7.* qui erant in regno Assueri perdere nationem. Vnde Hester: Hostis, inquit, & inimicus noster pessimus est iste Aman. Item: Nũc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. Quintum caput draconis huius, regnum Macedonicum. Qualiter regnante Antiocho, qui appellatus est Epiphanes, id est, nobilis siue illustris, mulierẽ istam infestauerit, compellendo Iudæos vt se trãsferrent à patrijs & Dei legibus. De quo etiam videlicet Antiocho scriptum est: quia misit contaminare quod in Hierosolymis erat templũ, & cognominare Iouis Olympij, & in Garizim prout erant hi, qui lo- *1. Mac. 1.* cum inhabitabant, Iouis hospitalis, Macha- *2. Mac. 6.* bæorum pasiones & prælia testentur. Nam *Ibidem.* illud quod maximè ad nequissimam draconis intentionem pertinet sic incipit: Duæ mulieres delatæ sunt natos suos circuncidisse, quas infantibus ad vbera suspensis cum publicè per ciuitatem circumduxissent per muros præcipitauerunt. Quid enim intendebat per hoc & per cætera quæ sequũtur, nisi hoc vt conceptus mulieris, id est, seminis Abrahæ fides, cuius testimonium illis erat signaculum circuncisionis, funditus extingueretur? De sexto capite, id est, regno Romanorum, quis nescíat quantum sæuierit ad deuorandum filium huius mulieris? Nempe istud est quod cum capite illo, secundo scilicet Iudaico regno concordi rictu ferociter nimis hiauit, in primis vt filium illũ in persona ppria deuoraret, quã- *Mat. 20.* do traditus est filius hominis gentibus, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, capite illo scilicet Iudaico populo dicente ministro huius alterius magni capitis: *Ioan. 19.* Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Deinde, quod paulò pòst dicemus, bellum maximum quod fecit draco repugnante Michaele & angelis eius. Item quod adiecit, facere prælium cum reliquis de semine mulieris huius, quo capite factum est nisi Romano imperio, quod per orbem vniuersum missis edictis & legibus publicis tot millia martyrum interfecit? De septimo *2. Thes. 2.* tandem capite cùm se erexerit, id est, de homine peccati filio perditionis Antichristo cùm reuelatus fuerit, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod cólitur, quis nesciat quia mulierem istam siue reliquias seminis eius ita persequetur, vt quemadmodum Dominus dicit, talis tunc tribulatio sit, qualis non fuit ab initio, nec est, nec erit? Ipse nanque erit de quo Danieli angelus dicit: Et sermones con- *Dan. 2.* tra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret, &c. De istis septem capitibus alio postmodum loco cùm dixisset huic Ioanni angelus, septem capita bestijs septem mon- *Infra. 17.* tes & reges septem sunt, continuò subiunxit: Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit. Et cùm venerit oportet illũ breue tempus manere. Quod hic tacitum est, illic suppletur, videlicet, quòd super bestiam (quæ non est alia nisi draco iste) mulier sederit, mulier alia, mulieri isti quã draco impugnat semper opposita, id est, ciuitas diaboli, ciuitati Dei semper cõtraria. Quid autem est quod ait, quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit? Videlicet quia cũ hæc videretur vel scriberẽtur, quinque regnorum iam dictorum reges, qui mulierẽ sæpè dictam persecuti sunt, iam dudum transierant, reges autem regni Romani, Regis siue Imperatoris Neronis decreta contra Christi ecclesiam sæuiebãt, & à successoribus eius seruabantur. Alius autem, scilicet, Antichristus nondum venerat, sed necdum venit. Sed de his alias. Nũc præsentia persequamur. Cùm dixisset, habens capita septem, addidit: *Et cornua decem.*) In Daniele quoque scriptum est de bestia quarta, quæ significabat regnũ Romanorũ, quòd haberet cornua decem. Et omnes ferè scriptores ecclesiastici tradiderunt in consummatione mundi, quando regnum destruendum est Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanũ inter se diuidant, & vndecimum surrecturum esse paruulum regem, qui tres reges de decem regibus superaturus sit, regem Aegyptiorum, *Dan. 7.* regem Africæ, regem Aethiopiæ, atque hoc esse quod illic scriptum est: Et ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorũ, & tria de cornibus primis euulsa sunt de facie eius, quod videlicet cornu erit Antichristus. Verùm hic vbi quarta bestia, vt illic, solum significans regnum Romanorũ, sed draco, id est, diabolus conspicitur, & septem eius capita describuntur, nullaque fit

mentio

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentio de tribus euulsis cornibus, aliud dicere licet, quod cœpto sensui cum scripturarum autoritate coniungatur. Septem quidem tantummodo draconis capita, sed decem videntur cornua. Quia videlicet vnum ex regnis supradictis regnum Macedonicũ in reges quatuor diuisum fuit. Mortuo nãque Alexandro magno, surrexerunt pro eo quatuor duces eius, qui sibi imperium diuiserunt. Aegyptum enim Ptolemeus Lagi filius tenuit, Macedonas Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri, Syriam & Babylonem, & omnia regna Orientis Seleucus Nicanor, Asiæ regnauit Antigonus. Hoc est quod in Daniele legimus: Hircus autem caprarum factus est magnus nimis. Cumq; creuisset fractum est cornu magnum, & orta sunt cornua quatuor subter illud per quatuor ventos cæli. Quod exponens angelus dicit: Porrò hircus caprarum rex Græcorum est: Et cornu grande erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quòd autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo, quatuor reges de gente eius cõsurgent: Cõtinuoq; addit: Sed non in fortitudine eius. Nullus enim illorum fortitudini siue magnitudini Alexandri potuit æquari. Itaque septem, vt iam dictum est, capita, sed decé cornua, id est, septem regna, sed decem fuerunt reges, quibus draco ille sese armauerat. sed sequitur adhuc: *Et in capitibus suis septem diademata.*) Si decem cornua decem reges sunt, quomodo non totidem sunt diademata, quot cornua? Nónne omnes illi quoque reges quatuor, in quos regnum illud vnum diuisum est, habuerunt diademata? Scriptum est enim in libro Machabeorũ primo: Et obtinuerunt pueri eius videlicet Alexandri regnum vnusquisque in loco suo, & imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius. Quo modo ergo non dictum est decem, sed septem diademata, cùm fuerint decem cornua? Nimirum quia quãuis vnius capitis quatuor cornua, id est, vnius regni Macedonici reges quatuor fuerint, vno tãtum ex illis aduersus mulierem draco vsus est, scilicet posteritate Seleuci, cuius in partem Syria, in qua continebatur Iudæa, obuenit. Ex illis nanque qui regnauerunt in Syria, exiuit radix peccatrix Antiochus Epiphanes, id est, illustris. Hoc vnũ diadema ex illis quatuor, draco rũfus in sua causa contra mulierem induit, & illud sanguine sanctorum sæuus homicida cruentauit. Denique licet & cæteræ regni diuisi partes Iudæam interdum lacerauerint, tamen hoc verò constat, quia partis vnius rex qui Syriam & cum illa Iudæam obtinebat, causam draconis contra mulierem egit, intentionem diaboli contra Dei legem exercuit. Hic, vt iam dictum est, erat Antiochus illustris, de quo Daniel præuidens dicit: De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem, & magnificatum est vsq; ad fortitudinem cæli. Et deiecit de fortitudine, & de stellis & conculcauit eas, & vsq; ad principem fortitudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est contra iuge sacrificium propter peccata & prosternitur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Quod itidem exponens angelus qui supra: Post regnum, inquit, corũ, cùm creuerint iniquitates, cõsurget rex impudens facie, intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis. Et supra quàm credi potest vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet, & interficiet robustos, & populum sanctorũ secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius, cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos, & contra principem principum consurget. Iste nanque rex ille iam dictus Antiochus extitit, qui vsque ad fortitudinem cæli, id est, filios Israel, qui angelorum vallabantur auxilio, erexit magnificentiã suã, ita vt de sanctis plurimos idololatriæ subijceret, & velut stellas cæli conculcaret pedibus suis. Atque ita factum est, vt Meridiẽ & Orientem, id est, Aegyptum & Persidem suo teneret imperio. Quodque ait, vt vsq; ad principem fortitudinis magnificatus est. Hoc significat, quod erectus sit cõtra Deũ, & sanctos illius persecutus, & ab eo tulerit iuge sacrificium, quod mane & vespere offerebatur, & polluerit atque deiecerit locum sanctificationis eius: & hoc non sua virtute, sed propter peccata populi. Atque ita factũ est, vt veritus prosterneretur in terram & cultu idolorum florente, Dei religio (quæ istius sæpè dictæ mulieris erat ornatus) cõquiesceret. Núc cętera prosequamur. *Et cauda eius trahebat tertiam partẽ stellarũ cæli, & misit eas in terram.*) Stellas cæli filios Israel significare iam supra diximus, & duodecim stellarum coronam quam in capite suo mulier habebat, duodecim fuisse patriarchas, per quos Ecclesia in initio propagata est, iuxta illud somnium Ioseph dicentis: Videbam solem & lunam, & stellas vndecim adorare me. Ipse nanque Ioseph stella erat duodecima. Ad omnẽ quoq; multitudinẽ filiorũ Israel Moyses dicit: Dixiq́ue vobis in illo tempore, nõ possum solus sustinere vos, quia Dominus Deus vester multiplicabit vos, & estis hodie sicut stellę cæli q̃ plurimi. Quis autẽ nesciat in illa oppugnatione mulieris, vbicunque draco illã impugnauit, plerosque ex illa gente fouisse & adiuuisse dolosam ne-

Dan.8.

Dan.8.

1. Mac. 1.

Gen.37.

Deut. 1.

sam nequitiã draconis? Nã exempli gratia: Vbi in Antiocho iã dicto draco iste sæuiri cœpit, sic scriptum est: In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis dicentes: Eamus & disponamus testamẽtum cũ gentibus quæ circa nos sunt quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos mala multa. Et bonus visus est sermo in oculis eorum. Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem, & dedit illis potestatem vt facerent iustitiam gentiũ. Et ædificauerunt gymnasium in Hierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt nationibus, & venundati sunt, vt facerent malum. Plura omittimus quæ proferri possent in exemplum stellarũ eiusmodi cadentium de altitudine cæli, de dignitate testamenti Dei, ita vt etiam adiuuarent partes diaboli, impugnãdo illos qui perseuerare volebant in religione paternæ fidei. Cauda ergo draconis palã est, quia trahebant tertiam partem stellarum cæli. *Et misit eas,* inquit, *in terram.*) Vt videlicet terræ incumberent, qui cælo intendere debuerant, terrena tantum cuperent, qui beatam cælestium spem expectare iussi fuerant. Sequitur: *Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cùm peperisset, filium eius deuoraret.*) Hæc erat intentio draconis tot capita subrigentis, tot cornua vibrantis. Hæc, inquã, erat nequissima cupiditas diaboli, tot regna cõmouentis, tot reges inflammãtis in odiũ diuinæ religionis, vt cùm peperisset mulier, quæ erat paritura, cùm Christum edidisset ecclesia, pariente virgine Maria, filium eius deuoraret, id est, nomen eius de hominum memoria tolleret, vt partus huiusmodi nulla vtilitas, nullus fructus existeret. Sed sequitur: *Et peperit filium masculum qui recturus erat gentes in virga ferrea.*) Ac si dicat: Ille quidem draco funestus mulieris parturientis excitatus clamoribus, stabat ante illam attentus, vt deuoraret filium eius, maximeque in Herode insaniebat sanguineum caput, quando prophetico commotus ille oraculo quod audierat, & tu Bethleem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populũ meum Israel, quæsiuit puerum ad perdendum eum, misitque in Bethleẽ, & occidit omnes pueros qui erant in ea, & in omnibus finibus eius, quasi impossibile foret non simul occidi & illum. Sed sic fatuus draco, qui in illo sæuiebat, quomodo consiliũ siue propositũ Dei euacuare se posse putabat? Ille nanque recturus erat gentes in virga ferrea, & hoc in scripturis veritatis præfixum erat, exempli gratia, ipso dicente in Psalmista: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea. Quo modo ergo illum tam citò malitiosa draconis fatuitas, deuorare se posse sperabat, cùm scriptum fuisset de illo, quòd recturus esset gentes in virga ferrea? Sanè virga ferrea, id est, inflexibili iustitia. Item quod ait filium masculum, idem est ac si diceret fortissimũ. Masculus enim, id est, fortis filius tunc natus est nobis, quemadmodũ propheta prædixerat: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis. Egit tamen draco ille quantum potuit, non desistens filiũ illum persequi, vt deuoraret, id est, vt memoriam eius deleret, dicens illud quod in Psalmo audimus: Quando morietur, & peribit nomen eius? Hæc dicendo impatienter effecit vt crucifigeretur: & hoc agendo, deuorari illum, & perire putauit nomen eius. Sed vide quid sequitur: *Et raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius.*) Quàm verè hoc factũ sit quis nescit? Quis non audiuit? Cùm enim deuoratus esse putaretur, vtpotè in terra sepultus, & signato lapide in terra cõclusus, tunc solutus doloribus inferni iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, resurrexit & in cælum ascendit, & sedet à dextris Dei, triumphante veritate scripturæ dicentis in Dauid: Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis. Raptus est igitur filius mulieris, ecclesiæ filius, mulieris virginis Mariæ ad Deum & ad thronum eius, atque illinc despiciens vniuersa capita draconis irridet, sicut itidem in Psalmo spiritus sanctus locutus est: Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos: Ego autem constitutus sum rex ab eo, & cætera. Sequitur: *Et mulier fugit in solitudinem vbi habet locum paratum à Deo, vt vbi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta.*) Rapto filio suo ad Deum & ad thronum eius, mulier in solitudinem fugit, id est, sedente iam Christo Domino ad dexteram patris, & dato spiritu sancto Ecclesia illius temporis vitam solitariam elegit. Sic enim in Actibus Apostolorum legimus: Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Nec quisquam aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat: Nimirum hoc erat, mulierẽ fugisse in solitudinẽ, quia videlicet nihil possidere vel concupiscere in hoc mũdo, fida & tranquilla mentis solitudo est. Contra, possidere vel cupere vel ambire, non solitudo, sed magna solicitudo & inquietudo est. Itaque in solicitudinem mulier fugit, quando Ecclesia nil in hoc mundo possidere proposuit, prouocans filios suos ad imitandum se. Exempli gratia:

Esa.9.

Psal.40.

Mat.27.

Actor.2.

Psal.109.

Psal.2.

Actor.4.

Mat.12.

Miach.15.

Psalm.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cùm in Apostolo dicit: Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse: Qui sine vxore est, solicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo. Inter hæc & huiusmodi dicit: Vellem autem omnes homines esse sicut meipsum. In huiusmodi solitudine habet, inquit, mulier locum paratum à Deo. Quis est locus mulieris in hac solitudine, nisi Deus ipse. Denique & Psalmista orans dicit: Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij. Et in Iob de peccatore pereunte scriptum est: Sicut consumitur nubes & pertrãsit, sic qui descendit ad inferos, non ascendet, nec reuertetur vltra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus eius. Nam quod ait, neq; cognoscet eum amplius locus eius, idé est ac si diceret: Non requiret eum amplius Deus, qui omniũ beatorũ locus est, extra quẽ nullus est beatus, in quo etiam nunc dum ab ipso peregrinamur, pes animæ, id est, Christiana spes figitur. Hunc locum paratum habet à Deo, à nullo enim parari nobis potest Deus, nisi ab ipso Deo, & hoc in illa tali solitudine, vbi contemplationi vacando possit hunc locum suum cognoscere, semperque casum suum cauere, dicendo: Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Præterea & in hoc paratus est illi locus à Deo in illa solitudine, vt ibi pascat illã. Hanc enim legem Dominus præscripsit filius matris ecclesiæ filijs qui nondum peruenerunt ad apicem perfectionis maternæ, vt nihil in hoc mundo velint possidere & hoc illis iussit, vt pascant illam matrem suam, id est, euangelizantem sibi charitatem maternam, perfectionem Apostolicam. Dixit enim: Dignus est operarius cibo suo. Et alibi: In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Huius dignitatis siue debiti memor Apostolus ad Corinthios dicit: Nescitis quoniam qui in sacrario operãtur, quæ de sacrario sunt edunt? Et qui altari deseruiunt cum altari participãtur. Ita & Dominus ordinauit ijs qui euangelium denunciant, de euangelio viuere. Item: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Pascunt ergo illam diebus mille ducentis sexaginta, id est, quam diu peregrinãdo in hoc seculo persecutiones tolerat. Nam quia tanto tempore agitanda est persecutio summa draconeisto, in illo perditionis filio, scilicet Antichristo, totas effundente inimicitias, rectè tot diebus vniuersa persecutionum omniũ tempora subintelligimus, de quo videlicet tempore siue dierũ numero iam loco alio plenius tractatum est. Sequitur: *Et factum est prælium magnum in cælo, Michael & angeli eius prælia-*

1.Cor.7.

Psal.30.

Iob.7.

Psal.35.

Mat.10.

Luc.10.

1.Cor.9.

bantur cum draconе. Et draco pugnabat & angeli eius, & non valuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in cælo.) Magnum & mirabile in conspectu animæ Ioannis talium imaginum spectaculum, mirabilis sensus siue animi eius habitus, quem concipere poterat spectando talia vel tanta, tamque horrifica signa mirabilium secretorum. Vix summam admirationis somniare vel meditãdo nobismetipsis imaginare possumus, videlicet admirabili cum horrore illud persensisse. Quàm inuitus draco ille diabolus de templis & aeris vel simulacris gentium pelleretur: quod fieri cœptum est, vbi raptus est filius ille ad Deum & ad thronum eius. Dixit enim mox ascensurus: Euntes in mundum vniuersum prædicate euangeliũ omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Quod idem erat ac si diceret: Euntes fortem illum armatum à me iam victum de atrio suo propellite, draconem illum diabolum à me funeligatum, immò & quasi hamo captum, & in sudibus nares perforatum, circulo in naribus, & armilla in maxilla perforata constrictum de templis & aris extrahite, vt vasa eius traham ad me sicut prædixi. Quia si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Inde terrifici sonitus persecutionum per orbem vniuersum, quarum erat signum hoc prælium imaginarium, prælium magnum. Factum est, inquit, prælium magnum. Vbi? In cælo. Per quod significabatur Ecclesia, terra longe altior, terrenis hominibus & terra sapientibus longè superior, cuius est in cælis conuersatio. Non enim iam Ecclesia, postquam raptus est filius eius ad Deũ & ad thronum eius, pugnare dignaretur in terra, quod tamen antea licito facere solebat, quando propter terram, propter terrena bona, sancti reges & prophetæ armis materialibus multa gesserunt prælia. Nunc alius erat causæ status, & alius perfectæ intentionis affectus, contemnere terram & appetere cælum, cohibere manus & liberare linguam eruditam, offerre gladijs carnem & verbo defendere fidem. Pugnabat itaque in cælo. Quomodo autem draco erat vel pugnabat in cælo? In cælo nimirum erat arbitratu suo, videbaturque sibi similis altissimo, cùm exhiberetur ei quasi diuina religio, & à miseris gentibus (quas seduxerat) coleretur pro Deo. Itaque & ipse pugnabat quasi in cælo dum cõtenderet haberi ꝓ cæleſti Deo. Propterea nemo ferè est qui nesciat draconẽ istum in aere vagari, & permissam vsq; ad tempus iudicij exercere potestatem, ipsumque aerem vsitato in scripturis more cælum dici, vt illic: Volucres cæli & pisces maris. In isto cælo, id est, in aere nos quoque vsque hodie

Mar.vl. Mat.12. Luc.11.

Ioan.12.

Esa.14.

Psal. &

Ephes.6.

hodie contra illum pugnam habemus, sicut & Apostolus ad Ephesios scribens loquitur: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates & rectores mũdi tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus. Sunt ergo spiritualia nequitiæ, scilicet draco iste & angeli eius in cælestibus, non vbi sydera disposita effulgent & sancti angeli cõmorãtur, sed in huius aeris infimi caliginoso habitaculo, vbi & nebula conglobatur. Et tamen scriptum est, quod cooperit cælum nubibus vbi & aues non volitant, & tamen dicuntur volatilia cæli. In his ergo cælestibus, non in illa superiore tranquillitate cælestium habitant isti nequissimi spiritus, contra quos nobis colluctatio spiritualis indicitur, vt deuictis angelis malis, illo prẽmio perfruamur, quo angelis bonis incorrupta æternitate socie-

Ephes.2.

mur. Vnde alio loco idem Apostolus, cùm significãret tenebrosum diaboli principatum, secũdum spiritũ, inquit, mundi huius, secundum principem potestatis aeris, qui nunc operatur in filijs infidelitatis. Quod ait hic, principem potestatis aeris, hoc illic dixit, spiritualia nequitiæ in cælestibus. Igitur & iuxta literam sic rectè intelligitur, quod prælium imaginarium in isto cælo, id est, aere Ioannes fieri viderit, in significationem eius prælij, quod de templis & aris, imò & de cordibus hominum diabolus iam cœperat eijci, cuius videlicet prælij finis erit, vt mittatur in ignem æternum draco iste cum angelis suis, atque ita fiat quod subiectum est: Et non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. In cælo, inquam, non tantum quod est spiritualis vel cælestis fidelium hic peregrinantium conuersatio, sed nec in aere isto in quẽ detrusus est, detrudendus iterum in tartarum illo iudicij die magno & tremẽdo. Sed iã ipsa verba ordine prosequamur. *Michael,* inquit, *& angeli eius præliabantur cum draconе: Et draco pugnabat & angeli eius.*) Nusquam in tota serie scripturarum ante illũ sæpe dictæ mulieris partum Michael archangelus pugnasse cum draconе, eumq; vicisse legitur, quia videlicet nõdum draconis eiusdem caput, vt vinci posset ab angelis, cõtriuerat ille mulieris filius, quod nunc fecit, & faciendo raptus est ad Deum & ad thronum eius, vnde

Phil.3.

Psal.73.

4.Reg.19. Esa.37.

& illi in Psalmo canitur: Tu contribulasti capita draconum in aquis: Tu confregisti capita draconis. Et quidem plura leguntur in scripturis ante acta pro hominibus insignita angelicę fortitudinis. Exempli gratia, vt illic: Factum est igitur in nocte illa venit angelus Domini, & percussit castra Assyriorum centum octoginta quinque millia. Verum hoc & cętera huic similia fieri non erat pugnare angelos bonos aduersus angelos malos pro hominibus impijs ad pietatẽ cõuertendis, sed erat angelos bonos ad impiorum hominũ perditionem malorũ angelorum seruitio vti, testante Psalmo cùm dicit: Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immissiones per angelos malos. Hic nõ ita est. Mali angeli nõ immittũtur, vt homines impij occidantur, sed contra malos angelos à bonis angelis præliũ committitur, vt homines ab impietatis errore liberentur. Quomodo prælium hoc gestum est aut geritur? Quibus vel qualibus armis acies illæ vtuntur? Et quidé in illa visione Ioannis huius armorum materialium quasdam similitudines videri potuisse non dubitamus, sed angeli siue boni siue mali, cùm sint spiritus, corporali siue materiali armatura non induuntur. Attamen draco ille quod naturã nõ habuit arte maligna sibi assumpsit, scilicet omne genus armorũ quibus bella gerũtur inter homines, & homicidia peragũtur, scilicet gladios regũ & imperatorũ, fecures consulum, & vincula carcereq; iudicum, & omnia omninò genera tormentorũ. Primus quem Romæ inuasit siue arripuit, Neronis gladius extitit, & in illo pugnauit. At verò Michael & angeli eius econtra prælijs tes, nihil de huiusmodi genere armorum habuerunt aut quæsierunt, sed vt sunt administratorij spiritus, in ministeriũ missi propter eos qui hæreditatem cãpiunt salutis, cõmilitonibus suæ partis hominibus Christianis, qui sunt vel erant de semine illius magnæ mulieris, signa miraculorum ab Iesu Christo per spiritũ sanctũ data ministrauerunt, præsentes illis & cooperãtes ad curandos infirmos, ad suscitandos mortuos, assistẽtes pijs martyribus in tormentis & aculeis colloquentes illis, & colloquio suo consolantes & refouentes illos, in carceribus & vinculis, religantes etiam angelos draconis, & extrahentes de antiquis templorum simulacris, quæ omnia sic esse facta non ignorat, quisquis sanctorum martyrum siue Apostolorum gesta legit. Exempli gratia: Vbi agonizanti in aculeo martyri miles adhuc gentilis dicit: Video ante te iuuenem pulcherrimum stantem cum linteo & extergentem membra tua. De qua re adiuro te per Christum qui te misit angelum suum, ne me derelinquas. Nunquid illic tantum, vbi visibiliter apparuerunt sancti angeli pijs martyribus, præsentes fuisse credendi sunt? Immò & vbi visibiliter non apparuerũt præsentes, semper affuerunt, compatientes patientibus, adhærentes laborantibus, vulnera, dinumerantes, sanguinem profluentem metientes, responsa figulorum conscribentes, & inter

Esa.14.

Psal. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

hęc omnia, preces gemitusque morientium, aureo thuribulo velut incensa multa concremans ante oculos Domini Dei, & illius qui raptus fuerat ad thronũ eius filij victorioſi perferebat Michael. Hoc modo cum dracone præliabatur Michael & ãgeli eius. Cæterum armis materialibus ad defẽſionẽ ſui pars iſta nihil agere moliebatur, cũ totæ interdum legiones martyrum proſternerentur, arma tenentes militaria, quibus ad defenſionem reipublicę fideliter ſeſe ac fortiter accinxerunt, quæ tamen in cauſa fidei
Eſai.9. Criſtianę vllatenus attrectare deſpiciebant. Vnde veriſimè propheta cum dixiſſet: Iugum enim oneris eius, & virgã humeri eius, & ſceptrũ exactoris eius ſuperaſti, addidit:
Indic.7. ſicut in die Madian, videlicet quando mirabili genere pugnandi Gedeon cũ trecentis viris Madian ſuperauit. Quomodo? Intra lagenas miſſę ſunt lampades, cõfractis verò lagenis oſtenſæ ſunt lampades, quarum choruſcante luce hoſtes territi in fugam verſi ſunt. Delignatus eſt in tubis clamor prædicationis, in lãpadibus claritas miraculorũ, in lagenis fragilitas corporum, quorũ deſpecta ſalute martyres hoſtes ſuos moriendo proſternerent, eorumque gladios nõ armis & gladijs, ſed patientia ſuperarent. Nimirũ huiuſce prælij complices eſſe, imò duces & principes Michaelem & angelos eius iure delectabat. Draco & angeli eius materialibus quoque, vt iam dictum eſt, armis pugnabant, & illius ſexti capitis, ſcilicet Romani regni diadema cruentum cæde Chriſtianorum, & abundantia ſanguinis imbutum, quoties ſe in pugnam excutiebat, toties orbem terrarum ſanguine cõpluebat. *Et non valuerunt*, inquit, *neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo.* Quid non valuerunt? Nimirum contra fortioris Michaelis & angelorum eius fortitudinem diutius ſtare, quin foris eijcerentur cum illo ſuo principe rufo dracone
Ioan.12. ſicut ille filius mulieris prædixerat: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ita nanque foras eiectus eſt, vt in locis, in quibus ſordes eius computruerant, religiõ Criſtiana floreret in templis, in quibus idolum cuiuſque turpitudinis ſteterat, crux CHRISTI ſplendeſceret, vt per ora, quæ Iouem adulterum cantitare ſolita fuerant, nomen CHRISTI & laus ſanctæ trinitatis cum gloria perſonaret: Hoc eſt quod ait: Neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo. Quod idem eſt ac ſi diceretur: Neque relictus eſt illi locus in quo exhiberetur ei cæleſtis vel diuina religio. Futurum autem eſt, vt, ſicut iam ſupra dictum eſt, nec in iſto illi vacet comparere cælo aerio. Eouſque prælium protenditur, donec in profundũ inferni, videntibus cunctis præcipitetur, non vltra, ſaltem ad hoc cælum aſcenſurus. Vnde adhuc ſequitur: *Et proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas, qui ſeducit vniuerſum orbem, proiectus eſt in terram, & angeli eius cũ illo miſſi ſunt.* *Gen.3.*
Nam proiectus eſt in terram, id eſt, perdita grandi æſtimatione qua cælum ſibi obtinere videbatur, dum coleretur vt Deus amiſſo electorum populo, in quo cælo ſuo iam inhabitat Deus, eos tantum nunc poſſidet, qui pertinaciter terram diligẽdo, ipſi terra ſunt, tandemq; cum illis & angelis ſuis mittetur in ignem æternum. Nimirum quando ſic proijcitur, tunc melius cognoſcitur ab eis quorũ de cordibus eijcitur, vel quibus videntibus præcipitatur. Rectè ergo nunc tandem nominibus & proprietatibus ſuis idem draco deſcribitur cum dicitur: *Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas, qui ſeducit vniuerſum orbem.* Nam quaſi quæreres, quis eſt ille draco magnus, addidit dicens: ſerpens antiquus, ac ſi diceret: Draco tam magnus ipſe eſt ille ſerpens, qui in tẽpore antiquo quando factus eſt primus homo, ſerpentem animantem ingreſſus, per os eius locutus eſt, & inde ſerpens dici meretur, quia per ſerpentem, quem ingreſſus eſt, opus iniquitatis & malitiæ operatus eſt, decipiendo plaſma Dei, in eo quod ait: Comedite & eritis ſicut dij. Item quaſi quæreres, quod eſt nomen eius, addidit: qui vocatur diabolus *Eſai.14.* & Satanas. Diabolus deorſum fluẽs, Satanas *Pſal.67.* aduerſarius interpretatur, vtrorumque vo *Eſai.14.* cabulorum cauſæ notæ ſunt. Diabolus nanque, id eſt, deorſum fluens idcirco dicitur, quia de cælo per ſuperbiam cadendo deorſum fluxit, perijtque peccator à facie DEI, ſicut fluit cera à facie ignis. Satanas, id eſt, aduerſarius idcirco dicitur, quia ſic quoque de cælo lapſus, DEO creatori aduerſari non deſinit. Adhuc enim tanquam parum ſit aut fuerit quod dixit: Similis ero altiſſimo, altius per tumorem extollitur, *2.The.2.* teſtante apoſtolo cum de illo perditionis filio, in quo iſte diabolus erit, ita loquitur: homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus aut quod colitur. In quo Satanas iſte aduerſatur? In eo videlicet quod loquitur mendacium, vt decipiat creaturam, ad faciendum ſecundum adulterium, oſtendens ſe tanquam ſit DEVS, atque ita diabolus ipſe pro DEO, tanquam adulter pro viro legitimo ſuſcipiatur. Sequitur ergo: *Qui ſeducit vniuerſum orbem.* Quo enim vel vnde ſeducit vel abducit orbem vniuerſum, niſi à cultu Dei debito ad cultum ſuimet indebitum? Hic talis proiectus eſt in terram, vt videlicet ſolus DEVS ſuum cælum, id eſt, mentes intimas & religionem publicam poſſideat electorum omnium

nium, ille autem ſolam poſſideat terram, id eſt, perditorum hominum vitam omni modo terrenam, de qualibus ad Deũ in initio
Gen.3. ſeductionis locutus eſt Deus: Terram comedes cunctis diebus. Terræ eiuſmodi portio præcipua ſunt Iudæi, qui quaſi æmulando terram crucifixerint Deum cæli, loquẽ-
Pſal.34. tes cum aſtutia maligni huius ſerpentis, quẽ admodum in perſona eiuſdem Chriſti Pſalmus dicit: Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. Nempè quaſi iuſtæ iracundiæ cauſam pergrandem ſibi finxerunt, quando velut pauitantes & tremebũ-
Ioan.11. di dixerunt: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollent noſtrum locum & gentem. Itaque & iſtos terram ſuam ſerpens comedit, completa prophetia cantici Deuteronomij quæ dicit: Dentes beſtiarum immittam in eos cum furore trahentium ſuper terram atq; ſerpentium. Sequitur: *Et audiui vocem magnam de cælo dicentem: Nunc facta eſt ſalus & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte. Et ipſi vicerũt illum propter ſanguinem agni, & propter verbum teſtimonij ſui, & non dilexerunt animam ſuam vſque ad mortẽ. Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis.)*
Luc.2. Vox illa magna quã iſte in ſpiritu audiuit, concentus iſte publicus, quo cælum Dei, id eſt, eccleſia per totum orbem hodie laudes canit, concinentibus immò præcinentibus angelis gloriam Deo in excelſis, ſecundum propheticam cõceſsionem Pſalmi dicentis
Pſal.65. Deo altiſsimo: Omnis terra adoret te, & pſallat tibi, pſalmum dicat nomini tuo. Et ſubinde: Benedicite gentes Deum noſtrum, & auditam facite vocem laudi eius. Vis igitur audire & ſcire quis fructus, quæue vtilitas ex eo prouenerit, quod ille draco magnus, ille ſerpẽs antiquus, diabolus & ſathanas proiectus eſt in terram cum angelis ſuis. Dicunt magna voce cantores gratiæ Dei, laudatores operum Chriſti filij Dei: Nunc facta eſt ſalus, & virtus & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius. Vnde conſtat ita factum eſſe? Quia proiectus eſt, inquiũt, accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte. Ergo ne antequam ille proijceretur in terram non erat ſalus, & non erat virtus? Non erat regnum, non erat poteſtas
Rom.9. Dei noſtri & Chriſti eius? Non vtique ſalus erat, ſed perditio, & mors, non erat virtus, ſed infirmitas & corruptio: non erat in hominibus regnum Dei noſtri, ſed regnum peccati & mortis: non erat poteſtas Chriſti eius, ſed poteſtas principis tenebrarum, qui in hoc mundo principabatur. Nõ erant hæc omnia facta, ſed futura, vel facienda promittebãtur, & paucos in lege veteri ſpes iſta conſolabatur. Quando autem raptus ad Deum & ad thronum eius ipſa paſsione & reſurrectione qua rapiebatur, & tranſibat ex hoc mundo ad patrem, perditionem & mortem, corporum quoque mortalium corruptionem deſtruit, tunc facta eſt ſalus & virtus. Salus, id eſt, remiſsio peccatorum noſtrorum, quæ eſt reſurrectio animarum. Et virtus, id eſt, reformatio reſurgentium corporum noſtrorum. Tunc, inquam, & extunc factum eſt regnũ imò facti ſumus nos regnum Dei noſtri, & facta eſt poteſtas Chriſti eius in cælo & in terra quẽadmodum nõ ante, ſed poſtquam reſurrexit ipſe aſtruens, data eſt, inquit, mihi omnis poteſtas in cælo & in terrã. Rectè igitur quia proiectus eſt ille Satanas, ita cantatum eſt. Quare autem vel vnde ille Sathanas accuſator fratrum dictus eſt aut dici debet? Videlicet quia tenebat chirographum decreti aduerſum nos, quod nobis contrarium erat, in quo peccatum Adæ ſcriptum erat, cuius nos recitatione ſemper accuſabat, confidens ac iactabundus, quod illo chirographo teſte genus humanum iure eſſet poſſeſsio ſua. Verùm vbi proiectus eſt, ibi chirographum illud perdidit, quemadmodum Apoſtolus dicit: Conui- *Coloſ.2.*
uificauit nos Deus cum Chriſto donans nobis omnia delicta, delẽs quod aduerſus nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Quo facto irruerunt ſuper eum, videlicet draconem magnum vulneratum, ſicut in Pſalmo ca- *Pſal.88.*
nitur: Tu humiliaſti vulneratum ſuperbũ. Irruerunt, inquam, ſancti Apoſtoli & martyres (ſicut præſens quoque prælium teſtatur) adiuuantibus Michaele & angelis eius, magnum concidentes aduerſarium & de victoria Chriſti in ſuo pariter & eius ſanguine triumpharunt, hoc eſt quod nunc cantantes illi cæleſtes dicunt: *Et ipſi vicerunt illum propter ſanguinem agni, & propter verbum teſtimonij ſui, & non dilexerunt animam ſuam vſque ad mortem.*) Qui ipſi vicerunt illum? Nimirum illi qui accuſabantur ab accuſatore illo, in ipſa accuſatione ſiue accuſationis cauſa, cõſtanti certamine, legitima ſui defenſione illum vicerunt, & obmuteſcere fecerunt: & hoc non propter ſe, non propter virtutem iuſtitiæ ſiue conditionis propriæ, ſed propter ſanguinem agni quo redempti ſunt, & propter verbũ teſtimonij ſui, id eſt, ꝓpter fidem per q̃ teſtimoniũ reddit illis ſpiritus, quòd ſint filij Dei. Adde ꝙ pro eodẽ verbo teſtimonij ſui, propter confeſsionem fidei ſuas animas expenderunt victores ſiue prę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liatores isti. Nam hoc est quod nũc dicitur: Et non dilexerunt animam suam vsque ad mortem. Non dilexerũt, id est, odio habuerunt odio perfecto, de quo dominus ipsorũ dicit in Euangelio: Et qui odit animam suã in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Sic non diligendo, imò odiendo animam suã, ipsi vicerunt illum: *Propterea letamini cæli, & vos qui habitatis in eis.* Vos cęli, vos beatæ patriæ sinus lucidi, propterea lætamini, & vos qui habitatis in eis ó fratres nostri, qui prius accusabamini quòd terra essetis, & ab illo magno & antiquo serpẽte comedi iure deberetis, nunc autem in cælis habitatis, imò & cæli estis, de quibus ille proiectus & foras missus est. Sequitur: *Ve terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.* Lætãtibus cælis, & his qui habitant in eis, quasi à dextris reducto oculo, siniſtro respiciẽs: vę, inquit, terræ & mari. Meminisse nanque debemus quod ante dictum est. Et proiectus est draco ille magnus in terram: & scire, terrá illam, in quam de cælo proiectus est, impiorũ & non credentium esse molem durissimam atque grauissimã, sola terrena & vana quærentium. Vnde & redarguuntur voce spiritus sancti in psalmo dicentis: Filij hominum vsque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Dicuntur etiam mare, propter inquietas quas patiuntur & amant omnium vitiorum curarumq; inutilium amaritudines, imò & fluctus feri maris dicuntur in scripturis, iuxta illud Iudæ Apostoli: Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones. Et vt altius cum diuina scripturæ antiquæ authoritate, hanc terram, & hoc mare à cælo illo distinguamus, de quo proiect⁹ est draco ille: terra & mare omnes illi sunt, qui vltra benedictionem quæ data fuerat antequam peccaret Adam, creuerũt & multiplicati sunt, dicente ad mulierem Domino Deo: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Nã illi cæli sunt quos ante peccatum nasci iusit benedicendo illis duobus primis, & dicendo, Crescite & multiplicamini. Et de isto cælo sic proiectus est, vt omnes secundum propositum vocati sancti, imo præsciti & prædestinati, iustificati & magnificati constituantur à dextris, dicaturque eis secundum propositum, quo in primis illis parentibus fuerant benedicti: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum, sintq; ipsi patenter cælum, siue regnum cælorum. Vę igitur inquit terræ & mari, videlicet omnibus qui cęlum nõ merentur esse vel dici. Quare? Quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam. Apostropham fecit ad illam terram & illud mare, quasi requisissent dicentes: Quare vel vnde nobis væ? Diabolus, inquit, descendit ad vos, subauditur de cælo proiectus. Sed nunquid antequam de illo cælo, de illis qui nunc dicuntur cælum, siue regnum cælorum, proijceretur, terram illam & mare illud non possidebat? Imò & securior possidebat, & multò magis hæc illi possidenti in pace erant, pace sua, pace maligna. Quomodo ergo ad hæc descendit? Nimirum maiorem ebulliẽdo iram illis. Nam hoc est quod addidit: habens iram magnam. Profectò & antea cùm ira possidebat terram illam & mare illud, quia videlicet quasi naturale semper habuit odium aduersum humanum genus. Cur ergo nunc dicit, habens iram, addens etiam, magnã nisi quia ex tunc nequiores fecit eos qui terra & mare dicuntur. Nam exempli gratia de Iudæis vtique terrenis, id est, terram diligentibus, ita Dominus mysticè loquitur: Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida & inaquosa, quærens requiẽ, & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui, & cũ venerit, inuenit scopis mundatam: Et tũc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hæc nanque dicendo, vehementi inuectione proloquitur, quod postquam draco ille de cælo proiectus est in illam terram, multiplicata iniquitate descẽdit, id est, postquã Christo passo princeps huius mundi foras missus est, maiore cum nequitia Iudæos possidet, quàm possederit olim in terra Aegypti, à quibus tunc exiuit, dum susciperent cultum vnius veri Dei. Porrò de gentibus, quæ per mare hic, vt alibi iam dictum est, rectè significantur de gentibus, inquam, quæcunque non receperunt Euangelium CHRISTI: similiter constat, quòd nequius eos nunc possidet, quàm antea possidebat, cùm Christus nondum illis annũcia tus fuisset, quod nunc factum est. Vnde Apostolus: Sed dico: Nunquid nõ audierunt. Et quidẽ in omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. Et de illis quicunq; adhuc gentes sunt, quicunq; post illum auditum gentiliter viuunt, quid scriptura dicit, vnde colligere possumus, quod ad illos licet iam possessos diabolus de cælo descenderit? Cùm dixisset Psalmista: Exurge Domine, non confortetur homo, continuo subiunxit: iudicentur gentes in cõspectu tuo. Et addidit adhuc: Constitue Domine legis latorẽ super eos, sciant gentes quoniam homines sunt, subauditur & non dij, vt quidem ipsorum principes haberi voluntaut voluerunt. Quem legislatorem super eos constitui concedit, nisi diabolum

Ioan. 12.
Psal. 4.
Iudæ. 1.
Gen. 3.
Rom. 1.
Mat. 25.
Mat. 12.
Ioan. 7.
Rom. 16.
Psal. 8.
Psal. 9.

bolum, latorem legis suæ, non DEI, non legis iustitiæ, sed peccati? Descendit ergo ad vos ô terra, & mare, diabolus qui vos antea segni⁹ possidebat. Qualis ad vos descendit? Habens, inquit, iram magnam. In quo iram eius quam nunc habet hic descendens, sic proiectus, discernere possumus, quod verè magna sit comparatione eius irę quam prius habuit? In eo videlicet quod prius vos faciebat errare per ignorantiam, nunc autem facit vos blasphemare per inuidiam. Hæc est ira magna, inuidia maligna vobis inspirata. Nunc enim, quia Christi euangelium audistis, excusationem de peccato vestro non habetis: & claret quia non ignorantes, id est, irati, sed inuidentes estis. Tales vos ille multiplicatis secum nequitiæ spiritibus nunc agitat, sciens quia modicũ tempus habet. Scit enim quia dies iudicij propè est, vltra quod sibi mulierem illam persequi non vacet. Sequitur: *Et postquam vidit draco quòd proiectus est in terrã, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum. Et datæ sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suũ, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine.*) Hoc illud est, propter quod exclamauerat, dicens: Væ terræ & mari, &c. Hæc illa est ira magna proiecti in terram draconis, qui vocatur diabolus & Sathanas, quã videlicet iram mirabiliter hæc visio mirabilis insinuat in eo, quod dictum est: Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine. Reuocemus ad memoriam de gestis ecclesiasticis, quomodo postquam draco ille proiectus est in terram, postquam proficiente Christiana fide, destructis idolis, amisit vsurpatam quasi diuinæ culturæ gloriam. Iam Romani fastigio imperij filium adorante mulieris huius, qui raptus est ad Deum, & ad thronum eius, Christiano imperatore Constantino in frõte sua signum gestante crucis Christi, Arri⁹ presbyter magnus hæresiarches sub nomine Christiano in blasphemiã Christi filij Dei procaciter nimis erupit, loquacitate intolerabili: & cognoscemus quàm verè, quàm cõgruè secundum rei gerendæ proprietatem istud in visione demonstratum, & taliter dictum aut scriptum sit. Quid enim verius, quàm quod nunc ait, quia postquam vidit draco, quòd proiectus est in terram, persecutus est mulierem, mittens post illam ex ore suo aquam tãquam flumen? Vidit enim diabolus, non posse vlterius veterem idolatriam, summis principibus inclinatis ad suscipiẽdam Christiani nominis professionem, totamque conuertit suæ malignitatis abundantiam ad scripturarum veritatem corrumpendam, atq; hoc modo cœpit persequi mulierem, quæ peperit masculũ. Vide quid dicat, quia non ait, persecutus est masculum filiũ, sed persecutus est, inquit, mulierem quæ peperit masculum. Nõ enim per os Arrij, cæterorumque eiusmodi hæreticorum doctrinam profundens impiã, hoc apertè exigebat à quolibet, vt negaret Christum, siue nomen Christianũ, sed vt Christum quisque confitens, aliam, quàm Apostolica veritas tradiderat, reciperet confessionis aut fidei regulam, hoc intẽdens, imò contendens, persequebatur mulierem illã, vt de Christi ecclesia suam Sathanas faceret synagogam. Nimia loquacitate & clamosa hoc agens contentione, mittebat ex ore suo serpens ille aquam tanquam flumen. Nota, quòd non dixit: misit ex ore suo flumen, sed misit aquam tanquam flumẽ. Aqua denique quam serpens ille de ore suo mittit, similitudinem fluminis habere potest, sed verè flumen esse non potest. Nam flumẽ verum, flumen aquæ viuæ, sancta scriptura, veraque catholica doctrina est, quam Ecclesia, quæ est mulier ista, mittere consueuit de fonte veritatis, quam habens in semetipsa hortus est Domini, sicut dicitur in Canticis: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus cõclusus, fons signatus. Item in Euangelio: Qui in me credit, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Serpẽs autem de ore suo, quod erat Arrius, aquas mortuas, aquas putidas doctrinæ nequam emittebat: sed quia de scripturis eisdẽ disputabat, & testimonia sibi vsurpabat, quas recipit & habet mulier ista, aquam suam flumen aquæ viuæ, flumen sanæ doctrinæ videri volebat. Vt quid hoc? Vt eam, inquit, trahi faceret à flumine. Nimirum à fide in perfidiam, à veritate in mendacium, à luce in tenebras, à vita in mortẽ, ab altitudine in profundum, à cælo in infernum. Sic enim & tã in diuersa imò contraria trahuntur, quicũque profluentem ex ore blasphemantium hæreticorum loquacitatẽ mirantes sequuntur. *Et audiuit terra mulierem, & aperuit os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo.*) Tunc vtique quando illud famosissimum in Nicæa concilium feruor Christiani principis Constantini excitauit, publicis asinis atque mulis, & curracibus equis, episcopos & qui cum eis erant, ad synodũ venire præcipiẽs, tunc, inquam, audiuit terra mulierem, quia de tota penè terra, de toto orbe terrarum conuenientes viri illustres, ex omnibus gẽtibus viri religiosi, viri famosi, disputare scientes, omni elocutionis arte exercitati, ad defendendã catholicæ veritatis ecclesiã consederunt, inter quos eminentissimi erant magnus Eustachius Antiochenę Ecclesiæ præsul, & Eusebius cognomine Pamphilialijq;

Ioan. 15.
Nicænũ cõcilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

li, alijque quàm plures, quorum meritis & viui curati, & mortui ferebantur suscitati, inter quos erant etiam nonnulli ferro ignito superiorib. persecutionibus ambusti, siue dextros oculos effossi, aut certè dextras suas abscisi. Vnus horum erat Paphnutius Aegyptius. Illic nimirum videbatur populus athletarum & martyrum Christi in vno loco congregatorum. Aderant simul Syri, Cilices, Phœnices, Arabes, Palæstini, Aegyptij, Thebæi, Libyes, Mesopotamij, Persæ, Scythæ, Pôtici, Aliani, Phryges, Thraces, Macedones, Achiui, & Epirotæ. Cunctarum omninò ecclesiarum, quæ totâ Europam, Lybiamque, & Aliâ replebât, simul erant ministrorum Dei congesta cacumina, vnaque orationis domus, tanquam à Deo dilatata intrinsecus ferebat omnes in idem. Illic terra, id est, conuentus congregatus de vniuersa terra, aperuit os suum, scilicet ad loquendum, ad disputandum, & ad proferenda testimonia scripturarum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo, id est, annihilauit atque damnauit sectam doctrinæ nequam, quæ confecta fuerat spiritu diabolico. Illic nanque Arrij dogma destructum est. Nihilominus & tunc quando Constantinopolitanum, quo Eunomij & Macedonij error conuincitur. Et tunc quando Ephesinum in quo Nestorij impietas iudicatur. Et tunc quando Chalcedonẽse, in quo Euthychis, Dioscorique prauitas reprobatur, celebratum est concilium, terra aperuit os suum, & absorbuit eiusmodi flumen, euadẽte muliere, & duabus alis volante, sicut hic prædictum est. *Quia datæ sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.)* Magna nanque aquila, sicut alio iam loco superius diximus, sancta est scriptura, & huius duæ alę duo sunt testamenta, quæ huic mulieri data, id est, intelligibilia sunt facta, vt habeat quo subleuet in cælum cor suum, & non incidat flumen quod fluit per terram, flumen diabolicum, flumen hæreticæ loquacitatis laqueosum, & sophisticis retibus plenum. Eiusmodi habens alas in desertum volat in locum suum, id est, sanctum sectatur otiũ, vt vacet illi meditationi inseruire scripturarum, iuxta illud Sapientis: Scribe sapien tiam in tẽpore otij, & qui minoratur actu, percipiet eam. Qui minoratur actu, id est, qui corporali exercitatione minus exercetur. quemadmodum Iacob, qui simplex domi habitabat, non tantum agens, quantum Esau, qui vtpotè venator corporaliter exercebatur. Idcircò nanque Iacob sapientiam percepit, illi autem exercitatio qua exercebatur ad modicum profecit. Proinde Apostolus strenuum instruens discipulum, exercere autem, inquit, teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Illuc ergo mulier hæc euolans in illud desertum, in illum talem locum suum, & sanctum otium, ad pietatis exercitium, aliter, inquit, subauditur cõtemplatione veritatis, & lectionibus sacris, imò & corporalibus, vt iam alibi dictum est, ex munificentia filiorum suorum stipendijs. Aliter, inquam, à facie serpentis, id est, ita vt non timeat serpentem. *Per tempus, & tempora, & dimidium temporis.)* Id est, tribus annis & dimidio, quanto tempore Antichristus persequutione sua mundum vexabit, atque idcircò rectè per hunc terminum omne intelligitur tempus, quo persecutionẽ patitur ecclesia, pro eo quòd in Christo piè viuit. Absorptũ est itaque flumen siue phantasma fluminis serpentini, quando concilium sanctum, cõcilium Nicænum, nepharium Arrij dogma damnauit. Sed vide quid sequitur: *Et iratus est draco in mulierem, & * adiecit facere prælium cum * abijt. reliquis de semine eius, qui custodiunt mandatum Dei, & habent testimonium Iesu.)* Iratus est draco in mulierem, quia videlicet iam extincto Arrio, rursus per quendam presbyterum dogma illius pullulauit. Hinc rursus priuatim & publicè disputationes, disceptationes, iniuriæ, inimicitiæ, & plurima quæ de talibus sæpius solent euenire. Nec longa mora interfuit, & de imperatoris Constantij leuitate præsumentes hæretici, bellum commouerunt Christianis, nec minora fecerunt q̃ fecerant dudum persequentes tyranni gentilis & sacrilegi. Ait ergo de dracone mulierem persequente: *Et adiecit facere prælium cum reliquis de semine eius.)* videlicet quia parum proficiebat solo flumine, quod miserat de ore suo: Quia trahere non poterat mulierem illo doctrinæ suæ profluuio, bellum exterius adiecit, gladiũ linguæ suæ vis hæretica crudeliter addidit. Et primum quidem catholici suis expellebantur ecclesijs, deinde tormentis etiam communicare cogebantur hæreticis, ita vt plurimi plagarum immanitate deficerent: alij substantijs, alij humana ciuilitate priuabantur, alijs in frontibus characteres ponebantur vt essent huiusmodi signo notati. Hæc agebantur per vniuersas vrbes orientis, præcipuè tamen in regia vrbe Constantinopoli. Accesserat nanque tãdem in exilium diaboli Valens imperator, alloquio seductus hæreticæ coniugis, quæ primitus Arrianæ fallaciæ captionibus irretita, virum quoque corruere secum in blasphemiæ foueam persuasit, autore seductionis Eudoxio, qui tunc temporis Constantinopolitanæ gubernacula tenens Ecclesiæ, nauim suam mergebat, non regebat. Hac ducia

Eccl. 38.

Gen. 25.

1. Tim. 4.

Valens imperator Arrianus.

ducia freti Arriani amplius effrenati, vexebant vehementer orthodoxos, cædentes, cõtumelijs agentes, carceribus recludentes, damnificantes sæpè pecunijs, & omnia contra eos facientes importabiliter. Sed cur parua de magnis loquor? Denique quanta, quã crudelia hæretici in catholicos commiserint, cùm sparsim imò prolixè ecclesiasticis contineantur historijs, pro documento breuiore vel solæ sufficiunt literæ mirabilis Petri Alexandrini, in quibus ille tragœdias illorum temporum deplorans, hæc inter cætera dicit: Lucius quasi successor mihi expulsò directus, lupi nequitiam & actus habere festinãs, magnus impietatis diabolicæ socius indiuisus, armiger amarissimus, & minister eius collecta multitudine populorum, presbyteros atque diaconos decem & nouem numero compræhendens, quorum quidam octogesimum transcendebant annum, tanquam captos in quodam scelere, & Romanorum inimicos legibus cõartabat. Hæc etiam principem Valentẽ grata habere pronuncians: flectimini, inquit, miserrimi, & Arrianorum concordate dogmatibus, flectimini, ignoscet enim vobis diuinitas. Et post aliqua: O multa inhumanitas iudicantis, magisq; præiudicantis. Qui enim propter pietatem decertati sunt, nec homicidis comparari possunt. Quorum vtique corpora insepulta relicta sunt, & piè laborantes escis bestiarum volatiliumque proiecti sunt. Quiq; patribus natorum, naturali conscientia comparari voluerunt vel ut iniqui capite secti sunt. Quæ lex Romanorum, quę Barbarorum sentẽtia, quoslibet patribus condolentes punit? Quando quispiam veterum huiusmodi gesit iniquitatẽ? His atque huiuscemodi crudelibus gestis perspicuum est, quando vel quomodo draco ille cum flumine loquacitatis malè dogmatizantis quod emisit de ore suo, bellum quoque facere adiecit cum reliquis de semine mulieris, qui superfuerãt funestis persecutorum gentilium gladijs. Sed isti reliqui quales erant, vel quomodo possent vinci. Ait enim: *Qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu.)* Idem enim est ac si dicat: Qui vigilantes sunt in bonis operibus, & sancto cõfirmati spiritu. Ipse nanq; spiritus testimonium est Iesu, reddendo, vt Apostolus ait, testimonium spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Isti ergo tam flumine, quã bello persecutionis circumuenti, dicebant fortes, dicebant insuperabiles cuicunque Arrianæ impietatis defensori: Quiesce, iam quiesce his nos terrere sermonibus, cessa verba vana proferre. Nos neque nouum, neque recentem colimus Deum. Et licet inaniter furias, teque concutias, sicut vehemẽs ventus, in dogmatibus pietatis vsq; ad mortem consistimus, non impotentem, non insipientem, non sine veritate aliquando fatentes Deum, non aliquando quidem existentem, sicut impietas Arrij temporalem prædicat filium, & his similia.

Rom. 8.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER OCTAVVS.

CAP. XIII.

I Steti super arenam maris, & vidi de mari bestiã ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ.) Quæ huc vsq; visa vel scripta tractauimus de dracone magno & rufo tot capitum, tam multorum cornuum, qui deuorare intenderat illius beatæ mulieris filium masculum, & illo raptio ad Deum & ad thronum eius, tam grande cõmisit prælium, cum his qui habent testimonium eius, hactenus & ante nostram ætatem rebus adimpleta esse luce clarius est. Adhuc vna tribulatio in nouissimo futura est, qua cæterę complebuntur, dura, & omnium pessima tribulationum, quando, vt Apostolus ait, reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus, cuius est aduentus secundum operationem Sathanæ, in omni virtute, signis, & prodigij, & mendacijs, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereũt, eò q̃ charitatem veritatis nõ receperunt, vt salui fierent. Ideo, inquit, mittet illis Deus operationẽ erroris vt credãt mẽdacio, vt iudicentur omnes qui nõ credidẽrũt veritati, sed consenserunt iniquitati. Illa, inquam, vna tri-

2. Thes. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna tribulatio nunc supereſt, quæ quòd verè magna futura ſit, Dominus ipſe grauiſsimè teſtatus eſt, ita vt diceret: Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam cõdidit Deus *Mat. 24.* vſque nunc, neque fient. Item: Surgent, inquit, pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. De illo homine peccati, filio perditionis, de extollentia, & aduerſatione eius, de virtute, & ſignis atq; prodigijs eius mendacibus, de tribulatione magna, qua electos tribulabit, vt decipere poſsit, nũc viſio hæc cæleſtis agere incipit, dum hic ſpectator mirabilium dicit: *Et ſteti ſuper arenam maris.*) Dignum ſpectaculo eſt quod dicit: Steti ſuper arenam maris. Nam ſuper arenam non fida ſtatio, ſed ruina, ſiue propinquitas ruinæ ſpectari ſolet. Exempli gratia, vt in Euange- *Mat. 7.* lio: Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificat domum ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti & eruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Cùm ergo ſuper arenam ruina contingere ſoleat, hic autem ſe ſuper arenam ſtetiſſe dicat, quid per hoc innuitur niſi temporis illius difficultas, & tribulationis nimietas, quæ tanta erit, vt *Mat. 24.* quemadmodum dicit: Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, quando & talia totque fient prodigia mendacij, vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi? Stetit igitur, inquit, ſuper arenã maris: dubium & periculoſum valdè ſignificans tunc temporis ſtatum, quando electi & ſtantes vacillabunt, & vacillantes ſtabũt, quia cum ipſa tribulatione ſigna videntes, etiam ipſi quidem mirabuntur, ſed fieri nõ poterit vt in errorem inducantur. Itaque ſtans ſuper arenam maris: *Vidi*, ait, *de mari beſtiam aſcendentem.*) De quo mari? De illo nimirum, cui væ, cui ira & ſempiternus ardor gehennæ, quia diabolus, videlicet beſtia, quæ nunc aſcendere dicitur, ad illud deſcendit, *Sup. 12. Antichriſtus beſtia dicitur.* ſicut ſupra dictum eſt, vbi draco ille de cælo proiectus fuerat: Væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad vos, habẽs iram magnam. Ille draco, ille diabolus nunc alio quidem ſed vicino nomine beſtia dicitur, non abre, ſed pro nouæ rei magnitudine, quia videlicet, qui prius erat diabolus & draco dicebatur, in homine erit, & homine armabitur, qui & homo peccati, homo, vt paulò ante meminimus, erit filius perditionis. Idcircò pulchrè appellatio quoq; mutata eſt, vt beſtia dicatur: erit enim homo ille ſecundum operationem eiuſdem Sathanæ Deo & omni creaturæ infeſtus, ſecundũ proprietãtem ſiue etymologiã appellationis: quia beſtia quaſi feſtia dicitur, per antiphraſin, eò quòd infeſta ſit. De mari, id eſt, de ſeculo præſenti nequam, de fluxu generis humani naſcendo beſtia talis aſcendit, de multitudine impiorum, de vndoſa populoſitate malignantium. Traduntur nõnulli, quòd ille locus maris, vnde naſci debeat, *Mat. 2.* Babylonia ſit. Nam ſicut, inquiunt, Domi- *Mich. 5.* nus & redemptor noſter Bethleẽ ſibi præuidit vbi pro nobis humanitatẽ aſſumere dignaretur, ſic diabolus illi homini perdito, qui Antichriſtus dicitur, locũ nouit aptum, in quo radix omnium malorum oriri debeat, ſcilicet ciuitatem Babyloniæ. Ve *Conceptio antichriſti.* rùm quoniam hoc certam authoritatem in ſcripturis non habet, autenticis, vndecunq; aſcendat, vbicunque naſcatur, ſciendum quoniã in ipſo conceptionis eius initio, diabolus ſimul introibit in vterum matris eius & ex virtute diaboli conſouebitur, & contutabitur in ventre matris eius, & virtus diaboli ſemper cum illo erit. Et ſicut in matre *Luc. 1.* Domini noſtri ſpiritus ſanctus venit, & eam ſua virtute obumbrauit & diuinitate repleuit, vt de ſpiritu ſancto conciperet, & quod naſceretur diuinum eſſet, ita quoque diabolus in matrem Antichriſti deſcendet, & totam eam replebit, totam circundabit, totam tenebit totam interius & exterius poſſidebit, vt diabolo cooperante per hominẽ concipiat, & quod natum fuerit totum ſit iniquum, totum malum. Vnde & ille talis, taliter conceptus, homo peccati rectè dicitur, & eſt propria appellatio eius. Nullus enim vſquam in omnibus ſcripturis tali appellatione cenſetur. Serui quidem peccati dicuntur & dici poſſunt, omnes qui faciunt *Rom. 6.* peccatum, quemadmodum Dominus dicit: *Ioan. 8.* Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: Sed hic ſingularis peccator, vt aliquid plꝰ quàm peccati ſeruitus in illo eſſe ſignificetur, homo peccati rectè dici debuit: quia videlicet, quemadmodũ Chriſtus, qui vt ait *2. Theſ. 2.* Apoſtolus, factus eſt nobis iuſtitia, homo *1. Cor. 1.* iuſtus & Deus iuſtitiæ dicitur, ſic econtra ille Chriſto contrarius, homo peccator, & homo peccati rectè nuncupatur. Notandũ deinde quòd non dixit, vidi de mari beſtiã illam progredientem, ſed vidi, inquit, aſcẽdentem. Quid enim eſt illam videri vel dici aſcendentem? Aut quo aſcendere ſiue aſcenſuram eſſe putamus beſtiam talem? Nunquid in cælum vnde cecidit, iuxta veritatẽ dicentem: Videbam Sathanam ſicut fulgur de cælo cadentem? Non vtique qui cecidit *Luc. 10.* ille aſcendit, ſed qui deſcẽdit ipſe ſolus aſcẽdit, de quo & Apoſtolus dicit: Quòd autem *Ioan. 3.* aſcendit, quid eſt, niſi quia deſcendit, pri- *Eph. 4.* mum in inferiores partes terræ? Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia. Quò ergo aſcendit iſte,

dit iſte, qui non deſcendit, ſed cecidit? Nuſquam aſcendit, ſed in ſemetipſo magis ac magis tumuit. omnino ſic intelligi oportet: Vidi beſtiam aſcendentem, ac ſi diceretur: Vidi beſtiam in ſemetipſa ſe extollentem. Totus nanque aſcenſus eius, tanta extollen- *2. Theſſ. 1.* tia eſt, quantam Apoſt. per hæc verba intima re intendit: Et extollitur ſuper omne quod dicitur Deus aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtẽdens ſe tanquã ſit Deus. Melius igitur atque vehementius dictum eſt, vt dici debuit: Vidi beſtiam aſcendẽtem, quàm ſi diceretur: Vidi beſtiam de mari exeuntem: quia ſic & per nomen beſtiæ ſtultitiæ ferocitatis eius, & per verbum aſcendentis, nimio tumori eiuſdem competenter exprobratur. *Habentẽ*, inquit, *capita ſeptem & cornua decem.* Hoc & de draconeillo magno & ruſo ſupra dixi t, quòd haberet capita ſeptẽ & cornua decem: Nimirum quia & beſtia hæc & draco ille vnus idémq; diabolus eſt, cum corpore ſuo, id eſt, cum vniuerſo impiorum populo. Nam ſicut illic iam dictum eſt, capita ſeptem, regna ſunt ſeptem, quorũ perſecutiones bene ex ſcripturis cognitæ eò tendebant, vt in mundo extingueretur ſanctũ verè diuinitatis nomen. Et quidem hactenus ſparſim atq; ſucceſsim capita illa frẽduerunt, vnuquodq; vice ſua contra deum faciens bellum. Primo, regnum Aegyptiorũ ſilijs Iſrael illudentium Pharaone dicẽte: Vacatis otio, & idcirco dicitis, eamus & ſacrificemus domino. Secũdò, regnum carnalis Iſrael, Iezabel & poſteris eius prophetas domini occidentibus. Tertiò: regnum Babyloniorum, Nabuchodonoſor compellente captiuarum DEI populum auream, *Exod. 5.* quam fecerat ſtatuam adorare. Quartò, reg *2. Reg. 19.* num Perſarum atque Medorum, volente *Dan 3.* Aman Iudæorum genus vniuerſum perime- *Heſter 3.* re. Quinto, regnum Græcorum Antiocho *1. Mac. 1.* Epiphane crudelia nimis & impia gerente, *2. Mac. 5.* vt in libro Machabæor. legimus. Sextò, reg- *Mat. 24.* num Romanorum, Nerone & poſteris eius Chriſtianos perſequentibus. Septimũ quod futurum eſt regnum Antichriſti, eodẽ filio perditionis tantam perſecutionem agente, quanta ab initio creaturæ non fuit, nec erit. Ita, inquã, hactenus ſparſim atq; ſucceſsim ſingula debacchata ſunt capita draconis. Cum autem venerit quod nunc tractamus, quum beſtia hæc de mari aſcenderit, habens capita ſeptem, cuncta ſimul capita rictibus proprijs hiabunt atq; frendent ſuper Chriſtianos dentibus ſuis, ſecũdũ intentionem ſeptimi & maximi capitis, quod Antichriſtus erit. Nam ille per vniuerſum orbem nuncios mittet, & prædicatores ſuos. Prædicatio autem eius & poteſtas pertinget à mari vſque ad mare, ab oriente vſque ad occidentem, ab aquilone vſque ad ſeptentrionẽ. Reges & Principes primò ad ſe conuertet, ac deinde per illos perſecutionẽ ſub omni cælo excitabit ſuper omnes populos Chriſtum confitentes. Proinde notandum, quòd cùm dixiſſet, habentẽ capita ſeptem, & cornua decem, addidit: Et ſuper cornua eius decẽ diademata. Hoc loco quot cornua totidem ſcribuntur diademata. Non ita aũt ſuprà ſed decem quidẽ ſcripta ſunt draconis illius cornua, ſeptẽ verò diademata. Meminiſſe ergo debemus regnorum eorundem, quæ iam numerauimus, quia cùm regna fue- *Sup. 12.* rint ſeptem, reges illorum fuêre decẽ, quoniam regnum Græcorum, quod vnum erat, mortuo Alexandro Magno in quatuor eius ſucceſſores diuiſum eſt. Ptolomæum Lagi filium, Philippum cognomento Aridæum, Seleucum, qui & Nicanor, & Antigonum. In partem Seleuci (ſicut illo iam loco diximus, vbi de dracone & capitibus atque cornibus eius tractauimus) Syria cum Iudæis ceſsit, & huius tantùm poſteri, quorũ deterrimus ille Antiochus Epiphanes extitit, impugnauerunt nomẽ Domini, ſicut habemus ex memorabilibus Machabæorum geſtis. Quapropter quoniam ſeptem regnorum, decem quidem reges fuerunt, ſed tres diuiſiones regni, Græcorum reges contra Dei cultum nihil egerunt, bene illic decem quidem cornua, ſeptem capitum draconis, ſed ſeptem tantùm diademata numerata ſunt. At verò cùm venerit ille filius perditionis nõ ita erit. Nullũ quippe regnum, nulla pars cuiusq; regni à perſecutione in Chriſtianos vacabit. Benè igitur quot cornua, tot diademata, quia videlicet quot erunt reges, tot erunt huiuſce impietatis miniſteria. *Et ſuper capita eius nomina blaſphemiæ.*) Nomina blaſphemiæ, id eſt, nomina diuinitatis vſurpatæ vel affectatę ſimilitudinis diuinę. Et quidem de primo iſtorum capitum, id eſt, de regno Aegyptiorum, certum eſt, quia blaſphemauit, non tantùm in eo, quòd contra Dominum ſtetit, filios Iſrael premendo, vt nullam haberẽt recordationem nominis Domini, verùm etiam in eo, quòd ipſam affectauit ſimilitudinem Dei. Vnde & typum tenet diaboli, diciturque Prophetæ in exprobrationem illius ex ore Domini: Fili hominis dic Pha- *Exod. 5.* raoni regi Aegypti & populo eius: Cui ſimilis factus es in magnitudine tua? Et poſt ali- qua: Cui aſsimilatus es ô inclyte atq; ſubli- *Ezech. 31.* mis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam, in medio incircunciſorum dormies, cum his, qui interfecti ſunt gladio. Ipſe eſt Pharao & omnis multitudo eius, dicit dominus Deus. De regno Iſraelitarũ certũ eſt, quia Iezabel blaſphemauit, non tantũmodò cogens Baal *3. Reg. 1.* pro Deo coli, verũ etiam peruertendo iurationẽ nominis Domini tunc tẽporis vſitatã, vt quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt quia solitum erat sic iurari: Hæc mihi faciet Deus, & hæc addat, ipsa sic iuraret, exempli gratia, contra Heliã: Hæc mihi faciãt dij, & hæc addant, nsi cras hac hora posuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis, subauditur prophetis Baal, quos occidisti. De regno Babyloniorum notũ est quia magnificè gloriatũ est, maximè quando statuam erexit auream, compellens vt adorarent eam, blasphemauit & dixit: Et quis est Deus qui eripiat vos de manu mea? Itemq; in libro Iudith scriptum est: Præceperat enim Holoferni Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus, ab ijs nationibus, quæ potuissent eius potentiæ subiugari. De regno Persarum atque Medorum item nouimus, quia superbiæ nomen illi Aman superbissimus inscripsit, quia comperto quod Mardochæus non se adoraret, valdè iratus est. Mardochæus autem orans hęc ad Deum inter cætera dicit. Libenter pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem, sed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quem adorarẽ excepto Deo meo. Quod cùm dicit satis exprimit, quia superbus ille non qualemcunque adorationem, sed illã exigebat sibi, quæ soli Deo debita est. Nam est adoratio, qua saluo honore Dei liceat adorare & adorari, quam Mardochæus nõ tantoperè refugisset, ſcùm & propheta sanctus regem hominem adorauerit, sicut scriptum est: Et nunciauerunt regi dicentes: Adest Nathan propheta. Cumque intro issset & stetisset in conspectu regis, & adorasset pronus in terram, &c. De regno Græcorum ferè nemo qui nesciat quia blasphemauit, & blasphemiæ notum sibi inusit, videlicet quando Antiochus sæpè dictus ascẽdens Hierosolymis multitudine graui, intrauit in sanctificationem cum superbia, & locutus est superbiã magnam. De cuius superba blasphemia Daniel præuidens: Et magnificatus est, inquit, vsque ad fortitudinem cæli, & deiecit de fortitudine & de stellis, & conculcauit eas, & vsque ad principẽ fortitudinis magnificatus est, & ab eo tulit iuge sacrificium, &c. De regno Romanorũ quis nesciat quod blasphemiæ nomen sibi altius inscripserit, dando regibus suis rapinam diuini nominis. Nam (vt de cæteris taceam, qui postquam mortui fuerunt, inter deos relati sunt) Octauianus Augustus adhuc viuens & in corpore præsens Deus dictus est, templum quoque atque simulacrum, necnon & sacrificiorum ritus sibimet exhibitos à fatuis nimiumque stultis adulãtium populorũ turbis nimius præsumptor admilit. De regno Antichristi quod caput septimum erit, non longius exempla petan

3. Reg. 19

Dan. 3.

Iudith. 3.

Hest. 3.

Hest. 13.

3. Reg. 1.

1. Mac. 1.

Dan. 8.

Octauianus Augustus.

tur siue testimonia blasphemiæ, qua caput illud impurum notandum siue coronandũ sit. Nam hic postmodum de illo scriptura ista dicit: Et datum est ei os loquens magna & blasphemiã, & aperuit os suũ in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius. Igitur super capita bestiæ nomina blasphemię, quia singula regna regibus suis nomen, quod est Deus, ascripserunt, vel ipsi reges vltro præripuerunt, quod nimirum est blasphemare. *Et bestia quã vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi, & os eius sicut os leonis.*) Pardus in visione Danielis, vbi quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se, regnum significat Macedonum. Est autem bestia velocissima quæ princeps fertur ad sanguinẽ, & saltu in mortem ruit. Comparatur ergo illi regnũ Macedonum, regnum Alexandri, cuius victorijs velocius nihil fuit, quippè qui ab Illyrico & Adriatico mari vsque ad Indicum Oceanum & Gangen fluuiũ, non tam prælijs, quàm victorijs percurrit, & sex annis Europæ partem, & omnem sibi Asiam subiugauit.

Illi regno eiusmodi pardo similis erat, inquit, bestia quam vidi: videlicet secundũ malignitatem supra dicti Antiochi, qui, vt idem Daniel prædixit, magnificatus est vsque ad fortitudinẽ cæli, siue vsque ad principem fortitudinis, & ab eo iuge sacrificiũ tulit. Denique hoc plerique doctorum ita ad Antichristum referunt, vt quod sub illo Antiocho in typo factum est, sub Antichristo in veritate dicant esse complendum. Igitur similis erat pardo, id est, complebit Antichristus illud quod per Antiochum prælguratum est de illo. *Et pedes,* inquit, *eius sicut vrsi.*) Vrsus in eadem Danielis visione regnum Persarum atq; Medorum significat, videlicet propter eiusdem regni duritiam atque ferocitatem. Illius vrsi pedibus, pedes huius bestiæ comparantur. Qui porrò erunt huius pedes, nisi nequitiæ eius satellites, pessimarum eius legationum per totũ mundum ad effundendum sanguinem portitores? Et qui illius vrsi, scilicet illius regni Persarum atque Medorum pedes fuerunt, nisi cõplices Aman Agagitæ, hostis Iudæorum, qui susceptas, imò impetratas à rege crudeles epistolas de occidendis Iudeis, sæua mandata continentes, portare festinauerunt? Quod ergo dicit, & pedes eius similes vrsi, id est, ac si diceret: Et ministri eius sicut Aman ad effundendum sanguinem erunt festini. *Et os eius sicut os leonis.*) In eadem visione Danielis non leo, sed quod sæuius est, leæna regnum Babylonium significat, videlicet propter sæuitiam eius, & crudelitatẽ, siue propter luxuriam, & vitã libidini seruientẽ. Igitur os eius sicu os leonis, videlicet cum

Dan. 8.

Dan. 7.

Hester. 3.

cet cum superba loquitur atque crudelia, velut ille rex Babylonis cũ diceret: Et quis est Deus qui eripiat vos de manu mea? Et nota quòd illic in visione Danielis, prima ponitur leæna, deinde alia similis vrso, deinde alia quasi pardus, deinde bestia quarta sine nomine terribilis atque mirabilis, & fortis nimis, hic autem ordine reciprocato regnum Antichristi primum, bestia dicitur nomine generali absque nomine speciali. Deinde in ea similitudo pardi, deinde in pedibus eius similitudo vrsi, deinde in ore eius similitudo leonis. Per quod mysticè apostasia diabolici spiritus, qui in homine illo totus redundabit, significatur, quàm pertinax sit, mala sua reciprocando, seque in sua vestigia reuoluẽdo. Sequitur adhuc. *Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam.*) Mirabiliter & illuc reducti in eadem visione Danielis detinemur, vt cùm dicit: Dedit illi draco virtutem suam, hoc esse videamus contrarium ei quod filio hominis dedit ille antiquus dierum, virtutem & potestatem suam magnam. Sicut illic post ascensum bestiarum illarum grãdium, leænæ, vrsi, pardi, & quartæ, cuius nomen tacuit, continuò sequitur. Et aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Et subinde: Aspiciebam ego in visione noctis, & cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatẽ, & honorem, & regnum, & omnes populi, & tribus & linguæ seruient ei. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Hic econtrà postquam feram illam communi siue generali vocabulo bestiam appellauit, eamque similem pardo, & pedes eius sicut vrsi, & os sicut leonis habere dixit: & hoc innuit, quia ille homo peccati vsque ad antiquum draconem peruenit, dicendo: Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam: ac postmodum repetendo: Et data est ei potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem. Porrò quod illic dictum est potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Hic in isto contrario nullatenus saltem adulteratum, vt cætera sunt inuenimus. Nec enim potestas illa quam dedit iste huic filio perditionis, æterna siue incorruptibilis potest esse vel dici. Quid igitur sibi vult iste ruinosus peccati tyrannus, iste mortis præpositus? Quomodo altissimum hic imitatur? Num istud est illud quod olim promittebat sibi dicens in corde suo, similis ero altissimo? O veternosum patrem mendacij, quomodo in eo quo maximè mendax est, veracem se esse vult gloriari? Quid enim hac similitudine dissimilius, quid hac imitatione separatius? huc oculos suos mirantes ad tale spectaculum, conuertat omne cælum, cunctus orbis terrarum, vniuersæ generationes seculorum. Altissimus de corde suo veritatem, verum, & bonum verbũ genuit, ipsumque incarnari voluit, atq; illi homini propter perfectam humilitatis obedientiã, potestatem suam verè magnã in cælo & in terra dedit: hic autem imitator eius, memor quod dixerat, ero similis altissimo, quasi si militer volens facere, mendaciũ de corde suo genuit, ipsumq; in homine illo qui venturus est, totũ congregabit atq; fundabit. Illi quoq; omnem potestatẽ suam dabit, videlicet omnia regna mũdi. Veruntamẽ nec illud de suo, sed de rapina dabit. Nam q̃ in euangelio Saluatori tentando ostendens omnia regna mũdi & gloriam eorũ, dicensq;: Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me: addit etiam: Hæc omnia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Mentitur, quia nõ omninò aut verè tradita sunt illi, sed ipse rapuit, cuius videlicet rapinæ principium deceptio fuit, qua primũ hominẽ decepit. Deniq; iuxta veritatẽ, Domini est terra & plenitudo eius nihilq; est omninò quod illius esse nõ debeat, præter solũ rationalis creaturæ vitiũ. Ergo quod dicendo potestatẽ siue virtutem, addidit magnã: non pro vero, sed pro æstimatione eius dictum intellige. Videamus adhuc quod sequitur. *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est.*) Vnus idemque homo peccati Antichristus, & paulò ante bestia capitũ septem, & hic vnum de capitibus bestiæ dicitur, videlicet bestia tot capitum, pro corpore suo quod est omnis generatio impiorum, vnum autem caput pro sua persona, & pro illius temporis sui quo reuelandus est principatu, rex omnium superbiæ filiorum. Sanè quod hic dicit, caput istud bestiæ quasi occisum in mortem, & plagam mortis eius curatam: hoc idem post aliqua repetit, caput ipsum bestię appellans, cũ dicit: Vt faciant imaginem bestiæ quæ habet plagam gladij, & vixit. Vbi quæso caput istud occisum fuit? vbi plagam gladij accepit? Quomodo plaga mortis eius curata est? Quomodo vixit? Immò quomodo istud ad nomen spectat Antichristi, id est, Christo cõtrarij? Verè modo mirabili, modo execrabili. Verus nanque Christus plagas clauorũ, & plagam lanceæ accepit, & peccato mortuus fuit: nunc autem mors eius curata est, & ipse Deo viuit. Hic autem ô res mira, in cælo coram patre & filio & spiritu sancto, iudicio subactus coram omni cælorum curia, beatorumq; angelorum sancto senatu, pro superbiæ crimine sententiam

Dan. 3.

Dan. 7.

Quid Antichristus.

Esa. 14.

Mat. 4.

Luc. 3.

Psal. 23.

Diabolus Deo mortuus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

viuit pecca 40. capitalem accepit, & gladio percussus est æternæ damnationis, atque ita Deo mortuus peccato vixit, & adhuc viuit. Viuit, certè viuit, quia semetipsum nimis pertinaciter defendit, neq; se pro mortuo, sed pro Deo vult haberi, immò supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, se extollit.

2. Thes. 2. Nunquid ergo verè plaga mortis eius curata est? Non curata est, sed ipse rebellis gladij, rebellis sententiæ Dei, nihil sibi plagã illam nocuisse contendit. Quid enim? Et an tequam in illum ingrediatur diabolus, proprium vas filius perditionis, quamuis in cælo percussus fuerit, templa sibi atque aras atque sacerdotes, & sacrificia quasi Deo viuo conquisiuit: & postquam hominem illum ingressus fuerit, regna mundi obtinebit, & in templo Dei sedebit, ostendens se tanquam sit Deus. Quomodo iste concedet, vel propriæ saltem conscientiæ consentiens, quòd occisus, quòd vulneratus vnquam fuerit, aut vulnerari aut occidi vnquam debuerit? O tyranne, tyranne miramur vnde tam fatua duritia, tam dura fatuitas, quomodo vel vnde tibi, & tamen in genere nostro multos tibi conformes à te prædoctos legimus, videmus secũdum exemplum tuum indurari & infatuari. Nam quisquis in crimine conuictus, iudicio addictus, contra conscientiam propriam facit, conscíusque criminis semetipsum defendens, sententiam relidit. Exempli gratia: Potens quisquam adulterij siue homicidij reatque rebellis dum gladium anathematis, quo iustè percutitur, vi sua relidit, rectè atque verè de isto iudicamus, quia habet plagam gladij & viuit, id est, quia in conscientia proprio iudicio condemnatus est & tamen per contumaciam se se defendit tanquam iustus sit. Sequitur. *Et admirata est vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiã dicentes: Quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cũ ea.*) Hic illa generatio maximè culpatur, quæ talem illum hominem susceptura est, secundum grauem & veridicam conquestionem illius hominis, qui benedictus venit in nomine Domini, qua dicit: Ego veni in nomine patris mei, & non susceperũt me: alius veniet in nomine suo, illum susciplet. Illi nanque terra sunt, & terrena sapiunt, & illa susceptio, qua susciplent illum, admiratio ista est, de qua nunc dicit: Et admirata est vniuersa terra post bestiam. In hoc ergo culpantur, in hoc illis exprobratur, quia nisi terra essent, si quid eorum quæ sursum sunt saperent, nó admirarentur, non magnipenderent terrenam eius altitudinem, terrenã potentiam, terrenam gloriam, quam verus Christus adeò nihilipendit, vt eo tempore quando primum salutabatur rex Israel à turbis dicentibus: Benedictus qui venit in nomine Domini, asello sedere voluerit, in cõtemptũ omnis terrenæ celsitudinis. Amplius autem eos percutit in eo quod subiungit. *Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cum ea?*) Dicturus, & adorauerunt bestiam, præmisit, & adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ. Quare? Videlicet quia vt adorarent bestiam, causa illa præcedens effecit, quod adorauerunt draconem talis bestiæ parentem. Etenim quomodo Apostolus dicit, eò quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent, ideo mittet illis operationem erroris vt credant mendacio. Item eodem modo rectè dicas: Eò quòd adorauerunt draconem, id est, diabolum, idcircò errare permittuntur vt adorarent bestiam, id est, Antichristũ. Sed dicis: Quomodo saltem impij dicantur adorasse diabolum, qui etiam sæpè maledicunt diabolum? Adhæc, inquam: Certè (vt de cæteris modo taceam) saltem in eo diabolum adorauerunt, quòd mammonæ seruierunt. Nã & Apostolus de auaritia dicit, quod simulacrorum seruitus sit. Ergo quia mammonæ iam dudum serui fuerant, & mammonę seruiẽdo adorabant diabolum, quid miraris quod deinde bestiam adorauerunt habentem diuitias, valentem dare aurum & argentum, vtpotè cui dedit draco potestatẽ omniũ quæ sua sunt? Itaq; admirantes & adorantes dicent: Quis similis bestiæ? Ita percontabuntur, sibique respondebunt: Nullus. Dicent adhuc: Et quis poterit pugnare cum ea? Sic fatui fatua loquentes, non recordabuntur, quod quondam Pharao cum curribus & equitibus suis, pugnante Deo pro Israele, in mare mersus sit, quod canes comederunt Iezabel, quod Nabuchodonosor ex hominibus eiectus est, & per septem tempora fœnum comedit vt bos, quod Aman in patibulo appensus est, quod Antiochus viuens intrinsecus computruit, & sicut Daniel prædixerat sine manu contritus est, quod Nero minister diaboli vt dedecorosè vixit, ita & turpius perijt. Horum non recordabuntur, immò nec si quis commemoret hęc, audire patientur. Nam de ipsis maximè verum erit quod dicit Apostolus: Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tam stultæ admirationis exemplum in illis quoque mirari possumus, de quibus in Actibus Apostolorũ scriptum est: Statuto autem die Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. Denique quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare eum ea,

Mat. 21.

2. Thes. 2.

Ephes. 5.

Exod. 14.

4. Reg. 9.

Dan. 4.

Hest. 7.

1. Mac. 6.

Dan. 8,

1. Tim. 4.

Actor. 12.

Ioan. 15.

cum ea, voces Dei sunt & non hominis, id est, voces quas soli Deo liceat appellare &

Psal. 34. non homini. Exempli gratia, in Psalmo iustus dicit: Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tui? Isti autem dicunt: Quis similis bestiæ, id est, quis similis Christo? Nam ex persona Ioannis bestia dicitur, à seductis autem ille homo Christus dicetur. Item iustus Deo dicit: Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Isti autem econtra dicunt de bestia: Et quis poterit pugnare cum ea? Hoc est quod nunc diximus exemplũ eius

Psal. 77. Herodem quoque fuisse, cui vulgus nimis prona adulatione acclamauit, voces Dei & non hominis. Et quantum fuit propter quod illi, videlicet Herodi voces acclamauerunt eiusmodi? Exiguum sanè longeque minus, quàm futura est magnitudo huius bestiæ. Iosephus in decimonono libro Antiquitatum euidentius commemorat illud vanitatis ridiculum: Cùm, inquit, in honorem Cæsaris spectacula ciuibus ederet, votiuo vt videbatur salutis Cæsaris die, cumque illuc totius prouinciæ viri & honore & facultatibus prædíti conueniissent, secundo spectaculorum die indutus veste fulgẽti ex auro argentoque mirabiliter intexta, incipiente die procedit ad theatrum. Vbi cum primos solis radios argentea vestis gremio susceplsset, repercusso splendore, duplicatã spectantibus lucem fulgore metalli vibrantis effudit, vt intuentibus perstringeret aciem terror aspectus, & per hoc plus aliquid de eo quã humanæ naturæ est, artifex arrogantia mentiretur, ilico adulantis vulgi concrepant voces, honorem sonãtes, sed exitium ferentes, & hinc atq; illinc ab eis clamantibus Deus compellabatur, vtque fieret propitius simpliciter exorabatur, dicentibus populis, quod nunc vsque te vt hominẽ timuimus, sed ex hoc iam supra humanam naturam te esse fatemur. Igitur si pro veste argentea sole radiante repercussa homini vnius prouinciæ regulo tantum attribuerunt, quanto putas bestiæ tam magnæ clangore voces Dei concrepabunt, posidenti omne aurum & omne argentum, simul etiam fulgenti luce miraculorum? aut nunquid homines illius temporis minus proni erunt ad adulandum? Quales enim illis nouissimis dieb. illis periculo

2. Tim. 3. sis temporibus homines erũt. Nimirum, vt ait Apostolus, seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumi-

2. Tim. 2. di, voluptatum amatores magis quàm Dei. Cum istis miserit Deus operationem erro-

Actor. 12. ris, quid miraris eos acclamare voces Dei & non hominis? Et de illo quidẽ Herode tenuiter dictum est, eò quod non dedisset honorem Deo scilicet adquiescendo immoderato fauori populi, de ista verò bestia lógè maius est quod hæc scriptura dicit. Sequitur enim: *Et datum est ei os loquens magna, & blasphemiam: & data est illi potestas facere menses quadraginta duos.*) Et continò vt exponat oris illius magnitudinem, vel quæ magna illud os locuturũ sit, adhuc addit: *Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant.*) Itemque exponens quę potestas illi detur, vel qualiter acceptam exerceat potestatem per menses quadraginta duos, addit adhuc: *Et datum est illi bellum facere cum sanctis & vincere illos. Et data est ei potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem.*) Hoc peccati insigne Iob. 41. est eius de quo scriptum est: Et ipse est rex super omnes filios superbiæ, quod non tantum acquiescet immoderato fauori dicentium, quis similis bestiæ: verum etiam os magnum, os magna loquens habebit, arrogando sibi magnificentiam Dei, & exigendo ab omnibus voces Dei & non hominis, vt dicant omnes, quis similis tui. Hoc exiget non tantum ore, verùm etiam bellica potestate. Idcircò aperiet os suum in 2. Th. 2. blasphemias ad Deum: videlicet, sicut ait Apostolus, extollendo se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Idcircò bellum faciet cum sanctis, & vincet illos, videlicet qui blasphemante ore non poterit, bellando se vindicabit atque occidẽdo. Et nota diligenter quod hæc omnia faciet secundum nomen suum, immò secundum hæc iam nomen illi impositum est, quod est Antichristus, id est, Christo contrarius. Etenim omnia quæ hic dicuntur contraria sunt eis, quæ de CHRISTO legimus. Primò, quòd datum est illi os loquens magna, ori CHRISTI contrarium est. Denique os Christi paruum & taciturnum fuit. Scriptum quippè est: Obla- Esa. 35. tus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: Scut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente obmute- Esa. 42. scet, & non aperiet os suum. Item in pro- Mat. 12. pheta cuius Euangelista quoque meminit: Non contendet, neque clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. Et hic quidem in blasphemias ad DEVM illud os magniloquum aperiet: ille autem in confessionem & laudem DEI os suum aperuit. Exempli gratia, cùm dicit: Cõfiteor tibi pa- Mat. 11. ter Domini cæli & terræ. Hæc omninò contraria sunt. Item non solùm nomen Domini, sed & tabernaculũ eius, & eos qui habitant in cælo blasphemabit. Ille autem non solummodo patri Domino cæli & terræ confessus est, sed & tabernaculum eius, id est, Ecclesiam, & eos qui in cælis habitant

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel habituri sunt, honorificauit & beatificauit, & in hoc os suum aperuit, sicut in Euã gelio scriptum est: Et aperiens os suum docebat eos, dicés: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cælorum, &c. quæ ita concludit. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælo. Hæc manifestè cõtraria sunt. Ité potestas eius facere bellum cum sanctis per menses quadraginta duos: illius autem potestas per tantundem temporis fuit pacem parare sanctis, quemadmodum dicit: pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hæc nimirum contraria sunt. Item potestas huius in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: illius autem potestas à DEO nulla in quenquam fuit, vt ne saltem de minimis iudicaret agellis. Imò cum dixisset ei quidam de turba: magister dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatẽ, ille dixit ei. Homo, quis me constituit iudicẽ aut diuisorem super vos? Sed & cum cognouisset quia venturi essent hi, quos pauerat de quinque panibus & duobus piscibus numero quasi quinque millia, vt raperent & facerent eũ regem: fugit, inquit Euangelista, in montem ipse solus, quia videlicet sicut postea dixit Pilato: regnum eius non erat de hoc mũdo, nec est. Hæc nihilominus contraria sunt. Sequitur enim: *Et adorabunt omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt nomina scripta in libro vitæ agni qui occisus est ab origine mũdi.* Magnam & veram illorũ qui eum adoraturi sunt determinationem fecit, dicendo: quorũ non sunt nomina scripta in libro vitæ agni. In libro vitæ, hoc est, in cælo, sicut in Euãgelio dictum est: Sed in hoc gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælo. Vbi ergo scripta sunt nomina illorum, qui eum adorabunt? In terra, sicut propheta testatur: Recedentes à te in terra scribentur. Hoc ipsum in præsenti determinatione tacitum non est. Dicturus nanque quorũ non sunt scripta nomina in libro vitę, præmisit omnes qui inhabitant. terrã Nam terrã inhabitare, est terrenis toto desiderio inhiare. Quod qui facit, à Deo recedit, & in terra scribitur, iuxta quod alibi prophetica confessione dictum est: De leantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. At ille solos adoratores illos admittit, quorũ nomina scripta sunt in libro vitæ ab origine mundi. Qui liber est præscitiæ Dei, & beatæ certitudo prædestinationis, sicut certa cum determinatione angelus ad Danielem dicit: Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Scripturæ istæ contrariorum sunt, & libri ipsi contrarij, sed & scribendorum librorum causæ contrariæ sunt. Nam libri boni, libri vitæ, in quo scripti sunt omnes & soli saluandi, causa est propositum Dei, de quo Apostolus dicit: Scimus quoniam diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, &c. De isto libro cum dixisset hic, quorum non sunt scripta nomina in libro vitę agni qui occisus est, addidit: ab origine mũdi. Non sic legendum vel subintelligendum est, in libro vitæ agni qui occisus est ab origine mundi, sed ita: Quorũ nomina non sunt ab origine mundi scripta in libro vitæ agni qui occisus est. Et est sensus: Non sunt scripta in libro vitæ ab origine mundi, id est, non fuerunt in proposito Dei in ipsa origine mundi, videlicet quãdo creatis primis hominibus benedixit illis, & ait: Crescite & multiplicamini & replete terram & subijcite eam. Deniq; quos illa benedictione iussit nasci, omnes & soli in libro vitæ sunt scripti. Qui, videlicet liber vitæ, idcirco rectè dicitur liber agni, quia cuncti electi, quorum nomina in illo scripta sunt, non aliter quàm per agnum Iesum Christum, per sanguinem eiusdem agni Iesu Christi, benedictionem illam qua nasci vel multiplicari iussi sunt, quam & in Adã perdiderunt, recuperare potuerunt aut possunt. Ad gloriam illius vt nascerentur & viuerẽt, erant in proposito, & præscientia, & prædestinatione Dei, sicut Apostolus iam loco supra dicto cum dixisset: His qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit & prædestinauit, cõtinuò subiecit: conformes fieri imaginis filij sui, & per humilitatem mortis eius vocati, siue ex dispersione in vnum congregati, & iustificati, & magnificati sunt. Porrò libri mortis, in quo scripti sunt omnes & soli qui non pertinent ad illud propositum Dei, causa fuit peccatum, quando primum in hunc mundum intrauit per inuidiam diaboli, teste scriptura, cum non ante se post actum eiusdem peccati Deus mulieri dicit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Ista multiplicitas siue superfluitas conceptuum, & ab initio semper multitudine sua vehemẽter oppressit tardius atque parcius nascentes filios benedictionis, incipiens à primogenito Euæ Cain, qui fratrem suum Abel iustum occidit, & in illis nouissimis diebus, de quibus nunc sermo est, adorans & dicens, quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cum ea, residuos persequetur, & occidet filios eiusdem benedictionis. Sequitur: *Si quis habet aurem audiat. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet & qui gladio occiderit, oportet eum* * *similiter occidi.* Vehementer nos excitare atque ad audiendum attentos facere voluit, præmittendo: Si quis habet aurem audiat. Quis autem ad istam vocem hæsi-

Mat. 5. Luc. 12. Ioan. 6. Ioan. 18. Luc. 10. Hier. 17. Psal. 8. Dani. 12. Rom. 8. Gen. 1. Sapien. 2. Gen. 3. Gene. 4. * Gladio

vocem hæsitet? Quis non statim propositionem veram esse cõcedat, qua dicit: qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: & qui gladio occiderit, oportet eum similiter occidi? Idem nanque est quod cùm Petro dixisset: Conuerte gladium tuum in locum suum, continuò subiunxit: omnes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribũt. Vbi & subaudiendum est, nisi pœnitentiã egerint: quemadmodum & in lege, vbi dictum est, qui hoc vel illud fecerit. Exempli gratia: Qui percusserit volens hominem occidere, morte moriatur, subaudiendum est, nisi pœnitentiam egerit. Aliter enim regula sanæ doctrinæ non stabit. Itaq; vera propositione audita vel concessa, respice & considera, quia bestia hæc, homo iste peccati qui se dicit Christum esse, sed bestia est, gladium accepit, in captiuitatem duxit, & gladio occidit, faciendo bellum cum sanctis, vt sicut postmodum hæc scriptura dicit: Occidatur quicunque imaginem eius non adorauerit. Igitur inexcusabiles erunt quicunque bestiam talem adorabunt. Habent enim signum quo cognoscant certissimè esse illũ non Dei, sed diaboli filiũ, vtpotè hominem homicidam, hominem sanguinarium. Nam in hoc, inquit hic idem Ioannes, manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. In quo manifesti sunt? Continuò cùm subiunxisset: omnis qui non est iustus, non est ex Deo, addidit: & qui non diligit fratrem suum. Statimq; euestigiò cùm dixisset: quoniam hæc est annunciatio quã audistis ab initio, vt diligatis alterutrum, adiecit atque ait: Non sic Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Hoc est signũ in quo cognoscãt hi, qui ex Deo sunt, ex maligno illum esse malignũ, quia occidet, sicut iam dictũ, & in captiuitatem ducet, q. nõ facit nec fecit omnis qui ex Deo est. Hoc audiat si quis habet aurem, hoc ad memoriam reuocet quisquis fidelem habet rationem. Et cũ viderit illũ ducere in captiuitatẽ & gladio occidere, etiam si scientiæ copiam, vel testimoniorũ de scripturis non habet abundantiam, saltem ex hoc solo quod ille homicida est, sciat quod ex Deo nõ est, & idcircò non stabit. Sed sicut cæteri homines recipiunt vicem, vt qui gladium acceperint gladio pereant: ita & iste pro captiuitate captiuitatem, prò occisione recipiat occisionem, pro temporali æternam, pro simpla duplã, vt qui sanctorum corpora tantũ captiuauit atque occidit, ipse captiuitatem recipiat & occisionem simul animæ & corporis. Quid enim si non statim fiet? Immò si statim fieret, si statim cum prima blasphemia illud os magnum appellaretur, & cum initio belli siue gladij quẽ accipiet, statim gladio cælesti periret, vnde vel in quo patientia sanctorum probaretur & fides? Sequitur. *Hæc est patientia & fides sanctorum.*) Ac si dicat: In hoc sanctorum fidelis patientia patiensque fides probanda est, quia bestia illa faciet quidem & prosperabitur & diripietur dolus in manu eius. At illi nihilominus tamen credent & perseuerãter pro vero habebunt id quod dictum est, quia qui in captiuitatem duxerit captiuabitur, & qui gladio occiderit, ipse similiter occidetur. Nec verò frustrabitur hæc patientia fidesq; sanctorũ, quia post finem vel cõsummationem bestialis occisionis quæ per menses quadraginta duos protelabitur, immò abbreuiabitur, interficiet illum Dominus Iesus spiritu oris sui, & destruet illustratione aduẽtus sui. Sequitur: *Et vidi aliã bestiam, ascendentẽ de terra, habentẽ cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco, & potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius. Et fecit terram & habitantes in ea adorare bestiam primã, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignẽ faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum.*) Bestiam illam septem capitum vniuersam impiorum generationem esse iam diximus, & ipsa septem capita, septem fuisse vel esse regna mundi, quorum potentia diuersis temporibus sanctos altissimi contriuit, quorũ septimum caput Antichristus erit. Quæ est ergo hæc alia bestia quam vidit ascendentem de terra? Aut quomodo duæ sunt bestiæ, cùm vnum sit corpus generationis prauæ & peruersæ, sicut contra vnum est corpus generationis vnius sanctæ & electæ? Ad hæc sciendum, quia generatio nequam cũ vna sit, alia tamen & alia dicitur bestia, propter geminam vim scilicet bellicam siue regiam atque magicam. De magica vi nunc scriptura hæc narrationem diuinæ visionis incipit, cùm dicit: Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra. Quando putas alia bestia hæc ascendit, quam iste ascendentem vidit? Nimirum vno eodemque tempore quando illa bestia prior ascendit, habens septem capita, quorum septimum caput regnum erit Antichristi. Etenim vbi primum generatio impiorum generationem sanctorum seruituti subiecit & afflixit, atque ad amaritudinem perduxit in operibus duris, luti & lateris, insuper Pharaone præcipiente omni populo suo ac dicente: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminei, reseruate: tunc cum illa regia siue hostica vi pariter contra Deum ascendit & magica vis. Quomodo? Videlicet cùm ingressi fuissent Moyses & Aaron ad Pharaonem, vt facerent signa sicut præceperat Dominus: vocauit Pharao sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptias & arcana quædam similiter.

Mat. 26. Exod. 21. 1. Ioan. 3. Dani.. 2. The. 2. Exod. 8 Exod. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

Igitur aliam bestiam tunc ascendentem vidi, inquit. Quid autem hoc ad rem præsentem, vbi manifestè de aperta persecutione loquebatur Antichristi, quæ erit in diebus nouissimis? Profectò quia prius quidé esse cœperunt, & pugnæ aduersus Deum præstigia magorum, sed tunc magis abundabunt. Surgent enim, inquit Christus, pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Hocidem de bestia hac præsenti capitulo scripturæ huius series declarabit. Nunquam defuit hæc pessima vis in societate crudelis gladij, regibus (qui persecuti sunt & contriuerũt sanctos altissimi) Agyptijs, Israeliticis, Babylonijs, Medis atque Persis, Græcis, Romanis: nec potestati Antichristi deerit, imò abundantior atque potentior aderit. Verũ Romani imperatores illa secretius vsi sunt, quorum Iulianus apostata malitiosius atq; ardentius arti illi incubuit: Græci quoque atque Macedones non adeò euidenter: superiores autem Persæ, Babylonij atque Aegyptij, publicè & quasi licéter illa vsi sunt, publicisque nominibus magi ipsorũ se prædicauerunt, nec absconderunt. Porrò Israelitici reges magos suos prophetali nomine palliabant, qualium vna die quadringentos quinquaginta viros Helias occidit, Omnes prophetas Baal. Qualem bestiam hanc ascẽdentem iste vidit? *Habentem*, inquit, *cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco.*) Sicut bestia septem capitum, quæ prius descripta est per cornua decẽ, sic & bestia hæc habet cornua duo: quia videlicet sicut regnorum decem primi reges fuêre notissimi, quos & superiꝰ commemraui, ita & magicæ artis duo sunt autores notissimi, magisque notati, quos cõtra Moysen & Aaron, sicut iam dictum est, Pharao conuocauit. Duo nanque fuerunt, Iamnes & Mambres, sicut & Apostolus meminit. Qui cũ dixisset: Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, continuò subiunxit. Quemadmodũ enim Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorũ fuit. Igitur duo cornua bestiæ hæc habuit, vbi primum ascendit, id est, duos principes suæ efficaciæ magica ars habuit, vbi primum contra Deũ stetit. Et cornua hæc similia agni, videlicet superba & contraria similitudine, faciendo similiter miracula, vt fiũt per verbum Dei, quod est agnus Dei. Nam & si literam historicam spectes, vbi primum bestia hæc ascendit, valdè conuenienter, & propriè dictum est, similia agni. Deniq; cuncta quæ fecerũt signa Moyses & Aaron coram Pharaone & Aegyptijs, pulchrè dicũtur signa agni, videlicet pro eo quod cuncta illa consummata sunt per sanguinem agni, quem populus Israel vt vltima plaga Pharao & Aegyptus tangeretur, ad vesperã immolauit. Illic plane cornua bestiæ similia videbantur cornibus agni, vbi scriptum est: Fecerunt malefici etiam ipsi per incantationes suas Aegyptias & arcana quædam similiter, proiecerunt q; singuli virgas suas quæ versæ sunt in dracones. Item: Cùm eleuans virgã Moyses percussisset aquam fluminis, & versa esset in sanguinem, fecerunt, inquit scriptura, similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis. Tertiò fecerunt per incantationes suas similiter, eduxeruntq; ranas super terram Aegypti. Hucusque fingere potuerunt similitudinem cornuũ agni, sed vltra non potuerunt, victosque se esse fatentes, dixerunt: Digitus Dei hic est. Eodem modo per tẽpora sequentia sub cæteris regni, supra dictis ars magica semper affectauit similitudinem Dei, voluitque videri quod non minora faceret signa, quàm fiebant per verbum Dei. De qua præsumptione huius bestiæ nunc protinus dicit: Et loquebatur sicut draco, id est, sicut diabolus, qui taliter locutus est: Ero similis altissimo. Nam & hoc legimus in plerisque veteribus gestis, quod vt pro dijs colerentur, quibusdam magicis exigebant tormentis. *Et hæc bestia potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius.*) Ac si dicat: Signa facientes magi confortabant regios animos ad non credendum, & resistendum signis & virtutibus Dei, vt non minus potentes viderentur sibi quàm erat Deus, qui cũ tantis prædicabatur prodigijs, cùm haberent & ipsi secum tales, qui similia facerent illi. Hoc erat facere omnem potestatem bestiæ in conspectu eius, æstimationem magnifici cordis eius roborare, ne sibimet impotens videretur. *Et fecerunt terram, & inhabitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis:*) Cæteris omissis quæ acta sunt, ex quo apparuerunt illa iam dicta duo cornua similia agni, quæ perpetrauit ars magica, coniuncta contra Deum regnorum supra dictorum gladijs, ad illos de quibus paulò ante loquebatur dies nouissimos, præsens litera nos reducit. Nam bestia, cuius curata est plaga mortis, septimum bestiæ caput erit Antichristus, de cuius plaga vbi illam acceperit, quomodo curata sit, sicut curatam videri velit, iam supra pro posse dictum est. Ergo fecit, id est, faciet terram, & omines habitantes in ea, scilicet terrenos homines, thesaurizãtes non in cælo, sed in terra cupiditate sacrilega adorare bestiam primam, videlicet, principalem Antichristi potentiam, bestialemque eius susc ipere extollentiam, qua extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Quomodo hoc fecit? Ait: *Et fecit signa magna, vt ignem faceret de cælo descendere in terram, in conspectu hominum.* Magna vis, magna & mira efficacia spiritus seductionis. Sed quibus hoc erit magnũ? Nimirum his qui pereunt (vt ait Apostolus) eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Diligenter animaduertẽdum, cùm enim dicit Apostolus eũ, cuius aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mẽdacibus, & in omni seductione iniquitatis, ita subiungendo his qui pereunt, eò quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Euidẽter astruit, quia nisi perissent, iam non seducerentur, nisi charitatem veritatis prius intus reliquissent, nequaquam foris mendacibus prodigijs acquiescerent. An non iste consuetus & antiquus est ordo pereundi? Denique & de primis hominibus ferè omnes idem scimus, quia nisi prius intus per superbiam perissent, nisi charitatem veritatis reliquissent, non tam facilè foris tentati cederent, non tam citò prodigioso serpentis bruti animãtis *colloquio sese inclinarent, aut promissionibus crederent. Quapropter idipsum quod nunc vniuersaliter Apostolus dicit, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideò mittet illis Deus operationẽ erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui nõ crediderũt veritati, sed consenserũt iniquitati, lamentabili valdè & dãnoso nobis exemplo constans & indubitabile verum est, quia sic primis parentib. nostris accidit, quibus, quia charitatẽ veritatis nõ receperunt, milit Deus in illo serpente operationem erroris. Non ergo miremur quasi nouum id quod fiet illis, vt signa magna faciat in conspectu eorum bestia talis, & seducat eos, sicut mox subiungendo scriptura dicit: *Et seducit habitantes in terra, propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. Et datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ.* Nullum quippe seducet nisi eum, qui perijt, qui charitatem veritatis reliquit. Quid autem veræ aut inauditæ magnitudinis habent signa hæc maxima quę facere poterit, quæq; hic scriptura pro ipsorum excellentia posuit? Vnum nanque est in eo quod ait, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in conspectu hominum. Aliud verò miraculum in eo quod dicit: Et datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ. Nũquid hæc talia vel tãta sunt, qualia vel quanta diabolus nunquam fecerit? Nónne ignem quoque de cælo descendere fecit in conspectu hominum, data sibi potestate, vt tentaret Iob? Ignis Dei (ait ille nuncius, qui nesciret, quid ageretur, quid Sathan moliretur) ignis Dei cecidit de cælo, & tactas oues puerosq; consumpsit, & effugi ego solus, vt nũtiarem tibi. Nónne item diabolus idem spiritum dedit imagini suæ, & vt loqueretur imago sua, quando serpens loquutus est verba maligna, verba mortifera? Nam per qualemcũq; imaginem suam diabolus eo tempore locutus sit, de illo serpente, qui hominẽ primũ decepit, constat quòd imago eius sit, eo vel maximè, quòd illud reptile genus humanũ ex tunc quasi naturaliter odit. Quomodo ergo excusabiles erunt, qui per huiusmodi signa seducti, bestiam illam adorabunt? Nũquid de ignorantia excusari poterunt? Nempe si ignorant, si non legerunt quòd primis hominibus talis imago bestiæ, scilicet serpẽs locutus fuerit, & quòd ignem de cælo super oues B. Iob descendere fecerit, insipientes sunt: si autem norunt, si legerunt, & tamen non sibi cauent, stulti sunt. Psalmista verò dicit: quia simul insipiens & stultus peribũt. Quòd si imaginem manu factam velis intelligi, cui spiritum datura sit, vt loquatur, pro eo, quod cùm dixisset scriptura: & seducit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, subiunxit, atque ait, dicens, habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, si (inquam) imaginem hic vulgari sensu velis accipi, quales possunt ab hominibus fieri in ligno & lapide, siue quocunque æramento, multò magis miraculum istud diabolicæ malitiæ vsitatum fuit, vt loqueretur imago huiusmodi. Huiusmodi nanq; imagines loquebantur in tẽplis, arte spiritus maligni cauerna patẽtes irrepẽtis ante exaltatũ signũ crucis Christi. Si igitur bestia hęc sua persuasione egerit, vt faciant homines imaginem illius bestiæ maioris. Exempli gratia, vt Esaias ait, artifex lignarius extendit normam, formauit idolũ in runcina, fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud, & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo, & tali modo sederit in domo Dei, ille homo peccati filius perditionis, in loco de quo signum crucis Christi deiecerit, nonne multò magis insipiens aut stultus erit, qui curuabitur, & adorabit illud? Nimirum (vt ait idem propheta) cor insipiens adorabit illud, & non liberabit, imò perditioni dabit animam suam. Talium signorũ verus Christus nullum fecit, aut facere debuit. Nusquam ignem de cælo in conspectu hominum descendere fecit, licet hoc ante aduentum eius Helias in virtute ipsius fecerit, nullam aliquãdo imaginẽ loqui fecit, aut face-

Mat. 24.

2. Tim. 3

3. Reg. 18.

Exod. 12.

Exod. 7.

Exod. 8.

Ibidem.

Esa. 14.

Aloquio.

2. Thes. 2.

Iob. 3.

Gen. 3.

Psal. 48.

Loqui per imaginem manu factam.

Ibidem.

Christus talia signa vanitatis non fecit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. Reg. 1. re debuit. Quæ enim vtilitas est in signis huiusmodi? Immò cùm dicerent illi discipuli eius Iacobus & Ioannes: Domine vis dicimus, vt ignis de cælo descendat, & consumat illos, videlicet Samaritanos qui non receperunt eum, quia facies eius erat euntis Hierusalem, conuersus increpauit illos, & dixit: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Item cùm à Pilato remissus esset ad Herodem, qui & viso illo gauisus est valdè, quia sperabat signum aliquod videre ab eo fieri, nihil illi respondit, maluitque ab eo sperni & illudi, quàm curiositatem eius superuacuis pascere signis, quippè qui nõ quę rebat signa pietatis, sed miracula vanitatis.

Luc. 9.

Luc. 23.

Quàlia signa fecit Christus.

At ille solummodo in causa vel in tempore oportuno, qualia signa dignetur facere, vel profiteri, breuiter edicit. Exempli gratia, cùm loquitur discipulis Ioannis: Euntes renunciate Ioanni, quæ vidistis & audistis: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur. Taliũ pietatis signorum non erit opifex pietatis aduersarius, scilicet bestia quæ habet plagam gladij, & vixit, neque alia bestia prophetes eius, sicut non fecerunt duo cornua eius Iamnes & Mambres, de quibus supra diximus. Illi nanque nec Moysi saltem signa quæ illo tempore vtiliter gesta sunt, sequi vel imitari potuerunt, sed defecerunt, & manifesta fuit omnibus insipientia eorum. De

Mat. 13.

Non cogit ad fidẽ suã Christus sicut Antichristus faciet.

plaga gladij quã habet bestia, iam superius dictum est. Sequitur: *Et faciet vt quicunque non adorauerint imaginem bestiæ, occidãtur.*) Hoc Christus non fecit, neque prophetæ eius, neque Apostoli docuerunt, neque reges Christiani iam facti hoc acceperunt, vt occidant & sanguine cumulandum existiment Christi seruitium. Verus nanque Deus nõ coacta, sed spontanea seruitia vult. Ergo & in hoc, immò maximè in hoc palam faciet sensum habentibus, & ratione pollẽtibus, quòd verè sit Antichristus, quòd verè nõ Christus, sed secundum nomen suum Christo sit contrarius. Hic est Christus qui sanguinem suum fudit. Hic est Antichristus qui sanguinem fudit alienum. *Et faciet omnes pusillos cum magnis, diuites & pauperes, liberos & seruos, habere characterẽ in dextra manu, aut in frontibus suis, & ne quis posset emere aut vendere, nisi qui habet characterẽ aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.*) Hæc est illa peruersa mutatio: Hic est ille longè dissimiliter similis altissimo: Altissimus nanque faciet omnes pusillos & magnos, diuites & pauperes, liberos & seruos absque distinctione personarum siue originũ, Iudæorum aut Græcorum, omnes (inquam) æqualiter habere faciet characterem suum in frontibus suis, & in manu sua, autoritate legali pariter & euangelica. Nam in lege dicit: Verba quæ ego præcipio tibi, meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens aut consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua. In euange lio autem dicit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Cùm enim baptizentur omnes, siue pusilli, siue magni, accipiunt in frontibus suis characterẽ nominis Christi, id est, signaculum crucis. Et numerum nominis Domini, numerum trium personarũ, patris, & filij, & spiritus sancti. Item & hũc numerum accipiunt, vt profiteantur vnius Christi, quia Christus non homo tantum, aut Deus tantum, sed & Deus, & homo, ex anima rationali & humana carne, & verbi diuinitate in vna persona consistens. Hunc numerum de frontibus, & cordibus, & ore omnium, pseudoprophetæ auferre conabũtur, vt econtra character nominis bestiæ, & numerus nominis eius inscribatur. *Hic sapientia est. Qui habet intellectũ, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est, & numerus eius est sexcenti sexaginta sex.*) Vigilantem vult esse auditorẽ, dum quasi digito locum designans, atque circumspiciens: Hic, inquit, sapientia est. Et continuò: Si quis habet sapientiam, computet numerum bestiæ. Qualem numerũ, vel quare computet numerum bestiæ? Numerus enim, inquit, hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex. Quid est hoc, quòd & numerum præscribit ipse, & tamen dicit, qui habet sapientiam, computet numerum bestiæ. Num istud intendit, vt computando sapienter hoc totum perquiras, quot in isto numero sint monades, aut certè decades? Quis sapientiam habens istud tam grandi scripto quæreret, vel quærendum proponeret? Ergo quoniam ad computandum citatur hic non alius, nisi qui sapientiam habet, fortè in numero problema est. Et quidẽ viri illustres scripturæ huius tractatores, ante nos hũc numerũ strenuè versantes, nomina quædam aduerterunt, tria Græca, & vnum Gotticum: ΑΝΤΕΜΟΣ ΑΡΝΟΥΜΕ ΤΕΙΤΑΝ ΓΕΝΣΗΡΙΚΟΣ: quorum primum interpretatur, honori contrarius: secundum, nego: tertium verò, sol: quartũ, gentium seductor. Singulorum nominum istorum literæ, numerum istum in se continent sexcenta sexaginta sex. Nam primæ huius nominis, quod est ΑΝΕΟΜΟΣ littera Α vnum, Ν quinquaginta, Τ trecentos, Ε breue quinq;, Μ quadraginta, Ο breue, septuaginta, Σ ducentos significat. Similiter alio nomine ΑΡΝΟΥΜΕ. Nã Α vnũ ostendit, Ρ centũ, Ν quinquaginta, Ο breue, septuaginta, Υ quadringẽtos, Μ quadraginta, Ε breue, quinque: qui simul ducti faciunt sexcenta sexaginta sex. Nominis autẽ quod est ΤΕΙΤΑΝ, litera

Deut. 6.

Mat. vl.

litera Τ trecẽtos exprimit, Ε breue, quinq;: Ι decem: item, Τ trecentos, Α vnum, Ν quinquaginta, qui simul iuncti faciunt sexcenta sexaginta sex. Porrò nomen Gotticũ Græcis literis scriptum est hoc modo, ΓΕΝΣΗΡΙΚΟΣ: Ι tria, Ε quinque, Ν quinquaginta, Σ ducentos, Η octo, Ρ centum, Ι decem, Κ viginti, Ο septuaginta, Σ ducentos ostendit. Laudanda hæc patrum inspectio: veruntamen est adhuc quod non otiosè quæratur. Nunquid enim illa bestia talibus volet nominibus apellari: talibus vocabulis salutari? Nunquid eos, à quibus honori contrarius, siue gentium seductor dicetur, pace sua remunerabit, vt vendere vel emere possint? Sic enim hic habes, vt ne quis posset emere aut vendere, nisi qui habent characterem aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. Nunquid hoc edicet, vt contrarius q; est Sathan, siue ΑΝΤΕΜΟΣ, aut vt negator, vel gentium seductor pronuncietur, & vt qui hoc pronunciauerit, ille sit liber, ille vendere vel emere possit? Aut nunquid gyganteo nomine quod est TEITAN contentus erit, cùm extollatur supra omne quod dicitur, Deus aut quod colitur, ostendens se tanquam sit Deus? Apud nos Latinos literæ quibus scribitur, DICLVX eundem numerum continent. Nam D quingentos, I vnum, C centum, L quinquaginta, V quinque, X decem significat, quæ in vnum collecta faciunt similiter sexcenta sexaginta sex. Sed etiam si scriptura hoc loco nomen istud illi palã asscriberet, & nominis huius numerum sexcenta sexaginta sex esse diceret, nónne tunc quoque ad quærendum superesset, quid ad illum hominem hic numerus pertineret? Igitur quoniam & numerus hic positus est, & tamen ad computationem eiusdẽ sapientia quæritur, dicendo: Si quis habet intellectum, computet numerum bestiæ, sapientiam quæramus, sanctam scripturam cõsulamus, sine qua nihil constans aut certum, siue de numero Dei, siue de numero bestiæ, quæ aduersus Deum extollitur, inuenire aut dicere possumus. Nam sicut ille Samson veraciter dicere potuit: Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam: sic Dominus noster Iesus Christus, cuius nimirum propositiones siue problemata sunt omnia, quæ in hoc libro continentur profunda mysteria, veraciter nobis dicat: Si nõ araueritis in alia scriptura, non inuenietis solutionem numeri huius, quem præsens signauit scriptura. Primò diligenter animaduertendum est, quia prius quidem cùm dixisset, vt ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem aut nomen bestiæ, aut numerum, signanter addidit nominis eius: post verò cũ dicit: Si quis habet sapientiam, computet numerum, de nomine nullam mentionem fecit, sed tantummodo cõputet numerum bestiæ, inquit, ac deinde, & numerus eius, absque interpositione nominis est, ait, sexcenti sexaginta sex.

Insufficiẽs patrum consideratio.

Iudi. 14.

Cur hoc, nisi aliud nomen bestiæ significat, & aliud ipsa est? Bestia nanque ipsa homo est, & in ea diabolus inhabitat: nomen autẽ eius quod sibi vsurpat, quod nisi quis cõfessus fuerit, vendere aut emere poterit, Deus. Aduersatur nanque, & extollitur (vt iam sæpè dictum est) supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ità vt in templo Dei sedeat, ostendens se, tanquam sit Deus. Duos ergo hic numeros intelligi oportet, alterum nominis eius, quod illa bestia sibi vsurpat, scilicet Dei. alterum bestię, id est hominis eius quod ipsa erit. Alius nãque est numerus Dei, & alius, hominis: imò omnis creaturæ rationalis quæ ad creatoris gratiam non pertingit, siue hominis, siue angeli. Debuerat quidem vnus esse numerus creatoris & creaturæ, sed creatura numerũ sibi alium elegit, dissentiendo à creatore. Quis est ille numerus creatoris? Numerus septenarius, sicut scriptura dicit: Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere suo quod pararat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret. Quis est autem numerus creaturæ? Numerus senarius, quia videlicet numero dierum senario creaturam vniuersam scriptura cõprehendit, & in sexto die, imò & sextus dies creatura est hominis. Et ille quidem ad hoc conditus est, vt post obedię tiæ opus consummatum, cùm Deo in septimo sabbatizaret, id est, requiescret, eoq; compleretur bono quod significatur, dicendo: compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat. Significat nanque dies septimus remunerationem boni operis, Apostolo quoque teste, cùm dicit: Ingrediemur enim in requię qui credimus, quẽ admodum dixit: Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis, dixit quodam loco de die septimo sic: Et requieuit Deus septima die ab omnibus operibus suis. & in isto rursum: si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam introire in illã, & his quibus prioribus annunciatum est, nõ introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quandam, hodie, in Dauid, dicendo post tãtum temporis, sicut supra dictum est. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, &c. Vt, inquam, in illam diei requiem introiret, vt in illius numeri septenarij sabbatismo cum Deo sabbatizaret ho-

2. Thes. 2.

Hebr. 5.

Psal. 94.

Gen. 2.

Psal. 94.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret homo, idcircò conditus est: sed neque homo tunc introiuit, neque diabolus, qui illum decepit, vnquam introibit. Nã vterq; sine Deo, imò contra Deũ, in creatura mũdi, & in semetipso voluit gloriari. Ait ergo: *Numerus enim hominis est.*) Præmiserat autem: Si quis habet sapientiam, computet numerum bestiæ. Ac si dicat: Si quis habet sapientiam, cùm viderit illum hominem peccati, filium perditionis, potentem ac diuitem, extollentem se, & resistentes sibi occidentem, & in omnibus magnificè gloriantem, recogitet ac perpendat, quia quicquid loquitur, quicquid agit, non pertinet ad illã requiem, non est de illa septima creatoris, de verbo Dei, de regno charitatis, sed totũ tantummodo de creatura mundi, de concupiscentia oculorũ, de superbia vitæ. ac proinde quasi certo confirmatus argumento sciat & dicat, quia ille homo nõ est ipse quẽ
1. Ioan. 2. se esse dixit, non est Deus, sed fallaciter se ostendit, tanquam sit Deus. Cùm igitur dixisset, numerus enim hominis est senarius simplex siue singularis, subintelligi potest, si quidem homo ille homo tantum, & non etiam diabolus esset. At verò homo ille, quidẽ natura, sed diabolus in illo totus erit cũ omni sua virtute, tota plenitudine, &
2. Thes. 2. eiusdem, videlicet, hominis aduentus (vt ait Apostolus) erit secundum operationẽ Sathanæ. Sequitur ergo: *Et numerus eius sexcenti sexaginta sex.*) Ecce senarius numerus tertiò repetitus, imò in decuplum, atque inde in centuplum multiplicatus est. Notum maximè Arithmeticis siue Abacistis est, quod nũc dicimus: Senarius character de primò, id est, singulari limite in secundũ, id est, decimum transgressus, sexaginta facit, idemque in tertium, id est, centenum traductus, sexcentos efficit. Cùm ergo dicit: & numerus eius sexcenti sexaginta sex, senarius qui erat numerus hominis (vt iam dictum est) ad septimum diem, ad sabbatum, id est, requiem Dei propter suam præuaricationem non pertingentis, secundi & tertij limitis transgressione multiplicatus est. Quid est hoc, nisi quia diabolus Sathanas, cuius secundum operationem ille homo veniet & qui in illo totus habitabit, postquam semel à requie Dei, à sabbatismo cælesti sese excusit, secundo ac tertio laborem suum multiplicauit? Nota replicamus, vbi, quãdo, quomodo numerum suum sic multipli
Gen. 2. cauerit transgressor antiquus, multiplica-
Psal. 11. tor laboriosus. Primò, vbi perfectis cælo & terra, & omni ornatu eorum, die septimo compleuit Deus opus suum quod fecerat & requieuit ab omni opere quod patrarat, ille cũ requiescẽte creatore in septimo eius die non requiescebat, quinetiam iam dudũ propter inquietudinem superbiæ suæ de cælo in istum caliginosum aerem proiectus, in circuitu ambulabat impius, & laborabat. Erat ergo in numero senario, in ista sex dierum creatura, in quo videlicet senario, detineri dolens homo pœnitens, septimumq; diem suspirans dicit in Psalmo: Notum fac *Psal. 38.* mihi Domine finem meum, & numerũ dierum meorum, quis est, vt sciam quid desit mihi. Ille autem impius & præuaricator angelus non sic, sed cùm esset foris à requie siue septima die, & senarius eius adhuc simplex siue singularis esset, non cõtentus fuit labore suo, sed adiecit per inuidiam, vt genus humanum in eundem laborem traheret secum, decipiendo protoplastum. Hoc agẽdo vtiq; trãsgressionem auxit, & rectè sicut proprius, ita & hominis labor imputatur illi. Multiplicatus est ergo primus eius senarius, & factus est iam numerus eius sexaginta sex. Verùm nec isto contentus, adijcit adhuc vt illum hominem peccati, filium perditionis, totus ingrediatur, & faciet per illum id quod nunc de bestia maligna præsenti loco miramur. Illic nimirũ tertia trãsgressione senarius eius multiplicabitur, quando is, qui hominem primum dolo decepit sine vi, idem & dolo in prodigijs mendacibus pariterque vi siue gladio Dei, hominumque manifestus hostis vtetur, perseuerante inuidia qua mundo mortem induxit, perseuerãte imò & in peius aucta superbia qua sese in cælo aduersus Deum extulit: Benè igitur cùm dixisset, numerus enim hominis est, addidit: & numerus eius sexcẽti sexaginta sex, quia videlicet labor peccati. qui in homine cum Deo non sabbatizante simplex est, in illa bestia notis incrementis secundò ac tertio multiplicatus est. His animaduersis non ab re esse cuiquam videri debet, quòd plagam mortis eius hæc scriptura ter commemorat. Primò, cùm dicit, *Esa. 14.* & vidi vnũ de capitibus suis quasi occisum *Luc. 10.* in mortẽ, & plaga mortis eius nõ curata est. Secundò, cùm dicit: & fecit terram, & in habitantes in ea adorare bestiam primã, cuius *Gen. 1.* curata est plaga mortis. Tertiò, cùm dicit: vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. Ter nanque malignus ille plagatus est. Primò, quando iudicatus in cælo sententiam damnationis accepit: secundò, quando in serpente per quem decepe- *2. Thes. 2.* rat hominem, maledictione mulctatus est: tertiò, quando Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Hic est verus bestiæ numerus sexcenti sexaginta sex. Cæterùm numerum nominis eius quem qui non habuerit, vendere aut emere non poterit, sic falsò illi attribuitur, sicut & ipsum nomen quo se iactat, ostendens se tanquam sit Deus. Numerus nanq; septenarius Dei est agni, Dei, inquam, qui die septimo requieuit, & agni cuius in hoc ipso libro septem sunt cornua, septemque oculi. Denique quòd hæc bestia septem ostentat capita, violentum est atque contrarium. Contra illud quod Deus die
Gen. 2. septimo requieuit, caput huius septimũ plagam habet mortis, plagam gladij, & non requiescit, sed sẽper laborat, & in labore viuit,
Psal. 48. iuxta psalmistam dicentem: & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finẽ. Idcirco & sicut supra dictum est, & super septem capi- *Sup. 5.* ta eius nomina blasphemiæ, quia non est nomen eius Deus, quod inscripsit suis capitibus, sicut illic memorauimus. Quod si non est hoc nomen eius, certè nec nominis numerus. Iste numerus meriti est, & pro vero illi attribuitur (sicut iam dictũ est) sexcenti sexaginta sex, & nusquam ad septimum peruenit, quia nunquam pœnitentiam egit, siue acturus est, vt requiescere possit.

LIBRI OCTAVI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER NONVS.

CAP. XIIII. 

TVIDI, & ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum illo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius & nomen patris eius scriptũ in frontibus suis. Quo nunc eamus, quo sermonis cursum dirigamus, septem spirituum domini lucidus ordo cominus ostendit, quem proposui mus sequi, sine quo nihil nos videre, & nusquam rectum tenere tramitem nos posse sumus arbitrati. Neque enim frustra gratiam & pacem à septem spiritibus qui in conspectu throni Dei sunt, Ioannes iste in initio voluminis septem scribit ecclesijs. Est autem in ordine spirituum eorundem secundum
Esai. 11. propheticum Esaiæ præconiũ quintus scientiæ spiritus, sequens illum, cuius magnalia præcedenti visione spectauimus, in prælijs martyrum, scilicet fortitudinis spirituum, quorum videlicet præliorum summũ vel nouissimum certamen erit illud, quod per semetipsam faciet bestia prima, cuius paulò ante computauimns numerum, quę nimirũ bestia antichristus erit, qui in suo tempore reuelãdus est. Igitur qu ò nũc eamus, nescimus, sed iste lucidus, vt iam dictum est, spiritum ordo ducit nos, vt recapitulationẽ hic fieri perpendamus, & ea quæ in hoc mundo gesit sanctus scientiæ spiritus ab hoc loco contemplemur, vbi supra montem Sion stãs conspicitur agnus. Nam vbi primum scientia Dei dari cœpit vel scribi, illic & agnus Dei Christus cœpit figurari. Etenim vbi primus scientiæ Dei scriptor legem scripsit Mo ses, illic agnus in typum Christi immolari
Exod. 12. cœptus est, & sanguine eius signati sunt postes filiorum Israel. Proinde & in istis centũ quadraginta quatuor millibus cantantibus quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia & seniores, & in quatuor angelis volantibus per medium cæli, & habentib. Euangeliũ æternũ, quorum quartus ipse est Ioannes qui dicit: Et audiui vocẽ de cælo dicentem: Scribe: Beati mortui qui in domino moriũtur, & septẽ phialis septẽ angelorũ: in istis, inquã omnes scientię cælestis id est, sanctæ scripturę, cõstructores siue cõscriptores intelligimus, & secundũ istos siue secundũ istorũ studia, mirabilẽ sanctũ scientiæ spiritũ pdicare ingredimur. *Et vidi, inquit, & ecce agnus stabat supra montẽ Sion.* Visio ista Ioannis oculum à fine seculorum, vbi paulo ante viderat bestiam siue malignum bestiæ caput Antichristũ, gladio dãnationis eternę percussum, sursum reducit ad principia seculorũ, scilicet ad tẽpora promissionis vel fidei patriarcharum, vnde recapitulationes istæ omnes currunt atque recurrunt.

Sanè agnus iste CHRISTVS est, qui nunc quidem ecce in persona sua stat supra montem Sion, supra omnem ecclesiæ dignitatem, supra omnem principatum, omnesq; virtutes cælorum, tunc autem quando promissio fiebat vel recenter facta fuerat, stetit in figura, sicut iam dictum est, quando vel ex quo immolatus est agnus in domibus filiorum Israel, cuius sanguine postibus signatis, dum comederentur carnes eius, mortua sunt primogenita Aegyptiorũ, & filij Israel transierunt per mare rubrum, & Pharao cũ curribus & equitibus suis illos persequens submersus est. Agnus iste nomen suum & nomen patris sui scripsit in frontibus nostris cum signaculo crucis. Tunc autem sumebatur de sanguine agni qui erat in limine, & ponebatur in superliminari, & super vtrunq; postẽ. In qua nimirum positione diuinũ erat crucis pſagiũ siue sacramẽtũ, profuturũ illis in

Universidad de Deusto Biblioteca

Gen.22. lis in plenitudine temporis, tẽpore benedictionis quãdo verus agnus Christus semen Abrahæ, in quo benedicerentur omnes gentes, immolandus erat in ara crucis. Istos vidi stãtes cum agno, quia nimirum quicunq; secundum fidem Abrahę vel promissionem Dei significabantur, sanguine illo benedicti sunt cum Christo, & viuunt cum illo. Quid autem sibi vult iste illorum numerus, centum quadraginta quatuor millia? Hoc nimirum nobis innuit, quod filij Israel siue filij Abrahæ qui per venturum Christum essent saluandi, opus erat vt non tantùm carnis, sed fidei vel promissionis existerent filij. Rom.19. Non enim, inquit Apostolus, omnes qui ex Israel sunt hi Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine. Hanc fidem simul cum operibus Abrahæ numeri huius plenitudo mysticè significat. Denique numerus primorum filiorum carnis Israel, scilicet, duodenarius, si semel & iterum ac tertio in decuplum multiplicetur, noruntabacistæ, quia duodecim millia fiunt. Item si duodecim millia per eundem duodenariũ multiplicentur, fiunt centũ quadraginta quatuor millia. Lubet adhuc dicere manifestiꝰ: duodecim, qui numerus primorum (vt iam dictum est) filiorum erat Israel, in decuplũ transducti, fiunt centũ viginti. Rursus centum viginti in decuplũ promoti, fiunt mille ducenti. Item mille ducenti decies multiplicati, fiunt (vt alio loco iam dictum est) duodecim millia signati. Hæc trina in decuplum multiplicatio fidem nobis pulchrè innuit sanctæ trinitatis, cuius cum confessione mystica domos suas signabant illi, confitentes Deum Abrahã, Deum Isaac, & Deũ Exod.3. Iacob. Quia verò sola fides sine operibus ad perfectionem siue ad vitam non sufficit, rursus per duodenariũ multiplicẽtur duodecim millia, & fient centum quadraginta quatuor millia, quo numero & fidei confessio, & bonorum operũ significatur multiplicitas. Igitur stantes cum agno tot sancti nomen eiusdem agni, & nomen patris eius scriptum habẽtes in frontibus suis, omnes perfecti sunt illius temporis filij Abrahæ, quo, videlicet tẽpore pro paschalis agni immolatione per singulos annos passurus pro omni mundo Christus præfigurabatur. Eorum perfectionem magnificè & mirabiliter continuò præsens litera commendat. Sequitur enim: *Et audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocẽ tonitrui magni, & vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendaciũ. Sine macula sunt ante thronum Dei.)* Primum de hoc capitulo causa postulat prælibare id q̃ cùm dixisset: Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia qui empti sunt de terra, continuò velut interrogatus, pro quo merito suo soli possint illi dicere canticum eiusmodi: Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. De virginitate carnis potest quidem collaudatio ista non inutiliter accipi. Valet enim plurimum ad exhortandum, ad cõfortandum, ad corroborandum dulce illud virginei decoris propositum, in quo licet co- 1.Cor.7. gitare quę Domini sunt. Nam verè magnam habet prærogatiuam virginitas carnis socia ta cum virginitate mentis. Veruntamen vt propositum ordinem teneamus, dicendum est & aliud, cui nulla de scripturis autoritas siue ratio refragari comprobetur. Neque enim virginitati carnis tantũ tribuere quisquam leuiter audebit, vt canticum aliquod cantandum virginibus sanctis, incantabile fore iudicet omnibus alijs quantumlibet magni sint quidem ex eis. Exempli gratia: Petro Apostolo denouo, & Moysi de veteri testamento: De quibus constat quod secundum carnem virginalis propositi non fuerint. His igitur breuiter præmissis, nunc ordinem prosequamur. *Et audiui, inquit, vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, & vocẽ tonitrui magni.)* Stãte agno supra montẽ Sion cum suis signatis, cœpit audiri vox de cælo tanquam vox aquarum multarum, & tanq̃ vox tonitrui magni, quia, videlicet quando per typicam immolationem paschalis agni in Aegypto cœpit præfigurari passio Christi filij Dei, tunc etiã cœpit audiri per scripturam vox Dei, quia tunc Moyses legem scripsit, quam vtique non de terra, sed de cęlo: non ab homine, sed ex Deo accepit. Post hunc cæteri iusti & prophetæ scientiam Dei scripserunt, & ipsi quoque non de ter- 2.Pet.1. ra, sed de cælo locuti sunt. Vnde est illud: Neque enim voluntate humana allata est aliquando scriptura sacra, sed spiritu sancto Esa.33. inspirati locuti sunt sancti dei homines. Audiui ergo, inquit, vocẽ de cælo. Porrò scripturæ sacræ aquarum nomine solent aliquã Psal.17. do significari, vt illic: Omnes sitientes venite ad aquas. Tonitruo quoque solet aſsimi Gen.7. lari, videlicet propter terribilem commina Esa.66. tionem iudicij futuri, iuxta illud: Et intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vocem suam. Sanè iudicium primum per aquam iam factum, secundum autem eædẽ scriptu-

scripturæ quasi quandoque contonando testantur per ignem futurum. Rectè igitur vocem illã vocem scripturarum cælestium, tanquam vocem aquarum multarum dicit, & tanquam vocem tonitrui magni. Verunta men non solum iudicium vox illa sonat, pœnasque malorum, sed etiam misericordiam & sempiterna præmia sanctorum, quæ nimirum auditu vel intellectu dulcia & delectabilia sunt. Sequitur ergo. *Et vocem quam audiui sicut citharœdorum citharizãtium in citharis suis.* Deniq; sicut in tonitruo terroris asperitas, in citharis vero sonantibus delectationis est suauitas, ita in scripturis sanctis comminatio iudicij peccatores terret & salubriter turbat, promissio verò præmiorum benè operantes mulcet & lætificat. Et notandum quod in citharis chordæ sonantes audientes quidẽ delectant, sed ipsæ in extensione sua quodammodo laborant. Sic deniq; hi, per quos sancta scriptura condita est, suo quiq; tempore bona promittendo bonos auditores delectauerunt: sed ipsi apud semetipsos laborauerunt & plerunque fatigati sunt. Num.11. Vnde primus illorum Moses dicebat ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiã coram te? Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Ac deinceps: Sin aliter tibi videtur, obsecro interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Sed & diuersis præterea modis fatigabantur sancti illi, sicut & Apostolus eorum reminiscens inter cætera dicit: Alij verò ludibria & verbera Hebr.11. experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tẽtati, sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellib. caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti, &c. Erant igitur sicut citharœdi citharizantes in citharis suis: quia, videlicet, testimonia veritatis personantes extendebãtur tribulationibus multis. Sed & spontanea extensione sese affligebant, vt cælestem beatæ cantionis mererentur accipere gratiã, sicut de Daniele & socijs eius legimus, quia propositis sibi regalibus epulis, hoc magis elegerunt propter Deum, vt leguminibus vescerentur. Pueris autẽ his dedit Deus scientiã & disciplinã in omni libro, & sapientiã: Da- Danie.4. nieli verò intelligentiã omniũ visionum & somniorum. Sequitur ergo: *Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia & seniores.* Citharizabant & cantabãt, id est, semetipsos affligebant, & gloriam Dei personabant. Quid autem sibi vult quod non ait: Et cantabant canticum nouum, sed quasi canticum nouum? Quid enim est canticum nouum? Nam hoc præcognito continuò clarebit quid sit, quasi canticum nouum. Canticum nouum est testamentum nouum, in quo veterem hominẽ deposuimus & nouũ induimus, in quo innouati similitudinem Ephe.4. terreni parentis eualimus, & ad formam cæ- 1.Cor.15. lestis authoris translati sumus. porrò quasi nouum canticum vetus est testamentum, quod per quasdam similitudines figuras q; multiplices eadem significat, quæ nouum testamentum continet. Cantabant igitur quasi canticum nouum, id est, mirabili prophetici spiritus potentia præuidebant euangelicæ gratiæ sacramentum. Et secundum hoc exemplar faciebant, & docebant legalẽ ministerium, & per figuras cõpetentes profitebantur agnum Dei Christum pro salute mundi passurum, suaque passione mundum innouaturum. Ita cantabant ante sedẽ & ante quatuor animalia, id est, in præparatione regni Dei, in obsequio euangelij Chri- 2.Pet.1. sti ad instructionẽ quorum venerabilis senectus, id est, vita immaculata regit ecclesiam Dei. Sequitur enim: *Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor milla, qui empti sunt de terra.* Quare nemo alius dicere poterat? Quia videlicet, non voluntate humana aliquando allatum est eiusmodi canticum, sed spiritu sancto inspirati cecinerunt cantores, id est, autores scripturarum. Et pro quo merito suo illi canticum illud dicere potuerunt? Ait: *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* Quomodo vel quibus cum mulieribus non sunt coinquinati? Nimirum cum mulieribus alienigenis, super quibus præceperat dominus filijs Israel dicens: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras. Certissimè enim auertent corda ve- 3.Re.11. stra, vt sequamini deos earum. Nónne causa Deut.7. magna est, & merito canticum agni de ore tollitur eorum, quicunque eiusmodi mulie- Num.25. ribus coinquinati sunt? Denique cum coinquinatione carnis simul animæ quoq; propter amorem mulierum, cum dæmonijs fornicatæ sunt. Primum propter illas initiati sunt Beelphegor, & sicut scriptum est, 3.Re.16. vsque in præsentem diem macula huius sce- Prou.6. leris in illis permanet. Deinde multiplicatæ sunt cum eiusmodi mulieribus coinquinationes & earum omnium palmam tenet impijssima Iezabel. Et quis eiusmodi ignem alligauit in sinu suo, & vestimenta eius 3.Reg. non sunt combusta? Salomon quoque sapientissimus, quia talibus, ardentissimo amore copulatus est, incombustus non euasit. Deprauatum est enim cor eius ab illis, cum iam esset senex, & abijt & seruiuit dijs & deabus earum. Dicat ergo pro maxima laude: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim permanserunt, quia verò soli illi D E O vero virginem castam se exhibere, & corruptores 2.Cor.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentium non deos, sed dæmones effugere potuerunt, qui sese à mulieribus illorum incoinquinatos custodierunt. Tales vtique virgines canticum bonum sibi thesaurizauerunt, dum adhærentes vnico viro suo, vni Deo suo, verbum bonum de pectore eius mente conceperunt, ore protulerunt, calamo quoque quidam ex eis, vt legeremus nos, conscripserunt. *Hi*, inquit, *empti sunt de terra*. Item: *Hi sequuntur agnum quocunque ierit*. Et rursum: *Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno*.) Quatuor enũciationes istæ splendidæ vigilantibus & apertis oculis in ordine suo conspiciendæ sunt, quia nimirum gratiæ simul & meriti, necnon & præmij caltissima præconia sunt. Denique; quod valdè notandum est, prima & quarta gratiam prædicat, secunda meritum, tertia præmium commendat. Siquidem prima est, quod empti sunt de terra: quarta, hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno, quæ ambæ idem prædicant, scilicet redemptoris gratiam. Quis nam ignoret eosdem sanctos iræ fuisse filios, & per gratiam esse redemptos. Vnus ex illa gente sanctus & magnus Paulus ait: Eramus enim & nos natura filij iræ sicut & cæteri. Premisso ergo præconio, tunc demum enunciatur meritum. Hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Et rectè, dicit enim & dicere debet quisque eorum: Laboraui & solicitus fui non coinquinari, non autem ego, sed gratia Dei mecum. Subditur statim & præmium dicendo: Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Agnum sequuntur, videlicet emptorem siue redemptorẽ cuius sunt sanguine redempti. Hinc Petrus Apostolus ait: Redempti estis de vna vestra conuersatione paternæ traditionis, pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati CHRISTI. Repetitio, hi empti sunt ex hominibus, magnę intẽtionis est indicium, vt non obliuiscamur eos gratia redemptoris esse id quod sunt. Nam de terra & ex hominibus idem est, tanquã si diceret, ex massa terrena generis humani, quæ vniuersa in primo parente sub peccato se vendidit. Notandum præterea, quia cùm dixisset: hi sequuntur agnum, addidit: quocunque ierit. Nunquid enim agnus necessario pro negotijs regni sui disponendis de loco ad locum vadit, aliosque in comitatum assumens se se absentat alijs? Sed nimirum remota variatione huiusmodi, duobus modis sequuntur agnum quocunque ierit, videlicet inuestigatione iudiciorum eius quę in sacris continentur scripturis, de qualibus sanctorum iste vnus dicit. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui, & imitatione exemplorum eius, de quibus item vnus illorum dicit: Vias tuas custodiui, & à præceptis eius non discessi. Sequuntur ergo agnum quocunque ierit, dum iudicia eius & per spiritũ intelligunt, & per charitatẽ laudant, & iustificant eum in eisdem omnibus iudicijs eius, & dum exemplum charitatis eius imitantur vsque ad mortem, quemadmodum Ioannes dicit, quia ille pro nobis animam suã posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Item & hoc non prętereundũ, quia cùm dixisset: Hi empti sunt ex hominibus, addidit primitiæ Deo & agno. Nam & per hoc liquet priores sanctos intelligi, de qualibus sancta & mystica lex dicit: Si obtuleris munus primitiarũ frugũ tuarum Domino, de spicis adhuc virentib. torres eas igni & confringes eas in morem farris, & sic offeres primitias tuas Domino, fundens supra oleũ, & thus imponens. Spicæ nanq; adhuc virentes fuerunt prioris seculi sancti homines, de quibus tunc offerimus munus Domino, quando benè viuere proponimus eorum exemplo. Verũ in eorũ actibus nonnulla inueniũtur tunc concessa, quæ nunc maturiore seculo euangelij falce resecantur, sic postmodũ ad sedentem super nubem filium hominis dicitur: Mitte falcem tuam acutam, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Torres ergo eas igni, id est, per sanctum discretionis spiritum statum discernens vtriusque temporis, ea quæ imitanda non esse in euangelio didicisti, non quidem reprehendens, sed nec imitaberis, & sic offeres cum impositione olei & thuris, id est, bona illorum imitaberis cum charitate ad honorem Dei. Igitur hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno, quod idẽ est ac si diceret: Istos redemit de massa generis humani agnꝰ Dei Christus, testimonio fidei probatos inuentos illo priori & recenti adhuc seculo. De quo testimonio fidei adhuc subditur: *Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium*.) Fideles enim fuerunt, mendacium non coluerunt, sed vnum viuum & verum Deum. De qualibus cùm nullum superesse putaret Helias nisi se solum, diceretque: Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderũt, & relictus sum ego solꝰ, & quærunt animam meam: reliqui mihi, ait Dominus septem millia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal. Itaque quia cum mulieribus supra dictis non sunt coinquinati, & mendacium deorum illarum non sunt locuti: *Sine macula*, inquit, *sunt ante thronum Dei: Et vidi alterum angelum volantem per medium *cælum, habentem euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens magna voce: Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adorate eum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & fontes aquarum. Et alius angelus secutus est dicens: Cecidit cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes: Et angelus tertius secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de vino iræ Dei, qui mixtus est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerit bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu. Et audiui vocem de cælo dicentem mihi: Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: Opera enim illorum sequuntur illos.)* Post canticum vnius montis Sion, quatuor isti non stant in vnoquolibet monte vel loco, sed volant per medium cælum & voce magna & voce publica toti mũdo prædicant. Quartus ipse est Ioannes, qui de semetipso humilius sentiens, non dixit. quartus secutus est tres alios volantes per medium cælum, sed audiui, inquit, vocem de cælo dicentẽ mihi. Scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Siquidem quemadmodum dixerat, vidi angelum volantem per medium cælum, vt euangelizaret dicens, timete Dominum, & alius secutus est eum dicens, cecidit cecidit Babylon: & tertius secutus est eos dicens, si quis adorauerit bestiam, & cętera: sic poterat dicere, & quartus ego secuturus eram eos, dicens: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Sed rectè sic maluit loqui, vt & de seipso humilius enunciaret, & rem aliquantulum exprimeret. Nũc enim per istos euangelizantes siue euangelium æternum habentes, quorũ quarto in loco seipsum ponit, quatuor Euangelistas datur intelligi, quorum ipse est quartus, quia nouissimus Euangelium scripsit. Interea meminisse oportet, quia supra diximus, septem spirituum, qui in conspectu throni Dei sunt, ordinem respicientes, sub imaginibus præsentis huius visionis propria spiritus scientiæ opera siue dona prædicari. Quicquid autem huius gratiæ datum fuerat ante aduentum CHRISTI, quicquid erat cælestis sciẽtiæ in lege & prophetis, in vno tantum monte Sion, in vno tantum celebrabatur templo, quod erat in Hierosolymis, ibi enim tantummodo erãt sancta illius populi. At vbi Christus venit, continuò per publicum orbis terrarum euangelium eius sonuit, sociatis sibi lege & prophetis, & tunc scientia Dei multiplicata est completo quod Daniel prædixerat, quia pertransibunt plurimi & multiplex erit scientia. Rectè igitur secundum has visiones prius quidẽ canticũ in monte tantũ Sion auditum est, isti autem quatuor angeli per medium cælum volant euangelizantes, quia videlicet lex & prophetę prius in angusto gentis vnius loco sonabant, nunc autem Apostolis prædicãtibus Christi euãgelium, cum testimonio legis & prophetarum totus mundus audiuit, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in finibus orbis terræ verba eorum. Porrò quod euangelij prædicatores, siue sancti quique sacerdotes rectè angeli dicantur, ferè nulli dubium est, cùm scriptum sit. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Ipse agnus ex cuius ore sine dubio requiritur & requirenda est vniuersa lex, angelus magni consilij angelus dictus est. Angelus quippè naturæ sed officij nomen est. & est Græcum vocabulum, quo Latinè dicimus nuncium. Benè ergo cùm supra dixerit: Et vidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion, nunc dicit: Et vidi alterum angelum volantem per medium cælum. Nunc singula dicta scrutemur, simulque perpendamus vtrum singuli secundum facies suas loquantur. Notæ quippè sunt facies eorum, & ordo quo in hac eadem Apocalypsi superius designatæ sunt. Nam animal primum simile est leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. De diuersitate ordinis huius ab eo, qui in Ezechiele scriptus est, suo loco aliqua diximus. Sanè quod nunc de primo dicit, volantem per medium cælum, habentem euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum & linguam, & populum: idem & de alio qui secutus est eum, & de tertio qui secutus est eos, & de quarto qui personam suam exprimit, pariter subintelligendum est. Primò quod ait volantem per medium cælum, dictioni supra scriptæ ferè oppositum est, qua dixit stetisse cum agno supra montem Sion cẽtum quadraginta quatuor cantantes quasi canticum nouum. Illi cantantes stabant supra vnum montem Sion, iste autem & cæteri sequentes volabant per medium cælum. Quod est dicere: Antequam in semetipso pateretur agnus DEI cùm adhuc sacrificaretur in figura eius agnus irrationalis, tantũ in Sion siue in Iudæa erat notitia vel scientia Dei, vbi autem ille passus est, continuò illa scientia ad omnes gentes conuolauit, illo volatu de quo propheta cùm dixisset: Venite ascendamus ad montẽ Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, subiũxit atq; ait: Quia de Sion exibit

Eph. 2. — *1.Cor. 15.* — *Psal. 18.* — *Iob. 23.* — *1.Ioan. 3.* — *Leuit. 2.* — *3.Reg. 19.* — *Dan. 12.* — ** Cæli.*

1.Pet. 1. — *Mala. 2.* — *Ezech. 1.* — *Esa. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Volabat ergo, id est, exibat de vna gente ad omnem mundum, & hoc per medium cælum, id est, in auditu omnium, non in vna tantum lingua vt prius, coanguſtatum habens Dei verbum, ſed omnibus linguis dilatum, maximè autem Græca & Latina, quibus æquè vt Hebraica lingua ſcripſit Pilatus ſuper caput eiuſdem agni in cruce hunc titulum: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. *Ioan. 19.* Sed & libertatem euangelizãtium deſignat hic volatus per medium cælum. Neq; enim quicquam eorum quæ euangelizant in angulo geſtum, aut erubeſcendum eſt: hinc ipſe Dominus ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Hinc Paulus ait: *Mat. 10.* Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum, ita quod in me promptũ *Rom. 1.* eſt, & vobis qui Romæ eſtis euangelizare. Non enim erubeſco euangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptũ eſt: Iuſtus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei in cælo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum, eorum qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent. Volanté igitur per medium cælum, id eſt, cor habentem ſurſum cum deſpectu terrenorum incedentem per publicum, non erubeſcentem miniſterium ſuum, eò quòd nihil gerat aut doceat inhoneſtum aut infirmum. Nam hoc eſt quod ſequitur: Habentem euangelium æternum. Virtus enim Dei eſt, veritas Dei *Mat. 24.* eſt, quæ tranſire aut veteraſcere non poteſt. Nam cælum, inquit, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Quod vel ad *Luc. 21.* quid volabat? *Vt euangelizaret*, inquit, *ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum.*) Et eſt ſenſus: Vt prædicaret in omnes gentes incipiens ab Hieruſalem, abſque acceptione perſonarum, abſque diſtinctione Iudæorum & gentium, & tribuum, & linguarum & populorum. *Timete*, ait, *Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adorate eum qui fecit cælum & terrã, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & fontes aquarum.*) Sic in hoc libro ſuperius quatuor animalia deſignata eſſe meminimus, vt facies leonis prima ſit. Nam animal primum ſimile leoni. Porrò natura leonis timorem cæteris animantibus incutit. Nam ad rugitum eius vniuerſa animantium natura contremiſcit. *Amos. 3.* Vnde eſt illud: Leo rugiet quis non timebit Et continuò: Dominus Deus locutus eſt, quis non prophetabit? Rectè ergo primus timorem exigit dicendo: Timete Dominum, & date honorem illi. Cauſaque timoris congrua redditur, quia venit, inquit, hora iudicij eius. Timor iſte pœnalis eſt, cuius cauſa eſt expectatio iudicij, nondum plena ſapientia, ſed ſapiẽtię inchoatio, ſicut ſcriptũ eſt: Initiũ ſapientiæ timor Domini. Habet tamen nonnihil iuſtitiæ, quia de fide procedit. Niſi enim quis iudiciũ futurũ credat, non timet. Eſt ergo vtilis dum peccatorem ſolicitũ reddit, & ad pœnitentiam compellit. Vnde cũ dixiſſet: Timete Dominum, *Pſal. 110.* cõtinuò ſubiunxit: & date honorem illi. In quo? Videlicet, in eo vt relictis ſimulacris ad ipſum conuertamini. Sequitur enim: Et adorate eum qui fecit cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis ſunt, & fontes aquarum. Et alius angelus ſecutus eſt eum dicens. *Cecidit cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes.*) Et hic ſecundus ſecundum faciem ſuam dicit, ſecũdum faciem vituli: nam ſecundum animal ſimile vitulo. Vitulus autem ſacrificium *Leu. 4.* pro peccato offerebatur, cuius ſanguis in ſancta per pontificem inferebatur, corpus autẽ cremabatur extra caſtra, Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum ſignificans, qui pro peccato generis humani oblatus, & extra *Hebr. 3.* portam paſſus eſt. Quod Apoſtolus commorans ſequitur & dicit: Exeamus igitur ad eum extra caſtra improperium eius portantes. Ait ergo: Cecidit cecidit Babylon. Babylon quod interpretatur confuſio, regnum eſt peccati, principatus mundi, & latrocinium diaboli: ſine dubio deletum eſt *Ioan. 12.* omninò in electis per paſſionem Chriſti ſic, vt ipſe continuò paſſurus dixit: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps mũdi huius eijcietur foras. Quicquid inquinationis ſiue per vim ſiue per ſuaſionem ciuitas diaboli, ciuitas DEI ingeſſit, ex quo ciuita *Gen. 4.* tem illam primus Cain, cruentis manibus *Gen. 6.* ædificauit, & ex quo filij DEI, ſcilicet de ſtirpe Seth videntes filias hominum quòd pulchrę eſſent, videlicet quæ erant de ſtirpe Cain acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant, vniuerſa iniquitas, omnia peccata quæ de commixtione reproborum electi contradixerant, pariter cum originali peccato per mortem Chriſti deleta ſunt, *Ephe. 6.* & rectores mundi huius tenebrarum harũ de poteſtate priſtina corruerunt vt nõ ſeducerent gẽtes, vt liceret gentibus conuerti ad Deum verũ, agere pœnitentiam & accipere remiſſionem peccatorum. Cecidit ergo cecidit Babylon, quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes, id eſt, iudicium factum eſt, princeps mundi huius per mortem CHRISTI iudicatus eſt, & exinanita eſt omnis erroris confuſio, quia ebrietas fornicari à DEO, & in iram mittiti faciebat omnes gentes. Sanè cum improperio dicitur magna, quia ſemetipſam ſuperbiendo magnificabat. *Et tertius ſecutus eſt eos, dicens voce magna: Si quis adorauerit beſtiam & imaginem*

imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua, & hic bibet de vino iræ Dei, qui mixtus eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu angelorum ſanctorum, & ante conſpectum agni. Et fumus tormentorum eius aſcendet in ſecula ſeculorum: Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerint beſtiam & imaginem eius: Et ſi quis acceperit characterem nominis eius.) Et iſte tertius ſecundum faciem ſuam dicit, ſecundum faciem hominis. Nam tertium, inquit, animal habens faciem quaſi hominis. Quid enim dicit? Poſt primum qui dixerat, timete Dominum & adorate eum, legem ponit & ſentẽtiam præſcribit eis qui adorauerint alium præter eundem Deum. Nam in iudicandis illis qui hoc fecerint, facies hominis omnibus apparebit. De beſtia hac & imagine eiꝰ, de nomine eius, immò de numero nominis eius, & de charactere eius, quem qui nõ habuerit in illa nouiſsima perſecutiõe, vendere aut emerę non poſsit, ſuperius dictũ eſt. Porrò quod ſic ait: & hic bibet, idcirco ait, quia dixerat anterior, cecidit cecidit Babylon, cui nimirum cadere, poculum damnationis bibere eſt. Ipſa autem damnationis pœna, vinum aut merum mixtum, grauiſſima cum ironia dicitur, nam fel amariſſimum magis propriè diceretur. Aliàs, & verè vinum merum eſt, quia iudicium iuſtum & irrepræhenſibile eſt. Illic omninò ſine miſericordia iudicium erit. Quis enim miſerebitur, vbi & ipſe agnus miſericordiarũ ſuarum memor iam non erit? Notandum quippè quod cùm dixiſſet, & cruciabitur igne & ſulphure, addidit: in conſpectu angelorum ſanctorum, nec iſto contentus, addidit adhuc: & in conſpectu agni. Iudicem ipſum hic agnum appellauit, & tamen addit adhuc: Et fumus tormentorum eorum in ſecula ſeculorum aſcendet, nec habent requiem die ac nocte, &c. Magnum & mirabile eſt, quod is qui iudicat vel punit ſicipſe agnus eſt, & tamen in ſecula ſeculorum ad miſericordiã inflexibilis eſt, & dicitur: Multa hic iudiciorũ eius abyſſus nos latet. Multi ignorantiã profunditatis huius impatienter tulerunt: Et quaſi nimiam ſeueritatem Deo aſcribere fugientes, æternitatem tormentorum fore negauerunt, non *Mat. 25.* conſiderantes ſtultitiam ſuã, quia dum miſericordem facere contendunt, mendacem facere non timuerunt eum qui dixit: Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autẽ *Rom. 11.* in vitam æternam. At verò ſancti veridi- *1. Cor. 13.* cæ ſcripturæ credunt, Deumque nihilominus miſericordem eſſe ſine dubio ſentiũt, ſuum quoque potius defectum eſſe deputant, quod altitudinem diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei penetrare, vel iudicia eius compræhendere, & vias eius inueſtigare non poſſunt, eundemque defectum ſuum patientiſsimè ferunt, cognoſcentes ex parte donec veniat quod perfectũ eſt. Vnde mox ſubditur: *Hic patientia ſanctorum eſt, qui cuſtodiũt mandata Dei, & fidem Ieſu.*) Hic, inquit, id eſt, in eo quod dicuntur eſſe cruciandi in ſecula ſeculorum, in conſpectu agni, in eo quod dicitur agnus fore illis ad miſericordiam in ſecula ſeculorum inflexibilis patiẽtia, ſanctorum eſt, dum non quaſi de nimia ſeueritate murmurant qui cuſtodiunt mandata Dei, videlicet ſcientes futurum eſſe iudicium, qui cuſtodiunt fidem Ieſu, ſcilicet non dubitantes fidelem & veracẽ eſſe Ieſum, qui tã terribile prelocutus & cõminatus eſt iudiciũ. Siquitur: *Et audiui vocẽ de cælo dicentem mihi Scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis, Opera enim illorum ſequuntur illos.*) Et iſte quartus ſecundum faciem ſuam audit & ſcribit, ſecundum faciem aquilæ volantis. Nam quartum, inquit, animal ſimile aquilæ volanti. Iſte eſt Ioannes, qui quarto loco audit & ſcribit: quia poſt alios euangeliſtas rogatus ab eccleſijs, doctuſq; reuelationibus de cælo, accepit ſecundum faciẽ, vt iam dictum eſt, aquilæ volantis, incipiens ſecretam altitudinem principij ſempiterni, & inde incipiens ea ſcripſit, quæ ferè omnia in ſeculo alio, id eſt, in cælo repoſita ſunt. Eorum omnium quæ ſcripſit nimirum hic finis, & hæc ſumma eſt: Beati mortui qui in Domino moriuntur, &c. *Et vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam.*) Quem ſupra deſignauerat dicens, & vidi, & ecce ſtabat ſupra montem Sion, eundem manifeſtius ſe vidiſſe exprimit, ſimilem dicẽs filio hominis, quia videlicet qui prius in lege per agnum immaculatum figurabatur, ipſe per ſemetipſum in euangelio locutus eſt, filius hominis factus, de Maria virgine incarnatus. Nam caro illa virginea, caro immaculata ſine aliqua ſorde peccati originalis aſſumpta, per nubem candidam hic ſignificata eſt, ſecundum prophetam dicentem: Ecce aſ- *Eſa. 9.* cendit Dominus ſuper nubem candidam, & ingredietur Aegyptum, id eſt, aſſumet carnem de virgine, & ingredietur in hunc mundum. Nam quomodo ſol ſuper nubem candidam diem quidem nobis efficit, ſed non totã claritatem ſuã oſtẽdit, lucem quidem dat, ſed formam ſuã ſubtrahit, nec totos ignes ſuos exerit, & frigus tamen competenter exuperat præteritæ algidæ noctis: ſic diuinitas clariſsima in carne miraculis quidem & ſermone ſapientiæ nos illuminauit, ſed non ſemetipſam, ſicut eſt, manifeſtauit: locutus quidem eſt & fecit vt Deus, non tamen formam DEI oſtendit, nec totam virtutem ſuam exercuit, & tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

expugnanda ſpiritalia nequitiæ ſatis fecit. Sedebat ergo ſuper nubem candidam ſimili tudo filij hominis, imo & ipſa ſuper quam ſedere videbatur nó realiter nubes erat, ſed ſimilitudo nubis. Neq; enim corporaliter, ſed in ſpiritu iſta videbat. Quamquam autē iſta ſeſsio filij hominis de ſecundo eius aduentu rectè accipi videatur, nos tamen, vt propoſitum rerum geſtarum ordinem pro poſſe teneamus, de primo eius aduentu accipere non congruè poſſumus. Denique in agno ſtante ſupra montem Sion, eiuſque cātoribus centum quadragintaquatuor millibus, typicum legis ſacrificium & integros fideles temporis illius, in quatuor euangelij æterni præconibus, huius filij hominis quadrigas euāgelicas accepimus. Nunc ergo dicendū qualiter in primo aduētu ſuo gemina falce acuta vſus fuerit, ſecundum præſens capitulum huius viſionis. Nam & hic falcem ad metendum, & poſtmodum alius angelus, per quem ſignificatur idem qui filius hominis magni conſilij angelus, falcem ad vindemiandum in manu ſua habere dicitur. Sedentem, vt iam dictum eſt, vidi, inquit, filium hominis habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutā. Duplicem ob cauſam hic filius hominis auream in capite ſuo dicitur habere coronam: tum quia rex, tum quia ſacerdos eſt. Nam quod ſacerdotij honor coronā habeat, teſtatur Sapiens, cum in laudibus patrum de ſacerdote dicit Aaron: Corona aurea ſuper mitram eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris & opus virtutis. Dicit autē hoc de lamina ſancta in qua ſcriptum erat ineffabile nomen domini tetragrammaton, id eſt, quatuor literarum. Significabat enim coronam huius filij hominis, de qua Pſalmiſta cum dixiſſet: Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulò minus ab angelis. continuo ſubiunxit? Gloria & honore coronaſti eum. Et illud nomen eius de quo dicit Apoſtolus: Propter quod &DEVS illum exaltauit, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Habeat igitur in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua, inquit, falcem acutam, ſubaudiatur, ad metendum. Sequitur enim. *Et alter angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem: Mitte falcem tuam acutam, quia venit hora vt metatur quoniā aruit meſsis terræ. Et miſit, q̄ ſedebat ſuper nubē, falcem ſuū in terrā et meſsuit terram.* Quærenda eſt ergo meſsis, quam primo aduentu ſuo hic filius hominis meſſuerit. Nam de illa meſſe quam intendit, dicens: Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſsis dicam meſſoribus: colligite zizania, & ligate ea in faſciculos ad cōburendum: triticum autem recondite in horreum meum. De illa, inquam, meſſe certum eſt quod finis ſeculi ſit. Dixit enim: Meſsis verò cōſummatio ſeculi eſt: Meſſores autem angeli ſunt. Vbi ergo meſsis alia inuenitur? Nimirū vbi hic idem filius hominis fatigatus ex itinere, & ſedens ſuper puteum, fidem gentium paratam eſſe videns ad audiendum dicebat diſcipulis ſuis: Nónne vos dicitis, q̄ adhuc quatuor mēſes ſunt, & meſsis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ sūt iam ad meſſem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam ēternam, vt qui ſeminat ſimul gaudeat, & qui metit. Ego miſi vos metere quod non ſeminaſtis: alij laborauerūt, & vos in laborem eorū introiſtis. Quinam ſunt illi qui laborauerūt, vel qui ſeminauerūt, niſi Moyſes & prophetæ qui Chriſtū venturum prædixerunt? Porrò alij in labores illorū introierunt, & ſata illorum meſſuerūt, quia videlicet illi Chriſtum, quem prophetauerunt, tempore ſuo non viderunt, apoſtolorū autem beati oculi viderunt. Cum ergo veniſſet Chriſtus iā tempus meſsis extitit, vt videlicet, quemadmodum metendo plenum frumentum in ſpica ſeparatur ab arida ſtipula, ita ſuſcipiendo Chriſtum viuificans ſpiritus ſeparatur ab occidente litera. Itaque exiens alter angelus de templo, & clamans voce magna: Mitte, inquit, falcem tuam acutam, quia venit hora vt metatur, quoniā aruit meſsis terræ. Quis porrò iſte alter angelus ſit, euangelica filij hominis nobis inſinuat authoritas, cùm de præcurſore ſuo Ioanne dicit: Quid exiſtis in deſertum videre? Prophetam? Etiā dico vobis, & plus quàm prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptū eſt. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuā ante te. Ergo angelus Ioānes, & hic idcirco rectè dicitur alter angelus, quia & hic filius hominis ad quem clamat, cuius præco vel præcurſor eſt, angelus dicitur, ſicut & propheta, in quo illud de Ioāne ſcriptum eſt, continuò dicit: Et ſtatim veniet ad templum ſanctū ſuū dominator quē vos quæritis, & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Hic alter angelus exiuit de templo, imò & de templi illius manufacti vmbratico ſacerdotio. Sacerdos nanque erat pater eius Zacharias, & ſecundum legem patri ſacerdoti, filius ſacerdos ſuccedere iure debebat. At ipſe exiuit, in deſertum abijt, zonam pelliceam & pilos Camelorum præclaris illius ſacerdotij ſtolis prætulit. Illic iuit clamare voce magna, ſupplicare magno deſiderio, vt eum quē ſalutauerat exultando clauſus in vtero videre & oſtendere mereretur mundo. Neſciebat quippe illū facie, licet per ſpiritum prophetiæ ſciret eum aduenisſe. Quid ergo dicebat,

Mitte

Eccl. 46.

Pſal. 8.

Phil. 2.

Mat. 13.

Ioan. 6.

Luc. 10.

Matt. 11.

Mala. 3.

Matt. 3.

Mitte falcē tuam acutā.) Hoc eſt, manifeſtare in Iſrael, & prædica per temetipſum, & prædicando doce homines foris relinquere occidentem literā, & colligere viuificantē ſpiritū, & intelligere quod hactenus lex & prophetę prophetauerunt. Quare? *Quia venit hora vt metatur, quoniam aruit meſsis terræ.*) Quēadmodum in agris, quā diu frumentum ſpica nondum plenè formatūeſt, ad maturitatem ductū eſt, foris cum ſtipula manet, vbi autē permaturuit, tunc demum ſecatur, & ſtipula foris relicta intus comportatur. Ita quā diu venturus expectabaris, lex carnaliter obſeruabatur: vbi autem tu aduenisti, iā te prędicante, litera legis cum carnalibus Iudæis foris relinquenda, & ſpiritalis ſenſus intus colligēdus eſt, ita vt verbi gratia ſint cœlibes, & tamen nihilominus, immò multo melius attendant id quod dictū eſt: Maledictus omnis qui nō facit ſemen in Iſrael. Tamdiu clamauit, donec illi reſpōſum eſt, vt veniret in aqua baptizans dato huiuſcemodi ſigno: Super quem videris ſpiritum deſcendentem ſicut columbam, & manentem in eo, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Factumque eſt, atque hoc ſigno manifeſtatus in Iſrael, extunc cœpit prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Sequitur ergo: *Et miſit qui ſedebat ſuper nubem falcem ſuam in terram, & meſſuit terram.*) Meſsis illius primitię Apoſtoli fuerunt, & poſt illos omnes qui ex gente illa credentes, relicta carnaliū cęremoniarum arida ſtipula, legem ſpiritualem ſpiritualiter adimplere ſtuduerūt. Porrò de illis omnibus qui ſtipulam illam, id eſt, legis occidentem literam carnaliter æmulantes, & euangelico ſpiritui inuidentes Apoſtolos Chriſti perſequuti ſunt, eadem impietate qua ipſum occiderunt Chriſtū, quale factum ſit iudicium ſequentia viſionis protinus ſignificant. *Et alius angelus exiuit de templo quod eſt in cælo, habens & ipſe falcem acutam. Et alius angelus de altari, qui habet poteſtatem ſuper ignem, clamauit voce magna ad eum qui habebat falcē acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ ſunt vuæ eius. Et miſit angelus falcem ſuam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frenos equorum per ſtadia mille ſexcēta.*) Alius iſte angelus eundē ſignificat Chriſtum, iam per paſsionem mortis acquiſitā habentem poteſtatē in cælo & in terra, quēadmodum dixit, poſtquam reſurrexit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Hic in manu ſua falcem acutam, id eſt, in eadem poteſtate ſua ineuitabilem habebat ſententiā, videlicet, ſuper inimicos ſuos Iudæos iuſto iudicio proferendam, vt ſicut prædixerat de illis cùm iam caderent in ore gladij, & captiui ducerentur in omnes gentes Eiuſmodi falcem habens exiuit de templo quod eſt in cælo. Iam enim quando venit ira eius ſuper infelices Iudæos, circundante illos exercitu Romano, ipſe aſcendebat in cælum, & intrauerat in illud templū ſuum non manufactum, vbi nunc, ſicut ipſe Apoſtolus ait: aſsiſtit vultui Dei, pro nobis pontifex factus in æternum. *Et alius angelus de altari qui habebat poteſtatem ſuper ignem, clamauit voce magna ei qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ eius.*) Angelus qui hæc clamat Moyſes rectè intelligitur, qui Iudæos accuſat. Ipſe nanque Dominus quodam loco dixit eis: Nolite peccare, quòd ego accuſaturus ſim vos apud patrem. Eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis. Iſte nimirum clamauit & accuſauit botros amariſsimos, ſcilicet Iudæos, qui Dominum totius vineæ aceto mixto cum felle potauerant, & vſque in hodiernum diem accuſare non deſinit, exempli gratiā, quoties legitur aut canitur illud de cātico Deuteronomij: De vinea Sodomorū vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorræ, Vua eorū vua fellis & botri amariſsimi, Fel draconū vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile. Hæc profectò cùm dicit, clamat & accuſat vineam malo ſuo vindemiandā. Quid autem eſt quod de altari clamare, & ſuper ignem poteſtatem habere dicitur? Tabernaculum, & altare, & ſancta ſanctorū primus idem Moyſes illis fecerat, & in illo altari ſic ſuper ignem poteſtatem habebat, vt eo inuolante, ignis à Domino ſuper holocauſta deſcenderet, itemque irato illo contra ſacerdotij temeratores, & dicente ad Deum, ne reſpicias ad ſacrificia eorum, non ſuper holocauſta ignis propitiationis deſcēderet imò eoſdem præſumptores, videlicet Chore & omne concilium eius, ignis iræ Dei cōſumeret. Et quidē de illo altari ritus ab eodem Moyſe Iudæis traditus, propitiatio erat vſque ad illud eorum ſacrilegium, quo Dominum occiderunt. Extunc autem clamante Moyſe, & dicente ad Deum, ne reſpicias ſacrificia eorum: omnia ſancta illorum igne excidij, reſiſtentibus Romanis, irrecuperabiliter exuſta ſunt. Mitte ergo, inquit, falcē tuam acutā, & vindemia botros vineæ terrę. Quare? Quoniā, inquit, maturę ſunt vuæ eius, id eſt, quoniam impletæ ſunt iniquitates eius, quemadmodum per conceſsionem dixerat ipſe paulò pòſt occidendus: Implete mēſuram patrum veſtrorum, Et poſt pauca: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex eis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos omnis

Ioan. 1.

Mat. 3. 4.

Mat. vlt.

Luc. 23.

Hebr. 9.

Ioan. 5.

Mat. 27.

Deut. 32.

Leuit. 9.

Num. 6.

Mat. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Sequitur ergo: *Et misit angelus falcem suam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum.*) Nata est orbi vniuerso vindemiatio illa, excidiũ illud infelicissimum, quo super illos congestus est aceruus omnium miseriarũ, quarum ipsæ quoque lectiones horrore & admiratione plenæ sunt.

Sed quid est quod cùm dixisset: & vindemiauit vineam terræ, addidit: & misit in lacum iræ Dei magnum. Nimirum idipsum quod per Moysen cùm præmissum esset, ignis succensus est in furore meo, adiunctũ est: & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Nó
Deut. 32. enim tantummodo materiali gladio vindemiati, aut corporali tantum captiuitate captiuati sunt, sed temporali pariter & æterna
Hier. 17. damnatione damnati. Vnde & propheta per concessionẽ loquitur: Et duplici contritione cótere eos Domine Deus meus. Hinc est q̃ adhuc subiungitur: *Et calcatus est lacus extra ciuitatem.*) Quid est enim extra ciuitatẽ, nisi extra regnum Dei, extra ecclesiã Christi? Eiecti nanque sunt de ciuitate illa, cuius principem occiderunt, ac regno illo cuius regem crucifixerunt. Idcirco autem eiecti
Luc. 19. sunt, quia sic voluerunt, dicendo: Nolumus hunc regnare super nos. Cùm ergo ciuitatis æternæ regem super se regnare nolẽtes, Romano exercitu circundante pessundati sunt nimirum lacus extra ciuitatem calcatus est. Et ô inæstimabilis calamitas, incó solabilis miseria. Non sic botris illis, quomodo alijs qui calcantur intra muros ciuitatis, & ideo pro torcularibus cantant quia sic calcantur pressuris huius mundi, non defluunt in stagnum inferni, sed in apothecã Domini, in illa dilectissima tabernacula do
Psal. 83. mini, in illa vbi concupiscentes deficiunt, & deficientes concupiscunt atria Domini. Dãnationem siue contritionem illorum dupli cem mirabiliter significauit, vel significatã vidit: Et calcatus est, inquit, lacus extra ciuitatem. *Et exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.*) Ordo verborũ est: Et extra ciuitatem per stadia mille sexcenta calcatus est lacus, & exiuit sanguis vsque ad frenos equorum.

Per stadia, inquit, mille sexcenta longè extra calcatus est. Nimirum hoc plus quá sabbati iter est. Denique secundum legem non plus quàm mille passus in sabbatho extra progredi licet. Porrò stadia mille sexcẽta, ducẽta sunt passuum millia. Longè ergo plus est, quàm sabbathi iter. Dominus autẽ, apud quem tota lex spiritualis est, statum vel seculum illud, quod præsenti vitæ succedit, sabbathi nomine vult intelligi, dum tam populi illius prædictam tribulationem & iram, quàm illam quæ per omnes sub Antichristo futura est, prænuncians: Orate au-*Mat. 24.* tem, inquit, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Et est sẽsus: Orate, ne finis omniũ mors vos cõprehendat, in infidelitatis hyeme, vel ne tũc primũ conuerti & per pœnitentiam velitis effugere iram Dei, quando non licet operari. O igitur miseri nunquã misericordiam consecuturi, quorum tam longè extra ciuitatem calcatus est lacus, vt iam in illam nõ possint reuerti, quia sabbatum est illic quo non licet plus quàm mille passus proficisci, id est, non nisi de minoribus peccatis veniam consequi. Qui porrò sunt equi, quorum vsq; ad frænos sanguis exiuit, nisi spiritus maligni, qui nunc quidem quasi infrenes equi per aerem feruntur indomiti, vltimo iudicio tandẽ aliquando frenandi? Nimirum vsque ad frenos equorum eiusmodi sanguis illorum exiuit, quia socij & compares erunt dæmonum in supplicijs æternis. Scripta nanq; iam est sen-*Mat. 25.* tentia qua dicetur: Ite maledicti in ignem CAP. æternum, qui paratus est diabolo & angelis XV. eius. *Et vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile, angelos septem habentes septem plagas nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei.*) Post canti cum cantatum cum agno supra montẽ Sion, & post volatus magnasque voces trium angelorum, quibus additur Ioannes ipse quartus est, sedente filio hominis, & vindemiante vineam terræ, septem angeli habentes septem plagas nouissimas in septem phyalis, sicut postmodũ scriptum est, conspiciũtur: quia post prisca legis & prophetarum cantica, condito Christi euangelio, iamque sedẽte ad dexteram patris eodẽ Christo, cuius iudicio populus Iudaicus modo supra dicto vindemiatus est, prædicatores sancti multiplicati sunt, orbemq; vniuersum scientia Domini repleuerunt. Meminisse nanq; & hic conuenit, quia libri huius partes distinguendo secundum septem spiritus Domini, eum cuius operum imagines præcedẽti conspiciũtur in visione, iam diximus sanctum esse spiritum scientiæ. In phyalis ergo *Dan. 12.* rectè intelligitur illa profusio siue multiplicitas, de qua in Daniele scriptum est: Per trãsibunt plurimi, & multiplex erit scien-*Psal. 13.* tia: simulque illa linguarum copia, de qua Dauid cùm dixisset: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, continuò subiunxit: Non sunt loquelæ neque sermones, quorum nõ audiantur voces eorum. Phyalæ nanq; ore grandi exterius dilatantur vnde & nomen sortiũtur. Siquidẽ phy Græcè, os Latinè, alin verò vitrum dicitur, & inde vasa huiusmodi dicta sunt, quod ex quo vitro facta, ventre mediocri contenta, ore, vt iam dictum est patulo dilatantur

latantur: Nimirum huiuscemodi vasculis prædicatores noui testamenti, Apostoli siue apostolici viri rectè similantur, quorum & mentes spiritus sanctus scientia sua intus repleuit, & ora foris dilatauit, vt sicut iam dictum est, non essent loquelæ neq; sermones, quorum non audirentur voces eorum, id est, vt in ore eorum omnia genera nascerentur linguarum. Econtra cantores supradicti apud quos lex & prophetæ in vna tantum Hebræa gente latebant, quique cantica illa vna tantum id est Hebræa lingua cantabant siue legebant, cyathis assimilãtur: quæ vascula ventre distenta ore pusillo coangustantur. Ait itaque: Et vidi aliud signum in cælo magnũ & mirabile: Reuera post illud signum, quo viderat stante agno supra mõtem Sion stare cum illo centum quadraginta quatuor millia, cantantes canticũ nouum magnum & mirabile, est hoc signum, quo, videlicet filio hominis vindemiante vineã terræ, angelos illos septem plagas nouissimas habere, & in illis irã Dei consummare.

Qui enim sunt septẽ isti angeli, nisi vniuersi prædicatores euangelij, veritatis nuntij? Nam quia spiritus sanctus qui iam dictas & postmodum dicendas illis phyalas dedit, septiformis est, rectè septenario numero cõprehenduntur, & simul intelliguntur vniuersi. Porrò plagas nouissimas primarum respectu plagarum dicit, quas videlicet primas septem plagas memorauimus superius, vbi septem angeli septem cecinerunt tubis. De singulis istis plagis nouissimis, postmodum ordine dicendum erit, quomodo illæ primæ, istæ nouissimæ dicantur, & sint. Veruntamen & hic breuiter præliandum est, quia plagæ illæ idcirco primę dicũtur, quia percusserũt corpora: istæ autem nouissimę, quia perueniunt vsque ad animas. Vnde & notandum est quod dicit, quoniam in illis consummata est ira Dei. ira nanque Dei occidendo corpora inchoatur, & postquam occiderit animas, in gehennã mittendo consummatur. Sequitur *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiam, & imaginem eius stantes super mare vitreum mixtum, habentes citharas Dei, & cantabant canticum Moysi serui Dei, & canticum agni dicentes: Magna & mirabilia opera tua domine Deus omnipotens, iustæ & veræ viæ tuæ rex seculorum. Quis non timebit te domine, & magnificabit nomẽ tuum? Quia tu solus es pius, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt.* Isti reseruati sunt in vasis misericordiæ, & cantando salutem suam citharizando saluatoris sui gratiam, fœliciter effugerunt de terra, & de mari, de fluminibus fontibusque aquarum, de solis æstu vel ligni, de sede vel regno bestię tenebroso, de flumine magno Euphrate, de aere siue potestatibus aeris huius, in quæ omnia phyalæ iræ Dei iam dictæ postmodum effusæ narrãtur. Isti enim sunt, qui reuelata per euangelium ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, crediderũt *Rom. 1.* & pœnitentiam egerunt, & baptizati sunt in remissionem peccatorum. Idcirco ab illis iræ filijs, qui credere noluerũt, narrationis ordine segregantur, & prius istorum salus, ac deinde illorum perditio narratur. Ait itaque. *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne.* Hoc mare baptismi Christi sacramentum, est aqua illa, quæ cum sanguine de lanceato latere eius pendentis in cruce visibiliter cucurrit, quæ peccata omnia delet & mundat, sed non sine inuisibili spiritus sancti potentia siue presentia. Rectè ergo cum dixisset, & vidi tanquam mare, addidit, mixtum igne: quia videlicet in baptismo, sicut iam dictum est, visibilis aqua nihil ageret sine inuisibili spiritus virtute. Et pulchrè cum dicere posset: Et vidi aquam, dicere maluit: Et vidi tanquam mare, quia nimirum baptismi Christi quo peccata sorbẽtur, cũ rubro mari, quo Pharao cum curribus & equitibus *Exo. 14.* suis perijt, non parua vel ignota quædam similitudo est. Nouit autẽ catholica fides, quia illi quoque priores citharedi siue cantores, qui visi sunt stantes cum agno supra montem Sion, simul cum istis iunioribus supra hoc mare steterunt, id est, non sine aqua baptismi, non sine sanguine passionis Christi & igne spiritus sancti salui facti, vel ad perfectum adducti sunt. Neque enim illa sacramẽta vmbratica, verbi gratia: quòd in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, quòd manna comederunt, quòd aquam de petra biberunt, non, inquam, hæc & cætera figuratiua Dei miracula, illos ad perfectum adduxerunt, sed per illa omnia quasi catechizati, tandem aduenientis saluatoris passione regenerati sunt, tunc in simul omnes, quando patefacto, sicut iam dictũ est, eius latere, & profluente aquâ cũ sanguine, sacramentũ baptismatis conditum est. Nos enim idcirço singulatim baptizamur, qà ecclesię, quæ tunc regenerata est, nondũ incorporati eramus. Igitur quod nunc ait: *Et eos qui vicerunt bestiã et imaginẽ eius vidi stantes supra mare vitreum.*) Tam de veteris quàm, de noui testamẽti sanctis omnibus rectè intelligimus: quia nimirum & illi crediderunt venturum, & isti qui credunt aduenisse Christum, ipsa fide dum credunt & baptizantur, vicerunt bestiam & imaginem eius, id est, diabolum, & omnem impium hominem imitatorẽ eius. Denique cuncta crimina, vniuersa peccata *1. Cor. 2.* tam originalia, quàm actualia, quæcunq; siue suasione, siue exemplo ingesit istis, illa bestia & illa imago eius, in mari isto obruuntur, ipsi verò supra mare stant, id est, superstites sunt, vt transeant ad veram terrã promissionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

missionis, quam promittendo tunc abscondebat litera legis, nunc autem reuelat spiritus euangelij. Quapropter pulchrè dicitur, hoc mare vitreum, quia sicut in vitro quod continetur translucet, sic in isto euãgelij sacramẽto iam nihil occultum est, sed quod primum in figura gerebatur, nunc in re geritur, & totum manifestum est. Sed & idcircò mare vitreum dictum rectè intelligis, vt cognoscas, quia omnes qui accedunt, debent esse vitrei, id est, simplices, per veritatem puræ confessionis, quia scriptum est: Spiritus enim sanctꝰ disciplinæ effugiet fictum. Qui autem scrutatur corda & renes Deus, ipse videt, qua mente, quo affectu quisque stet supra hoc mare, quali vel quãta cum gratiarum actione accipiat siue respiciat mare quod pertransiuit, quales vel quantos inimicos persequentes euaserit, quomodo super hoc non ingratus humili exultatione trepidet aut tripudiet in laudem Dei. Vnde & protinus subiungit: *Habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum agni.)* Profectò citharæ Dei nó manu factæ sunt, qualibus homo fidiculas arte dimensas superextendit, sed citharæ pectorum fideliũ, in quibus per fidem musica cælestis, id est, verbum inhabitat veritatis, vbi chordæ sunt extentæ præceptorũ Dei, de qualibus Psalmista dicit: Confitemini Domino in cythara, in Psalterio decem chordarum psallite illi. Decem quippè legis præcepta sunt, quorum sine obseruatione non valet Deo quicunque hoc mare trãsiuit. Cùm enim dixisset: euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, addidit adhuc: docentes eos seruare omnia quæ mandaui vobis. Hæc nimirum obseruare, est super hoc mare stando cantare, primum in cythara, deinde in psalterio clarius sonãte, id est, primum in timore, deinde in perfecta charitate. Habentes igitur cytharas Dei, inquit, id est, benè operantes ad gloriam Dei, non vt videantur vel audiantur ipsi ab hominibus, sed vt glorificent patrem ipsorum, qui est in cælis. Porrò quod dicit: & cantantes canticum Moysi serui Dei, iuxta historiam notum est, quod vel quale canticum Moyses seruus Dei, cum filijs Israel transito mari cantauerit, submerso Pharaone cum curribus & equitibus suis: Cantemus, inquit, Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem eius proiecit in mare, &c. Iuxta mysticum euangelicæ veritatis intellectum, qualiter canticum hoc eis congruat qui de lauacro regenerationis ascenderunt, ferè nullus ignorat. Cùm ergo dixisset: cantantes canticum Moysi serui Dei, rectè addidit, & canticum agni, quia nimirum quod sub Moyse historialiter in figura gestum est illo transitu maris, hic spiritualiter in baptismate suo quo nos regenerauit, agnus Dei Christus adimpleuit. Et pulchrè hoc loco scriptura præsens, filium Dei, cuius in morte baptizati sumus, agnum Dei nominauit, quia, videlicet quãdo Moyses canticum illud cecinit, idipsum propter quod canebat euenerat per immolationem agni, mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam, Domino iubente, immolati in typum eiusdem Christi filij Dei, propter peccata nostra vt ea tolleret immolandi. *Magna, inquiunt, & mirabilia opera tua Domine Deus omnipotẽs, iustæ & veræ viæ tuæ rex seculorũ.)* Hoc nimirum etsi non verbis, sensu nihilominus canticũ est Moysi serui Dei. Etenim cantico illo non semel, sed multis vicibus in operibus illis collaudant magnificentiã Domini. Glorioſè enim, inquit, magnificatus est. Item: dextera tua magnificata est in fortitudine. Item: Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui magnificus in sanctitate? Ergo canticum est Moysi, cantatur enim & sensu & exemplo Moysi. Sunt autem duo maxima quæ hoc breui versiculo cytharizant id voce exultationis & confessionis, scilicet fortitudo Dei, & iustitia regis sempiterni. Nam quod dicunt magna & mirabilia opera tua, fortitudinis laus: quod adijciunt, iustæ & veræ viæ tuæ, iustitiæ cõfessio est. Nimirum hæc duo in anima confitentis, non æqualium meritorum sunt. Nã benè quidem meretur qui fortissimi spirituum Dei mirabilia videns opera, timet & laudat atq; confitetur. Optimè autem is, qui iustitiam eius in eisdem operibus, & vbi intelligit, contra calumniatorem defendere nititur, & vbi deficit, minor sensu, nihilominus cum dilectione veneratur, & dicit illud quod quenque nostrum dicere decet Apostolus: O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Exempli gratia: Pharaone submerso cum curribus & equitibus suis, super quo cantatur supra dictum canticum Moysi serui Dei, cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus est, promptum est scire, cur Domino vt verè fortis cantetur: quia manifestum est fortitudinis eius mirabile opus. Vbi autem de eodem Pharaone loquitur Deus: ego indurabo cor eius. Itemque ad Moysen: Miserebor cui voluero. ibi procul dubio etsi minus videtur, credenda & confitenda est iustitia viarum eius. Nam inde fit vt prius latebat ipsa subiectionis humilitas, interdum aliqua ex parte cognoscere mereatur, donec veniat quod perfectum est. Sunt autem ipsæ viæ Domini duæ, altera misericordia, altera veritas. Sic enim dicit scriptura: Vniuersæ viæ Domini misericordia

Sapi. 1. *Hier. 17*

Psal. 30.

Mat. vlt.

Matth. 5.

Exo. 15.

Rom. 6.

Exod. 12.

Exod. 17.

Rom. 11.

Exod. 15.

Exod. 7.

Exod. 33.

1. Cor. 13.

Psal. 24.

cordia & veritas. De misericordia cantant victores isti, quia tu solus es pius, quoniam omnes gentes venient & adorabunt in conspectu tuo. Hoc nanque gratuitæ misericordiæ vel misericordis gratiæ est, quod gentibus omnibus absque personarum distinctione euangelizatum est, vt venirent, & vt hi qui erant longè, prope fierent. Idcircò cũ dixisset, quia tu solus pius es, ipsum pietatis opus subiunxit: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in cõspectu tuo. Porrò de secunda via quæ est veritas, protinus dicunt hi: Quoniam iudicia tua manifesta sunt. Subauditur enim, quòd sint vera. Vero nanque iudicio factum est & illud quod ad supra memoratum Pharaonẽ dicit: quia in hoc ipsum te excitaui, vt ostendam in te fortitudinem meam, & illud quod modo superius dictum est, vindemiauit gentem Iudaicam, vt non solummodò cæci fierent qui prius videbant, verùm etiam caderent in ore gladij, & captiui ducerentur in omnes gentes. Huiuscemodi eius iudicia manifesta sunt, non quidem omnibus, sed eis quibus ipse per spiritum suum reuelauit, & nõ perfectè adhuc, sed ex parte donec veniat quod perfectum est. Quorum secundum sensum poterat hic latius tractari, si nõ traheremur studio proficiscendi. Inter huiusmodi opera fortitudinis & iustitiæ Domini admirantes dicunt cantores isti: *Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum?)* Cùm dicunt, quis non timebit, subaudiendum est, & pacem habebit? Sic enim alia scriptura dicit: Quis restitit ei, & pacem habuit? Item & alibi scriptum est: Tu terribilis, & quis resistet tibi? subauditur enim, nullus. Et protinus causa grauissima redditur, cur resistere posset nullus: Extunc ira tua. Et est sensus: Ex quo peccator non per infirmitatem labendo, aut per ignorantiam errando, sed per superbiam tibi resistendo peccat, extunc ira tua, vt videlicet, nõ iam dissimiles aut auersum euoces, sed ferias atq; fortiter confringas. Igitur quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuũ, idem est ac si dicat: Cùm tam magna & mirabilia sint opera tua Domine, tamque iustæ & veræ viæ tuæ, superbi & ingrati vbi parebunt? Qui enim non timet nunc, subiectus timebit, imò conturbabitur oppressus, iuxta illud quod per Esaiam prophetica in eũ inuectione dicitur: Ingredere in petrã, absconde fossa humo à facie Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. *Post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo, & exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo, vestiti lapide mundo candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnus ex quatuor animalibus dedit septẽ angelis septem phyalas plenas iracũdiæ Dei viuentis in secula seculorum.)* Post hæc, inquit, vidi subauditur id quod supra iam narrare cœperam, dixerat enim: Et vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile, angelos septẽ habẽtes septẽ plagas nouissimas, quoniam in illis cõsumata est ira Dei. Sed cũ hoc dicere cœpisset, protinus omisit, pulchramque digressionẽ fecit, vt prius id quod simul viderat, scriberet, scilicet mare vitreum, & eos qui stando supra illud plagas illas gratia Christi euaserunt, & deinde ordinem plagarum earundem, qualiter effusæ sint, siue effundantur in eos qui non crediderunt, & supra mare illud stare neglexerunt. Nam hic est ordo euangelicus: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui verò nó crediderit, condemnabitur. Prius salus credentibus, deinde damnatio proposita est non credentibus. Vidi ergo, inquit, post hæc, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo. Templum tabernaculi testimonij ecclesia erat tẽporis anterioris, cuius ritus omnis vel ordo figuratiuus à taberna culo testimonij initiatus est, quod fecit in eremo Moyses. Hoc templum, id est, hæc ecclesia, in vna tantum gente Iudæa claudebatur, in qua sola notus erat Deus. Claudebatur loci angustijs, claudebatur non intellectis ceremoniarum causis mysticis atque figuratiuis. Verùm Domino Iesu tradente spiritum, & in morte sua supra dictum condente baptismatis sacramentum, velũ templi scissum est à summo vsque deorsum, & ipse resurgens à mortuis, aperuit discipulis suis sensum, vt intelligerent scripturas. Apertum est ergo templum tabernaculi testimonij. Vbi? In cælo, inquit, Cælum vel cæli, omnes sancti in quibus Deus habitat, & maximè Apostoli sunt. De illis nanq; scriptum est: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annũciant firmamentũ. In cælo ergo, id est, in Apostolorum cordibus apertum est, vtpotè quibus, sicut iam supra dictum est, aperuit sensum, vt intelligerent scripturas. Itaque sic aperto templo. *Exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo.)* Quomodo exierunt, vel quo exierunt? Nimirum relinquendo carnales legis ceremonias de templo exierunt, immò & excutiendo puluerẽ pedum suorum in Iudæos incredulos, ad gentes exierunt. Habẽtes, inquit, septem phyalas, id est, prædicare iusi iram & indignationem & tribulationem in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci, sic econtrario gloriam & honorem & pacem in omnem animam hominis operantis bonum, primum Iudæi & Græci, videlicet quales erant illi, quos paulò ante dixit stantes supra mare, & cantantes canticũ Moysi serui Dei. At verò plagas huiusmodi habentes, & seculo

Eph. 2.

Exod. 7.

Rom. 5.

1. Cor. 2.

1. Cor. 13.

Ioan. 9.

Psal. 75.

Esa. 2.

Mar. vlt.

Exod. 36

Psal. 75.

Mat. 26.

Luc. 24.

Psal. 18.

Mat. 20.

Actor. 15.

2. Tim. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

culo huic nequam mala ventura oportunè importunè nunciaturi, oportebat vt essent inter aduersa securi, & ad perferendas tentationes benè præparati. Sequitur ergo. *Vestiti lapide mundo candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.*) Lapis mũdus & candidus Christus est, sanctus, innocẽs, & impollutus. Ait autem Apostolus: Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Porrò zona aurea circa pectora, charitas in cordibus perfecta. Nam Charitas Dei, inquit idẽ Apostolus, diffusa est in cordibus nostris per inhabitãtem spiritum eius in nobis. Benè igitur præparati & præmuniti exierunt, foris contra persecutiones lapidei, intus cõtra tentationes præcincti. *Et vnus*, inquit, *ex quatuor animalibus dedit septẽ angelis septem phyalas plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorũ.*) Tũc angelis istis phyalæ datæ sunt, quando qui erant homines sine literis & idiotæ, acceperunt, sicut iam diximus supra, scripturarũ intelligẽtiam, & omnium linguarum copiã. Hoc quando & qualiter factum sit, vnus & solus ex quatuor euãgelistis Lucas scribit: Cùm autem, inquit, cõplerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco, &c. Rectè igitur phyalas vnus ex quatuor animalibus dedit, quia vnus tantũ ex quatuor euangelistis narrauit, quomodo discipulorum & corda per scientiam, & ora per omnimodam eloquentiam tanquã phyalas dilatauit, de quibus iam superius dictum est. Et illud quoque superius dictũ est, quia spiritus sanctus qui repleuit illos, septiformis est. Et idcircò quamuis duodecim fuerunt Apostoli, immò centum viginti discipuli, super quos spiritus sanctus descendit, rectè tam eos omnes, quàm & vniuersos prædicatores, quos extunc vsque in finem seculi spiritus idem mittere non desinit, numero suo designant septem angeli. Eiusmodi phyalas, ℣ valdè terribile est, plenas dicit iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum. Quid enim est Dei viuentis in secula seculorũ iracundia, nisi æterni iudicij sentẽtia, æterna peccatorum vindicta? Huius nimirum iracundiæ phyalæ plenæ sunt, eis qui non credunt, qui veritati contradicunt, qui opera iniquitatis faciũt. Hęc ira Dei de cęlo per ministeriũ euangelij istorum reuelatur super eos. Olim non ita plenas iracundiæ habebant phyalas præcones sancti, sicut iam superius dictum est: In vna tantùm gente, in vna lingua ora sua cõstringebant, & cyathi potius, quàm phyalæ erãt, paucis hominibus loquentes, & eisdem per figuras & ęnigmata loquendo, pleraq; subtrahentes. Istorum ora linguis omnibus in vniuersum orbem terrarum dilatata sunt, vt palam regibus & gentibus annunciarent futuri iudicij imminentem iracundiam, simulq; ipsam quæ iudicatura est personam quæ dictura est his qui à sinistris eius erant: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sequitur. *Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius. Et nemo poterat introire in templum, donec cõsummarentur septem plagæ angelorum.*) Exeuntib. angelis de templo, ipsum templũ fumo impletum est: quia videlicet, prædicatoribus relinquentibus & relinquendas esse docentibus carnales legis cæremonias, Iudæi nimiũ impatientes, suo furore excæcati sunt, & hoc à maiestate Dei & de virtute eius, id est, propter prædicationem sanctæ trinitatis, & propter miracula quæ virtuosè fiebant, cum prædicatione fidei huius. Sic & Esaias scribit, quia clamantibus Seraphin sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth, impleta est domus Domini fumo. Vbi enim prædicari cœpit vna maiestas trinitatis, patris & filij, & spiritus sancti, & regnum Domini sedentis, vt ait idem prophe ta, super solium excelsum & eleuatum, scilicet ad dexteram patris, supra omnem virtutem, & principatum, & potestatem, Iudaica corda suus liuor excæcauit, & hic est fumus quo templum impletum est à maiestate Dei. Neque enim alijs nisi tantũ incredulis obortus est ille fumus. Stephanus cũ staret in medio illorum, eiusmodi fumum sibimet facientium, nihilominus clarè vidit, imò & multò clarius videre meruit, dũ intuens in cælum dixit: Ecce video cęlos apertos, & filium hominis stantẽ à dextris Dei. Hic denique de consortio angelorum istorum erat, qui de templo exierũt, & inde accusabatur à dicentibus: Audiuimus enim eum dicentem, quod Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & immutabit traditiones quas tradidit nobis Moses. Hic quoque phyalã habebat plenam iracundiæ Dei cùm diceret illis: Dura ceruice & incircuncisis cordib. & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis, &c. *Et nemo*, inquit, *poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.*) Quod est dicere: Et nemo potest conuertere populum Iudaicum, donec per totum orbem prædicetur Christi euangelium, quo plagosum nunciatur imminere iudicium. *Et audiui vocem magnam de tẽplo dicentẽ septem angelis: Ite effundite phyalas iræ Dei in terram.*) Magna vox ista est quia magnã sonat iram. Hæc de templo auditur: quia cũ de cęremonijs templi Iudaici exituri essent sicut iam dictum est, eisdem angelis mox passurus prædixerat Dominus Iesus. Et cũ venerit paracletus ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non credidẽrunt in me: de iustitia verò, quia ad patrem vado, & iã nõ videbitis me: de iudicio autẽ, quia princeps mũ-

Galat. 3.

Rom. 5.

Actor. 2.

Rom. 1.

Mat. 25.

Esa. 6.

Actor. 7.

CAP. XVI.

Ioan. 16.

princeps mũdi huius iam iudicatus est. Ite ergo, inquit, & effundite phyalas iræ Dei in terram, id est, palam arguite mundum, & dicite quas ob causas homines qui terra sunt amando terram, Dei viuentis mereantur iram. *Et abijt primus & effudit phyalam suam in terram: & factum est vulnus sæuum ac pessimum, in homines qui habent characterem bestiæ, & eos qui adorauerunt imaginem eius.*) Hic iam ad memoriam reuocandus est primarum ordo plagarum, scilicet earum quæ superius ad voces septẽ angelorum tubis canentium factæ sunt. Illarum nanque respectu plagæ istæ nouissimæ dictæ sunt. Ad vocem primi angeli tertia pars terræ combusta: ad vocem secundi, tertia pars maris sanguis facta: atque ad vocem tertij, tertia pars fluminum in absinthium versa: & ad vocem quarti, tertia pars solis, lunæ atque stellarum obscurata est: ad vocem quinti angẽli, locustæ pugnaces de puteo abyssi in terram exierũt: & ad vocem sexti, quatuor angeli qui alligati erant in flumine magno Eufrate, soluti sunt: atque ad vocem septimi, victoriosæ voces in cælo factæ sunt. Eodem ordine per easdem mundi partes plagæ istæ nouissimæ effunduntur. Prima nanque in terram, secunda in mare, tertia in flumina & super fontes aquarum, quarta in solem, quinta in sedem bestiæ, sexta in flumen magnum Eufraten, septima effunditur in aerem. Loco putei abyssi, sedem bestiæ in hoc ordine scripsit, cætera eisdem nominibus expressit. Nunc ergo nouissimæ istæ primis illis conferendæ sunt, singulæ singulis, pariterque videndum prout veritas se se ostendere dignabitur, qua ratione post illas istæ nouissimæ dicantur vel sint. *Et factum est*, inquit, *vulnus sæuum ac pessimum, in homines qui habent characterem bestiæ, & eos qui adorauerunt imaginem eius.*) Bestię, id est, diaboli character superbia est, & hũc habere rectè iudicatur quisquis scienter & per contemptum peccat, sicut de quibusdã Apostolus dicit: quia cũ cognouissent Deũ, nõ sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, immò & sicut idem ait: Non probauerunt Deum habere in notitia. Itaque & in eo quod sequitur, & in eos qui adorauerunt imaginem eius: promptum est intel ligi idololatriæ scelus, quia dicit ibidem de illis Apostolus: Et immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, vt volucrum, & bestiarum, & quadrupedum, & serpentium. In istos profectò factum est vulnus sæuum ac pessimum. Quod est illud vulnus sæuum ac pessimum? Propterea, inquit, tradidit eos Deus in passiones ignominiæ, vt faciant ea q̃ non conueniunt. Nã fœminæ eorum immutauerunt vsum naturæ in eum vsum qui est contra naturam. Similiter & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in semetipsis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operãtes, & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipiẽtes. Quid hoc vulnere peius aut sæuius? Idcircò cùm dixisset, vulnus sæuũ, addidit: ac pessimum. Est enim non solùm peccatum, sed & pessima peccati pœna. Igitur primus effudit phyalam suam in terrã, id est, in eos qui peccauerunt peccatum Sodomorum, quorum peccatum fuit saturitas panis & otium, quos terra cœpit: quæ, vt scriptura refert, irrigabatur prius sicut paradysus Domini, eos inquam, redarguit & cõuicit, idcircò tã pessimè vlceratos esse, quia Deum in notitia habere non probauerunt, & palam pronunciauit, quod pro hoc peccato, imò ab hac pœna peccati iure transferri debeant ad pœnam ignis æterni. Hoc modo suam iste phyalam effudit, sed nihilominus factum est in illis vulnus sæuum ac pessimum, ipsi enim huiusmodi passionibus se se exulcerare perstiterunt, post auditum futuri iudicij adijcientes cõtemptum. In quo hæc prima phyala & in illa prima tuba differunt, vt rectè illa tuba primarum, & hæc phyala nouissimarum vna dicatur plagarũ. In eo videlicet, quod scriptura in qua tuba illa sonuisse, id est, clamor Sodomorum ad Deum legitur ascendisse, nullam futuræ in nouissimo die damnationis vel iudicij sententiam siue doctrinam protulit, sed tantummodo quod præsentialiter atque visibiliter factũ est, narrauit, scilicet quod corporali morte mulctati sunt per pluuiam ignis & sulphuris. Hic econtra vbi prædicatores Euangelij de cælo reuelant iram, nullam in similes peccatores corporalis visibiliter aut præsentialiter de cælo vindicta descendit, sed comminatio fit de futuro tempore, de inuisibili & æterna damnatione, dicendo: Quoniam qui talia agunt digni sunt morte. Quæ illic pro ratione temporis tacita est futura peccatorum pœna, hic palam pronunciatur: & ecõtra quæ illic acta est corporalis vel præsentialis pœna, hic pro exẽplo quidem cõmemoratur, sed non infertur. Ergo rectè illa de primis, hæc plaga vna dicitur de nouissimis. Notandum præterea quia illic tertia tantum terræ vel arborum pars combusta esse narratur, per quas videlicet arbores, figurata locutione homines significantur, hic autem non tertia pars hominum, sed homines sæuo ac pessimo vulnere plagati esse referuntur. Denique tam Sodomitæ quàm Aegyptij, necnon & Chananæi, quæ gentes temporibus illis diuersa iudicia sustinuerunt, omnes de tertia parte hominum fuerunt, scilicet de stirpe Cham, qui ex tribus filijs Noe vnus fuit, quem & pater maledixit. Sed in

Rom. 1.

Gen. 13.

Rom. 8.

Gen. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouissimo magni iudicij die, nunquid illa sola pars generis humani quæ de Cham processit, secundum opera sua iudicabitur? Immò absque distinctione personarum vel gentiũ ira & indignatio, & tribulatio in omnem animam hominis operantis malum, ait Apostolus, Iudæi primum & Græci, quorũ neuter de posteris Cham, sed alter de posteris Sem, alter de posteris Iaphet. Rectè igitur non, vt illic, in tertiam partem hominum, sed in homines vindicta secuta est. *Et secundus effudit phyalam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens mortua est in mari.*) Mare omnes illi sunt, qui elati potentia seculi, tumorem imitantur Pharaonis & Aegypti. Pharao nanque & serui eius Aegyptij, tanquam mare tumuerũt, & fluctus suos eleuauerunt contra Dominum. Nam sicut mare tumidum reciprocis intra semetipsum fluctibus cõfunditur, & nunc accessibus, nunc recessibus effertur, tandemque in semetipso delassatum frenatur atque sedatur, sic Pharao vel Aegyptus, contendendo contra Deũ variabatur, nunc dicẽdo, peccaui: nunc ingrauãdo rursus corsuũ, & simile erat recessui & accessui maris, tandemque congruo moribus suis elemento, scilicet, in medio maris perijt. Omnes ergo qui similiter contendendo contra Dominum variantur in semetipsis. Exempli gratia, de qualibus Psalmista dicit: Cùm occideret eos quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum: Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem ipsorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius: omnes, inquam, qui in eiusmodi infidelitate perseuerant, rectè intelligũtur sub appellatione maris, & in eos effunditur phyala iracundiæ Dei taliter, vt modo supra dicto plaga nouissima sit. Et enim vbi secunda tuba cecinit, per quã intelligimus clamorem filiorum Israel, qui ascendit ad Deũ propter superbiam Aegyptiorũ, nulla de nouissimo die iudicij, vel de pœnis inferni comminatio in eos sonuit, sed tantummodo minutis præsentium malorum plagis decies percussi, & tandem in mari rubro leguntur & cantantur submersi. Superbia illorum igne ardens inuidiæ illic significatur, vbi secundo canente angelo, & tanquam mons magnus, inquit, igne ardens missus est in mare. Porrò euangelij prædicatio, nihil tale infert similibus impijs, sed futuro illos iudicio terribiliter addicit. Itaque & illa ad canticum angeli demersio montis ardentis secunda, de primis: & hæc effusio phyalæ in mare secunda dicitur de plagis nouissimis. *Et factus est*, inquit, *sanguis tanquã mortui.*) Id est, damnatio huiusmodi impiorum erit sicut damnatio diaboli, qui verè iam dudũ mortuus, id est, Deo viuo contrarius est. Ei nanque sociabuntur dicente iudice: Ite in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. *Et omnis anima viuens mortua est in mari.*) Quia, videlicet non tantũ tertia pars generis humani, de qua fuerunt Aegyptij, orti sunt quippe & ipsi ex vno de posteris Cham, sicut iam dictum est, sed omnis anima indifferenter iudicabitur, quæcunq; est in mari huiusmodi siue Iudæi anima sit siue Græci. Et rectè anima quæ sic moritur, viuens mori dicitur quia videlicet viuere in peccato dicitur, quicunque scienter & bono inuidens, malum operatur: sic Pharao qui non per ignorantiam, sed per inuidiam filios Israel persequebatur. *Et tertius effudit phyalam suam super flumina & super fontes aquarũ, & factus est sanguis.*) Fluminum appellatione hoc loco illi intelligendi sunt qui materiali quoque gladio sanctos persecuti sunt. In eiusmodi flumina fontesque aquarum tertio angelo tuba canente, stella magna ardens tanquam facula de cælo cecidit, id est, ira Dei quæ septem gentes ad introitũ filiorum Israel Iosue duce deleuit. Illæ nanque gentes odio habuerunt Israel, ex quo ascendit de terra Aegypti, sicut habes in cantico Moysi. Cùm enim dixisset, dux fuisti in misericordia populi quem redemisti, & portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuũ, continuò subiunxit: Ascenderunt populi & irati sunt, dolores obtinuerunt omnes habitatores Philistijm, &c. Nondũ enim pertransierunt filij Israel & illi iã torquebãtur. Vnde & imprecando dicitur: Fiant immobiles quasi lapis, donec pertrãseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus iste quem possedisti. Primus Amalech bello illos aggressus est, quem pugnanté orando vicit Moyses. Vnde dicit Balaam filius Beor: Principium gentium Amalech, cuius extrema perdẽtur. Horũ idcircò nunc meminisse libuit, ne dicas eos qui arma tulerunt cõtra Israel, zelo & necessitate ductos omnes propter terram suam quam auferret Israel. Solam quippe terram, in qua ius sepulchri sibi emerat Abraham, vbi cum eo & cum Sara matre suã sepulti erant Isaac & Iacob, ex promisso Dei repetebat Israel. Quare ergo venit Amalech qui erat ex Edom fratri Iacob, & pugnauit cum Israel? Quare ipse Edom exiuit armatus obuiam fratri suo? Igitur super flumina & super fontes aquarum, quorũ in tertiam partem tunc ira Dei cecidit, quãdo tertius angelus tuba cecinit, effudit hic tertius angelus phyalam suã. *Et factus est*, inquit, *sanguis.*) Tunc non ita factum est, sed facta est tertia pars aquarum in absinthium, & multi homines mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt. Multi nanque

Rom. 2.

Exod. 18.

Psal. 77.

Exod. 14. Sup. 8.

Deut. 32.

Exod. 17.

Num. 24.

Gen. 23.

nanque Chananæorum, qui erant de sæpè dicta tertia parte hominum tunc superfuerunt, inter quos etiam commixti sunt filij Israel, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Quod vtique erat aquas vertiillis in absinthium, quæ & bibentibus ita amaræ factæ sunt, vt propterea Dei sui iram incurrerent. Porrò hic, vbi effunditur nouissimarum tertia plagarũ, id est, phyala tertia, non ita est: Non tertia pars aquarum fit in absinthium, sed vniuersaliter fit sanguis. Non enim sola posteritas Cham, qui, vt sæpè dictum est, de tribus Noe filijs vnus fuit, sed vniuersitas gentium persecutricum æterno iudicio addicitur per hanc tertiã phyalam iracundiæ Dei, ita vt iam non superstint ex eis, qui sanctos eius persequi aut solicitare vlterius possint. Sequitur: *Et audiui angelum aquarum dicentem, Iustus es, qui es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, vt digni sunt.*) Quis est iste angelus aquarum? Imò quales istæ aquæ sunt? Vtique fideles, de qualibus in Esaia scriptum est: Aquæ eius fideles sunt: Qui ambulat, inquit, in iustitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aurem suam, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum: iste in excelsis habitabit, munimẽta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Porrò aquæ fideles aquæ viuæ sunt, quæ de ventre credentis fluunt, sicut ait earundem dator aquarum: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuæ. Ergo iste angelus aquarum ille est, cuius aquæ illæ sunt, cui datæ sũt, cuius de vẽtre fluunt, videlicet, omnis scriba doctus in regno cælorum, omnis sanctarum fidelis interpres, siue etiam author scripturarũ, qui pro eo, quod labia eius custodiũt scientiam meretur hoc loco insigniter dici angelus aquarum: non quòd secundum personam vnus homo tantùm, sed quòd secũdum fidem vnus sit sensus omnium. Omnium quippè qui veraciter in sanctarum conuersantur aquis scripturarum, vnus spiritus est, & vna fides, & si illas ritè consulas, omnes concorditer dicunt, & in isto consentiũt, quia Deus iudex iustus est. Ait igitur angelus aquarum. *Iustus es, qui es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinẽ eis dedisti bibere, vt digni sunt.*) Hæc descriptio æterni Dei, iam ante in hac scriptura frequentata est, qui eras, & qui es, & qui venturus es. Porrò tertiũ hoc, & qui venturus es, idcirco non dicitur hic, quia confessio ista iustitiæ Dei temporis illius est post quod iam vltra non est venturus. Igitur qui es, & qui eras, id est, qui & nunc permanes in secula, & qui eras ante secula, in quo frustrata sunt omnia, quæ nomẽ tuum absorbere molita sunt flumina. Es enim qui eras, & in sua firmitate stat, & perstitit illa veritas prophetica: Initio tu Domine terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent: Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem ipse es, & anni tui non deficient. Tu, inquit, qui hæc iudicasti, iustus es. Quid enim iudicasti? Quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt: idcirco sanguinem eis bibere dedisti, & hac retributione homicidas & sanguinarios dignos iudicasti. Nimirum in tali damnatione primi ante omnes gentes bibere digni sunt Iudæi, quippè qui non solùm sanctorum & prophetarum sanguinem fuderunt, verùm etiam ipsum sanctum sanctorum & prophetarũ Dominum occiderunt. Idcirco iam adhuc viuentes præguſtant potum sanguinis vbique miseri, & torti conscientia crudeli, trahentes à patribus suis hæreditatem sanguinis, cum isto quasi scripto testamento: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Idcirco quicquid de scripturarum aquis bibere se putant in synagogis suis, sanguis eius sit: quia mortifero illas intellectu corrumpũt sibimetipsis, concedente illis & iudicante spiritu prophetię, cùm dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Sequitur: *Et audiui alium dicens: Etiam Domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua.*) Apud nonnullos ita legitur: Et audiui alterum dicens: & legendo alterum, subaudiri voluit verbum siue responsum. Porrò in emendationibus codicibus altare scriptum est, & hoc non frustra placet, si recolas Sanctos & Prophetas, quorum isti sanguinem fudisse accusantur superius subtus altare clamasse ad Deum, vbi sic scriptum est: Et cùm aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorũ propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo Domine sanctus & verus, non iudicas, & vindicas sanguinẽ nostrum de his, qui habitant in terra? Vt autem dicatur, audiui altare dicens, sitque sensus, audiui eos, qui erant subtus altare dicentes, non inusitatus apud Grammaticos locutionis modus est, fitque per tropum, qui Metonymia dicitur, per id, quo continet, significans id, quod continetur. Igitur audiui altare dicẽs, id est, audiui subtus altare illos, quos prius audierã non iam clamantes, & iudiciũ aut vindictã sui sanguinis reposcentes,

Psal. 108.

Esaiæ 33.

Ioann 7.

Matt. 13.

Exod. 17.

Mala. 2.

Matt. 26.

Psal. 68.

Sup. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed iam peracta vindicta quam exigebant, iudicantis atque vindicantis iustitiam laudantes atq; dicentes: Etiam Domine Deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Vera vtique in verbo, iusta in facto. *Et quartus angelus effudit phyalam suam in solem, & datum est illi æstu afficere homines & igni.*) Illic vbi quartus angelus tuba cecinit, percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, tertiaque pars stellarum. Et hic & illic per solem illa Dei sedes intelligitur, de qua in Psalmo dicitur: Et sedes eius sicut sol in conspectu meo, scilicet, ecclesia de qua vel in qua Christus est, sol iustitiæ. *Sup. 8.* *Psal. 88.*

Verùm hoc interesse didicimus, quod talis illic ecclesia significata est, qualis habés iam repromissionẽ nascitur ex se solis Christi, de Aegypto ascendit, & percussa est atq; in deserto prostrata pars eius quæ murmurauit. Hic autem talis significatur, qualis de baptismo post Christi passionem ascendit, & damnantur in ea qui sunt falsi fratres, falsi Christiani, Deum se nosse confitentes, factis autem negantes. Denique in eos quoque pleno ore sua effunditur phyala, pro eo quod sua eleemosynis redimere negligunt peccata, nec faciunt sex opera misericordiæ, quæ sunt, esurientem cibare, sitienti potum dare, nudum vestire, hospitem colligere, infirmum visitare, ad eum qui in carcere est, venire. Qui ista non faciunt, immò & facientibus detrahunt, nunquid non & ipsi bibunt de phyala iracundiæ Dei vt eant in ignem æternum? *Effudit igitur phyalam suam in solẽ, & datum est illi æstu afficere homines & igni.*) Hoc datum est huic angelo, vt homines, videlicet carnales, inter quos verbi gratia, zelus est & contentio, redarguens quod homines sint, afficiat eos malo duplici, æstu & igni, id est, præsentiali pariter & futura potestate iudicandi. Nam de illis quidem qui foris sunt dicit Apostolus, quid ad nos iudicare? & subaudiendum, in præsenti: de illis autem qui intus sunt, nónne vos iudicatis, ait: & intelligendum est tam de præsenti, quàm de futuro iudicio. Iudicant nanq; prælati iam nunc eos qui intus sunt, exempli gratia, cùm dicit idem Apostolus: Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui tradere eiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. Taliter iudicare nimirũ est homines æstu afficere. Æstuant nanq; quodam pudoris æstu, quando à cœtu ecclesiæ segregantur, ita vt nec aue dicere, nec cibũ liceat cum huiusmodi sumere. Quod si tali æstu correpti nõ corriguntur, tunc demum iustum erit vt in futuro afficiant eos igni, vt iudicio ipsorum, quoniam rebelles & contemptores extiterũt, tradantur gehennæ igni. Sequitur: *Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam vt darent illi gloriam.*) Hoc plerunque & fecerunt & faciunt in omni ordine ecclesiæ homines eiusmodi, superbi, elati, procaces, proterui, detractores, murmurioſi, voluptatum amatores, doctrinæ sanctæ contemptores, qualiũ omnium exemplũ fuerunt Dathan & Abyrõ, & cæteri carne & non fide filij Israel, quorum sicut superius in ordine, septem tubarũ, quarto canente angelo meminimus, corpora in deserto diuersis modis prostrata sunt. Eiusmodi nanque homines quando pro suis excessibus corripiuntur, æstuant æstu magno, videlicet irascendo, contradicendo, contentionis, rixæ & implacabilis odij flammã, contra rectores suos conspirando, secundũ formam iam dictorum Dathan & Abyron, & cæterorum qui consurrexerunt aduersus Moysen & Aarõ. Talium amaritudo & verba mala quæ proferunt ex abundãtia fellis, quanti sint criminis illud insinuat quod subiungit: *Et blasphemauerunt nomen Dei.*) Quicquid enim aduersus prælatos vel patres insaniunt, totum redundat in Deum, quemadmodum iam dicti attestantur Moyses & Aaron. Nos enim, inquiunt quid sumus quia murmuratis contra nos? Neque enim contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Hoc ipsum præsens locus adhuc altius exprimit cum præmisso, & blasphemauerunt nomen Dei, subiungitur: *Habentis potestatem super has plagas.*) Ac si dicatur, blasphemãdo prælatos, & eorum contemnendo iudicialem sententiam, non ipsos sed nomen Dei blasphemãt, & idcircò illis culpa hæc pro blasphemia in Deum iustè reputabitur: quia quod prælati propter disciplinam faciunt aut iudicant, non sua, sed Dei potestate vel authoritate faciunt. Quod perpendens Paulus non dubitat dicere, quod sciret esse districtus, videlicet pro potestate eius qui in ipso loquebatur. Ait enim: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur CHRISTVS? Rectè igitur rebellio contra disciplinam pro blasphemia in DEVM illis reputatur, præsertim quia de illis subditur adhuc: *Neque egerunt pœnitentiam vt darent illi gloriam.*) Cor nanque impœnitens conuincitur blasphemare DEVM, immò spiritum sanctum, quia dum defendit iniquitatem, sine dubio pugnat contra DEVM, impugnat spiritus sancti iudicium. Hinc est illud quod ad Saul Samuel loquitur: Quoniam quasi peccatum ariolandi est, nolle auscultare, & quasi idololatriæ scelus, nolle adquiescere. Et *quintus effudit phyalam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum: Et commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.*) Vbi quintus angelus tuba cecinit, illic aperitur fumigantis puteus abysi, hic autem vbi quintus angelus phyalam suam effudit, sedes bestiæ contenebrescit. In cæteris tam tubarum cantibus quam phyalarum effusionibus res siue partes mundi nominibus eisdem proferuntur, terra, mare, flumina & fontes, sol & fluuius Eufrates: hic appellatio variatur, cùm pro puteo abysi sedes bestiæ scribitur. Quid rogo est sedes bestiæ, nisi illud super quod bestia innititur? Quid autem illud est nisi mendaciũ? Denique sicut authoritas Dei non nisi veritas est: sic fulcimentũ diaboli non nisi mendacium est. Igitur sicut illic in puteo abysi, sic & istic in sede bestiæ mendacium rectè intelligitur. Nimirum ex quo diaboli mendacio per linguas hæreticorum se prodente, venerabilis ordo sanctorum patrum e contra exurrexit, & perfidiã illorum promptis scripturarum testimonijs conuictam, insuper æterno anathemate damnauit, extunc angelus iste suam super sedem bestiæ phyalã effudit. Sed quid e contra hæretici? Nunquid quieuerunt, & victrici obtemperauerunt veritati? Non vtique, imò magis insanierunt, & magis suã impietatem dilatauerunt, & in furore suo laborare fecerunt orbem terrarum. Sequitur ergo: *Et factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore.*) Ipsi enim regnum bestiæ sunt vel fuerunt, vtpotè in quibus locum paratum inuenit illa sedes bestiæ, id est, mendacium. Effusa ergo phyala regnum bestiæ factum est tenebrosum, quia datis sententijs iudicialibus super perfidiam hæreticorum, illi furore & inuidia fumigantes amplius excæcati sunt. Quomodo autem isti commanducauerunt linguas suas? Nimirum contra semetipsos sentiendo, contraria sibimetipsis dicendo, aduersus semetipsos sectarum contrarietatibus dimicando. Nam contra catholicam quidem ecclesiam pari & quasi cõcordi malignitatis spiritu depugnant, sed contra semetipsos discorditer confligendo, hæreses multifidas fecerunt, & ita suas quique partes defendendo, contendendo, atque rixãdo linguas suas cõmanducant. Quare? Præ dolore, inquit, id est, præ inuidia. Nõ enim hic dolor aliter intelligendus est, quàm illic vbi scriptum est: Ecce parturit iniustitiam, & concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Item: Cuius maledictione os plenũ est, & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor. Præ dolore huiusmodi linguas suas commanducauerunt, id est, præ inuidia sectas inter se contrarias faciendo, semetipsos linguis suis infestauerunt. Additur adhuc: *Et blasphemauerunt Deum præ doloribus & vulneribus suis.*) Mira res. Et blasphemauerunt, inquit, Deum. Quare? Præ doloribus & vulneribus suis, id est, propter inuidias & odia priuata, quæ profectò vulnera sunt non corporis, sed cordis. Hoc mirabile est, attamen verum est. Nam exempli gratia, sicut ecclesiasticæ literæ testantur, propter odium in Alexãdrum pontificem suũ Arrius presbyter in blasphemiam contra Deum erupit, & vt illi scandalum concitaret, quoniã oderat eum, & inuidebat illi cõtraria de filio Dei dogmatizare cœpit. Igitur vniuersaliter de hæreticis veraciter dixerit: quia blasphemauerunt Deum præ doloribus & vulneribus suis. Ad extremum dicit adhuc: *Et non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.*) Quomodo isti agerent pœnitentiã, qui contra spiritum sanctũ verba dicebant? Denique sicut priorum quoque patrum tradit autoritas, ille contra spiritum sanctum verbum dicit, qui non per ignorantiam, sed per inuiam sanctæ scripturæ cõtradicit, quæ sine dubio voces & verba sunt spiritus sancti. Dominus autem dicit: Quia quicunque dixerit verbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neque in futuro. Iudicium nanq; est spiritus sancti, vt qui sic peccauerit, nunquam condignam pœnitentiam agere inspiret illi. Vbi autem pœnitentia non præcedit, remissio non potest subsequi. Non igitur remittetur eis qui pœnitentiam non egerunt neque agere potuerunt, ex operibus suis, deserti iudicio spiritus sancti, quia blasphemauerunt Deum, non per ignorantiam, sed vt iam dictum est, præ doloribus & vulneribus suis, doloribus inuidiæ, vulneribus odij. *Et sextus effudit phyalam suam in flumen illud magnum Eufratẽ, & siccauit aquas eius, vt pararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ, spiritus tres immundos in modum ranarum procedere.*) Vbi sextus angelus tuba cecinit, soluti sunt quatuor angeli qui alligati erant in flumine magno Eufrate, & plaga fuit corripiens populum Dei per quatuor principalia regna mundi, sub quibus afflicti sunt filij Israel siue Iuda per iudicium Dei. Non fuit illa plaga de nouissimis in quibus cõsummatur iracundia Dei: quia non animas, sed corpora tradebat talibus angelis, id est, regnis terrenis. At verò hæc phyala in flumen effunditur iracundiæ DEI, in illud flumen, non vt soluantur tales angeli, sed vt siccarentur aquæ eius, & pararetur via regibus ab ortu solis. Ergo in aquam fluminis effunditur phyala iræ DEI, & idcircò aquam talẽ oportet intelligi, cui rationabiliter dicatur deberi iracundia DEI. Alias autem cùm & mare, & flumina, & fontes aquarum in sanguinem anteriores phyalæ damnauerint.

Tim. 1. *Dan. 4.* *Mat. 25.* *1. Cor. 3.* *1. Cor. 5.* *Ibidem.* *2. Ioan. 1.* *Num. 16.* *Num. 10.* *Num. 16.* *2. Cor. 13.* *1. Reg. 15.* *Psal. 7.* *Psalm. 9.* *Mat. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid est quod flumen Eufrates propriam meretur phyalam, nisi quia inter cætera mala quæ fiunt sub sole, malú quoddam aquæ fluminis huius significant. Est enim malú cuius damnationem in anterioribus phyalis nondum attingimus, quod hic & prius per aquas fluminis illius, & deinde per tres immundos spiritus in modum ranarú prorepentes significari rectè intelligitur. Nimirum malum hoc trifidum est, & eius partes sunt præstigia magorum, commenta philosophorum, figmenta poetarum. Eorú profunda malitia & turbida loquacitas cógruè per aquas Eufratis significatur. Quia, videlicet, Eufrates Babyloniæ flumen est, & per eam fluens in multa capita diuiditur, quæ ipso quoque nomine suo in scripturis significare solet vniuersam generationem impiorum, cótrariam generationi rectorú, ciuitatem diaboli contrariam ciuitati Dei. Babylon quippè interpretatur confusio. Igitur postquam in mare & super flumina fonteſque aquarum phyalæ effusæ sunt, effunditur & ista in Eufraten: quia condemnationem sibi acquisierunt tyranni vel reges impij cum nationibus sibi subditis, illis quoque ira debetur qui illos dementauerunt, erroremq; illis auxerunt vaniloquijs, immò & scripturis suis malitiosis, mendacibus, fabulosis. Anteq; super aquas huiusmodi reuelaretur ira Dei de cælo per euangelium Christi, non poterant eas transire reges sancti, scilicet hi, qui principes siue autores fuerunt scripturarú veritatis, quorum etiam seculari dignitate reges fuerunt nonnulli, quales rectè dicuntur veniſſe ab ortu solis, quia non venerút aut locuti sunt à semetipsis, sed vt loquerẽtur, quid loquerentur acceperunt ab illuminatione diuinitatis. Non poterant aquas illas transire reges isti, non poterant cum vna lingua Hebraica occurrere Græcis facundis, disertisque Latinis grammaticis, rhetoribus, dialecticis, tot poetis, tragicis, comicis, satyricis.

Ioan.16. At vbi venit ille spiritus veritatis vt argueret mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: nimirum arguendo id quoque effecit, vt siccarẽtur tantæ aquæ tam magni fluminis: stultam enim fecit sapientiam huius mundi. Procedente nanque sapientia Dei & rationem reddente de eo quod videbatur

1. Cor. 1. stultum Dei, quemadmodum Apostolus dicit: Nos autem prædicamus Iesum Christum, & hunc crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus stultitiam, ex comparatione eius stultum esse apparuit & aridú, quod eatenus grande videbatur & profundum. Quàm vilis, quãque execrabilis & abiecta fuerit vel apparuerit illa talis sapientia seculi in oculis eorum quos veritas illuminauit, pulchrè in sua persona insinuat cũ dicit: *Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum procedere.*) Spiritus immúdos ait, id est, sectas quasi sapientiæ & scientiæ, & magicę, poeticæ, & philosophicæ, quas contrarius sancto spiritui immundus huius mundi spiritus adspirauit. Spiritus nanque immundos magi præcipuè patronos, quo nescio infelici quodam pacto, asciuerunt sibi poetæ sub nominibus honestis, eosdem rogitant spiritus immundos aspirare sibi, sacrilega præsumptione Deos appellantes cùm dæmones sint. Porrò qui philosophis spiritus aspirauit, is quoque sine dubio immundus extitit. An non de illis Apostolus dicit: quia *Rom.1.* dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt & euanuerunt in cogitationibus suis? Et vide quantam vsque ad immunditiam euanuerũt, qui seruientes creaturæ potius quã creatori, propterea in passiones ignominiæ siue in desideria cordis sui in immunditiam traditi sunt. Rectè igitur dicuntur spiritus immúdi. Porrò draconis nomine diabolus, bestiæ verò appellatione bestiale regnum diaboli hoc loco designari rectè intelligitur. Ná apud Danielem per quatuor bestias quatuor mũdi principalia regna significantur, scilicet Babylonium, Persicum siue Medicum, Macedonicum atque Romanum. De ore ergo draconis spiritus primus processit, quia magicam artem humana curiositas de confabulatione diaboli addidicit. De ore bestiæ sequens spiritus exiuit, quia bestiali regno mundi huius adulando humanæ métis ignobilitas reges terrenos, homines, figmentis poeticis in deos euexit, & in cælum stellarumq; orbes translatos fabulosis nænijs decantauit. Pseudopropheta philosophia quoque extitit, quæ phanaticorũ spurcitias deorum, verbi gratia, adulteria Iouis, zelumque Iunonis sororis & coniugis, & meretricia Veneris, & cætera talia retulit ad elementa mundi, cupiens ea quę iam erubescere poterant homines, de dijs suis quasi interpretationibus subornare allegoricis. Verè pseudopropheta talis quisque interpres extitit, quia de corde suo prophetauit, & vanè pudorem humanum cõsolatus, ad- *Ezech.13.* ulteria deorum fictis & inutilibus adornãdo mysterijs, & in eo remanendo nihilominus vt seruiret creaturæ potius quàm crea- *Rom.1.* tori, qui est benedictus in secula, amen. Vidi, inquit, de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos, & addidit adhuc: *In modum ranarum.*) Nimirum ranæ & immũdæ sunt & turpes, & exiguæ, & quasi loquaces. In luto nanque commorantes importunè & quasi cum garrulitate coaxando quietem aufecerunt. Congrua ergo assimulatio dum ranis adæquantur, vel similes perhibentur hi qui sibi magni & eloquentes videntur. Verbi gratia, poetæ qui sibi magna sonare videntur, sed omnis eorum materia fabulosa lu-

2. Cor. 10. tum est, & magnitudo eorum inflatio est. Quapropter quoniam scientia illorum cũ nulla sit, inflatur aduersus scientiam Dei, pulchrè satis eorum spiritui congruit illud de fabella Aesopi, vbi sufflando tentatus se extendere ad magnitudinem bouis dum conatur, & pellem frustra distendit, tandem vltra vires sufflando crepuit. Denique vbi nunc illi sunt grãdiloqui, qui se extulerunt aduersus veram magnitudinẽ scientię Dei?

Psal.9. Perijt memoria eorum cum sonitu, & Dominus eorum in æternum permanet. Quis enim loquacitati illorum hominum credit? Imo quis eorum theologias turpes legens vel audiens non irridet? Porro magi quorum principes in Aegypto Iamnes & Mambres, per incantationes suas coram Pharaone aduersus Mosen & Aaron ranas eduxerunt, & vltra non valuerunt, modú rectè dicũtur habere ranarú, vt eis similes sint quas contra Deum fecerunt, vltra quas eorum præstigia non valuerunt. Sequitur: *Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis.*) Vere, inquit, illos spiritus immundos dixerim, sunt enim spiritus dæmoniorum. Nam reuera cum veritati contraria sint dogmata eorum, nulli dubium, quin omnes magnitudines, imò inflationes eiusmodi sint aspirationes dæmoniorũ. Et procedunt, inquit, ad reges totius terræ congregare illos in prælium. Primi hoc (vt sancta narrat scriptura) iam dicti malefici illi Iamnes & Mambres fecerunt. Processit enim qui in illis erat spiritus seductionis ad regẽ Aegypti, & fiducia signorum quæ faciebant quasi similia signis virtutis Dei, auxerunt stultitiam eius, vt contra Deum pugnantem pro Israel auderet præliari. Tales vel simili modo cæteri malefici, poetæ, philosophi, congregauerunt reges totius terræ, nó quidem in vnum locum, sed in vnum eundemque pessimæ voluntatis statum, vt præliarentur contra Dominum, vt præuenti magna æstimatione illorum reges terræ, dedignarentur aut negligerent magna æstimare miracula quæ serui domini facerent, vel mirari sapientiam quam prædicarent, quoniam & illi econtra mira facere & magnificè vt sapientes illi loqui consueuissent. Prælia-

2. Tit.3. ti sunt ergo & præliari non desinunt perseqũdo omnes, qui in Christo piè viuere volunt, sed malo suo, quia taliter congregati in prælium congregabuntur in iudicium. Vnde cum dixisset hic, congregare illos in prælium, addidit: *Ad diem magnum omnipotentis.*

Soph.1. Nam dies omnipotentis dies erit iudicij, sine dubio magnus, sicut propheta dicit: Iuxta est dies Domini magnus, iuxta & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis, &c. Iuxta est ait ille, & verum est. Nam etli aliqua mora videtur, ex quo ille prophetauit vque ad illum diem magnum omnipotentis, at certè prope est vnicuique mors, id est, præsentis vitæ finis, & nescitur quando venturus sit. Ait ergo confestim: *Ecce venio sicut fur.*) Malus seruus dicit in corde suo, moram facit dominus venire, *Luc.12.* Dominus autem dicit: Ecce adsum, citò venio: additque, sicut fur, videlicet negligentibus & dormientibus formidandus. Furis nanq; similitudinem ipse sibi adhibere dignatus est, dum præmisso seruis suis præcepit, vt vigilent, quia nescitis, inquiens, qua *Ibidem.* hora filius hominis venturus est, ait: Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Eadem intentione, vel causa, qua illic dicit: Sint lumbi vestri præcincti, beati serui illi quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes, continuò & hic subiungit. *Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.*) Hoc propter magnum diem suum omnipotens intulit, quia præmissum erat congregari reges terræ in prælium ad diem magnum omnipotentis. Sequitur: *Et congregauit illos in prælium in loco, qui vocatur Hebraicè Hermagedon.*) Quos illos congregauit? Vtiq; reges, quia de regibus congregatio ista scribi cœpta est. Sunt autem hic diuersi, immò oppositi & contrarij reges. Nam de bonis regibus præmissum fuerat, vt pararetur via regibus ab ortu solis: de malis verò subiunctum, & procedent ad reges totius terræ congregare illos in prælių. Quos ergo regnum istorum congregauit in loco, qui vocatur Hebraicè Hermagedon, vel quis congregauit illos tali in loco? Non enim singularem aliquam præmiserat, neque apertè distinguit, quos malos aut bonos congregauerit. Ergo dicere licet, quia malorum & bonorum congregatio hic illa præsignata est, de qua non ignoramus, quia cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, tunc congregabuntur ante eum non solùm reges, sed etiam omnes gentes. Illic in prælium mirabile congregabuntur, quia videlicet illic prælij malorum & bonorum mirabilis & horrendus finis statutus est. Ille status rectè designatur hoc nomine, quòd hîc ponitur Hermagedon. Interpretatur enim consurrectio in priora, siue mons globosus. Congregationem ergo illam rectè significat, vbi & sancti REGES, qui venerunt ab ortu Solis in priora consurgent, & ad iudicandum sedebunt, & mali reges tanquam mons globosus tollentur cum DIABOLO suo principe,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia tunc reuera dicetur monti huic, tollere & mittere non iam in mare, sed in profundum gehennæ. *Et septimus effudit phyalam suam in aerem: Et exiuit vox magna de templo à throno dicens: Factum est.*)Et illic vbi septimus angelus tuba cecinit, factæ sunt voces magnę in cælo dicentes: Factum est regnum mundi huius Domini nostri & Christi eius. Itaque & hic cùm dicitur, factum est, idem intelligendũ est, scilicet regnum Domini nostri & Christi eius, illa tamen cum discretione, vt plus iracundiæ Dei viuentis in hac septima phyala, quã in illa septima tuba perpendamus. Istæ nanque plagæ nouissimæ sunt, illæ autem primæ: quæ in eo discernuntur, quod illæ visibilium, istæ inuisibilium diuersitates distinctioneſqne sunt malorum. Ergo in illa septima tuba visibilis conflagratio vniuersi mundi huius, in ista septima phyala rectè illa plenitudo damnationis intelligitur, qua dæmones puniendi sunt, qui nũc per istum aerem de cælo proiecti vagantur. Nam hoc est quod dicit: *Et septimus effudit phyalam suam in aerem.*) Id est, super cateruas liue potestates aereas. Et rectè in illos phyala effunditur septima, quia videlicet quicquid malorum præcedentibus sex phyalis vindicatur, in ipsos redundat, qui malorum eorundem incentores sunt. Vnde & principatus, & potestas, & rectores mundi huius, tenebrarum harum, ab Apostolo vocantur. Cùm igitur dicit magna vox ista: *Factum est.*) Idem est, ac si dicat: In electis regnũ Dei adimpletũ, & in reprobis ira Dei consummata est, quia diabolus quoq; cũ angelis suis in profundum inferni precipitatus est. *Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, terræ motus factus est magnus qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram, talis terræ motus sic magnus.*)Nõ post illam vocem magnam dicentem, factũ est, sed interim dum phyalas suas effundunt angeli, facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus. Fulgura nanque miracula, voces testimonia scripturarum, tonitrua comminationes futurorum sunt malorum, quibus omnibus confirmauerunt sermonem suum angeli qui phyalas suas effuderunt, id est, prædicatores qui iudicium Dei futurum prædicare missi sunt in mundum vniuersum. Porrò terræ motus qui factus est sic magnus, terræ motus cordiũ nostrorum extitit, quæ commota sunt audita prædicatione euangelij, in quo reuelatur ira Dei. De hoc tali terræ motu Psalmista dicit: Commota est & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis, &c. Talis terræmotus sic magnus non fuit, inquit, ex quo homines fuerunt super terrã: quia videlicet, nunquam ante Christi aduentum factũ fuerat, vt prædicatores missi vniuersum commouerent mundum, vt cælis enarrantibus gloriam Dei, in omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Terræ motus eiusdem magnitudinem ex subsequentibus vult intelligi, cũ dicit: *Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt.*) Ciuitas magna hoc loco generis humani vniuersitas est. Nam ne putemus iam hic eam solam intelligi diuisionem in qua deputantur tantũ modò reprobi, continuò subiungit de illa, & dicit: Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini iræ indignationis eius. Ergo vtrunque oportet animaduerti, & vnumquodq; suo sensu probabiliter distingui. Quod vniuersitas mundi non solùm vna ciuitas, verùm etiam quasi vnum atrium vnius fortis ante aduentũ Christi extiterit, permixtum ex electis ac reprobis, nota Domini nostri Iesu Christi authoritas hoc modo tradit: Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius in quibus confidebat auferet, & spolia eius distribuet. Porrò quòd hæc ciuitas ad prædicationem euangelij, quo sicut iste phyalę suimet effusione significant, reuelatur ira Dei, in tres partes diuidenda esset, ipse Dominus hoc modo prędixit: Nolite putare quòd venerim pacem mittere in terram. Non enim veni pacẽ mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suã, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Istę sunt tres partes, quas Lucas adhuc distinctius expressit his verbis: Putatis quia veni pacem dare in terram? non dico vobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinque in vna domo diuisi: Tres in duos, & duo in tres diuidentur: pater in filium, & filius in patrem suũ: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum, & nurus in socrum suam. Notãdum quia duo sunt, scilicet pater & mater, id est, vir & vxor, in quos tres diuiduntur: ipsi autem duo, scilicet vir & vxor, contra nequaquam propter euangelium diuiduntur. Neque euangelij causa, immò nulla, ni si sola fornicationis causa, viro ab vxore, vel vxori à viro discedere conceditur. Igitur phyals effusis iracũdię Dei ciuitas magna in tres partes facta est, id est, reuelata per euangelium ira Dei alijs ad pœnitentiã confugientibus, alijs in pœnitentia remanẽtibus, communes hominũ necessitudines, quę naturaliter magnę sunt, tri fariam diuisę sunt, dum sibi in via Domini non consentiunt, discedit que filius à patre, filia à matre, & nurus à socru sua. His partibus factis, dum isti conuertuntur, & fiunt Hierusalẽ

ciuitas

Supr. 11.

Eph. 6.

Psal. 17.

Psal. 18.

Luc. 11.

Mat. 10.

Luc. 12.

Matt. 5.

ciuitas Dei, illi auersi permanent. vt erant, Babylon ciuitas diaboli, profectò fiunt in excusabiles, & tunc demum peccati illorũ, quo fideles persequuntur, Deus recordatur, vt videlicet, sicut scriptum est: Quoniã requirens sanguinẽ, eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Sequitur ergo: *Et Babylon magna venit in memoriã ante Deũ, dare illi calicem vini iræ indignationis eius.*) Sententiam damnationis appellat calicẽ vini, addendo, iræ & indignationis: videlicet ad distantiã boni & præclari calicis, de quo in Psal. Deus dicit: Et calix meus inebriãs quam præclarus est. Deniq; sicut calix ille gratiæ feliciter, sic e contra iste calix iræ infeliciter inebriat, vt ciuitas diaboli æterna sopiatur stultitia, sicut dicit Ecclesiastes: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia sunt apud inferos quo tu properas. Causam adhuc maiorem reddet, cur ciuitas illa talem in memoriam ante Deum venerit. Ait enim. *Et omnis insula fugit, & montes illi non sunt inuenti.*)Idem nanque est ac si diceret: Et in eo ciuitas memoriam sui in malum suũ suscitauit: quia persecutiones tanquam fluctus maris fugientes serui Dei absconderũt se in remotis locis, sicut & de antiquioribus sanctus Paulus congemiscendo dicit: Circuerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errãtes, in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ. Denique per insulas, ecclesias, per montes sanctos, eminentiores, significari in scripturis visitatum est. Nunquid per ipsam sanctorum fugam Euãgelij prædicatio cõticuit? Non vtique, immò magis inuolauit. Sequitur ergo: *Et grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines.*)Et est sensus: Quanto maiores sancti persecutiones passi sunt, tanto magis prædicauerunt, & irã Dei de cælo super omnem impatientiam hominũ reuelauerunt. Hæc erat grãdo magna, inquit, sicut talentum: quo dicto significat vnicuique reddi quod meretur, quasi ad pondus secundum peccati sui modum. At illi qui eiusmodi sunt homines impij, & rebelles iustitiæ & veritatis, quanto plus arguuntur, tanto deteriores fiunt, imò interdum verbo quoque resistunt & contradicunt, & mãledicunt. Sequitur ergo: *Et blasphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehemẽter.*)Quod est dicere: Et conuerterunt se ad blasphemias impij, propter insuperabilem constantiam prædicationis, & quia ratione non poterant defendi, fæuierunt maledictis, quia tantus erat in illis spiritus sapientiæ & fortitudinis, vt nullo modo possent exuperari. Tales primum sunt Iudæi, de quibus in Actibus Apostolorum Lucas dicit: Cùm venissent ad Macedoniã Sylas & Tymothæus, instabat verbo Paulus testificans Iudæis esse Christũ Iesum. Contradicentibus autẽ eis & blasphemantibus, excutiẽs vestimenta sua dixit eis: Sanguis vester super caput vestrũ. Mundus ego ex hoc ad gentes vadam.

Deut. 25.

Psal. 20.

Eccl. 9.

Hebr. 11.

Actor. 18.

LIBRI NONI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER DECIMVS.

2. Tim. 3.

DE HINC per imagines congruas dictaque conuenientia demonstratur spiritus pietatis, quid erga electos suos operetur aut operaturus sit. Est enim opus siue officiũ spiritus sancti, secundum hoc ipsum nomen quod spiritus pietatis, sanctos omnes in hoc seculo peregrinantes, & persecutiones piè viuẽdo patientes, consolari: vt non fatigentur aduersis, neque ęmulantur in malignantibus, dum faciendo iniquitatem eleuantur & exaltantur in gloria huius mundi, & cupitis fruuntur diuitijs. Hoc autem in scripturæ huius parte ista quam nunc ingredimur duobus agitur modis. Primò nanque demonstratur, citò auferendam esse malignorum vim, qui sanctos persequuntur: deinde successuram fore gloriam regni Dei, in quo Deus à sanctis suis frequens alleluya dicentibus, æterna cum exultatione laudabitur. Igitur sicut in præcedentium septem phyalarum effusione rectè spiritum scientiæ prædicari animaduertimus, ita in istis spiritum pietatis per opera sua commendari non dubitamus, qui illum in sæpè memorato propheticæ lectionis ordine sequitur Iste nanq; sextus est septẽ spirituũm, à quibus gratia

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XVII.

bus gratia mandatur ecclesijs in capite libri huius. Ait: *Et venit vnus de septem angelis qui habebat septem phyalas, & locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terram, de vino* **fornicationis eius.*) Vnus iste de septem angelis septẽ phyalas habentibus, vnam fidẽ, & vnum significat spiritum qui in eis loquitur. Omnes quippè angeli isti, id est, omnes scriptores, siue scripturarum tractatores quos ecclesia sancta recipit, idem dicunt, idem sapiunt, & schismata in eis non sunt. Porrò Ioannes, qui vnum illum ad se venisse, secumque locutum esse dicit, tot & tanta verba cõsolationis, hoc loco sanctorum omnium in sua persona typum gerit, quicunque in hoc seculo peregrinantes meruerunt vel merẽtur per consolationem scripturarum beata spe confortari. Nam hic idem Ioannes quãdo hæc vidit, particeps eorum factus erat in tribulatione, quippe qui in Pathmos insula exulabat, propter euangelium illuc missus à Domitiano Cæsare, & idcircò communes eorum consolationes propria meruit experiri visione. *Veni*, inquit, *ostendam tibi damnationem meretricis magnæ.*) Ac si dicat: O tu quisquis es æternę inquisitor ciuitatis vel patrię cuius rex vnus est id est, qui cõdidit illam Deus, quid tantis cum suspirijs prospectas festinantem processum terrenæ patriæ vel ciuitatis diaboli, quæ paululum remoranteregno vnius regis Dei, regnare festinat, multorum regum quasi multorum hydra capitũ, & quasi multorum concubitorum meretrix? Ne doleas aut fatigeris animo, quasi pro magna felicitate eius iam regnãtis & insultantis exilio tuo. Veni, & ego ostendam tibi damnationẽ eius quæ sibi magna videtur. *Pro eo quod sedet super aquas multas.*) Verè enim sedet hæc meretrix super aquas multas, quia multæ sunt gentes, super quas regnat cupiditas. Denique hoc loco aquæ, populi siue gentes sunt. Sic enim paulò inferius aperit angelus Ioanni: Aquas, inquit, quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sũt, & gentes, & linguæ. Quia ergo sedet hæc meretrix super aquas multas, id est, quia multi sunt populi vel gentes quibus dominatur cupiditas, ideò cùm dixisset, ostendã tibi damnationem meretricis, addidit magnæ: sed profectò talis magnitudo eius fallax est, quia non stat.

Prostitutionis.

Neq; enim frustra gentes vel populos hic significari placuit per aquas. Fluunt nanq; gentes per carnis generationem, & defluũt ab ortu suo vsq; ad mortis occasum, & nũquam ad certum locum in quo consolidentur, & stent, perueniunt, id est, ad Deum. Magna meretrix, non tamen vera magnitudine, sed sua æstimatione. Causam reddit, cur eam meretricem dixerit, dum continuò subiungit: *Cũ qua fornicati sunt reges terræ.*) Vera nanque & magna fornicatio est, creaturæ rationalis, id est, hominis, elógare se à Deo, & adhærere mũdanæ cupiditati. Hinc enim Psalmista cùm dixisset: quia ecce qui elongant se à te, peribunt, continuò subiunxit: Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Hoc maximè reges terræ fecerunt, quorum cupiditati ad regnãdũ nulla sufficerũt spacia terrarũ, quinimò & p dilatãdis terminis suis cædes hominum innumerabiles perpetrauerunt. Taliter fornicantes in eam quoque amentiam deuenerunt, vt perdita rationis dignitate, homines dæmonia per varias simulacrorum species colerent, & ad colendum ea subditos sibi populos compellerẽt. Benè ergo cùm dixisset, cum qua fornicati sunt reges terræ, continuò subiunxit: *Et inebriati sunt, qui habitant terram, de vino prostitutionis eius.*) Fornicando nanque cum mundi huius cupiditate inebriati sunt, id est, sicut hi qui inebriantur vino, virtutẽ discretionis perdunt, & cuncta absque ratione dicunt & faciunt, ita illi p cupiditatẽ penitus ad terram incuruati, respicere non potuerunt veram diuinitatẽ habentem in cælis, & virtutem diuinitatis somniauerunt esse in idolis suis. Veni, inquit, & damnationem meretricis hui⁹ ostendã tibi. Cù dicit, Veni: intelligere debemus electam animam quasi intus vocari, vt non euagetur & ipsa foras, post concupiscentiã carnis, & concupiscentiam oculorum, sed colligat se intus ad secretum contemplationis, vbi possit ea quæ sunt, & quæ post futura sunt, pensare diligenter penes se cum iudicio rationis. Nam hoc est quod sequitur: *Et abstulit me in desertum in spiritu.*) Desertum nanque propter suimet solitudinẽ significat hoc loco solitariæ mentis remotionem, cùm se se remouet à tumultibus curarum, propter indagãdam Dei veritatem. Vnde benè cũ dixisset, & abstulit me in desertũ, addidit in spiritu: quia profectò quis quis eiusmodi quærit solitudinem, non carne, sed spiritu ducitur. Sequitur: *Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem.*) Paulò ante is qui loquebatur meretricem super aquas multas sedere dixit, hic autem eandem super bestiam coccineam sedere dicit. Ergo ipsa multitudo aquarum, id est populorum siue gentium, bestia est. Verè ita est, qua quæ sedet super taliũ multitudinem aquarũ mulier meretrix, id est, cupiditas, agitat illam vt bestialiter viuat. Hæc bestia coccinea dicitur, qui coloris igneus est, quia videlicet cui cupiditas imperat, omnis multitudo ad cælum & ad libidinem ardens est. Septem huius capita, decemque cornua quæ sint vel fuerint, superius iam

1. Ioan.

Psal. 72.

sup. lib. 7. rius iam dictũ est, vbi draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, & vbi visa est de mari ascendens hæc eadem bestia. Sed & de nominibus blasphemiæ, quib. plena esse dicitur, illic iam dictum est. Breuiter tamen capitum eorundem, cornuum atque nominum blasphemiæ notitia renouanda est. Sunt siquidem septem capita, septem mundi regna, quæ & tempore promissionis quo *Gen. 22.* patri nostro Abrahæ semen benedictionis Christus repromissus est, fidẽ seminis eiusdem impugnauerunt, eamque extinguere contenderunt, impugnando fidelem populum, scilicet regnum Aegyptiorum, regnũ Israelitarum carnalium, regnum Babyloniorum, regnum Persarum atque Medorũ, regnum Macedonum, regnum Romanorum, & regnum Antichristi, quod erit vltimum. Hæc septem mundi regna septem capita bestiæ sunt. Porrò decem cornua septẽ capitum, decem reges intelliguntur eorundem septem regnorum. Nam vnum ex illis regnis, scilicet Macedonum, quod viuente *Dan. 8.* Alexandro magno, non habebat nisi cornu vnum, id est, regem vnum eundem Alexãdrum, mortuo illo in quatuor ventos cæli diuisum est, & cœpit vnum regnum reges habere quatuor, atque hoc modo fiunt cornua decem, id est, reges decem. Nomina verò blasphemiæ, nomina vsurpatæ diuinitatis fuerunt, quia videlicet regibus suis adulando regna mundi siue gentes, deos illos haberi voluerunt, maximeque defunctos in cælum falsis laudibus extulerunt. Super huiusmodi bestiã vidi, inquit, mulierẽ sedẽtem, id est, cupiditatem, omniumq; vitiorũ corruptelam regnãtem. *Et mulier erat circũdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis: habens poculũ aureũ in manu sua, plenum abominationũ & immunditiæ fornicationis eius: & in fronte eius nomẽ scriptum, mysteriũ: Babylon magna, mater fornicationũ & abominationũ terræ. Et vidi mulierẽ ebriam de sanguine sanctorũ et de sanguine sanctorũ martyrum Iesu.*) Visurus damnationem mulieris siue meretricis iuxta spõsionẽ dicẽtis angeli: Veni, ostendã tibi damnationẽ meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, prius eiusdem damnationis testatur se vidisse causas. Earũ prima est, quòd professionem publicam suscepit fornicationũ & abominationum terræ. Nam cùm dicitur, & in fronte eius nomen scriptum, mysteriũ: Babylon magna, mater fornicationũ & abominationum, nimirum publicæ professionis arguitur, videlicet quòd non vtcunque ciuitas diaboli peccet aut fornicetur, verũ ita vt in ipsis peccatis & fornicationib. suis glorietur. Secunda damnationis eius causa est, quòd sanguinem non consentientium sibi sanctorum fudit. Nam hoc est quod de visione sua repetens: & vidi, inquit, mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Duas igitur damnationis eius causas hic præscriptas diligentius intueamur. *Et mulier erat*, inquit, *circũdata purpura & coccino.*) Purpura regius est amictus cunctamque regnorum siue regum huius mundi aulicam potestatem siue superbiam designat. Quis porrò nesciat quod regiam potestatem penè semper comitata sit homicidalis crudelitas? Pleni sunt libri, immò sat iata iam sunt theatra orbis terrarum regũ tragœdijs, qui ob cupiditatem regnandi nõ solùm in exteros arma tulerunt, verum etiam in cognatos vel fratres, aut etiam parẽtes, ne participes aut æmulos regni paterentur, ferrum crudele tanfegerunt. Rectè ergo cum purpura sociatur coccinum, dicendo, & mulier erat circũdata purpura & coccino, quia profectò purpuram regnorum semper comitata est ignea crudelitas homicidiorum. Et pulchrè dicitur, quia circundata erat purpura: quo nimirum dicto vigilanter audientibus ad animum reuocat, quanta in regali habitu superborum sit vanitas. Extrinsecus nanque pulchris quidem speciebus colorari possunt, quarum vel optima videtur regia purpura, sed intrinsecus vel subtus eandem purpuram non solũmodo propter fluxam libidinem vlcerosa, verum etiam per accidentium morborum genera diuersa, misera & tabida non minus regum quàm rusticorum sunt mortalia corpora. Sequitur adhuc: *Et inaurata auro, & lapide pretioso, & Margaritis.*) Omnes istæ sunt diuitiæ mulieris, omnes isti sunt fructus humanæ cupiditatis falsæ & fallentis. Quærit enim extra se humana præsumptio non suam pulchritudinem, & alienum quasi suum affectat fulgorem, dum non valens mutare naturam suam, quin ipsa sit lutum, rutilum sibimet circundat aurum, lapidesque pretiosos, & margaritas, vt interdũ scabie squalens, & lepra lurida, desuptalibus instrumẽtis ad se non pertinentibus superbissimè niteat. Est autem etiam in hoc nonnunquam rationabili electorum intentioni permolesta, eorumque mentes multiplici tentatione fatigat. Sequitur ergo: *Habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationum & immunditiæ fornicationis eius.*) Ad quid enim poculum habere in manu dicitur, nisi vt propinet, & potionem suam offerat cũctis prætereũntibus? Quæ autẽ est potio eius, nisi error & obliuio qua recedit à Deo sensus hominis vitiorum delibutus illecebris? Poculũ ergo mulier habere dicitur in manu sua, plenum abominationum & immunditiæ fornicationis suæ: qui nimirum totus cupiditatis fructus siue effectus est, subuertere hominem rationalem, sensumque eius funditus obruere, vt à Deo viuo & vero

mente

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentè fornicetur & corpore, traditus in anima idololatriæ, subditus in corpore omni immunditia, & cunctis passionibus ignominiæ. Et notanda pessimæ intentionis instantia: quia vt magis alliciat, & citius decipiat, non ligneum, aut æneum, sed aureum dicitur habere poculum in manu sua. Tale nimirum poculum tunc mulier ista corripuit, quando ad seducẽdos facilius oculos hominum cupidinosos atq; ambitiosos non solùm lapidea siue lignea, verùm etiam aurea statuerunt reges mundi simulacra, quæ colere nimirum abominationum summa, totiusq; immunditiæ & fornicationis principium erat. Exempli gratia: Quando Hieroboam non ligneos aut lapideos, sed aureos fecit vitulos, quorum alterum posuit in Bethel, & alterum in Dan: tunc nimirum mulier poculum habuit aureum in manu sua, plenum abominationũ & immunditiæ fornicationis eius: quia regnandi cupiditas, quę nimia sedebat super hominem illum, per auri pulchritudinem populares decepit oculos, vt biberent fornicationem dicentis: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto, vt fornicarentur à Deo suo, & recederent à domo Dauid, & à templo Domini, quod erat in Hierosolymis: maximè quia apud tales deos licebat illis edere & fornicari, polluere & pollui, & cunctis abominationibus atque immundicijs afficere corpora sua in semetipsis. Eiusmodi contumelias non saltem in occulto gentes exercebant, verùm, quod deterius est, publicè, & passim gloriabundi frequẽtabant. Vnde & de quodam Iudaicæ gentis homine sacrilego, in libro Machabæorum scriptum est: Quia secundum exemplum gentium ausus est gymnasiũ & ephœbiam in Hierosolymis constituere, & optimos quosque ephœborum in lupanaribus ponere. Sequitur ergo: *Et in fronte eius nomen scriptum, mysterium: Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ.*) Nam idem est, ac si dicas: Quia ciues ciuitatis diaboli non saltem abscondunt opera suę turpitudinis, imó lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Denique in fronte nomen scriptum, quod est Babylon, habere, quid est, nisi opera confusionis publica testari professione? Hinc prostitutæ Iudææ per prophetam exprobrãdo Deus dicit: Frons mulieris meretricis facta est tibi & erubescere noluisti. Rectè ergo mulier hæc in fronte sua nomen scriptum habere dicitur, Babylon magna, mater fornicatiõum & abominationum terræ: quia ipsa est corpus siue vniuersitas impiorum, qui fornicationes atque abominationes adinuenerunt, & frontosi in ipsis adinuentionibus suis incedunt, de qualibus item scriptum est: Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Sed cùm ita sit, & taliter habeat in fronte sua scriptum, seq; in rebus pessimis magnificet, dicatq; quòd sit Babylon magna, magnificãdo fornicationes suas: quomodo ipsum in propatulo scriptum dicitur, vel est mysterium? Sic enim ait: Et in fronte eius scriptum mysterium. Ergo vel ironicè dictum, vel idcirco, quia omnẽ fornicationis actũ, in quo meretrix ista gloriatur, ipsa natura vult esse mysteriũ, id est, secretum: & licet meretricia procacitas prædicet, naturalis tamen pudor contendit fieri occultum. Hæc, vt iam suprà dictum est, prima demonstrãdæ damnationis causa est. Sequitur causam edicens aliam: *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu.*) Videratiam meretricis huius habitũ eiusmodi: qui etsi solus esset, ad damnationem eius sufficere poterat. At illa non contenta, talem se esse, qualem præmissa descriptio denotat, adiecit hoc aliud malum, vt sanguinem funderet sanctorum, eò, quòd videret illos non esse consentientes immunditijs fornicationum suarum. Rectè igitur repetitum visionis verbum interposuit, dicendo, & vidi: quia nõ quidem aliam mulierem siue meretricem, sed eiusdem aliam iniquitatem vidit. Notandum præterea, quia distinctionem fecit sanctorum & martyrum Iesu, dicendo: de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrũ Iesu: illos propriè nuncupans martyres Iesu, quos eadem meretrix occidit pro confessione nominis Iesu post aduentum ipsius. Cùm ergo dicit, de sanguine sanctorum, subaudiendum est, prophetarum, & aliorum, qui occisi fuerũt propter testamentum Dei, antequã in carne veniisset Christus Iesus: & cùm subiungit, & de sanguine martyrũ Iesu, illi manifestè designantur, qui, vt iam dictum est, interfecti sunt pro testimonio vel confessiõe nominis quod est Iesus. Proinde cõstat, quia prima et præcipua meretricis huius portio gens Israelitica extitit, quę sanctos prophetas occidit. Vnde & meritò noĩa sortitur muliebria, & fornicata fuisse conuincitur cũ regibus, de qualibus hic in damnatiõe meretricis huius suprà scriptũ est, cum qua fornicati sunt reges terræ. Ait enim Dominus per prophetã: Fili hominis, duæ mulieres, filiæ matris vnius fuerunt, & fornicatę sunt in Aegypto, in adolescẽtia sua fornicatæ sunt. Ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. Nomina eorum Oolla maior siue senior, & Oolla soror eius, & habui eas, siue factæ sunt mihi, & pepererunt filios et filias. Et nomina earum Samaria Oolla, Hierusalem Ooliba. Fornicata est igitur Oolla super me, & insaniuit, siue abijt ad amatores suos in Assyrios, qui appropinquabãt ei vestitos hyacinthinis, principes et magistratus, iuuenes cupidinis siue electos vniuersos, equites ascensores equorum, & dedit fornicationes suas super eos, electos filios Assyriorum vniuersos, & omnium, super quos insaniuit, immunditijs siue adinuentionibus suis polluta est, insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nam & illi dormierant cum ea in adolescentia eius, & confregerant vbera pubertatis illius, siue & ipsi deuirginauerant eam, & effuderant fornicationem suam super illam. Adeò carnalis Israel à nomine vel corpore meretricis huius, quæ hîc dicitur Babylon, non excipitur, vt taliter cum diuina autoritate cum mulieribus et meretricijs denotetur nominibus, & fœmineis arguatur insanisse libidinibus. Nã nomina inquit, earum Samaria Oolla, & Hierusalem Oliba. Quod quàm rectè dicatur, facilè aduertis, si recolas, quia mulier Iezabel in Samaria, & filia eius Athalia insaniuit in Hierusalem, agendo vt Israel & Iudas fornicaretur cum Baal, & occidendo sanctos prophetas. Igitur mulier ebria de sanguine sanctorum gens quoque Israelitica est, sicut & cæteræ, imò pluspquam cæteræ gentes, quia fudit sanguinem sanctorum, immò quia fudit sanguinem Christi sancti sanctorum, & inde ebria est: quia non intelligit, neque videt, & ratio vel sensus veritatis illi non est, immò cunctis errorum ertibus præ ebrietate illaqueata est, completa prophetia, quæ diuinæ concedendo iustitiæ, cùm præmisisset: Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, continuò subiunxit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scãdalum. Obscurentur oculi eorũ ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Martyrum quoque Iesu, id est, eorum, qui receperunt siue perhibuerunt testimonium Iesu, credendo euangelio eius, sanguinem prior ipsa fudit, quia Stephanum protomartyrem ipsa lapidauit, & Iacobum fratrem Ioannis ad placitum eius Herodes gladio occidit, cæterosq; tunc temporis testes Iesu flagellauit in synagogis suis, & de ciuitate in ciuitatem persecuta est. Hæc idcirco dicta sunt, vt non dubium sit, aut excusari carnalis Iudaismus possit, quin illius Babylonis magnæ ciuitatis, imò sicut hîc scriptum est, magnæ meretricis, cuius prima fundamenta posuit Cain, qui iustum fratrem suum occidit, prima vel præcipua portio sit. Sequitur. *Et miratus sum, cũ vidissem illã, admiratione magna.*) Admiratio hæc cordis imperfecti est. Neq; enim cor perfectum purpurã, coccinum, aurũ, lapidesque pretiosos & margaritas meretricis multũ admiratur aut magni pendit. Nũ ergo Ioannes iste cordis erat imperfecti? Non vtiq;, sed imperfectorũ formã in semetipso gerit. Sic magnus & sanctus propheta Dauid non suo sensu, sed in eorũ persona, qui sunt cordis imperfecti, talẽ, qualis ista est, admiratiõnẽ exprimit, cùm dicit: Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos pacem peccatorũ videns. Nimirũ hæc, & cætera, quæ sequuntur, non suo, sed aliorũ, qui adhuc infirmantur, sensu dicit, qui adhuc tentantur & suspirant post vanitates seculi, videntes se tota die flagellari, peccatores autem prosperari, & pacem habere in voluptatibus suis. Nam suo sensu præmiserat: Quàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Ita ergo & Ioannes iste in persona eorũ, qui adhuc infirmo corde nitorem magnæ mereticis respexerunt, cùm ipsi tribularentur, magna sese admiratione admiratũ fuisse testatur, quia verè suo sensu nequaquam talia mirari dignaretur. Porrò electis Dei quicunque meretricem illam per infirmitatem admirantur, siue admirati sunt, consolatio non defuit aut deesse poterit spiritus sancti suggerentis eis, quòd non debuerint aut debeant super ea admirari, quodque illa nihil dignum habeat, quod quasi pro felicitate admirandum sit. Sequitur ergo. *Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego tibi dicam sacramẽtum mulieris & bestiæ, quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem. Bestia, quam vidisti, fuit & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit. Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ à constitutione mundi, videntes bestiam, quæ erat, & non est.*) Hic sermo angeli non dignam admirationem redarguentis, forma est vniuersæ veritatis, quæ nos in sanctis instruit scripturis, non debere nos attendere ea, quæ videntur, sed quæ non videntur: quia quæ videtur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, ętetna sunt. Exempli gratia, cùm dicit: Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tanquã fœnum velociter arescent & quemadmodum olera herbarum citò decident, &c. Ait ergo: Quare miraris? ac si dicat: Tu qui æterna cognoscis & æterna speras, quare zelaris, quæ mouentur pedes tui videndo talem, id est, non veram, sed phantasticam pulchritudinem meretricis? Simulque vt suprà præmiserat, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, ingreditur ad consolandum eos, de quorum sanguine illa sese inebriare non desinit, & dicit: *Ego tibi dicam sacramentum mulieris, & bestiæ, quæ portat eam.*) Sacramentum hoc, id est, secretum, malum illius est, quod nunc ab oculis eius absconditum est, dum in purpura, & coccino, auroque & lapidibus pretiosis & margaritis nitet atque fulget. Neque nunc interim credit, aut scire vult,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa. 74. quod mali quippiam sibi euenire posit, sed dicit: Sedeo regina, & vidua non sum, & ignorabo sterilitatem. Sacramentum ergo, id est, secretum est, quod illi futurum est dānationis iudicium, & hoc idcirò sanctis & prophetis reuelatur, quorū nunc Ioannes typum gerit, vt consolentur in Deo, nec moueantur pedes eorum aut zelentur pacem, vt iam dictum est, peccatorum videndo. Vnde & hoc non prætereundum: quia tunc maximè cœpit eiusdem mulieris siue bestiæ damnatio reuelari, quādo in captiuitatem Babylonicam ductus est populus Dei, vt non mouerentur à spe sua ciues tardantes regni Dei, videntes properantem & quasi matutinam gloriam regni huius mundi, sub quo tenebantur captiui. Tunc enim Daniel huiusmodi visiones rerumq; Dan. 7. imagines vidit, quemadmodum inter cætera dicit: Et vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & tradita esset igni ad comburendum. Aliter quoque sacramentum mulieris & bestiæ, quæ portat eam, significatio eius potest intelligi, vt quod ait: Ego dicam tibi sacramentum mulieris & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem, idem sit ac si dicat: Ego tibi dicam quid significent bestiæ capita septem & cornua decem. Sequitur enim. *Bestia quam vidisti, fuit & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit.*) Magnificè consolétur captiui filij Sion, quantumcunque tyrannizet captiuando illos crudelis & bestialis Babylon, quia bestia quam vidisti, inquit, fuit & non est. At verò Deus in quo vos spem vestram posuistis ô captiui & peregrini, erat, & est, & venturus est. Sic enim pro hac eadem intentione in initio libri huius dictum est: Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Consolemini igitur, quia qui pro vobis est Deus, semper est: quæ autem contra vos est bestia, fuit & non est. Non enim semper est, sed omne quod agit, quod valet aut potest, transitorium est. Ipsa esse desinit, Dominus autem in æternum permanet. *Et ascensura est*, inquit, *de abysso, & in interitum ibit.*) Quod idem est ac si dicat: Crudelitatis suæ potentiam, quæ fuit & non est, resuscitabit in Antichristo: sed cùm ad mo- 2. Thes. 2. dicum sæuierit, in interitum ibit: quia Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui. Et nunc quidem hoc tantum veraciter dictum sit quia fuit & non est: tunc autem dicetur, quia fuit quidem bestia hæc, & iam non est, nec erit. *Et mirabuntur*, ait, *inhabitantes terram, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ à constitutione mundi.*) Quid mirabuntur illi? Nimirum illud quod ego te nolo mirari, arguens te & dicens: quare miraris? Mirentur illi qui cælum non aspiciunt, sed terram sicut corpore, ita & mente inhabitant. Quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ, id est, quos Deus ad vitam non prædestinauit à constitutione mundi, videlicet quando Deus mundum siue genus humanum constituit, quando creatis hominibus primis benedixit eis, & dixit: Crescite & multiplicamini. Quos tunc Deus in libro suo non scripsit, quos tunc illa benedictione sua nasci non iussit, vel qui ad illam non pertinent benedictionem creatoris, illi mirabuntur, vt hactenus mirati sunt, bestiam huiusmodi. Quinam sunt illi? Nimirum omnes quorum causa vt nascerentur pecca tum extitit primæ præuaricatiõis, quia propter illud nati sunt illi omnes superflui, dicente ad mulierem Deo: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. Illi mirabũ- Gen. 3. tur & semper mirati sunt magnitudinẽ bestiæ, siue pulcritudinem meretricis, purpuram eius, coccinum eius, aurum eius, pretiosos lapides eius, margaritas eius. *Videntes bestiam quæ erat, & non est.*) In hoc iam stultitiæ arguuntur illi imitatores dum dicitur, quæ erat & non est. Econtra, tu illum mirare & mirabilem prædica, qui erat, & qui est, & qui venturus est. *Et hic est sensus, qui habet sapientiam.*) Ac si dicat: In his quæ vidisti & quæ dico, sensus & vtilitas latet, & ille sentit qui habet sapientiã, id est, qui in scripturis sanctis exercitatus est. *Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.*) Hoc superius iam diximus, quia septem capita septem sunt regna mundi notissima, quorum vnumquodq; suo tempore, sicut sacræ testantur scripturæ, contra regnum Dei stetit, ciuisque eius in hoc mundo peregrinantes, varijs tribulationibus presit. Exod. 1. Primũ enim Aegyptiorũ regnũ filios Israel Exod. 5. afflixit: secundũ regnum Israelitarũ, iustos 3. Reg. 19. homines & prophetas Domini Iezabel inci Dan. 3. piẽte, occidit: tertiũ regnum Babyloniorũ, Hest. 5. Hierusalem igne succendit, & populũ eius captiuauit, & tres pueros misit in caminũ ignis: quartũ regnum Persarum & Medorũ, instigante Aman superbissimo, vniuersum genus Iudæorũ propter Mardochęum penè deleuit: quintũ regnum Macedonũ, per An- 1. Mac. 1. tiochum Epiphanum, populum eundẽ cru- 2. Mac. 3. deliter afflixit: sub quo & Machabæi fratres, mirando sunt martyrio coronati: sextũ regnũ Romanorum, orbẽ terrarum Christianorum sanguine impleuit, septimum regnum Antichristi tanta tribulatione fideles tribulabit, vt si fieri potest, in errorem indu- Mat. 24. cantur etiam electi. Isti sunt septem montes, id est, septem regna. Denique regna hęc ppter superbiam ipsorum qua in altum cõtra Deũ tumuerunt, montes appellauit. Vn de cũ dixisset, septẽ capita septẽ mõtes sunt, exponens quid dixerit, addidit: & reges septem

septem sunt. Reges enim pro regnis æquipollenter posuit, imò magis propriè, quia non tam regna vel spacia terrarum, quàm reges in crimine sunt, vt bestiæ capita dicantur & sint. Et quamuis multi in singulis regnis per successiones regnauerint, pulchrè tamẽ quot regna sunt, tot reges posuit, quia non tam personas regnantes, quã regias potestates numerari præsens causa flagitat. Sequitur ergo. *Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit.*) Etenim quando hæc vidit Ioannes, illa mundi ætate iam & Aegyptius rex qui filios Israel oppressit, & Israelitic⁹ rex Achas siue Iezabel, quæ vel cuius posteritas prophetas occidit, & Babyloni⁹ rex, qui populum Dei captiuauit, & Persicus rex, imò qui illum instigauit Aman hostis Iudæorũ, & Antiochus de regno Græcorum, qui tanta tamq; nefanda gesit in illum Dei populum, isti quinque ceciderant, in inferno sepulti fuerant. Notandum quippè quia super singulos istorum talia cælitus iudicia facta sunt, vt si consideres singulorum euentum, fateri non dubites propriè dictũ esse, Exod. 14. quia ceciderunt. Denique rex Aegyptius 3. Reg. vl. cum curribus & equitibus suis in mare ceci- 4. Reg. 9. dit, sanguinem Achab linxerunt, & comede Dan. 4. runt Iezabel: Nabuchodonosor de regno e- Hest. 7. iectus, fœnum vt bos comedit: Aman in pa- 1. Mach. 6 tibulum suspensus est, Antiochus cõputrescens impiam miserabili obitu vitã finiuit.

Quinque ergo iam ceciderant, & vnus inquit. Quis ille vnus? Nimirum rex siue imperator Romanus, qui tũc erat & in Christianos sæuiebat, quando hæc dicebantur. Iam quidem Nero dedecorosus turpiter perierat, sed persecutio quã primus in Christi anos edixerat, tunc in Romano principatu vigebat. Quamuis multi fuerint eiusdẽ imperij principes, Christianorũ persecutores, tamen pro vno, sicut iam dictum est, regno vniuersitas illorum rex vnus est. *Et alius*, inquit, *nondum venit.*) Nimirum qui Antichristus erit. Vnus ille, quem tunc esse dixit, & alius quem nondum venisse asserit, addũtur illis quinque qui ceciderunt, & septem fiunt. Cùm dixisset, & alius nondum venit, continuò subiunxit: *Et cùm venerit oportet illum breue tempus manere.*) Quare breue & non lon- Mat. 24. gum tempus oportet eum manere? videlicet propter electos. Erunt enim, inquit Dominus, dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus vsque nunc, neque fient. Et nisi breuiasset Dominus dies, non fieret salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. Ergo cùm venerit, oportet quidem illum manere, sed tempus breue. Hic quia superbi & infirmi sumus, misericordia Domini cum socia veritate, & ter ret nos de magnitudine aduersitatis, & refouet de breuitate temporis. Sequitur. *Et bestia quæ erat, & non est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit.*) Hoc loco bestiam, vnum bestiæ caput intelligi oportet, quod videlicet caput Antichristꝰ est. Hæc, inquit, bestia & octaua est, & de septem est. Quod idẽ est ac si diceret: Antichristus vnũ idemque bestiæ caput, & octauũ & septimum est. Quod nimirum stare vel intelligi non posset, nisi constaret, quia in vno eodẽq; Antichristo duo quædã sunt pariter. Et enim ille filius perditionis simul & homo & diabolus est. Itaque si solum quod exterius videtur in Antichristo attendas, de septem est: quia de genere vel natura cæterorum regum vel impiorum hominum est. Si autem ad id respicias, quod intrinsecus latet, octauum caput est, quia diabolus est, qui antequam ingrediatur habitaculum illius perditihominis, in cælo semetipsum aduersus Deum erexit & nunc vsque inuisibiliter superbit. Nihilominus tamen & in interitum, inquit, vadet: quia tam facile est Deo mittere in interitum hominem simul & diabolum, quàm hominem simplicem vel solum, vt veraciter dicatur de vtroque, quia & non est, Deus autẽ semper est. Sequitur. *Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum non acceperunt: sed potestatem tanquam reges vna hora post bestiam accipient.*) De hoc iam superius dictum est, quia septem quidem regna sunt notissima de sanctarum serie scripturarum, quæ contra sanctos altissimi inimicitias exercuerunt: sed eorundem regnorum decem reges sunt, quia videlicet vnum ex illis regnum Macedonum post Dan. 8. mortem Alexandri in quatuor successores eius per quatuor ventos cæli diuisum fuit, qui singuli diademata sibi imposuerunt, atque hoc modo decem reges facti sunt. Idcirco autem superius dixit, & reges septem sunt, & nunc dicit, decem reges sunt, quia tres ex illis successoribus Alexandri nihil fecisse leguntur aduersus populum Dei, sed solus ille quartus qui Syriam tenuit. Ergo numero quidem decem, sed pro actu qui ad præsentem causam pertinet, id est, pro persecutione martyrum, tantummodo septem sunt. Cùm autem paulò ante dixerit, quinque ceciderunt, & vnus est, quomodo nunc dicit, qui regnũ nondum acceperunt? Videlicet mira irrisione, tanquam dicat, regnare quidem visi sunt, & regium fastum nomenque sibimet vsurpauerunt, sed veraciter nunquam regnauerunt. Neq; enim regnum illorum verè est regnũ sed Iesu Domini est regnũ. Hoc ad illud spectat Psal. 21. quod superius arguendo dixit. Quare mira Psal. 10. ris? Nam verè reges huiusmodi non miran di, sed miseri sunt iudicandi, qui vt regnarent tot homicidia fecerũt, nanq; ceciderũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

& mortui sunt, & regnũ nondũ acceperunt. Sed quid? Potestatem, inquit, tanquam reges vna hora accipient post bestiam. Non verè regnum, sed quasi reges quandam potestatem accipient, & hoc vna hora post bestiam, ac si dicat: Extollentia illorum nequaquam regnum voces aut vocari debere putes. Regnum nanque diuturnitatẽ potestatis sonat: At ille non diuturnam potestatem, sed vna hora potestatem acceperũt siue accipient. Nam idcircò tempore futuro accipiẽt dixit, quia cùm Antichristus venerit, eorundem regũ qui iã ceciderunt vires siue regna ad persecutionem sanctorũ reparabit. Quam autem vel qualem potestatem accipient breuiter insinuat cùm dicit: post bestiam. Idem nanque est, ac si dicat: ad effundendum sanguinem sanctorum, quia potestas bestiæ non verè est ad regnandum, sed ad insaniendum, ad sanguinem effundẽdum. Pulchrè igitur & verè dictum, quia regnum nondum acceperunt. Sequitur: *Hi vnum consilium habent, & virtutem & potestatem suã bestiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est, & rex regum, & qui cum illo sunt electi, & vocati, & fideles.*) Vnum, inquit, consilium habent hi, subauditur cùm Antichristus venerit, & breue tẽpus manserit: omnes enim conspirabunt ad consensum illius filij perditionis. Quid illi reges ante aduentum eiusdem Antichristi? Nónne iam vnum consilium cũ venturo illo habuerunt? Nónne eãdem intentionem? Nónne eandem voluntatem? Denique quo consilio, qua intentione, qua voluntate ille sanctos persequetur cùm venerit, eadem & rex Aegypti, & cæteri, de quibus iam dictũ est, suis quique temporibus afflixerunt populum Dei, videlicet vt nullus memor existeret vnius & veri Dei, & laborabat in eis & per eos diabolus irritam facere fidẽ promissionis, scilicet seminis, quod est Christus, quem patribus Deus repromisit. Hoc fuit antiquum serpentis illius consilium, quando primum decepit hominem, videlicet vt nullus saluaretur hominum, & eodẽ consilio cunctos istos armauit, quos iam sẽpè diximus Aegyptios, carnales Israelitas, Babylonios, Persas, siue Medos, Macedones, siue reges Antiochos, Cæsares Romanos: tandemque caput eiusdem consilij suscitabit in illo sæpè dicto homine peccati Antichristo. Verè ergo vnum consilium habent hi. *Et virtutem*, inquit, *& potestatẽ suam bestiæ tradent.*) Quod idẽ est ac si dicat: Illi quod intenderunt perficere non potuerunt aut poterunt, diabolus autem cui deseruiunt, virtutis potestatis illorum hæredem faciet illum proprium hominem suum Antichristum, quasi id, quod per illos adimplere nó valuit, saltem efficere possit per istum egregium. Sed quid? *Hi cum agno pugnabunt*, ait, *& agnus vincet illos.*) Omnes iam dudum victi sunt suis quique temporibus, & adhuc in vno Antichristo simul omnes vincentur. Et pulchrè cùm dicere posset, hi cum Christo pugnabunt, & Christus vincet illos: maluit dicere, hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos: quia nimirum primus illorum, scilicet Aegyptius rex, per immolationem agni victus est, vt filios Israel dimitteret, eosque persequens in mari rubro mersus est. Quãuis igitur futuro tempore dicat: Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos: nihilominus & de præterito ante istum Ioannem tempore intelligendum est, quia cum agno pugnauerunt, & agnus vicit illos. Ioannes nanque hic omnium illorum typum gerit, qui ab antiquo ex quo populus Dei cœpit affligi sub regnis supra dictis, meruerunt diuinitus consolari. Hoc mirabile immò laudabile & verum est: quia antequam agnus iste in hunc mundum veniret, hi cum agno pugnauerunt, & ipse vicit eos. Vnde satis eleganter in propheta iubetur vocari nomen eius, velociter spolia detrahe, citò prædare: siue, accelera spolia detrahere, festina prædari. Quare? Quia, inquit, antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Quod idem est ac si diceret: Puer iste qui saluator est, antequam nascendo veniat in hunc mundum, sciens siue expertus matrem vtique virginem, & Ioseph patrem optimum, ipse liberabit Israel de manu inimicorũ suorũ. Mira acceleratio, miranda festinatio, vt nó dum natus puer ipse promissionem suæ natiuitatis habentem siue expectantem populum liberet. Hoc tamen ita verum est, vt qui istud non credit, fidelis non sit. Oportet enim credere, quia priusquam nascetur iste puer ex matre, Deus omnipotens erat cum patre. Vnde cùm dixisset: & agnus vincet illos, continuò subiunxit: *Quoniam dominus dominorum est, & rex regum.*) Nónne anteq̃ nasceretur Babylonios quoque & Persas siue Medos atque Macedones, qui contra se, id est, contra suos sui venturi fidem habentes pugnauerunt, eosq; captiuos tenuerunt, iste vicit? Quid enim aliud Nabuchodonosor regi siue prophetæ Danieli demõstratur, quãdo lapis absciss⁹ sine manibus percussit statuam grãdem, & contrita sunt pariter aurum, argentum, æs, & ferrum? Quid, inquam, nisi quia Christus qui est, vt dicitur, agnus, priusquam nasceretur, miranda, sicut iam dictum est, festinatione vincere festinabat, suosque electos sub illis regnis captiuos supra id q̃ poterant sustinere, tentari non sinebat? Qui e-

Exod. 12.

Esa. 8.

Dan. 2.

Qui enim postquam de virgine natus est, ferrum, quod erat Romanum imperium, euangelicę prædicationis verbo tandem vicit & fregit, ipse priusquam nasceretur, aurum, argẽtum, id est, regna magna & fortia: Babylonicum, Persicum, & Macedonicum contriuit, præeunte verbo propheticæ veritatis. Exempli gratia. De Antiocho Epiphane Daniel prædixerat: Et sine manu cõteretur, & ita factum est. Diuinitùs quippè

Dan. 8.

1. Mach. 6. percussus inuisibili & insanabili plaga computruit, miseramque vitam miserè, vt dignus erat, finiuit. Igitur & agnus, inquit, vincet illos: quippe qui & prius, quàm nasceretur, vicit primos. Vnde nõ dubitatur, quin vincat & reliquos. Victoriæ eius participes sunt sancti siue electi eius: ipsis enim laborantibus, adiuuando vincit agnus. Idcirco addidit: *Et qui cum illo sunt electi & vocati, & fideles.*) Isti denique pugnant & vincunt, sed victoriam agno attribuunt, sine quo sese nequaquam vincere potuisse aut posse sciunt. Vnde vnus illorum cùm dixisset: Quia plus

1. Cor. 15. laboraui, continuò subiunxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Electi, & vocati & fideles, ipsi sunt, de quibus Apostolus dicit: Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, illos & iustificauit:

Rom. 8. quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Deniq; quos prædestinauit, ipsi hoc loco dicuntur electi. Prædestinari nanque eligi siue præeligi est. Item quos vocauit, ipsi hoc loco dicuntur vocati. Et quos iustificauit, ipsi hoc loco dicuntur fideles, quia videlicet electorum siue prædestinatorum atque vocatorum iustitia vel iustificatio fides est. Vnde idem Apostolus post multa veritatis argumenta dicit: Iustificati igitur

Rom. 5. ex fide pacem habeamus ad Deum, per Dominum nostrũ Iesum Christum. Item quos magnificauit, ipsi hoc loco pugnare & vincere dicuntur cum agno. Talem nanq; bestiam vicisse, vera magnificentia est. Sequitur: *Aquas quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ.*) Merito aquarum nomine designãtur populi & gentes, super quas meretrix sedet: quia nimirum pro hoc ipso, quod eis domina talis præsidet, fluxæ sunt & instabiles. Cùm autẽ dicit, populi & gentes: procul dubio non excipiuntur Israeliticę tribus, de quibus Balaam ariolus loquitur: Populus solus habitabit, & inter gentes

Num. 23. non reputabitur. Ergo populorum nomine hoc loco carnales tribus Israel, gentiũ verò vocabulo cæteræ designãtur nationes. Quis enim super Israel quoque, id est, Iudaicum populum, meretricem istam sedere aut sedisse dubitet? Ipsi nanque maximè cum cupiditate mundi fornicati sunt, quippè qui fornicationem ipsorum redarguentes sanctos & prophetas occiderunt. Aquæ igitur & ipsi sunt, suo videlicet vitio, sicut prophe

Esa. 48. ta dicit: Audite hæc domus Iacob, qui vocamini, & de aquis Iuda existis, id est, qui tantùm carnis, & non fidei filij estis: Cùm dixisset, populi sunt & gentes, ad quid ad-

Rom. 10. didit, & linguæ? Hoc enim necessario consequeretur, etiamsi nõ dixisset: quia linguis non loquuntur, nisi populi & gentes. Cur ergo addit, dicens, & linguæ? Nisi forte vt ad memoriã nobis reuocet, quod vt diuideretur & multiplices fierẽt linguæ, superbia commeruit meretricis huius magnæ, in ipso iam pueritiæ siue petulantis adolescentiæ eius tempore. Cũ enim construeretur turris Babel per superbiam hominum in cælũ a-

Gen. 6. scendere volentium, à cuius nomine nunc hæc ipsa meretrix dicitur Babylon, videns hoc Deus confudit linguam eorum, & inde diuisi ab inuicem recesserunt. Itaque non frustra cùm dixisset, aquæ super quas meretrix sedet populi sunt & gentes, addidit, & linguæ: vt nec illud prætermitteret, quod diuisiones quoq; linguarum damnum vel plagam nobis superbia meretricis huius intulit. Sequitur: *Et decẽ cornua, quæ vidisti, & *bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.*) Mira alicrtio, mira & vehemẽs impiorum detestatio. Quomodo reges, qui per cornua designantur, fornicariam suam odisse dicuntur, cum qua ipsi fornicantur? Ipsi nanq; & non alij sunt reges, de quibus suprà cùm dixisset: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, addidit: cum qua fornicati sunt reges terrę. Ipsi ergo, qui cum illa fornicantur, illam odisse, & desolatam nudamque facere, & carnem eius manducare, & ipsam igni concremare dicũtur. Mirum hoc, attamen verum est.

in bestia,

Quis enim nescit de regibus mũdi quantis odijs semper fuerint inquieti? Et cui sua inquietudine fuerũt infesti, nisi ipsi cupiditati vel gloriæ mundi, cũ qua vtiq; fornicati sunt, præferendo illam suo creatori? Instrumenta fornicationis eorũ, pulchritudines ciuitatum, et locupletum multitudines gentiũ, quibus imperabant, extiterunt, cæteraque talia, quæcunque in mundo sunt prouocantia concupiscentiam oculorum. At illi nunquam hæc in pace sua florere permiserunt, bellis omnia desolantes, turbas hominum gladio interficientes, ciuitates et castella igni concremantes. Nec verò solummodò in alterutros reges contra reges, regna contra regna hostili more hæc fecerunt, sed populis suis ciuitatibusq; proprijs singuli reges sæpè mala hæc intulerunt. Nã, vt de cęteris taceã, quis vnq̃ Romæ ciuitati populoq; & senatui proprio imperatore suo Nerone crudelior aut neqor hostis extitit?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ille desolatam vrbem fecit, ille populum & senatum occidendo, quodammodo carnes eius manducauit: ille ciuitatem materiali quoque igne concremauit, solummodo vt pulchritudine flammæ delectaretur, spectando in ea similitudine qualiter quondã arsisset Ilium, sedensque in altissima turre Mecœnatia, tali spectaculo tripudians Iliada decantabat. Tantæ crudelitatis quidam

Boetius de consol. phil. li. 2. met. 6. reminiscens & congemiscens, ita cecinit.

Nouimus quantas dederit ruinas
Vrbe flammata patribusque cæsis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuso maduit cruore.
Heu grauem sortem, & cætera.

Verum ergo est, quia reges terræ qui relicto Deo cum pulchritudine creaturæ mundanæ fornicati sunt, fornicariam suam oderunt, & quale vehementissima odia ministrabant pretium suæ fornicationis, illi reddiderũt. *Esa. 57.* Non enim est pax impijs, dicit Dominus. O igitur miserabilis conditio Babylonis terrenæ ciuitatis, quæ à Deo fornicatur cum amatoribus, quia non solùm fornicatur cum amatoribus, sed cum hostibus, quorum & si quis amor est, tanto felle amaritudinis permiscetur, vt ipsam hostiliter dilaniẽt cum qua fornicantur. Horum causa vel incitator malorum diabolus est. Idcircò non dixit tantummodo, & decem cornua quæ vidisti hi odient fornicariam, sed & decem cornua quæ vidisti, & bestia inquit, hi odient fornicariam suam, &c. Cõtinuò subiungit: * *Enim.* *Deus autem dedit in corda eorum vt faciant quod illi placitum est, vt dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei.*) Vt faciant, inquit, q illi placitum est. Cui illi? Videtur hoc referri ad Deum, quia sic præmissum est: Dedit enim Deus in corda eorum, & ita intelligi, vt faciant quod illi, subauditur Deo, placitum est. Verùm quia præmiserat: Et decẽ cornua quæ vidisti & bestia, hi odient fornicariam, & deinde cùm dixisset, vt faciant quod illi placitũ est, addidit, vt dent regnũ suum bestiæ: rectius refertur ad eandẽ bestiam, scilicet vt faciant quod illi, subaudi tur bestiæ, placitum est: & deinde, vt dẽt regnum suum bestiæ, id est, vt totius regni sui vires impendant diabolo, faciendo voluntatem eius, quæ semper aduersatur bono Dei proposito. Quid enim illi faciunt nisi malum? Malum autem Deo non placet, imò eos qui malum operantur ipse odit, sicut scriptura ei testis est, dicens: Odisti omnes qui operãtur iniquitatẽ. Item: Quoniã non Deus volens iniquitatẽ tu es. Sed iterũ scriptura dicit: Faciens pacem & creans malum. Intra hæc secundum veritatis rationẽ & secundum patrum orthodoxorum veridicam autoritatem dicendum & sentiendũ est, quia malum illud quod est afflicto siue bellum paci contrarium, de qua dictum est, faciens pacem, Deus aliquando creat propter correctionem: malum autem, id est, iniquitatem siue peccatum neque creat, neque illi placitum est. Et est quidem voluntatis eius, vt bellum siue aliam eiusmodi afflictionem, cùm superuenerit ijs qui peccatis præcedentibus perpeti merentur, effugere nõ possint, vt autẽ homines mala faciãt vel mali fiant, nunquam fuit aut placitum est illi. Quæritur ergo: Si malum quod faciũt, vel hoc ipsum quod mali sunt, non est Deo placitũ, quomodo hic præmissum est, Deus enim dedit in corda eorum? Quod dũ quæritur, consequenter vel simul & illud quærendum est quod dicit Psalmista: Conuertit cor eorum vt odirent populum eius, & dolum facerent in seruos eius. Illud autem sic intelligi oportet, quatenus nulla vnquã suspicio in corde hominis locum inueniat, quasi Deus odij vel doli aliquando author existat, quod vel suspicari dementissimum atque impium est. Deus enim neque Pharaonem indurauit, neq; cor Aegyptiorum in odium conuertit, voluntatẽ habendo duritiæ, vel odij ipsorum, sed tantũmodo bona fecit filijs Israel, multiplicando illos in terra illa, sicut Abrahæ promiserat dicens: Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuũ. *Gen. 22.* Pharao autem & Aegyptij sicut superbi ita & inuidi erant, & secundum morem inuidẽtium, quanto plura vel maiora Dei beneficia videbant impẽdi his, quibus inuidebãt, tanto maiori contra illos odio sæuiebant. *Exod. 7.* Hoc præuidens Deus dicebat Moysi: Ego indurabo cor Pharaonis. Quod idem est ac si diceret: Ego quidẽ signa & prodigia profilijs Israel faciã coram Pharaone & seruis eius, sed quia inuidi sunt, hoc illis ad nihil aliud valebit, nisi vt odio maiori cõtra eos indurentur. Hoc sensu versiculum prædictum pater Augustinus explanat. Igitur & quod hic dictũ est, Deus enim dedit in corda ipsorum, sic intelligi oportet, vt nullatenus suspicemur quod Deus in corda quorumlibet regum illorum miserit, quatenus facerent quippiam mali, aut ipsi fierent mali, sed bona quæ voluit singulis in tempore suo fecit regnis, reges autem mundi vt superbi ita erant & inuidi, & alternæ inuidebant felicitati. Exempli gratia: Prospera fecit Deus Babylonijs, vt valentiores essent gentibus cæteris. Et ne dubium sit hoc illis à Deo esse datum, Deus ipse in propheta dicit: Iugum ferreum posui super collum cũctarum gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruient ei. *Hier. 28.* Insuper & bestias terræ dedi ei. Hoc datum Dei misit in cor Medis & Persis, vtpotè inuidentibus & æquè superbis, vt ascenderẽt & facerent in eos quicquid potuerũt mali,

Psal. 104.

Esa. 45.

Deo non

Deo non resistente illis, immò permittente propter peccata Babylonis. Eodem modo postea Macedones Persarum & Medorum felicitas concitauit, quam vtique non casus sed ordinatio Dei fecerat illis. Itaq; Deus, inquit, dedit in corda eorũ vt faciant quod illi placitum est, vt dent regnum suum bestiæ, id est, felicitas alijs concessa dono Dei, aliorum inuidentium corda in odium concitauit, & ita contra alterutros per inuidentiam excitati sunt, vt vniuersas regnorum suorum vires ministerio certatim impenderent malitiæ diabolicæ. Vsquequo? *Donec*, inquit, *consummentur verba Dei.*) Id est, adimpleãtur ea, quæ Deus per sanctos & prophetas suos de regnis illis futura iudicia sua prædixit. Quid enim euenturum fuerat illis q̃ non ante prædixerat factus ad homines sermo Dei? Aut quid prædixit de illis sermo Dei, nisi quod eis iustè obuenire debuit? Denique futurum erat & fieri iustè debebat, vt Aegyptij postquam oppressissent filios Israel, ipsi pœnas darẽt suæ iniquitatis, & hoc ante loquens ad Abraham Deus ipse prædixit. Ait enim: Scito prænoscens quod *Gen. 15.* peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent eos quadringentis annis. Veruntamen cui seruituri sunt ego iudicabo, & post hæc egredientur cum magna substantia. Itẽ futurum erat, vt reges Israel & Iuda, propter abominationes quas fecerunt, & propter sanguinem innocentẽ quem effuderũt, condigna recepturi forent, tandemque & Israel & Iudas in Assyrios atque Chaldæos traducti captiui abirẽt, & hoc ante per prophetas Deus non semel prædixit: Pleni sunt libri prophetarum, Esaiæ, Hieremiæ, Ezechiel quoque verbis Domini ita prædicentis: Item futurum erat vt Babylon subuerteretur à Medis & Persis, & hoc ante per eosdem prophetas, & per Danielem Deus quoque prædixit. Item futurum erat vt Persæ & Medi ab Alexandro Macedone superarentur, & hoc ante per iam dictum Danielem Deus præostendit & prædixit. Item futurum erat vt tam Macedones quàm cæteræ gentes comminuerentur atque conculcarentur viribus Romani imperij: & hoc ante eidem Danieli præostendit per bestiã quartam magnam terribilemque & fortẽ nimis, dentes ferreos habentem, comedentem atque comminuentem & reliqua pedibus cõculcantem. Item futurum est, vt Antichristus regna hæc omnia supergrediatur operatione habitantis in illo diaboli, & plus omnibus conterat sanctos altissimi, & hoc ante non solùm in prophetis, verùm etiam per semetipsum in euãgelio suo prædixit filius Dei. Igitur rectè & veraciter dictum, donec consummentur verba Dei, quia videlicet nihil egerunt aut agere possunt regna mundi quasi contra propositum Dei, quod Deus nõ præscierit, imò & prædixerit. Notanda tamen infinita cunctorum peruersitas, cùm dicitur primo: hi cum agno pugnabunt, & deinde, hi odient fornicariã & desolatam facient eam, &c. quia concorditer quidem contra Deum dimicant, & vno spiritu malignitatis in hoc sibi consentiunt: ad concupiscentias verò suas, vel propter cupiditatem eorum quæ in mundo sunt, discorditer insaniunt, & inuicem sæuiunt, & omnibus modis à semetipsis serpentina hæc capita dissentiunt. Tandemque angelus idem dicit: *Et mulier quam vidisti est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.*) Breui recapitulatione renouat quod superius dixit, vel quod ipsa in fronte mulieris scriptura signauit: Babylon magna mater fornicationũ & abominationum terræ. Porrò quod illic dixerat, cum qua fornicati sunt reges terræ, hic paulisper commutauit dicendo, quæ habet regnum super reges terræ. Et quidem multum est illic dictum ad significandam ignominiam regũ terræ, sed multo amplius hoc valet ad insinuandum serũilem stultitiam regum terræ, cũ dicitur, quæ habet regnum super reges terræ. Quid enim? Nónne reges terræ supini incedunt & se se esse liberos cõfidunt? Sed ecce regnum se habere compro bantur, & quod turpissimũ est, mulier meretrix super eos regnare, & ceruicibus eorum incumbere rationabiliter atque irrefragabiliter asseritur. Mentiuntur ergo liberos se esse pronunciantes: quia serui sunt, & meretricium portant iugum, semper anhelantes & sub onere curui, tot dominorũ serui quot vitiorum captiui. *Cap 18.* *Et post hæc vidi alium angelum descendẽtem de cælo, habentem potestatem magnã, & terra illuminata est à gloria eius, & clamauit in forti voce dicens: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis, quia de ira fornicationis eius biberũt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt.*) Necdũ is qui loquebatur angelus suã videtur sponsionem peregisse qua dixerat: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, & alius iam introducitur angelus exclamans in forti voce, & hic maximè damnationem eiusdem exprimit meretricis, quam ille tantummodo quæ nam esset designauit, capitaque eius & cornua describit. Hoc rectè & secundum rem factũ propriè perpendis, si recolas quia meretricem hanc & prius totus prophetalis ordo, maximeque Daniel demonstrans contra libidines & crudelitatem eius multa declamauit: & deinde per semetipsum veniẽs filius Dei, angelus magnus & fortis, de quo propheta

Esa. 10. *Hier. 27.* *Ezech. 12.* *Dan. 7.* *Dan. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit:Et ecce venietad templum suum dominator, quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis, damnationé eius in auditu orbis terrarum iam adesse forti voce clamauit,& euangelica manifestatione prædicauit. Nunc alium angelũ pulchrè de cælo descendentem se vidisse dicit,quia videlicet iste de cælo per humilitatem descendit, vnde quidam alius per superbiam cecidit. Hic habet potestatem magnam,inquit,quod dixisse ad rem præsentem multũ attinet, id est, ad eam quæ hic ostenditur damnationem meretricis. Ipse enim quodã
Ioan.5. loco de semetipso loquẽs cùm dixisset: Sicut enim habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso,cõtinuò subiunxit: Et potestatem dedit ei iudicium facere,quia filius hominis est. Item: Neque pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Rectè ergo habentem potestatem magnam dixit,potestatem faciẽdi iudicium,siue damnationem meretricis. *Et terra illuminata est à gloria eius.*) Et hoc verè dictum est,quemadmodum & eo veniente Zacharias propheta cecinit dicens: Visita-
Luc. 1. uit nos oriens ex alto, illuminare his,qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Et ipse
Ioan.8.12. cùm venisset de semetipso dixit: Ego sum lux mũdi, qui sequitur me nõ ambulabit in
Ioan.9. tenebris.Item: Quãdiu in mundo sum,lux sum mundi: Iste illuminator angelus: *Exclamauit in forti voce,dicens:Cecidit cecidit Babylon magna.*)Vbi vel quando angelus iste hoc clamauit?Nimirum apud multam Iudæorum turbam, instante articulo suæ passionis, qua videlicet passione actum est, vt caderet ciuitas diaboli. Dixit enim:Nunc iudicium est mundi,nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Hoc non quomodocunq;,sed in forti voce clamauit,id est,contra infirmitatem
Ibidem. carnis confortatus ratione diuinitatis. Nam infirmabatur quidẽ caro vt ita diceret:Nũc anima mea turbata est. Et quid dicam?Pater saluifica me ex hac hora. Confortauit autẽ semetipsum protinus,dicẽdo: Sed propterea veni in horam hanc. Pater glorifica tuum nomen. Confortatio siue fortitudo hæc nimirum memorabilis & laudabilis est.Rectè igitur & oportunè dictum,quia in forti voce clamauit. Sed quomodo non repugnant sibimet partes clamoris siue dictionis huiusmodi? Cùm enim dixisset, cecidit cecidit Babylon magna,addidit: *Et facta est habitatio dæmoniorum,& custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immũdæ & odibilis.*)Quomodo & cecidit, & nihilominus tamen ita clausa & munita est, vt volucres volare non possint? Ad hæc breuiter dicendum clamãte angelo isto, id est, patiente Christo, quæ videlicet passio eius clamor grãdis extitit.
Hebr.5. De quo Apostolus, qui in diebus, inquit, carnis suæ preces supplicationesq; ad Deũ, qui illum saluum facere posset à morte, cũ clamore valido ac multis lachrymis offerens,exauditus est pro sua reuerentia:taliter ad clamorem eius ciuitas diaboli cecidit, vt omnes & soli euaderent ac ruinas eius transilire possent electi, ruptis vinculis peccatorum tam originalis quàm etiam actualium,propter iustitiam fidei ipsorum. Rectè igitur & cecidit Babylon, ait, & nihilominus facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis, quia videlicet in electis tantũ omnis structura peccati, cunctaque mortis & inferni potestas corruit: in reprobis, & damnatio peccati, & pœnalis inferni carcer persistit. Quod dixit, habitatio dæmoniorum, hoc repetiuit dicendo, & custodia omnis spiritus immundi. Dæmones quippè spiritus immundi sunt. Et quam ob rem repetiuit? Videlicet quia damnati angeli qui sunt dæmones siue spiritus maligni, duplici pro causa pœnas dabunt. Altera causa est, quia in cælo contra creatorem superbierũt. Altera,quia genus humanum prima quam serpentẽ prẽuaricatione deceptum, cunctis vitiorum sordibus polluerunt. Propter illam dæmones,hoc est, scientes quia contra scientiam Dei se se extulerunt: propter istam causam spiritus immundi dicuntur, quia spurcissimi sunt:quia sicut iam dictum est,genus humanum per suas suggestiones multimodis immunditiæ atque ignominiæ passionibus affecerunt. Porrò volucres immundæ & odibiles omnes superbi tam dæmones, quã homines rectè intelliguntur. Volatus nanque volucrum, leuitatem atque vanitatem significat superbientium. Nec verò qualibuscunque volucribus, sed immundis assimilantur. Verbi gratia,noctuis siue vpupis, quæ stercoribus humanis insidere delectantur,atque idcircò rectè immundæ & odibiles habentur. Taliscunque volucris Baby-*Esaiæ.13.* lon facta est custodia, & sicut per Esaiã dictum est, non poterit auolare de angustia. Causa siue ratio ruinæ quę subiungitur manifesta & superius partim exposita est. *Quia de ira fornicationis eius biberũt omnes gentes,& reges terræ cum illa fornicati sunt:& quia de delitijs eius mercatores terræ diuites facti sunt.*)Tria hic dicuntur quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes,quia reges terræ cum illa fornicati sunt:& quia delitijs eius mercatores terræ diuites facti sunt. Causę summa,totum fornicationis opprobrium,regibus imputatur,& hi sæpius in hac lectione fornicationis eiusdem scelere denotantur. Et meritò, quia videlicet quod meretrix illa docuit non solùm susceperunt, verùm etiam imperij sui decreto simul & gladio roborauerunt.

runt.Porrò gentes quæ regibus subiectę siue pro imperio illorum, siue spõte sua pro Deo, monstra coluerũt:rectè de ira,inquit, fornicationis eius biberunt.Non ait tantum de fornicatione eius, sed de ira fornicationis eius biberunt:quia videlicet fornicationem qua coluerunt & seruierunt creaturæ
Rom.1. potius quam creatori,protinus ira Dei subsecuta est, vt derelinqueret eos, & traderet passionibus ignominiæ, traderet eos in desideria cordis eorum in immunditiam, vt traderet eos in reprobum sensum, vt facerent ea quę non conueniunt. Nunquid verò contestanter dicitur, quia mercatores terrę de virtute delitiarum eius diuites fa-
1.Tim.6. cti sunt, & non potius eidem mercatores sic falso arbitrati esse culpantur? Denique nõ ipsa Babylon,id est,ipsa cupiditas radix omnium malorũ, & quicunque cupiditati prę sunt, maligni dæmones atque peruersi homines orbis terrarum seductores, qualium vniuersitas hic Babylon dicitur, & magna fornicationum mater:non, inquam, peruersitas talium, sed vnius Dei bonitas etiã bona eiusmodi, de quibus mercatores terrę ditati sunt, creauit & dedit: ipsi autem aliter sunt arbitrati. Vnde rectè de talib. Deus per prophetam dicit: Et filiorum illius non
Osee.2. miserebor, quoniã filij fornicationũ sunt, quia fornicata est mater eorum. Confusa est quę cõcepit eos,quia dixit: Vadam post amatores meos qui dãt panes mihi,& aquas meas, lanam meam,& linum meum, & oleũ meum, & potum meũ. Et hæc nescisse quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleũ, & argentum multiplicaui ei, & aurum quę fecerunt Baal. Sed & quod non dixit tantũ de delitijs, sed de virtute, inquit delitiarũ eius diuites facti sunt,stultitiam denotat ipsorum, apud quos paupertas probro habetur, & velut immane contemnitur vitium, diuitiarum autem abundantia virtus existimatur, cùm econtra Ethnicus quoque dicat.

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. Notandum tamen quòd non contentus est dixisse semel tantum, cecidit Babylon. sed geminato casus vel ruinę verbo,cecidit cecidit,inquit,Babylon. Et quidem repetitio affirmatio est,sed & prẽter hoc sciẽdum,quia Babylon hęc clamante angelo isto clamorem supra dictum, id est,patiente Christo pro salute omnium, vtrobique cecidit tam apud inferos, quàm apud superos, id est, viuentes,corruit. Denique & potestas eius infernalis confracta mortuos amisit,vt sanctorum populus qui tenebatur in morte captiuus, de illis exiret claustris & vinculis, & falsitas eius denudata est atque subuersa hic apud viuentes in dęmonũ templis atque simulacris, vt qui tenebantur in diuersis erroribus à diabolo captiui, exirent ad Deum viuum per euangelicam prędicationem de tenebris suis ad lumen verũ euocati. Rectè ergo geminatum est verbũ, quia & illic vis mortis, & hic dæmonũ cultus cecidit. *Et audiui aliam vocem de cælo dicentẽ: Exite de illa populus meus, vt nec participes sitis delictorum eius,& de plagis eius non accipiatis, quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum. Et recordatus est Dominus iniquitatum eius.*)Postquam angelus ille clamauit, aliam vocem de cælo audiui, inquit, quia postquam ipse Christus euangelizauit atq; passus est, spiritus sanctus de cælo venit, & linguas alias Apostolis Christi dedit.Extunc triumphus dominicæ passionis cœpit annunciari vniuerso orbi,extunc in omnes gentes pœnitentia & remissio peccatorum cœpit prædicari.Exite ergo *Actor.2.* inquit vox ista de Babylone, populꝰ meus, id est, agite pœnitentiam, & vnusquisque vestrũm in nomine Domini baptizetur. Hoc enim veraciter de Babylone exire est.

Populus ait, meus,id est,ô tu omnis qui ad vitam æternam es prædordinatus. Nam foris quidem omnibus prædicatur, & plerunq; reprobi quoque quasi ad credendum perducuntur,sed intus in proposito Dei soli electi requiruntur. Et quid intendat dicendo,exite: pulchrè definit subiungendo:vt ne participes sitis delictorum eius,& è plagis eius non accipiatis. Non ergo de loco ad locum exire iubentur,sed vitam mutare,vt relictis peccatis & supra dictis fornicationibus eius, consequenter & condignè plagarum quoq; eius immunes habeantur. Quoniam,inquit, peruenerunt peccata eius vsq; ad cælum,id est, quoniã fornicando,& sanguine sanctorum se se inebriando ad hoc vsque peruenit,vt ipsum occideret cæli regem & Dominum. Et ob hoc recordatus est,ait Dominus, iniquitatẽ eius,id est, diẽ statuit iudicij vniuersalis, in quo iniquitates eius puniantur. Vnde & sequitur: *Reddite illi sicut ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit, miscete ei duplum. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit,tantũ date illi tormentum & luctum.*) Quinam sunt hi qui reddere illi, sicut ipsa reddidit eis,& se-
Matth.9. cundum opera eius duplicia duplicare iubentur, nisi hi qui cum Domino sedente ad iudicandum in sede maiestatis suæ,sedebũt & ipsi iudiciarijs sedibus, videlicet sancti & martyres Iesu, quorũ inebria sanguine hęc meretrix superius ostenditur? Reddite,ergo,inquit, illi, sicut ipsa reddidit vobis,id est, condemnate illam, sicut ipsa sanguinẽ vestrum innocentem condemnauit. Parum erat dixisse, sicut ipsa reddidit vobis,nisi addidisset protinus, & duplicate duplicia secundum opera eius. Constat enim quia dum hæc sanctos persequitur, & martyres Iesu,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ieſu, corpus tantùm occidit, & poſt hæc non habet quid faciat: ipſi autem poteſtatē hanc in iudicio cum eodem Domino Ieſu habēt, vt corpus & animam mittant in gehennam. Benè ergo, duplicate duplicia, inquit, ſecundum opera eius. Itemque: & in poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum. Continuoque ait: Quantum glorificauit ſe', & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Pro gloriatione, qua ſe extulit, luctum: pro delitijs, quibus inordinatè vſa eſt, date illi tormentū. Duæ iſtæ damnationis eius cauſæ ſunt: altera, quia ſanctis & martyribus Ieſu mala reddidit, dum ſanguinem eorum fudit: altera, quia affluxit in delitijs & fornicationibus ſuis, quę videlicet cauſæ & ſuperius preſcriptæ, & hic ordine prepoſtero repetitæ ſunt. Summa reatus eius nota, vt peccati eius interminabilis ſit ſuperbia eius, quia videlicet non vtcunq; peccat aut fornicatur, ſed in peccatis & fornicationibus ſuis gloriatur, ſiue glorificat ſe. Vnde & hic ſubditur: *Quia in corde ſuo dicit: Sedeo * regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur, quia fortis eſt Deus, qui iudicauit illam.*) Quod taliter & ſic dicat in corde ſuo, ſedeo regina, & c. & quod idcirco plagas iſtas ſuſtinere habeat, prophetica iam dudum firmauit veritas. Nam in Eſaia propheta dicitur illi inter cætera: Deſcende, ſede in puluere virgo, filia Babylonis, ſede in terra. Virgo grauiſsima cum ironia dicitur illic: nam hic veraciter pronunciatur meretrix. Subinde dicitur ei: Dixiſti, In ſempiternum ero domina. Non poſuiſti hæc ſuper cor tuum, neque recordata es nouiſsimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidēter, quæ dicis in corde tuo: Ego ſum, & præter me nō eſt amplius. Non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem. Venient tibi hæc duo ſubitò in die vna, & ſterilitas, viduitas, & c. Itaq; propter ſuperbiam, quia non quomodocunq; peccat hæc meretrix, ſed ſuperbiendo peccat, & peccando ſuperbit & exultat, quod non ita, vt ciuitas DEI, quæ in hoc mundo peregrinatur, vidua ſit, cùm ſit meretrix & multi reges cum ea fornicentur, tanquam hoc ſit matrimonium legitimum beatæ reginæ potentis & dominantis. Propter hoc, inquam, iuſtum & irrepræhenſibile eſt iudicium, vt veniant plagæ iſtæ ſuper eam, mors, & luctus, & fames, & æterno comburatur igni. * Hæc verò ſententia dubitabilis eſt, quin certum debeat habere effectū: quia fortis, inquit eſt Deus, qui iudicauit illam, & ſemel voce vel ſcripto prolatam, non impotens eſt adimplere ſententiam. *Et flebunt & plangent ſe ſuper illam reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt, & in delitijs vixerunt. Et cum viderint fumum incendij eius, longè ſtabunt propter timorem tormentorum eius, & dicent: Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum.*) Hic iam meminiſſe iuuat ſcripti illius ſiue voluminis, de quo in Ezechiele propheta ſcriptum eſt: Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber & expandit illam coram me, qui erat ſcriptus intus & foris, & ſcriptæ erāt in eo lamentationes, & carmen, & væ. Ille namque liber, omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata eſt, qui coram propheta expanditur, quia fideli viro gratia Chriſti aperiente intelligibilis redditur. In illo libro ſcriptæ ſunt lamentationes, & carmen, & væ: quorū videlicet trium carmen & væ oppoſita ſunt, lamentationes verò quaſi mediū obtinent locum. Carmen quippe ſempiternū ſanctis & electis in futuro ſeculo S. ſcripturę repromittunt: Væaūt omnibus impijs, quales in iſto loco denotātur reges terræ, qui cum meretrice fornicati ſunt, & in delitijs vixerunt, & mercatores terrę, qui de virtute delitinrum eius diuites facti ſunt. Porrò lamentationes pœnitentiū ſunt, qui in præſenti peccata ſua temporaliter lamēntantur, ne perueniant ad illud væ ſempiternum. Hæc omnia, ſcilicet lamentationes, & carmē, & væ, ſcripturæ huius præſens locus ſimul congregata ſtudiose legentibus demonſtrat. Cūm enim dicitur: Exite de illa populus meus, vt ne participes ſitis delictorū eius, & de plagis eius non accipiatis: pœnitentia, ſicut iam antè dictū eſt, in omnes gētes prædicatur, quod nimirū lamentari eſt. Væ autē manifeſtius, quod impiorū eſt, hîc exprimitur, cū ipſi dicunt: Væ væ ciuitas illa magna Babylō, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudiciū tuū. Et rurſum: Væ væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſino, & purpura, & coccino, & deaurata auro eſt & lapide pretioſo, & margaritis, qa vna hora deſtitutæ ſunt tātæ diuitiæ. Itemq; tertio: Væ væ ciuitas magna, in qua diuites facti ſunt omnes qui habent naues in mari de pretijs eius: quoniam vna hora deſolata eſt. Tertio væ congeminatum eſt, atque ita ſexies væ dictum eſt. Et vna eademque cauſa dicendi væ væ vbique redditur. Paucis tamen commutatis vocibus, quoniam vna hora venit iudicium tuum, quoniam vna hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ, quoniam vna hora deſolata eſt. Omnia namque mundi ætatum, quæ ſex numero ſunt, tunc ſimul vindicabuntur in eis ſcelera, quorum nulla eſt ſeptima, id eſt, nullum ſabbathum. Et hoc mirum atque miſerrimum erit videre eis, qui tantopere amant hoc nequam ſeculum: quia tot dierum vel temporum, tot mundi ætatum opera mala iudicabuntur, & gaudia peribunt ſuccedente interminabili quantitate tormentorum, vna hora iudicij, vna hora deſtitutionis, vna hora deſolationis. Tunc omnia ſimul peribunt, in quibus fornicatores mundi amatores cum ſæpè dicta meretrice luxuriati ſunt. Aurum & argentum, & lapides pretioſi, & margaritæ, & byſſus, & purpura, & ſericum, & coccinum, & omne lignū thyinum, & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide pretioſo, & æramento, & ferro, & marmore, quæ vniuerſa pertinēt ad fornicationē oculorū. Deinde & cinamomū, & amomū, & cęterę ſpecies thuris, & odoramentorū, quæ nimirum hic ad fornicariū referuntur olfactum. Deinde & ſpecies vnguenti, quę ad luxurioſum ſpectāt. Deinde, inquit, & vini, & olei, & ſimilæ, & tritici, quæ vel quorum ſimilia referuntur ad guſtum. Poſt multa inſertur & vox citharœdorū, & muſicorum, & tibia canentium. Et tuba non audietur in te amplius, quæ ad quintū ſpectant corporis ſenſum, id eſt, ad auditum. Igitur omnia fornicationis inſtrumenta in quinque ſenſibus corporis lenocinātia damnantur, per quos videlicet ſenſus omne adulterium animæ à Deo fornicantis exercetur. Iumēorum quoq; & ouiū, & equorū, & rhędorū, & mancipiorū, & animarū hominū ſeruitia, inter perituram mundi ſupellectilem numerantur: ſed & poma ſuo nomine exprimuntur, quòd ipſa cupiditati inordinatæ perire debeant, dicendo: & poma tua, deſideriū animę diſceſsit à te. Nihilominus inter hæc concluduntur, quæcunque ſunt irritamenta gulæ, ſiue experimenta culinæ, dum additur: & omnia pinguia & clara perierunt à te. Ferè omnia voluptatis inſtrumenta quæcunque vel quantacunque quinque ſenſibus corporis hauriuntur, & per quæ dignior pars langueſcit hominis, & captiuatur, ſuis nominibus peritura exprimūtur, opportuna nimirum videntis & ſcribētis diligentia. Quia videlicet in illa hora cū cœperit hic mundus ſupremo igne conflagrari, miſerum cunctis amatoribus eius dedit ſpectaculum, vbi non ſine magno dolore perire videbunt, quæcunque cum amore nimio poſſederunt. Vnde vt doloris vehementiam inſinuet fore non paruam, ſemel & iterum, ac tertio flentium atque lugentium inconſolabilem præſcribit miſeriam. Ait enim: *Et flebunt, & plangent ſe ſuper illam reges terræ.*) Et iterum: *Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt ſuper illam, quoniā merces eorū nemo emet amplius.*) Ac deinceps: *Et omnis gubernator, & omnis qui in loco nauigat, & nautæ, & qui maria operantur longè ſteterunt, & clamauerunt viuentes locum incendij eius, dicentes: Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Et miſerunt, inquit, puluerem ſuper capita ſua.*) Puluis ſuper capita, pœnitudinis triſtitiam ſignificat. Verū illa pœnitudo iam vtilis non eſt fructuoſa, quia nimirum ſera eſt. Simulq; ſciendum, quia iam in ipſis pœnitentibus ratio aut ſapientia nulla eſt. Qualis enim ve quàm rationabilis eſt modus pœnitentiæ, vbi flentes & lugentes clamant & dicunt, quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Etiam nūc phantaſiam gloriæ tranſitoriæ, quam viderant, arbitrantur magnam ciuitatem fuiſſe. Non ergo tam dolent ſe voluptates noxias admiſiſſe, quā eaſdem voluptates ſibimet irrecuperabiliter perire. Et profectò ſi poſſent cuncta hæc pereuntia cupiditatis fomēta, quæ hic cum tormento ipſorum nomina tim exprimuntur, de incēdio liberare, ſibique retinere cuperent. Sed procul dubio non poterunt, rebuſque pereuntibus longè aberit auxilium ipſorum pariter pereūtium. Vnde cum magna inualetudinis eorū ſignificatione ſemel & iterum, ac tertio hic eſt dictum, quia longè ſtabant. *Cum*, inquit, *viderint reges fumum incendij eius, longè ſtantes propter timorem tormentorum eius, dicent væ væ.*) Item: Et mercatores hominum qui diuites facti ſunt ab ea, longè ſtabunt, propter timorem eius flentes & lugentes, & dicentes væ væ. Et paulò pòſt: Et omnis gubernator, & nautæ longè ſteterunt, & clamauerunt flentes & lugentes, & dicentes, væ væ. Omnes omnes omninò tam reges quàm nautæ ſiue gubernatores, tam nautæ quàm negotiatores longè ſtabunt, non tam loco, q̄ defectu cordis, & animo inualido: quia videlicet nec reges tunc arma vel exercitus ad pugnandū, neque nautæ remos ad nauigandum, neque negotiatores inſtitas ad colligendas ſarcinas habebunt. Nam & iumentorū, & equorum, & rhædarum ſubſidia cuncta deerunt. Notandum interea quia paſtores aut ruricolæ, fletum hunc & luctum habituri non ſcribuntur, quia videlicet ſimplicis vitæ officia ſunt, magiſque neceſſario vſui, quàm ſuperfluę cupiditati famulātur. Ab eiuſmodi fletu & luctu rectè nimirum nautæ non excipiuntur, quia nonnihil & ipſi rident & gloriantur, dum remigant, & proſpero per maria curſu feruntur. Hoc ita eſſe procul dubio præſenti quiſquis nauium proſperè velificantium aliquando vidit, nautarumque laſciuientium celeuma (quod eſt carmē nauticum) audiuit. Neque enim ſic excuſabiles aut ruricolæ aut paſtores, quorum cū nónullis Deus ab initio locutus eſt, iſti quoque videri poſſunt, quorum lacertis non ſolùm mercatoriæ, verum etiam pugnatoriæ naues actæ cucurrerunt, & bellico ſanguine marinos perſæpè fluctus infecerunt. Sequitur: *Exulta ſuper eam cælū & Apoſtoli, & ſancti prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium veſtrum de illa.*) Iam de lamētationibus, & væ hic in loco ſuo diximus, de carmine quod tertium erat in ſupra dicto volumine ſcriptū, poſtmodum ſuo loco dicemus. Nunc interim quod ſupeſt de dānatione meretricis ma-

Luc. 12.

Vt regina

Eſa. 47.

Ibidem.

Nec

Ezech. 2.

Apoſtoli:

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnę, quodq; adhuc ad væ ipsius peetinet, p-
sequamur: *Exulta*, inquit, *super eā cælū, & Apostoli; & sancti prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudiciū vestrum de illa.*) Statimque sequitur: *Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon magna illa ciuitas, & vltra non inuenietur.*) Memoriter tenendum est, quia cuncta hæc damnatio meretricis ad cōsolationem, non solùm huic Ioanni, sed prioribus quoque reuelata est prophetis, sicut prædiximus in initio huius visionis: vt videlicet consolationem habeant in aduersis, & tribulationes patienter ferant, scientes, quia quæ illos persequitur pars aduersa, non sic semper erit, non semper voce prævalebit, sed tolletur de medio, pacatumque relinquet Dei regnum, & nullum vltra faciet illi scādalum. Quod cùm factum fuerit, sicut præcedens sermo vehementi declamatione significauit, tunc nimirū & angelis, & hominibus sanctis plenum gaudium erit. Ait ergo: Exulta super eam cælum, id est, iam completa ex hominibus cælestis societas angelorums exultate Apostoli, exultate prophetæ sancti, & vos omnes martyres Iesu, quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa, quoniam factum est vt clamor vester expetebat dicē tium: Vsquequo Domine sanctus & verus *Sup. 6.* non iudicas & vindicas sanguinem nostrū de his qui habitant in terra? Hic illius vocis verba finiuntur, quæ superius audita de cælo sic exorsa est: Exite de illa popul⁹ meus. Porrò hic angelus fortis, qui continuò lapidem magnum quasi molarem sustulisse, & in mare misisse dicitur: Hoc, inquiens, impetu mittetur Babylon magna illa ciuitas, & vltra non inuenietur, ipsum fortē & potentem significat Dominum, qui sedens in sede maiestatis suæ, congregatis ante se cūctis gentibus, his qui à sinistris eius erant, proprio ore dicturus est: Ite maledicti in i- *Mat. 25.* gnem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc enim veraciter vniuersa ciuitas diaboli cum magno impetu in profundum mittetur, & sicut lapis magnus in mare missus non supernatat, neque resilit vlterius, sic illa semel præcipitata, de inferno non emerget amplius.

Et congruè non qualemcūque lapidem, sed quasi molarem pro exprimenda similitudine dixit: quia videlicet Babylon ista sicut peccati pondere grauis, ita & erroris agitatione instabilis est. Hoc vtrunque lapis molaris conuenienter innuit, qui & pondere grauis est, & pro molendi officio semper circuit. Et continuò sequitur: *Et vox citharœdorum & musicorum, & tibia canentium, & tuba nō audietur in te amplius.*) Hoc autem superius anticipauimus pro continuandis quinque sensuū corporis voluptatibus, quia cætera quę illic deflebantur, cæteris sensibus luxuriantibus famulantur, istis autem, id est, musicis instrumētis demulcetur auditus. Nec verò frustra tantæ meretricis musica omnis condemnatur, quia nimirum ludicra & lasciua, imò etiam tuepia & dæmonum quoq; phāe tasmata sunt, quæ ab illa cantitantur, & eorum suauitate maximè ad incitamenta libidinum eadem meretrix abutitur. Cæterum in veris Dei veri laudibus pulcherrimè artis musicæ rationabile obsequium laudabiliter acceptatur, & eis, qui legitimè canùt, & sapiēter psallunt, remuneratio vel præmiū erit carmen æternum, de quo pòst paululū scriptura hæc bonum referens auditum, magnificè consolatur patientiam sanctorum. *Et omnis artifex, & omnis ars non inuenietur in te amplius. Et vox molæ non audietur in te amplius. Et lux lucernæ non lucebit tibi amplius. Et vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te, quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.*) Hic omnia vt dicuntur, ita sunt: quia non solùm *1. Cor. 7.* artificia quęlibet non supererunt, verbi gratia, plantantium vel ædificantium, imò etiā quæ plantata & ædificata fuerāt penitus auferentur, quippè cùm insuper scriptum sit: quia præterit figura huius mundi, & neque molent, neque cætera ventris ministeria iā quærent aut inuenient, & sic lumine omnis lucernę carebūt, vt in sempiterno impij sint horrore tenebrarum, & sicut verum est q̄ ante promittitur eis, vt dicant, væ væ, iat certum & immutabile est, quod nūc dicitur, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te. Quod autē subiungitur: Quia mercatores tui erant principes terræ, idem est ac si dicat: Idcircò nihil omninò commoditatis remanebit in te, quia & si quippiam visa es habere qualiscunque iustitiæ, tu bona recepisti in tuo tēpore qualia quæsisti, pro qualibus acquirendis siue tutandis, tu leges nō nullas à ratione non dissentientes foris vel intus habuisti, & custodisti. Neque enim tale quid propter verā vitam obseruasti, sed vt securius principes tui negotiarentur in acquisitione auri & argenti, prædiorumq; & tractuum maris, & nihil deesset voluptatibus explendis. Tuam ergo mercedem recepisti, de cętero quæ tibi reposita erat damnatio nunc debetur, & nunc redditur tibi ęterni iudicij. Propter duo hæc, quia in veneficijs tuis errauerunt, & quia sanguis prophetarum & sanctorum in te inuētus est, de quibus causis plenius iam supra dictum est. Non solùm autem prophetarum & sanctorum requitur ex te, verùm etiam omnium pariter qui interfecti sunt in terra, quia videlicet bellorum & homicidiorum omniū quæ fuit causa, nisi radix omnium malorum cupiditas? Iam de lamentationibus pœnitētium, & de multiplici væ impiorum atque impœnitentiū dictum est, nunc de carmina iustorum vocem magnam, vocē desiderabilem de cælo auditam, sensu diligentiore carpamus. *Post hæc audiui quasi vocem magnam tubarum multarum in cælo dicentium, Alleluia, Laus & gloria, & virtus Deo nostro, quia vera & iusta iudicia eius sunt, quia iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinē seruorū suorū de manib. eius. Et iterum dixerunt alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes. Amen, alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum pusilli & magni. Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium, alleluia.*) Hic est auditus consolationis, hoc est, carmen in supra dicto libro scriptū, carmen exultationis, carmen vestrum, ô peregrini ciues cælestis patriæ, qui in hoc mundo peregrinamini, & lamentamini. Quando flebunt & lugebunt reges illi, mercatores illi, gubernatores & nautæ illi, videntes perire vanitates *Alleluia.* & insanias falsas, in quibus sunt confisi, & dicent væ væ, tunc vos alleluia cantabitis. Alleluia nanque verbum Hebraicū interpretatur, laudate Dominū: & hoc nomine plerique Psalmi titulati sunt, quorū in vno taliter præscriptū est: Alleluia, reuersi Aggei, & Zachariæ, Aggæus, & Zacharias prophetæ captiuationem filiorum Israel factam à Nabuchodonosor solui prædixerunt, & tēpli destructionem, & ipsi quoq; reuersioni illorum in Hierusalē, & reædificatione templi interfuerūt, in similitudinē videlicet electorum omnium de peregrinatione hac, vbi malā intulit illis damnata illa meretrix Babylon, ad æternam & cælestem ciuitatem suam Hierusalem, redeuntium. *Audiui ergo, inquit, post hæc quasi vocem tubarum multarum in cælo dicentium alleluia.*) Notanda mirabilis oppositio, quia illi eiulantes tertio dicunt væ væ, ciuitas illa, isti econtra lætantes tertio dicunt alleluia. Primo nanque audiui, inquit, quasi vocem magnam dicentium alleluia, secundo & iterum ait: dixerunt alleluia, tertio & adorauerunt Deum sedentē super thronum, dicentes: Amen, alleluia. Nec isto contentus iterum repetiuit quod dixerat: Et audiui quasi vocē tubæ magnę, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentiū, alleluia. Quater ergo dictum est alliluia.

Et si placet interpretationē vel sensum vocis huius æquipollenter accipere, sicut illic sexies væ, ita & hic alleluia sexies dictum est. Nam postquam primo dictum est, alleluia: subiunctum est laus & gloria, & virtus Deo nostro est: Itē postq̄ dictum est, & adorauerunt Deū sedentē super thronum, dicētes, amen alleluia, subiunctū est: Et vox de throno exiuit, dicens: Laudē dicite Deo nostro omnes serui eius. Igitur sicut illic sexies væ ita hic sexies audis alleluia, siue laudem Deo, quia & illi quorū est væ, per sex mundi ętates in illis fornicationib. alij alijs succedentes, væ illud sibi thesaurizauerūt: & isti, quorū est alleluia, itidem per sex mū di ætates alij alijs succedētes semetipsos ad laudem & gloriā Dei in sanctis virtutibus exercuerunt. Cantāt ergo & laudant, & speciosa est laus in ore ipsorū. Et quid cantantes laudant, quid laudantes cāant? Iudiciū & misericordiā, in quibus tota pendet materia cantionis & laudis diuinæ, Psalmista di- *Psal. 100.* cente: Misericordiā & iudicium cantabo tibi Dñe. Et quidem antequam fiat iudiciū, prius est misericordiā, & deinde iudicium cantare: postq̄ autem factū fuerit iudicium, prius erit veritatem iudicij laudare, deinde misericordias in æternū cantare. Nūc enim misericordia prius offertur, & deinde misericordię cōtēptoribus iudicium rependitur tunc aūt prius & semel iudicium actu celebratur, & deinde misericordia, sicut iā dictum est, in æternū cantatur. Prius itaq; iudiciū laudant cū dicunt: *Quia vera & iusta iudicia eius sunt, quia iudicauit de meretrice magna quæ corrupit terrā in prostitutione suā, & vindicauit sanguinē seruorū suorum de manib. eius.*) Duab. ex causis, p quib. meretricē superius damnatā esse dixi mus veritatē iudicij laudāt, quarū altera est, quia terrā in prostitutione sua corrupit: altera, qa sanguinē sanctorum fudit. Deinde misericordiā dulcissimo cōcentu laudāt cū dicūt: *Quoniā regnauit dominus Deus noster omnipotēs gaudeamus & exultem⁹, & demus gloriā ei, quoniā venerūt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datū est illi vt cooperiat se byssino splendēte cādido*) Inde laus & gloria, inde gaudiū & exultatio, inde toties alleluia: quia dū iudicatur mulier illa meretrix & prostituta illa, celebrāt nuptias suas agn⁹ & vxor eius, mulier alia, mulier beata. Dicūt ergo alleluia succinendo quoniam regnauit Dñs Deus noster omnipotens. Quis Dominus, aut quis Deus? Agnus ipse cū quo pugnauerunt fornicatores illi reges, & vicit illos: quoniā, inqt, Dñs dominorū est, & rex regū. Inde gaudeamus & exultemus, quia vicit & regnauit, & demus gloriā ei nos electi, & vocati, & fideles q̄ cū illo sum⁹ & cū illo vicim⁹. Nos victores siue victorię eius participes, in eo dem⁹ gloriam ei, vt nó nobis q̄ vicimus, sed illi totū attribuamus soli triūphatori, soli omnipotenti. Nec verò solūmodo quia vicit & regnauit, sed quia venerunt nuptiæ eius, & vxor eius præparauit se, quā pater illi destinauit, dicens in Dauid in cantico Epithalamij: Sedes *Psal. 44.*

CAP. XIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tua Deus in seculũ seculi, virga directionis virga regni tui. Astitit regina à dextris tuis. In quo præparauit se? In vestitu deaurato, in fimbreis aureis circũamicta varietatib. quarum omniũ primum byssinum est splẽdens & candidũ. Byssinum enim, inquit, iustificationes sunt sanctorum. Porrò iustificatio prima siue iustificationis principium fides est, quæ sicut Abrahæ reputata est ad iustitiã, ita & nobis credẽtib. inquit Apost. reputabitur ad iustitiam. Hoc illi, videlicet vxori eius datũ est, quia proculdubio fides dõnũ Dei est. Huic byssino splendẽti & candido inimicũ erat illud damnatæ meretricis coccinum, non datum sed raptum: non splendens. sed horridum: non candidum, sed sanguineũ. Vox ista canentiũ, vox erat sicut aquarum multarũ, & sicut tonitruorũ, magnorum, imò & sicut tubarũ multarum quia vox erit concentus populorũ multorum, magno tonitru cordiũ, id est, magna deuotione intonãtium multorumq; milliũ sanctorum quasi tubicinando nõ bellũ, sed pacem & charitatem sanctæ trinitati semper occurrentem, semper occursurã in suis cordibus excitantiũ. *Et dicit mihi: Scribe: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni sunt vocati.*) Hoc apud omnẽ fidelem animã ita cõstans & certum est, vt illi magis vacet suspirare, q̃ de veritate sententiæ disputare. Verũ nanq; est, & hoc verum iã scitur velut antiquum, & sciendũ est semper quasi nouũ. Scribe ergo, inquit, quia beati sunt vocati ad illã cœnam, non qualiscunq; calendæ aut festiuitatis, sed nuptiarũ agni. Ibi nanq; tota cœna est amor, vbi vxor viro, id est, anima cõiungitur Deo, non ad horã, sed æternaliter: quia hæc cœna nuptialis, hic amor cõiugalis vita ęterna est. *Psal. 35.* Hinc est illud in Psalmo: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. *Et dicit mihi: Hæc verba Dei vera sunt.*) Qui hęc dicit, angelus vnus est de septẽ angelis qui habebãt septem phyalas, qui locutus est supra cũ eo dicens: Veni, ostendã tibi damnationem meretricis magnæ quæ *Supr. 7.* sedet super aquas multas, &c. Plus ostendit quam promiserat, quippè qui nõ solummodo damnationem meretricis, verũ etiã glorificationem beatæ mulieris, vxoris agni, & auditum carminis cælestis, qp est alleluia, ostendit & audire fecit. Et hæc, inquit, verba Dei vera sunt: vt videlicet omnia hæc sic accipiamus, nõ vt verba cuiusuis hominis aut etiã angeli, sed vt verè verba Dei & vera atque rationabilia esse arbitremur, etiã si minus intelligere aut exponere queamus. Porrò Ioannes q̃ gratanter acceperit, quanti æstimauerit demonstrationes eiusmodi, claret ex eo quod dicit: Et cecidit ante pedes eius, vt adorarẽ eum. Statimq; sequitur: *Et dicit mihi: Vide ne feceris. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum, habentiũ testimoniũ Iesu: Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ.*) Ergo Ioannes hic, qui nescire non poterat, Deum vnũ & solũ ab homine debere adorari, paulisp̃ excessu mẽtis in quo erat, minus clarè hoc ipsum attendit. Veruntamẽ non lõgè à suo sensu aberrauit. Nã ante illum nõnullos veterũ sanctorum procidisse legimus, angelos & nõ esse prohibitos. Cur ergo hũc *Gen. 12.* angelus iste tam vehementer prohibuit dicendo, vide ne feceris? Videlicet, quia ex quo Deus homo factus est, vtramq; suscepit naturã hominis, & eandẽ pro omni mũdo passioni & morti addictam suscitauit, & ad dexterã patris collocauit, sanctumq; spiritum recõciliationis dedit hominibus, iam fratribus & amicis suis ex eo dignitas naturæ humanæ supra semetipsam creuit, & perducta est vsq; ad mensurã angelicæ dignitatis. Proinde cũ dixisset, vide ne feceris, continuò cur prohiberet rationẽ hanc reddidit. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum, habentium testimonium Iesu. Ergo Deum, inquit, adora, quẽ & ego cõseruus tu⁹ adoro. Et cõtinuò quasi quæreres quid dixerit, habentium testimonium Iesu, vel quid sit testimonium Iesu, curauit statim aperire testimonium, inquiens, Iesu, est spiritus prophetiæ. Et quis est spiritus prophetiæ, nisi spiritus sanctus? Hic planè testimonium nostrũ *Rom. 8.* est, sicut dicit Apostolus. Non accepistis spiritũ seruitutis iterum timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba, pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro q̃ sumus filij Dei. Ergo quia testimoniũ fideliũ Christi spiritus sanctus est, & nõ de qualibet parua re testificatur eis, sed de eo quod sunt filij Dei, rectè monentur in vno Ioanne, quatenus neminem nisi solũ & vnum Deum adorent, suæ conditionis & acceptę gratiæ respiciendo dignitatem. Quod cùm ita sit, poterat quidem rectè sic dici: Testimoniũ enim Iesu spiritus sanctus est, siue spiritus adoptionis filiorum quem acceperunt, sed p̃ persona Ioannis pulchrius dixit: Testimonium Iesu, est spiritus prophetiæ: quia prophetia est hęc Apocalypsis, sicut præmissum est in exordio voluminis cùm dicit: Beatus qui legit, & qui audiunt verba prophetiæ huius. Dicendo ergo, testimonium Iesu est spiritus prophetiæ, Ioannem ipsum cõmonitum esse voluit, eius quam acceperat excellentioris gratiæ, quia cùm omnes qui spiritum sanctum acceperunt testimonium habeant quòd sint filij Dei, multo magis iste dilectus Iesu Christi, qui talem tantamq; prophetiam accepit.

DECIMI LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER VNDECIMVS.

GAVDENDVM & exultandum esse consolatis ciuibus regni Dei, peregrinantibus hic inter filios huius seculi, vox paulo ante de cælo audita cecinit idcirco, quia Dominus de meretrice magna iudicauit, & quia ipse DOMINVS DEVS noster omnipotens regnauit, & quia venerunt nuptiæ agni. Recipiunt consolationem istam insinuatam mentibus suis à sancto spiritu pietatis. Exempli gratia, dum ipsi dicunt in *Psal. 125.* Dauid: In conuertendo Dominus captiuitatem Sió, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrũ, & lingua nostra in exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit Dominus facere cum eis. Congaudeamus igitur & nos, & exultemus sicut consolati, sed ita, vt gaudium & exultationem moderetur, & cum disciplina sua dirigat timor Domini. Nam in eodẽ Dauid *Psalm. 2.* dicit ipse spiritus timoris Domini: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Sunt autem duo timores, alter seruilis siue pœnalis, quẽ perfecta charitas foras *1. Ioann. 4.* mittit, de quo Apostolus: Non accepistis, in- *Rom. 8.* quit, spiritum seruitutis iterum in timore: alter liberalis & dulcis, de quo Psalmista: *Psal. 18.* Timor, ait, domini sanctus permanens in seculum seculi. Seruilis ille timor locum non habet hic. Vbi enim electi Dei sic sunt consolati, post audita atq; intellecta spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis opera, quæ sicut in scripturis sanctis sparsim expressa, ita & in hac mystica reuelatione sunt sub tantis imaginibus cõgregata, quomodo locum vllum timor pœnalis haberet? Ergo timendum quidẽ consolatis, sed timore sancto, timore casto, videlicet vt humiliter in fundamento humilitatis stent, qui consolatione spiritus sancti digni habiti sunt. Itaq; ab alio rursus exordio demonstratio saluta ris reperitur, & qui sæpius in his reuelationibus agnus visus, vel dictus est CHRISTVS Dei filius, tali schemate semel atque iterum ac tertio conspicitur, vt obliuiſci nõ possint etiam consolati adhuc superesse quippiam cur timeatur. Nam sequitur: *Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis & verax, & *iustitiam iudicat. Oculi aũ eius sicut flãma ignis, & in capite eius diademata multa. Cum iusti-* *Supra 4.* *ta, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. tia iudicat Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomẽ & pugnat. eius, verbum Dei: Et exercitus, qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo mundo. Et de ore ipsius procedit gladius acutus, vt in ipso percutiat gentes, & ipse reget eos in virga ferrea. Et ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet in vestimento & in fœmore suo scriptum: Rex regum & dominus dominantium.*) Cuncta hæc bene perspecta vsq; ad id, quod ait: Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum à cuius conspectu fugit terra & cælum: & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorũ, & infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis, cuncta, inquam, hæc diligenter animaduersa plena timoris sunt, & prudentem animam ad timorem sanctum benè & vtiliter instruunt: quippe cùm nemo sapiẽs gloriari audeat, quòd in illa die, in illa hora benè præparatus inueniatur casto corde & perfecta conscientia. Nusquam in omnibus quæ in hac Apocalypsi à septem spiritibus, qui in conspectu throni Dei sunt, reuelantur sub imagine tam terribili, Iesus Christus, qui est testis fidelis conspicitur, ab eo loco, vbi sedens supra sedem similis erat adspectui lapidis iaspidis, & sardini, & iris erat in circuitu sedis, vsq; ad locum præsentem: Ibi spiritus sapientiæ reuelationes atque apparatum consideraũimus. Secũdo loco agnus visus est in medio throni, & in ipso accipiente de dextera sedẽtis in throno librum, & aperiente illum, & soluente septem signacula eius: suis in operibus sanctum prędicauimus intelligentiæ spiritum. Tertio loco, vbi in figura eius stetisse scribitur angelus ante altare, aureum habens thuribulum in manu sua, septemque tubis in ordine suo canentibus, rursus ante cantum tubæ nouissimæ conspicitur angelus, & iris in capite eius: ea, quæ per ipsum circa nos egit sanctus consilij spiritus opera perstrinximus. Quarto loco filius masculus muliere magna pariente natus conspicitur, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, qui & raptus est ad Deum, & ad thronum eius, & ibi subsequentibus bellis, victoriaq; multiplici celebrata, sanctum fortitudinis spiritum operantem agnouimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinto loco agnus supra monté Sion stans, cú sodalibus suis canticum nouú citharizantibus conspicitur, & deinde idem filius hominis falcem in sua manu habens acutã, post quem ingrediuntur septem angeli habentes, atq; effundétes septé phyalas plenas iracundiæ Dei, & ibi spectauimus sanctũ scientiæ spiritum, quę vel qualia circa genus humanum operatus sit. Sexto loco siue sexta recapitulatione, ostensa meretrice & bestia quę portat eam, & pręmisso de cornib. eius, id est, de regibus terræ, quia hi cũ agno pugnabunt, & agnus vincet illos: item angelus de cælo descendens, habens potestatem magnam conspicitur, & terra illuminata est à gloria eius, & ex eius ore loquenté spiritú pietatis, ea quæ ad consolationem pertinét sanctorũ, agnouimus. Nusquam talis tã terribilis facies eius apparuit, vt in hac septima parte visionis, vbi primũ cũ exercitu & gladio oris sui iudicans & pugnans, tandemq; sedens fugiente terra & cælo, iudiciumque agens conspicitur. Vnde hic nõ incongruè is qui in numero septem spirituũ deorsum nouissimus est, spiritus timoris ordine suo recognoscitur, ex operum suorũ proprijs imaginibus. Nunc scripturæ seriẽ persequamur. *Et vidi*, inquit, *cælum apertum, & ecce equus albus.*) Cælũ hic apertum, descendẽtis ad nos Dei & Domini nostri designat prospectũ, iuxta illud propheticũ: Quia prospexit de excelso sancto suo, Dñs de cœlo in terram aspexit. Itẽ: Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Denique hoc est q̃ protinus sequitur: *Et ecce equus albus.*) Siquidẽ equus albus, immaculatũ de virgine sumptum est Domini corpus, de quo plenius illic diximus, vbi aperiente agno vnum de septem libri signaculis, exiuit equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Ipse qui illic habebat arcum, & cũ corona exiuit vincens vt vinceret: *Vocatur hic fidelis & verax: & iustitia*, inquit, *iudicat & pugnat, & oculi eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, & exercitus qui sunt in cælo sequebantur eum in equis albis. Et de ore eius procedebat gladius vtraque parte acutus.*) Primum quàm digna & q̃ vera sunt vocabula, fidelis & verax. Fidelis nanque est, videlicet Deo & patri, cui fideliter obediuit, quẽadmodũ Apostolus dicit: Cõsiderate Apostolum & pontificẽ confessionis nostræ Iesum, qui fidelis ei qui fecit illum, sicut & Moyses, in domo illius. Amplioris enim glorię iste præ Moyse dignus habitus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanq̃ famulus in testimonium eorũ quæ dicenda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Sed & per prophetam Deus ipse dicit: Et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fidelis: Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Item: Verax iste est, imò & ipsa veritas: Ego, inquit, sum via, veritas & vita. Et Ioannes baptista: Qui autẽ, inquit, accepit eius testimoniũ, signauit quia Deus verax est. Nimirum scriptura dicit: Omnis homo mendax. Hic autem quia non homo tantùm, sed & Deus est, rectè dicitur & est, Deus verax, homo cuius solius veritas, imò qui cùm sit ipsa veritas, nos liberat. Ipse qui posuit hæc omnia, nominum quoque ipsorum causas actuales apposuit dicendo: *Et iustitia iudicat & pugnat.*) Nam quia iustitia pugnat, & neminem nisi causa iustitiæ impugnat, neminem nisi iustè expugnat, quippè qui non nisi contra superbos bellica corripit arma, sicut scriptum est: Deus superbis resistit, profectò fidelis est. Item quia iustitia iudicat, nec dicit malum bonum, & bonum malum, nimirũ verax est. Et quia per ignorantiam falli nunquam potest, vt iniustè iudicet: oculi, inquit, eius sicut flamma ignis. Omnia clarè videt, & sicut iam dictũ est, falli non potest vt iniustè iudicet. Sunt autem oculi eius omnes numero septé gratiæ sancti spiritus. Vnde & in hoc eodem libro agnus, & in propheta Zacharia lapis vnus septem oculos habere scribitur. Item quia iustitia iudicat siue iustè pugnat, semper superat, & tam in sua persona quàm in singulis fidelibus suis pugnando triumphat. Idcircò protinus subditur: Et in capite eius diademata multa. Videlicet quia sanctorum omniũ victoriæ vel coronæ ad gloriam & gratiam ipsius referuntur, idcircò multa diademata in capite eius. Nam hinc est quod de ipso sub nomine filij Iosedech sacerdotis magni ad prophetam Zachariam Deus loquitur: Sume à transmigratione, à Baldai, & à Tobia, & ab Idaia, & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone, & sumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & loqueris ad eum dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Ecce vir oriens nomine eius, & cætera. Denique iuxta sensum mysticum Iesu filio Iosedech sacerdoti magno imponuntur coronæ, sumpto argento & auro à transmigratione, siue ab ijs qui venerũt de Babylone: quia nobis proficiscentibus & reuersis ad meliora, per singulas virtutes nostras Dominus coronatur, immò nobis per virtutem pœnitentiæ coronatis, saluator in singulis coronã accipit, iuxta illud quod & Paulus loquitur: De cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus iudex: nõ solùm autẽ mihi, sed & omnib. qui diligũt aduẽtũ saluatoris nostri Iesu Christi. Quia ergo

Psal. 101. *Psal. 84.* *Sup. 6.* *Hebr. 3.* *Esa. 55.* *Ioan. 14.* *Ioan. 3.* *Psal. 115.* *Iacob. 4.* *Esa. 5.* *Zach. 3.* *Zach. 6.* *2. Thess. 4.*

ergo veraciter multa diademata in capite eí°, & sicut Apost. ait: ipse omnia in omnib. adimpletur, rectè subiungitur: *Habens nomen scriptũ, quod nemo nouit nisi ipse.*) Nã prẽter ipsũ nemo scit quanto nomine vel quantum ipse sit nominatus aut nominandus, quippè cum numerum eorum præter ipsum nemo sciat, quorũ coronis ipse coronatur, quorum salutis autor ipse nominatur. Vbi ergo scriptum habet nomen istud, si non scitur? Denique in sanctis scripturis eius nullum scriptum est nomen ipsius quod non legatur, quod non sciatur? Nec verò quia dixit, habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse, cõsequenter dici potest indefinitè, q̃ nomen eius nesciatur. Nã quia hoc dixit, ipse protinus ait: Et vocatur nomẽ eius, verbũ Dei. Illud ergo nomen q̃ & scriptũ esse, & à nemine scire asserit vbi scriptũ est? Nimirũ in magno libro vitę, qui non est aliud q̃ secretũ eius sciẽtiæ siue præsciẽtię. Nã vbi scripta nomina electorum omniũ, ibi nõ potest abesse quãtorum salutis autor ipse sit, quorũ numerus profectò cuiusdã nominis eius omnib. incognitũ definitio est. *Et hic vestitus erat veste aspersa sanguine, & nomẽ eius verbum Dei.*) Quod idem est ac si diceret: Hic & vt homo passibilis & mortalis, passus & mortuus est: & impassibilis atque immortalis, Deus est. Nam in passione vestis eius, id est, caro eius suo sanguine aspersa est. Vnde & ꝓpheta vehementer admiràs pecũctatur & dicit: Quis est iste qui venit de Edó, tinctis vestibus de Bosra? Et illo respondente, ego qui loquor iustitiã, & ꝓpugnator sum ad saluandum. Ait: Quare ergo rubrũ est indumẽtum tuũ, & vestimenta tua sicut calcantiũ in torculari? Quare, inquit, rubrũ fecerunt vestimẽtũ tuũ, quare sanguinẽ tuũ fuderũt, si tu iustitiam loqueris, si tu peccata nó fecisti, nec inuẽtus est dolus in ore tuo? Ergo vestis sanguine aspersa caro est innoxia, mortẽ & proprij sanguinis effusionẽ perpessa. Porrò nomen eius vocatur verbum Dei, verbum per q̃ omnia facta sunt, & sine quo factũ est nihil, quod mori nõ potuit: per q̃ & ipsa, quæ mortua fuerat, caro reuixit. Exẽplũ patientiæ & mortis eius millia sanctorũ sequuntur. Ait ergo: *Et exercitus qui sunt in cælo sequebantur eũ in equis albis, vestiti byssino albo mundo.*) Denique exercitꝰ eius martyres & oẽs sancti sunt, quicunq; in hoc mũdo quolibet modo propter ipsum agonizati sunt. Nã propter ipsos agones quos pertulerunt, exercitus dicuntur. Quomodo sequebãtur eũ? In equis albis, inquit, vestitu byssino mundo. In equis albis, id est, in corporib. candidis baptismo purificatis, iustificatione bonorũ operum, quæ per byssinũ albũ & mundum significantur, decẽter ornatis. Taliter euntes sequebãtur eũ, hi maximè qui vitę munditiã sanguinis sui aspersione superinduerunt per martyrium. Nã & ipse prius equo albo sedens post etiam suo sanguine aspersus est. Vnde sponsa eius in Cãticis rectè gloriãdo loquitur: Dilectus meus candidus & rubicundus electus est ex millib. Cãdidus, videlicet virginitate, rubicundus passione. Præterea exercitus eius oẽs virtutes cælorũ sunt, & ipse est qui in ꝓphetis & psalmis toties dicitur Dominus exercituũ, Dominus virtutũ. Hic iam multũ est quod timeatur dum dicitur, quia iustitia iudicat & pugnat, & quia exercituũ siue virtutum Dominus est. Nam ipse est ille rex cui ad bellũ nõ temere est occurrendum, id est, apud quẽ vel cuius in iudicio non facilè est de iustitia præsumendum. Deniq; iuxta illud exemplũ euangelicũ cõtra nostrum qualemcunq; exercitũ ipse habet duplum. Si noster decẽ millium, eius exercitus viginti milliũ est, id est, si nos de operibus iustitiæ nostræ cõfidimus, ipse de operibus simul & cogitationib. rationes contra nos est positurus. Idcircò persuadet & dicit: Aut quis rex iturus cómittere bellũ aduersus alium regem: nónne prius sedens cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus veniat ad se? Alioquin adhuc illõ longè agente legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt? Hoc sciens vir sanctus loquitur: Verè scio quod non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cũ eo, nõ poterit ei respondere vnum pro mille. Et post pauca: Quantus ergo sum ego, qui respondeam ei & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiã iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Quod est dicere: Etiamsi quid iusti operis admisi, nihilominus legationem mittens, rogabo ea, quæ pacis sunt: quia, videlicet ad minus duplum contra me ille habet exercitum. id est, si de operibus ego me iustifico, ille cogitationes quoque adducit ad iudicium, quia scrutator est cordium. Vnde adhuc subditur: *Et de ore ipsius procedit gladius vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes, & ipse reget eos in virga ferrea.*) Hic nanque gladius ille est de quo Apostolus loquitur: Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Benè ergo gladius vtraque parte dicitur acutus, qui procedit de ore eius: quia cum vocetur nomen eius & sit, verbum Dei, non solùm facta vel dicta discernit, sed intimas quoque cogitationes penetrat & percutit. Exempli gratia cùm dicit pharisæus: Hypocritæ benè ꝓphetauit de vobis Esaias dicẽs:

Esa. 63. *Cant. 5.* *Esa. 6.* *Psal. 23.* *Iob. 9.* *Hebr. 4.* *Mat. 15.* *Esa. 29.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth. 9. Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longè est à me. Item: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et multa ijs similia. Ad quid procedit de ore ipsius eiusmodi gladius? Vt in ipso, inquit, percutiat gentes. Hoc iam factum est & fit & vsque in finem seculi fieri nõ desinit, donec distinguat gẽtes bonas à dextris, & malas statuens à sinistris suis, vbi & vltimam eandemque irreuocabilem exerat vim gladij, id est, sententiam iudicij in vtramque partem pro ipsorum meritis. Nunc interim differtur quidé

Psal. 7. ictus percutientis, sed iam vibratur gladius comminantis. Hinc Psalmista dicit: Nisi cõuersi fueritis, gladium suum vibrabit. Item

Deut 32. in cantico Deuteronomij ipse dicit: Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis. Veraciter ergo dictum est, vt in ipso percutiat gentes. Sed additur adhuc: *Et ipse reget eos in virga ferrea.*) Quos ipse reget nisi ex gentibus pœnitentes? Nam quia dicitur de ore ipsius procedere gladius vtraque parte acutus, quia prædicatũ est & prædicatur, quod ipse sit gentes ineuitabili verbo iudicij percussurus, pœnitentiam egerũt gentes euangelio credentes, & istos ipse reget in virga ferrea, id est, in inflexibili iustitia, sicut dicit illi pater in propheta: Filius

Psalm. 2. meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea. Quod illic continuò dictum est, tanquam vas figuli cõfringes eos, & hic dicitur, vt in ipso percutiat gẽtes, partim in bonam partem rectè intelligi potest, quia videlicet est percussio salubris, & confractio vtilis, dum gentes, id est, ad vitam præordinati ex gentibus, audita per euangelium futuri iudicij animaduersione, timore concutiuntur, & ad pœnitentiam corde confringuntur. Cæterùm omnes in infidelitate remanentes malo suo percutientur & malo suo confringentur, eruntque sicut vas figuli irrecuperabiles, cuius partes non possunt rursus coniungi aut conglutinari. Dicat aliquis: Quid verò Iudæi? An illos gladius iste non attingit, qui sic gentes percutit? Audi quod sequitur: *Et ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet in vestimẽto & in fœmore suo scriptũ: Rex regum, & Dominus dominãtiũ.*) Ipse q̃ pcutit siue percutiet gẽtes, & reget eos in virga ferrea, iam calcat torcular vini furoris ire Dei omnipotentis, id est, iam parat percussuram populo illi, iam cause suscitatæ sunt propter quas veniat & incumbat illis pondus & pressura Romani imperij, vt concludat multitudines eorum, & in angusto cõprimat exercitus Titi & Vespasiani. Hæc pressura nimirum rectè & nimis congruè designatur per torcular vini. Gens nanque illa fuit vel esse debuit vinea Domini, & quia cùm debuisset facere vuas, fecit labruscas, malum hoc illi euentu rum Deus ipse in propheta prædixit: Et quia de vinea Sodomorum vinea eorum: quia vua eorum vua fellis, idcircò mala hęc illis reddenda apud se condita & in thesauris suis esse signata Deus prædixit in Canti-

Esa. 5. co Moysi. In propheta Esaia cùm ille ex persona sua præmisisset: Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei, vineæ suæ, &c. Tandem Deus dicit: Nũc ergo habitatores Hierusalem & viri Iuda, iudicate inter me & inter vineam meam. Paucisque interpositis: & nunc, ait, ostendam vobis quid ego faciam vineæ meę. Auferam sepem eius, & erit in direptionem. Diruam maceriã eius, & erit in conculcationem, &c. Post huiusmodi comminationes item dicit: Vinea enim Domini exercituum Dominus Israel *Psal. 79.* est, & vir Iuda germen delectabile eius. Da uid quoque propheta cùm dixisset, vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam, &c. Præuidens hoc torcular & hanc pressuram, exterminauit eam, inquit, aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Nam aper de sylua siue singularis ferus, gẽtilis imperator, & Romanꝰ intelligitur exercitus. Pulchrè ergo vbi dixit, & ipse reget ẽtes in virga ferrea, volens significare quid futurũ esset Iudæis incredulis, & ipse, inqt, calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, pro eo vt diceret: & Iudæi cadent in ore gladij, & in oẽs gentes ducentur captiui, siue erit pressura magna super terrã, & ira in populo huic. Quare autem non contentus fuit dixisse solum modo furori siue solum modo iræ, sed vtrũque, furorem scilicet, & iram coniunxit dicendo torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis? Videlicet, quia vinum Iudæorũ, quod verius dici potest fel & venenũ, sicut Moyses testatus est dicens: Fel draconũ *Deut. 32.* vinum eorum, & venenum aspidum insana *Mat. 27.* bile. Vinum, inquam, Iudæorum venenatũ atque fellitum, qui ipsum vineę Dominũ felle & aceto suspensum in cruce potauerunt, non solùm furorem aut solam iram, sed furorem simul & iram sibi comparauit, id est, non tantùm in præsenti aut tantùm in futuro, sed in præsenti simul & in futuro damnationem sibi adquisiuit, vt corpora hic trucidaret & captiuaret Romanus exercitus, animas autem illic possideret diabo-

Deut. 32. lus, cruciaret infernus. Vtramque vindictam Moyses vno breui versiculo exprimit: Ignis, inquiens, succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Hoc præmisso & calcat torcular vini furoris ire Dei omnipotentis, quod grauissimè sonuit. Neq; enim leue est tali in loco Deũ omni-

omnipotentem enunciari, repente mirabiliter intulit. *Et habet in vestimento & fœmore suo scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium.*) subtiliter nanque & grauiter hoc dicto summã percutit reatus populi Iudaici, pro quo calcantur in torculari furoris iræ Dei omnipotentis. Ipsi nanque sunt ciues illi, qui rege isto siue homine nobili abeũte, iuxta parabolam euangelicam, in regionẽ longinquã, accipere sibi regnum & reuerti miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus

Luc. 19. hunc regnare super nos. At ille cùm rediisset accepto regno, & rationem cũ seruis suis habuisset, tandem ad suos conuersus, verũtamen, inquit, inimicos meos, qui noluerũt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me. Igitur illis ante regem quem negauerunt interfectis, & iuxta præsentem scripturæ huius locum calcatis in torculari furoris ire Dei omnipotentis, repente infertur: Et habet in vestimento & fœmore suo scriptum: rex regum & Dominus dominantium: quia videlicet irridendi sunt, & subsannandum illis est, qui illum respuerunt, putantes quod esse rex non posset nisi secũdum ipsorum placitum, nisi ipsi vellent, ni-

Psalm. 8. si ipsi reciperent eum. Eadem exprobrans animi indignatione in Psalmo propheta, cũ dixisset: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrę & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersum Christum eius. Disrumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis iugum ipsorum, statim intulit: Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsannabit illos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctũ eius, &c. Quo autem in vestimento, vel quo in fœmore suo nomen hoc habet scriptum: Rex regũ & Dominus dominantium? Vestimentum huius regis Christi aliter atq; aliter pro loci diuersitate intelligi debet. Nam alias sanctam ecclesiam siue fidem catholicam, alias sanctam significat scripturam. Vtrunque ex vno Psalmi versiculo intelligitur, vbi ipse loquitur dicens: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Nam vestimenta Domini diuisa, signi-

Psal. 21. ficant sacram scripturã ab hæreticis sæpius

Psal. 18. deprauatam, vt alibi Psalmista: Quæ perfecisti, destruxerunt. Vestis eius quæ desuper erat inconsutilis, & super quam sortem

Ioan. 19. miserunt, designat ecclesiam vel fidem catholicam, diuina electione fidelibus datã, quæ à nullo corrumpi potest. Item: Vestimentum eius ecclesia intelligitur, cùm ite-

Psal. 131. rum dicit Psalmus: Ecce quam bonum & q̃ iucundum habitare fratres in vnum, sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Et est sensus: Spiritus sancti gratia, quæ plenariè in Christo capite nostro inhabitat, primum ex eo descendit in fortes viros Apostolos, qui significantur per barbam Aaron: & deinde in martyres cæterosque ecclesiæ filios magnos quidem, sed inferiores Apostolis, qui intelliguntur in ora vestimenti, quia post Apostolos in ecclesia sunt præcipui, cuius fide & virtutibus Christus ipse decoratur, ad modum alicuius, qui vestimento pretioso induitur. Porrò præsenti loco vestimentũ rectè sanctam intelligitur significare scripturã. Amplius autẽ, quod magis placeat & pulcherrimè splendeat vestimentum, simul & fœmur eius continens hoc scriptum, vna eadẽque est scriptura sancta, scriptura illa quam patres carnis eius, quæ per fœmur intelligitur, conscripserunt. Hæc autem præcipuè sit scriptura Psalmorum, quæ veraciter scriptura est fœmoris Christi, quia scriptura est patris eius secundum carnem Dauid. Nẽ *Psal. 71.* pe quod iste sit rex regum, ibi taliter scriptum habet: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Versiculus quidem iste nondum regem regum, sed tantũmodo regem pronunciat illum. Sequitur autem postmodum: Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad termi nos orbis terrarum. Reges Tharsis & insulę munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabũt eum omnes reges. Absque vlla contradictione rex cui cęteri reges munera offerunt, & dona adducũt, & non solùm hoc faciunt, sed etiam adorant eum, rex regum est. Et rectè homines reges adorant regem hunc, qui cùm homo sit, est etiam Deus, quod breuiter & magnificè innuitur, cùm dicitur in eodem: Ante solem permanet nomen eius. Quod idem ac si diceret: Iste rex Deus erat antequam homo nasceretur: quia erat antequã fieret mũdus, cuius vita & pulchra pars est sol iste quẽ videmus. Porrò Dominus dominantium non adeo expressum est in hoc loco scripturæ, nisi quod ait: & dominabitur à mari vsq; ad mare. Alias ergo quæramus. Dixit enim alio loco idẽ pater carnis eius, multorũ profectò seruorum Dominus, qui publica & solenni appellatione, vt regibus mos debitus erat, appellabatur Dominus, quod promptum habes in historia gestorũ eius. Dixit, inquã, idem rex & Dominus: Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis. Dominum suum æquè vt Deũ patrẽ appel- *Psal. 19.* lauit eum ille regnans & dominans. Item in eodem Psalmo: Dominare, inquit, in medio inimicorum tuorum: quorum multi profectò Domini sunt vel fuerunt, & per ampla dominati sunt & dominantur spacia terra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, & tamen velint nolint effugere non valent Domini huius dominatum. Igitur verum est, manifestum est, quia habet in vestimento & in fœmore suo scriptum, id est, in scriptura, quam patres carnis eius conscripserunt testificatum, quòd sit rex regum, & Dominus dominantium. Et quidem ciues eius qui oderant illum, negare illum & post illum legationem mittere potuerunt, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos, sed scripturam hanc soluere vel abscondere nó possunt. Sequitur: *Et vidi alium angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cælum. Venite, congregamini ad cœnam magni Dei, vt manducetis carnes Regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & carnes sedentium in ipsis, & carnes omniũ liberorum ac seruorum, & pusillorum ac magnorum.* Et hic alius, & adhuc tertius angelus eũdem signat Christum, propter aliud atque aliud tempus, aliudq; negotium. Nam quod prius dictum est: Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus & sedens super eum, qui fidelis & verax vocabitur Christus Deus verus est de virgine incarnatus: hic autem alius angelus in sole stans, idem Christus est, verus hominis & Dei filius, per speciem columbæ in Israel manifestatus. Porrò ea, quæ iam dicta sunt, & in capite eius diademata multa, & vestitus erat veste aspersa sanguine, &c. per anticipationem dicta sunt. Nam ab hinc latius eadem explicanda per figuras competentes, atq; secundum ordinem, quo gesta vel gerẽda sunt vsque in finem seculi se se præsentare incipiũt. Igitur vidi alium angelum stantem in sole, id est, vidi Christum manifestatum in Israel, magna spiritus sancti siue columbę & paternę vocis manifestatione. Quod dicit, stantem in sole, mirabile quidem, sed non adeò nouum: quia prius quoque in antiquiore scriptura est dictum: *Psalm.8.* In sole posuit tabernaculum suum, id est, in manifesto dixit & prædicauit, signis quoq; comprobauit se Deum Dei filium, propter homines hominem factum, & verum assumpsisse corpus humanum. Hoc facere incepit à clamore vocis magnæ, vocando aues, quæ volabant per medium cælum, id est, à vocatione Apostolorum, qua vocauit eos, vt relictis omnibus sequerentur eum. Aues nanq; hoc loco in bonam accipiuntur significationem, & vitam significant spiritalium, vt illic: Homo ad laborem nascitur, & auis ad *Matt.4.* volatum. Et in Euangelio, cùm dixisset Dominus, vnus assumetur, & vnus relinquetur, & interrogantes Apostoli dicerent: vbi Domine? vbicunq;, ait, fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Aues ergo cum determinatione bona, qua dicitur nunc, quæ volabãt per medium cælum, Apostoli sunt: veruntamen per anticipationem, id est, non quòd iam antea spiritales fuerint, sed quia per vocationem illã spiritales & sublimium cognitores mysteriorũ effecti sunt. Ista sunt volatilia illa, quorum exemplo vel imitatione debemus omnem victus aut vestitus solicitudinem deponere, dicente Domino: Respicite volatilia cæli, quia non serunt, ne- *Matt.6.* que metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa. Nam quia Apostoli, quibus primũ & præsentialiter hæc libertas auium ad imitandum proposita est, vt cęlestium contemplationi vacare possent, omnia terrena reliquerunt, idcirco rectè ipsi volatilia cæli dicuntur, & hoc loco vocatio illorum signata intelligitur sub nomine auium. Vbinam, vel quando angelus iste auibus huiusmodi dixit, venite congregamini? Nimirum secus mare Galilææ, quando vidit Petrum & Andream retia mittentes in *Matt.4.* mare, & vocauit eos, dicens: Venite post me, *Matt.9.* & faciam vos fieri piscatores hominum. Si militer cęteros vocando diuersis ex locis siue negotijs, profectò auibus dixit: venite, congregamini. Quò illos venire, quò illos iussit congregari? Ad cœnam magni Dei, ad cœnam illam, quam ipse homo factus nobis fecit, iuxta illam parabolam euangelij: Ho- *Luc.14.* mo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et homines quidem excusauerunt, alius dicens, villam emi, & necesse habeo exire, & videre illã: alius, iuga boum emi quinque, & eo probare illa: alius, vxorem duxi, & ideo non possum venire. Aues autem istæ, siue volatilia, quæ sicut non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, ita neque villas emunt, neque comparant iuga boum, neque voluptatum, quæ per vxorem intelliguntur, habent studium. Quod est dicere: Cupidi amatores seculi, quales maximè tunc erant Scribæ & Pharisæi, vocantem contempserunt: hi autem, qui liberũ cor à cupiditatibus habere meruerũt secuti sunt eum. Quid porrò est, quod ait: *Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum ac seruorũ & pusillorum ac magnorũ?*) Videlicet secundum metaphoram, qua per aues significãtur Apostoli, congruè vim atq; intentionem Apostolici desygnat officij, quia sicut aues manducandis carnibus auidè insistunt, neque curant quorum aut qualium nobilium aut ignobilium cadauera transuorent, dum in campo magno stragem inuenerint occisorum. Ita Apostolorũ est autoritate euangelica nullã facere vel habere distinctionem qualiumcunque hominum, sed siue Iudæi siue Græci sint, cunctos indifferẽter ad fidem suscipere, & in corpus Ecclesiæ traducere: hoc enim est manducare, iuxta quod Apostolo Petro significatum est. Vidit enim in excessu cælum

su cælum apertum, & descẽdens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initijs summitti de cælo in terram, in quo erãt omnia quadrupedia & serpẽtia terræ, & vo- *Actor. 10.* latilia cæli. Et facta est vox ad eum, dicens: Surge Petre, occide & manduca. Nimirum qui illic per quadrupedia & serpẽtia terræ, & volatilia cæli significabantur, hic manifestius exprimuntur homines, & ad fidem Christianã omnes admitti iubentur indifferenter, siue reges, siue tribuni, siue fortes, siue infirmi, siue serui, siue liberi, siue magni, siue pusilli, ad summũ, siue Iudęi, siue Græci. Vnum tamen hic est quod adhuc magis figuratè fit accipiendum, scilicet quod ait, carnes equorum. Neque enim in ista cœna magni Dei equorum quoque carnes manducantur sicut hominum, quia nõ equis, sed hominibus prædicatur Christi sacramentũ, & exigitur ab illis vt mortificẽt & omninò delinquant malas cõsuetudines operum carnaliũ. Est autem equus animal bellicum. Rectè ergo per equos hi intelliguntur, qui aliquando Christi fidem impugnauerunt. Qui autem sedent in ipsis reges sunt & potentes huius seculi, qui talium ministerijs abutentes, edictis & proscriptionibus aliquando ferebantur ad necem Christianorum. Quis nescìat tales quoque ab Apostolis apostolicisque viris plerunq; reuocatos & conuersos esse ad Christum, & pœnitentiam egisse de sanguine sanctorum quem effuderunt? Benè igitur & carnes equorum & sedentium in ipsis manducetis, ait, id est, persecutores homines & agitatores eorum principes in vnitatem vestri corporis in societatem trãsferatis vestræ fidei. *Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ipsa pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & adorauerunt imaginem eius. Et viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphuris.*) Vocante siue clamante angelo, & conuenientib. ad cœnam iam dictis auibus, bestia & reges terræ cum exercitibus suis ad prælium contra sedentem in equo, congregati esse referuntur, quia prædicante Christo, & discipulis multis eum sequentibus atque per ciui- *Luc. 23.* tates & castella euangelizantibus, diabolus & reges terræ, scilicet Herodes & Pontius *Psalm. 2.* Pilatus, cæteriq́ue eiusmodi principes cum suis fautoribus cõmoti sunt, & sicut ait Psalmista: Astiterunt & cõuenerunt in vnũ, aduersus Dominum & aduersus Christũ eius. Hoc est quod nũc ait, congregatos se vidisse ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo, id est, cum Christo Deo incarnato, & cum exercitu eius cum fidelibus & prædicatoribus eius. Et rectè hoc loco diabolus bestia nuncupatur, quia videlicet Romanum imperiũ, cuius potestati Iudæi tunc instinctu diaboli Dominum nostrum tradiderunt, bestia erat illa magna & fortis & ter- *Dan.7.* ribilis nimis, quam Daniel vidit dentes ferreos habentem comedentem atque commi nuentem, & reliqua pedibus conculcantẽ. Hius bestię potestati, scilicet Pontio Pilato, vt eum traderent Iudæi, diabolus eorum cordibus immisit, atque idcircò tam diabolus quã ipsa Romana potestas rectè hoc loco sub nomine bestię datur intelligi. *Et apprehensa est*, inquit, *bestia, & cum ipsa pseudopropheta.*) Christus quidem passus est, sed ipsa passio- *Ioan. 12.* ne eius virtute diabolus appræhensus est & iudicatus, & foras missus est æterno igne puniendus. Nam hoc est quod ipse mox passus dicebat: Nunc iudicium est mundi, nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Quis porrò erat pseudoproheta qui tũc temporis appræhensus est cum ipsa bestia? Nimirũ cœtus pharisaicus, maximeque is qui illius anni pontifex erat Caiphas. Ille nanque extitit pseudopropheta, quamuis verum sit illud quod prophetauerat. Siquidem col- *Ioan. 11.* lecto consilio aduersus Dominum Iesum prophetauerat dicens: Vos nescitis quicquã neq; cogitatis, quia expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Etenim verum quidem prophetauit, quia Iesus moriturus esset pro gente, & nõ tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erãt dispersi congregaret in vnum. Sed nihilominus pseudopropheta extitit, quia si sensum vel intentionem eius respicias, omninò mentitus est. Hoc nempe intendit, & à misero populo intelligi & credi voluit, quòd nisi Iesus moreretur, qui Christus rex iam à turbis putabatur, Romani, quorũ sub imperio tunc erant, hoc audientes, quod iniusu ipsorum regẽ suscepissent, quasi contra rebelles exercitum mitterent, & tollerent eorum & locum & gentem. Igitur pseudo- *Iob. 5.* ppheta extitit, & in astutia sua compræhensus est ab eo, qui compræhendit sapientes in astutia eorum. Nam & in Iob maximè de ta- *1. Cor. 3.* libus scriptum est: Apud ipsum est fortitu- *Iob. 12.* do & sapientia, & ipse nouit decipientem & eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem, &c. Decipiens iste fuit qui sic prophetauit, deceptus est autem stultus populus, qui vt erat ad homicidia pronus, prophetiã eius libenter accepit. Vnde sequitur. *Qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & adorauerunt imaginem eius.*) Non qui dem Caiphas cæteriq́ue tunc temporis põtifices & pharisæi vlla signa feciſſe leguntur, sed sicut omnes pſecutores, qui gladio materiali occiderunt siue occidunt, in vnũ corpus rediguntur, & vna bestia dicuntur, ita omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita omnes qui verbo fallaciæ decipiunt in vnum corpus redacti, rectè vnus pseudopropheta nuncupantur. Multi autem ex eisdem deceptoribus signa mendacia fecerunt, vt Iamnes & Mãbres, qui corã Pharaone Moysi restiterunt. Rectè ergo cũ de personis illorum sermo fit, qui ad occidendum Dominum populum deceperunt, non incõgruè hoc eis imputatur quod fecerint signa coram bestia, id est, ad obsequium bestiæ, quia videlicet sicut iam dictum est, cũ vniuersis deceptoribus quorum aliqui signa fecerunt, vnum sunt quamuis non omninò actu, tamen omnimoda voluntate. Is maximè, de quo iam dictum est, Caiphas seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, id est, qui executi sunt ministerium sathanæ, clamando: Crucifige, crucifige talem, non habemus regem nisi Cæsarẽ. Veraciter hoc dicendo acceperunt characterem bestiæ, id est, nimiam nimisque spontaneam Cæsaris, aduersus Dominum & aduersus Christum eius professionem. Nihilominus accipiendo Barrabbam seditionis autorem, reprobato principe pacis, cùm de his duobus haberent optionem eligendi quem vellent, acceperunt bestiæ characterem, seducti à iam dictis pontificibus vt illum acciperent. Quid enim Barrabbas nisi bestiæ character extitit? Denique in sua persona ille maximè magnum & præcipuum Antichristi exemplum fuit, quòd illum sint venientem in nomine suo susceperi, qui Dei filium non susceperunt, benedictũ venientem in nomine Domini. Nam ego, inquit, veni in nomine patris mei, & non suscepistis me. Alius veniet in nomine suo, illum susciperis. Sanè quod dixerat, qui acceperunt characterem bestię, hoc repetiuit dicendo, & adorauerunt imaginem eius, quia videlicet, extunc quantũcunque Deum adorare sibi videantur, non Deum, sed eum quem reprobato Dei filio susceperunt vel susceperi sunt, adorare cõuincuntur. Sequitur: *Et vidi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphuris, & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equũ qui procedit de ore ipsius.*) Hi duo, inquit, scilicet, bestia & pseudopropheta viui missi sunt in stagnum ignis ardẽtis. Admirari & ad intellectum excitare nos nititur, cùm dicit, viui. Quid est enim viui, nisi scientes? Denique qui scienter veritati resistit, viuens in infernum descendit. Qui autem ignorantiam Dei habens, seruit iniquitati, quasi mortuus eodẽ descendit. Vnde est illud in Psalmo: Cùm exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos. Siquidem nisi quia Dominus erat in eis qui confortabat eos in virtute spiritus sancti, quamuis viui essent, quamuis scientiam haberent victi tormentis Christum negassent. Et de bestia quidem, id est, de diabolo certũ est, quia sciebat ipsum esse Christum, quem tamen vt occiderent Iudæi ipse immisit in cor eorum. De propheta autem quem hic dicit pseudoprophetam, id est, de illo cœtu malignantium pontificum & phariseorum, de quibus vnus Caiphas, vt iam dictum est, prophetauit, fortè quis dubitet vtrum scierint illum an non? Sed dicit ipse de cuius dicto nõ est dubitandum: Si non veniissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberẽt. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Item: Si opera non feciissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem eum. Igitur scienter tam bestia, quàm pseudopropheta, tam diabolus quàm perfida synagoga cũ pseudopropheta suo Caipha congregati sunt, ad faciendũ prælium cum illo qui sedebat in equo, & cũ exercitu eius, id est, astiterunt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, atq; idcircò rectissimè viui missi esse in stagnum, viui, inquam, descendisse dicuntur in infernum. Et notandum quia non contentus est dixisse in stagnum ignis, siue vt frequenter in Euangelio dictum habes, in gehennam ignis: sed addidit, ardentis, & sulphuris, siue ardentis sulphure, vt habẽt codices nonnulli: quod vtrunque idem est ac si diceret, ignis sulphurei. Cur hoc nisi pro illorũ perditorum meritis? Nam priuata illorum vita nequam fuit & tam corrupta, vt meritò sulphureo debeant apud inferos igne cremari. Nónne ipsi erant quos propheta spirituali oculo præuidens à longè, eorumque pessimam execrans vitam digna cum animaduersione: Audite, inquit, verbum Domini principes Sodomorum, percipite aurib. legem Dei mei populus Gomorrhæ. Et verè crẽdẽdum est, nec dubium esse debet, quin vita eorum in occulto execrabilis fuerit, qui in manifesto tantum scelus admittere potuerunt in Dominum maiestatis. Et cæteri, inquit, occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius. Duo illi iam dicti, bestia, scilicet, id est, diabolus, & pseudopropheta, videlicet anni illius põtifex Caiphas, totusq; cœtus scribarũ atq; phariseorũ quia scienter impietatẽ tantã cõmiserunt, viui in stagnũ ignis ardentis sulphure missi esse dicuntur. Cæteri verò, subauditur, qui seducti sunt seducente illo pseudopropheta, id est, populares Iudæi qui persuasi à põtificibus clamauerunt: crucifige crucifige, nunquid excusati aut à pœna immunes debuêre relinqui? Non vtique, sed sicut de illis Psalmista prædixerat: Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt: sic factum est. Venerunt enim Romani, & sicut totus orbis audiuit, traditi sunt in manus gladij ipsorum, venerunt vulpes, id est, maligni spiritus,

Exod. 7. 8.
Ioan. 5.
Psal. 123.
Ioan. 15.
Ibidem.
Esa. 1.
Psal. 62.

ritus, & in partes eorum cesserunt infelices animæ illorum. Occisi sunt ergo in gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius, id est, secundum sermonem quem ille proprio ore de istis locutus est: Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Sed & Hieremias ante de hac ipsa vindicta per concessionẽ dixerat: Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq; liberis, & viduæ, & viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorũ confodiantur gladio in prælio, audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos latronem repentè, &c Hoc fuit illis torcular calcari, sicut supra per anticipationem dictum est: Et ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Veruntamen sicut iam dictũ est, percussionem gladij oris eius in bonam interdum partem accipi, ita & hic ad gladiũ eundem referendum est, quod quidam ex ipsis pœnitentiam egerunt, prædicantibus Apostolis. Cõpuncti nanq; dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ait ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ. Ac deinceps: Saluamini, ait, à generatione ista praua: subauditur, ne vos gladius ille pariter comprehendat. Nã quoscunque non percutit ad temporalem pœnitentiam, sine dubio percutit ad temporalem pœnam, plerosque verò ex ipsis ita feriet, vt & corpus occidat, & animam mittat in gehennam. Sequitur: *Et omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.*) Aues iam dictæ, sancti tunc temporis Apostoli fuerunt. Veraciter omnes illi vel successores eorum saturati sunt carnibus illorum, sed non eodem modo quo voluerunt. Paucos enim admodum ex ipsis conuerterunt, & hoc nimis ægrè tulerunt. Vnde & in Psalmo, pphetico sic scriptum est: Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum, si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. Alio modo saturati sunt, eò videlicet de quo item in Psalmo dictum est: Lætabitur iustus, cùm viderit vindictã, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et quidem lætitia quædam competit in huiusmodi, pro gloria iustitiæ iusti iudicij Dei: Sed eadem lætitia rationabili amaritudine permixta est. Exempli gratia, cùm vnus illorum dicit: Veritatem dico in Christo, nõ mentior, testimonium mihi perhibente conscientiã mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi magna est, & cõtinuus dolor cordi meo, pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundũ carnem, qui sunt Israelitæ. Postquã prælium illud commissum est, in quo is qui sedebat in equo tanto superior, & hi qui cõtra illum pugnauerunt tanto inferiores effecti sunt, quid deinde actũ sit, sequens sermo mysticè præscribit hoc modo: *Et vidi angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & Sathanas, & ligauit eum per mille annos, & misit eũ in abyssum. Et clausit & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Post hæc oportet illum solui modico tempore.*) Et iste angelus idem Christus est, sed aliud agens, immò negotium superius, cœtum potenter adimplens. Neque enim quod paulò ante significatum est dicendo: Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus: idem repetitur nunc, dicendo: Et vidi angelum descendentem de cælo: sed quod illic cœptũ, hic significatur qualiter sit peractum, & adhuc quod restat vsque in finem seculi peragendum. Illic nãque Christus de cælo descendens in virginis vterum ad destruendum mortis imperium, & liberandos eos qui in inferno detinebantur. Hic itidem Christus de cælo descendens significatur ad destruendum tenebrarum mundi principatum, ad liberandos eos qui ad simulacra muta ignorantes ibãt prout ducebantur. Dicat ergo fortè quis: Nunquid Christus postquam morte superata victor in cælum ascendit, iterum huc inde descendit? Planè descendit, sed inuisibiliter. Descendit non vt prius passibili humilitate, sed impassibili atque inuisibili maiestate. Descensum illum totus orbis audiuit, descensionis illius sonus in omnem terram exiuit. An quando factus est repentè de cælo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erãt sedentes, Christus de cælo non descendit, Christus hunc mundum non visitauit? An separabilis est substantia vel maiestas filij & spiritus sancti, vt descendente ad homines spiritu sancto filius Dei non descenderit? Certè etsi non per circũscriptam humanitatis suæ formam descendit, at sine dubio per incircũscriptam diuinitatẽ suam, per ipsum quem dabat spiritũ sanctũ, & per eos quos inspirabat Apostolos ad visitandas gentes descendit. Quòd si authoritas verbi huius quæritur quod dicimus, descendit in Psalmo propheta cùm dixisset de prædicatione Apostolorum, & pœnitentia gentium commota est, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt, quoniam iratus est eis: Ascẽdit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo, cõtinuò quasi quæreres, qualiter hoc factum sit, vel fieri potuerit, subiunxit: Inclinauit cælos, & descẽdit, id est, Apostolos suos per spiritus sancti datum cælos effectos, hominibus condescẽdere fecit, & per ipsos ad gentes descendit, genti-

CAP. XX.

Luc. 21.
Hier. 18.
Psal. 58.
Psal. 57.
Rom. 9.
Actor. 2.
Psal. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentibus innotuit. Igitur, vidi, inquit, angelum descendentem de cælo, id est, Christũ rursus visitantem mundũ dato spiritu sancto. Iam in illo descensu propter passionem mortis, gloria & honore coronatus fuerat, iam omnem in cælo & in terra potestatem habebat iam dominator vitæ & mortis erat. Ait ergo: *Habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.*) Nam qui victor ab inferis iam dudum redierat: rectè & veraciter dictum, quia clauem abyssi habebat. Hinc est quod in initio huius apocalypsis cùm dixisset ipse: Et fui mortuus, & ecce sum viuus in secula seculorum, tunc demum addidit: Et habeo claues mortis & inferni. Ipse nanque prout voluit, & electos suos illo descensu suo ad inferos eduxit, & reprobos inclusos reliquit, vt exire non possint. Et catenã, ait magnam in manu sua, id est, potestatem ad alligandum, videlicet & extrahendum foras diabolum, qui cubans in delubris gentium se se pro Deo coli faciebat. Hoc est quod continuò sequitur: *Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & Sathanas & ligauit eum per mille annos.*) Palam est, & ita ab effectis comprobatũ, quod illum apprehenderit, & ligauerit, vt de hoc aliquatenus dubitare dementiæ sit. Si enim ille ligatus à Christo nõ est, quomodo tam imbecillis iacet, ex quo Christ⁹ passus est? Quomodo tot ab illo euadũt homines? Quomodo tã multis nõ dico grandæuis & sapientib. viris, sed à pueris teneriſq; puellis illusus est? Cõfideremus quæ & qualia in eum per infirmas ætates siue conditiones facta sunt, maximeq; recolendo gesta vel passiones martyrum, & delectabile spectaculum habemus. Quia nõ solùm ligatus, verùm etiam infatuatus est: nec solummodo catena magna stringuntur illi manus & pedes, verùm etiã sicut ad Iob facturum se Dominus promiserat, & nares perforatas in sudibus, & linguã fune ligatã, & circulũ in naribus habet, & maxilla eius armilla perforata est. Inde est quod illudũt ei quasi qui non solùm serui, sed etiam ancillę Domini, quòd concidunt eum amici, quòd diuidunt eum negotiatores illi quicunque bonas margaritas quærentes, & vnã pretiosam euangelicæ veritatis margaritam inuenientes comparauerunt illam datis omnibus suis. Quis dinumerare possit millia martyrum, multitudines confessorum, choros virginum, plebemque omnium electorum, qui extunc vidente & inuidente illo in cælum euolauerunt, & vidente, & retinere non valente illo, de templorum eius sordibus eruperunt, fordesque ipsas in oculos eius excutientes, ad Deum verum transfugerunt? Verè igitur dictum, quia appræhendit & ligauit eum. Quid sibi velint tot nomina tetra, quibus scriptura hæc illum infamat, dicendo, draconẽ, serpentem antiquũ, qui est diabolus & Sathanas, iam alio loco dictum, & hic breuiter iterandum est. Serpens idcircò dicitur, quia primum hominẽ decepit serpentem animantem ingressus. Draco verò quia extunc creuit & multiplicata est in inuido malitia eius, & ita quasi de serpente qualicunque draco magnus, draco vetus siue antiquus effectus est. Diabolus q̃ interpretatur deorsum fluẽs, idcircò quia non seruauit suum principatum, sed relinquens suum domicilium, id est, cælum, defluxit in istum caliginosum aerem. Sathanas quod interpretatur aduersarius, idcircò, quia voluntati creatoris mala semper intentióe aduersatur. Istũ ligauit per mille annos, id est, tẽpore aliquanto siue per multos annos, vt solet in scripturis sanctis sæpè numerus poni finitus ꝓ infinito. *Et misit eum* inquit, *in abyssum.*) Hoc idẽ longè superius iã dictum est. Et proiectus est in terram. Et illic nomine terræ, & hic nomine abyssi, neq; homines & reprobi significantur qui terrã vel terrena tantum cupiẽdo, ipsi terra sunt, & mala excitando profundius semetipsos abyssum fecerunt, eò quòd vita ipsorũ malitiæ sit arcanum. In eo diminuta est potestas illius, & quasi de alto missus est in abyssum, quod iam non publico celebratur cultu in templis, nomen diuinum, siue potius diuini nominis rapinam obtinens vt olim, atque solennem ritum sacrificiorũ, sed tantum qui supersunt miseræ seruitutis eius captiui homines in occulto illi seruiunt, in abditis exercẽt spurcitias & veterum vestigia maleficiorum. Ait ergo: Et clausit & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, id est, vt nõ amplius cõcelebretur sacris & sacrilegis sacrificijs falsator spiritus, qui vt nõ Deus, sed diabolus est, neq; adoretur olim Saturnus falcifer, aut Iupiter adulter, aut meretrix Venus, quorum vel qualium ad cultum nefarium misero errore seductę ducebantur gentes. Itaque ligatus vt est, tenebitur diabolus, donec cõsummentur mille anni, donec inpleantur omnia tempora præfinita euangelicæ libertati quæ nescimus, pater autem Deus illa in sua potestate posui. *Post hæc*, inquit, *oportet illum solui modico tẽpore.*) Solutio draconis siue serpẽtis antiqui diaboli, aduentus erit Antichristi. Tunc enim in illo perditionis filio veraciter solutus veniet diabolus, cuius tanta talisque in Christi seruos erit persecutio, vt non qualecunque iustitiæ verbum, sed ipsum nomen Christianum ne cõfiteri audeant illis interdicatur. Et hoc non diu, sed modico tempore, scilicet tantum tribus annis & semisse. Tam modicum tempus habebit propter electos, quia nisi breuiati essent dies illi, ait Dominus, non fieret salua omnis caro. De hoc iam

Hebr. 2. *Mat. vl.*

Sup. 1.

Iob. 41.

Mat. 13

Gen. 3.

Mat. 24.

hoc iam superius diximus, vbi sic scriptum de septimo eodemque nouissmo capite septemplicis bestiæ, siue septimo rege. Et cũ venerit, oportet illum breue tempus manere. Et hic & illic eodem verbo vsus est, dicendo: oportet. Quæritur ergo: Cur illum oportet solui modico tempore, siue manere tempus breue? Solent enim homines huiusmodi quæstionem ventilare, & penè suspectam sibi faciunt Dei voluntatem, quod mala velit euenirẽ, & quod idcircò euenire oporteat, quia ipse (quod dictu quoque nefas est) iniquitatem velit. Nec enim, inquiunt, taliter euenire posset, nisi Deus vellet. At verò Apostolus talem iniquè suspensionis obiectionem auerso repellens animo: O homo, inquit, tu quis es, qui respondeas Deo? Statimque calumniatore repulso, qui quæstiones mutiplicat magis contendendi studio, quàm discendi, placidè conuertitur ad eum qui amica intentione quærit, vt non contendant, sed vt aliquantula ex parte cognoscere mereatur veritatem diuini iudicij, nõ dubitans quin malorum nostrorum causa ex nobis sit. Volens, inquit, DEVS ostendere iram, & notam facere potentiam suã, sustinuit in multa pãtientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias glorię suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloria. Cùm igitur quæritur de illo malignitatis septimo capite, id est, Antichristo, quod illum oporteat solui, quæratur & de cæteris capitibus bestiæ, cur vnumquodq; illorum tempore suo manere oportuerit. Verbi gratia, de Pharaone, de quo Apostolus propter aduersarium obloquentem taliter memi-nit: Dicit enim scriptura Pharaoni: quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Sicut enim de isto nunc dicitur, quia oportet illum solui: sic de illo veraciter dicas, quòd oportuit eum excitari. Quæratur ergo tam de istis, quàm de cęteris omnibus, & respondebimus quòd respondere nos docet Apostolus, scilicet hæc idcircò oportere fieri, quia Deus vult ostendere iram, & notam facere potentiam suam: & quia hoc vult, idcircò sustinet vasa iræ apta in interitum. Notandum quippè qualiter dixerit, quia bonum est quod vult, scilicet ostendere iram, & notam facere potentiam suam: mala autem sunt quę sustinet, videlicet vasa iræ, apta in interitũ.

Rom. 9.

Ibidem.

Ibidem.

Exod. 7.

**Nunc.* *Hunc iam pro exemplo propositum ab Apostolis teneamus Pharaonem, vas iræ, aptum in interitum, vt causa magis clarescat, cur velit Deus ostendere iram suam, & in quo bonum sit, quòd vel tunc ostendit, vel nunc ostendere non desinit iram suam. Homines voluptatum amatores, & ad omnem vanitatem proni quales iam tunc erãt in Aegypto filij Israel, nisi aliqua vexatio præsentialiter adsit, non intelligunt, immò intelligere nolunt, quod Deus bonus, misericors & clemens irasci nouerit, vel quod iudicium cum seueritate aut creaturæ suæ damnationem visu suo sustinere possit. Tũc denique filij Israel cum dijs Aegyptiorum non minus quàm Aegyptij fornicabantur. Vnde & per prophetam Ezechielẽ sub specie mulierum Oolla atque Ooliba contra Samariam & Hierusalem loquitur: Fornicata est ergo Oolla super me, super amatores suos filios Assyriorum: insuper & fornicationes suas quas habuerat in Aegypto, nõ reliquit. Et post aliqua: Multiplicauit Ooliba fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quib. fornicata est in terra Aegypti. Item ad ipsam: Et visitasti, ait, scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Aegypto vbera tua, & confractæ mammæ pubertatis tuæ. Ne igitur nescirent rudes tunc filij Israel, quia Deus cùm sit clemens & misericors pater, nihilominus tamẽ zelum fortissimum habet, & cum seueritate iudicaturus est, iramque repositam habet, qua peccatores vniuersos puniet quandoq; vniuersaliter, experimento opus erat, ira eius vt ostenderetur expediebat his, quos bonitas eius saluos esse cupiebat. Neque enim aliter salui fieri possent, nisi iam aliquo experimento venturam iram scientes, à ventura ira fugerent. Oportuit ergo Pharaonẽ excitari, oportuit vt sustineret Deus vas illud aptum in interitum, hominem illum impium ac superbum sedere in solio regni, quod nimirum fuit excitari.

Notandum quippè, quia non dicit scriptura, in hoc ipsum iniquum feci te, sed in hoc ipsum excitaui te, id est, cùm esses iniquus, in regnum ascendere fecite. Vt quid hoc? Vt ostendam in te virtutem meam, vt ostendam in te quam volo ostendere iram meã, vt te pro consuetudine iniquitatis tuæ, pro infinita tibi malignitate, filios Israel affligente, vexatio præsens det illis intellectum, & sentiant atque experiantur apud me esse iram, & hoc scientes fugiant iram meam, & confugiant ad me, à quo recesserant, Deũ suũ, Deũ patrum suorũ. Eãdem ob causam oportuit deinde Assyrios, cęteroſq; hostes Israel excitari, sicut vbiq; testificatur spiritus sanctus loquẽs in ꝓphetis, & idcircò sustinuit Dous cũcta vasa iræ apta in interitũ, vt electis eius amaras facerent illecebras voluptatum, propter quas obliuiscebantur Deum, vt vel sic necessitate compulsi reuerterentur ad ipsum. Porrò vniuersitas illorum pro vna malignitatis spiritu reputatur in vnum corpus, & illud corpus bestia est, quæ hoc libro toties esse dicitur septẽ capi

Esa. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, quorum Antichristus septimum est. Igitur cùm dicitur: post hæc oportet illum solui, causam eandē intelligamus, propter quam vt ascenderet, iamq; sex capita persecutioni sanctorū impenderet bestia sępè dicta, Deū sustinere oportuit, vt videlicet vsque ad summum ira sua nota fiat, vt euidēs atque sufficiens testimonium habeat: quia non iniquitatem vult, sed iniquitatē odit, atq; perinde sedere illum deceat in nouissimo die in solio iudicij, & iudicare illos, qui cunque inuenti fuerint incorrecti. Palam quippè erit: quia malum, id est, peccatum valdè odit, qui malum, id est, afflictionem vt suis quoq; electis inferretur, aut ipse inferret, sustinere potuit. Sequitur: *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: Et animæ decollatorū propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neq; imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cū Christo mille annis: cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummarentur mille anni. Et hæc est resurrectio prima.*) Ligato dracone diabolo, & liberè per publicum procedēte Christi euangelio, hominibusq; qui fuerant vasa eius, transmutatis in vasa Dei, filios Dei, templis idolorum versis in ecclesias Christi. Qualis ex tunc per orbem terrarū sanctæ ecclesiæ status esse cœperit, in visione prospicit dicendo: *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis.*) Istæ nanq; sedes ecclesiasticæ sunt dignitates, videlicet pontificum catholicorum, & inferioris quoque ordines sacerdotum siue prælatorum, quorū potestas nimirum tanta est, vt rectè sit vel dici debuerit, quia datum est illis iudiciū: autoritate nanque eius (cui pater dedit omne iudiciū) hoc illis datum est, vt quæcunq; alligant super terram, ligata sint in cęlo, & quæcunque soluunt super terrā, soluta sint in cælo. Summū iudicij huius tribunal in ecclesia paratū est Romana, vbi sedes apostolica B. Petri, & nomine & corpore fundata est, cui specialiter dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Ex illius sanctæ sedis religiosa & venerabili traditione memoriæ martyrum Christi sic celebres & splendidæ factæ sunt, vt omni honore solennizentur per mundum vniuersi natalitij dies illorū, & super sacra illorum corpora celebrentur solennia missarum. Ait ergo: *Et animæ decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbū Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt.*) Quod est dicere: Ecclesia Christi in ordine suo sedente, principibus quoq; & regibus terrarum obedientibus iudicio eius, animæ sanctorū martyrum (qui propter fidem Christi sanguiné suum in persecutione fuderunt, nolētes parére paganis principibus, vt Christum negarent, & participes fierent de sacrificijs dæmoniorum) virtutibus eximijs sese viuere cōprobauerunt, & ita apud homines regnauerunt, qui iniquè damnati fuerāt, vt reges quoq; & imperatores discincti, & deposito diademate nudis capitib. sese prosternerēt ad venerandas memorias eorum. Hoc fit, & fieri non desinit mille annis, id est, sicut iam dictum est, vsq; ad aduentum Antichristi: Tam diu regnabunt cū Christo, vt quicunque Christū confitentur, martyres quoque Christi suppliciter venerentur. Cæteri, inquit, mortuorū non vixerunt. Cæteri mortuorum, id est, qui aliter mortui sunt, qui seculo viuunt, & Deo mortui sunt, longè ab his differentes, qui propter testimoniū Iesu seculo mortui sunt, & Deo viuunt: isti non vixerunt, nec viuere iudicati sunt, sed inter mortuos ęstimati, & verè sunt, & hoc donec consummentur mille anni, id est, donec veniat Antichristus, qui econtra tales vtique viuificabit: viuos aūt, id est, iustos Deo viuēs mortificabit. *Et sedes hæc est*, ait, *resurrectio prima.*) Hæc nimirū alligatio draconis: Hoc iudicium sedentium super sedes. Hæc vita regnantium cum Christo animarum sancto rum martyrum, resurrectio prima est. Sunt enim duæ resurrectiones, sicut duæ mortes, altera animarum, altera corporum. Resurrectione animarū credendo in Christum, resurreximus per baptismum, quam DOMINVS intendens dicebat turbis Iudæorum: Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij DEI, & qui audierint viuent. Porrò resurrectione corporum in nouissimo die resurgemus omnes, quam itidem Dominus insinuans continuò subsecutus est: Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius, procèdunt qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Sequitur ergo: *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sancti Dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille annis.*) Qui enim crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, non tantùm mille annis, sed cunctis annis, & diebus æternitatis. Nam dies, inquit Psalmista, super dies reges adijcies, annos eius vsque in diem generationis & generationis. Permanet in æternum, & in seculum seculi. Sed quia veniens Antichristus fidem illius in plerisque turbabit, idcircò sic quodammodo determinauit. Et regnabunt cū illo mille annis, addiditque continuò: *Et cū cōsummati fuerint mille anni, soluitur Sathanas de carcere suo. Et exibit, & seducet gētes, quæ sunt super quatuor ān-*

Mat. 18.

Psal. 60.

tuor ānglos terræ Gog & Magog.) Soluetur & exibit, id est, permisso vtetur, & publicāvbiq; terrarum persecutionem in Christianos excitabit: Et seducet omnes gentes, electis vtique exceptis, quia fieri non poterit, vt in errorem inducantur electi. Hoc enim & superius expressum est, his verbis: Et mirabuntur inhabitātes terram, quorum nomina nō sunt scripta in libro vitæ à constitutione mūdi. Gentes ergo, id est, gentiliter viuentes, qua nimirum appellatione omnes qui Christi sunt, reputantur superiores. Porrò vniuersi, qui non sunt Christi, miro hic denotātur modo, dum dicuntur Gog & Magog. Interpretatur aūt Gog tectum, Magog de tecto. Quid igitur, nisi occultos pariter & manifestos per hæc intelligim⁹ aduersarios? Nam per Gog, id est, per tectum, falsos intelligimus fratres, qui intus sunt, & nobiscū professentur nomen Christianū, qui pro eo quod nondū sese produnt (quia rei vel temporis occasio illis deest) rectè dicuntur tecti. Per Magog verò, qp est, de tecto, illi rectè significantur, qui sicut operibus, ita & verbo nobis aduersantur, scilicet pagani, Iudæi atq; hęretici. Porrò istis, cùm acceperint occasionem cū antichristus venerit, nō dissimili furore sociabunt falsi Christiani, pariterq; cum illis vim facient veris, & simplicibus Christianis. Ait ergo: *Et congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris, & ascenderunt super altitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam.*) Congregabit eos, nō vtiq; in vnum locū, sed in vnum idemq; impietatis propositum, in vnū idemq; nocendi studium. Et rectè numerū illorum dicit sicut arenam maris, quia, videlicet, non sunt ipsi, qui assimilētur vllo modo stellis cæli, nisi fortè cū significatione casus & perditionis, vt illic: Et cauda eius, videlicet draconis, trahebat tertiā partem stellarum cæli, & misit eas in terram. Quod de illis dūtaxat rectè dici potest, qui aliquā do potuêre fratres dici, sed exierunt ex nobis, quales hic per Gog, id est, tectum significati sunt. Idcircò ergo sicut arena maris, quia non in cælo nomina eorum, sed in terra scripta sunt, quemadmodū propheta dicit: Domine oēs qui te derelinquunt cōfundentur, recedentes à te in terra scribentur. Isti ascenderunt, ait, super altitudinem terræ: De futuro rerum tempore, quo dixerat, soluetur Sathanas, & exibit, & congregabit ad præteritum visionis tempus, redijt repētè dicendo, & ascenderunt, & circuierunt castra sanctorum. Ascenderunt ergo, sub auditur in illa visionis imagine: Nam ascensuri sunt in re: Ascensus eorū superbia eorum est. Denique tunc tempus eorum erit, vt ascendant in curribus, & in equis gloriātes, locusq; substiliāt, & diffundantur super altitudinē terræ, latè potentes, latè dominātes sub tali tantoq; terrarū principe. Ita ascēdentes, ita superbiētes circuierūt castra sanctorū, & ciuitatem dilectam. Quod dixerat castra sanctorum, hoc manifestius repetiuit dicēdo, & ciuitatē dilectā. Nam ciuitas dilecta castra sunt sanctorū, castra pacis & dilectionis, firmata fide, nō materiali lapide, armata verbo nō ferro. Huiusmodi castra, talem ciuitatem circuierunt, non irruperunt: impugnauerunt, nō infregerunt. Foris sunt, & in circuitu impij ambulāt, quia etsi corpori nocent, nō tangunt animam: si lacerant carnē, non lædunt fidem. Quid tandem? *Et descendit ignis de cælo, & deuorauit eos: Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudoprophetes cruciabūtur die ac nocte in secula seculorum.*) Hæc omnia per anticipationem dicta sunt: nā qualiter debeāt fieri, qualiter ignis diabolum, & eos oēs quos ille seduxit, deuoraturus sit, vel quomodo in stagnū ignis & sulphuris mittendi sunt, sequenti capitulo repetens latius exponit. Ait enim: *Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inuētus ab eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni: Et libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ. Et iudicati sunt mortui, & ex his quæ scripta erant in libris, secundū opera ipsorum.*) Ergo sessio ista, & cunctus iste apparatus, ille est, quē prospiciens ipse qui sessurus est cū iam ad passionem properaret hoc modo ,plocutus est: Cùm aūt venerit filius hominis in maiestate sua, & oēs angeli cū eo, tunc sedebit super sedē maiestatis suę, & cōgregabuntur ante eum oēs gentes, & separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hœdis, &c. Thronus magn⁹ illa magna altissimę maiestatis sedes est: Thronus ille vt magnus, ita est & cādidus, quia nō est aut erit, qp in iudicio illo iure reprehēdatur: sedentē super eum, absq; vllo nemine dixit, magnificētius personā illā silentio innuens: quia nec ignota est, nec ignorari licet, & vt tunc nō cognoscatur impossibile est: immò prouidendum est, vt quando sedens videbitur, benevolum habeat oculum præparatū qui visurus est. Nam contra malignos oculos de isto propheta loquitur: Domine exaltetur manus tua vt nō videant & cōfundātur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Nā quomodo zelantes populi, quomodo maleuoli sustinebūt oculi? Ait enim, quia ab aspectu eius fugit terra & cælum, & locus nō est inuētus ab eis. Quomodo tunc fugiet terra aut cælū? Nimirū terra magna cōflagrata incendio pristinam amittet speciem, simulq; opera terrena disparebunt, opera regum atque principum simul ruēt, simulq; ardebūt, nec remanebit lapis super lapidem ciuitatum siue munitionum, quas-

Mat. 24. Sup. 17.

Sup. 12.

Hier. 17.

Mat. 25.

Esa. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunque homines incipiente Cain ædificauerunt, nec saltem exiguus ex incendio residuus erit puluis eorum. Hoc modo terra fugiens sanguinem quoq; reddet omnem, quo corrupta est, ex quo iam dictus Cain interfecit fratrem suum Abel, & corpora vniuersa hominum, quibus ab initio repleta est: Nam hoc est quod ait: *Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni.*) Porrò cælum sic fugiet, quomodo per Psalmistam tam de terra, quàm de cælo prædictum est: Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: Ipsi peribunt tu aût permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. Quod hic singulariter cælum hoc idem illic pluraliter cæli significant, videlicet cælum aereum: quia nimirum iste quoque aer crassior atque corpulentior cælum dici cõsueuit: Vnde & volucres, quæ volatu suo infimum non excedunt aerem, dicuntur tamen volucres cæli: qui, videlicet aer cùm sit vnus, sunt tamen diuersæ qualitates aeris pro locis & regionibus diuersis, atque idcircò & vnum cælũ, & multi dicuntur cæli. Hinc ait quidam Ethnicorum: Cælum, non animum mutãt, qui trans mare currunt. De istis cælis non dubium est, quin perituri sint, videlicet nimio calore soluti, quando super thronum suum magnum iste sedens apparebit. Nam de illis quoque Petrus Apostolus in epistola sua dicit: cæli autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt reseruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. Mirabilis atque pauenda erit illa fuga cæli siue cælorum. Neque enim silentio fiet, sed terribiliter audienda est disruptio fugientium, siue fuga disruptorum seque disrũpentium, sicut vetus disrumpitur vestimentum. Ignis quippè non leuiter tũc suas iussus exercebit vires, vt nõ parumper cæli crepitent, sicut nunc interdum inualescente æstiuo calore crepitare solent (quem crepitum physici dicunt esse tonitruum) sed erit tempestas valida, validusque ignis, qui in circuitu ardebit venientis, vtpotè ad vindictam exire iussus impiorum, ad examinanda merita bonorũ & malorum. Possunt præterea per terram fugientem homines peccatores: per cælum autem, id est, aerẽ rectè intelligi dæmones, quorũ in aere potestas vagandi est. Sequitur enim: *Et locus non est inuentus ab eis.*) Illam quoque terram, & illud cælum rectè hic intelligimus, cui fugiẽdi quidem voluntas sit, sed latendi locus nullus inueniri possit à conspectu sedentis super thronum, scilicet homines impios, & spiritus malignos, qui tanti iudicis aspectũ fugere nõ valebunt, nec obtinere poterunt optando abscõdere se in scissuris petrarũ, & dicendo mõtibus: cadite super nos: & collibus, cooperite nos à facie sedentis super thronũ: sed vniuersi coram astabunt, omnes producẽtur ad publicũ. Vnde protinus subiungit: *Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni.*) Magnos & pusillos dixit, q̃ idem est ac si dicat, neminem latere posse quin coram asit, siue magnus, siue pusillus ille sit. Nec verò facies tantũ, sed cõscientiæ quoque parebunt: Hoc est quod continuò subijcit: *Et libri aperti sunt.*) Apertio nanque librorum manifestio erit conscientiarum. Omnes enim nos, ait Apostolus, manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusq; corporis sui prout gesit siue bonum siue malum. *Et alius liber apertus est, qui est vitæ.*) Liber iste diuinæ præscientię, & beatę prędestinationis certitudo est. Multum ad veritatem iudicij operabitur hic liber, quia videlicet saluari fas non est, nisi tantum illos, qui in hoc lib. vitę scripti, id est, ad vitã sunt prędordinati, quos iã tunc Deus scripserat, & quos nasci iubebat quando formatis hominibus primis masculo & fœmina, parẽtibus nostris gratuita benedictione benedixit illis dicens: Crescite & multiplicamini. Nam cæterorum omnium causa vt nascerẽtur, peccatum accessit primę prędestinationis, sicut indicat textus vel ordo narrationis. Ad mulierem nanque dixit idem Deus peccato iam consummato: Multiplicabo ęrumnas tuas & cõceptus tuos. Multũ igitur, vt iã dictũ est, ad veritatẽ iudicij simulq; ad laudem misericordię liber iste apertus, qui est vitę, operabitur cum cunctis palam fiet, quia nullus eorum qui perditionem malis sibi operibus conquisierunt fuit prędordinatus, itemque nullus eorum, qui ad vitam prędordinati fuerunt, quiq; illa benedictiõe nasci iussi sunt salutideerit, neq; cũ eiusmodi operib. tunc apparebit vt debeat condẽnari saluatus gratia permanentis & perseuerantis eiusdẽ benedictionis. Hinc enim gratulando pro victoria dicet misericordia his qui stabũt à dextris: Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis prępaparatum est à constitutione mundi. Nimirum hęc eo dicente non paruo celebrabitur vel cõmemorabitur triumpho victrix benedictio Dei, quod inter tot subsecutę maledictionis spinas, & tribulos crescere, & ad perfectũ perduci potuerit ad laudẽ ipsius, qui propter nos homo factus maledictionem soluit, & priorem benedictionem recuperauit. *Et iudicati sunt*, inquit, *mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.*) Hoc ita certum est, vt nemini vacet nescire, cuius ore recitandum sit quicquid in libris illis scriptum est: Rex ipse sedens super thronum ita se recitaturum asseruit, primum his qui à dextris eius erunt;

Gen. 4.

Psal. 101.

Horat.

2. Pet. 3.

Gen. 3.

Matt. 5.

Esuriui

Ibidem. Esũriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi potum, &c. E contra de conscientijs illorum qui à sinistris erũt, pronuntiabit quod hæc omnia nõ fecerint, & idcirco discedite, dicet, maledicti in ignẽ æternum. Ibi deesse nihil licebit, vbicunq; vel qualicunq; fine consumptus fuerit. Vnde & protinus subiungit: *Et dedit mare mortuos suos, qui in eo erant, & mors et infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant.*) Mare, videlicet corpora, mors & infernus dederunt animas. Et quidem non solum mare, verum etiã terra de sepulchris omnia reddet corpora. Sed pulchrè solum mare hic dixisse contentus est, de quo magis ab infidelibus dubitari poterat, quibus cum incredibile videatur posse nostra de puluere terræ in integrũ reformari corpora, multò magis impossibile ęstimatur de mari, cunctisq; fluminibus reuocari, sic omnino consumpta, vt ne puluis quidem exiguus superstes vsquam compareat.

Psal. 115. Supr. 14.

Porrò mors & infernus hoc differunt, q̃ infernus malorum tantum, mors autem dicatur et sit etiam bonorum. Nam pretiosa in cõspectu domini mors sanctorum eius. Igitur mors & infernus dederunt mortuos suos, id est, beatorum mortuorum, qui in Domino mortui sunt, & damnatorum, qui in inferno deputati sunt, animę ad propria corpora reuertentur, vbicunque corpora ipsa fuerint, etiam ipsa quæ in profundo maris beluina voracitas consumpsit. Sequitur: *Et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum, & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc mors secunda est. Et qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, in stagnum missus est ignis.*) Hoc iam dixerat, quia iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum & interposito, quia dedit mare mortuos suos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, tunc demum repetit: Et iudicatum est, inquiens, de singulis secundum opera ipsorum. Nimirum quia impiorum (de quibus protinus subiungit, & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis) duplex damnatio est. Nam & antequam resurgant cũ corporibus suis resurrectione, qua mare quoq; reddet mortuos suos, iudicatæ apud inferos cruciantur animæ impiorum, & postquam resurrexerint, tunc iudicatæ pariter animæ cum corporibus suis cruciabuntur in secula seculorum. Tunc infernus & mors, id est, homines impij, qui à sinistris erunt cum diabolo & angelis eius mittẽtur in stagnũ ignis. *Et hæc*, inquit, *secũda mors est.*) Videlicet de qua superiꝰ cum dixisset. Beatus & sanctus q̃ habet partẽ in resurrectione prima, subiũxit atq; ait: In his secunda mors nõ habet potestatem. Ergo cum sit resurrectio prima resurgere à peccatis per fidẽ Christi, recte prima mors peccatum, secunda aût mors rectè intelligitur æterna vindicta peccati, de qua iterum subiungit: *Et qui non est inuẽtus, in libro vitæ scriptus, in stagnum missus est ignis.*) Quod idcirco repetere videtur, quia videlicet, vt mittantur in stagnum ignis duplici pro causa fuit, id est, & pro peccato originali, à quo liberati non sunt per fidem Christi, & pro actualibus peccatis, quę singuli in vita sua, superaddiderunt præuaricationi illi. Itaq; quod superius anticipãdo dixerat: Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis ardentis & sulphuris, vbi bestia & pseudoprophetes cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum, hoc ipsum ab eo loco vsq; ad præsentẽ terminum demonstratum est qualiter fiet. Ab hinc beatũ immortalitatis statum eorum, qui à dextris erunt, quibus dictum erit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, significant sequentia visionis qualis futurus sit. *Et vidi cælum nouum, & terram nouam. Primum enim cælum, & prima terra abijt, & mare iam non est. Et ciuitatem sanctam Hierusalem nouam vidi descendentem de cælo, à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo.*) Exterminatis illis, qui corruperũt terram, vidi inquit, cælum nouum, & terram nouam, id est, cæli & terrę speciem nouam, & in melius commutatam. Primum enim cælum, & prima terra, id est, cæli & terræ species prius abijt siue fugit, sicut supra dictum est, qui à conspectu sedentis super thronum fugit terra & cælum. Porrò de eo quod ait: *Et mare iam non est.*) Dubiè à doctoribus tractatum est, vtrum maris fluida substantia penitus siccanda & adnihilanda sit magnitudine illius incendij, quo deflagrabitur vniuersitas seculi, an in melius commutanda, vt eius quoque substantia quidem permaneat, sed species alia sit. Cunctis igitur innouatis: *Vidi*, ait, *ciuitatem sanctam Hierusalem nouam.*) Tanto nanque venerabili præconio sanctorum, atque electorum vniuersitatem efferri decuit, vt diceret eam ciuitatem, meritis sanctam, nomine Hierusalem, habitu nouam: nimirum, quia hæc ciuitas sancta est, illa autem, quam superius viderat, inimica huius, meretrix & mater fornicationum, & dicitur & est. Ista Hierusalem nomine suo, suam & Dei sui veram significans pacem: illa, Babylon vocabulo suo, suam designans confusionem. Ista noua & perseuerans in iuuentute æterna, illa celeri iuuentute per fornicationes expensa, atque in breui consumpta, deinceps corrugatur vetustate sempiterna. Quæ est enim huius nouitas, nisi gemina sanctæ regenerationis gratia? Nunc enim regenerata per primam resurrectionem, id est, per

CAP. XXI.

Universidad de Deusto Biblioteca

Christi baptismum, in nouitate vitæ ambulat, tunc autem, cùm factum fuerit, quod *Rom. 6.* *Mat. 19.* præsens visio præscribit, regenerata erit per secundam resurrectionem, de qua ipse Christus: In regeneratione, inquit, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, & cætera. Erit ergo tunc verè noua tam in corpore quàm in anima. Talem vidi, inquit, descendentem de cælo, & exponens quid dixerit, addidit: *A Deo paratam.*) Non enim sibi arrogat, id quod est illa ciuitas sancta, sed à Deo se accepisse, non suis meritis, sed cælesti gratia, semper meminit, & sempiternas agit gratias. Quomodo paratam à Deo? *Sicut sponsam,* inquit, *ornatam viro suo.*) Multum per omnia ciuitas hæc prædicatur dissimilis ciuitati illi magnæ meretrici. Illa nanque in habitu meretricis sedens super bestiam coccineam, plena omnibus blasphemiæ, prostituta & fornicaria patenter arguitur, prostituta dæmonijs, fornicata cum regibus. Hæc autem vni viro suo, vni Deo suo pudicè ornata pronúciatur, & sicut sponsa, videlicet iam præparatas ingrediendo ad nuptias, adultera illa meritas mortis & inferni subeunte pœnas. Sequitur: *Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis: Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit, eorum Deus.*) Verè magna & delectabilis vox ista, quam sanctam ciuitatem, & sponsam suam ipse, qui sedet in throno, dignam demonstrat atq; commendat. Neque enim illa vnquam commendauit seipsam, atque idcircò dignum est, vt vir suus, Deus suus, commendet illam. Econtra meretrix illa corruptis & corruptoribus suis semetipsam commendat, semetipsam corde & ore proprio apud illos in malis proprijs magnificat: Nam in fronte eius nomẽ scriptum mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ: Item ipsa in corde suo dicit: Sedeo regina & vidua non sum, & luctum non videbo: Hæc autem non semetipsam cõmendat, sed Deus suus, vir suus, sedens in throno magna voce illam commendat. *Ecce,* inquit, *tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis.*) Ecce demonstrantis aduerbium, magnũ est magnæ gratulationis indicium lætantis *Psal. 103.* ore prolatum, quia quemadmodum Psalmista dicit: Lætabitur Dominus in operibus suis: Hoc nanque tabernaculum opus Domini est, vniuersa ornamenta eius abintus & deforis pulchra sunt opera Domini, digna præconia demonstrantis Domini, digna lætitia cordis Domini, vt sicut iam dictum est, propheta testante, lætetur in illis. *Gen. 2.* Ex quo formato homine primo costam de latere eius tulit, & ædificauit eam in mulierem, extunc Deus hoc tabernaculum suum ædificare non desijt, aut desiuit donec compleat, & dicat: Ecce tabernaculum Dei. Porrò quod addit cum hominibus, idem est, ac si dicat ex hominibus: Totum nanque hoc tabernaculum ex hominibus ædificatum est. Vnde & lapides viui dicuntur, tunsionibus, pressuris expoliti, & suis quique locis per manum artificis Dei benè dispositi. Quomodo autem & Deus habitabit cum eis, nisi quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, Deus homo factus secundum veritatem naturæ est, & semper erit vnus ex nobis? Et quia per passionẽ author salutis nostræ consummatus rectè dictum: *Et ipsi populus eius erit.*) Et quia ipse qui possidet, eorũ quos possidet, possessio est, addit adhuc: *Et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.*) Sequitur: *Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierũt.*) Mira veritatis assertio: absterget, inquit, Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ: Magnificentius exprimi non potuit multitudo consolationis, quæ in isto seculo flẽtibus, illic reposita est sanctis & electis Dei. Huiusmodi nanque dictio à similitudine tracta est matris, quę paruuli sui fletum non sustinens oculos eius, & faciem manu tergit, mulcet oculis. Pro intimando nobis tanto affectu suo idem Deus in propheta in ter cætera dicit. Pueri eorum in humeris *Esa. 66.* portabuntur, & super genua consolabuntur. Statimque ad ipsos paruulos apostropham facit, & dicit eis idem gratiæ spiritus: Quemadmodum mater consolatur filios suos, ita & ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini, & cætera. Frustra autem de oculis fletus abstergi videretur, nisi etiã ipsa flendi causa tolleretur. Rectè protinus sequitur, & dicit: *Et mors vltra non erit.*) Nomine mortis vniuersas breuiter compræhendit angustias mortalitatis. Ac si dicat. Et meretrix illa, quam de sanguine sanctorum ebriam vidisti, nequaquam vltra quicquam de sanguine illorum bibere poterit, quippè qui nec vllo modo vltra iam poterunt mori. Sublata autem morte consequenter & luctus tollitur. Ait ergo: *Neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.*) Statimque sequitur: *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.*) Hoc ille *Esa 64.* dicit, cuius dixisse fecisse est. Noua erunt *1. Cor 2.* omnia, quia talia erunt, quæ oculis non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Illa prima, scilicet omnia vetera, omnia mala abierunt, mors, & luctus, & clamor, & dolor: & hæc omnia noua, omnia bona, ordine recto succedunt. Non ita autem in processu illius meretricis. Sed quid? Omnia bona illius prima abierunt, purpura eius, au-

eius, aurum eius, lapides pretiosi eius, margaritæ eius, omne lignum thinum eius, omnia vasa eboris eius, & cæterę diuitiæ eius, quæ superius pereuntes referũtur, & deinde ordine suo succedunt, mors, & luctus, & fames, & cõbustio ignis sulphurei, & pro omnibus his semel & iterũ, ac tertio, væ, vę, væ, conclamatur illi. *Et dicit mihi: Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt, & vera.*) Ipse qui sedet in throno, qui omnia faciendo dicit, & dicendo facit ore suo, dicit mihi scribe, munere suo facit hoc vt sciã, & dignus sim scribere Apostolica simul & euangelica autoritate. Et quare scribere debeam subiuncta testificatur causa, quia hæc verba, inquit, fidelissima sunt, & vera. Fidelissima, videlicet in promissione bonorum, vera in comminatione malorum, quæcunq; præcedenti loco conscripta sunt in apparatu terribili simul & expectabili sedentis super thronũ. *Et dixit mihi: Factum est.*) Ipse qui primo aduẽtũ suo iurauerat, siue iurare visus fuerat superius, per viuentem in secula seculorum, quia tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli cùm cœperit tuba canere consummabitur mysteriũ Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas, idẽ hic in pręsignatione secundi aduentus sui di- *Luc. 16.* cit: Factum est. Quid est enim dicere factũ est, nisi mysterium Dei consummatum est? Ergo factum est, consummatum est tempus pœnitentię siue commutationis amplius nõ erit. Chaos enim magnum firmatum est inter Babylonem illam meretricem damnatã & Hierusalem istam ciuitatem sanctã, Dei sponsam, vt nec illius tormẽtum aut luctus vltra mitigetur, nec istius gaudium vel ornatus amplius diminuatur. Hoc dicto confestim pulcherrimo quasi epilogo vtitur dicendo sic: *Ego sum α & ω initium & finis: Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis: Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorũ erit in stagno ardenti & igne sulphure, quod est mors secunda.*) Breuiter nanque ea de quibus hactenus sermonem feci, vel quorũ huic imagines ostendit, quæ & verba fidelissima atq; vera pronúciauit, scilicet de bonis eorum, qui à dextris, & de malis eorum qui in illo iudicio statuentur à sinistris. Nã quod ait: Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis, qui vicerit possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius: fidelissima sunt verba his reposita, qui à dextris erunt, quæ sequuntur: Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardẽti igne & sulphure, quod est mors secũda, verba sunt vera in eos qui à sinistris erunt. De quorũ omnium fidelitate ac veritate ne quis dubitet, suam autoritatem ipsa quæ loquitur veritas, mira cũ grauitate interponit dicendo: Ego sum α & ω, initium & finis. De ista suimet quadã descriptione iam initio dictum est, vbi idem ait: Ego sum α & ω, principium & finis. Veraciter omnia hæc, quæ hac vltima periocha dicta sunt, eo modo dicta sunt vt plena sint timoris, & secundum hæc opera suã, vel iudicia sua spiritus sanctus rectè dicitur, & est spiritus timoris Domini. Hic timor Domini sanctus est, quia omnes sanctos & electos Dei timoratos facit. Timoratos inquam, non timidos omnes illos facit, quia quantumcunque in sanctitate profecerint, considerãtes veritatem atque seueritatem tremendi iudicij, timent & tremunt adhuc, nec enim sese compræhendisse arbitrãtur, & nihilominus fortes sunt, & currunt vt compræhẽdant, quod timidi non faciunt. Timidi nanque dicun- *1. Cor. 9.* tur & sunt, qui neque fidem neque spẽ habent futurorum, & tunc demũ rectè timidi dicuntur, cũ de promissionibus Dei dubitantes nihil sorte propter spem vitæ, nihil arduum propter præmiorũ fiduciam aggrediuntur. Idcirò rectè præsenti loco timidi cum incredulis sociantur: & sicut incredulorum, ita timidorum quoque pars in stagno ardenti fore denunciatur. Et hæc quidẽ retributio iustitiæ est, illa autem donatio gratiæ, quæ sanctis promittitur in remuneratione. Proinde cùm dixisset: Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ, addit gratis: quia nimirum hoc ipsum quod sitit operando, quod operatur sitiendo, & desiderando ad Deum, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, totum muneris est diuini, muneris gratuiti. Ipse enim & gratis *Psal. 41.* nos fecit & gratis antequã essemus omnes, *Rom. 8.* sanctos suos ad vitam prædestinauit, & cũ perissemus in Adam, itidem gratis nos vocauit, atque à peccatis regenerante Christi gratia iustificauit. Cõsequenter igitur & illud gratiæ erit vel est: quod vocatos atque iustificatos magnificauit illa magnificatione vt sint filij Dei, quemadmodum dicit: Et ero illi Deus, & ille erit mihi filius, & bibẽt de fonte aquæ viuæ, ita vt inebrientur, quẽadmodum Psalmista dicit: Inebriabuntur *Psal. 35.* ab vbertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te est fõs vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

VNDECIMI LIBRI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER DVODECIMVS.

SEPTEM spirituũ Dei opera spectauimus, quę vel qualia cum genere humano operati sunt ab initio vsque ad finem seculi, singuli ordine suo, à primo qui est spiritus sapientiæ, vsq; ad vltimum eiusdem ordinis spiritum timoris Domini. Nam, sicut alias dictum est, nobis quidem ascendentibus ad Deum, primus in ordine est spiritus timoris Domini, testante scriptura cùm dicit: Initium sapientiæ timor Domini. Sed descendenti ad nos gratia cælesti, alius in propheta computatur ordo eorundem spirituum Domini, cùm de flore quide virga prodeunte ex radice Iesse ascendit, loquens ita dicit: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Horum ergo spirituum opera secundum sanctarum autoritatem scripturarum requirentes spectauimus, & pro posse scrutati sumus septę periochas, determinando secundum eosdę spiritus, quoniam ab ipsis gratiam & pacem nobis annunciabat scriptor libri huius in Christo Iesu dicens in initio: Gratia vobis ab eo qui est, & qui erat, & qui vęturus est, & à septę spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & ab Iesu Christo, &c. Nunc tandem in calce visionis siue reuelatiõis huius vniuersitas huic Ioanni demonstratur totius operis, quod Iesus Christus tot impensis, tot spirituum suorum gtatijs vel donis ædificauit, scilicet ciuitas sancta Hierusalę, quæ est ecclesia Dei, non qualis in ista peregrinatione est, vel qualis in vltimo iudicio stabit à dextris, sicut paulò ante dictum est, non sine aliquanto timore donec transeat furor Domini, quo in ignem æternum mittentur sinistri: sed qualis post iudicium in gloria æterna erit, sola & tota alienis omnibus foras missis, perfruẽs visione Dei. Hoc ita incipit: *Et venit vnus de septem angelis habentibus phyalas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum dicens: Veni ostendam tibi sponsam vxorem agni: & sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cælo à Deo, habẽtem claritatem Dei.*)

Psal. 110. *Esa. 11.* *Sap. 1.*

Vnus iste de septem angelis, vnus est Christus, qui in omnibus eisdem loquitur angelis, id est, prædicatoribus sanctis, quemadmodum dicit quidam illorum Apostolus Paulus. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Hic vnus futurum erat vt veniret ad istum dilectum suum Ioannem, & appareret illi cum discipulis suis, sicut in peruulgata assumptionis eius historia legis, dicens: Veni dilecte mi ad me, quia tempus est vt epuleris in cõuiuio meo cum fratribus tuis. Hoc ergo præsignans iste vnus de septem angelis locutus est, ait, mecum dicens: *Veni, ostendam tibi sponsam vxorem agni.*) Qui enim hæc dicit: epulas vtique nuptiales illic esse innuit, de quibus, vt iam dictum est, dicendum huic erat, quia tempus est vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. Sponsa quippè est in conuiuio nuptiali. Quare autem vtrunq; dixit, & sponsam, & vxorẽ agni? Videlicet, quia coniugiũ agni & vnicę ecclesię eius virginale est: etiam illic vbi iã vxor erit in plenitudine voluptatis, sponsa nihilominus permanebit, quia nimirũ in illa beata copula semper vxor cum filijs, semper virgo erit permanentibus nuptijs, & sponsalibus festis. *Et sustulit me,* inquit, *in spiritu in montem magnum, & altum.*) Verè qui ad vitio nem diuinitatis transfertur quod huic futurum erat, sicut iam diximus, in magnam altitudinem altamque magnitudinem mõtis æterni sustollitur. Mõs quippè iste Christus est, qui tanquam lapis modicus de monte excisus sine manibus, id est, in humilitate nostræ conditionis de virgine natus creuit, factusque est mons magnus, & impleuit orbem terrarum, creuit ascendendo sũper choros angelorum. Dominus omnium cælestium terrestrium & infernorum. In montem hunc magnum & altum sustulit me, ait, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem. Ergo super istum Christum ciuitas Christi fundata vel ædificata est. Hoc ita verum est, vt per prophetam quo que Deum legamus dixisse de illo. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem summum, angularem pretiosum in fundamento fundatum. Sed & ipse lapis in Euangelio contra scribas & pharisæos, Psalmista pro semetipso vtitur testimonio cùm dicit: Lapidem

2. Cor. 13. *Dan. 2.* *Philip. 2.* *Esa. 28.* *Mat. 21.* *Luc. 20.* *Psal. 117.*

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Rectè ergo super monte ciuitas ostenditur, quæ super ipsũ Christũ ecclesia Christi fundata esse cognoscitur, mira ædificatione, mira fundamenti & lapidum positione. Omnis nãque ædificatio cuncta ædificia ciuitatum siue domorum, quæcunque in hoc mundo sunt, lapidem fundamenti habent deorsum infimum & parietem sursum. Hæc autem ædificatio vel ciuitas quæ hic in spiritu ostenditur, fundamentum sursum habet altissimum, vnde pendet omnis structura parietum, omnis spes & amor populorum fidelium, tam Iudæorum qui priores fuerũt, quàm gentiliũ qui posterius ædificati sunt. Hanc ciuitatem dicit sanctam, & nuncupat Hierusalem, quia sancta est ecclesia sponsi sui sanguine sacrata, æternę pacis possidens, & possessura visionem. Vnde ad eam in psalmo loquitur spiritus sanctus: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarũ tuarum, benedixit filijs tuis in te, qui posuit fines tuos pacem. Eam dicit: *Descendentẽ de cælo à Deo.*) Vt supra iã dixerat: Descendentem, inq. non cadentem, vt cecidit ille angelus, & factus est diabolus & Sathanas. Cadere nanque superbiæ est, descendere humilitatis, in quo semper descensu se continens illa Hierusalem in ęternũ stabit sciens, quia quod est, non suis viribus est, aut meritis, sed gratia Dei, quæ cum Christo de cælo descendit. Talis descensus glorioſus est, & in magna claritate sublimis. Cùm ergo dixisset, descendentẽ de cælo, rectè subiunxit: *Habentem claritatem Dei.*) Pulchrè nimirũ descendit quę in ipso descensu, in ipsa humilitate descẽsus sui claritatem habet Dei, id est, similis est claritati Dei. Clarissimum quippè Deum videndo ipsa quoque secundum similitudinem eius resplendet, & clarissima est. Hinc in epistola sua hic idem Ioannes ait: Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nõdum apparuit, quod erimus: scimus quia cùm apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Nec verò solummodo in anima, verum etiam in corpore habebit claritatem Dei, id est, claritatem, qua post resurrectionem suam clarificatum est corpus filij Dei. Sic enim Apostolus dicit: Vnde & saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Hoc ipsum præsenti loco amplius astruit, cũ protinus subiungit: *Lumen eius simile lapidi pretioso, tanquam lapidi iaspidis sicut crystallum.*) Nam ac si quęreres, quomodo dixerit habentem claritatem Dei, lumen eius simile lapidi pretioso, id est, Christo, qui vtique lapis dicitur, & pretiosus est. Porrò hæc similitudo in diuersi generis lapides duos dispertitur dicendo, tãquam lapidi iaspidis, sicut Crystallum. Non enim ex vna re, sed ex duabus ecclesia Deo vel Christo similis efficitur, scilicet non ex fide tantum, sed ex fide simul & virtutum operibus. Per iaspidem ergo virtutum pulchritudinem: per crystallum fidei, quam in baptismo percepit, conseruatam intelligimus puritatem. *Et habebat murum magnum & altum, habens portas duodecim, & in portis angelos duodecim.*) Murus magnus & altus est illi æterna firmitas incorruptibilis præsidij, vbi suos quisque fidelium thesauros securus reponere possit. Vnde ipse Dominus & rex ciuitatis huius dicit in Euangelio suo: Thesaurizate vobis thesauros in cælo, quo fur nõ appropinquat, siue vbi fures non effodiunt, nec furantur. Murus iste chaos illud est, de quo pater Abraham sepultis in inferno veriſsimè dicit: Et in his omnib. inter nos & vos chaos magnũ firmatũ est, vt hi qui volũt inde hinc transire ad vos non possint, neque huc transmeare. Porrò XII. portę eius XII. Apostoli sunt, qui pro officio quo hic nobis regnum Dei prædicando apperuerunt, & ianuę nobis ad vitam extiterunt, honorem illic ampliorem habebunt quanto ampliorem in ciuitatibus habent portę honorem siue pulchritudinem à cætero ambitu murorum. In his portis anguli XII. vniuersi sunt doctores quicunque ædificationi ecclesiæ studentes. eique voce & literis seruientes, fidei & autoritati institerunt atque innisi sunt Apostolorum XII. *Et nomina scripta quæ sunt nomina XII. tribuum filiorum Israel.*) Ipsi nanque Apostoli XII. nominati & inclyti sunt filij spiritualis Israel, id est, Christi, cuius in typum pater Iacob siue Israel carnaliter XII genuit filios, XII. tribuum patres. Ergo & XII. Apostoli Christi, & XII. tribus Israel, XII. ciuitatis huius portę sunt, sed modo diuerso. Apostoli nanque in re, tribus verò Israel in significatione. Quod vt compendiosius clarescat, vide quid sequitur: *Ab oriente portæ tres, ab austro portæ tres, ab aquilone portæ tres, & ab occasu portæ tres.*) Hoc de spirituali quæ per Apostolos cosummatur positione necessario intelligitur. Porrò in profectione XII. tribuum filiorum Israel ascendentium ex Aegypto talis ad imperiũ Domini positio castrorum extitit, vt ad orientẽ tribus tres, ad meridiem tribus tres, ad occidentem tribus tres, & ad aquilonem castra metarentur tribus tres. Itaque cùm de signatis XII. portis dicit. *Et nomina scripta quæ sunt XII. tribuũ filiorum Israel.*) Pulchrè diligenter lectorem ad significatiuam illam castrorum positionem mittit, memorem simul quid huic spẽ sæ suæ, huic ciuitati sanctæ Hierusalem dicat in

Matth. 6. *Luc. 12.* *Luc. 16.* *Num. 2.*

Psal. 147. *1. Cor. 15.* *1. Ioan. 3.* *Philip. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cant. 6. cat in Canticis: Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Ité: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Vt autem de spiritaliũ positione portarum cœpta percurramus, quid sibi vult quod ait, ab oriéte portæ tres, ab austro portæ tres, ab aquilone portæ tres, & ab occasu portæ tres: nisi quia sancta apostolica fides in trinitatis nomine consistens per ministerium illorum excepit nos ab omni gente & natione, ab omni sexu & ætate venientes? Amplius autẽ hæc plagarum mundi distinctio in his ætatibus vtiliter intelligitur, puericiæ, adolescentiæ, iuuentæ atque senectæ, vt hoc sit ab oriente, ab austro siue meridie, ab occasu atque ab occidente ternas portas patere ab omni ętate, quacunque ætate quis conuertatur, euangelica atq; apostolica regula indifferenter aditum in ciuitatem sanctam, id est, ecclesiam, per fidem sanctæ trinitatis patuisse. Nam per oriẽté pueritia, per meridiẽ adolescentia siue iuuentus feruida, per occidentẽ ætas perfecta, per aquilonem rectè intelligitur senectus decrepita. Vnde quidam Christianæ scolæ versificator insignis ita dicit: Seu pueros sol primus agat, seu feruor ephœbos Accendat, nimius seu consummabilis æui Perficiat lux plena viros, siue algida Boreæ Aetas decrepitam vocet ad pia sacra senectam. Occurrit trinũ, quadrina ad compita numen. Non autẽ hæc idcirco dicuntur, quod illic iam post iudicium susceptio sit futura venientium, sed quia quamuis cesset susciendi officium, ordo tamen & meritum perseuerat eorum, qui toti mundo prædicantes, suo labore omnes gentes, vniuersas ætates ad vnam fidem collegerunt & susceperunt. Sequitur: *Et murus ciuitatis habens fundamenta XII. et in ipsis XII. nomina XII. Apostolorum & agni.*) Iidem Apostoli qui portę ipsi ciuitatis huius & fundamenta sunt. Nam super fidem illorum fundata est ecclesia Dei, veruntamen ita vt fundamenta ipsorum Christus sit. Denique ab hoc fundamento vnico, ipsi fundamẽta sic dicuntur, quomodo vnus idemq́ue primus eorum à petra, quæ sine dubio Christus est, dictus est Petrus. Idcirco cum dixisset, & in ipsis fundamentis XII. nomina XII. Apostolorũ competenter addidit, & agni. Etenim quæcunque scripserunt, quibus videlicet scriptis eorum tanquam fundamentis, vniuersum fidei Christianæ & doctrinæ ecclesiasticæ innititur ædificium, non de suo scripserunt, sed de plenitudine agni acceperũt, & verbis eius Euangelicis tota intentione inhæserunt atq; institerunt. Ista sunt fundamenta & istæ portæ, de quibus spiritus sanctus in Psalmo dicit: Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Est enim sensus: Sancti montes, id est, Apostoli, per fidem & doctrinam fundamenta erunt gloriosæ ciuitatis Dei, ijdemque & portæ eius, quia per prædicationem & miracula illorum intrabitur in illã Sion. Portas istas diligit dominus super omnia tabernacula Iacob, id est, plus quàm omnes militantes sibi in priori populo. Licet enim Moses & alij Prophetæ sanctè & iustè vixerint, & nimiæ sanctitatis & fidei fuerint, eorum tamẽ merita apostolorum dignitas excellit, qui non solum rectè vixerunt, sed etiam ipsum dominum (quem illi à longè prædixerant, corporali presentia viderunt, ac dulcissimę prędicationis eius interiori pastu refici meruerunt, suam quoq; crucem tollentes eius vestigia secuti sunt, nuntiantes pacem in morte eius hominibus datam vbiq; terrarum. Quamuis autem hic in his fundamentis nomina tantum apostolorum scripta dicantur, & non etiam prophetarum, tamen & prophetæ ciuitatis huius fundamenta sunt: sic enim in vno ex istis fundamẽtis, scilicet Paulo apostolo legimus scriptum: Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamenta apostolorum & prophetarum. Et illi quidem etiam tempore priores quàm apostoli fuerunt, sed nobis superędificatis vel superędificantibus, sic semper fuit & est ædificandum, vt prophetas legendo aut disserendo, quæcunq; illi scripserũt aut locuti sunt, cuncta studiosè ad apostolica comportemus fundamenta, & nihil de illis sentiamus, nisi quod per apostolos conscripta tam euangelicis quàm epistolaribus libris euangelica probat ac recipit veritas. Ergò etiam prophetæ fundamenta quidem sunt, sed Apostoli fundamenta fundamentorum, Christus autem fundamentum omnium fundamentorum, qui hic agnus dicitur, iccirco videlicet, quia fundamenta hæc omnia maximè fundamento innituntur passionis eius, propter quam Christus dominꝰ dicitur agnus. Sequitur: *Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius & murum. Et ciuitas in quadro posita est. Longitudo eius tanta est quanta latitudo, & mensus est ciuitatem de arundine per stadia XII. milia: longitudo & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt: & mensus est muros eius, CXLIIII. cubitorum mensura hominis, quæ est angeli.*) Mensor iste nimirum gratiarum distributor, earumq; remunerator est. Ipse est enim de quo Ioannes Baptista loquitur: Et de plenitudine eius nos omnes accepimꝰ & gratiam pro gratia. Prius enim in hac vita gratiam dat, diuersa credentib. in se tribuens charismata, & post in illo seculo, de quo nunc sermo est, pro gratia benè expensa retributionis æternæ

Psal. 86.

Ephes. 3.

Ioan. 1.

1. Cor. 12.

præmia

Sup. 11. præmia recompensat. Vnde notãdum, quia præsenti loco mensoris huius mensura, & arundinea dicitur, & aurea. Porrò superius quodam loco cùm diceret hic Ioannes: Et datus est mihi calamus similis virgæ, dicens: Surge, & metire templum Dei, nõ dixit quod calamus ille esset aureus. Illic nanque significabatur quo necessarium ecclesiæ Christi euãgelium erat scripturus, in quo, videlicet scribẽdi ministerio, præsens est labor, futura autem remuneratio, quam pro illa benè expensa gratia, reddenda speratur gratia, non qualiscunque, sed aurea, id est, locupletissima, vt, videlicet illic perfectè cognoscat, qui hic fideliter scripsit aut docuit: quod ex parte cognorat, hoc in isto significat mensura arundinea, mensura aurea. Nimirum prius quando his, de quibus nunc sermo est, Apostolis, immò & prophetis multisque patribus sanctis dabatur prædicandi vel scribendi gratia siue autoritas, mensura erat tantum arundinea. Tunc autem vbi, sicut iam dictum est, gratia redditur pro gratia, rectè mensura & arundinea est & aurea. Sed nunquid soli remunerabuntur hi qui facultatem vtiliter acceperũt

Psal. 67. in scripturis sanctis? Solet nanque per arundinem scriptura significari, vt illic: Increpa feras arundinis, id est, compesce hæreticos ferociter corrumpentes scripturas veritatis: arundine nanque codices cõscribuntur. Nunquid ergo soli in illa ciuitate remunerabuntur principes illi, qui scripserunt, & non etiam cæteri, qui talem gratiam non acceperunt? Immò & cæteri quicunque scripturis sanctis obedierunt. Ait enim: Vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum. Murus nanque cuius & portæ & fundamenta sunt, vniuersitas est electorum, qui tanquam lapides viui super fundamenta hæc superædificati sunt, ad quandam similitudinem lapidum materialium glutine cõgruo sibimet in structura manufacta cohærentium. Omnes omninò propriam mercedem accipient, singuli secundum suum la-

1. Pet. 7.

1. Cor. 2. borem, & secundum mensoris gratiam cũ qua laborauerunt: *Et ciuitas*, inquit, *in quadro posita est.*) Id est, summa omnium illic pax & concordia est, nec opus erit amplius, vt de pace commoneãtur, verbi gratia, quatenus idipsum dicãr omnes, & nõ sint in eis schis-

2. Cor. 1. mata. Omnes spontè quasi naturaliter ibi sunt concordes, sicut in quadro ædificio parietes, siue anguli omnes sunt æquales. Hoc ipsum verbis alijs repetit, cùm dicit continuò: *Longitudo eius tanta est, quanta & latitudo.*) Amplius autem cùm protinus addit: *Et mensus est ciuitatem de arundine per stadia XII. millia.*) Vt totidem stadia per quatuor partes intelligas, addit adhuc: *Lõgitudo & latitudo eius æqualia sunt.*) Addit tamen & altitudinem, de qua

post modum dicemus. Itaque cùm in ambitu ciuitatis stadia XII. millia perspicias, ipsa autem ciuitas quadra sit, facilè potes aduertere quot stadijs latera singula demetiãtur, scilicet tribus millibus. Sed quomodo stabit id quod sequitur, & mensus est muros eius CXLIIII. cubitorum, quod lõgè minus est quàm tria millia stadiorum? Posset hoc dictũ videri de altitudine murorũ, q̃, videlicet muri CXLIIII. cubitus tenderent in altũ, si non dixisset, quia longitudo, & latitudo, & altitudo ciuitatis æqualia sunt. Erat autẽ, vt iam diximus, tã longitudo quàm latitudo trium millium stadiorũ, quod longè superat quantitatẽ CXLIIII. cubitorum. Igitur murus hic est alius: longè enim alia, longè minor huius quantitas est. neq; enim hoc vel suspicari licet, quod hic quidem cùm dicit: Et mensus est muros eius CXLIIII. cubitorum quodcunque latus quadræ ciuitatis: Illic autem, vbi dixerat: Et mensus est ciuitatem per stadia XII. millia, aream intelligere debemus eiusdem ciuitatis. Geometricalis nanque disciplinæ ratio sic habet, quia omnis terragonus æqualiter latera habẽs, vnum latus multiplicat in se & ea semel multiplicatione aream suã implet. Porrò quantitas hæc CXLIIII. cubitorum in semetipsam ducta, vix quippiam vltra XV. stadia complet. Quàm longè hoc à XII. millibus stadiorum minus est? Igitur alius, vt iam dictum est, hic, atque alius ille ciuitatis murus est: quod qualiter in ciuitatibus manufactis fiat, vt intra murum ampliorem murus angustior contineatur, nostra demonstratione non indiget. Denique non incongruè quis ædificauerit, si intra ciuitatem, cuius ambitus XII. millia stadiorum sit, arcẽ fecerit, cuius latus quod libet CXLIIII. cubitorum sit. De spiritali ædificatione quærendum est, quia nimirum ex ipsa literæ superficie sentire compellimur, quod murus alius breuior inter murum ampliorem contineatur. Quid ergo dicemus, nisi quia quamuis vna ciuitas vna ecclesia sit? Duo tamen sunt ordines ciuitatis, alius eorũ qui foris persecutiones passi fortiter sunt præliati: alius eorum, qui benè operando in pace ecclesiæ cursum consumauerunt vitæ præsentis. Stadia nanque pugnãtium laborem, cubiti significant operantium pacem. Mensus est ergo ciuitatem de arundine per stadia duodecim millia, id est, remunerauit magnum & fortem illum sanctæ ecclesiæ ordinẽ, qui in stadio cucurrit, & pugnauit, & per quatuor partes orbis terrarum sanctę trinitatis fidẽ testificãdo: qui numeri, scilicet quaternarius atque ternarius partes sunt duodenarij: quater nanque tria, siue ter quatuor sunt duodecim: suum pro eodem testimonio sanguinem fudit, in

quo nimi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo nimirum ordine apostoli sunt & martyres Christi. Huius profectò ordinis murus amplior breuiorem centum quadraginta trium cubitorum interius murum continet, quia tantorum merita propugnatorum hoc effecerunt, vt infirmorum multitudo in Christi fide confirmata, bonis operibus insistendo ad eiusdem ciuitatis habitationem perueniret. Igitur nihil huic repugnat quod dicitur: Longitudo & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt, per quam pulcherrimæ quadraturæ figurã consona, & indissociabiliter concors significatur confessio cunctarũ, quæ illic ascenderunt siue ascendunt tribuum, tribuum Domini ad confi- *Psal.121.*
tendum nomini Domini. Longitudo ciuitatis consonantiam fidei: latitudo sufficientiam charitatis: altitudo perseuerantiã spei illorum significat, quæ illic remuneranda est. *Mensura, inquit, hominis, quæ est angeli.*) Aequales enim, inquit Dominus, erunt angelis, & filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis. Iuxta literam, cùm dicit: Mensura hominis quæ est angeli, angelum sibi apparuisse innuit in figura hominis. *Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo.*) Cum distinctione facit muri & ciuitatis dicendo, & erat structura muri ex lapide iaspide, ipsa verò ciuitas aurum mundum, nomine muri firmiores, magisq; spiritalis propositi fideles: ciuitatis autem appellatione plateas ciuitatis, id est, laxioris vitæ, maximeq; laicalis ordinis multitudinem significat: nec mirũ quod plateas ciuitatis aurum fore mundum, siue sterni auro mundo prædicat. Addens, aurũ illud sic fore mundum, vt simile sit vitro mundo, quia secularis quoq; vitæ nonnulli sunt summis compti virtutibus, qui & puritate mentis, & radio fulgent operis. Nam quia veritatem fidei retinent, rectè mundũ dicuntur aurum, quia fides aurea virtus est, imò & auro preciosior, dicente Petro Apostolo: Vt probatio vestræ fidei multò preciosior sit auro, quod per ignem probatur. *1. Pet. 1.*
Quia verò sanctam confessionem frequentant, & peccata sua non defendunt, sed confitendo aperiunt, rectè vitro mundo simile dicitur hoc aurum. Quod si quid reprehensibile adhuc in eis est, sperandum est, quia post purgatorium ignem fulgidum magis placebit hoc aurum, ita vt totũ aurum sit, *1. Cor. 3.*
quia sicut ait Apostolus, Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, etsi cuius opus arserit, id est, peccatum solubile fuerit, ipse saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Sequitur: *Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum Iaspis, secundum sapphirus, tertium calcidonius, quartum smaragdus, quintum sardonyx, sextum sardonius, septimum chrysolitus, octauum beryllus, nonum topazius, decimum chrysoprasus, undecimum hyacinthus, duodecimum amethystus.*) Fundamenta ciuitatis, sicut iam dictum est, Apostoli sunt, quia murus ciuitatis, ait superius, habens fundamenta duodecim, & in ipsis XII. nomina XII. apostolorum, & agni. Ecce autem quàm pulchra sunt fundamenta hæc, quàm pulchri lapides isti, lapides sancti, qui quando voluebantur super terram, contemptibiles videbãtur diuitibus huius seculi. Neque enim pulchritudo illorum tunc patebat in oculis hominum, quando tundebantur & percutiebantur, sed in oculis Domini pulchri erant, vt magis pulchri fierent percussionibus tribulationum polirebantur. Illic pulchritudo & claritas illorũ manifesta omnib. est & erit, ita vt quandoq; videntes dicant impij: Hi sunt quos aliquan- *Sap.5.*
do habuimus in derisum, & in similitudinẽ improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorũ sine honore: Quomodo ergò computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Nimirũ sicut lapides isti omnes pulchri & pretiosi sunt, diuersa tamen pulchritudine, ita vt nullus eorum vlli alij sit omninò similis: ita sancti apostoli omnes quidẽ inclyti sunt & glorioſi, diuersa tamen gloria, prout cuiq; superueniens in eos spiritus sanctus cõtulit: ita vt in distributione gratiarũ, quas acceperunt miro modo, similitudo dissimilis, & dissimilitudo sit similis, & habitudo mentis, siue interioris hominis, vbi Christo sunt confirmati, in nullis eorum omninò eadem sit. De naturis lapidum singulorum pleriq; studiosius conscripserũt, singulorum qualitatibus siue coloribus lapidum penè singula diligenter assimilantes merita sanctorum. Sequitur adhuc: *Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt per singulas, & singulæ portæ erant ex singulis margaritis.*) Apostoli, sicut iam dictum est, & fundamenta dicũtur & portæ, miroque modo & in fundamentis pretiosorum nominibus lapidum, & in portis pretiosarum glorioſi prædicantur simi- *Matt.13.*
litudine margaritarum: Christus enim pretiosus lapis & pretiosa margarita, quam inuentam negotiator sapiens emit, datis omnibus suis: ipse conformes illos faciens sibi hoc dedit illis, vt in fundamentis & in portis margaritę sint decoris. Decor nanque siue pulchritudo, & gloria portarum, per quas ad illam ciuitatem à quatuor mundi partibus venientes introiuimus, pulchrius aut conuenientius quàm nomine vel specie margaritarum significari non potuit. Nimirum sicut fœmina nobilis pretiosis præculta margaritis, solet ad oculos hominum gloriari, viro suo subornata: sic ciuitas illa quæ est Ecclesia, talibus principib. tantis patribus, tam glorioſis apostolis, gloriari potest, sponso suo Christo sic ornata vt sponsa.

Vnde

2. Cor. 1. Vnde sibi cõscius Paul. Apostolus, vna profectò ex istis portis semper patentibus, Corinthijs loquitur: Nam gloria vestra nos sumus, sicut & vos nostra in die Dñi nostri Iesu Christi. Quod idem est ac si diceret: Tanta nobis charismatũ dona spiritus sanctus cõtulit, tantum tamq; fructuosè nobiscum operata est gratia Dei, vt rectè vobis aduersũ pseudoapostolos liceat gloriari, p nobis. Nihilominus q; cùm dixisset, nã gloria vestra nos sumus, subiunxit: sicut & vos nostra. Hoc benè atq; cõsonanter præsens litera prædicat, vbi præmisso: & singulę portæ erant ex singulis margaritis, cõtinuò subiungitur: *Et platea ciuitatis aurũ mundum tanquã vitrum perlucidum.*) Sed & supra dicturus: Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata, præmisit: & erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Igitur veraciter gloria vestra, inquit, nos sumus, sicut & vos nostra, id est, gloriari vobis licet decollata nobis gratia, & nobis de fide cõuersatiõe vestra nostro labore parta, nec in alterutros nobis indecores aut indecẽtes sumus, sed sicut muros ex iaspide, vel ciuitatẽ
* *Decent.* auream, fundamenta * decesse ex omni pretioso lapide ornata, sicut itidem auream ciuitatem portæ ex margaritis condecent, sic populum Christianum cõdecorat principatus Apostolorum: itẽ vicissim tantis Apostolis nõ indecens est talis populi profiteri principatum. Sequitur: *Et templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templũ illius est & agnus. Et ciuitas non eget sole, neq; luna, vt luceãt in ea, nã claritas Dei illuminat eã, & lucerna eius est agnus.*) Magnifica spe nostram quæ in hac peregrinatione est, inopiam siue indigentiam spiritus veritatis consolatur, dum dicitur: Et templũ non vidi in ea, & ciuitas non eget sole neq; luna, Dominus enim Deus omnipotẽs templum illius est & agnus, & claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus. Quantum enim hoc est vel erit ad cõparationem eius, quod de Deo nunc habemus, quod de Deo & Dei filio Iesu Christo nũc videmus? Lapides congerimus, lapides materiales sine sensu, & sine anima comportamus, & ex ipsis domum cõstruentes, in eisdem vel super eosdem nomen Domini inuocamus, vt cuius faciem videre nõ possumus, eius saltẽ sanctum nomen sciamus vbi vel quomodo inuocare debeamus. Tunc quia ignorantiã eiusdem quoq; nominis habuimus vel habemus lumen aliquantulũ, id est, scripturam sanctam nobis adhibemus, vt in ipsa, vel per ipsam vtcunq; perpẽdere queamus, nõ iam quid vel quomodo sit Deus, sed tantũ quid non sit, & quod nulli creaturæ assimulandus sit Deus. At verò vbi in illa Sion Deus *Psal.83.*
1. Cor. 13. deorum videbitur facie ad faciem, & sicut est, & ipse præsens habebitur intus in nobis ipsis, in ipsa substantia animarũ nostrarũ inhabitans & inũdãs diuinitas sentietur sicut impetus fluminis, sicut torrens voluptatis, & exterioribus quoq; oculis (vt de subſtantia diuinitatis taceam) de cuius visione sparsim disputatum est à patribus sanctis, vtrũ debeat vel possit corporalibus oculis videri, exterioribus, inquam, oculis illud diuinitatis templũ præsens videbitur, quod pulchrè significatur cùm dicitur: *Et agnus templũ est illius.*) Nã verè agnus templũ Dei, templũ sanctæ trinitatis est, & erit, secundũ fabricã sui corporis, in quo corporaliter habitat plenitudo diuinitatis. Ipse enim dixit: Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc aũt, inquit, Euãgelista, dicebat de *Colos. 2.*
templo corporis sui. Quo igitur ibi nobis *Ioan. 2.*
templũ manu factum, quale hic facimus ad inuocandũ nomen Domini, cùm ibi presens cõspiciatur facies Dñi, & pulchritudo templi non manufacti, id est, glorificati corporis Christi? Quo nobis illic solẽ aut lunam *Psal. 18.*
quærere scripturarũ, vbi in semetipso, & in corde patris, Deus verbũ, cuius hic indices scripturæ necessariæ sunt? Nã sicut in Psal. p id quod dicitur: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, ita & hic per solem & lunam maiorem & minorem rectè intelligimus scientiam scripturarũ, quæ illic necessariæ nõ erunt. Alias autem & verè visibilibus istis sole & luna ciuitas illa nõ egebit, vbi nox nõ erit, sed nec dies, vt perpetuus ibi sit, huius qui nunc per circuitũ girat, stratione solis indigebit. Nam vt de cetero taceã lumine ciuitatis, ipse Dominus in euangelio dicit. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Quid ergo sol ad illuminationem illic conferre poterit, vbi tot quasi soles erunt, quot electi homines siue angeli? Verùm ipse fulgor angelorũ ex lumine erit vnius diei, vnde & dicit: *Nam cla- Mat. 13.*
ritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes per lumen eius, & reges terræ adferent gloriam suam & honorem in illam.) Ambulabunt gentes, inquit, atque hoc dicto, magnifica contingit atque commemorat beneficia vel opera misericordiarum Domini. Non enim parui ponderis aut momenti habet, quòd gentes appellat eos hic qui ambulant in tali lumine tam glorioſę ciuitatis. Idem est ac si dicat: Illi qui prius erant gentes, ad *1. Cor. 12.*
simulacra muta, inquit Apostolus, prout- *Ephe. 2.*
ducebantur euntes, qualibus idem ait: propter quod memores quòd aliquando vos gentes in carne, qui dicemini pręputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manu facta: quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo, & cætera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illi, inquam, in tali ciuitate, in tali ciuitatis lumine ambulabunt facti domestici Dei, & super illorum de quibus iam dictum est, Apostolorum fundamentum superædificati. Mirabútur quippè, & ora ipsorum semper plena laudibus gratiæ Dei, quòd de tam lõ ginquo in illam sint ciuitatem congregati, *Psal. 106.* vtpotè quos, vt dicit Psal. de regionibus cõ gregauit eos, à solis ortu & occasu, ab aquilone & mari, subiungens: Errauerunt in solitudine in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, & cætera. Quorũ tunc eos meminisse iuuabit ambulantes per amplitudinem eiusdem magnæ ciuitatis, & ob hoc quòd talem ciuitatem inuenerunt, cantare in æternum mesericordias Domini. Nã *Sup. 1. & 5.* hoc est quod hic protinus subiungit: *Et reges terræ adferent gloriam suam & honorem illam:*) Nam reges terræ ijdem qui & gentes sunt, omnes enim illic regnabunt, omnes regnum & sacerdotes Christi erunt, & regnabunt in secula seculorum, & eiusdem regni sui gloriã & honorem adferent in illam, sempiternas semper agendo gratias illi qui fecit eis hæc, qui glorificauit eos immortali beatitudine animarum, & honorificauit eos beata immortalitate corporum. *Et portæ eius non claudẽtur per diem, nox enim non erit illic.*) Magnum magnæ securitatis documentum, quòd portæ eius non claudentur. Nam per hoc satis insinuatur, quia neque hostes, neque fures illic timebuntur. Fur enim, ait Dominus, nõ appropinquat. Quandiu hic peregrinamur, oportet vt persæpe portæ Apostolicæ propter hostes Iudæos atque paganos, & propter fures ac hæreticos claudantur, & sentẽtiarum vectibus validis obfirmentur. At verò tunc isti nusquam comparebunt, iam enim cum diabolo & angelis eius missi erunt *Luc. 12.* in ignem æternũ. Vt quid ergo portæ claudantur per diem? Quod si quæras, nónne saltem claudentur per noctem? Nequaquam, ait, nox enim non erit illic: nulla verò omninò nox illc erit, neq; spiritalis, quã hic patiũtur oculi cordis: neq; corporalis quia hic circunfuduntur oculi corporis. *Et afferent gloriam & honorem gentium in illam, nec intrabit in illam aliquid coinquinatum, & faciens abominationẽ & mendaciũ: nisi qui scripti sunt in libro vitæ & agni.*) Qui sunt qui afferent in illam gloriam & honorẽ gentium, nisi illi qui laborauerunt, & labores eorum fructus ad gloriã & honorẽ Domini salus est gentium? Ipsi sunt iam sæpè dicti Apostoli, quos Christus magister & Dominus eorum instruens ad fructificã- *Ioan. 17.* dum honorem & gloriam gentium dicebat illis inter cætera: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum adferatis, & fructus vester maneat. Isti adferent in illam ciuitatem gloriam & honorem gentium, id est, glorioſum & honorificum fructum, quem in gentibus fructificauerunt regi & Domino ciuitatis illius, Deo & agno æterna præsentatione præsentabunt, & in illa gloria & honore gentium glorioſi erunt: iuxta illud propheti- *Esa. 6.* cæ veritatis promissum. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis. Gloriam & honorem, inquit, gentium adferent: & non vitioſam gentium cõuersationem, propter quam & gentes dictæ sunt. Idcircò subiunxit: *Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, & faciens abominationem, & mẽdacium.*) Quæ pristina erat vita gentium. Sub intelligitur ergo cùm dicit: afferent gloriã & honorem gentium, quod soli ex gentibus illic presentabuntur hi, q cõtumelias in *1. Cor. 6.* gloriam & honorem Dei commutauerunt. Paulus Apostolus, vt gloriam & honorem gentium, & non etiam aliquid coinquinatum in illam ciuitatem afferret, loquitur Corinthijs: Nolite errare, neque fornicari, neque idolis seruientes, neque molles, neq; masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei posidebunt. Ista sunt coinquinata & abominationum atque mendaciorum opera, quorum aliquid *Ibidem.* non intrabit illuc: quia qui hæc operantur, regnum Dei non posidebunt. Quæ autem sequuntur, & hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati e- *Rom. 8.* stis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in virtute spiritus sancti, & in spiritu Dei nostri. Ista sunt gloria & honor gentiũ quæ afferentur in ciuitatem illam. Igitur gloriã tantum & honorem gentium adferent, & isti glorioſi atque honorifici ipsi sunt, quos Deus præsciuit atque prædestinauit, vocauit atque iustificauit. Isti sunt de cunctis gẽtibus immundis excepti, quos intendens, dicit: *Nisi qui scripti sunt in libro vitæ & agni.*) Idẽ enim est, ac si dicat: Nõ intrabunt in eã, nisi quos deus præsciuit, & prædestinauit, quos & in Adam prædãnatos, agnus, id est, filius Dei vocauit, & per passionem suam iustificauit. Nã idcircò liber vitę rectè dicitur etiã liber agni, quia quãuis fuissent in propoſito *Gen. 1.* Dei conscripti, cùm benediceret Deus primis parentibus, dicendo: Crescite & multiplicamini, non poterant post præuaricationem Adæ hæreditatem, ad quam conscripti CAP. fuerant, consequi, nisi redempti fuissent XXII. per sanguinem huius agni. *Et ostẽdit mihi flumen aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedens de sede Dei & agni in medio plateæ eius. Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, & per menses singulos reddens fructus suos. Et folia ligni ad sanitatem gentium, & omne maledictum non erit amplius.*) Ista quæ hic loco vltimo ostendit, diuitiæ sunt ineffabiles, & delicię inæstimabiles glorioſæ ciuitatis, quas oculus non

Esa. 64. 1. Cor. 2. lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Istud nanque flu- *Psal. 45.* men est abundantia lætitiæ & iucunditatis, *Psal. 35.* de quo Psalmista: Fluminis impetus, inquit, *Esa. 66.* lætificat ciuitatem Dei. Et alibi: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et Esaias in cõsolatione filiorum huius Hierusalem, dicit: Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & torrens inundans gloriæ gentium. Ergo flumen istud Dominus est: & verè, quia spiritus sanctus est. Spiritus sanctus est hoc flumen pacis, hic torrens gloriæ, hoc flumen lætitiæ, hic torrens voluptatis, & vbertas domus Dei. Ipse nanque est amor sponsi & sponsæ in illa glorioſa ciuitate. Quid enim est tota illius vitæ vel ciuitatis beatitudo, nisi iste amor? De isto amore omnes sancti angeli, & omnes omnium sanctorum viuunt animæ. Idcircò cùm dixisset: & ostẽdit mihi flumẽ, benè addidit aquæ viuę. Et quia talis aqua viuificando illuminat atq; confirmat, benè ait, splendidum, addendo, tanq̃ crystallum. In crystallo nanq; claritas est simul & firmitas, quæ sunt pulchra vitæ illius insignia, vbi & corda nostra translucebunt, & corpora nostra beata immortalitate, & immortali beatitudine firma erũt. Et quia spiritus san- *Ioan. 15.* ctus ex euangelica traditione Dñi nostri procedẽs dicitur, dicit enim: Cũ venerit paracletus, quem ego mittam vobis spiritum veritatis, qui à patre procedit: benè & hoc ipsum hic nõ tacuit. Ait enim de hoc flumine procedẽs de sede Dei & agni: hoc enim est quod in fide catholica profitemur: quia spiritus sanctus à patre & filio procedit. Quod autem ait: *In medio plateæ eius.*) Cõueniẽter dictum est, & propriè ad exprimendas delitias ciuitatis, quia nõ foras extra ciuitatem illam spiritus sanctus procedit, sed tantũ in medio plateæ ciuitatis, id est, in solis electorum cordibus multũ dilatatis. Et quidem iã ex quo Iesus glorificatus est, flumẽ istud ad nos fluere cœpit, sed nondum apparuit, neque hic in vita præsenti apparere potest quid nobis fecerit. Totus processionis eius, qua ad nos procedere dignatur, illic fructus apparebit, hoc est quod nunc dicit: *Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim.*) Id est, Christus, qui elegit & misit Apostolos duodecim. Denique quòd Christus homo factus, & de virgine natus est, ex abundantia est irrigantis huius fluminis, quiã de spiritu sancto virgo concepit, & tale no- *Psalm. 1.* bis de terra virginei ventris lignũ ascendere fecit. Item quòd fructus duodecim lignum istud attulit, id est, q̃ duodecim Apostolos Christus ordinauit, ex plenitudine est huius fluminis, quia spiritum sanctũ illis dedit. Idcircò de hoc habemus in Psalmo: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarũ, q̃ fructum suum dabit in tempore suo. Quod illic dictũ est in tempore suo, hoc est quod ait hic per menses singulos, id est, sine defectu, & in ęternũ. Nunquã enim desinet facere fructũ, quia nunq̃ deficiet, quę ex ipso est, remuneratio sanctorũ, & quia salus gentiũ, quam fructificati 12. Apostoli fructificauerunt, Christo attribuitur, qui fructificauit in gentib. per illorum ministerium, rectè dictũ est. *Et folia ligni ad sanitatem gentium.*) Nã folia ligni verba sunt Euangelij Domini nostri Iesu Christi, quæ recipiendo gentes æternã animarum & corporum sanitatẽ sibi acquisierunt. Huiusmodi nanq; folia illic non deficient aut defluent, quia verba Dei in corde & ore gentiũ non *Gen. 3.* deerunt, imò plenius suggerẽte amore perpetuam semper prorũpent in laudẽ. Et quia sub folijs ficus, quibus se operuerũt illi parentes nostri, maledictũ conquisitum est, rectè econtra de folijs ligni huius præmisso, quia erunt ad sanitatẽ gentium, additur: *Et omne maledictum non erit amplius.*) Huiusmodi lignũ & huiusmodi fructus ex vtraq; parte fluminis esse dicuntur, videlicet pro similitudine visibilis alicuius fluminis delitioſi, cuius circum littora irrigua hinc & inde ligna fructifera vel quæque verentia non sine delectatione visuntur. *Et sedes Dei & agni in illa erunt, & serui eius seruient illi.*) Ipsi qui serui & qui seruient illi, sedes Dei & agni in illa ciuitate erunt, & ipse sedebit in eis rex regũ & Dominus dominantium cum Deo patre & spiritu sancto habitans in cordibus eorũ. Glorioſa & dulcis seruitus erit in illa, vbi seruos se esse in suis conscientijs mem nerunt eius, à quo & per quem & in quo redẽpti sunt: ille aũt Dominus non tam Dominũ seruorum, aut regẽ seruientiũ, q̃ patrem filiorum, & amicũ le exhibet amicorũ, nullã aliam exigens seruitutem, q̃ ineffabilẽ dilectionem tacere à laudibus non valentem, & infinitas gratiarũ actiões pro summis atq; in effabilibus delitijs habentẽ: Nã quomodo ab eiusmodi seruitute quiescere poterunt? Sequitur enim: *Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum.*) Nõ ergo illic poterit esse silentiũ, vbi tam desiderabilẽ faciem videbunt, sed sicut spriptũ est: Vox exultationis *Psal. 117.* & salutis in tabernaculis iustorũ, sempiternę iubilationis perpetualiter seruitiũ. Et vt perpendas, quãti honoris, quantę sit libertatis illud seruitium: Et nomen eius, ait in frõtibus eorum. Quod vel quale nomen eius, *Psal. 81.* nisi Deus? Dij nanq; nominabũtur, & erũt *1. Ioan. 3.* iuxta illud: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Et hic idem Ioannes: Videte, inquit, qualem gratiam dedit nobis, vt filij Dei nominemur & simus. Ergo nomen eius in frontibus eorum, id est, filij Dei nomina-

buntur & erũt. *Et nox vltra non erit, non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculorũ.*) Videbunt, inquit, faciem eius, & ad videnda faciem illã non opus erit vt adhibeatur, vt hic ad videdam faciẽ cuiusq; hominis adhiberi oportet lumen solis, aut lumen lucernæ, si sol sub terra sit: quia nox vltra non erit, diẽ illic nõ agente sole alio, sed ipso Domino Deo, qui illuminabit illos, qui sol verus & sempiternus est, nõ ita vt oriatur, & occidat, & nunc super terrã fulgeat, nũc autem sub terram se recondat, sed ita vt semper in facies illorũ fulgeat, in mentes illorũ semper luceat. Et ne putes aliud esse seruitium illud, quo seruient illi, quã libertatem & regnum. *Et regnabunt*, inquit, *in secula seculorum. Et dixit mihi, hæc verba fidelissima sunt & vera. Et Dominus Deus omnipotens spiritus prophetarum, misit angelum suũ ostendere seruis suis, quæ oportet fieri citò.*) Vt caput siue principium, ita & finẽ libri huius voluit esse galeatũ, quatenus munitum sit totum corpus reuelationum istarum, ne quis audeat quasi contemptibilem refutare, vel abijcere quippiam eorũ quæ in hoc libro scripta sunt. Futurum quippè erat, vt sicut iam in exordio diximus, à non nullis contemneretur, maximè pro sui difficultate, quia solent homines irreuerẽtes q̃cunq; legerint cõtenere tanto facilius, quãto difficiliora sunt intellectu. Itaq; sicut in exordio dixerat: Apocalypsis Iesu Christi, q̃ dedit illi Deus palam facere seruis suis, quæ oportet fieri citò, ita & hic præmisso: Hæc verba fidelissima sunt & vera, & Dominus, inquit, Deus omnipotens spiritus prophetarum, id est, spiritus sanctus, qui in prophetis locutus est, q̃ vtiq; omnipotẽs Dñs, & omnipotens Deus est, misit angelum suũ ostendere seruis suis quæ oportet fieri citò. Item sicut vel qua intentione illic dixerat: Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quę in ea scripta sunt, tempus enim propè est, ita & eadẽ intẽtione vel sensu, dicit hic: *Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba ꝓphetiæ libri huius.*) Hęc vtiq; in persona loquitur Domini Iesu, qui vtique quamuis moram facere videatur, velociter venturus est, & adimpleturus verba ꝓphetiæ libri huius. Item, sicut ad commendationem libri in initio personam suam semel & iterum ac tertiò diligenter expresserat, primo dicens, & significauit mittens per angelum suum seruo suo Ioanne, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & secundo Ioannes, inquiens septem ecclesijs, quæ sunt in Asia: Item q̃ue tertio, dicens: Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, &c. Ita & hic personã suam benè de Ecclesia Christi meritam euidenter exprimit: *Et ego* inquiens, *Ioannes sub auditur sum, qui audiui & vidi hæc.*) Igitur quisquis sanctos prophetas recipis, in quibus vel per quos spiritus S. locutus est, & euãgeliũ verbi Dei quod scripsit Ioannes, recipe & hanc scripturã, quia spiritus prophetarũ misit angelum suũ ostendere hęc seruis suis: & qui audiuit & vidit hęc, ipse est Ioannes. *Et postquã audissem & vidissem, cecidi vt orarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi: Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruãt verba libri huius: Deum adora.*) Hoc iam primo & secundo factum & dictũ est. Primo, videlicet vbi ostenderat illi angelus damnationẽ meretricis: & nunc secundo, vbi ostendit ei beatitudinem gloriosæ ciuitatis, ac perinde satis confirmatũ est, neminem præter Deũ debere adorari, hominem siue angelũ, quia in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. *Et dicit mihi: Ne signaueris verba prophetiæ libri huius, tempus enim propè est.*) Ab hinc vsque in finem omnia in persona dicuntur Dñi Iesu, & ex ore eius prophetia confirmatur, vt non eam contemnere audeat, quisquis vult esse Domini Iesu. Ne, inquit, signaueris verba prophetię libri huius. Quod vni Ioanni dicitur, omni quoq; intelligenti mysteria libri huius dicitur, vt non signet siue claudat, imò quantũ potest aperiat, & expediat ad ædificationem & instructionẽ audientium, ea quæ in eo continentur, quia tempus propè est, id est, citò implebitur, quod in eo scriptum est. Quod cùm ita sit, quid amplius decernendum aut præcipiendũ est? Sequitur ergo: *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & iustus iustitiam faciat adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc.*) Ac si dicant: Cùm tanta supplicia impijs, & tanta præmia repolita sunt pijs, quanta significat series huius libri, non dubitet impius quin sufficientia suis meritis rependantur, quantumcunque noceat adhuc, & non dubitet iustus & sanctus, quin cõdigna suis meritis præmia retribuantur, quantumcũq; iustitiam faciat, aut sanctificetur adhuc. Sed quomodo dictum putamus: Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordib. est, sordescat adhuc? Nũquid ga noceat & sordescat, verba sunt imperatiua, idcircò nocere & sordescere ex volũtate creatoris habet creatura? Non vtique vult creator vt nocens aut sordida sit sua creatura, sed est quando curare debeat quid illa faciat, aut quantum sordescat, sicut scriptum est: Secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Quando illud est? Nimirum quando is, qui peccator siue sordidus est, peccatorum & sordium suarum amore atque defensione Deum exacerbat. Tribus nanque modis peccatur, ignorantia, infirmitate, superbia, Si per ignorantiam peccatur, & Deus hoc præuidet, quia cognita veritate sit corrigendus quisquis

Sup. 1. *Deut. 17.* *Psal. 9.*

quisquis ille est, subuenit ignorantiæ Deus, vt id quod verum est cognoscat homo ignorãs & erroneus. Huius rei exemplum illud est: Venit autem Deus ad Abimelech nocte, & ait: En morieris propter mulierem quã tulisti, habet enim virum. Illo ad hæc dicente: Domine, num gentem ignoratam & iustam interficies? Nónne ipse mihi dixit, soror mea est, & ipsa ait frater meus est? In simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc? Dixit ad eum Deus: Et ego scio quod in simplicitate cordis feceris, & ideò custodiui te, ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam. Apostolus quoq; ideo misericordiam consecutus est, & subuentum est illi superna miseratione, quia ignorans, inquit, feci in incredulitate. Quòd si per infirmitatẽ peccet quis, qualis est ille, cuius in persona loquitur idem Apostolus: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: Video autem aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrũ. Eiusmodi hominis peccatum patienter sustinuit Deus, imò etiam dissimulat, sicut Sapientia loquitur, laudando eius misericordiã: Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Porrò si cum superbia quis peccet, tradit eum Deus, & dimittit in desideria cordis eius immunditiam, & non est vt dicas, quia voluntatis Domini est, quòd ille noxius aut sordidus est, sed quia non curat Deus de illo, qui talis est, & quia multũ illi iratus est, & secundũ multitudinẽ iręsuę non quęret. Talẽ vtiq; illum intelligi oportet, de quo hic dicitur: qui nocet noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc, maximè quia non dixit, qui nocuit, noceat adhuc: & qui in sordibus fuit, sordescat adhuc: sed q̃ nocet, inquit, & qui in sordibus est. Hoc enim idem est ac si dicat: Qui studium nocendi habet, & suas amat sordes pertinaciter, nemo postq̃ audierit illum semetipsum defendentẽ, & eas quæ in hoc lib. scriptę sunt, plagas contẽnentem, quicquam boni de illo speret, quia scriptum est: Super tribus sceleribus, & super quatuor non conuertã eum: quia postquã tribus sceleribus transcursus, ad quartũ quis peruenerit, iam non est spes cõuersionis. Primum scelus est, sordes criminũ mente ac voluptate tractasse: secundum scelus, easdem sordes actu perpetrasse: tertium scelus, sordes in consuetudinem duxisse: quartum scelus est, easdem sordes defendere. Nocet igitur qui nocet, & sordescat adhuc qui in sordibus est: quia non curat Deus de illo, & iustè derelictus est: quia nõ vtcunq; sorduit, sed sordes suas superbè defendẽdo in sordib. est. Econtra, qui iustus est & sanctus, id est, qui bonũ iustitiæ & sanctitatis studiũ habet, adhuc iustitiã faciat, & adhuc sanctificetur, benè, prouidente Deo, quatenus nõ ante de præsenti migret sęculo, q̃ corona eius perficiatur, & mansio illi in domo patris eius, meritorum gemmis atque margaritis perornetur. Hoc præmisso: vt qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est sordescat, & iustus iustitiam faciat adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc, continuò sequitur: *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.*) Nimirum sic loquitur, vt benè sibi conscius q̃ magnæ sit fortitudinis, & inexhaustæ facultatis, ad puniendum noxios, atq; sordidos, quantumcunq; nocuerint, quantumcunq; sorduerint, nihil minus à suis meritis tormenta recepturos, & ad remunerandum iustos & sanctos, quantumcunque iustitiam fecerint, quantumcunque sanctificati fuerint, nihil minus à suis meritis præmia recepturos. Ait ergo: Ecce venio citò, & merces mea mecum est. Quamuis seruo malo, noxio atque sordido, inebrianti se, atque percutienti conseruos suos, videatur quòd in tempora longa fiat hoc, ego dico, quia ecce venio, citò venio. Et ne quis de mercede dubitet, merces mea mecũ est. Non in manu altera, non in potestate aliena, sed in manu mea, in potestate mea est, & dũ venio, mecũ venit in potestate mea magna merces vniuersa, ad reddendum vnicuique secundum opera sua. Vnde tibi tanta potestas, tanta sufficientia? Ait: *Ego sum alpha & omega, primus & nouissimus, principium & finis.*) Ac si dicat: Inde manus mea non est inualida ad reddendum vnicuique secundum opera sua, quia ego sum ante omnes, & ante secula DEVS, & post me non erit alius, quod intelligitur per alpha & omega, quorum videlicet literarum in alphabeto Græco, altera prima, altera vltima. Nam quid dixerit, ego sum alpha & omega, exponit dicendo: primus & nouissimus, addendo etiam principium & finis, scilicet à quo omnis creaturę principiũ est, & in quo creatura rationalis cõsummatur. Hoc idem in initio lib. dixerat: Ego sum alpha & omega, principium & finis, & hic idcircò renouat, vt cætera iam dicta, ne quis adhuc dormitet, aut de ignorantia se excuset, seu quasi vilem scripturæ huius tubam præ amore sordium suarum audire dissimulet. Et addit adhuc: *Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem sanctam. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.*) Nimirum quia nuptiæ agni & sanctæ ciuitatis.

Gen. 20. *1. Tim. 1.* *Rom. 7.* *Sapien. 11.* *Amos. 1.* *Ioan. 12.* *Luc. 12.* *Sup. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hierusalé, (de quibns hactenus splendidæ demonstratę sunt) nuptiæ sunt sanctitatis: & vt supra dictum est, non intrabit illuc coinquinatum aliquid, soli illi beati sunt, qui lauant stolas suas, vt habeãt vestem nuptialé, maximè vt sint lumbi eorũ præcincti, id est, ornatum habeant castitatis, non intentione laudis humanæ, sed pro illa expectatione, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, id est, vt frui possint verè vitali summæ diuinitatis visiõe, quo intratur per portas iustitiæ, quę sunt portę sanctę ciuitatis. Sanctã quippè ciuitatem illam oportunè etiam hoc loco edixit subiuncturus. Foris canes, id est, omnes stulti qui ita reuertuntur ad stultitiam, sicut reuertitur canis ad vomitum suum, & venefici qui hominum vitã interficiunt venenis, & impudici, quos nullius pudet turpitudinis, & homicidæ, qui vtique humano sanguine sunt polluti, & in oculis Dñi cruẽti, & idolis seruientes, qui profectò nullam habent communicationé cũ illo, qui vnus & solus verus Deus est, & omnis qui amat & facit mendacium, quales maximè hæretici sunt. Hæc omnia contraria sunt sanctæ ciuitati, & idcircò foris isti, inquit, cui pro imperio satis est dixisse foris. Et continuò subiungit. *Ego Iesus misi angelũ meũ testificari vobis in ecclesijs.*) Ac si dicatur: Si huius libri autoritatẽ quæritis, ego sum Iesus autor & dator huius apocalypsis. Nõ est scriptura hæc à Ioanne, non est ab homine, neq; enim ab homine accepit illam, aut didicit, sed me reuelãte, qui sum Iesus, & mittente per angelum meum: vt sicut omnes scripturæ diuinæ authoritatis, ita & scripta hæc testificentur, & reciten tur vobis in ecclesijs, atque in canonico apice sint. Quæritis quis Iesus ego sim, q autoritate mea scripturam hanc volo commẽdatam esse ad testificandum in ecclesijs? *Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida & matutina.*) Ac si dicat: Ego sum ille Iesus, qui & Dominus & filius sum Dauid, qui secundum hominem passus & sepultus, mane resurrexi à mortuis. Nam quia Dominus & creator sum Dauid, quemadmodum testatur ipse dicens in spiritu: Dixit Dominus domino meo sede à dextris meis. Idcircò radix, & quia filius Dauid natus, vel factus ex semine eius secundum carnem: idcircò genus sum Dauid. Et nunc quidem, qui diu in hoc viuentes per fidem ambulantis, stella vobis sum splendida, & matutina, ex quo resurrexi à mortuis. Tunc autem me solem habebitis, cùm in ciuitatem talem, quam audistis, intraueritis: quam claritas Dei illuminauit, quæ non eget lumine solis aut lunæ, propter hoc ipsum, quia illuminauit eam claritas Dei. *Et spiritus & sponsa dicit, Veni. Et qui audit dicat, Veni. Et qui sitit veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.*) Ego, inquit, missi testificari vobis hæc in ecclesijs, & cũ horum testificatione spiritus singulorum vestrorum conscientias conuenit & singulis vestrum dicit: veni, id est, crede his qui hic testificantur tibi. Hoc foris sponsa, id est Ecclesia, dicit ad aurem corporis, dum sonum literalem legendo ingerit, hoc intus ad aurem cordis dicit spiritus, dum sensum suggerit ad intelligendum quod quicquid hic dicitur, rationabile, verum & fidele, atque auditu dignum sit. Audiat vnusquisq; hunc spiritum siue sponsum, vt nonnulli codices habent, & sponsam dicentes: Veni, id est obaudiat vocantibus & sequatur vocationem salubrem, vt introeat ad beatitudinem tam gloriosæ ciuitatis. Audiens autem siue obaudiens dicat, veni, id est, non sua tantùm salute contentus sit, sed operam det, vt proximum suum lucrari verbo exhortationis & secum adducere possit. Et qui sitit, qui saluari desiderat, tantummodo veniat: quia videlicet flumen illud aquę viuæ, quod tibi ostensum est, nulli sitienti denegatur, sed qui vult accipiat: quia sola bona voluntas sufficit ad accipiẽdum aquã vitæ, quam gratia præparauit. Omnibus datur gratis, tantummodo adsit quæsitor vel acceptor homo bonę voluntatis. Sequitur. *Contestor ego omni audienti verba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet super illũ Deus plagas scriptas in libro isto: Et si quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, auferet Deus partem eius de ligno vitæ, & de ciuitate sancta, & de ijs quæ scripta sunt in libro isto*) Hæc pœna damnationis sine dubio hæreticorum est, vt auferatur pars eorum de ligno vitæ quod est Christus, & de ciuitate sancta cælesti Hierusalem, & de omnibus bonis quæcunque scripta sunt in libro isto, & vt apponãtur super eos plagæ, quæ scriptæ sunt in libro isto: quia videlicet ipsi sanctas scripturas corrumpunt, apponendo quid de suis, vel quippiam diminuendo, vtpotè studium habentes dogma suum construere, cui quicquid repugnat in sanctis scripturis in nullis vellent codicibus vsquam superesse. Satis ergo firmiter scripturam hanc defendit diuinæ & canonicæ debere esse authoritatis, cuius corruptorẽ, quicunque ille fuerit, pari cum hæreticis damnatione percutit. Statimque subiungit: *Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam venio citò.*) Poterat dicere hic scriptor, dicit Iesus, sed dicere maluit: dicit qui testimoniũ perhibet istorũ, vtpotè hic in calce voluminis eo totus intendẽs, vt lib. istũ autoritate diuina, & spiritus sancti veritate cõscriptũ defendat, & liberet à cõceptu omniũ precauẽs id quod futurum erat: videlicet ne audirent stulti sacram contemnere siue reijciendam iudicare literam, cuius non capere mererentur intellectũ. Etiã, inquit, venio

Matt. 22. Luc. 12.

Prou. 6. 1. Pet. 2.

Psal. 109.

citò. Quod dixi, iterum dico, & repetens affirmo, quia venio cito, reddere vnicuiq; secundum opera sua. Dulce nimirum, & desiderabile hoc est diligenti animæ, quæ non hoc seculum, sed Deum diligit, & gratanter vocem hanc accipit, quòd aduentus Domini propè sit. Respondet ergò confestim sponsa diligens & casta dicens: *Amen veni Domine Iesu.*) Quodam modo leuat caput suum, iuxta illud euangelicum: His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quia appropinquat redemptio vestra. Amen ergò inquit, id est, promissum tuum verum fiat, vt citò venias domine Iesu, sciens suspiria mea dicentis: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Itẽ: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Denique vt faciem Domini videre desideremus, & non delectationi, sed potius dolori nobis sit locus peregrinationis huius, idcircò scriptor sic proloquitur, quod vult vt nos loquamur, dicens: Veni Domine Iesu, semperque vt hoc dicere non dubitemus, parati simus in occursum eius, iuxta illud: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, vt cùm venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Sequitur salutatio vltima eadem quæ prima. *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.*) Sic enim in principio dixerat Ioannes septem ecclesijs quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax, &c. Videlicet diligens dominum, & dilectus Domini, & in principio, & in fine, & per omnem textum sermonis sui loquitur ex abundantia cordis gratiam & dilectionem, quæ in ipso redundat, cupiens esse non seorsum in paucis, sed communiter in omnibus, maximè in eo, vt sicut Paulus quoque apostolus optat, idipsum dicamus omnes, & schismata in nobis non sint, per gratiam qua sumus redempti.

Luc. 21.

Psal. 117.

Psal. 41.

Luc. 12.

1. Cor. 11.

)(

AMEN.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca